8
9/K
30

Meffreth · sermon. Attual.

V

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8.8.17. 8 8
2 0
17 12

Digitized by Google

SERMONVM
MEFFRET,

VERBI DEI PRÆCONIS QVONDAM CELEBERRIMI.

Quos anno Domini M. CCCC. XLIX. se conscripsisse fatetur: & vulgo

HORTVLVS REGINÆ

appellantur;

DE TEMPORE.

Pars æstiualis.

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. Inter. D. S.

MONACHII,
EX TYPOGRAPHIA
NICOLAI HENRICI.
M. DC. XIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

INCIPIT PARS ÆSTIVALIS SERMONVM MEFFRET, ALIAS HORTVLVS REGINÆ.

IN FESTO PASCHÆ SERMO I.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio sicut estis azimi. 1. Cor. 5.

OLINVS lib. 7. de mirabilibus mundi, dicit. Sunt quidam fontes in profundo maris, qui dum eam quam in se habent viscositatem sursum mittant atque purgant, constat eo anno fieri securitatem nauigandi. Ideo hoc nautæ obseruant, qui dum ad longinquas partes ire appetunt, spumam maris, atque aliam supernatantem viscositatem diligenter inspiciunt, & aduertunt, vt sic securè possint ad portum nauigare. Moraliter, per mare ad præsens est quilibet peccator designatus, quia sicut mare semper in se est salsum & amarum. quia dicit Aristot. 2. methe. Dulce propter leuitatem sursum fertur, sed salsum propter grauitatem subtus manet, ergo pluuialis aqua dulcis est, mare verò salsum. Sic est quilibet peccator in se amarus, propter grauitatem conscientiæ. Iuxta illud Ier. 2. *Vide quam malum & amarum sit reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te.* A

Istius maris fundus est cor, de quo Isa. 57. *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* In hoc fundo cordis sunt fontes malarum cogitationum. Matth. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemiæ,* & Mar. 7. hic adduntur *auaritiæ, nequitiæ, dolus, imprudentia, oculus malus, superbia & stultitia.* Isti quidem fontes malarum cogitationum, debent per confessionem sursum mittere viscositates vitiorum, quia cum mentes humanæ per confessionem à prauitate vitiorum & malitiæ fuerint expurgatæ, tunc tẽporis securitas magna patebit eundi ad portũ patriæ æternæ. Idcirco nautæ, id est, prælati, qui regunt nauem sanctæ Ecclesiæ, diligenter debent attendere, vt viscositas à cordibus subditorũ expurgetur, si velint cũ ipsis ad cœli patriam securè nauigare. Quare Apostolus, qui rexit nauẽ Ecclesiæ, hortatur sibi comissos, vt tales viscositates & spirituales spumas vitiorum eijciant & expurgẽt, cum dicit. *Expurgate vetus fermentũ.* In quibus B Fõtes malarum cogitationum qui?

bus quidem verbis duo oſtendit, videlicet expurgationem iniquitatis, ibi: *Expurgate*; & oſtenſionem puritatis. ibi; *Vt ſitis noua conſperſio.*

C Circa quod notandum ſecundum naturales, multa ſunt volatilia quæ in nidis ſuis immunditias & ſtercora non permittunt, ſed eas expurgant & eijciunt, & ad hoc faciendum pullos ſuos inſtruunt, ſicut patet de columbis principaliter, quæ vt ait Chryſoſtomus, habent fimum ardentem quem de nido abijciunt, & pullos vt abijciant inſtruere conſueuerunt. Moraliter, Deus omnipotens qui gerit curam de hominibus quos creauit, vniuerſa quæ produxit obſequijs eorum deputauit. Idcirco omnia volatilia, quæ primò creauit dedit homini in obſequium obeditionis, dicens Gen. 1. *Dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli*; & deinde in edulium refectionis, dedit etiam ea in magiſterium inſtructionis, vt ab eis exempla vitia expurgandi capemus. Iuxta illud Iob. 13. *Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi*: Ad præſens autem, per columbas intelliguntur viri & ſancti homines, propter tres cauſas.

Volatilia cœli quare homini data.

Per colũbas viriſancti intelligendi & quare.

D Prima quia columbę ſunt forma ſimplicitatis, eo quod carent felle, ſic & homines boni & deuoti ſunt, ſimplices, id eſt, ſine plica, ſcilicet peccati mortalis. Iuxta illud Matth. 10. *Eſtote ergò prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.*

Secvndo, ratione puritatis, quia columbæ mundæ ſunt ſolum munda grana comedentes, & immunda relinquentes. Ita boni homines ſtudent in omnibus eſſe mundi atque puri, vt quilibet dicere poſſit cum Sara. Tob. 3. *Mundam ſeruaui animam meam*. Tertia, quia columbæ ſunt æmulæ pietatis, nam circa pullos ſuos magnum oſtendunt pietatis & ſolicitudinis affectum: alienos inſuper pullos nutriunt. Quæ omnia ex pietatis affectu homines ſancti & boni faciunt; iſti enim de ſuis ſubditis vel domeſticis ſollicitam curam gerunt, animaduertentes illud. 1. Timoth. 5. quod allegat beatus Ambroſius dicens. *Hi qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habent, fidem negant*. Gloſſ. quam debent habere ad perſonas dictas, quam negant facto, debitum auxilium eis ſubtrahendo, *& eſt infideli deterior*, id eſt, in hoc grauius peccat quam paganus, qui fidem Chriſti non habet. Inſuper boni & ſancti homines, pietates erga extraneos oſtendunt, errantes dirigunt, pauperes ſuſcipiunt. Iuxta illud Eſa. 58. *Egenos vagoſq; induc in domum tuam.* Et quia homines in his tribus rationibus boni & ſancti ſimilantur columbis, neceſſe eſt etiam vt ab eis diſcant, & ſtercus peccatorum venialium de nido cordis eijciant & expurgent, ſi dignè ſanctam Euchariſtiam ſumere deſiderant, ex quo mortalia non habent.

E Vnde nota quilibet homo deuotus & bonus, debet venialia expurgare de corde ſuo, & ea vitare in quantum eſt in ipſo, propter multiplicem effectum qui inde procedit. Primvs, quia peccata venialia ad pœnam obligant, non autem determinatè & præciſe obligant ad pœnam æternam, vel purgatoriam, vel præſentis ſatisfactionis: ſed ad aliquam iſtarum. Quoniam ſecundum forum Eccleſiæ præſentis, ſatisfacit homo leuiter pro peccato veniali: ſed ſecundum forum purgatorij, punietur grauius. Sed ſecundum forum inferni, pro veniali punietur grauiſſimè, quia æternaliter. Dicit tamen Thomas, Prima ſecundæ, quæſtione 8. in reſponſione ad argumentum ſecundum Æternitas pœnę non debetur veniali propter grauitatẽ culpę, ſed propter irremiſſibilitatem ipſius, quando videlicet cum mortali coniunctum eſt. Pœna tamen illata in inferno pro mortali, incompurabiliter maior eſt quàm illata

Varij effectus peccati venialis.

illata ibidem pro veniali. SECVNDVS effectus, quare peccata venialia ſunt expurganda, eſt, quia animam maculant. Et ponitur exemplum tale de imagine depicta, quæ interdum denigratur, quod videri non poſſit. Aliquando vero ſic obſcuratur, vt videri quidem poſſit, ſed non benè nec plenè diſcerni. Et propter talem differentiam, dicit B. Gregorius, quod veniale obſcurat, mortale obtenebrat. Peccata venialia quare expurgãda ?

TERTIVS effectus, quia feruorem charitatis minuunt; ſicut enim aqua in ignem proiecta, licet ignem non extinguat, feruorem tamen illius temperat, ſic peccatum veniale, licet charitatem non tollat, feruorem tamen minuit charitatis. Venialia peccata minuunt feruorem charitatis.

Et quia illud Sacramentum hodiè à Chriſti fidelibus ex ſtatuto Eccleſiæ ſumendum, eſt ſacramentum maximè charitatis, in quo gratam redemptionis noſtræ recenſemus memoriam. In quo à malo retrahimur, & confirmamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa, vt in Clement. Si dominum. de reliquijs, & veneratione ſanctorum. Ideò in magno feruore charitatis eſt accipiendum. Et quia veniale hunc feruorem tollit, idcirco eſt per confeſſionem & pœnitentiam expurgandum, quod vult hic Apoſtolus. *Expurgate*, inquit, *vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, &c.* Quia 1. Corinth. 5. *Modicum fermentum corrumpit totam maſſam.* QVARTVS effectus eſt, quia potentias animæ in exercitio virtuoſo laſſat. Rectè ſicut quando ponitur onus ſuper equum, minus erit promptus ad ambulandum: Sic peccans venialiter, erit minus promptus ad exercitium virtuoſum. Sed quia ſumere volentes hunc cibum ſalutiferum, debent ſe prius in operibus virtuoſis exercere, idcirco neceſſe eſt vt peccata venialia ſtudeant expurgare. QVINTVS effectus eſt, quod hominem à gloria retardat, quia homo qui ſine peccato veniali eſt, ſtatim poſt mortem poſſet in cœlum euolare. Cogetur enim propter vnum peccatum veniale ad tempus in purgatorio exſpectare, ſicut de hoc dicit S. Thomas in ſumma contra errores gentilium lib. 3. cap. 14. ponens differentiam inter peccatum mortale & veniale dicens. Peccata venialia retardant à gloria

F

G

Peccare contingit dupliciter, Vno modo ſic, quod totaliter intentio mentis abrumpatur, ab ordine ad Deum qui eſt vltimus finis bonorum. Et hoc dicitur peccatum mortale. Alio modo ſic, quod manente ordine humanæ mentis ad vltimum finem, impedimentum aliquod offeratur, per quod retardatur ne liberè tendat ad finem, & hoc dicit peccatum veniale: *Et ſubdit*: Si ſecundũ differentiam peccatorum, oportet eſſe differentiam pœnarum, conſequẽs eſt, vt ille qui peccat mortaliter ſi puniendus, ſic quod excidit ab hominis fine. Qui peccat venialiter, nõ ita quod excitat, ſed ita quod retardetur, vt difficultatem patiatur in adipiſcendo finẽ: Sicut enim iuſtiſſimè ſeruatur æqualitas, vt quando homo peccando voluntariè à fine ſe diuertit, ita pœnaliter contra ſuam voluntatem in finis adeptionem impediatur, Hæc Thomas. Et meritò impediatur, quia nunquam facies DEI ab aliquo videbitur, donec fuerit à peccatis venialibus, cum quibus diſceſſit, ſufficienter purgatus. Oportet enim quemlibet ita mundum eſſe, antequam habeat viſionem beatificam, ſicut fuit in innocentia baptiſmali. Differentia inter peccatũ mortale & veniale. Soli à peccatis venialib⁹ mundi, Deũ videbunt.

H

SEXTVS effectus eſt, quod bona gloriæ nobis minuit, non illa quidem quæ iam debentur, & quæ habemus ibi per merita repoſita, ſed ad iſtum ſenſum, quod maius præmium haberemus ſi peccata venialia non fuiſſent commiſſa. Tum, quia peccata venialia feruorem charitatis impediunt; ratione cuius maius præmium debetur.

Digitized by Google

betur. Tum etiam, quia medio tempore, quando peccamus venialiter, poſſunt fieri virtuoſa opera, propter quæ præmium vitæ æternæ augeretur. SEPTIMVS effectus eſt, quod venialia ſunt ſæpe occaſio mortalium peccatorum. Et hoc poteſt fieri tribus modis. *Primò* ex conſcientia, vt loqui verbum otioſum, quod in ſe eſt veniale peccatum, ſi tamen ſit contra conſcientiam, fit peccatum mortale, quia tunc ſpernitur bonum incommutabile, & fit auerſio à creatore ſuo.

Peccatũ veniale quãdo fiat mortale

Ideo dicit Magiſter ſententiarum ſuper illo verbo Apoſtoli ad Roman. 14. *Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Et omne quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Et ponitur 28. quæſt. 1. cap. Omnes deinceps, Et in c. literas, de reſtitutione ſpoliorum; & ibi concordat ex complacentia, quia dicit B. Auguſtinus, & ponitur 25. diſt. c. Vnum orarium. *Secundò*, nullum peccatum eſt adeò veniale, quin ſit mortale ſi placet, quaſi dicat. Nihil eſt adeò veniale, cuius ſimile eiuſdem ſpeciei non ſit mortale, propter placentiam vt exponit Alanus ſuper 2. Cor. 4. Et addit idem doctor.

1. Peccatum, inquit, poteſt dupliciter placere, ſicut eſt peccatum veniale de dilectione vxoris & filiorum. Poteſt enim quis ita tenerè diligere vxorem & filios, quod peccat licet venialiter, & etiam in puncto mortis non vult retrahi ab illo amore, nec diſplicet ei, quod tam tenere diligit eos, & talis in puncto mortis peccat mortaliter. Vel poteſt quis ita diligere vxorem & filios, quod etiam diſplicet ei quod tam tenerè diligit eos, & reluctatur. Sed effectus carnalis delectationis vincit, ſic talis peccat venialiter. Et poteſt diſcedere cum venia ſine mortali, & illud peccatum ei in purgatorio remittetur. *Tertiò*, ex diſpoſitione, quia per frequentem lapſum in venialia, homo diſponitur ad mortale. Sicut de modica ſcintilla conſurgit magnus ignis. Ideo dicit Sap. *Qui minima negligit, paulatim defluit.* Et B. Auguſtinus ait, & allegatur à Magiſtro ſententiarum: lib. 4. diſt. 16. cap. 5. Illa quæ humanæ fragilitati quamuis parua tamen crebra ſurrepunt, quæ ſi collecta fuerint contra nos, ita grauabunt nos & oppriment, ſicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim intereſt ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim ſurrepens aqua in ſentinam per negligentiam, impleat nauem & ſubmergatur. Quod non ſic eſt intelligendum, quod venialia multiplicata faciant vnum peccatum mortale, ſiue quod poſſint ita ſubruere ſicut vnum mortale. Sed quod occaſione venialium & aſſuefactione, cadit homo faciliter in mortale. Sicut aſſuefactio iurandi eſt occaſio periurij. Quilibet homo deuotus & fidelis Chriſtianus debet peccatis venialibus in quantum poteſt reluctari. Et ſi aliquod contraxit & commiſit, debet per confeſſionem expurgare ſecundum exhortationem Apoſtoli. *Expurgate, vetus fermentum vt ſitis noua conſperſio*, id eſt, farina alba, delicata, per aquam gratiæ conglutinata. *Sicut eſtis*, id eſt, eſſe debitis *azymi*, id eſt, ſine fermento vitiorum. Et ſubdit cauſam, & eſt digna comeſtio agni paſchalis quam tangit cum dicit. *Etenim Paſcha noſtrum, immolatus eſt Chriſtus*, quaſi dicat vtiq; puri eſſe debitis, quia Chriſtus immolatus eſt pro nobis in paſſione, tollens omnia peccata noſtra.

Peccatũ poteſt dupliciter placere.

Veniale peccatũ diſponit ad mortale.

Miſta venialia non faciunt vnum peccatum mortale.

Secundò per columbas quæ expurgant ſtercus aut fimum de nido ſuo, intelliguntur mali homines. Iuxta illud Oſeæ 10. *Ephraim factus eſt quaſi columba ſeducta.* Ephraim interpretatur augens & ſignificat peccatores, qui ſemper augent vnum peccatum ſuper aliud. Quia per Greg. 3. moral. Peccatum quod per pœnitentiam non dilui-

Fimus colũbarum mali homines.

diluitur, mox ſuo pondere in aliud trahit. Et hic quidem peccator eſt, quaſi columba ſeducta à diabolo. Comparantur autem mali columbis. PRIMO ratione doloſitatis. Dicit enim Magiſter lib. 12. proprietatum, quod inuenitur aliquando columba, quę ad deceptionem auium eſt inſtructa. Nam ſociat ſe alijs, & ad rete eas adducit, & ideo primò intrat rete aucupis, & ſe cum alijs inuolui permittit, & ſic ſub amicitiæ ſpecie dum ad paſcua allicit eas, ad interitum trahit. Iſto modo faciunt etiam quidam fraudulenti luſores, qui ſe fictè cum quibuſdam imprudentibus ſociant, & pro eis ludũt, ſeque quandoque expoliari permittunt, & omnem pecuniam eis commiſſam faciliter perdunt. Vel ſi ludunt pro ſeipſis, colludentem nequiter decipiunt. Et tales multa peccata in hoc ludo committunt.

Curmali columbis cõparentur.

Fraudulenti luſores.

PRIMVM eſt cupiditas quæ habetur in deſiderio lucrandi, De qua 1. Timot. 5. *Radix omnium malorum cupiditas.* Et habetur allegatiuè. 47. diſtinct. c. bonorum auctori & 49. diſt cap. Hinc etenim. SECVNDVM eſt rapinæ quæ attenditur in voluntate ſpoliandi. De qua 1. Cor. 6. *Rapaces regnum Dei poſſidere non poſſunt.* TERTIVM eſt, vſura maxima, quando luſor vno denario vel groſſo, decem, vel vigintiſcentum, vel mille lucratur. Et hoc non ſolum in vno anno, vel hebdomada, ſed eadem die, vt extra de exceſſ. præl. c. Inter dilectos. QVARTVM eſt, mendacium quod in ludo multipliciter contingit. Pſ. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Et Iob. 11. *Nunquid viri mendaces iuſtificabuntur?* quaſi diceret, non. QVINTVM eſt execrabilis iuratio. De qua Eccl. 27. *Loquela multum iurans horripilationem capiti ſtatuit, & irreuerentia ipſius obturatio aurium:* quaſi diceret. Talis iuratio incutit horrorem homini, & per conſequens facit horripilationem. Ibi eſt etiam nominis Dei abuſus, quod homines abhorrent, aures ſuas auertentes. SEXTVM eſt blaſphemia, quæ committitur in Deum. De qua beatus Auguſtinus ſuper illo verbo Matth. 26. *Blaſphemauit.* Non, inquit, *minus peccant qui blaſphemant Deum regnantem in cœlis, quam qui crucifixerunt eum ambulantem in terris.* Refert* enim Apiarius dicens. In Brabantiæ partibus, in vrbe Louanio, ciuem vidimus generoſum & bonum, qui in nocte ſancta paraſceues ad matutinas ſurgens, tranſibat ante cellarium in platea, in quo perditiſſimi adoleſcentes ad ludum teſſerarum conſedentes, blaſphemijs & iuramentis ad inuicem contendebant. Inuenit igitur hominem ignotum quendam plagatum miſerabiliter, cruentatũ ſanguine, quẽ homines ante cellarium cum magno murmure plangebant. Qui cum quæreret auctorẽ læſionis tantæ quis eſſet, reſponderunt. Iſti, inquiunt, iuuenes qui ſic in cellario ad teſſeras ludunt. Mox igitur ingreſſus ciuis, improperat ludentibus tali nocte; & eos duris ſanè verbis interrogat. Cur hominem ignotum ad eos ingreſſum, tam crudeliter verberaſſent. At tonitri autem iuuenes negant aliquem ad eos intraſſe poſtquam conſederant, nullumq; ab eis verbo, vel verbere laceſſitum. Et mox eum ciue omnes ſurgentes, quærunt hominem cruentatum, nec eum inueniunt. Conuerſiq; ſinguli ad ſeipſos, animaduerterunt, ſe iuramẽtis ſuis & blaſphemijs terribilibus, rurſum Chriſtum cruciaſſe. Ex quo facto, dominus, in cuius cellario, luſores conſederant, tanta contritione permotus eſt, vt omnia quæ per vſuram rapuerat, iniuriatis reſtitueret, & vitam ſuam beatè terminaret. SEPTIMVM eſt, corruptio proximorum, qui ad ludum reſpiciunt. De quo Gregorius. *Qui malum exemplum aliis præſtiterint, ſunt pœna duplici puniendi.* OCTAVVM eſt contemptus prohibitionis, quia ludi ſunt prohibiti. Vt C. de ludo aleæ. l. ludus. Et ibidem dicitur, Si quis illum verbo-

K

Luſorũ varia peccata.

Cupiditas.

Rapina.

Vſura.

Mendacium.

Iurandi libertas.

Blaſphemia.

* Thomas Cantiprrtẽſis in libro apum exẽp. 103. Luſorũ exemplum terribile.

Luſores blaſphemãtes iterum Chriſtum crucifigunt.

Correptio proximi.

Cõtemptus.

Digitized by Google

verberauerit, in cuius hoſpitio luſum eſt in alea pro aliquo magno, vel ſi aliquid ſubtractum eidem fuerit, iudicium ei non datur. Et hoc intelligit Haſſo de illo, qui luſores aleæ conſueuit recipere cauſa ſui alimenti. Secus autem ſi apud aliquem incidentaliter, vel accidentaliter, ludatur. Et ff. de ludo aleæ, lib. 2. dicitur. Omnis ludus qui innititur fortunæ, prohibetur. Et ſi Cæſares ludos prohibuerunt, qua ratione domini terreſtres & ciuitatum rectores huiuſmodi admittunt? Certè dico quod omnia peccata in ludis commiſſa, ab eis in diuino iudicio exigentur. Vt de ſen. excom. c. quantæ præſumptionis: vbi dicit. Facientes & conſentientes pari pœna plectendos.

L Et ſubdit. Ille autem conſentit, qui cum poſſit manifeſto facinori deſinit obuiari. Et dicit Bernardus. Conſentientes hic intelligi per comparationem, ſcilicet præſtando auctoritatem. Sicut Domini, qui auctoritatem dant luſoribus ludendi, tales eadem pœna puniuntur cum facientibus. Et ſic intelliguntur verba iſta cum inuenies ea, vt dicitur. 2. q. 1. Notum. Et 17. q. 4. Omnes. Et de offi. delegat. cap. 1.

Amiſſio tẽporis. NONVM eſt, temporis amiſſio. De quo dicit Bernardus, *Omne tempus nobis ad pœnitentiam conceſſum, diligenter à nobis requiretur, quomodo ſit expenſum.*

Fraus, dolus, &c. DECIMVM peccatum eſt, fraus & dolus, & hæc omnia tangit Metriſta: Scandala, blaſphemia, perditio, *Gloſſa.* temporis raptura, vſura. Mendacium, lucra, corruptio, ſpretio, rixa.

Luſores arcendi à communione. Sunt ludi vitia, fraus quoq; periuria. Et quia in ludo ſunt tam multa mala crimina & peccata, ideo luſores nullo modo debent accedere ad agnum paſchalẽ Chriſtum, id eſt, ipſum ſumendo, niſi omnia iſta peccata fuerint ab eis penitus expurgata. Expurgate igitur, ô luſores, vetus fermentum iam dictorum peccatorum, vt poſſitis ſumere regem Angelorum.

M SECVNDO comparantur mali columbis, ratione cũrioſitatis. Nam columba

Colũbis mali propter curioſitatẽ comparati. eſt curioſa, quia ſuper arborem ſedens multum circumſpicit, ſuper quem ramum ſcandere velit, & quaſi deliberando collum vndiq; circumflectit. Sed ſæpe dum tantum deliberat, antequam volatum arripiat eam ſagitta perforat, & ideo volatum, quem quidem citius facere potuit, tempore oportuno non perficit, vt dicit Gregorius. Moraliter, quilibet peccator qui in peccatum mortale cecidit, debet ſtatim

Mortalia peccata quã primum cõfitenda. peccata confiteri dum poterit habere copiam confeſſoris, & pœnitentiam agere pro peccato. Iuxta illud. Eccl. *Fili peccaſti*, ſcilicet ex fragilitate humana, *non adicias iterum*, ſcilicet peccatum: *ſed de priſtinis deprecare*, ſcilicet ſtatim per te, & non per alios, vt ibi dimittantur. Sed nonnulli, vel ſaltem in anno nolunt volare per confeſſionem de ramo arboris, id eſt, de actu vel conſcientia alicuius peccati, vel criminis, & ad meliorem ramum, id eſt, ad ſtatum pœnitentium ſe transferre. Et monentur ex decretali, extra de pœnit. & remiſſ. c. Omnis. vbi dicit Innocentius. Omnis vtriuſque ſexus, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua peccata, ſaltem ſemel in anno, confiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam, proprijs viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum. Sed per hanc decretalem nihil aliud probari poteſt, niſi quod

Quolibet anno ad minimum ſemel Euchariſtia ſumenda. quilibet Chriſtianus habens annos diſcretionis debet ſaltem ſemel in anno confiteri, & Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, vt ſe obedientem oſtendat Eccleſiæ, & verum Chriſtianum. Cum illo tamen ſtat quod toties quoties peccat aliquis mortaliter, ſtatim cum poterit habere copiam Sacerdotum, ſuum confiteri tenetur peccatum,

Digitized by Google

tum, quia valdè periculosum est tam diu stare in mortalibus peccatis. Idcircò tales ita procrastinantes deliberant, & circumspicientes aut non confitentes, propositum suum tardant, & continget eis sicut columbis, quod sæpè sagitta mortis vel diuinæ vindictæ, subitò eos non solum in corpore, sed etiam in anima multoties perforant: quia nullus eorum diem confessionis exspectat. Ideo consulitur cuilibet peccatori. Eccl. 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Sicut illi, de quo in Vitas patrum lib. 4. cap. 124.

Periculũ eorum qui cõfessionem differunt.

Fuit temporibus Tancredi Regis in Prouincia Merciorum, miles quidam, qui pro industria exteriori placebat regi. Sed tamen pro negligentia interiori displicebat sibi. Igitur rex sedulè eum monebat, vt confiteretur & redimeret peccata, vel scelera, antequam morte præuentus tempus perderet pænitendi. Ille verba salutis spernebat, & se tempore sequenti pænitentiam acturum promisit. Hic tandem infirmitate tactus, decidit in lectum, & acri dolore cæpit torqueri. Ad quem Rex ingressus, hortabatur, vt vel tunc antequam moreretur, pænitentiam ageret peccatorum. Ille respondit, non se tunc velle confiteri peccata, sed cum ab infirmitate resurgeret, ne exprobrarent sibi consodales, quod timore mortis hoc fecisset. Cumque morbus conualescceret, Rex ad eum denuo ingressus est, quem vt ille vidit, miserabili voce clamauit. Quid vis modo, quare huc venisti? non enim potes mihi aliquid vtilitatis aut salutis vltra conferre? Cui Rex. Noli, inquit, ita loqui, vide vt sapias sanum; Non, inquit, insanio, Sed pessimam mihi sententiam præ manibus habeo. Et Rex. Quid, inquit, hoc est? Et dixit: Paulò ante intrauerunt duo pulcherrimi iuuenes, & resederant circa me, vnus ad caput, & alius ad pedes, & protulit vnus libellum pulcherrimum, sed valdè modicum scriptum, & mihi dedit ad legendum. In quo omnia bona quæ vnquam fecerim, scripta reperi, & hæc erant nimium pauca & modica. Receperunt codicem, & nihil mihi dixerunt. Tunc subitò superuenit exercitus malignorum Spirituum, & domum interius & exterius obsedit. Et ille qui primus videbatur: proferebat codicem horrendæ visionis & magnitudinis, & iussit vni ex satellitibus suis, vt mihi ferret ad legendum. Quem cum legissem, omnia scelera mea, non solum quæ opere, sed etiam verbo, nec non leuissima cogitatione peccata, tetris literis scripta inueni. Dicebantque ad illos iuuenes mihi assistentes. Quid hic sedetis, scientes certè quia noster est? Responderunt illi dicentes: verum dicitis. Accipite eum & in tumulum vestræ damnationis ducite. Quo dicto, statim disparuerunt. Surgentes itaque maligni Spiritus, habentes in manibus vomeres ardentes percusserunt me, vnus in capite, & alius in pede, qui modo cum magno tormento in interiora mea irrepunt, & mox vt ad se inuicem peruenerint moriar, & ad inferni claustra protrahar. Et non multò post miser defunctus est. Ecce quod iste ad instar columbæ semper pænitere deliberauit, nec perfecit, qualiter vindicta & sagitta mortis ipsum perforauit, & damnauit. Ideò charissimi mei dum tempus habemus vetus fermentum peccatorum expurgemus, vt in hoc læto tempore Paschali corpus Christi nostri redemptoris feliciter suscipere valeamus, ne cum illis, qui pœnitere procrastinant, miserabiliter pereamus.

Beda in histor. Anglorum, lib. 5. cap. 14.

Miles confessionem protrahens, à dæmonibus percutiẽs & disperãs moritur.

Digitized by Google

SERMO SECVNDVS,

DE PASCHATE.

A IN RESVRRECTIONE tua, Christe, cælum & terra lætentur. Ita canit Ecclesia. Dicunt naturales, quòd serpens in duo vel in tria frusta decisus, si sub fimo ponitur, redintegratur & resurgit, vt vult Aristoteles 7. animalium. Et huius rationem ponit Commentator Auerrois, dicēs, Animalia anulosa deçisa, viuunt postmodum viceuersa. Spiritualiter per serpentem intellige Christum, qui figuratus est per serpentem æneum. Num. 21. vbi dicit. *Cum filii Israel profecti essent de monte Hor, per viam, quæ ducit ad mare rubrum, & circumirent terram Edom. Et tedere cœpit populum itineris ac laboris. Locutusq; est contra Dominum & Moysen, ait. Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aqua. Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quāobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen atq; dixerunt. Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te, ora vt tollat à nobis serpentes. Oranitq; Moyses pro populo. Locutus q; est Dominus ad eum. Fac, inquit, serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi inspicerent, sanabantur.* Vnde dicit gloss. Serpens suspensus in ligno, est filius Dei Christus cruci affixus, qui venena serpentis antiqui exclusit, & restituit sanitatem. Sed dicitur æneus, quia æs est durabilius omnibus metallis, & significat corpus Christi, quod propter inhabitantem deitatem durat in æternum. Hic quidem serpens per gladium passionis & mortis diuisus fuit in duas partes, videlicet in animam & in corpus, & anima deitati coniuncta ad inferiores partes terræ descendit. Corpus verò eadem deitate plasmatum requieuit, sed sub fimo sepulchri positus, redintegratus est, & reuixit, cum anima corpori reunita fuit, & hodiè gloriosè resurrexit, sicut testatur Apostolus ad Rom. 4. *Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Et idem testatur sancta Synodus, & constit. de summ. Trinit. & fide Catho. C. Firmiter credimus. di. Tertia die resurrexit à mortuis. Idem testatur verbum sanctæ Ecclesiæ, pro themate assumptum. *In resurrectione tua Christe, &c.* In quo verbo duo principaliter tanguntur. Resurrectio Christi glorioſa, ibi. *In resurrectione*, & celebratio resurrectionis gaudiosa, ibi. *Cœlum & terra.*

Christus per serpentem æneum figuratus.

B Circa quod notandum, vt aiunt naturales & computistæ. Sol naturalis, quolibet mense intrat aliquod signum. Nam 14. die Martij sol intrat in Arietem, & similiter 14. die Aprilis intrat Taurum. Sed 14. die Maij intrat signum Gemini, & sic de alijs, vt patet in hoc versu. Ri tib. & ri gar. ipti q̃ bric. lu. cat. vi dato signis. Vide enim quota sit in ordine vnaquæq; syllaba in versibus mensium, & facilè patebit ingressus, numerando enim sic. Mar ci us ad rio, &c. Constat quod illa syllaba ri est. 14. & sic de alijs mensibus. Spiritualiter per solem intellige Christum, qui est sol iustitiæ, & sol intelligentiæ. Iustitiæ quidem, quia iustè retribuet nobis iuxta opera nostra omnia vel facta. Ideo dicitur Malach. 4. *Oriecur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ.* Sed dicitur sol intelligentiæ, quia facit nos eum intelligere per fidem. Iuxta illud Isaiæ 14. *Nisi credideritis, non intelligetis.* Ideo dicunt mali & increduli Sap. 5. *Insipiens lumen*

Sol quolibet mense intrat aliquod signum.

Christus sol iustitiæ & intelligentiæ.

Digitized by Google

non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Iste quidem sol spiritualis, Christus Dominus noster, intrauit Arietem, vt dicit Holkot lectione huius super lib. Sap. Quando in statu innocentiæ creauit primos parentes, & in paradyso collocauerat. Et sicut Aries animal est naturaliter mite & innocens, secundum genus suum, sic Deus tunc mitis fuit, & nullam veritatem tunc eis ostendit, sed tantum innocentiam & in creando potentiam, & res gubernando, quod significatur in illo, quia Aries est animal potens & forte, in specie sua, sed statim homine peccante, ille spiritualis sol Christus creuit in Taurum, qui est animal magnæ fortitudinis & ferocitatis, quia statim expulit eos de paradyso. Genes. 3. Inflixit etiam eis moriendi necessitatem in corpore, & ad inferos descendendi in morte.

Sol Christū signat, qui intrat duodecim signa Zodiaci.

C

Deinde euolutis quinq; millibus & ducentis annis minus vno, intrauit sol iustitiæ iste in Gemini, quando duas naturas in vtero virginis ineffabiliter copulauit, & tunc aliqualiter mitigatus fuit, & certè totaliter, quia dicit Isidorus. 27. Etymol. c. 7. Taurus quantumcunq; ferox fuerit, si alligetur ficui mansuescit. Sic Christus filius Dei viui, qui in primis parentibus magnam ferocitatem ostendit, alligatus dulcissimę ficui, id est, gloriosæ Virgini per incarnationem, continuo mansuescit. Et verificatum est in ipso illud Matth. 21. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* De isto signo transiuit Christus sol iustitiæ in cancrum. Est enim Cancer animal passu retrogrado vadens, iuxta illud Auiani.

Cerua retrocedens dum fert vestigia cancer.

Sic Christus in hoc mundo continuò retrocessit. Quod sic probatur. Nam rectus incessus hominis iusti, debet esse de virtute ad honores, ex quo honor est præmium virtutis, 4. Ethi. Deinde de merito ad præmium, & de labore ad requiem æternum. Sed Christus dum hic vixit, retrocessit de virtute in vituperium, de vituperio ad verbera & ad crucem, vt bona sexta feria audiuit charitas vestra, & de cruce ad mortem, de morte transiuit ad infernum. Sicut testatur sacra constitutio de summa Trinitate, vt suprà. Descendit, inquit, ad inferos. De qua habes supra parte 1. dominica Lætare, sermone 2. signo B.

Hic quæruntur aliqua. PRIMO. Affirmatiuè concedendum Christum ad inferna descendisse, & videtur quod non. Quia dicit B. Augustinus ad Dardanum, & etiam super Gen. ad literam. Non facilè nomen inferni in scripturis in bono inuenitur. Si ergo Christo nihil mali attribuendum est, videtur quod ad infernum non descendit. Sed in contrarium est fides Apostolorum. *Descendit ad inferna.* Ideo dicunt Doctores, quod nomine inferni aliquando intelligitur pœna, aliquando locus pœnæ, & secundum hoc, Christum descendisse ad inferna intelligitur dupliciter. Vno modo, aut quia descendit ad pœnã, aut quia descendit ad locum pœnæ. *Primo* modo non conuenit Christo quia in eius beata anima post mortem nec fuit pœna damni, id est, carentia diuinæ visionis, nec pœna sensus, id est, afflictiua. *Secundo* autem modo, cõueniebat descendere ad infernum, non ad pœnam, sed ad locum pœnæ, in quem descendit, non necessitate, sed voluntate, dignatione, & potestate.

D

Quæstio 1.

Quomodo intelligendũ Christus descendit ad inferna.

E

Quare Christus pro liberãdis animabus ad infernum descenderit.

Ratio autem, quare pro animabus liberandis voluit ad infernum descendere, cum eas in absentia potuisset liberare duplex assignatur, vt dicit Bonauentura super 3. dist. 22. PRIMO propter consolationem victorum, quia magna fuit animabus liberandis consolatio, & maxima fuit Christi dignatio, in hoc quod Christus perso-

Digitized by Google

naliter voluit in anima ſibi vnita ad infernum deſcendere. Vnde ait Damaſcenus, quod propter hoc deſcendit, vt his qui in tenebris ſederent ſuperluceret. Sicut in ſua natiuitate deſcendit vt his luceret, qui in terris erant. SECVNDO propter refutationem aduerſariorum, ſcilicet dæmonum, vt ſicut Chriſtus eos vicerat in terra in natura aſſumpta, ſic de eiſdem triumpharet apud inferos, ipſos inuitos ſpoliando, quia ſpolium ſanctorum Patrum iniuſtè detinebant.

Et ſic impletæ ſunt hæ figuræ, PRIMA Gen. 14. vbi dicitur quod Codorlahomor & quatuor reges cum eo, *tulerunt ſubſtantiam Loth: quem cum audiſſet Abraham, captum, aſſumpſit vernaculos trecentos, & reduxit ſubſtantiam perſequens eos, & occidens.*

Loth patrē cœleſtem ſignificat.

Spiritualiter Loth interpretatur vinculum, & ſignificat Patrem cœleſtem, qui vinculum eſt amoris, ipſius ſubſtantia ſunt omnes electi, qui ab hoc ſeculo in gratia & fide meritorum deſcenderunt, quos iniuſtè tenebat diabolus, qui ſignificatur per Codorlahomor regem. Quod audiens verus Abraham Chriſtus perſecutus eſt ipſum, & omnes electos ſuos à poteſtate ſua liberauit.

Chriſtus verus Abrahã.

SECVNDA figura eſt, 1. Regum 16. *Cum Dauid paſceret gregem, venerunt vrſus & leo, tulerunt ouem: Ipſe autem eos inſecutus eſt, ouem eripuit, vrſum & leonem occidit.* Dauid gregem paſcens eſt Chriſtus, vniuerſos in mundo nutriens. Sed vrſus & leo eſt diabolus. De quo Threno. 4. *Vrſus inſidians factus eſt mihi leo in abſcondito*, & hic tunc tulit ouem Dauid, quando omnes electos ante paſſionem Chriſti infernus deuorauit. Sed Chriſtus mortuus in cruce eum inſecutus eſt, quando infernum deſtruxit & oues ſuas inde eduxit. Sed hoc quod dicitur de inferno, non eſt de loco damnatorum vel purgandorum, aut etiam ſine baptiſmo decedentium puerorum, ſed de limbo patrum intelligendum.

Per infernũ hic limbus Patrum intelligitur.

Ad obiectionem Auguſtini dicitur, quod hoc eſt verum pro tanto, quia ad infernum nunquam vllus deſcendit, niſi ad pœnam damni, vel ſenſus, præter ſolum Chriſtum. Et ideo rectè dicitur, nomen inferni non de facili in bonum inuenitur, quia deſcendere ad infernum ad pœnam certam in malum ſonat. Sed ad infernum deſcendere ipſum poteſtate expoliando, & ex magno domino hoc, in maximam ſonat dignitatem, & ſic competit CHRISTO. Vnde Pſalm deſcribens deſcenſum eius ad inferos, ſic pſallit: *Attollite portas principes veſtras, &c.* Et reſpondet in perſona Dæmonum. *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* replicat in perſona Chriſti, dicens, *Dominus fortis & potens.*

Chriſtus cũ poteſtate infernum ſpoliauit.

F SECVNDO quæritur, An Chriſtus ſua præſentia infernum illuminauit, & videtur, quod non, quia tenebræ videntur eſſe de ratione inferni, ſicut lux eſt de ratione paradyſi, ergo, &c. Reſpondetur, quia tenebræ inferni exteriores, correſpondent tenebris exterioribus in inferno exiſtentibus, ex quo Chriſtus à ſanctis Patribus, qui erant in inferno, ſcilicet in limbo, omnes tenebras exteriores fugauit, quia eis ſuam diuinitatem oſtendit ibidem. Et ſic tota Trinitas, eas ad viſionem diuinæ eſſentiæ, propter meritum Chriſti, miſericorditer & dignanter admiſit. Congruum ergo fuit, vt per præſentiam ſuæ humanitatis ſcilicet quo ad animam tenebras exteriores eorum effugaret. Concedendum ergò eſt, quod Chriſtus infernum, ſcilicet limbum patrum ſua præſentia illuſtrauit.

Quæſtio 2. Reſponſio.

Ad obiectionem dic, quod infernus ſcilicet limbus ſanctorum Patrum erat omninò euacuandus, ita quod per amplius nullus eſſet deſcenſurus ad ipſum, vt tenent docto-

Quare limbus Patrum

Digitized by Google

doctores, ideo decens fuit, quod aliquid fieret in eo, quod esset contra rationem inferni, scilicet, illuminatio serena ex redemptoris præsentia. fuerit euacuandus.

TERTIO, quæritur, An aliquos de inferno damnatorum liberauit? Ad hoc respondent doctores, quod existentes in inferno damnatorum, sunt in malitia obstinati, sicut dæmones. Et quia pœna non tollitur manente culpa, ideo de inferno damnatorum aliqua anima liberata non fuit. Iuxta illud Isa. vlti. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Nec fuit hoc ex sufficientia liberantis, sed ex indispositione obstinata in damnatis. G Quæstio 3. Quare nemo damnatorum ex inferno liberetur.

Sed si instaret contra hos aliquis Zach. 9. *Tu in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu in quo non erat aqua.* Vbi dicit gloss. id est, eos, qui tenebantur vincti carceribus, vbi nulla misericordia eos refrigerabat, quam refrigerationem ille dives petebat, tu liberasti. Sed tales erant animæ damnatæ in inferno, ergò videtur, quod aliquos inde liberauit. Ad hoc respondent doctores, quod textus ille Zach. intelligendus est de limbo Patrum. Sed ad gloss. inductam dicunt sanctus Thomas & Bonauentura, quod ipsa satis sit impropria, potest tamen exponi vt hoc, quod dicitur, *nulla eos misericordia refrigerabat*, intelligatur de inferno damnatorum. Et residuum: *Tu liberasti*, intelligitur de limbo Patrum quia licet ante Christi aduentum non esset misericordia liberans, fuit tamen misericordia relucens. Et istud videtur magis esse pertinens proposito. Obiectio. Responsio.

Sed iterum instaret aliquis per istud Iob. 17. *In profundum inferni descendit anima mea*, ergò videtur quod ipsius anima non sit liberata. Respondè, quod omnes Doctores tenent Iob esse saluatum. Ideo distinguendum est, quod infernus aliquis est super terram, & est ipse aër caliginosus qui est infernus aliquorum dæmonum. Et vt ait Magister lib. 2. sent. dist. 6. cap. 3. Iste aër caliginosus, est eis quasi carcer ad tempus iudicij deputatus, tunc autem detrudentur ad baratrum inferni Iuxta illud Matt. 25. *Ite maledicti &c.* Et est infernus sub terra, qui distinguebatur in limbum patrum. in purgatorium, in limbum puerorum, & in infernum damnatorum. Ergo absolutè loquendo tunc infernus damnatorum est profundissimum inferni, sed limbus Patrũ respectiuè; respectu enim inferni dæmonum quorundam in aëre caliginoso existentium dicitur profundissimum inferni, & hoc modo dicebat Iob. 17. *In profundum inferni descendit anima mea.* De hoc inferno dicit Propheta, in persona Christi. *Eruisti animam meam, ex inferno inferiori.* H Alia obiectio. Responsio. Infernus sub terra, quomodo distinguatur. Psal. 85.

QVARTO quæritur, An Christus liberauit aliquos de limbo puerorum? Respondent doctores, quod non, quia redemptio Christi non habuit locum nisi in illis, qui fuerunt, vel futuri erant mẽbra Christi, sed pueri illi qui tũc fuerunt in limbo, vel hodie sunt, nunquam fuerunt Christi redemptoris membra, neq; per propriam fidem, neque per sacramentum fidei, quod nunc est baptismus, tunc circumcisio vel sacrificium, &c. Et ita hodie paruuli, vel alij, decentes in solo originali, sicut sunt non baptizati, siue sint de parentibus Christianis, Iudæis vel Paganis, æqualiter carebunt vita beata in perpetuum quia perpetuè priuantur diuina visione, quæ priuatio vocatur pœna damni. Sed tamen per Magistrum & communiter alios Doctores pœna eorum est minutissima, quia non sustinent aliquem cruciatum ignis, sed carentiam diuinæ visionis. Habent enim ordinatum rationis iudicium, & vident se ex diuina ordinatione inhabiles ad huiusmodi visionem. Et quod non habent cruciatum, I Quæstio 4. Paruuli non baptizati morientes, priuãtur visione diuina.

habetur ex Scriptura. Apoc. 18. *Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantum date ei luctum & tormentum.*

Sed notum est, quod huiusmodi paruuli nunquam se glorificauerunt in delitijs, eò quod nunquam peccatum commiserunt, sed solum ex alijs traxerũt, &c. Sed quid de eis post iudicium finale Deus sit facturus, an etiam patientur pœnam ignis? vult Augustinus quod sic. Et similiter Merkelinus in tractatu de institutione simplicium sacerdotum, cap. 58. Et quia de hoc aliquid antea posui in libro de Sanctis sermone primo de sancto Iacobo, & in sermone 3. de resurrectione Christi, & ideo ad præsens ponere prætermitto, hoc autem solum addendo, vt ponit S. Thomas de Aquino prima secundæ q. 87. in responsione ad secundum argum. Quod pœna æterna, non debetur paruulis propter quantitatem peccati originalis, sed ratione conditionis subiecti, scilicet hominis, qui sine gratia inuenitur, sic inquit. Æternitas pœnæ, non correspondet peccato veniali, propter quantitatem culpæ, sed propter irremissibilitatem ipsius, quando videlicet peccato mortali est coniunctum.

Quæstio 5. K

QVINTO quæritur, vtrum aliquas animas de purgatorio in suo descensu liberauit. Ad hoc dicitur, quod in solutione huius quæstionis doctores sunt contrarij. Sed pro solutione dicit S. Thomas circa 3. sent. dist. 22. quod licet non inuenitur determinatum apud sanctos Patres, tamen dici posset, quod illi qui erant in purgatorio non inde fuerunt liberati, nisi dicatur, quod in vita sua hoc meruerunt, vt per passionem Christi liberarentur, vel ex speciali gratia tunc fuissent liberati, licet nunc non liberentur. Et tenent quidam doctores moderni & probabiliter quod Christus in suo descensu ad inferos, omnes animas de purgatorio liberauit. Et probant hoc Act. 2. vbi dicitur de Christo, *quod Deus suscitauit eum à mortuis soluti s doloribus inferni.* Sed hoc intelligi non potest de limbo patrum, quia ibi non fuit dolor, sed pœna damni tantum, igitur intelligitur de purgatorio.

Alia obiectio.

Sed posset hic aliquis in contrarium arguere. Passio Christi nunc æqualem habet virtutem misericordiæ, quam tunc habuit, sed nunc virtute passionis non liberantur illi qui sunt in purgatorio, nisi prius puniantur & purgentur, igitur nec tunc. Ad quod respondeo. Licet passio Christi non habebat virtutem liberandi simpliciter & indistinctè omnes de purgatorio, nisi aliquo modo eis pœna infligeretur, tamen tunc ex speciali gratia, vt tangit S. Thomas, propter Redemptoris præsentiam, poterant omnes de purgatorio liberari. Rectè sicut promissus fuit & datus latroni introitus paradisi, dicente Redemptore, *Hodiè mecum eris in paradiso.* Lucæ 23.

Quæstio 6. L

SEXTO quæritur, quamdiu Christus in inferno fuit. Ad hoc dicit S. Thomas circa distinct. 27. tertij libri sententiarum, quod aliquo modo corpus & anima sunt proportionabilia. Tanto ergò tempore anima Christi in inferno esse debuit, quanto tẽpore fuit eius corpus in sepulchro, vt per vtrumq; suis fratribus similaretur, scilicet alijs hominibus. Et vt per resurrectionem suam nouam inchoaret vitam, etiam quo ad animarum liberationem, & quo ad corporum resurrectionem in suo corpore inchoaram. Mansit ergò anima Christi vsq; ad horam resurrectionis in limbo. Postea intrauit in signum leonis, in sua gloriosa resurrectione. Dicit enim Isidorus lib. 12. Etymol. c. 2. quod catulus leonis de nouo natus, tribus diebus iacet quasi mortuus. Tandem post tres dies patris rugitu à dormitione siue morte suscitatur. Isto modo Christus cum esset mortuus in cruce, tribus diebus per synechdochen mortuus iacuit,

Quanto tẽpore Christi anima in limbo fuerit.

cuit, post quod tempus, virtute Patris suscitatus, resurrexit. Circa quod illa quæruntur, & *Primo*, An congruum fuit Christum tertia die resurgere. Ad hoc dicunt Doctores super decretali Firmiter principaliter super hoc verbo. Quæstio.

Tertia die resurrexit à mortuis, quod Christus non sustinuit mortem, vt debitor mortis, sed vt mortem nostram sua morte mortificaret. Ad hoc autem duo requirebantur, *vnum* videlicet, vt non debitor mortis solueret mortem, quam nos debebamus. *Aliud* autem, vt nos virtutem mortis ipsius Christi cognosceremus, vt per fidem mortis Christi, virtus mortis in nobis effectum haberet, propter quod congruũ erat, vt veritas mortis appareret quæ sufficienter apparuit per hoc, quod Christus tertia die resurrexit à mortuis. Fuit enim mortuus in sexta feria, & resurrexit die Dominica, quæ tertia est post feriam sextam. Et hoc prædixit Christus Matth. 20. *Filius hominis tradetur gentibus, & condemnabunt eum morte.* Et sequitur, *Et tertia die resurget.* Ideo in Symbolo Apostolorum dicitur. *Tertia die resurrexit à mortuis.* Et additur in Symbolo Nicæno, *secundum Scripturas.* M

Christus die Dominica resurrexit.

Sed contra hoc instaret aliquis, sic; Christus loquens de sua morte, Matth. 12. dicit. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ.* Sed non fuit Christus in corde terræ, nisi quam diu mortuus fuit. Cum ergo tribus diebus & tribus noctibus mortuus fuit Christus, videtur ergo quod non resurrexit tertia die, sed magis quarta die. Obiectio.

Ad hoc respondet, dies diuersimode accipitur, aliquando pro die naturali, & sic integratur ex 24. horis, & totum aggregatum simul ex die & nocte, dies dicitur. Aliquando accipitur pro die artificiali, quæ est latio solis super nostrum hæmisphærium siue terram. Loquendo ergò de die artificiali, quæ distinguitur contra noctem, tunc Christus fuit mortuus vna integra die tantum, scilicet die sabbathi, & duabus noctibus, quarum vna præcessit sabbathum, & alia sequebatur. Et ad hanc intentionem dicit Glossa ad Rom. 3. cap. quod Christus requieuit in sepulchro vna die, & duabus noctibus, quia sua simplici nouitate nostram duplicem vetustatem consumpsit. Idẽ dicit vna glo. super illo verbo Luc. 6 *Nonne oportuit Christum pati & resurgere?* quod sic intelligendum est: quod duæ noctes quibus corpus Christi fuit in sepulchro, significabant in nobis duplicem vetustatem, scilicet culpæ & pœnæ, vel corporis & animæ quas Christus consumpsit sua simplici nouitate, scilicet pœnæ sine culpa, quod figurabat dies vnica sabbathi, per quam integram mortuus fuit. Si autem loquimur de die naturali, sic per Synechdochen accipiendo partem pro toto, quod consuetum est in tempore, sic mortuus fuit tribus diebus & tribus noctibus. Illa enim pars diei passionis Christi, scilicet, ab hora passionis Christi, scilicet ab hora nona, & deinceps computatur pro tota die naturali, cuius est pars, scilicet pro nocte præcedenti, & ipsa die artificiali. Similiter nox sequens computatur pro tota die naturali sequenti, quibus si adiungatur vna dies naturalis, integra videlicet nox præcedens sabbathum & dies sabbathi, hoc modo loquendo, habetur quod Christus fuit mortuus, *Et fuit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Et ita intelligitur auctoritas inducta: & in hac sententia concordant omnes doctores sancti. N

Responsio. Dies variis modis accipitur.

Duæ noctes quibus Christus in sepulchro fuit, quid significarent.

Sed circa hanc solutionem occurrit alia dubitatio, qua hora Christus resurrexit. De hoc est diuersitas inter doctores. Quidam dicunt quod in media nocte. Alij dicunt quod in aurora. Et nihilominus tam illi quàm isti concordant, quod corpus Christi O

Dubiũ qua hora Christus resurrexerit.

Digitized by Google

Christus passus in æquinoctio vernali.

Christus fuit triginta sex horis in sepulchro, quia de prima opinione computant ab hora sexta, quando tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, & sic computant triginta sex horas, quia fuit æquinoctium vernale quando Christus passus fuit. De secunda opinione computant serò, siue à tempore vespertino, quando corpus positum fuit in sepulchro. Pro istarum opinionum concordantia dicit Bonauentura, quod aliquid dicitur fieri dupliciter, vel secundum veritatem, quando fit, vel quando innotescit; & ideo qui horam mediæ noctis assignant, tempus determinant secundum veritatem resurrectionis, quia secundum veritatem tunc facta fuit. Qui verò assignant tempus manè, determinant quando innotuit. Et subdit. Fortè resurrectio Christi fuit inter horam mediæ noctis & diei Dominicæ. Et quia medium habet cum extremis participationem, ideo aliqui dicunt resurrectionem fuisse in media nocte; aliqui in manè, sine aliqua contradictione.

Obiectio.

Sed iterum instaret quis sic. Figura deberet correspondere veritati, sed resurrectio Christi figurata fuit in Samsone, de quo Iudicum 16. Vbi dicitur quod ingressus vrbem Gazæ, & in ea dormiuit vsque ad medium noctis. *Et inde resurgens apprehendit ambas portas vrbis cum postibus suis, & sera, & apportauit suis humeris vsq; ad montis verticem.* Ex qua scriptura videtur, quod Christus in medio primæ noctis debuit resurgere, & non tertia. Et beatus Gregorius tangens figuram prædictam in homilia paschali, dicit CHRISTVM in nocte resurrexisse, sicut Samson in nocte deportauit portas Gazæ. Videtur ergò, quòd non fuit congruum, Christum resurgere tertia die.

Responsio.

Ad hanc obiectionem dicunt Doctores, quod non est necessarium, quod figura in omnibus correspondeat veritati, vel è conuerso; quia nulla figura est ita similis veritati, quin sit ex aliqua parte sibi dissimilis. Potest enim dici quod per Samsonem in hac re gesta, non fuit figura resurrectionis Christi, quantum ad temporis horam; sed magis quantùm ad resurgentis potentiam magnificam. Quia sicut Samson portas ciuitatis potentia fortitudinis absportauit, ita Christus potentia diuinitatis fortissime resurrexit in media nocte. Sed ad id quod obijcitur de homilia Gregorij, qua videtur dicere ex consideratione illius figuræ de Samsone, quod Christus resurrexit in media nocte, dicit S. Thomas, quod Christus creditur resurrexisse in crepusculo matutino, scilicet inter mediam noctem & auroram. Et ita iuxta intentionem Bonauenturæ præmissam, tunc absq; contradictione dicitur resurrexisse in nocte & in die. Pro doctrina morali est sciendum, quod resurrectió spiritualis, quatuor modis in Christi resurrectione corporali demonstratur.

Christus in crepusculo matutino resurrexit.

P

PRIMO sic, quia Christus resurrexit corporaliter, vita corporali nunquàm moriturus. Iuxta illud Apostoli ad Roman. 6. *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur.* Gloss. quia resurrexit ad vitam immortalem. *Mors illi vltra non dominabitur.* Ita & nos qui, vt spero, omnes hoc tempore Quadragesimæ præterito à peccatis resurreximus, mori deinceps per peccata non debemus, quia, aliàs verè non resurgemus, nec spiritualiter viueremus. Ideò subdit Apostolus ad Roman. vbi supra. *Ita & vos æstimate fratres mortuos quidem esse peccato.* Gloss. per totalem dimissionem, *viuentes autem Deo,* scilicet vita gratiæ in Christo Iesu. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis,* scilicet contra Dominum, & peccato, scilicet contra proximum;

ximum; sed exhibete vos Deo, id est, aptate vos Deo ad seruiendum, tamquàm ex mortuis viuentes. Et nota quod illi, qui per pœnitentiam quadragesimalem à peccato spiritualiter resurrexerunt, & statim post Pascha iterum in peccatis moriuntur, Similes sunt illis qui in veteri testamento per Heliam & Helisæum, imò per Christum ante passionem resurrectione imperfecta surrexerunt, quia iterato mortui fúerunt: Sed hi qui post resurrectionem spiritualem non in peccatis moriuntur, similes sunt illis sanctis qui cum Christo resurrexerunt, nec iterato mortui fuerunt, vt quidam dicunt.

Qui post pœnitentiã peractam iterum peccant, quibus sint similes.

Pro quo nota: quidã opinantur quod illi sancti cum Christo surrexerunt, & testes ipsius resurrectionis extiterunt. Perfectè surrexerunt cum quatuor dotibus gloriosis, & Christo ascendente in cœlum cum eo ascenderunt. Et tenentes illam opinionem, allegant pro se Augustinũ in sermone resurrectionis. Quia illa est ratio quare quidam sancti Patres effectabant in terra sancta sepeliri, quia in spiritu prouidebant, aliquos præuenire futuram resurrectionem in Christi resurrectione. Vt tangit Magister Historiarum tractans de signis, quæ post mortem Christi euenerunt. Sicut patet de Iacob Patriarcha qui filios coniurabat, vt corpus suum de Ægypto transportarent, *& in terra sancta in spelunca duplici sepelirent*. Gen. 49. Similiter Ioseph coniurauit fratres suos, vt quando Dominus visitaret eos, quod redirent de Ægypto ad terram promissionis, quod ossa sua secum transportarent, & ibidem sepelirent. Genes. vlt. Alij autem dicunt, quod iterum sunt mortui, & dicunt cum Magistro Historiarum super Euangelia, quod aliquorum corpora, quæ cum Christo resurrexerunt, quiescunt in Hierusalem. Et Augustinus de mirabilibus diuinæ scripturæ, planè diffinit quod iterum mortui sunt. Dicit enim cap. 9. propè finem libri. Sicut in resuscitatis mortuis similitudo tantùm non mors continua fieri cernitur, ita & in his similitudo resurrectionis, non ipsa resurrectio ostenditur. De continua enim morte, nullus ad vitam individuam, nisi Dominus, vsque in nouissimam diem reuertitur. Vnde dicendum, secundum mentem Augustini apparet probabilis in hac parte, vt Robertus Holkot lectione 19. quod illi, qui cum Christo surrexerunt, iterum mortui sunt, quorum corpora iterum ad monumenta reuertebantur. Namq; verisimile est, quod inter eos debebant fuisse sancti Patres, Moyses, & Dauid, & quidam alij, quorũ fidem maximam commendat Apostolus ad Hebræos 11. Et in fine concludit. *Hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt, non acceperunt repromissionem*, scilicet gloriæ æternæ. Et hoc mouebat beatum Augustinum ad sic dicendum. Et dicit Holkot. Constat quod moriebantur, sicut de Ioanne Euangelista dicitur, quod dolorem in moriendo non sensit, sic & illi, non enim sequitur, si iterum moriebantur, ergò cum pœna. Potest enim Deus cum statuto communi dispensare, & eis pro pœna gloriam recompensare. Sed beatus Hieronymus in sermon. Cogitis me, dicit, quos cum Domino resurrexisse legimus, vtrum redierint in puluerem, certum non habemus. Melius est ergò totum Deo committere, quàm aliquid temerè diffinire. Et hæc sententia pluribus placet.

Quare nonnulli sancti cupiebant in terra sancta sepeliri.

SECVNDO, quia Christus secundum corpus & animam sepulchro resurrexit, expeditus à syndone qua erat inuolutus, & à sudario quo erat coopertus. Sic homo resurgẽs spiritualiter, debet resurgere de sepulchro corruptionis culpæ, & à syndone siue ligamento consuetudinis prauæ, quæ ligat hominem & inuoluit, ne celeriter à

Peccator quomodo debeat spiritualiter resurgere.

Digitized by Google

peccato resurgat. Surgere etiam debet à sudario excusationis peruersæ. Sicut enim sudario sudor extergitur, ita excusatione peccatum, ne appareat, sicut fecit Adam & Eua. Genes. 3.

TERTIO, sicut Christus de sepulchro ipso manente clauso resurrexit: Sic quando quis resurgit spiritualiter, per veram pœnitentiam clauditur sepulchrum concupiscentiæ, ne defluant ipsius riuuli, ad perpetrationem peccatorum.

QVARTO, sicut Christus resurrexit cum quatuor dotibus corporis, scilicet cum claritate contra opacitatem, cum agilitate contra grauitatem, cum subtilitate contra grossitiem, cum immortalitate contra passibilitatem. Sic homo cum resurgit spiritualiter, surgit ad claritatem cognitionis, ad agilitatem bonæ operationis, ad subtilitatem contemplationis & sursum actionis, & ad impassibilitatem solidæ tolerationis aduersariorum: Et hoc quod ad primum. Quantum ad secundum, ponitur in verbo præmisso celebratio resurrectionis gaudiosæ, cum subiungitur. *Cœlum & terra lætantur.*

R Similitudo. Circa quod notandum, quando Rex terrenus pugnans contra alium regem, si viribus suis deficit & succumbit, omnes de familia sua tristantur: Si autem postea, resumptis viribus, fines hostis sui ingreditur, eum prosternẽdo & captiuos redimendo; omnes sui, qui erant in tristitia, iocundantur & lætantur. Spiritualiter, Christus Rex cœlorum, in sua passione pugnauit contra regem superborum, scilicet diabolum, *qui est Rex super omnes filios superbiæ*, Iob 41. Sed pro salute generis humani pugnans defecit, & in cruce succubuit, sicut testatur per os Dauid in Psal. 72. *Defecit cor meũ, & caro mea.* Ideò omnes de familia sua tristabantur. Sicut patet primo de cœlestibus vt de angelicis spiritibus. De quibus Isa. 33. *Angeli pacis amarè flebunt.* Deinde patet de terrestribus, vt de Virgine gloriosa, de Apostolis, & de aliis hominibus electis, qui in triduo mortis Christi valde tristes erant. Et quilibet dicere potuit illud Iob 30. *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium*; & non duntaxat rationales creaturæ, immò & irrationales tristabantur. Nam ob magnam tristitiam & compassionem cœlum lumen suum abscondit, terra mota fuit, & sic de aliis, vt habetur Matth. 27. Sed iste Rex resumptis viribus, ingressus est potenter fines sui inimici, eum prostrauit, & captiuos, quos tenebat, liberauit, & hodie cum eis resurgens, in ciuitatem suam amœnam scilicet paradisum terrestrem lætãter subintrauit. Quod potest habere ex illo verbo Psalm. 138. *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris*, quasi diceret: Cum assumpsero pennas, id est, duas alas charitatis, in diluculo meæ resurrectionis, cum electis meis habitabo in paradyso, quę est in extremis maris. Et dicunt Doctores. Cum Christus post suam resurrectionem non fuit cum discipulis, tunc fuit cum Patribus in paradyso. Idcircò hoc tempore suæ victoriosæ resurrectionis, omnia tam in cœlo & in aëre, quàm in terra lætantur, vt dicit verbum allegatum: *Cœlum & terra lætantur.*

S Angeli cum cœlo empyreo creati. Pro quo notandum. Per cœlum hic intelligitur cœlum splendidũ, quod secundum magistrum lib. 2. sent. dist. 2. c. 1. Dictum est Empyreum, id est, igneum à splendore, non calore; cum quo quidem cœlo creati sunt Angeli. Iuxta illud Gen. 1. *Creauit Deus cœlum & terram.* Hoc quidem cœlum in Christi resurrectione lætatum est; & quomodo hodie lætatum sit, ostenditur in illo, quod ciues cœlestes in vestibus albis in sepulchro sedentes, mulieribus lacrymantibus, & deflentibus mortuũ Dominum resur-

resurrectionis suæ, lætissimos rumores lætificauerunt & nunciauerunt, quasi dicerent: Tantum est nobis hodie gaudium in cœlo, quod cœlum non potuit nos continere, sed descendimus gaudia nostra vobis nunciare. Et hoc habetur in Euangelio hodierno. Marc. vlt. *Vbi Maria Magdalena, Maria Iacobi & Salome venerunt ad monumentum, & viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida.* Et stola fuit signum lætitiæ Angelorum. Quia vt dicit S. Hieron. Vestis candida vera est lætitia. Et beatus Gregorius dicit in homilia. Stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nunciauit. Candor enim vestis, splendorem nostræ denuntiat solennitatis. Cumque sic vidissent angelum in veste alba lætitiæ ipsæ, obstupuerunt. Quod igitur considerans Angelus, dixit eis. *Nolite expauescere*, quasi diceret. Nobis gaudentibus nolite timere & contristari. Quia nobiscum ciues cœli eritis. *Iesum* enim *quæritis Nazarenum crucifixum, non est hic*, scilicet per præsentiam corporalem: *Surrexit. Ecce locus vbi posuerunt eum*, quasi diceret. Ecce Leo suscitauit catulum suum, Ecce Phœnix triduo mortuus, hodie reuixit. Ecce figulus ex eodem luto fracti vasis fecit aliud vas, sicut placuit oculis eius. Ecce Ionas de ventre ceti illæsus exiuit. Ecce vestitum est candelabrum aureum. Ecce suscitatum est tabernaculum Dauid quod ceciderat. Ecce refulsit sol qui prius erat sub nubilo. Ecce vificatũ est granum, quod cadens in terram mortuum fuerat. Ecce verus Ioseph eductus de carcere, constituitur dominus Ægypti Ecce saccus conscissus circumdedit lætitiam. Ideò ite, *dicite eius discipulis & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis.* Ecce quàm gaudiosos rumores Angelus mulieribus nunciauit.

Stola signũ lætitiæ Angelorum.

Ion. 2. Matth. 12. 2. Mac. 1. Ioan. 12. Gen. 41. Psalm. 29. Matth. 28. Marc. 16.

SECVNDO, per cœlum intelligitur firmamentum, quod secunda die factum est. Sicut testatur Magister, vbi suprà, dicens. Cœlum in quo posita sunt luminaria magna, non in principio, sed secunda die factum. Illud quidem cœlum hodie lætatum est. Sicut enim in die passionis Christi in suis stellis, scilicet sole & luna, obtenebratum fuit, sic in die gaudiosæ resurrectionis eius, clarius lætiusque illuxit. Sicut canendo testatur sancta mater Ecclesia. *Lucent clarius sol & luna morte Christi turbida.* Sed moraliter intelligitur sancta militans Ecclesia; quia sicut secundum naturales firmamentum fuit à principio creatum secundum suam substantiam, sed secunda die ampliori formatione est decoratum & ornatum. Sic Ecclesia fidelium etiam ab initio inchoata, videlicet in primis parentibus fuit. Sed secundum Vincent. in spec. histor. libr. 2. cap. 57. ab Abel dicitur incepisse Ecclesia. Quia si ab Adam incepisset, non fuisset continua, & quamuis ab initio incepit Abel, tamen perfectè formata fuit decorata secunda die in tempore plenitudinis gratiæ, quando Christus venit in mundum. Hæc reuera sancta Ecclesia per firmamentum designata in Christi resurrectione, cordaliter est in filiis suis. Et quomodo potuissent contristari, cum Christus resurgens mansit cum eis quinquaginta dies, eos variis apparitionibus consolando. Ideò dixit Dominus Matth. 9. *Nunquid possunt filij*, scilicet CHRISTI, qui est sponsus Ecclesiæ, *lugere, quamdiu cum eis est sponsus?* quasi diceret, non.

T

Cœlum firmamenti secunda die est factum.

Ecclesia ab Abel incepit.

V

Circa quod vlterius est notandum, sicut firmamentum habet multas partes. Quia secundum Commentatorem super secundum librum de cœlo & mundo: quælibet stella est densior pars sui orbis. Ita sancta Ecclesia, tempore resurrectionis Sponsi Christi, habuit varias partes & distinctiones Sanctorum. PRIMA pars fuit, electo-

Variæ distinctiones & partes Sanctorum.

electorum qui fuerunt in limbo, & hi significabantur per stellas, quæ dicuntur Pleiades, & sunt septem stellæ, quæ sunt inter genua Tauri, & vicinæ sunt sibi & diuisæ. Et secundum Gregorium oriuntur tempore hyemali. Sed per tempus hyemale intelligitur tempus ante Christi natiuitatem & passionem, in quo orti sunt per natiuitatem omnes sancti in limbo contenti, quia omnes ante passionem Christi electi ad limbum descenderunt, propter quod dixit Iacob sanctissimus. *Descendam ad filium meum lugens in infernum*, id est, ad limbum Patrum. Gen. 37. Et dicuntur septem ad numerum septistellij, quia septem virtutibus omnes illi electi in limbo fulserunt scilicet quatuor cardinalibus, quæ sunt, iustitia, temperantia, fortitudo, & prudentia, & tribus Theologicis, scilicet, Fide, Spe, & Charitate. Sed est valde notabile de stellis prædictis, quod tempore vernali, in quo Christi resurrectio celebratur, lætius lucent atque splendent; & quantò aura est serenior & frigidior, tantò ab aliis stellis melius discernuntur. Et secundum Martianum. Cum Sol per Pleiades iter facit, aeris caliditas vernalibus pluuiis temperatur, & terra tunc temporis florum pulchritudine adornatur: Ita ad præsens; Cum verus Sol iustitiæ Christus iter faceret, per sanctos Patres in limbo existentes, eos sua Deitate illustrando, tunc lætius luxerunt, quia dotem claritatis ex eius præsentia acceperunt. Tuncq; aër tenebrosus fuit serenatus, & tribulatio eorum pluuiis diuinæ gratiæ erat temperata. Et lętanter dicere potuerunt. Tob. 3. *Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis.* De hoc vide historiam quam ponit Nicodemus in suo Euangelio.

Electi in limbo septē virtutibus fulserunt.

NOTA. Virgulis hic & infra signata, sunt apocripha; valeant quantum possunt.

Carinus & Lentius, qui cum Christo resurrexerunt, Annæ & Caiphæ, Nicodemo & Ioseph Gamalieli apparuerunt, & adiurati ab eis, quid Christus apud inferos gesserit, Responderunt. Cum essemus cum omnibus Patribus nostris in caligine tenebrarum subitò factus est aureus solis color, purpuraq́ue regalis lux illustrans super nos. Statim Adam humani generis Pater exultauit dicens. Lux ista auctoris lumen est sempiterni, qui nobis promisit mittere coæternum suum lumen. Tunc exclamauit Isaias dicens. Hæc est lux patris Dei filius, sicut prædixi cum viuus essem in terris. *Populus gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Tunc superuenit genitor noster Simeon, & exultans dixit. Glorificate Dominum, quia ego infantem natum in manibus suscepi in templo, & compulsus à Spiritu sancto dixi. *Nunc dimittis Domine seruum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, &c.* Post hæc Ioannes lætanter ait. Ego Christum baptizaui, & ante faciem ipsius parare vias eius præiui, & ipsum digito ostendi dicens. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit, &c.* Et descendi nunciare vobis, quia in proximo est visitare nos. Tunc Seth dixit. Cum iussem ad portas Paradisi rogare Dominum, vt transmitteret mihi Angelum suum, vt daret mihi de oleo ligni misericordiæ, vt perungerem corpus Patris Adæ, cum esset infirmus, apparuit mihi Angelus Michael dicens. Noli laborare lacrymis orando propter oleum misericordiæ, quia nullo modo poteris ex eo accipere, nisi quando completi sunt quinque millia & quingenti anni, Hæc audientes omnes Patriarchæ & Prophetæ exultauerunt magna exultatione. Cum igitur hæc agerentur, facta est vox vt tonitruum dicens. *Tollite portas principes vestras.* Ad hanc vocem concurrerunt dæmones, & ostia ærea cum vectibus ferreis clauserunt. Quibus Dauid. Nonne ego prophetizaui dicens Psalm. 106. *Confitemini Domino, quoniam bonus, &c. Confiteantur Domi-*

Domino misericordiæ eius & mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit; Et facta est iterum vox magna, *Tollite portas principes vestras*. Videns infernus quod duabus vicibus clamauerat, quasi ignorans dixit. *Quis est iste Rex gloriæ?* Cui Dauid, *Dominus fortis & potens in prælio*. Tunc Rex gloriæ superuenit, & æternas tenebras illustrauit Et extendens Dominus manum & tenens dexteram Adæ dixit. Pax tibi cum omnibus filiis tuis iustis meis. Et ascendit Dominus ab inferis. Et omnes sancti secuti sunt eum, vt impleretur illud Isaiæ 55. *In lætitia egredimini*, scilicet à limbo, *& in pace deducimini*. Tunc verificatum est illud Psalm. 104. de Christo. *Eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia*. Et addit Euangelium Nicodemi. Dominus tenens manum Adæ, tradidit Michaëli Archangelo, qui introduxit eum in Paradisum.

X

SECVNDA pars electorum fuit in mundo, & fuit duplex, scilicet virorum & mulierum. De numero mulierum præcipua fuit mater Domini Virgo Maria sanctissima, quæ per stellam maris positam in firmamento, est figurata. Nam sicut in Christi passione fuit obscurata, sic in resurrectione Christi clarissimè illustrata. Quod patet ex eo, quia stellæ lumen suum capiunt à sole, qui est fons totius luminis: quo superiora & inferiora illustrantur, vt dicit Isidorus. Sed quia sol in passione Christi, lumen suum amisit, & obscurauit. Matth. 27. igitur & stellæ: sed sicut Sol in die resurrectionis clarè luxit, sic & stellæ clarum lumen habuerunt. Ita beatissima Virgo Maria, in passione filij sui præ maximis doloribus fuit in colore suo splendido obscurata, vt de illo miraretur propheta Hieremias. Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum*, id est, aureus color virginis gloriosæ, mutatus est color optimus.

Maria stella maris.

Sed quæ fuit sic mœstissima Christo moriente, non dubium, quin præ cunctis hodie hominibus gaudiosissimè exultauit dicens cum Psalm. 93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. In cuius signum imago quædam beatæ Virginis est Romæ apud sanctum Sixtum, quam sanctus Lucas dicitur pinxisse, quæ vt dicitur, in passione & parasceue à manè vsq; ad horam nonam pallescit, & tunc nigrescit quasi facies mortua vsque ad diem resurrectionis. quasi dicat illud Cantic. 1. *Nolite me considerare quod fusca sim quia sol*, id est, filius meus propter suam amarissimam passionem *decoloraui me*. Sed hæc imago hodierna die roseo colore perfunditur, quasi resurrectioni filij sui congaudendo. Ideo hodie cantant angeli eam ad lætitiam exhortando, dicentes. *Regina cœli lætare*. Et sancta Ecclesia subiungit, Gaude Dei genetrix, Quia surrexit filius tuus. Item de numero virorum præcipuè fuerunt sancti Apostoli, per duodecim signa firmamenti designati, qui speciali lætitia in Christi resurrectione splenduerunt. Sicut testatur Euang. Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino*.

Maria Virgo in passione filij doluit, in resurrectione exultauit.

SECVNDO notandum, quod non solum cœlum lætatur in Christi resurrectione, sed cœli volucres. Nam per hoc tempus felicissimæ resurrectionis quasi omnes volucres collætantur, & resurrectioni CHRISTI congaudent. PRIMA enim & principalis est Philomela, quæ vt frequenter hoc tempore resurrectionis, nisi per frigus impediatur, solet gaudere & cantare. Est enim, vt dicunt naturales, auis parua in corpore, sed cantus amænissimi, quæ in tantum in cantus amænitate delectatur, vt aliquando per cantum deficere videatur, & postquam cibo corpus reficit iterum canit, & sic corporis exiguam quantitatem restaurat per cantus amœnitatem.

Volucres Christo resurgente lætantur.

Philomela.

Maria Magdalena spi-

Digitized by Google

Spiritualis philomela.

Spiritualiter per philomelam intellige Mariam Magdalenam, quia ſicut hæc auicula eſt parua, ſic ipſa fuit ex humilitate infima, quam humilitatem tunc oſtẽdit, quando ad pedes Ieſu flendo retrò proſtrata iacuit. Luc. 7. Sed ſicut philomela tam in nocte vel diluculo, quàm etiam in die amæniſſimè cantant, & reſurrectioni Chriſti ſecundum modulum ſuum congaudent: Sic à diluculo, hæc felix peccatrix, in nocte reſurrectionis Chriſti, a Mæniter cantauit, cum reſurrectionem eius diſcipulis primitus nunciauit, vt habetur Ioan. 20. *quod vna Sabbati venit Maria Magdalena manè, cum adhuc eſſent tenebræ, ad monumentum.* Et inter cetera, *Cum ibi ſtaret plorans, conuerſa retrorſum, vidit Ieſum ſtantem, & neſciebat quod eſſet Ieſus Chriſtus. Dicit ei. Mulier quid ploras, quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei. Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego tollam eum. Dicit ei Ieſus. Maria. Conuerſa illa dicit ei. Rabboni, quod Magiſter dicitur. Dicit ei Ieſus. Noli me tangere, nondum enim ad Patrem meum aſcendi. Vade ergo ad fratres meos & dic eis. Aſcendo ad Patrem meum, & ad Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Venit ergo Maria Magdalena nuncians diſcipulis, quia vidi Dominum: & hæc dixit mihi.* Ecce quàm dulciter & gaudiosè cantauit iſta celeſtis Philomela; Et verè multum amænus & iubiloſus fuit in auribus Apoſtolorum iſte cantus, *Vidi Dominum*, & quilibet ipſorum potuit dicere, illud Cantic. 2. O Maria *ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Ideo canit Eccleſia de ipſa, in reſurrectione Maria facta eſt prænuncia, ferens Chriſti fratribus eius morte triſtibus, expectata gaudia.

Alauda.

Deuotus fœmineus ſexus per alaudam ſignificatur.

SECVNDA auicula, quæ hoc tempore lætæ reſurrectionis dulciter cantat & lætatur, eſt Alauda, quę vt dicitur in libro rerum, eſt à laude dicta, eò quòd maxima iocunditate extenſis in aëre pennis, vocis modulamine auræ lætioris, tempori congaudet. Per has auiculas lætantes, reſurrectioni Chriſti congaudentes, ſpiritualiter intellige alias deuotas fœminas, videlicet Mariam Iacobi & Iohannam, & cæteras quæ cum eis erant, quę lætanter reſurrectionem Chriſti Apoſtolis nunciabant, vt habetur Luc. vlt. Et rectè ſicut Alaudæ in diluculo vel aurora ſe eleuant, & diem ortum lætè nunciant. Sic iſtæ ſanctæ mulieres prima ſabbati ſicut hodie diluculo ſurrexerunt, & ad monumentum venerunt portantes aromata quæ præparauerunt. *Et inuenerunt lapidem reuolutum, & ingreſſæ non inuenerunt Domini Ieſu corpus. Et factum eſt cum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti, qui dixerunt ad illas. Quid quæritis viuentem cum mortuis, Non eſt hic, ſurrexit. Recordamini qualiter locutus eſt vobis, cum adhuc in Galilæa eſſet dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & tertia die reſurgere; Et recordatæ ſunt verborum. Et egreſſæ a monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim cum cæteris omnibus.* vt patet Luc. 24. Ecce qualiter in diluculo Chriſtum verum diem iam ortum, ad ſimilitudinem alaudarum nunciauerunt.

Chalandra.

TERTIA auicula, quæ etiam hoc tempore ſub læto cantu Chriſti teſtatur reſurrectionem, eſt dicta Chalandra quæ ſecundum Albertum in libro rerum, auis parua alaudæ ſimilis, quæ miro vocis modulamine audientes lætificat. Capta enim ab hominib. captiuitatis ſuæ obliuiſcitur, & vix vno die ſine cantu præterit. Per hanc autem moraliter ſignificabatur Ioſeph ab Arimathia qui paruus erat ratione humilitatis, & ſimilis alaudis ſcil. ſanctis mulieribus ratione deuotionis, in hoc, quod Chriſtum humiliter & deuotè ſepeliuit. vt Matt. 27. & Luc. 23. continetur. Hic enim ad ſimilitudinem

Ioſeph ab Arimathia per Chalan-

Digitized by Google

nem Chalandri, vocis suæ modulatione, audientes Christianos lætificat, cum Christum resurrexisse à mortuis coram Iudæis veraciter probat. Et licet ab eis captus fuisset, & in cubiculo clausus, à resurrectionis tamen Christi laude non cessauit, per Christum liberatus. De hoc habetur in Euangelio Nicodemi, vbi legitur, quod liberato Ioseph per Christum de carcere venerunt ad eum Iudæi dicentes. Da confessionam Deo Israel, quia contristati fuimus de eo, quod sepelisti corpus Iesu includentes te in cubiculo propter diem Sabbati. Postera die quærentes te non inuenimus. Dic ergò quid de te actũ sit. Tunc incepit velut Chalandra lætè cantare resurrectionem Christi dicens. Quando me recluſistis in die parasceues ad vesperam dum starem ad orationem, nocte in ea, vidi Iesum sicut fulgorem lucis, & præ timore cecidi in terram, & tenens manum meam eleuauit me. Et osculatus est me & dixit. Noli timere, respice in me, quia ego sum Christus Iesus, quem sepelisti, & duxit me ad locum vbi sepeliui eum, & ostendit mihi syndonem in qua inuolui eum, tunc cognoui eum & adoraui, tenens manum meam duxit me in Arimathiam in domum meam. Et certè hæc vox dulciter sonare debet in auribus omnium Christianorum, audientes Christum suum Redemptorem à morte resurrexisse.

dram autem notatur.

Apocripha.

QVARTÆ auiculæ, quæ tempore resurrectionis Christi aduenium, & suo cantu dulci collaudant, sunt hirundines, quę suo cantu diem resurrectionis pronunciant, & ad laudem Dei dormientes excitant. Et secundum Magistrum 12. proprietatum, Hirundinum sunt tria genera. Quædam sunt maioris corporis, dorsum habentes nigrum, pectus rubeum, ventrem album, & hæ diligunt humanam societatem, ideo in domibus hominum nidificant; Aliæ sunt minoris corporis, nigrum habentes pectus, & nidificant in riparum foraminibus iuxta aquas. Aliæ sunt quas timent aliæ aues, & etiam aquila & accipiter, & fugiunt illas tanquam hostes, nec audent super prædam irruere visis illis; timent enim morsus illarum, quia talis forsitan est venenosus. Per has hirundines triplices, intellige moraliter tres viros solennes, qui etiam lætam diem resurrectionis Christi & eius ascensionis nunciauerunt, & alios Iudæos ad laudem Christi & eius resurrectionis excitauerunt, sed illi credere noluerunt, sicut de hoc dicit Euangelium Nicodemi, vbi legitur, quod tres viri venerunt de Galilæa in Hierusalem, scilicet Phinees Sacerdos, Adam præceptor, & Aggæus Leuita, & dixerunt principibus sacerdotũ, & aliis Iudæis omnibus, qui in synagoga erant; IESVM quem crucifixistis, vidimus cum vndecim discipulis loquentem in monte oliueti. Et post hoc in cœlum ascendentem. Hæc audientes principes sacerdotum & seniores dixerunt illis Date confessionem Deo Israel, & data confessione, si vera sunt quæ dixistis. Qui responderunt, viuit DEVS Abraham, DEVS Isaac, & DEVS Iacob, quia sicut vidimus sic locuti sumus. Ecce quàm dulciter hæ tres hirundines spirituales CHRISTI resurrectionis diem nunciauerunt. Sed principes Sacerdotum hoc audientes statim exurgentes, & legem in manibus suis tenentes, dixerunt eis. Adiuramus vos per DEVM Israel, vt amplius non nuncietis verba, quæ locuti estis nobis de IESV, & dederunt eis pecuniam multam. Et miserunt cum eis tres viros, vt ducerent eos in regionibus suis, vt de cetero nullo modo starent in Hierusalem.

Hirundines.

Hirundinũ tria genera.

Apocrypha.

QVINTÆ auiculæ, quæ etiam hoc tempore læto dulciter canunt & lætantur, sunt corrucæ, vulgariter propriè Graßmucke/ quæ sunt auiculæ paruæ iuxta aquam indificantes, dulciterq; canentes, quarum cantum cuculi audientes eas insequuntur vsque

Corrucæ.

Digitized by Google

vſque ad nidum, exitum earum expectantes, quæ cum exierint, cuculi ſubintrantes, earum oua ſorbunt & ebibunt, & propria ibidem ponunt recedendo. Venientes autem corrucæ, inſident ouis Cuculi diligenter pullos excludendo & nutriendo, qui cùm ſuccreuerint, inſurgunt in corrucam, & interficiunt, & ad cuculum reuertuntur. Et hoc tangit Alanus in deplanctu naturæ, tractatu ſecundo, libr. 2. Illic Corruca nouercam exuens maternæ pietatis vbere, alienam cuculi prolem adoptabat in filium, quæ tamen capitali præmiata ſtipendio, priuignum agnoſcens filium ignorabat. Per has Corrucas intellige ad præſens, milites ſepulchrum Chriſti cuſtodientes, qui fuerunt parui in miſericordia & humanitate, quia Chriſto nullam miſericordiam & humanitatem in ſua paſſione oſtenderunt, ſed circa aquas nidificauerunt, quando Chriſtum multis tribulationibus affecerunt, attamen tunc ad ſimilitudinem corrucarum dulciter cantauerunt, quando Chriſti reſurrectionem in Synagoga nunciauerunt, dicentes, vt habetur in Euangelio Nicodemi. Nobis cuſtodientibus ſepulcrum factus eſt terræmotus: & vidimus Angelum Domini, qui reuoluit lapidem, & ſedit ſuper eum. Præ cuius timore facti ſumus quaſi mortui, & audiuimus eum dicentem mulieribus, quia ſurrexit Dominus. Et Matth. vltimo habetur: quod Dominus occurrit mulieribus exeuntibus de monumento, & ait illis. Ite annunciate fratribus meis, ſcilicet Apoſtolis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cùm abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta ſunt, ſcilicet, quia Dominus ſurrexiſſet, & mulieribus locutus fuiſſet. Ecce quam dulciter cantauerunt. Sed cuculi, id eſt, principes Sacerdotum, Phariſæi, & Iudæi, qui nihil hactenus niſi duas voces didicerũt, ſcilicet blaſphemare nomen CHRISTI, & ipſum negare, audientes hunc dulcem cantum cuſtodum de CHRISTI reſurrectione, inſecuti ſunt eos, cùm de nido ſepulcri exiiſſent, & oua illius confeſſionis ſanctæ, quam fecerunt de reſurrectione CHRISTI ſorbuerunt, & oua ſua propria, ſcilicet negationis illius & infidelitatis, in corda ipſorum poſuerunt, & hæc oua negationis cuſtodes excubauerunt, quando CHRISTVM non ſurrexiſſe ſed furatum à diſcipulis dixerunt. Sicque per pullos infidelitatis æternaliter interierunt. Ideo habetur Matth. 6. *Principes Sacerdotum cum audiſſent cuſtodes, congregati ſunt cum ſenioribus, conſilio, accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes. Dicite quod diſcipuli eius venerunt nocte, & furati ſunt eum vobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, ſuadebimus ei, & ſecuros vos reddemus. At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti, & diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem.* Moraliter autem iſtud naturale de corrucis exponendo ad noſtrum propoſitum dico, quod per Corrucas omnes Chriſtiani deſignantur, qui debent eſſe paruuli per humilitatem, iuxta illud 1. Petr. 5. *Omnes inuicem humilitatem inſinuate in verbis & operibus demonſtrate, Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei.* Item debent nidificare iuxta aquas ſacræ ſcripturæ, quia principaliter hoc tempore veris, homo ad vitia carnis inclinatur, quæ tollit ſancta prædicatio, & ſacræ ſcripturæ lectio vel auditio, ſicut teſtatur ſanctus Hieronymus ad Ruſticum Monachum, & habetur de conſecrat. diſtinction. 5. cap. Nunquam. Ama ſcientiam ſcripturarum, & vitia carnis non amabis. Item debent dulciter cantare non ſolum cordis deuotione, ſed etiam cantu oris debent CHRISTVM reſurgentem collaudare. Quia dicit Gregorius in homelia hodierna. Indignum valde eſt,

Milites ſepulchrum Chriſti cuſtodientes per corrucas deſignãtur.

Apocripha,

Sacerdotum principes, cuculis ſimiles.

Per corrucas omnes Chriſtiani deſignantur.

est, vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die caro resurrexit auctoris.

Sed heu dæmones, qui significantur per cuculos, audientes dulcem cantum deuotionis, & etiam linguas hominum deuotorum, insequuntur eos, etiam vsque in nidum Ecclesiæ, in qua sunt homines deuoti in Dei seruitio & feruentes, vbi non cessant persequi. Quia dicitur 3. quæst. 1. capit. Nulli dubium. Diabolus non cessat circumire quærens quem deuoret, & quærit quos ex fidelibus perdat: & maximè illos, quos in seruitio Saluatoris, ardentiores eiúque familiariores inuenerit. Sed quia propter deuotionem eos in nidis ecclesiarum non potest decipere & perdere, ideò exspectat eorum exitū postquam venerint domum, tunc per malas cogitationes intrat corda ipsorum, sorbendo oua deuotionis & bonæ operationis, & ponendo ibi sua propria oua malæ operationis, vt ebrietatis, luxuriæ, loquacitatis, superbiæ, vanitatis, & inuidiæ. Et hæc si homines consensu vel opere excubauerint, excubita insurgunt in ipsos, & spiritualiter occidunt in anima, & multoties etiam corporaliter, sicut contigit Romanis, qui licet in quadragesima continenter vixissent, & in Pascha corpus CHRISTI sumpsissent, statim post hoc tamen Diabolo procurante, ludis, comessationibus, & luxuriis se dabant. Ideo indignatus Dominus contra eos, pestem inguinariam immisit, vt homines in viis, in ludis morerentur, & in sternutatione spiritum exhalarent. Dæmones per cuculos designantur.

Et certè quod ipsi homines, post sumptionem venerabilis Paschalis Sacramenti, tam citò operibus Diaboli consentiunt, propterea immittit Dominus pestilentiam, famam, persecutiones malorum, & ceteras corporis passiones atque mortes; Sic vt prædixit Apostolus Corinthiis. 1. Cor. 11. *Ideo* propter indignam scilicet sumptionem sanctæ Eucharistiæ *inter vos multi infirmi*, id est, puniti diuinitus infirmitate corporali, *& imbecilles*, id est, longa infirmitate laborantes, *& dormiunt multi*, scilicet somno mortis corporis subitò à Deo interfecti.

SEXTA Auicula, quæ hoc tempore amplius aliis temporibus amæniſſimè gaudet, est dicta Psittacus propriè Sittich/ de qua dicit Alanus. Illic psittacus in sui gutturis incude, vocis monetam fabricabat humanæ. Est enim auis viridem habens colorem, in Indiæ litoribus frequenter habitans, vel in desertis Græciæ. Et hæc potest doceri ad loquendum vocibus humanis. Et de ista dicunt naturales, quod nihil nouit naturaliter loqui nisi verbum salutandi. Vnde Imperatores dicitur naturaliter salutare iuxta illud Martialis Epigrammatum 13. Psittacus.

Psittacus à vobis aliorum nomina discam.
Hoc didici per me, dicere Cæsar aue.

Vnde historia Caroli Cæsaris magni narratur, quod cum Carolus erraret per deserta Græciæ, obuiæ fuerunt ei aues, quę Psittaci nominantur, quę statim lingua Græca salutauerunt eum dicentes. Χαῖρε καῖσαρ ἄριστε hoc est dictum. Aue Cæsar optime. Et hæc fuit prima prophetia de imperio sibi facta, Nam cum tunc non foret nisi Rex Franciæ, factus est postea Imperator. Moraliter per Psittacos rectè populus intelligitur Christianus, qui hoc tempore resurrectionis debet plus aliis temporibus spiritualiter lætari. Quia *hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Sic cantat Ecclesia per totam illam hebdomadam. Et est sumptum ex Psalmo 117. Debet igitur laudando formare voces humanas, & voces humanæ nihil aliud sunt nisi vo Populus Christianus per Psittacos intelligitur.

Digitized by Google

ces diuinæ laudis, quia homo ad Deum laudandum creatus est, vt dicitur Isaiæ 43.

Homo ad Deum laudandum & ei seruiendū creatus.

Et dicit Magister lib. 2. distinctione prima, cap. 7. Si quæritur ad quid creata sit rationalis creatura. Respondetur ad laudandum Deum, vel ad seruiendum ei, ad fruendum eo. Et quia homo ad laudandum Deum est factus, igitur debet ipsum laudare, eò quod de laqueo dæmonis per suam acerbissimam passionem est liberatus, & dicere cum Psalm. 123. *Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum*, scilicet dæmonum, sicut fuerunt ab eis capti sancti Patres in lymbo. *Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo venantium.* Et nihil debent aliud facere, scilicet homines ad hoc deputati, nisi salutare CHRISTVM cœli Imperatorem in deserto huius mundi, & dicere cum sanctis Patribus sicut canitur. *Aduenisti desiderabilis quem expectabamus in tenebris, vt educeres hac nocte, &c.* Cum ergo homo Christianus spiritualiter lætatur Christum collaudando, tunc impletur illud verbum thematis. *In resurrectione tua Christe terra lætatur*, id est, homo de terra creatus, quod fuit verbum allegatum.

Grues, & eorum natura.

SEPTIMÆ aues, quæ tempore resurrectionis CHRISTI plus solito gaudent, sunt grues. De quibus dicit Basilius in hexame. & etiam Ambrosius quod simul volant, simul comedunt, suam speciem diligunt, regem sibi substituunt, hæ etiam ordinatè volant. Et si aliquando inter se pugnant, mox reconciliatæ, à societate non declinant. Hæ futuram tempestatem cognoscunt, qua imminente clamant. De quo etiam vide 7. quæst. prim. cap. In apibus. Per has aues moraliter intelliguntur religiosæ personæ.

Religiosæ personæ per grues intelligendæ.

Nam in eo quod grues in simul volant & comedunt, docentur, quod debent singularitatem fugere, & communitatem diligere, siue in cibis, siue in aliis. Quia Actor. 4. dicitur. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum quod possidebat, suum esse dicebat*, scilicet sibi vel familiæ appropriando, *sed erant eis omnia communia.* In eo quod grues speciem suam diligunt, docent eos suam religionem diligere, & fouere præcipuè. In eo autem, quod regem sibi substituunt, docentur sub custodia, vel obedientia viuere. *quia obedientia plus valet, quàm victima.* 1. Reg. 14. In eo verò quod ordinatè volant, docentur modestè & ordinatè incidere. In hoc autem quod citò reconciliantur, & iterum consociantur, docentur iras seu lites, si aliquando accidant, citius terminare, & per remissionem in obliuionem iniuriarum pacem & charitatem, CHRISTI scilicet, celerius reformare. In eo verò, quod tempestates sentiunt, atq; imminentibus illis clamant, docentur futura pericula, vel tempestates sollicitè præuidere, & eis imminentibus ad DEVM, & ad B. Virginem orando exclamare. Sicut fecerunt illi de quibus scribit Thomas Cantipratensis lib. 2. c. 29. part. 22.

In quodam clausto ordinis prędicatorum contigit fieri tempestates, coruscationes & fulgura. Quod videntes Monachi certatim ad Ecclesiã fugiunt, & pariter congregati. Salue Regina incipiunt. Cumq; venissent ad illam clausulam. Eya ergo aduocata, &c. subitò vehemens ventus ab occidente veniens cum horribili fragore tonitrui, fenestras vitreas totaliter dissipat. Et hoc factum fuit operatione Diaboli. Flexerunt ergo genua & cantauerunt. Et Iesum benedictũ fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, &c. Statim imago crucifixi, quæ media stabat inter Chorum Monachorum & Conuersorum fratrum, conuersa ad orientem, versus Chorum Monachorum reflexa est, & oculos aperuit. Et mox omnis timor cessauit, sublata tempestate. Ecce quod religiosi exemplo gruum Deum laudant.

OCTA-

Digitized by Google

OCTAVA auis, quæ plus tempore Veris & reſurrectionis lætatur: eſt gallus, qui tunc magis cantat, & horas diei atq; noctis annuntiat, & homines à ſopore excitat, per quem ſignificantur fideles prædicatores, qui hoc tempore vociferant, & Chriſti reſurrectionem lætè hominibus annuntiant, eos à peccatis incredulitatis excitando. Et horum præcipuus fuit beatus Petrus, qui velut gallus annuntiauit horam & diem reſurrectionis. Cum ait Actor. 10. *Hunc Chriſtum ſuſcitauit Deus tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo.* Dicit enim Dionyſius lib. cœleſtis Hierarchiæ. Hæc eſt lex diuinitus inſtituta, vt ea quæ tranſcendunt cognitionem naturalem, primò ſuperioribus reuelentur, & per ſuperiores aliis manifeſtentur. Sicut patet in ſpiritibus angelicis in ordine Hierarchico. Nam ſuperiores immediatè à Deo illuminantur. Medij verò à ſuperioribus. Et inferiores à mediis. Sed quia reſurrectio CHRISTI eſt vnum de tranſcendentibus, ideò primò reuelata eſt Apoſtolis, per quos aliis manifeſtata eſt, propter quod dixit, *Non omni populo, &c.* Alius prædicator fidelis beatus Paulus, qui Actor. 13. Annuntiauit CHRISTI reſurrectionem, dicens. *Deus ſuſcitauit eum à mortuis die tertia, qui viſus eſt per dies multos, ſcilicet quadraginta.* Et tantùm de auibus ad præſens dicta ſufficiunt.

Gallus.

Per hunc ſignantur concionatores.

SERMO TERTIVS DE RESVRRECTIONE.

Ipſi narrabant quæ geſta erant in via. Luc. vltimo.

DICVNT experti curſores quod illo die, quo multæ aues viam ſolent peruolare, ſecurum ſit ambulare. Et hoc confirmat Fontinus in deſcriptione vniuerſi dicens. Viatores quidam viam tunc ſibi adeſſe vident proſperam, dum multæ aues viam peruolant, hinc inde. Cuius ratio poteſt eſſe, quia aues videntes aut cognoſcentes inſidias latronum, fugiunt de ſyluis & de viis. Sicut patet per hoc, quod ſcribit Iulius ſtratagematon l. 1. c. 2. Paulus Æmilius Conſul Romanus, quondam dimiſſurus erat exercitum in quadam planicie, & ſubitò circumſpiciens, vidit quandam multitudinem auium ſubitò excitatam, à quadam ſylua confugere, & ſtatim concepit, quod ibi eſſent inſidiæ. Miſſis ergò exploratoribus didicit, ibi decem millia armatorum ſe abſcondiſſe, vt exercitui Romano obuiarent. Miſſis ergò exploratoribus per aliam viam militibus, eos circumdedit & confudit. Moraliter per curſores aut viatores intelliguntur omnes homines, qui currunt in ſtadio huius mundi. De quibus Apoſtolus 1. Corinthior. 9. *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium.* Quod autem viatores ſimus, oſtendit beatus Gregorius in Homel. In via, inquit, ſumus qua ad patriam tendimus. Sed per aues intelligitur vno modo multitudo ſanctorum hominum, qui per occultas ſemitas ad benè operandum pergunt. Iuxta illud Iob. 28. *Semitam ignoranit auis, &c.* Iſtæ inquam aues ſi volant per vias huius mundi in alta cœli, ſecurum erit aliis poſt eas ambulare, per quas vias ipſi ambulauerunt ſeu volauerunt, ſi & nos per eaſdem euolemus proſperè & ſecurè ambulemus. Alio modo, per aues intelligitur multitudo exercitantium dæmonum. De quibus Luc. 8. *Volucres cœli comederunt illud*, ſcilicet, ſemen verbi Dei, Hi, inquam, ſi peruolant vias noſtras, nos exercitando

A

Aues viam peruolantes ſignificant ſecuritatem viarum.

Morale.

Aues multitudinem ſanctorum vel dæmonum ſignificant.

d by Google

& tentando, ſecurum erit nobis ad cœli patriam ambulare. Iacob. 1. *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quia cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.* Idcirco ipſi prædicatores debent narrare hominibus, qualiter homines ſancti per vias huius mundi ad alta cœli euolauerunt. Et quomodo per exercitationem dæmonum multi illuc proſperè peruenerunt, vt & ipſi eodem modo illuc proſperè perueniant; & hoc quo ad ſenſum moralem, vt vult verbum prælibatum, cum dicitur. Ipſi ſcilicet prædicatores narrabant, ſcilicet hominibus, quæ geſta erant in via. In quo quidem verbo principaliter duo tanguntur. Scilicet, Prædicantium narratio intuenda, ibi. *Ipſi narrabant.* Hominum ambulatio deteſtanda, ibi. *In via.*

B De iſtis eſt notandum, Magiſter Rupertus Holkot ſuper lib. Sap. lection. 62. ſuper hoc verbo. *Laſſati ſumus in via*, diſtinguit ſeptem vias, per quas iniqui ambulant, quæ ſunt deteſtandæ. Sed octauam in fine ſuperaddam, quę eſt amplectenda. PRIMA igitur via difficilis & deteſtanda eſt montoſa, quam ambulant ſuperbi & ambitioſi, qui ſemper vadunt altas vias & montoſas, & tamen hoc eſt valde periculoſum, quia de modico lapſu imminet magnum periculum. Quia ſecundum Gregorium, quantò gradus altior, tanto caſus grauior. De eis eſt ſicut de lepore; Quia lepus multò melius currit contra montem aſcendendo quàm de monte in vallem deſcendendo. Et ratio eſt, quia crura eius anteriora breuiora ſunt, quàm poſteriora. Ita iſti de monte ſuperbiæ cum difficultate deſcendunt; ſed ad locum dignitatis, cum magno conatu aſcendunt, quia affectiones hominis ad Deum, ſunt quaſi tibiæ anteriores. Affectiones autem ad mundum, ſunt tibiæ & pedes poſteriores. Quando ergo in homine affectiones ad Deum ſunt breuiores, quàm affectiones ad mundum, ille currit velociter contra montem, ad acquiſitionem rerum, quarum eſt cupidus. De illo dicit Iob. 15. *Cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui cervice armatus eſt*, Ex quo dicto patet, vt habetur 4. Reg. 19. quod Sennacherib Rex habuit affectiones ad Deum breuiores. De quo dicitur Iſai. 37. *Superbia tua aſcendit in aures meas, ponam ergò circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti.* Et ſequitur. *Egreſſus autem eſt angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia, & reuerſus eſt Sennacherib per viam, per quam venit, & cum oraret in templo Deum ſuum filij eius eum gladio percuſſerunt.* Et cauſam illius ponit Rabbi Salomon, quod principes regni ſui erant turbati contra eum, eo quod filij eorum & amici mortui erant propter ſuam ſuperbiam & blaſphemiam contra Deum Iſraël, propter quod tractabant de morte eius. Quod cum ad eius aures peruenisſet, intrauit templum Dei ſui orans & promittens, quod ſi hoc periculum euaderet, in eius honorem duos filios ſuos ſacrificaret: quod illi intelligentes eum interfecerunt, ne ab eo interficerentur. Sed è contra iſte habuit pedes affectionis ad Deum longiores, & ad mundum breuiores, de quo refert Thomas Cantipratenſis, lib. 1. c. 20. part. 4.

Viam montoſam ambulant ſuperbi & ambitioſi.

C Apud ſanctum Victorem Pariſiis Canonicus regularis fuit vita, genere & literis pollens. Electus ergo in Epiſcopum, renuit dignitatem, & pertinaci conſtantia contra plurimorum & maiorum conſilio ſe ſubtraxit. Moriturus autem poſt multos annos, ſocius quidam eius, qui eum dilexerat multum, adiurauit eum, quatenus ad ſe, ſi Deus permitteret, reſolutus morte rediret. Annuit ille & ſtatim defunctus eſt. Nec dies multi poſt mortem eius effluxerãt, ecce anima, ſecundum quod promiſerat, rediens, eminus in pariete ſignum crucis impreſſit, dicens: Ne dubites, aut vacilles in viſu:

Prælationis ſtatum recuſat quidam Canonicus.

Digitized by Google

visu: sed quære quod vis, & me sinas ad potiora transire. Mox socius ad visionem exultans: tollicitus, inquit, valdè fui, ne grauissimam ad minus pœnam in purgatorio sustineres, quia refutasti contra maiorum consilium tàm pertinaciter Præsulatum, in quo ad salutem animarum tot & tanta facere potuisses. Cui anima. In me, ait, hoc ordinauit clementissima bonitas Saluatoris, quia extunc timui, & nunc scio, si Episcopatus Cathedram ascendissem, perpetuæ damnationis periculum incidissem. Et hæc dicens, quasi cum ingenti coruscationis luce pertransiuit.

D

Obiectio. Sed diceret quis, ex isto miraculo sequi videtur, quod status illorum Episcoporum est multum periculosus, qui de monasteriis religiosorum ad ecclesias sumuntur gubernandas. Ad hoc dicunt Doctores, quod si tales religiosi ex cupiditate & ambitione assumant ecclesias gubernandas, non est dubium quin eorum status est periculosus. Si verò ex obedientia gubernationem Ecclesiæ acceptant, vel propter electionem de eis factam, arripiunt Episcopatum, sine ipsorum procuratione, statum talium non reputant periculosum, quia non sunt facti sui voti transgressores, sed rerum ecclesiasticarum dispensatores, vt patet 12. q. 1. c. vlt. in gloss. vbi dicitur. Papa & alij prælati Ecclesiæ, siue ministri, solùm sunt ecclesiasticarum rerum defensores. Sed status illorum religiosorum, qui Episcopatum de solo sibi procurant titulo, non videtur excusabilis, cum tales non sint rerum ecclesiasticarum defensores, sed solùm pecuniarum cumulatores & sui voti callidissimi transgressores, ideo inter omnes periculosissima est vita illorum religiosorum, qui ad altissimam paupertatem voto solenni sunt astricti, omnem proprietatem tam personalem quàm communem abdicantes, tanquam de crastino non cogitantes, & tamen adeptis Episcopatibus volunt pecunias in damnationis cumulum congregare, cum tamen abdicatio proprietatis adeò est annexa regulæ monachali, quod contra eam summus pontifex non possit licentiam indulgere, vt extra de stat. mona. Cum ad monasterium. Quare etiam dicunt iurisperiti, quod sine canonica electione & obedientia religiosum episcopatum acceptare, est à religione curialiter apostatare. Et nota quod prædicatores debent narrare populis, quid gestum sit de illis, qui per hanc viam montosam superbiæ transierunt, & quid adhuc contingit his qui in ea vadunt.

Responsio.

Religiosorum procurantium Episcopatus titulos, periculum.

NOTA.

Religiosus sine Canonica electione Episcopatum acceptans, est curialis apostata?

Nam PRIMO, de bono semine malam messem colligunt, quod semen melius non est, quàm gratia, ex qua oritur eis vitium superbiæ. Ipsi colligunt *de vite spinas, & de ficu tribulos.* Matth. 7. SECVNDO, superbi de vita moriuntur, de sanitate ægrotant, de medicamentis interficiuntur, iuxtà illud Gregor. *Qui de virtutibus superbit, non gladio, sed medicamine perimit aut interficit*, quasi dicat. Superbus de hoc, quod se viuere credit, & sanum esse superbit, & si ex sanitate infirmitatem recipit, & ex vita moirtur. TERTIO, Superbus sua pretiosa pro luto vendit, dum pro gloria vel laude humana, se & sua consumit. Iuxta illud Gregorij. *Valde bona sua diuidicant, qui ad mercedem eorum sufficere fauores humanos putant.* QVARTO, vilia carè emit, dum pro vento superbiæ regnum cœlorum amittit. De illo vento dicit Augustinus. *Qui non tumet vento superbia, non cremabitur igne gehennæ.* QVINTO infelix superbus est, quod ignominiosè à modico vento deiicitur secundum illud Iob. 20. *Tollet eum ventus vrens, & auferet eum de loco suo turbo.* SEXTO, Superbia arefacit hominem, & omnia bona, quę in homine sunt, & quasi præparat eum incendio infernali, ideò dicitur, Eccles.. 6, *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne fortè collidatur virtus tua*

E

Superbi de vite spinas colligunt. Non gladio, sed medicamine se perimit superbus. Preciosa pro luso vendit. Pro vento superbia cœlum amittit. A modico vento deiicitur.

Digitized by Google

Præparat hominem incendio infernali.

per ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in hyeme. SEPTIMO, Superbia hominem & bona ſua quaſi imperceptibiliter occidit. Vnde Iob. 18. *Conſumat brachia illius primogenita mors.* Glo. Primogenita mors eſt ſuperbia, initium omnis peccati. Ecce hæc narrent prædicatores his, qui ambulant in via ſuperbiæ alta & montoſa.

F

Via ſpinoſa ambulant auari.

SECVNDA via eſt ſpinoſa, & hanc eligunt & ambulant cupidi & auari, quia Saluator dicit. Luc. 8. Quod diuitiæ ſunt ſpinæ, & hoc ideo, quia habent compunctionem laboris in acquiſitione, timoris in cuſtodiendo, doloris in amittendo. Ideo Oſeæ 2. dicit Dominus. *Sepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet, &c.* Per hanc viam ambulauerunt hi duo, de quibus legitur. Duo ſocij auari ambulauerunt, & quoddam pondus auri in via inuenerunt, quod tollere cupientes, & præ grauedine non valentes extra viam cum difficultate mouerunt. Simul ergo condixerunt, vt vnus ad ciuitatem iret pro aſino, & alius ad auri cuſtodiam remaneret. Vadens ergò vnus cogitauit, qualiter totum aurum poſſet habere, & ſocium ſuum interficere. Similiter & qui remanſerat eadem cogitabat. Ille igitur qui ad ciuitatem iuerat, fecit fieri duos panes, & miſcuit venenum, vt panem manducans ſocius moreretur. Veniens ergò cum aſino & pane, nitebatur aurum aſino imponere dicens ſocio, quod pranderet vt vires reciperet. Cui ſocius dixit quod prius vellet eum iuuare, & ſtatim percutiens eum gladio iugulauit. Quo mortuo, cum eſſet famelicus, accepit vnum panem & comedit, & reliquum aſino dedit, qui ambo manducantes in terram ceciderũt. Hæc ad literam fortaſſe geſta ſunt in hac via ſpinoſa. Sed moraliter adhuc ſemper contingunt. Nam per hos duos ſocios intelligitur anima & corpus, qui hic ſimul ambulant & peregrinantur. Quia dicit Auguſtinus. Sicut corpus peregrinatur locis, ita anima peregrinatur affectibus, ambulantibus ergò ſimul inuenerunt pondus auri, per quod intellige diuitias terrenas, quæ principaliter in auro conſiſtunt. De quo dicit Seneca; *Aurum inueniſti, requiem perdidiſti.* Per hoc, quod aurum, quod eſt in via huius mundi, cupiunt tollere, ſed non poſſunt niſi cum difficultate moueant, per impoſſibilitatem tollendi intelligo inſaturabilitatem acquirendi, de qua dicit Innocentius de vitæ humanæ conditione libr. 2. cap. 6. Ignis inextinguibilis eſt cupiditas inſatiabilis. Quis vnquam cupidus fuit modico contentus, quaſi dicat, nullus. Cum adipiſcitur quod deſiderat, optat ampliora, ſemper in habendis, & nunquam in habitis, finem imponit ſeu conſtituit. Sed per difficultatem mouendi, ſubaudi laborem acquirendi. Quia dicit metriſta. *Diues diuitias non congregat abſque labore, Non tenet abſque metu, non deſerit abſque dolore.* Igitur mittit anima ſocium, id eſt, corpus, ad ciuitatem pro aſino, id eſt, pro alio homine, qui eſt infirmus in charitate, vt ſocialiter aurum colligant negociando & apportent, ſed tamen neſcit anima, quod venenum æternæ mortis parauit, & tandem ipſa cum corpore pereat. Ideò dicit Apoſtolus 1. ad Timoth. 6. *Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & in perditionem.* Hæc quidem quæ geſta ſunt in hac via ſpinoſa, debent prædicatores populo enarrare, & populus debet ea diligenter intueri vt poſſit pericula præcauere, quia, felix quem faciunt aliena pericula cautum, inquit Auguſtinus.

NOTA.

Corpus locis, anima affectibus peregrinatur.

G

Via lutoſa.

TERTIA eſt via lutoſa. In hac ambulant luxurioſi, qui declinant à via hominum, & am-

Digitized by Google

& ambulant per viam beſtiarum, quæ ſemper eſt turpis, tam propter pedes animalium, quàm etiam propter fœditates eorum. Sic via luxurioſitatis carnalis turpis eſt & fœdiſſima, quia plena eſt fæcibus brutorum. Ideo dicitur Eccleſiaſt. 9. *Mulier fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabitur.* Eſt etiam turpis iſta via, quia lutum agitatur pedibus beſtiarum, & ex hoc cauſat magnum fœtorem. Sic affectiones carnalium ſemper agitant & commiſcent in cogitationibus & in verbis immundiſſima carnis. Et dicitur inuia, iuxta illud Pſalm. 106. *Errare fecit eos in inuio, & non in via.* Non enim talis poteſt dici via, quia per ipſam deuiatur, plus quàm eatur. Et ſic iſti beſtiales, bouini & luxurioſi ſemper accipiunt viam magis tritam, & illa eſt communiter turpior. Ita iſti viam iſtam præeligunt, quam plures frequentant, cum tamen Seneca doceat oppoſitum. Quia in via pedum fortè illa eſt ſecurior, ſed non in via morum, quia pauci ſunt virtuoſi & multi vitioſi. De viis luxurioſorum habetur in Pſalm. *Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Et Matth. 7. *Lata eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi ambulant in ea.* In hac via ambulabat olim Rex Dauid, qui vidit Berſabeæ per centum paſſus lauare pedes ſuos, concupiuit eam, & adulterium cum ea perpetrauit. 2. Reg. 11. In hoc ambulauit Salomon. 3. Reg. 2. Sed quid contigit Dauid in illa via. habetur cap. 12. quod Nathan Propheta dixit ſibi, quod *gladius de domo tua non exiet, in ſempiternum, & quod vxores ſuæ tollerentur, & darentur proximis eius, in conſpectu ipſius.* Quid autem euenerit Salomoni, habes 3. Reg. 11. quod Dominus apparens ei dixit, quod diuideret regnum ſuum, & contra eum aduerſarios plurimos ſuſcitabit. Hæc narrare debent prædicatores luxurioſis, ne damna animarum patiantur.

Via luxurioſorum plena fæcibus.

Pſal. 10.

QVARTA via eſt tenebroſa, & hanc ambulant inuidi, qui per malitiam propriam ſunt excæcati. Sapient. 2. *Excæcauit eos malitia eorum.* Ideò vbicunque ſunt, in tenebris ambulant. Iuxta illud Prouer. 2. *Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis.* De hac via dicit Pſalm. *Fiat via illorum tenebræ & lubricum* Et ideò neceſſe habent cadere. Iuxta illud Prouerb. 4. *Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant.* In hac via ambulauerunt fratres Ioſeph, qui ex inuidia, quam habebant, eo quòd à Patre plus aliis amaretur, ipſum in Ægyptum vendiderunt. Geneſ. 37. Sed in hac via accidit eis, quod multipliciter poſtmodum tribulati fuerunt, cum eos exploratores dixit, & carceri mancipauit. Gene. 42. &c. Hæc etiam accidunt eis in via hac ambulantibus, quæ numerat Ouidius poëta 3. Metamo. in his metris.

H

Viam tenebroſam ambulant inuidi. Pſalm. 34.

Ioſeph per inuidiam à fratribus venditus.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies, liuens rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores,
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis, &c.

Hæc & plura alia, quæ geſta ſunt in hac via, debent & ipſi ſacerdotes & prædicatores narrare populo, vt ab ea declinent.

QVINTA eſt via tumultuoſa, quam eligunt & ambulant iracundi, nam vbicunq; ſunt, plenè preſſura erit. Iuxta illud Pſalm. *Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei, &c.* Et tangit hic Propheta aliqua, quæ contingunt in hac via. *Primum* eſt contritio mentis. Mens enim iracundi per iram conteritur.

I

Viam tumultuoſam eligunt iracundi.

d by Google

Psalm. 13. Contritio mentis. teritur. Rectè sicut fructus & segetes agri per grandinem conteruntur. Ideò dicit B. Gregorius. Sicut tempestas timetur, sic ira timenda est cordi. *Secundum* infelicitas. Sicut enim mites & mansueti, felices & beati prædicantur. Matth. 5. *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram.* Sic è contra immites & iracundi infelices nominantur. Ideo dicitur Eccles. 2. *Væ his qui perdiderunt substantiam.* *Tertium* est pacis perturbatio, nam vbicunque fuerit ira, ibi est guerra ibi sunt incendia, homicidia & alia, iniectio manuum iniusta, quia Eccles. 28. dicitur. *Homo iracundus incendit litem, &c.* *Quartum* est timoris Dei euacuatio. Nam in quocunque corde ira incenditur & dominatur, timor Dei exinde euacuatur. Quod sic probatur, quia dicit sapiens, *Qui timet Deum, faciet bona.* Eccles. 15. Sed iracundus homo tot & tanta mala facit, constat quod timorem Dei non habeat, *ideo non est timor Dei ante oculos eorum*, scilicet iracundorum. Hæc & multa alia mala in hac via gesta, sunt populo narranda.

Pacis perturbatio. Timoris Dei euacuatio.

Psalm. 13.

K Viam sumptuosam incedunt Gulosi. SEXTAM viam scilicet sumptuosam ambulant gulosi, quando sic est quod magna caristia sit in aliqua ciuitate, de pane, vino, & aliis necessariis. Isti mercatores, qui vadunt ad nundinas propter lucrum, non libenter intrant tales vias, quia plus expenderent in via in vna nocte, quàm lucrari possent in duabus. Moraliter omnes sumus mercatores & negotiatores. Iuxta illud Luc. 19. *Negotiamini dum venio.* Mala loca & sumptuosa sunt tabernæ, vbi homo plus expendit in vna hora, quàm sibi possit sufficere tota die. Similiter vnus gulosus, vbicunque fuerit plus consumit, quàm sibi expedit vna die.

L Psal. 48. Esau propter gulam vendidit primogenita sua. Et ideò omninò via gulosa est superflua & sumptuosa, ideo detestanda est. Quia de ipsa dicitur in Psalm. *Via illorum scandala ipsis, & post ea in ore suo complacebunt.* In hac via ambulabat Esau, cum propter gulam primogenita sua fratri suo Iacob vendidit. Genes. 25. vbi legitur, quod Iacob coxerat pulmentum, quod secundum glos. erat de lentibus ruffis. Cui dixit Esau, *Da mihi de coctione hac ruffa, quia opido*, id est, *valde lassus sum*, & secuta est eum postmodum pœnitudo, & fratrem occidere nitebatur dicens. *Venient dies luctus Patris mei, & occidam fratrem meum Iacob.* Gen. 27.

Holofernes propter crapulam amisit vitam. In hac via ambulauit Holofernes, cum bibit vinum multum nimis, *quantum vna die biberat vnquam in vita sua, iacuitq; in lecto nimia ebrietate sopitus.* Sed hoc contigit sibi in hac via, quod Iudith euaginauit gladium Holofernis proprium, & abstulit caput eius, vt patet Iudith 12. & 13. Igitur narrare debent populo prædicatores, quæ gesta sunt in hac via.

M Viam tædiosam incedunt acedioſi. Accedia quid? SEPTIMA via est tædiosa, & hanc eligunt acedioſi, qui nihil faciunt vbicunque fuerint, & tamen semper sunt fatigati. Est enim acedia quoddam spirituale tædium, in his, quæ sunt Dei, ita quod omne illud, quod ad diuinum spectat officium, totum reputatur ab eis nimis longum. Hi verò volunt habere longa conuiuia, & breues gratias garrulationes diuturnas, & horas syncopatas. Somnum infantis, & Missam venantis. infans necessario habet diu dormire, quia in somno maximè nutritur, Iuxta illud Sap. 7. *Puer nutritur ex delectatione somni.* In hac via ambulauerunt filij Israel. Numer. 11. Qui manducantes panem angelorum, attædiati & acedioſi effecti, murmurabant dicentes. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedimus in Ægypto gratis. In mentem veniunt cucumeres & pepones.* Sed quid accidit eis in hac via, Habetur Num. 11. quod Dominus interfecit eos, cum adhuc carnes eis datæ, essent in dentibus eorum, quod etiam commemorat Psalm. *Adhuc esca eorum*

Psal. 77.

erant

erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Idcirco debet quilibet prædicator narrare hoc, populo Christiano, ne post manducationem panis Angelorum, scilicet, Corporis Christi, sint acedioſi, sed magis bonis operibus intenti, ne ira Dei puniens veniat super eos. Hæ sunt septem viæ iniquitatis, de quarum qualibet dicit Isai. 55. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas.* Et de his dicit Ezech. 6. *Conuertimini à viis vestris pessimis. Et quare moriemini domus Israel?* De his septem viis, & quæ in eis euenerunt, & quotidie ambulantibus in eis eueniunt, pro tanto ad præsens inserui atque dixi, ne homines *quorum sensus & cogitatio prona sunt ad malum.* Genes. 8. post pœnitentiam quadragesimalem, & venerabilis Sacramenti sumptionem, ad eas iterato declinent, & dominum irritent ad seueram vltionem. Sed his viis derelictis sic orent Deum cum Psalm. *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Et iterum. *Notam fac mihi viam in qua ambulem.*

Post sacram communionem non acediæ, sed bonis operibus insistendum.

Psal. 142.

N

Et quædam est via OCTAVA, & pulcra, & luminosa. De qua Psalm. *Ambulans in via immaculata hæc mihi ministrabat.* Immaculata via, est via humilitatis contra Superbiam. Via largitatis contra auaritiam. Via castitatis contra luxuriam, Via mititatis contra iracundiam & inuidiam, Via sobrietatis contra gulam, & via operositatis contra acediam. Hæ sunt viæ, de quibus dicit Sapiens. Prou. 13. *Via eius, via pulcra,* quia non debet se homo fatigare, aut ambulare solummodo in vna illarum viarum, sed nunc in vna, & iterum in alia, vt interdum sit humilis & contemplatiuus, aliquando actiuus. Quærit enim Aristoteles in Problematibus, particula 5. problemate 70. Quare homo magis fatigatur in continuando diu viam planam, quàm ambulando viam non planam, sed aliquantulum montosam & vallosam. Et respondet quod hæc est causa, quia quando homo incedit continuè & vniformiter, fatigat instrumenta siue partes corporis, quibus ambulat, sicut genua, crura & tibias. Vnde quia in istis instrumentis ambulandi continuè, tenetur vna forma motus in via plana, ideò connenit homini maior fatigatio & maior labor. In processu verò non plano, vbi aliquando ascenditur, & interdum descenditur, non semper tenetur eadem forma in instrumentis huiusmodi, nec tales partes vniformiter vexantur continuè, sed alternatim, quia ascendendo plus laboramus in genibus & tibiis, descendendo verò in femoribus; & propter istam alternationem laboris, inter partem supra genu, & reliquam sub genu, in via non plana, contingit minor labor, & minor fatigatio, alternatim igitur ambulemus, nunc vallosa, nunc montosa.

Via pulchra & luminosa. Psal. 100.

Homo in via plana citius quam in montosa fatigatur.

O

Isto modo nunc moraliter contingit in viuendo virtuosè. Fragilitas enim humana nullo modo permittit, quod mens & studium hominis vniformiter extendatur in contemplatione, nec iterum expedit, quòd homo semper descendat ad opera vitæ actiuæ circa mundum, quia tunc fieret nimis aridus & indeuotus. Et ideo, sicut homo est compositus ex anima & corpore, de quorum numero fatigatur corpus per orationes, vigilias, studia & contemplationes, & anima desiccatur & fatigatur descendendo, & se occupando circa temporalia, proximis dispensando, & sic alternatim & vicissim debemus incedere & quantumcunque possumus fatigationem, & tædium deuitemus in seruiendo Deo, & interdum ascendere contemplando, & postea descendere proximum iuuando. In cuius figura Iacob vidit Angelos ascendentes, & descendentes de cœlo ad terram, & de terra ad cœlum vicissim. Genes. 28. Ideo legitur in vitas Patrum prædicatorum, quod quidam iuuenis quæsiuit à fratre Gardiano, qui-

Vicissitudo rerum etiã in spiritualibus valde prodest.

Digitized by Google

Vtrum sit melius, semper orare vel interdū studere.

qui fuit homo sanctus, quid esset sibi vtilius, vel orationibus insistere, seu se studiis scripturarum occupare. Cui ille respondit. Quid, inquit, est melius, semper bibere, aut comedere? Et ideo vtiq; sicut ista competunt alternatim fieri, sic & illa.

P

Psal. 142.

Et notanter orat Dauid ad Dominum, vt faciat sibi viam notam, in qua debet ambulare, cum ait: *Notam fac mihi viam in qua ambulem*, & hoc necesse habent petere omnes alij homines, quia dicit Sapiens. *Est via, quæ videtur hominibus iusta, nouissima autem dicunt ad mortem*, scilicet culpæ & gehennæ. Prouerb. 14. & 16. Et scire hanc viam, scilicet superbiæ, auaritiæ, &c. multis nota est. Sed non est finaliter solatiosa, sed scire viam bonam, multum confert ad solatium ambulantibus, quia cæteris paribus ipsa dicitur ambulanti breuior, quàm via ignota eiusdem quantitatis.

Quæstio.

Nam Aristoteles in Problematibus parte 5. problemate 25. quærit, quare ambulantes viam, & nescientes quanta ipsa est, apparet nobis longior, quàm quando scimus eam, & frequenter eius quantitatem experti.

Responsio.

Et respondet, quod anima in tali via paralogizatur quodammodo in seipsa. Experitur enim anima illam consequentiam esse certam. Scio mensuram huius viæ, ergò est finita. Et quia nescit mensuram alterius viæ, ideò arguit, quasi à negatione antecedentis huius viæ, nescio mensuram, igitur est infinita. Et sic iudicio decipitur.

Q

Homo vitiis deditus, miratur aliquē secundum virtutem viuere posse.

Isto modo moraliter homines dati vitiis non iudicant, quòd alij homines possunt viuere virtuosè: Vnde homo luxuriosus miratur, quomodo aliquis possit seruare perpetuam continentiam. Homo gulosus æstimat, quod nullus potest facere abstinentiam. Homo iniustus & cupidus credit, quod omnis homo cupit habere diuitiarum abundantiam, & ideo omnis homo iudicat alium secundum semetipsum, sicut docet Chrysost. de opere imperfecto. Homilia 36. Omnis homo secundum se æstimat alterum, non enim potest ipse melius sentire de aliquo quàm sentit de seipso. Ecce fornicarius neminem æstimet esse castum. Castus non facilè suspicatur de fornicatione. Superbus neminem putat humilem. Humilis neminem credit superbum, & sic de aliis. Est ergo causa, quare via virtutis, & pœnitentiæ, & sanctæ religionis putatur laboriosa & difficilis, ipsa inexperientia & ignorantia. Et quod homo, id est, anima paralogizatur à semetipsa, sunt enim multi, quibus in quadragesima præcedenti confitentibus est pœnitentia iniuncta salutaris, vt videlicet amodo teneant vias virtutum, scilicet humilitatis, largitatis, &c. Sed quia ignorant profectum ipsarum ideo declinant ad priores. Quibus dicit Hiere. 6. *State super viis*, scilicet virtutis, *videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea*, & inuenietis requiem animabus vestris, ad quam nos perducat, &c.

Via religionis videtur imperitis laboriosa.

FERIA SECVNDA PASCHÆ.

SERMO QVARTVS.

Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Luc. 4.

A

EXPERIENTIA docet, & sic est quando infirmus habet circa se medicum bonum & fidelem, tunc infirmitas sua aliquanticulum mitigatur. Et volente igitur recedere medico, rogat ipsum vt dignetur manere.

Digitized by Google

nere. Et huius mitigationis infirmitatis causa est duplex, *Vna* est medici cum infirmo confabulatio, de qua dicit Philaretus in tractatu de Chrysi. Confabulatio quidem languentis vnà cum medico, morbum vt frequenter mitigat, ipsumque languentem stabilit & conseruat, *Alia* est, infirmi super sanitate fortis imaginatio. Nam cum medicus præsens est, infirmus profundè de sanitate imaginatur, de qua dicit Philosophus in problematibus. Id super quo quis sperans aut timens profundè imaginatus fuerit, hoc ipsum frequenter accidit & contingit, sicut recitat Auicenna de lepra. Qui lepram incidit ex valida imaginatione quam fecerat de leprosis. Et Hippocras in lib. epithomorum ait. Columbæ ex domo depicta quam inhabitant, pullos varij coloris generant & educant. Et Auerrois dicit. Qui scandens in altum imaginatus fuerit citius ipse cadit. Eodem modo infirmus ob præsentiam & consolationem medici, futuram sibi sperans sanitatem citius conualescit. Moraliter per infirmum intellige peccatorem, de quorum numero olim fuit Dauid, qui ait Psalm. 6. *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum. &c.* Sed per medicum subaudi confessorem, qui est medicus animarum, cum quo si peccator in confessione locutus fuerit, & ex vero & profundo cordis infirmitatem suam spiritualem detexerit, de infirmitate sua conualescit. Sicut speratur de multis, & vt confido de omnibus, qui hoc tempore quadragesimæ præterito loquendo cum suis confessoribus peccata confitendo, sunt consecuti sanitatem, quia dicit Augustinus in Epistola ad Volusianum. Vera siquidem, & ex corde facta confessio, sanitatem infert, aut vitam languido & infirmo. Spiritualiter autem per medicum intelligo Christum, qui de seipso dicit Matth. 9. *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus.* Iste medicus venit veraciter in suo venerabili Sacramento ad infirmum hominem, loquens spiritualiter. De qua locutione dicit Psalmus, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* & verè beatus est homo, qui audit locutionem Domini, quia ipse loquitur homini pacem, hortando ad humilitatem, castitatem, & cæteras virtutes, ex quibus homo in anima conualescit. Ideo debent homines deuoti Christum, bonum & fidelem medicum rogare, vt apud eos dignetur diutius permanere, dicentes cum duobus discipulis in Emaus euntibus. *Mane nobiscum Domine.* In quo verbo tria breuiter tanguntur. *Primo*, deuota Christi exhortatio, ibi. *Mane nobiscum. Secundo*, festina mortis appropinquatio, ibi. *Quoniam aduesperascit. Tertiò*, omnium statuum declinatio. ibi. *Et inclinata est.*

Medicus cū infirmo loquitur, & morbus interdum mitigatur.

Infirmus designat peccatorem.

Syncerę confessionis fructus.

Medicus est Christus.

Psal. 84.

Quantum ad primum ponitur deuota Christi exhortatio, videlicet ad manendum, cum dicitur: *Mane nobiscum Domine.* Dicunt naturales, homo qui vult secum apes retinere, debet aliqua facere, & aliqua remouere. Illa debet facere, scilicet flores circa alueraria plantare, & mel apibus dimittere. & de his, quid moraliter significent, dixi in opere de Sanctis, feria secunda Resurrectionis, sermon. 2. *Mane nobiscum Domine*, vbi habes. Qui vult virgineum apem Christum apud se tenere, debet plantare in cor suum, in quo Christus manet, rosas dilectionis, absinthium passionis, rutam orationis, violam festinationis, & oliuam pacificationis, &c. Et quia ibidem de istis posui, ideo ad præsens ponere prætermitto, sed illa debet remouere, sicut habetur ex libro Palladij. PRIMVM est ventus, qui maximè nocet apibus. Ideò debent alueraria non longè poni à domibus vel in hortis parte secreta. Et à ventis remota, ita quod ventis frigidioribus altus paries resistat. Moraliter per ventum vno modo intellige

B.

Apis virginea Christus quomodo in corde conseruetur.

Apibus nocet ventus.

Digitized by Google

Ventus superbiæ ab alueario cordis remouendus.

superbiam vel elationem, sed per aluearia, corda humana, in quibus si sint munda, habitat virginea apis CHRISTVS IESVS solus. Quia dicit Gennadius in diffinitionibus Ecclesiasticorum dogmatum, lib. 2. Illabi autem menti illi, scilicet, pure soli, huic est possibile qui creauit. Qui vult ergò Christum apud se tenere, debet ventum superbiæ ab alueario cordis remouere.

C

Est ergo notandum sicut quatuor sunt venti principales, scilicet, orientalis, meridionalis, occidentalis & septentrionalis; Sic etiam sunt quatuor venti, seu species superbiæ, secundum Gregorium 23. moralium. *Prima* est, æstimare bonum quod habet, à semetipso habere. *Secunda*, æstimare se desuper cum suis meritis accepisse. *Tertia*, iactare se habere quod non habet. *Quarta*, despectis cæteris singulariter se velle videri. His omnibus ventis, debet homo murum altum humilitatis apponere, quia humilitas est locus Dei, in quo libenter requiescit, iuxta illud Isaiæ 66. ***Super quem requiescet Spiritus meus nisi super humilem.*** Alio modo per ventum intellige diabolicam tentationem, quia diabolus principaliter hoc sacro tempore Paschali insidiatur suis tentationibus nostris bonis, quæ fecimus in quadragesima, operibus, vt ea destruat, & Christum quem in sacratissimo sacramento suo accepimus, à corde nostro expellat. Quia dicit beatus Augustinus. Bonis operibus insidiatur vt pereant. Ideo opponenda est firma altitudo parietis, id est, fortis custodia humilitatis. Quia humilitas sola diabolicis obsistit tentationibus. Sicut patet de beato Antonio, qui ait. Vidi omnes laqueos inimici tensos in terra, & ingemiscens dixi. Quis putas transeat ista? Et audiui vocem dicentem mihi. Sola humilitas. Sis ergo humilis, vt Christus tecum maneat in alueario cordis, & tentationes diaboli possis euadere.

Diabolus insidiatur bonis operibus nostris.

D

SECVNDVM, quod nocet Apibus, & facit eas recedere ab aluearibus, est frigus, ideò aluearia eorum in calidiori loco ponere debemus. Et vt dicit Palladius, quod parietes earum debent esse oppositi soli. Vas etiam ipsarum debet esse de ligno, quod vim frigoris ad eas non permittit. Vnde inter omnia, vt ipse refert meliora sunt alucaria, de cortice suberis facta, vbi haberi possunt, quia non transmittunt vim frigoris, aut etiam caloris. Quamuis enim apes timeant frigus, tamen non diligunt excessiuum calorem, sed temperatum. Vnde pessima vasa sunt, quæ in hyeme gelant, & in æstate calefiunt. Moraliter per frigus intellige acediam, quæ Christi fidelibus, qui debent esse sicut apes solliciti & fructuosi, summè nocet, quia corda ipsorum vitiis replet. Quia sicut ager spinas profert & tribulos, & cætera inutilia, nisi vtilibus seminatus fuerit. Sic homo spinas & tribulos vitiorum germinat, qui Christum repellit, nisi vtilibus occupationibus se repleat. Ideo dicit Fulgentius 4. libr. mythologiarum. Fugantur angeli, irritatur Deus, subtrahitur Dei munus, dum animus humanus acedioſus ad cœlestia fuerit, & infirmus. Ideò debet homo ad locum calidum redire orationis, & ad secretum contemplationis & actionis bonæ, vbi feruor spiritus excitatur, & diabolus effugatur, quia dicit Augustinus. *Non facilè capitur à tentatione, qui bono vacat exercitio.* Ideò in vitis Patrum dixerunt seniores, operantem Monachum dæmone vno pulsari. Ociosum verò innumeris spiritibus deuastari.

Apibus nocet frigus.

Inutilibus nostris occupationibus fugantur angeli.

TERTIVM quod nocet apibus, & eas auolare facit ab alueario, est loci aditus. Cum enim loca aluearium frequenter adeunt, nocet apibus. Sic etiam cum alucar cordis nostri, sæpe à malis cogitationibus frequentatur, apis virginea Iesus Christus fugatur. Quia dicit Gregorius. Ad Deum mens tot gressibus accedit, quot moribus bonis

Apibus nocet aditus loci.

Malis cogitationibus

bonis proficit. Et rursum. Tot gressibus longè fit, quot malis cogitationibus decrescit. Ideo cogitationes nostræ, vel effectus debent respicere Christum, vt consideratis laboribus, & passionibus, quas sustinuit ipse pro nobis, alleuientur labores nostri, & non attædiemur in eis. fugatur Christus apis virginea.

QVARTVM quod nocet apibus, est locus fœtidus, vnde debent aluearia eorum collocari ab omnibus, quæ sunt horrendi fœtoris, vt stabulis, balneis, cõquinis, sutoriis, & huiusmodi, & à fœtoribus cœni, & etiam non debent poni in loco, vbi resonat echo qui scilicet ad humanam vocem, falsa imitatione respondet. Sic boni homines Christiani, qui Christum virgineam apem, in aluearia cordis posuerunt, debent se à consortiis, & à familiaritatib. personarum corruptarũ & infamatarum remouere, vt videlicet eos in malo non sequantur. Ideo dicit Seneca in epist. ad Lucillum. *Cum illis conuersari debes, qui te meliorem facturi sunt, illos autẽ dimitte, quos tu meliores facere non poteris.* Et ratio est, quare se debent à consortiis malorum remouere, ne videlicet eorum fœtore, id est, infami & corrupta conuersatione, vel ipsi in conscientia, vel in fama lædantur, quia ait Psalm. *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.* Et principaliter Sacerdotes, qui quasi quotidie Christum in Sacramento sumunt, debent se remouere à familiaritatibus mulierum, quia dicit Hieronymus ad Oceanum de vita Cleri. Prima, inquit, tentamenta clericorum sunt frequentes mulierum accessus. Idem dicit. Ego iudico, si cum viris fœminæ habitent, non deerit dęmonis tentatio. Et 32. di. c. Hospitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam, terant pedes fœminarum, quia non potest corde toto cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Ideo debent sibi cauere à blanditoribus, qui ad modũ echonis vnicuiq; deceptoriè resonant, id est, loquuntur iuxta verbum suum id est prout credunt ei placere, quia tales decipiunt audientes, Isai. 3. *Populi meus, qui beatum te dicunt,* scilicet tibi blandiendo *ipsi te decipiunt.* Et Prouerb. 3. *Qui blandis fictiq; sermonibus loquitur, rete expandit proximo suo.* Ideo dicit Psalm. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Super quo dicit Augustin. Oleum est falsa laus adulatoris, quæ mentes à rigore emollit. E Locus fœtidus apibus nocuus. Boni Christiani à quibus sibi cauere debeãt. NOTA. Psal. 17. Sacerdotibus mulierum familiaritas fugienda. Psal. 140.

QVINTVM quod nocet apibus, est fumus cancri adusti, Quid enim per cancrum adustum nisi mundus accipiatur, malo igne auaritiæ & luxuriæ inflammatus. Quia 1. Ioann. 5. *Totus mundus in maligno,* id est, in malo igne concupiscentiæ *positus est.* Cancer etiam lunæ mutabilitatem sequitur, quia secundum decrementum, vel augmentum lunæ, repletionem & vacuitatem patitur. Et similiter ipse mundus secundum fortunæ volubilitatem mutatur, quia 1. Ioan. 2. *Ecce mundus transit & concupiscentia eius.* Et quidam metrista dicit. *Ludus fortunæ variatur velut orbita lunæ.* Huius ergò Cancri fumus tunc ad apes pertingit, quando, vel mundi affectus, vel terrenæ occupationis actus, bonos homines inuoluit, & inuoluendo eos spiritualiter occidit, cum Christus qui est vita animarum ab eis recedit. Ideo exhortatur beatus Ioannes. 1. Ioan. 2. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.* F

SEXTVM quod nocet apibus, est quorundam florum, vel herbarum succus, sicut sunt, titimallus, elleborus, cassia, cucumer agrestis, & similia, quarum amaritudo impedit dulcedinem mellis. Ideo debent aluearibus penitus remoueri, & debent poni iuxta arbores, vel herbas, quibus amaritudo nulla respondet in flore, vel in succo. Quid autem moraliter amarus herbarum succus signat, nisi voluptatum, & libidinis actus Amarus herbarum succus.

eius quid moraliter signi ficet.

actus plenos amaritudinibus. Iuxta illud. Prou. 5. *Fauus distillans labia mulieris meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara sunt, quasi absinthium.* In quo ostendere voluit Salomon, quod voluptas carnalis, quæ hic intelligitur per mulierem, vt inquit Paschasius, licet in principio, vel in medio, id est cogitatu, vel actu habeat delectationem, in fine tamen relinquunt amaritudinem. Vnde incipit à melle procedit ad oleum, & terminatur ad absynthium. Hic ergò est succus amarus, scilicet luxuriæ fructus, quem virginea apis Christus multum abhorret, quia secundum Bernard. Dedicata est diuina consolatio, & non datur admittentibus alienam. Hic propter breuitatem potes concludere, si aliàs videris expedire.

Diuina consolatio quibus detur.

G

Quantum ad secundum ponitur festina mortis appropinquatio, cum dicit, *Quoniam aduesperascit*, quasi dicat, finis vitæ hominis, vel etiam mundi appropinquat. Nam vesper vno modo idem est, quod finis vitæ. Iuxta illud. Isaiæ. 38. *De mane, vsque ad vesperam finies me*, quasi dicat, qui dedisti mihi initium, vt essem, dabis etiam vitæ terminum per mortem. Alio modo idem est, quod finis mundi, iuxta illud Ps. *Conuertentur ad vesperam* scilicet Iudæi, qui in fine mundi veniunt ad finem, & sic aduesperascit, quia finis vitæ, scilicet mors propè est, & continuè ad mortem currit.

Psal. 58.

Vita nostra variis comparatur.

Ideò vita nostra comparatur multis rebus. Sed nunquam, vel rarò alicui rei permanenti, vel stabili, sed semper rebus transitorijs, vel caducis. Comparatur enim aliquando herbæ, vel flori, quandoque nubi, quandoque ruri, quandoque hospiti, quandoque cursori. Hæc omnia sunt transitoria, momentanea & caduca, vt dicit Holkot super lib. Sap. lectione 16. Primò igitur & secundò herbæ, & flori comparatur, Psal. 89. *Mane sicut herba transeat, manè floreat & transeat, vespere decidat, induret & arescat:* secundum Gloss. Psalmus vitam humanam in tria tempora diuidit. In pueritiam, adolescentiam & senectutem. Tempore pueritiæ comparatur herbæ nondum florenti. In adolescentia comparatur herbæ florenti. Vnde tunc dicitur de homine, quod est in floribus suis. Et propter duplices ætates primas, dicitur bis manè. Tertium verò tempus, quod est senectus vocatur vespere. Dicit ergo mane, id est, in pueritia, transeat manè, id est, in adolescentia florear & transeat, scilicet de hoc mundo, quia scilicet, tam pueri, quàm adolescentes moriuntur. Sed vespere, id est, in senectute, decidat per infirmitatem, & induret per mortem, & arescat per resolutionem in puluerem.

H

Vita nostra nubes transiens.

TERTIO, comparatur vita nostra nubi. Iuxta illud Sap. 2. *Transeat vita nostra sicut vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur.* Et Iob. 7. *Sicut nubes pertransijt & consumitur: sic qui descendit ad infernum non ascendit.* Sicut enim nubes, secundum naturales, de inferioribus eleuatur calore cœlesti, & ascendit volatque in altum ad tempus, & quando est in sua altitudine, circumfertur & agitatur continue sine quiete, & tandem iteratò resoluta in terram descendit. Ita homines in vita præsenti oriuntur, de terra eleuantur ad dignitates & honores, vbi circumagitantur, & inquietantur, de dignitatibus decidunt, & conuertuntur in terram. Iuxta illud Iob 3. *Abstulit quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransijt gloria mea, & salus mea.* Quod autem in nullo gradu, in nulloque statu, vel dignitate, est quies perfecta, pulcrè declarat Boëtius in de consola. Philosophiæ lib. 2. prosa. 4. Quis, inquit, est tam compositæ felicitatis, vt non ex aliqua parte cum status sui qualitate rixetur. Anxia enim est res humanorum conditio bonorum. Et quę, vel nunquam tota perueniat, vel nunquam

In nullo gradu aut statu quies perfecta.

in

Digitized by Google

in perpetuo ſubſiſtat, huic cenſus exuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis. Hunc enim nobilitas notum facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus, mallet eſſe ignotus. Ille vtroque, ſcilicet tàm cenſu, quàm nobilitate circumfluus, id eſt, circumdatus, vitam celibem deflet, id eſt, vitam caſtam. Ille nuptijs fœlix, ſed orbatus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi. Alius prole lætatus, filij, filiæue delictis mœſtus illachrymatur. Idcirco nemo facilè cum fortunæ ſuæ conditione concordat. Ineſt enim ſingulis, quod inexpertus neſciat, aut quod expertus abhorreſcat. Hæc ille. Nemo fortuna ſua contentus.

QVARTO, comparatur vitæ noſtræ rori. Oſeæ 6. *Vita noſtra quaſi nubes matutina, & ſicut ros manè tranſiens.* Et Sap. 11. Comparatur *gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram*, vbi gloſ. dicit. Ros antelucanus eſt ros in matutino generatus ante ortum ſolis. Et talis ros oriente ſole ſtatim excicatur, & à terra abſorbetur. Et dicit Ariſt. 2. Metheororum, quod permanentia roris eſt niſi vnius diei, ſic eſt de vita noſtra. I Vita noſtra ros matutina.

QVINTO, comparatur vita noſtra hoſpiti. Eccleſ. 29. *Tranſi hoſpes & orna menſam, & quæ in manu habes, ciba cateros.* Quilibet enim noſtrum ſtat in vita iſta, ſicut in hoſpitio, non ſicut in domo. Ideo dicit Tullius de ſenectute. Sapiens ex hac vita diſcedit, tanquam ex hoſpitio, non ex domo. Commorandi enim diuerſorium natura dedit nobis, non habitandi locum. Receptus in hoſpitio, vſum habet domus, lecti, vaſorum, & huiusmodi, ſed non dominium, nihil enim ſecum aufert, ſed emit liberè & expendit. Et ſic in fine de omnibus computare tenetur. Sic eſt de nobis, in vita iſta ſumus in hoſpitio huius mundi, vſum mundanorum habere poſſumus, ſed nihil abſportare nobiſcum in morte. Iuxta illud Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet.* Vnde mundus ſimilis eſt Buſardo, de quo ferunt fabulæ, quod homines recipere ſolebat hoſpitio ſub ſpecie pietatis, ſed poſtea explorata opportunitate, occidebat eos. K Cicero de ſenectute. Vſus tantũ mundi in hac vita nobis conceditur.

Iſto modo mundus ſub ſpecie fauoris & amicitiæ admittit & aduocat ad diuitias, dignitates & honores; vt per gulas, libidines, & concupiſcentias occidat. Itẽ mundus eſt quaſi hoſpitator, qui quotidiè nouos homines recipit, & receptos à domo emittit. *Quia generatio præterit, & generatio aduenit.* Eccl. 1. Et talis hoſpitator multa facit. Mundi fraus

PRIMO, vſum domus & vtenſilium ſuorum concedit hoſpitibus, ſed non dominium, ita & mundus vt etiam patuit ſupra; vtenſilia mundanorum concedit hominibus, ſed nihil permittit ſecũ aſportare, ſed cũ quibus intrauit, cum illis & exibit. Iuxta illud. Eccl. 5. *Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo*, miſerabilis prorſus infirmitas, quomodo venit ſic reuertetur. Et 1. Tim. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre poſſumus.*

SECVNDO, idem ſucceſſiuè vendit diuerſis. Mundat enim cameram, & hoſpites denudat, vt hoſpites emant ſtramina, aut paleas, cum receſſerint, cameram iteratò mundat, vt illas paleas alij denuò emant. Et hoc præſertim eſt apud Gallos. Et ſic mundus eandem dignitatẽ, idem manerium, idem officium ſucceſſiuè vẽdit diuerſis.

TERTIO, hoſpitator non permittit hoſpitem emere meliora extra hoſpitium ſuum. Vnde licet ſit vinum melius, meliores auenæ, & melior panis in hoſpitio vicino, quàm ibi, non licet hoſpitato illa comparare, ſed poſtquam hoſpitium ſuum acceperit, quicquid neceſſarium eſt, ab hoſpite ſuo emit. Sic mundus non permittit gaudium cœli emere, nec delitias extra mundum exeuntes, licet ſint meliores, quam ipſe habeat. Non enim vult lex mundi, quod homo largiatur eleemoſynas, ſed quod expen-

Digitized by Google

expendat circa delitias & circa pompas. Vnde Greg. 14. moral. cap. 13. Desiderium cœlestium nesciunt, qui cor in voluptatibus terrenis defigunt.

QVARTÒ, hospitator pulchrum vultum ostendit iuxta illud moral: *Hospitibus latum debes ostendere vultum.* Et obedienter omnia deseruit, sed in fine strictissimè computum exigit. Sic facit mundus homini, quem intendit decipere. Optimum enim ei vultum ostendit, sic Christo fecit Iudas quando eum tradidit. Ideo dicit Augustinus in Epistola 68. ad Dioscorum: Mundus enim periculosior est blandis, quàm molestis, magis cauendus, cum se allicit diligi, quàm cum se admonet cogitque contemni. Hæc ille. Seruit igitur homini ad nutum, dat sanitatem, diuitias & amicitias, sed in fine strictissimum computum exigit de expensis. Vnde August. lib. confessio. Amatores mundi, cuius rei gratia militatis, maior non poterit esse spes vestra in mundo, quàm vt amici sitis, scilicet mundi. Ibi quid nisi fragile, plenum periculis, per quod periculum venitur ad maius periculum. Pereant hæc omnia, dimittamus hæc vana & inania, & conferamus nos ad solam acquisitionem eorum, quæ finem non habent. Vita enim hæc misera, est mors incerta, subito surrepit, & post hæc negligentiæ supplicia luenda sunt.

Mundus Iudam imitatur.

Vita misera, mors incerta.

QVINTÒ, hospitator recedentem hospitem & non reuertentem, seu reuersurum obliuioni perpetuæ tradit. Sic & mundus hominem per mortem recedentem perpetuè obliuiscitur. Eccles. 11. *Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ, & in fine hominis denudatio operum illius.* Sap. 2. *Nomen vestrum obliuionem accipiet, & nemo habebit memoriam operum nostrorum.*

E

SEXTÒ, comparatur vita nostra cursori, Iob. 11. *Dies mei velociores fuerunt cursore, transierunt & non viderunt bonum.* Ex his iam elicitur, quod homines continuò tendunt ad mortem, & domus ac palatia deserta dimittunt. Ideò Arist. in poëtria adducit fabulam cuiusdam poëtæ, quoddam palatium desertum deplorantis in his verbis. Domus egregia, compungor ad lacrymas, tuam intuens solitudinem, & illa contremuit, compassa mihi propter lacrymarum multitudinem. Vbi, inquit, quæso sunt, qui quondam te inhabitauerunt, & iocundam vitam cum securitate & temporis amœnitate duxerunt. At, inquit illa, Temporales exeuntes cum tempore transierunt, & me quoque sub sorte temporis transitoriam dimiserunt. Res nempe nec stabiles sunt, quæ cum fluxu temporis fluxibiles fluunt. Hæc responsio huius Palatij concordat responsioni 1. Ioann. 2. *Mundus transit & concupiscentia eius.* Quod exponens Augustinus dicit. Ecce, inquit, mundus transit & concupiscentia eius, quid vis ergo amare temporalia, & transire cum tempore? An Christum amare, & in æternum viuere? Rerum temporalium fluuius transit, sed tamen iuxta fluuium nata est arbor Dominus Iesus. Iuxta illud Psal. 1. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Raperis in præceps, tene lignum, voluit te amor mundi tene Christum. Quod si amatis istam miseram fluidamque vitam, vbi cum tanto labore viuitis: quanto magis amare debetis illam vitam æternam, vbi nullum dolorem sustinebitis? Vulpecula transitura glaciem apponit aurem ad glaciem, Et si audit aquam currentem, & fluentem fortiter sub glacie, nullo modo confidit de ista glacie, quia est nimis tenuis ad supportandum eam. Ista cautela debemus nos vti. Gloria mundi est quasi quædam & pulcra & splendens glacies, quia delectabile est honorari ab hominibus, pasci, potari, & vestiri delicatè, & habere magnam familiam cui possint imperare.

Vita nostra cursori comparatur.

Vulpis trãseuntis glaciem, cautela.

Gloria mũdi glaciei comparata.

Sed

Sed cauendum eſt, quia iſta glacies eſt valdè fragilis, auſculta diligenter, & audies murmur aquarum tranſeuntium ſub iſta glacie, Apocalyp. 17. *Aquæ multæ, populi multi.* Aduertas & audias, quia modò tranſit vnus rex in mortem, modò vnus comes, modò vnus Epiſcopus, modò vnus miles, & ſic de alijs multis, & ideò de iſta glacie mundanæ gloriæ non eſt confidendum, quia dicit Rabanus in legenda de omnibus Sanctis. Tranſeunt cuncta, quæ temporaliter feſtinè celebrant. Sed diceret quis, ex quo antiqui Patres tam diu vixerunt, ſcilicet trecentis annis, & nongentis annis, Mathuſalem nongentis, & ſexaginta nouem annis, Geneſ. 5. Quare ergo vita modernorum hominum, tàm cito adueſperaſcit, id eſt, ad mortem feſtinat. Ad hoc dicunt Doctores, quod cauſa huius eſt potiſſimè hominum malitia. *Quia viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Et de his dicitur. Sap. 3. *Si celeriùs defuncti fuerint, non habebunt ſpem,* ſcilicet ſaluationis. Si autem boni cito de hac vita ſumuntur, hoc ideo fit, ne per malitiam immutentur. Iuxta illud Sap. 4. *Placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt, raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam ipſius.* De his dicitur, Sap. 4. *Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit,* quaſi diceret. Iuſtus iuſtitia generali, id eſt, virtuoſus, ſi præoccupatus fuerit morte id eſt, ante maturam ætatem mortuus fuerit, id eſt, in iuuentute, vel media ætate, nihilominus in refrigerio erit. Et dicit Holkot lectione 48. & ponit exemplum, de quodam viro ſancto & literato, qui mortuus inuentus fuit, ſedens inter libros ſuos in cathedra ſua, & habens in gremio ſuo librum apertum. Cumque alij compatientes aduenirent, & multum de tam ſubita morte triſtarentur. Conſiderantes diligenter, inuenerunt manum ſuam ſuper librum iacentem, & indicem extenſum ſuper hæc verba. *Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, &c.* Ideo dicit Metriſta. *Mors iuſti ſubita, quàm præceſſit bona vita. Non minuit merita, ſi moritur ſta.* Si autem volueris habere alias rationes feſtinæ mortis hominum modernorum, vide rationes tam longæ vitæ patrum antiquorum, & per oppoſitum inuenies, quare tam cito nunc homines moriuntur.

M

Obiectio.

Reſponſio.

Pſal. 54.

Boni cur cito de hac vita liberẽtur.

Sap. 4.

N

Quinque rationes cur antiqui Patres diutius vixerint.

Sunt autem quinque cauſæ, & rationes longæ vitæ antiquorum, quas ponit Nicolaus de Lyra ſuper Gen. 5. *Prima,* fuit ex bonitate complexionis primorum parentum. Fuerunt enim à Deo immediatè formati, & ſic optimè complexionati, ſicque ad longiorem vitam diſpoſiti. *Secunda,* quia temperatè vixerunt. *Tertia,* ex bonitate nutrimenti, quia ante diluuium terræ naſcentia fuerunt meliora, quàm poſt, quia diluuium fuit pro maiori parte ex aquis maris. vnde Gen. 7. *Rupti ſunt fontes abyſſi.* Et aquæ illæ inducunt ſterilitatem, & ſic redduntur terræ naſcentia peiora, ex quibus breuiatur vita. *Quarta,* ex bono aſpectu ſiderum ſuper illam regionem, in qua manebant, quia aſpectus multum facit ad longam vitam. *Quinta,* vt per longam vitam hominum citò multiplicaretur genus humanum.

1. Bonitas cõplexionis.

2. Temperata vita.

3. Bonitas nutrimenti.

4. Bonus aſpectus ſiderũ.

5. Vt per longam vitam genus humanum multiplicaretur.

Sed diceret aliquis, nunquid mors inflicta ſit pœna pro peccatis primi parentis. Ad hoc dicunt Doctores, quod ſic. Natura enim humana creata fuit cum dono originalis iuſtitiæ, per quod anima habuit perfectum dominium ſuper corpus, propterea potuit corpus viuificare & regere ſine læſione, vel quacunq; infirmitate, & ideo habuit potentiam non moriendi. Iſtud autem dominium fuiſſet datum ſibi pro ſe & ſuis, quamdiu fuiſſent Deo ſubiecti. Quando autem peccauit, iſtud dominium merito perdidit, & ideo corpore deſerente voluntariè Deum creatorem ſuum, (ſicut diffuſè

fusè declarat ſanctus Auguſtinus lib. 13. de ciuitate Dei, & in multis exemplis) & ſic de facultate moriendi, incidit liberè pro ſe & pro ſuis neceſſitatem moriendi. Ideo dicendum, quod mors eſt homini naturalis, & pœna inflicta, ſicut Dominus daret ſuo ſeruo originalem libertatem, & poſtea propter ingratitudinem priuaret eum ſua libertate, tunc ſeruitus foret iſti naturalis & pœnalis. Ideo dicit Auguſtinus 3. de ciuitate Dei, cap. 15. Conſtat inter Catholicam fidem tenentes, ipſam nobis corporis mortem non lege eſſe inflictam: quia nullam mortem Deus homini fecit. Sed meritò inflicta eſt peccatis, quando peccatum vindicans Deus, dixit homini, in quo tũc omnes eramus. *Terra es, & in terram ibis.* Hæc Auguſtinus.

Mors inflicta eſt pro peccato primorum parentum.

Obiectio. Sed contra hoc poſſit aliquis ſic arguere. Omne compoſitum ex contrarijs naturaliter diſſoluitur; corpus humanum eſt huiusmodi, quia ex quatuor elementis contrarijs, &c. Præterea moriuntur beſtiæ, quæ nunquam peccauerunt, ergò ſimiliter homines, quia æqualis conditionis videntur in compoſitione & complexione, ergò in reſolutione. Præterea, qua ratione mors fuiſſet inflicta, pro primo peccato tanquam pœna iuſta, eadem ratione debet modo intelligi pro quocunq; peccato mortali, & ſic deberet homo, quàm cito peccaret mori. Ad quod dicendum, quia licet homo ſit compoſitus ex contrarijs, tamen propter donum ſuperadditum naturæ ſeruatus fuiſſet à morte, vnde verum eſt, quod omne compoſitum ex contrarijs corrumpitur naturaliter, tamen fit incorruptibile propter donum ſuperadditum, ſicut fit poſt reſurrectionem. Sed de beſtijs dic, quod nunquam illud donum habuerunt, ſicut nec earum vnquam potuerunt dona obedire, & ideo in eis non eſt mors pœnæ, ſed naturæ. In homine autem, licet natura in ſe conſiderata ſit mortalis, habuit tamen donum, quo morte carere potuiſſet. Ideo nobis eſt pœna, quod in eis eſt natura. Hic conclude, ne populus aggrauetur.

Reſponſio.

O Dies inclinatus omnis homo Chriſtianus.

Quantum ad tertium ponitur in prædicto verbo omnium mundi ſtatuum declinatio, cum concluditur. *Et inclinata eſt iam dies.* Vbi per diem quilibet homo ſanguine Chriſti redemptus intelligitur. Quod patet per Iob 3. cap. vbi legitur de Angelo apoſtata dicens. *Non computetur in diebus anni*, quaſi dicat, non pertingit ad veniam cum redemptis hominibus apoſtata angelus. Iſti, inquam dies ſpirituales redempti, videlicet homines inclinati ſunt iam de bono in malum, de malo in peius, & de peiore, heu, iam in peſſimum. Sicut & hoc conqueritur Dauid Pſalm. 13. *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, id eſt, valdè paucos. Primò ergo vide de ſtatu ſpiritualium Prælatorum, qualiter eſt inclinatus. Nam ante tempora præterita erant Prælati ſimiles aquilis, de quibus dicitur in lib. 12. proprietatum ſeu rerum, quod habent pedes dexteros maiores ſiniſtris, diligenter pullos ſuos nutriunt, imò corpus ſuum ponunt inter eos & ſagittarium, ad defendendum eos. Capta enim præda ita ſunt liberales, quod etiam auibus aſſiſtentibus curialiter impartiuntur. Quid moraliter per duos pedes, niſi affectiones primorum Prælatorum deſignantur. Vnam quam habebant ad animas ſibi commiſſas, Aliam quam habebant ad redditus, ad decimas, qui eſt pes ſiniſter. Zelus tamen animarum, qui eſt pes dexter, longè fuit maior, nam multò magis intendebant ſaluti ſibi commiſſarum animarum, quam congregationibus ſibi appropriatarum decimarum, ſicut ſanctus Ambroſius tantum dilexit animas ſubditorum ſuorum, vt cum aliquis lapſum ſuum confiteretur, ſic amariſſimè flebat, quod illum ſimiliter flere com-

Status ſpiritualium Prælatorum.

S. Ambroſij liberalitas.

compellebat. Diligenter etiam nutriuit pullos suos, quia tantę liberalitatis fuit, quod omnia quæ habere poterat, Ecclesijs & pauperibus sibi nihil retinens, tribuebat, vt dicit sua legenda. in Ecclesias & pauperes.

Quidam etiam ipsorum pro sibi commissis non solum substantiam, sed etiam corpus posuerunt, sicut refert lib. 3. cap. 1. dialogor. Gregorius de Episcopo nomine Paulino, qui cuncta quæ habere poterat ab Episcopatu, captiuis largitus est. Cumq; nihil haberet, quod petentibus captiuis daret, die quadam vidua aduenit, quæ filium suum in captiuitate esse perhibuit, & à viro Dei precium postulauit, vt filium suum liberaret. Sed vir Dei inquirens, & nihil apud se inueniens, dixit. Mulier quid possum dare, non habeo. Sed meipsum tolle, & filium tuum redimas, me vice illius in seruitium tradas. Qui secum pergens, & se pro filio viduæ in captiuitatē dedit. Ecce quod tanquam aquila fidelis corpus suum pro subditis suis exposuit atque dedit. Exemplum de Paulini Episcopi liberalitate.

Quidam etiam primorum Prælatorum ipsorum, captam prædam suæ substantiæ & diuitiarum, sibi assistentibus, & longè positis impartiti sunt, sicut beatus Gregorius, de quo legitur, quod tantæ fuit largitatis, quòd non solum præsentibus, sed etiā longè positis in monte Synai ministrabat. Et alij multi bona sua, scilicet Ecclesiastica indigentibus curialiter condiuidebant, eorum miserias supportando, vt quilibet tunc temporis dicere posset suis subditis. Exod. 19. *Vos ipsi vidistis, quomodo portauerim vos super alas aquarum, & assumpserim mihi.* Et vnicuique potuit dicere illud Psalm. 77. *Pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Sed heu moderni nonnulli Prælati, non dico de omnibus, similes sunt struthionibus, bubonibus, & vulturibus.

Et PRIMO quidem similes struthionibus. Struthiones enim vt inquit Magister 12. lib. propriet. habent pennas, sed à terra non volant, & Iob 39. dicitur. *Penna struthionis similis est pennis herodij.* Et dicit Gregorius, super hæc verba, quod similitudo hæc est solum in colore, sed non in virtute, quia pennæ similitudinem habent, sed volatus celeritate carent. Moraliter per pennas vno modo intellige scientias, quas habent Prælati, & tamen semper manent in terra, scilicet terrenæ conuersationis, & nunquam volant in altum doctrinæ & prædicationis, cibando subditos suos cibo spirituali, ideo de tali & vnoquoq; dicit Bernardus. Rem profecto proximi tenes, si donis scientiæ & eloquentiæ adornatus, verbum bonum, quod possit prodesse multis, inutili atq; damnabili silentio ligas. Alio modo per pennas subaudi multas dignitates, beneficia & præbendas, quas multi habent, de quorū forte vno, duo pauperes Clerici sustentari possent, & adhuc semper manent in terra damnabilis cupiditatis, quotidie tales præbendas augmentando, & rarò, vel nunquam se eleuant in altū compassionis, pauperibus subditis subueniendo. Quod tamen est contra illud Canonis 82. distin. c. Episcopus. Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate facientę suis manibus laborare non possunt victum & amictum, quātum sibi possibile fuerit, largiatur. Nam refert Petrus Damiani.* Quidam Abbas valdè misericors, habuit lampredam piscem benè præparatam, & ecce quidam pauper ad ianuam illud potissimum sibi dari postulabat, quod Abbati appositum erat; mittit Abbas ei integrum piscem, quem accipiens pauper cum paropside, cunctis videntibus cœlū penetrabat. P Pennæ struthionum scientiā Prælatorum denotant. Item dignitates, beneficia præbendæ. * Epist. 2.

SECVNDO, quidam similes sunt bubonibus, nam vt dicit Magister lib. 12. propriet. quod bubones diligunt Ecclesias propter oleum, lumen, enim extinguunt. Q Bubonum proprietas.

Bubonibus Prælati quidam similantur.

Sic *vno modo* realiter quidam amant Ecclesias propter pinguedinem prouentum, & annalium pensionum, non enim interrogant de Patrono Ecclesiæ, sed magis de eiusdem pinguedine, & fructuosa pensione; sed nesciunt hi, quod hæc temporalia Ecclesiæ sunt suorum rectorum submersiua, quia dicit Apoc. 12. *Misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine.* Serpens est diabolus, mulier est Ecclesia, quam serpens ille antiquus temporalium abundantia quærit submergere. *Alio modo*, quidam amant Ecclesias propter dignitates, nam dicit Bernardus ad Eugenium Papam. Videns totum Ecclesiæ Zelum pro dignitate feruere, intuendę dignitati datur totū, sanctificati nihil. *Tertio*, hic moraliter intelligitur per Ecclesiam, congregatio malorum, de qua Psal. *Odiui Ecclesiam malignantium.* Hanc diligunt quidam Prælati spirituales in curijs suis propter oleum adulationis, de qua dicit Psalm. 140. *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Hoc oleum tunc ebibunt, quando adulationes eorum libenter audiunt. Quod est contra illud Exod. 30. *Hoc oleum vnctionis sanctum mihi erit in generationes vestras, caro hominis non vngetur ex eo.* Et post pauca. *Homo quicunq; tale compositerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo.* Oleum istud est laus, quæ nunc est sancta, cum Deo exhibetur de illa non debet caro hominis iniungi, quod tunc fit, quando laus homini mortali adulatoriè offertur. Contra illud Eccl. 4. *Ante mortem non lauda quenquam*, & qui talem adulationem composuerit, & alienum, scilicet hominem, cui laus non debetur, laudauerit falsè, de populo Dei peribit. Ideo S. Paulus, qui fuit Prælatus à Deo constitutus, dixit, 1. Thess. 2. *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs.*

Psal. 25.

Adulationis oleum quidam Prælati amant.

R

Vulturum impietas.

TERTIO, aliqui sunt similes vulturibus. Vultures enim vt dicit Gregorius, sunt aues fœtidæ & immundæ, & vt dicit Plinius in spec. natur. sunt valde impiæ circa pullos suos. Si enim viderint pullos suos impinguari rostro & pedibus eos percutiūt. vt sic fiant ex dolore morsuum macilenti. Sic quidam Prælati tàm seculares, quàm spirituales sunt fœtidi & immundi, per immunditiam luxuriæ. Et tales sunt voti fractores, & populi scandalizatores. Ideo dicit Bernardus. Væ qui ambulant in carne, Deo placere non possunt, & placere præsumunt. Tales etiam si viderint pullos, id est, subditos suos, bonis temporalibus impinguari, percutiunt eos rostro quando eis occasionem inueniunt verbis detractorijs, dicendo. Iste est fornicator, iste adulter, hic lusor, ille potator. Et sic per iniustas occasiones, aut impias extorsiones, in eis pinguedinem substantiæ non permittunt. Et si hoc in persona propria non faciunt, tamē hoc in suis officialibus studentadimplere. Et de vnoquoque tali exponitur illud, Iob 28. *Semitam ignorat auis, nec intuitus est eam oculis vulturis.* Hæc auis est Christus, cui semita fuit pietas, per quam tunc ambulauit, quando famelicos pauit. Ioan. 6. Sed hanc semitam non est intuitus oculus vulturis. id est, impij Prælati, qui iniustè aufert substantiæ pinguedinem suorum paupertm clericorum. Nihil enim hic dico de subsidijs & iuribus Episcopalibus, ad quæ sacerdotes tenentur, vt dicitur de præbend. & dign. c. Suscepti. li. 6. vbi inhibetur diœcesanis locorum, vt ad præsentationem religiosorum nullum ad aliquam Ecclesiam recipiant, nisi tantum ei de prouentibus ipsius ac Ecclesiæ coram eis fuerit assignatum, vnde iura Episcopalia possunt persoluere & congruam sustentationem habere, quod habetur vbi supra. Sed de Censi. ca. Cum Apostolus, dicitur, quòd in causa necessitatis potest à suis clericis exigere subsidium moderatum. De hoc etiam vide 11. quæst. 3. per totum.

Vulturibus similantur mali Prælati.

Et

Et quia ſtatus prælatorum ſpiritualium ſic eſt iam ad malum inclinatus. Ideò legitur in annulo parte 1. Cum Petrus Zenonenſis Epiſcopus quendam conuerſum Clareuallenſem, qui frequenter rapiebatur in extaſi, viſitaſſet, & peteret, vt ſibi aliquã viſionem enarraret, reſpondit. Nuper vidi quandam dominam ſpecioſiſſimam, auro & gemmis ornatam, quæ ait ad me, cum eius excellentiſſimam pulchritudinem admirarer. Quæ nam ſum ego? Et reſpondi. Videtur mihi quod ſis beata virgo. Et illa ait, reſpice me à tergo, cum eam à tergo reſpicerem, vidi eam putridam, & vermibus ſcaturientem, & ait. Nunc perpendere potes, me virginem glorioſam nõ eſſe, non ſum ego virgo Maria, ſed ſum mater Eccleſia, quæ in primo ſtatu, Apoſtolis, martyribus, confeſſoribus, & virginibus fui pulcherrima & decenter ornata, nunc à parte poſteriori, id eſt, poſtremo tempore, in rectoribus & prælatis ſum putrida & corrupta, & ignominia plena, *& argentum meum verſum in ſcoriam*, vt dicitur Eſa. 1. Sed hoc dictum eſt breuiter de prælatis & ſuperioribus, deinde dicam de ſacerdotibus, & ſimplicibus inferioribus, & primo de religioſis. Exemplum.

Pro quo nota, In principio inſtitutionis ordinum fuerunt religioſi, velut ſtellæ cœli, ſic ipſi ſanctam Eccleſiam decorantes, & contra diabolum ſuis ſalutiferis prædicationibus præliantes, vt ſanctus Dominicus & Franciſcus, quorum ordines generale concilium, cum alios ordines deinceps inſtitui prohibuit, propter euidentem Eccleſiæ vniuerſalis vtilitatem prouenientem ex eis haberet approbatos, vt dicitur de relig. domi. c. Religionum diuerſitatem. lib. 6. per Gregorium decimum in concilio Lugdunenſi. Ideò de talibus, & multis ipſorum ſequacibus, exponitur illud Iudi. 5. *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt*. Siſara interpretatur excluſio gaudij, & ſignificat diabolum, qui excluſus eſt à gaudio cœli. Et multos ſua deceptione, ab eo hactenus excluſit & excludit. Contra hunc illi ſancti religioſi pugnauerunt, & à faucibus eius multos eruerunt, & mediantibus ipſorum animabus cœlum ornauerunt, vt impleretur illud. Eccleſ. 43. *Species cœli gloria ſtellarum*, ſed modernis prædixit Dominus. Matth. 24. *Stellæ cadent de cœlo.* Et beatus Ioannes, iam hoc impletum aſſeruit cum dixit Apoc. 6. *Stellæ cœli ceciderunt ſuper terrã*. Moraliter, per cœlum *vno modo* intelligitur ſanctitas vitæ, in qua deberent religioſi ſicut ſtellæ in cœli firmamento lucere, in omnibus exemplum ſanctitatis præbere, ſecundum exhortationem beatĩ Auguſtini in regula. In inceſſu, inquit, in ſtatu & habitu, omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſcunque offendat affectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Super quo dicit Hugo, quod religioſi ſic debent viuere, quòd à nemine homine valeant reprehendi. *Et ſubdit:* Valde enim eſt incongruum, vt ipſi reprehenſibiles viuant, quorum ordo exigit, vt cæteris formam honeſtatis oſtendant. *Et paucis interpoſitis:* Cum, inquit, ſecundum ſententiam Apoſtoli, *Oportet nos ab his, qui foris ſunt habere teſtimonium*, ſic debemus viuere, vt vita concordet cum nomine, & profeſſio teneatur in opere, vt ſi ſanctus ſit, ſancta ſit & conuerſatio. Hæc ille. Sed de hoc cœlo vitæ ſanctitatis ceciderunt iam multi, licet non omnes in terram, videlicet terrenæ cupiditatis, quaſi dicat. Stellæ cadent de cœlo, id eſt, Monachi exibunt de clauſtro, diſcurrentes mundum propter diuitias terrenas congregandas, vt exponit Anshelmus lib. 7. ſimilium, cap. 27. In hoc tamen valdè errant, omnia enim deberent habere communia, quia dicitur, Act. 2. *Omnes qui credebant in Chriſtum, erant pariter, & habebant omnia communia*, ſcilicet in

S

Ordo S. Dominici & S. Franciſci à generali Cõcilio approbatus.

Per cœlum ſanctitas vitæ intelligitur.

Qualis vita à religioſis requiratur.

Religioſi debent habere omnia communia.

Periculum religiosorũ proprietariorum.

in signum fraternitatis. Et dicit Nicolaus de Lyra, quod ex hoc omnis sumpsit religio exordium, in qua non licet habere propria, hoc tamen multi non curant, sed diabolica suggestione pecuniam cumulant, & reseruant, propter quod timendum est, quod cum Anania & Saphira, qui partem de agro vendito reseruabant, & partem ante pedes Apostolorum ponebant, non euadunt damnationem. Actor. 5. Quare dicitur de statu monach. c. Cum, ad monasterium. Prohibemus districtè in virtute obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij, ne quisquis monachorum proprium aliquid possideat, sed si quis aliquid habeat proprij, totum etiam in continenti resignet. Et ibidem in decretis super quodam dicitur. Regularis qui proprium non resignauerit, in morte in cemiterio sepultus, debet exhumari, sine scandalo fieri potest, & dicit Gloss. proco, quod in mortali peccato est. Vnde in 4. dialog. Gregor. c. 55. legit. de monacho, qui tres aureos de arte medicinæ acquisiuit, & occultè vsque ad extremam horam reseruauit. Quod cum germano suo Monacho eiusdem ordinis fuisset patefactum, B. Gregorius dixit illos aureos secum confodiendos, dicens. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Et prohibuitne cum fratribus haberet Ecclesiasticam sepulturam.

Exemplum.

Proprietarius monachus in sterquilinio sepultus.

Obiectio.

Sed dicerent hi, qui sunt de ordine sancti & glorioſi Patris Francisci. Nos non dicimur Monachi, sed fratres vt in Clement. dudum. de sepul. & de verbo signif. Exiui de Paradiso, & in alijs locis Canonũ multis. Ergò prædicta nos non tangunt, quare & proprium habere possumus. Ad hoc dicunt Doctores quidam, quod ad altissimam paupertatem voto solenni sunt astricti, omnem proprietatem, tam personalẽ, quàm communem abdicantes, & tanquam de crastino non cogitantes, quod ipsos & alios de ordinibus mendicantium, hæc prædicta multò fortius tangunt, & concernunt. Quia dicitur in prædicta Clem. Exiui de Paradiso. Porrò cum dictus S. Franciscus volens fratres suos super omnia, à denarijs, seu pecunia esse totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per se, vel interpositam personam. Ex quo patet, quod si prohibetur ipsis receptio pecuniarum, multò magis inhibitum est ipsis possidere.

Responsio.

Omnes ordines mendicantium ad arctissimam paupertatẽ astringuntur

T

SECVNDO, per cœlum intelligitur sacra scriptura. Iuxta illud Psalm. *Extendens cœlum sicut pellem*, quæ sacra scriptura extenditur ad omnes prædicatores. ab hoc cœlo sacræ scripturæ multi ceciderunt religiosi, quia iam cura non est eis de studio, quare timendum est de ipsis, quod insudent luxuriæ vitio, quod tamen multum aggrauatur in eis, & Deo displicet. *Primo*, quia cætus religiosorum est nobilior pars insponsa, id est, Ecclesia Dei, quæ per faciem intelligitur. & ideò sponso Ecclesiæ, id est, Christo maximè displicet macula luxuriæ in eis. Vnde ipse dicit. Cant. 2. sponsæ suæ Ecclesiæ. *Ostende mihi faciem tuam*, quia Christus libenter videt quod religiosi sunt mundi. Sed qui magnam vult alicui contumeliam facere, maculat ei faciem. Sic diabolus volens Christo, & sponsa suæ Ecclesiæ magnam contumeliam facere, laborat faciem eius luxuria maculare. Sicut patet* in vitas Patrum. Quidam Thebæus senex dicebat, cum quadam die videret Patrem suum in templo sacrificantem idolis, vidit & Sathanam cum militia eius astantem. Quem cum singuli dœmones adorassent, facta nequitiæ suæ contulerunt. Vnus ait. Per triginta dies plurimos homines vnius prouinciæ occidi. Alius dixit, se per viginti. dies plurimos in mari submersisse, Tertius dixit, per decem dies se interfuisse nuptijs, & Sponsum & Sponsam

Religiosorum luxuria displicet Deo propter tria.

*Lib. de fornicatione cap. 17.

Digitized by Google

ſam occidiſſe, & multam ſanguinis effuſionem incitaſſe. Hoc audito, Sathan omnes flagellari præcepit. Tandem vnus ait; per quadraginta annos incitaui quendam Monachum ad peccandum, & vix illa nocte compuli eum fornicari. Tunc ſurgens Sathan & oſculans eum, impoſuit ei coronam, quam habuit dicens, quod plus omnibus feciſſet. *Secundo*, quia clauſtrales deberent eſſe domini proprij, ideò multum diſplicet ei, cum ſe velint hoc vitio maculare, quia ipſe dicit in Pſalm. *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit.* Sed *tertio*, quia vita clauſtralis eſt vita angelica, imitari ergò deberent vitam angelicam in puritate caſtitatis. Quia votum caſtitatis adeò eſt annexum regulæ monachali, quod contra illud ſumus Pontifex non poſſit licentiam indulgere, vt extra de ſtatu monaſt. cum ad monaſterium. Idcircò debent ipſi religioſi, ad euitandum hoc vitium legere, vel ſtudere, ſecundum admonitionem beati Hieronym. de conſecrat. diſtinct. 5. ad Ruſticum Monachum cap. Nunquam de manu, vel, &c. Nunquam, ſcilicet horis conſtitutis, de manu tua liber Pſalterij diſcedat. Dicatur ad verbum, Oratio ſine intermiſſione. Vigilet ſenſus, nec vagis cogitationibus ſit patens, &c. Ama ſcientiam ſcripturarum, & vitia carnis non amabis.

Religioſos tentant dæmones de libidine plus quàm alios Pſal. 100.

Otium religioſis fugiendum.

SECVNDO, de Clericis aut Sacerdotibus ſecularibus hoc notandum, quod olim Sacerdotes ornati erant continentia caſtitatis, ſcientia veritatis, & eminentia charitatis. Quidam autem moderni Sacerdotes deturpant & deornant ſe per incontinentiam carnalis voluptatis. Et tales ſunt *primo* voti fractores, quia caſtitatis votum, quod Deo promiſerunt, cum ſacros ordines ſuſceperunt, frangunt. *Secundo* ſunt DEI proditores, de familia enim DEI ſunt, & de expenſis eius viuunt & veſtiuntur. Nunquid proditores ſunt, qui iſtum impugnant, de cuius bonis viuunt? *Tertio* ſunt populi ſeductores, populum enim decipiunt, qui dat ei oblationes & offertoria, vt deleant orando eorum peccata, & gratiam impetrent vitæ ſanctitate, vt 1. quæſt. 1. ipſi ſacerdotes, quid non faciant, qui per incontinentiam ſuam DEO diſplicent, de quibus taliter Beatus Gregorius dicit 3. quæſt. 7. c. In grauibus. Cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, & de talibus dicitur Malach. 2. *Maledicam benedictionibus veſtris*, quaſi dicat Dominus. Cum populum meum benedixeritis, ego vos maledicam.

Sacerdotes quibus ornamentis debent eſſe ornati.

Sacerdotes voti fractores, Dei ſunt proditores. Sunt populi ſeductores.

Sed dicat quis, Vnde eſt hoc, quod aliàs inueniuntur ſacerdotes ornati virtutibus alijs, excepto hoc, quod vitio incontinentiæ laborant. Ad quod dicendum. Fingunt poëtæ, quod mater Achillis Achillem natum tinxit in aquis ſtygijs, id eſt, in aquis cuiuſdam fluminis infernalis, quantum ad totum corpus, excepto talo. Et ideò Achilles inuulnerabilis fuit vbique per totum corpus, niſi duntaxat in talo. Cumq; ergo captiuatus amore Polixenæ, eam in templo corrumpere ſtatuiſſet, à Paride in talo percuſſus interijt. Iſtius Poëſis ſenſus literalis eſt, vt dicit Holkot, lectione 205. Iſtæ venæ, quæ ſunt in talo, ad renum & femorum, atque virilium pertinent rationem. Vnde Orphæus principalem locum libidinis dixit eſſe in talo. Sed ſenſus moralis eſt: quod Achilles eſt homo perfectus, vt deberet eſſe omnis ſacerdos, ex quo ſunt regum & principum Patres & Magiſtri, vt 95. diſtinct. c. Quis dubitet Sed per matrem intellige virtutem, quæ intinxit hominem in aquis ſtygijs, quia virtus contra

Quare plerique Sacerdotes luxuriæ vitio laborent.

contra omnes labores hominem munit. Ideò ſolum talum non intinxit: quia quantumcunque per humanam virtutem fuerit homo munitus, vitiorum ſemper ad libidinem ictus, vel aditus patet, niſi per diuinam gratiam præſeruetur. Quia dicit Auguſtinus, 1. lib. de baptiſmo paruulorum. Adam præter imitationis exemplum, occulta etiam tabe carnalis concupiſcentiæ ſuæ, tabificauit omnes in ſe de ſua ſtirpe venturos. Et ideò ſignanter dixit Salomon Sapien. 8. *Scio, quòd aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det.* Et ideò hæc ſpecies iuſtitiæ ſuæ virtutis, quæ eſt continentia, eſt à DEO continuè poſtulanda. Et ſic ſolum haberi poteſt, iuxta illam exhortationē Sapient. Eccleſ. 27. *Si ſequeris iuſtitiam, quæ eſt continentia, qua corpus iuſtè regitur, apprehendes illam, & indues illam quaſi poderem honoris.* Eſt enim poderis tunica talaris. Et dicitur à ποῦς Græcè, quod eſt pes latinè, quia pedibus inhærebat; qui ſunt fines corporis, quia continentia debet continuari vſque ad finem vitæ. Sed quia Sacerdotes eam à Deo non petunt, ideò incontinentes exiſtunt.

Continentia & caſtitas donum Dei ſinguläre.

SECVNDO, Sacerdotes olim ornati erant ſcientia veritatis, quia principalis intentio debet eſſe clerici, vt poſſit vera addiſcere, & vera docere. Nam in vitas Patrum libr. 10. cap. 29. dixit Abbas Palladius, quod anima ſecundùm Chriſti voluntatem conuerſans, aut fideliter inquirit, quæ neſcit, aut manifeſtè docet quæ nouit. Si autem vtrumque cum poſſit, & non vult, inſaniæ morbo laborat. Initium enim recedendi à Deo, faſtidium eſt doctrinæ; & cum non appetit id, quod anima ſemper eſurit, quæ Deum diligit. Ideò de illis tali ſcientia ornatis exponitur illud. Eccleſ. 21. *Ornamentum aureum prudentis doctrina.* Et Malach. 2. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem eius ex ore requirunt.* Et iterum Prou. 15. *Labia ſapientis diſſeminant ſcientiam*, ſcilicet docendo populum. Sed de modernis Clericis prædixit Ioannes Apocalyp. 6. *Cœlum receſſit quaſi liber inuolutus.* Et Iſaiæ 23. *Plicabuntur ſicut liber cœli.* Per cœlum intelliguntur Sacerdotes, quorum conuerſatio debet eſſe in cœleſtibus, ſecundum exemplum Apoſtoli, qui dixit ad Philip. 3. *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.* Sed talis ordo ſacerdotum receſſit iam quaſi liber inuolutus, vbi nulla eruditio, vel doctrina poteſt videri, vel haberi. Ita à Clericis pro magna parte exemplum nullum poteſt videri, nec verbum eruditionis audiri. Ideò dicit Greg. in homel. Ecce mundus ſacerdotibus plenus eſt, ſed tamen in meſſe Dei rarus valdè inuenitur operator, quia officium quidem ſacerdotale ſuſcipimus, ſed opus Sacerdotij non implemus. Hæc Gregorius. Opus enim ſacerdotij eſt prius in libris ſtudere, & poſtea populum docere. Sed hoc opus minimè quidem iam implemus, vbi nam ſacerdotes olim ſtuduerunt in lege, nunc noſtri ſtudent in ludo aleæ, vbi populum non informant, ſed fortius ſcandalizant, propter quod ludus aleæ eſt eis interdictus; extra de vita & honeſt. cle. ca. Clerici officia, vbi dicitur, §. 2. Ad aleas & taxillos Clerici non ludant, nec his ludis interſint. Et dicit Gloſ. quod non debent ludere ad aleam niſi pro eſculento & poculento, nec vltra ſolidum ludere poſſunt. Sed certè quidam ludunt, vt lucrentur, vel etiam perdunt vltra ſexagenam, vel ſupra, & in hoc defraudant pauperes portione ſua. Quia ſecundum Hieronym. Quicquid habent clerici vltra neceſſitatem ſuam, totum ſuorum pauperum eſt, Quod ſi non dederint eis, ſacrilegi ſunt atque fures. Et de talibus Deo grauiſſimam reddent rationem.

Sacerdotum intentio debet eſſe, vera diſcere & docere.

Sacerdotibus ludus aleæ interdicitur.

TERTIO, olim ſacerdotes ornati erant eminentia charitatis, quod patuit ex eo, quod ſua pauperibus largiter impendebant. Sed noſtri, modo ſi *habuerint ſubſtantiam*

tiam huius mundi, & viderint fratres ſuos pauperes neceſſitatem patientes, tamen claudunt viſcera pietatis ab eis, & quomodo manet, inquit, *Charitas Dei in eis?* quaſi dicat, nullo modo 1. Ioan. 3. Quia dicit Hieronym. 16. quæſt. 1. cap. quoniam. quicquid habent clerici pauperum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitum inuigilare debent. Maximeq; curandum eſt illis, vt de decimis & oblationibus, qualem poterint ſuſtentationem impendant. Eſt tamen notandum, quod ſunt nonnulli, qui tantum habent de bonis parentum, & proprijs, quæ ſufficere eis poſſent competenter, & tamen de rebus Eccleſiaſticis viuere volunt, quæ ad pauperes clericos ſpectare meritò deberent, & quomodo tales ornati ſunt charitate? certè nullo modo. Ideo dicit Hieronym. vbi ſupra & 1. quæſt. 2. Clericos autem illos conuenit Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui verò bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profectò incurrunt & committunt, & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant & bibunt. Hæc Hieronymus ad Damaſum Papam. Quod beatus Hieronymus videtur loqui de illis Clericis, qui Eccleſiæ non ſeruiunt, ſi verò ſeruirent Eccleſiæ poſſent de rebus Eccleſiæ ſatis viuere. Idem dicebat Innocent. Non credimus, quòd qui habet beneficium, viuere debet de patrimonio, ſed de altari, extra de præbend. cum ſecundum, non obſtante cap. illo Clericos, quia ibi auctor Canonum intendit prohibere, ne quis de patrimonio auarè theſaurizet, & bona Eccleſiæ expendat. Aliàs autem licet benè ſua bona conſeruare hæredibus, & bona Eccleſiæ expendere. Et hoc Innocent. notat extra de præbend. Epiſcopus. Et 1. quæſt. 2. Clerici omnes. Per hoc ſignum vniuerſale dicebat Ioannes de DEO, quòd Clerici viuentes de matrimonialibus, dummodo deſeruiunt Eccleſiæ iuſtè, recipiunt ſtipendium ab Eccleſia. Qui enim ad onus eligitur, non debet repelli à mercede, extra de præbend. Cum ſecundum. Nec iam dicta ſunt contra Hieronym vbi ſuprà, quia ipſe vult, quia ſua auarè cuſtodiunt, & de rebus Eccleſiæ viuunt, ſacrilegium committant, quia qui ſua ſic reſeruant cupiditatis vitio, rei conuincuntur. Et dicit Gloſſa ſuper cap. Clericos. Si ex cupiditate reſeruent, mortaliter peccant. Secus autem, ſi pauperibus amicis ſuis ſeruent. Item ſunt nonnulli Clerici, qui tantum habent de beneficijs, quod fortè tres, vel quatuor, aut interdum decem Clerici pauperes poſſent ſuſtentari de illis & quomodo eminens Chartas hos adornat nequaquam, & vt clarius hoc intelligatur. Quidam dicunt, quod habere poſſunt plura beneficia, eò quod ſunt nobiles, quibus dicendum. Si filij Dei ſunt, & Eccleſiæ vtiles, non volentes excedere menſuram nobilitatis ſuæ, forſitan iuſtum eſt, vt de beneficijs Eccleſiaſticis præ cæteris accipiant, ſi poteſt fieri abſque iactura animarum. Sed ſi filij Diaboli ſunt, qua ratione de bonis Dei præ cæteris accipiant. Nunquid debet Dominus nobilitatem filiorum Diaboli honorare, qui nihil proſunt? Certè nequaquam. Nam dicit Lombardus, quod ipſe non vult habere accipitrem, qui capiat alaudam, & comedat gallinam. Sic Dominus non vult habere in Eccleſia ſua, qui multum ei conſtent, & nihil proſint. Quidam etiam dicunt, quod poſſunt habere plura beneficia, quia ſapientiores & potentiores ſunt, quo ad ſeculum. Quibus dicendum, quod cupiditas & auaritia docet eos in hac parte. In doloſa enim ſtatera cupiditatis nihil ponderant ſpiritualia, ſed ſolum temporalia. Ideo loquens Bernardus de Auaritia in Prælatis dicit. Optimi diſpenſa-

Sacerdotes habẽtes patrimonium, vtrum poſſint viuere de bonis Eccleſiæ.

Beneficia plura quidã putant ſe habere poſſe ratione nobilitatis, &c.

Digitized by Google

tores rerum, qui de maximis minimam curam gerunt. Quod autem damnabile ſit plura habere beneficia, refert Apiarius. * Cum quidam Clericus valde literatus agonizans, fratrem de ordine Prædicatorum aduocari mandaſſet, & conſilium quæreret, quaſi in proximo migraturus, reduxit ei ad memoriam diſputationem illam ſolennem, quæ facta fuit Pariſiis. Anno Domini, Milleſimo ducenteſimo, triceſimo octauo, à Guilielmo Epiſcopo Pariſienſi, & multis Doctoribus & Magiſtris, in qua probatum fuit, quod duo beneficia, dummodo vnum valeret quindecim libras Pariſienſes, tenere cum ſalute non poſſe. Sed quia iſte Clericus duas præbendas habuit, quarum vna ad omnem vitæ copiam omni homini Clerico ſufficere potuiſſet, Conſuluit igitur, vt vnam præbendarum illarum reſignaret. Tunc ille facie conuerſa diſſimulans, hoc tantum dixit. Orate Dominum vt inſpiret. Nec diu poſtea cum frater recaſſiſſet, expirauit. Poſt illius obitum cum dictus frater ſtupefactus nimium cogitaret, cur tantus homo & tantus Clericus, ſi mortale peccatum eſſet, plura beneficia retinere, in tali ſtatu mortuus extitiſſet. Mox quaſi ſemi vigilanti defunctus apparens dixit. Hæc ſola præbendarũ cauſa eſt, pro qua infelix ego æternaliter damnatus ſum.

* Tho. Cantipratenſis lib. 1. c. 19. parte 7. Beneficiorum pluralitas damnat.

V

TERTIÒ, de prælatis ſecularibus, ſcilicet principibus nobilibus, & militaribus videndum ſit, an ſtatus eorum congruat ſtatui antiquorum. Etſi ſolerter inſpicitur, videtur in multis valde inclinatus, nam in primis ſtatus talium herodio ſimilabatur. Eſt enim Herodius, ſecundum Magiſtrum, lib. 12. proprietatum, auis regia & pia, nam eodem ſedulitatis officio, quo proprios fœtus paſcit, pari miniſtratione pullum ab aquila eiectum, ſibi non agnitum, ſuſcipit & nutrit. Sic ante tempora noſtra fuerunt nobiles regij, atq; pij, & magna ſedulitate ſubditos ſuos paſcebant in eo, quod eis, & ſubſtantiæ eorum parcebant. Et de multis exemplis cauſa breuitatis duntaxat illud ponam quod refert Suetonius de Tiberio Cæſare. Cui dum ſuaderetur, vt tributa augeret regionum, reſpondit. Boni paſtoris eſt pecus nutrire, non deglutire, vt in gloſ. clem. ad noſtrum, de cent. Refert etiam Ioſephus de ipſo, quod cum quæreretur ab eo, quare Procuratores non frequenter mutarentur; Reſpondit, in hoc parcere plebeculæ ſuæ. Scientes enim procuratores ſe breuem habere procurationem, emungunt vſque ad ſanguinem. Et qui recentes ſuperueniunt, diſſipant quicquid inueniunt. Et probat illud per exemplum cuiuſdam vulnerati, qui cum iaceret in via, & non amoueret multitudinem muſcarum à vulnere, ſuperueniens quidam, & æſtimans, quod non poſſet ex imbecillitate muſcas fugare, quæ operuerunt vulnus, effugauit. Ad quem ille malè, inquit, mihi feciſti, quia quas amouiſti, iam plenæ erant ſanguine, & parum me moleſtabant, quæ autem ſuperuenient recentes acrius ſtimulant, atque pungunt.

Nobiles cõparantur herodio.

Non expedit, procuratores ſæpe mutare. Exemplum de vulnerato.

Sed nunc quidam prælati ſæculares, principes, nobiles, & militares ſimilantur niſis. Sunt enim Niſi parui falcones, & tamen ſunt animoſi, & crudeles pro quantitate corporis ſui, & prædantur paruas auiculas. Sed in neceſſitate non parcunt ſuæ ſpeciei, ſicut faciunt maiores falcones. Quia dicit Ambroſius in Exameron. Omnes aues venales, alias venaticæ, prædantur prædam alterius generis, quam de ſua ſpecie, excepto ſolo Niſo. Moraliter per maiores falcones intelliguntur Reges & Principes, comites & barones, qui communiter viuunt de prædatione Eccleſiæ religioſorum, & pauperum ſubditorum. Sed interdum parcunt aliis regibus & principibus, qui ſunt ſui generis, Nam Eccleſias ſpoliant, decimis & domibus, religioſos ſuis poſſeſ-

Prælati ſæculares niſis perſimiles.

possessionibus & redditibus, pauperes subditos suis laboribus, quod tamen damnabile est. Nam refert Petrus Damiani. † Quidam comes bonæ opinionis, & vitæ innocentis, secundum iudicium hominum, est ante decēnium defunctus. Hunc quidā religiosus vidit in summo gradu cuiusdam scalæ, quæ inter stridentes & crepidantes flammas erecta videbatur. Cumq; quæreret quare comes, qui tam honestè vixerat, illic torqueretur, audiuit, quod propter quandam prædij possessionē cuiusdam Ecclesiæ Metensis, quam B. Stephano proauus eius abstulerat. Cui iam ille decimus in hæreditate succesſerat. Ex hoc videant domini, ne bona Ecclesiarum à parentibus suis iniustè possessa, ipsi similiter seruent, harum iniusti possessores ne existant. Quia dicit Dñs Exod. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, visitans iniquitatem Patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.* Idem alligatur de renun. c. Nisi cum pridem per Innocent. tertium dicens. Si tu es Dominus terrenus & fortis ad tuendam tuam iniquitatem, vide quid facias, quia ego sum Dominus Deus tuus etiam fortis ad puniendum tuam iniquitatem. Sed per nisos intellige alios militares, simplices, generosos, & vasallos, qui nulli parcunt, nam prædantur, bona regum, principum, comitum, baronum. Insuper Ecclesias decimis spoliant, bona pauperum subditorum rapiunt, & segetes eorum cum canibus suis venaticis conculcant: volunt enim immunes esse à dandis decimis, & alijs iuribus Ecclesiasticis, cum tamen nec reges immunes sint ab ipsis. Nam dicit Clemens Papa secūdus, ext. de maiori. & obe. c. Oēs. Omnes, inquit, principes terræ, & cæteros homines Episcopis obedire B. Petrus præcipiebat, vbi dicit Glossa, ergo Principes subsunt Episcopis, extra de maior. & obe. solite. & 96. distinct. duo sunt, & addit Glossa. Rex habens multos Episcopos sub se in suo Regno, tractabit causas Spirituales coram illo Episcopo, in cuius territorio habet larem, id est, domum principaliter, vt probatur Cap. Vbi senatores. vel clarissimi ciuiliter vel criminaliter conueniant, lib. 2. Decimas autem prædiales dabit huic Episcopo, in cuius territorio sita sunt prædia, vt ext. de paroch. c. significauit. Sed alias decimas dabit, vbi audit diuina officia, & proportionabiliter diuidendo, si audit in pluribus. vt ext. de testam. c. relatum. & ff. ad municipales. Et de incolis. lib. 1. & titu. 1.

† Epistola 1. ad Dominicum cap. 8. Notent hæc inuasores possessionū Ecclesiæ.

Per nisos qui nam intelligendi.

Rex causas spirituales cum Episcopo loci tractare debet.

Et si reges & principes tenentur Episcopis suis obedire, & eis decimas dare, multò fortius ad has decimas dandas tenentur barones, generosi & vasalli, & si non dant, coram districto Dei iudicio reddent rationem, & dæmonum audient accusationem. Quod probat Apiarius * in exemplo. In Brabantiæ parte erat Iuuenis generosus, qui quamuis esset seculo deditus, beatæ tamen Mariæ deuotus, quotidie tres quinquagenas in suis salutationibus exoluebat. Infirmatus autem, ad extrema perductus est. Cum per horas plurimas diei mortuus iacuisset, reuixit subitò, & sororem monialem, quæ circa eum sedebat, inclamauit, Soror, ecce, inquit, redij, citò aduocari facias sacerdotem. Mitantibus omnibus sacerdos aduocatur & in maxima lætitia coram omnibus confitetur, dicens. Ad tribunal Christi iudicis raptus, cum in tribus maximè à dæmonibus accusaret ferriq; sententia deberet contra me, pijssima mater Christi rogauit Christum filium, vt ad corpus reducerer, locum pœnitentiæ susceptur. Nec mora, factum est, vt rogauit; *vnum* de peccatis erat, pro quo eram damnandus, decimæ quas de bonis, & agris meis subtraxeram Sacerdoti. *Secundum*, quod cum sodalibus meis pisces quorūdam religiosorum furto subtraxerā. *Tertium* est, quod segetes & fruges pauperum, cū canibus meis venaticis vagando destruxerā.

Decimas debent dare Reges & Principes.

*Thom. Cā tipratensis lib. 2. c. 29. parte 8.

Decimas nō soluens dānatus fuisset, nisi cum B. Virgo liberasset.

Periculum eorum qui decimas subtrahunt.

Hoc igitur cum coram omnibus loqueretur, quidam ex manſionarijs reſpondit: Ecce, inquit, cur pro damno iſto perpetuè damnandus eras, cum illud nos omnes vobis puro corde remiſerimus? Et ille: Mihi quidem, inquit, remiſſio veſtra nequaquam ſuffecerat ad ſalutem, cum copioſior eſſem vobis in iniurijs refundendis, quàm vos mihi in iniurijs remittendis. Et hæc dicens, reſtituenda damna protinus aſſignauit, ſicq; diſpoſitis rebus domus, in ſpe & pace mirabili ſpiritum exhalauit. Ideo conſulendum eſt talibus generoſis, quod decimas ſuas ſacerdotibus ſuis non ſubtrahant, ſed integrè ſoluant, & dent *Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei ſunt*. Matth. 22. pariter ſaluabuntur.

X

Ciues quibus rebus nunc intendant.

QVARTO, de ciuibus videndum, an ſtatus eorum non ſit valdè inclinatus: olim n. ciues intendebant bonis operibus & elemoſynis, nunc vero intendũt iniquitatibus, iniuſtitijs & vſuris. Sicut antea longè prædixit Dauid Pſal. 54. *Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Tota die ac nocte circundabant eam ſuper muros eius iniquitas & labor in medio eius, & iniuſtitia. Et non defecit de plateis eius vſura & dolus.* Vbi tangit

Conciuium oppreſſio.

principaliter quatuor peccata, quæ in ciuibus damnatur. *Primum* eſt, in conciuiũ oppreſſione, nam vnus ciuis quærit opprimere conciuem ſuum, ne ei in diuitijs, vel honoribus coæquetur. Et hoc tangit cum dicit: Iniquitas. *Secundum* eſt, in ſuperfluorũ

Congregatio ſuperfluorum.

congregatione, quod tangitur ibi, Labor. Nã continuè laborando congregant aliena. Rectè ſicut coruus furatur quicquid poteſt aſportare, & congregat abſcondendo, & credit ſe aliàs inuenire. Sed veniunt beſtiæ, & totum comedunt, ſi eſt cibus. Sic multi de ciuibus auariſſimi ſunt, nam quicquid poſſunt lucrari, abſcondũt in arca, donec moriantur, & tunc interdum beſtiales homines hæc congregata deuorant & conſumunt, nec apud veros hæredes manebunt, quia de malè quæſitis vix gaudet tertius

Pſal. 38.

hæres, Ideo dicit Pſal. *Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea*. Eccl. 4. *Eſt*, inquit, *vnus & ſecundum non habet*, ſcilicet filium, non fructũ, & tamen laborare non ceſſat, nec ſaturantur oculi eius diuitijs. *Tertium* eſt, in alienorũ

Retentio alienorum.

retentione, & tangitur ibi. Iniuſtitia. Perdix n. vt dicit Ambroſ. in exameron, Oua alterius rapit & tenet, & pullos procreat, qui ad vocẽ matris relinquunt falſam matrẽ, & ſequuntur veram. Sic moraliter quicquid eſt iniuſtè quæſitum ſeu acquiſitum & illicitè, totum eſt furtũ. Videmus n. quòd mercatores, vel per viam vſuræ, vel aliã couentionem emũt terras, & redditus, quæ alij procurauerunt & tenent, aut accipiunt ad tempus. Sed certè poſt mortẽ ſuã, omnia ab eo & hæredibus ſuis auferuntur & recedunt. Et de talibus exponitur illud

Vſuraria pecuniæ accõmodatio. Argumenta Vſurariorũ.

Hiere. 17. c. *Perdix fouit, quæ non peperit, fecit diuitias & non in iudicio. Quartũ* malũ eſt. in pecuniarum vſuraria accommodatione. Dicunt enim quidam vſurarij, cum vſura dicatur ab vſu, qui pecuniæ meæ vſum habet, vſuram mihi inde præſtare debet, vt C. de vſuris rei iudicatæ. Alij autẽ ſic dicunt cum creditor mutuat pecuniã ſuã debitor obligatur ei ad recompenſandum, extra de teſt. c. cum in officijs. Igitur & hanc obligationẽ poteſt creditor deducere in pactum, vel ſaltem ſperare eius effectum, Ad primos autẽ qui dicunt, quod vſura dicatur ab vſu, &c. & allegant pro ſe leges, ſecundũ quas vſura eſt nomen iuris, dicunt Doctores, quod omnes leges, quæ permittunt vſuras, non valent nec tenentur. PRIMO, quia vſuræ prohibitæ ſunt. Exod. 23. *Non commodabis ad vſuras*. Et Pſal. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et reſpõdit. *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram*. Et Chriſtus ore proprio. Luc. 6. *Mutuum*, inquit, *dantes, inde nihil ſperãtes*. Et quia vſuræ Dei auctoritate prohibitę ſunt, quæ ſuper leges

Reſponſio.

Leges admittentes vſuras, inualidæ ſunt.

eſt,

eſt, & cum par in parem non habet imperium, ext. de elec. c. innotuit, multo minus in maiorem. Ideo Imperator terrenus non potuit concedere legem contra DEVM. SECVNDO, quia ſunt contra naturalem iuſtitiam, quia naturaliter illicitæ ſunt. Sed contra ius naturale lex non valet. diſtin. 8. Quæ contra mores. & diſt. 6. §. Is ita, & 32. q. 7. flagitia. TERTIO, quia in iure ciuili dicit lex, quod ſacræ leges non dedignãtur imitari ſacros canones. Specialiter in matrimonijs & in vſuris, vt in autentica, vt clerici apud Epiſcopos proprios conueniant, collat. 6. & 2. q. 3. §. Hinc colligitur, & extra de noui ope. nunci. c. Intelleximus. Et ſecundum canones non poſſunt exigi, igitur nec ſecundum leges. Nam dicitur de vſuris ex graui. In Clementinis, quod communitantes locorum in offenſam Dei & proximi, ac contra iura diuina pariter & humana vſurariam approbant prauitatem. Et ſtatuunt vſuras exigi & ſolui, & debitores ſcienter compellunt eas ad ſoluendum. Tales igitur, ſiue ſint potentates, capitanei, rectores, conſules, iudices, conſiliarij vel alij quiuis officiales, qui ſtatuta huiuſmodi de cætero facere, ſcribere vel dictare, aut quod ſoluantur vſuræ, vel cum ſolutæ, cùm repetuntur, non reſtituant plenè ac liberè, ſcienter iudicare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrunt. Et 1. §. ſanè dicitur. Sanè ſi quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præſumat, exercere vſuras non eſſe peccatum, decernimus eum tanquam hæreticum puniendum. Et ſanctus Thomas 2. q. 78. quod ille qui accipit mutuum ex debito iuſtitię non tenetur ad plus recompenſandum, quàm mutuo acceperit. Vnde contra iuſtitiam eſt, ſi ad plus reddendum obligatur.

Vſura repugnat naturali iuſtitiæ.

NB.

Hæreticus cenſendus qui affirmat vſuras non eſſe peccatum.

QVINTO, de mulieribus, tàm nuptis, quàm innuptis, ſi quis conſideret, videt ſtatum ipſarum prauum, & valdè inclinatum. Nam quondam mulieres erant humiles & deuotæ, nunc ſunt indeuotæ & ſuperbæ. Et hæc ſuperbia ex multis prouenit. PRIMO, ex veſtibus caudatis, nam longas trahunt caudas poſt ſe, & præcipuè nobiles & generoſæ, & quædam etiam ciues, quæ precioſis veſtibus terram induunt & ornant, & dæmoniacæ quæ de pauperibus minimè curant. Quibus dicit Chriſtus in iudicio. Matth. 25. *Nudus eram, & me non cooperuiſtis.* Quia caudis ſuis pulices colligunt, & puluerem hominibus mouent. Sed Chriſtum quem in tot pauperibus deſpiciunt non operiunt, ſed timendum eſt ne diabolus in caudis earum ſedeat, aut quieſcat. Nam legitur de quodam ſancto, quod ipſe vidit quendam Diabolum ridentem, & quæſiuit ab eo, cur rideret, reſpondit. Vidi ſocium meum equitantem ſuper cuiuſdam mulieris caudam, & dum traheret caudam, cecidit ſocius meus in lutum, vidi & riſi. Sed diceret. Talis veſtis decet ſtatum meum, eo quod ſum nobilis & generoſa. Ad hoc dicendum, ſi nobilis es, & generoſa, quare te dæmonis ſeruituti ſubijcis, in eo quòd ſuperbis; quare enim debes nobilitatem generis cum nobilitate ſanctitatis, & virtutis continuare, quia nobilitas ſola eſt animi, quæ moribus ornatur, ideò dicit quidam Sapiens. Nobilitatis ad hoc memineris, vt cum claritate generis morum ſanctitate contendas, & cum nobilitate corporis, animi nobilitatem perficias. Et hic animi nobilitas ſtat in humilitate, caſtitate, & caritate, &c. Idcircò, *quanto maior es*, ſcilicet in generoſitate & nobilitate, *humilia te in omnibus.* Eccl. 3. SECVNDO, patet in veſtium ſuperfluitate. Non enim contentantur in duabus, vel tribus, ſed interdum ea multiplicant, vt à tineis corrodantur. De quibus Iacob. 5. *Agite nunc diuites plorate, & vlulate in miſeriis veſtris.* Et quare debent flere,

Y

Status mulierũ prauus.

Luxus in veſtibus.

Nobilitas generis cũ ſanctitate morum coniungenda.

Veſtium ſuperfluitas.

Superbia mulierum in cingulis &c.

ponit rationem. *Diuitiæ veſtræ putrefactæ, & veſtimenta veſtra à tinea comeſta.* TERTIO, patet earum ſuperbia in corrigijs ſericeis, deauratis, vel deargentatis, quibus ornant ventrem. Cum enim ſaccus bonus frumento plenus ſit, conuenienter ligatus funevnius obuli, non modica fatuitas eſt ad ligandum ſaccum plenum immunditia quærere zonam ſericeam, deauratam, vel deargentatam. Vel etiam cum ad ligandum vaſa, vina pretioſa continentia, circuli lignei ſufficiant, patet ridiculum eſſe circulos deauratos quærere ad ligandum vas ventris, quod abominatione plenum eſt. Nam legitur de quadam muliere, quæ dicebatur Altipiades, quæ erat pulcherrima, quàm videntes diſcipuli Ariſtotelis de eius pulchritudine mirantes, ipſam ad Ariſtotelem duxerunt, qua viſa ait, vt recitat Boëtius lib. 3. de conſol. proſa. 8. Si linceis oculis homines vterentur, vt eorum viſus obſtantia penetraret, nunquid introſpectis viſceribus Altipiadis, illud ſuperficie pulchrum corpus turpiſſimum venderetur, quaſi diceret, vtique? Et ſi corpus mulieris pulchræ eſt ita turpe, quare velint illud cingulis ſericeis ita adornare? QVARTO, patet hæc ſuperbia in precioſis peplis, quæ multum diſplicent Deo. Si enim diſplicet principi terreſtri cum videt vexillum inimici ſui in terra ſua, & multò magis cum viderit illud in ſuperiori parte caſtri ſui: Sic principi cœleſti multò magis diſplicet, quando viderit ſignum ſuperbiæ, ſcilicet peplum croceum, vel aliud pretioſum, quod eſt diaboli vexillum in ſuperiori parte caſtri ſui, ſcilicet in capite mulieris, & videt vexillum ſuum, ſcilicet humilitatem penitus eſſe remotam. Si vis de hac materia latius prædicare, vide ſummam vitiorum Guilhelmi, tractatu de Superbia.

Superbia mulierum in peplis.

Z

Status ruſticorum inclinatus. Non ſoluũt decimas. Ruſtici proni ad varia vitia ac peccata.

SEXTO & vltimò, ſi videris ruſticorum ſtatum, inuenies ipſum valde inclinatum, nam olim ruſticitas dicebatur ſancta, vt dicit Hieron. in prologo Bibliæ. Et allegatur. 2. q. 7. c. Sancta, quippe ruſticitas ſolummodo ſibi prodeſt. Sed nunc de hac ſanctitate ſunt inclinati, quia non ſoluunt decimas & primitias. 16. q. 1. Reuertimini, & c. decimæ. Et ſi ſoluunt tunc, vel coacti, vt peius frumentum dant, quod habent. Sunt etiam proni ad homicidia, periuria, fornicationes odia & damna, quæ faciunt in agris alterius, vt ext. de iniu. & dam. cap. ſi rixati. Ideò, *totus mundus tam in maligno poſitus eſt*, 1. Ioan. 5. Quare quilibet debet rogare Dominum. *Mane nobiſcum Domine, &c.*

FERIA III. PASCHÆ.

TETIT IESVS in medio diſcipulorum ſuorum & dixit eis. Pax vobis, nolite timere. Ita ſcribitur Lucæ vltimo. Secundum Aſtronomos ſol eſt medius inter planetas, Nam ſunt ſeptem planetæ numerando, aſcendendo.

A

PRIMVS eſt Luna. Secundus eſt Mars. Tertius, Venus. Quartus, Sol. Quintus, Mercurius. Sextus, Iupiter. Septimus, Saturnus. Vnde Verſus.

Poſt ſim ſum ſequitur vltima Luna ſubeſt.

Variis modis Chriſtus vbique medium tenet.

Patet ergò quod medius planeta eſt Sol, ſpiritualiter Chriſtus, qui intelligitur per Solem, tenet vbique medium. Et PRIMO in Trinitate, quia ipſe eſt media perſona in Trinitate, & hoc ideò, quia cõmunicat cum Patre in iſta proprietate, quod ab ipſo eſt alius, ſcilicet Spiritus ſanctus, & cõmunicat cum Spiritu ſancto in iſta pro-

Digitized by Google

proprietate, quod ipse est ab alio, scilicet à Patre per æternam generationē. SECVNDÒ tenet medium in nostra reformatione, quia mediator fuit inter patrem & perditum hominem. De hoc Apostolus 1. Timot. 2. *Vnus est mediator Dei & hominum*, homo Christus Iesus, qui dedit in redemptionem semetipsum pro nobis, glo. quantum ad sufficientiam, non quantum ad efficaciam, quę prouenit ex demeritis aliquorum, quibus propter eorum demerita non proficit passio Christi, quia sicut Christus est mediator reconcilians hominem Deo, ita peccatum est medium separans hominem à Deo, vt dicit Augustin. super Ioannem serm. 10. Ideo dicit Augustin. lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 19. Quia omnes homines quamdiu mortales miseri sunt, iam oportuit medium esse, quod non solum homo, verum etiam Deus esset, vt homines ex mortali miseria ad immortalitatem perduceret, quem neque non fieri mortalem oportebat, neque permanere immortalem. TERTIÒ tenuit Christus verus sol medium inter Iudæos & gentiles, connectens tanquam lapis medius vtrumque parietem Ecclesiæ, Iudæos videlicet & gentiles. De quo Psal. 117. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli*, vbi secundum glo. ad literam legitur, de Christo, qui est lapis, quem reprobauerunt Iudæi in passione, scilicet factus est in caput anguli in sua resurrectione. QVARTÒ, tenuit medium in sua natiuitate, quia media nocte nasci voluit. Iuxta illud Sap. 18. *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus venit.* QVINTÒ, in præsepis locatione, quia ibi fuit medius inter duo animalia, secundum illud Abacuc. 3. cap. *In medio duum animalium cognoscetur.* SEXTÒ in duarum viarum positione, quia in diuersorio quod fuit in medio duarum viarum, vt dicit glos. Luc. 2. SEPTIMÒ tenuit medium inter doctorum interrogationem & auditionem, quia Luc. 2, mater eius & Ioseph *inuenerunt eum sedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem.* OCTAVÒ in persecutorum euasione, quia cum vellent eum præcipitari de monte, ipse transiens per medium illorum ibat. Luc. 4. NONÒ in discipulorum ministratione: *Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Luc. 22. DECIMÒ in crucis passione quam ascendit in media die, scilicet sexta hora, Matt. 27. VNDECIMÒ in Latronum crucifixione, quia cum Christum crucifixerunt, *alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.* Ioann. 19. DVODECIMÒ, in salutis humanæ operatione, vt *operatus est salutem in medio terræ.* Psalm 73. TREDECIMÒ, verus sol Christus tenuit medium in suæ pacis donatione. De hoc dicunt verba vestræ proposita charitati. *Stetit Iesus &c.* In quibus duo tanguntur. Mediatoris permanentia, ibi. *Stetit Iesus in medio.* Ttriumphatoris clementia, ibi. *Et dixit pax &c.*

De primo sciendum secundum naturales. Aquila libenter nidificat in arbore, B
quæ bonum habet medium inter ramos, & propterea talem quærit arborem: qua inuenta in ea pullificat atq; manet. Spiritualiter Aquila significat Christum, sed arbor hominem, ergo ipse est arbor euersa secundum Philosophum. Illius arboris bonum medium est quælibet virtus, quia vt dicit idem Philosophus 2. Ethic. Omnis virtus in medio consistit. In hoc medio virtutis libenter nidificat Aquila Christus, eo quod medium in omnibus est laudabile. 2. Ethic. Ideo quærit talia media, & vbicunque inuenerit ea, ibi in homine manet tanquam mediator. Medium tenet omnis virtus.

PRIMVM ergo medium in quo libenter stat & manet Christus est iustitia, quæ est media inter crudelitatem & remissibilitatē, Si enim vis vt Christus tecū maneat, iustum Media quibus delectatur Christus.

I. Iustitia. iustum te esse oportet. Et licet iustitiam omnes debent diligere homines, principaliter tamen iudices & rectores, Secundum illud Sap. 1. *Diligite iustitiam omnes qui iudicatis terram*. Nam vt dicit Lemffredus lib. 1. de regimine principum cap. 6. Per iustitiam ædificata est terra, constituti sunt reges, & obediunt subditi, & domesticatur omne terribile, & appropinquat remotum, & saluantur animæ, & liberantur ab omni vitio. Ad quod probandum legitur. Exo. 16. quod Amalech pugnaturus erat contra Israël. Ideo dixit Moyses ad Iosue. *Elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalech, ego autem stabo in vertice montis habens virgam Dei in manu mea*; & sequitur. *Cum eleuaret Moyses manus, populus Israël superabat*. Moraliter, Amaloch, interpretatur populus lingens sanguinem, vel gens bruta, Et significat dœmones qui nituntur lingere sanguinem, id est, peccata hominum; vel significat vitia, quæ faciunt homines brutales, quia dicit Boëtius. lib. 4. prosa tertia. Versi in malitiam, humanam amisêre naturam, quasi dicat, amodo non merentur homines esse, sed bestiæ & brutales. Illi igitur spirituales Amalechitæ, scil. dœmones & peccata, pugnaturi sunt iterato contra filios Israel, per quos significantur fideles Christiani, qui in præcedenti quadragesima, peccata per pœnitentiam fugauerunt, & Christum per fidem viderunt, & in venerabili Sacramento susceperunt. Quamobrem Moyses, qui interpretatur attractans, & significat quemlibet prælatum, prædicatorem vel rectorem, debet dici Iosue, qui interpretatur, saluaturus est animam suam. Elige tibi viros, id est virtutes, & pugna contra dœmones, vitia & peccata, quæ iam inuadunt fideles Christi vbique terrarum in castris, in ciuitatibus, regnis & collegijs, vt saluetur ciuium vnitas & regularis obseruantia. Et debent prælati & rectores etiã ascendere in montem iustitiæ, & virgam correctionis eleuatam tenere, vt culpam delinquentium exigant, disciplina iustitiæ non dormiant, sic enim fugabit Amalech, id est, vitia & peccata.

NOTA.

Iustitiæ disciplina fugantur vitia.

C Ideo dicit Lemfredus, vbi supra. Iustitia regnantis vtilior est subditis, quàm fertilitas temporis. Et iterum; Dominator iustus, est tanquam serotina pluuia. Et dicitur notanter ipsa iustitia media inter crudelitatem & remissibilitatem. Nam crudelitatem habet supra se, & remissibilitatem infra se, in quibus est vitium. Vitiosa est enim nimia crudelitas, & culpabilem rectorem facit remissibilitas, quæ non corrigit delinquentes. Ideo dicit Gregorius 20. moral. part. 4. cap. 11. Et allegatur à Gratiano in decretis distinct. 45. c. disciplina. Sollicita circumspectione prouidendum est, ne aut districta sit rigiditas, aut pietas sit remissa. Nam iustitia, aliàs disciplina vel misericordia, multum destruitur vel destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos inesse debet rectorib. & iustè consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina. Hæc Gregor. Ideo etiam iustitia regentium comparatur ferro. Quia secundum Isidorum, ferrum dictum est à feriendo, quia sua duritia feriendo domat omnia genera metallorum. Sic iustitia Regentis debet ferire & domare omnia genera rebellium superborum, & Reipubl. pacem perturbantium: nam rectoribus dicitur Psal. 2. *Reges eos in virga ferrea, &c.* Et Prouerb. 20. *Rex qui sedet in solio iudicij glorioso ad iustitiam exequendam, dissipat omne malum*, scil. culpæ, quod debet dissipare. secundum Gloss. suo intuitu. Nam debet habere quilibet rector ad subditos suos intuitum vel respectum, ne peccata committant, & si commiserunt vt ea corrigant & castigent. Et dicit Isidorus, quod ferramenta mos est cum oleo temperare, nè

Iustitia tenet medium inter crudelitatem & remissionem.

Iustitia comparatur ferro.

frigi-

Digitized by Google

frigiditate nimium aquæ indurentur. Sic & plurimum temperanda est seueritas iustitiæ cum oleo misericordiæ. Nam Samaritanus infudit semiuiuo relicto, & à latronibus vulnerato, vinum mordēs, scilicet seueritatem iustitiæ, & oleum leniens, scilicet suauitatem misericordiæ. Et in arca Moysi, qui gerit typum regiminis, non fuit tantum virga percutiens sed etiam manna dulcescens; vt per virgam iustitię rigor, & per manna misericordiæ dulcedo signaretur. Ideo dicitur Eccles. 39. *Initium necessaria rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum, & lac, &c.* In igne & ferro correptionis asperitatem: In aqua & lacte remissionis suauitatem designans, quæ necessaria sunt regentibus, vt & vita subditorum pacificè gubernetur.

Seueritas oleo misericordiæ temperanda.

SECVNDVM medium, in quo libenter stat Christus, est prudentia, quæ mediat inter calliditatem & fatuitatem. Calliditas ex vna parte, & fatuitas ex alia, medium verò prudentia. Prudentia si in sua teneatur mensura, virtus est, si minus habeatur, imprudentia, id est, fatuitas est, si plus, malitia id est, calliditas est vel dolositas. Ad illud medium hortatur nos beatus Pet. 1. Cano. cap. 2. *Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo.* Illud medium significat medium duum animalium, quia per bouem, qui vngulam diuidit & cornu percutit, significantur dolosi, qui habent abundantiam discretionis, quæ significatur in diuisione vngulæ, & hanc in malum conuertunt, de quibus dicit Lucæ 16. *Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua*, quia ad faciendum mala prudentes. Herem. 4. *Sapientes sunt, vt faciant mala.* Sed ista sapientia non est à Deo. Iacob. 3. *Non est sapientia ista desursum descendens*, sed terrena. De qua dicit Apostol. 1. Corinth. 3. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Quod exponit Gregorius in prima parte moralium. Huius mundi sapientia est cor machinationibus regere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsè dinumerare, sicut faciunt falsi mercatores & venditores, qui fallis verbis falsa vera ostendunt, & dolosè proximum decipiunt. De hoc dolo dicit Solinus lib. 4. de historijs Romanorum. Tanto apud Romanos dolus despectu habebatur, vt propter dolum fraudis illatum quis capite plectebatur.

D *II.*

Prudentia.

Prudentes sunt filij huius seculi ad faciendum mala.

Mundi sapientia dolosa.

Sed per asinum intelligitur fatuitas vel stultitia, quæ secundum Augustinum lib. 4. de libero arbitrio, est rerum appetendarum vel vitandarum, non quælibet sed vitiosa ignorantia. Est autem ignorantia vitiosa, si adsit affectatio nesciendi, quæ agenda sunt, vel quæ vitanda; vt, si nolueris scire, quod debeas deuitare peccata, pœnitentiam agere, &c. & sic de alijs. De quo dicit Bernardus in libro de 12. gradibus humilitatis. Frustra, inquit, sibi de infirmitate vel ignorantia blandiuntur, qui vt liberius peccent, libenter ignorant vel infirmantur. Et Beatus Augustinus super illud verbum Psalm. *Noluit intelligere, vt benè ageret.* Potuit, inquit, intelligere, sed noluit, & ita veniam non habet. Sed inter hæc duo vitia, est prudentia media. Et est triplex, cordis, oris, & operis. Prudentia cordis consistit in tribus, in pœnitudine peccatorum præteritorum, in contemptu præsentium commodorum, in affectu æternorum bonorum. De hoc dicit Bernard. 8. lib. flor. c. 2. Inueneris planè sapientiam, si prioris vitæ peccata defleas, si huius seculi desideria paruipendas, si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. Sed prudentia oris est, quæ etiam consistit in tribus, in peccatorum confessione, in gratiarum actione, & in proximorū educatione siue ædificatione. De qua iterum dicit Bern. vbi suprà. Sanè in his tribus affuit sapientia oris & prudentia, si sit in ore confessio propriæ iniquitatis, sit gratiarum actio & vox laudis,

E

Ignorantia affectata, quæ?

Psal. 35.

Prudentia triplex.

Cordis.

Oris.

Operis. dis, sit etiam sermo ædificationis. Prudentia igitur operis consistit in tribus, in propriæ voluntatis mortificatione, in carnis voluptatis amputatione, in mundialis aduersitatis passione. Et de hoc concludit Bernardus. Quæramus in opere triplicem sapientiam, Quicunque patienter, continenter, & obedienter conuersantur, vt videlicet fidelis obedientia propriam mortificet voluntatem; humilis continentia carnalem pariter & secularem amputet voluntatem hilaris patientia vtramque simul, corporalem scilicet & mundialem, viriliter sustineat aduersitatem.

Sapientia triplex in opere.

F III. Temperantia est medium inter delectationē & sensualitatem.

TERTIVM medium, scilicet, in quo Deus, scilicet Christus libenter consistit, est temperantia, quæ est media inter delectationem ex vna parte, quæ est in desiderijs carnis, & sensualitatem quæ est in carnis mortificatione, quia huiusmodi delectationes sensu non percipiuntur. Ista duo extrema significantur per duos latrones, in quorum medio Christus pependit, delectatio carnis significatur per sinistrum, quia sicut ille permansit in maledictione Christi, sic & illi, qui delectationes carnis faciunt, & sequuntur. De quibus Apostolus ad Philipp. 3. *Multi ambulant*, Glos. in via peruersa, *quos sæpe dicebam vobis, nunc autem flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus: quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum.* Ista quidem delectatio carnis occidit animam, vt dixi parte prima, feria quarta Dominicæ Reminiscere, Sermone 2. Sed per dextrum latronem, qui leuiter consecutus est veniam, significatur secundum extremum, scilicet insensibilitas, vel nimia carnis mortificatio, quæ est contra illud Apostoli ad Rom. 12. *Rationabile sit obsequium vestrum*, & hoc fit secundum glos. quando caro sic maceratur, quod natura seruatur, & vitia excluduntur. Sicut enim ibi est defectus, quando caro lasciuire permittitur, ita est superabundantia, quando corpus redditur ineptum ad debita opera & officia exequenda, idcircò tenendum est medium, quod est temperantia, quia ipsa frænum est, quo corpus humanum à spiritu regitur, sine quo spiritus corpori periculosè præsidet, sicut aliquis periculosè insidet equo sine fræno, si equus sit indomitus. De hoc fræno dicit Seneca: Impone concupiscentiæ tuæ frænum. Ideo dicit B. Bernardus. Carnem oportet restringere, non extinguere, reprimere non opprimere, seruiat ne sæuiat, ancilletur ne dominetur. Alioquin si secundum eam vixerit, morte moriatur. Et B. Gregor. Chorda in Cithara, si minus tenditur, raucè sonat. Si nimis autem tenditur, rumpetur. Sic abstinentiæ virtus nulla est, si tantum quisquis corpus non edomet, quantum valet, aut valde inordinata est, si atterit plus quàm valet.

Temperantia frænum est, quo corpus à spiritu regitur.

G IV. Fortitudo. Psal. 36.

QVARTVM medium est fortitudo, quæ mediat inter temeritatem & audaciam ex vna parte: & pusillanimitatem aut timorem ex alia parte. Alioquin enim sunt temerarij, & adeò audaces, quod maiora inchoant, quàm sustinere vel perficere possunt, & statim relinquant ea. Iuxta illud Psalm. *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.* De his dicit Greg. In præcipitium pedem porrigit, qui vitium suarum limitem non attendit. Sunt & alij ita temerarij, & securi volunt esse in mari huius mundi, quasi iam essent in portu, & ita sunt securi dum adhuc durat bellum, quasi triumphassent. Et hi non dicuntur fortes. Quia dicit Bernardus. Nusquam est securitas fratres, neque in cœlo neque in paradiso, nihilominus nec in mundo. In cœlo cecidit angelus in præsentia diuinitatis, Adam in paradiso de cœlo voluptatis. Hæc ille. Talem temeritatem & securitatem habuit Dauid, quando dixit in Psal. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Attamen motus fuit, quã-

Temerarij reprehensi.

Psal. 29.

do

do adulterium & homicidium perpetrauit. 2. Reg. 2. Talem temeritatem habuit beatus Petrus, quando dixit Matth. 26. *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo*, qui tamen Christum negauit. Sunt & alij pusillanimes & timidi qui bonum inchoatum non confidunt se posse perficere, propter quod post inchoationem statim solent deficere, sicut hi in quadragesima pœnitentiam inceperunt, & fortassis iam eam expusillanimitate mentis postergauerunt. Sed illi perpendere debent quod seruus ille, de quo Matth. 25. & Luc. 19. Qui accepit talentum & pecuniam Domini sui, fodit in terram, nec operatus est in ea propter pusillanimitatis timorem punitus est à Domino. Ideo necesse est, vt tales teneant medium inter temeritatem & pusillanimitatem, quod est fortitudo quæ reprimit pusillanimitatem & timorem, & temperat temeritatem & audaciam. Ideo dicit Alanus in suo speculo de arte prædicandi. c. de fortitudine, sic eam commendans. Mirantur quidam, qui per medios ignes sine noxa corporis transeunt, quanto mirabilior est ille, qui ferrum & ignes illæsus & indemnis euadit. Hæc est, quæ Vincentium fecit plus posse, dum torqueretur, quàm ille qui torquebat Vide homo quanta fuerit in martyribus fortitudo, quę tormenta vicerũt. O homo si hanc virtutem amplexatus fueris, fortunæ iacula non timebis, deridebis blanda, contemnes irrita. Qui fortis est, liber est, & non seruit fortunæ, non vanitati mundanæ. Si hanc Petrus ad vocem ancillæ habuisset, à fide non deuiasset. Si hac filij Israel præditi fuissent ad aquas contradictionis, non murmurassent. Nihil enim valet concursus tuus vel opera tua, nisi columna fortitudinis roboretur. Hæc Alanus. Et propter hoc dicitur, 2. Paralip. 3. *Confortamini & non dissoluentur manus vestræ, erit enim merces operi vestro.* Et Isaiæ 52. *Induere fortitudine tua Sion*, quasi dicat: si sine fortitudine fueris, necesse fugere habes hostes tuos, tanquam inermis. Sicut quidam fecerunt. De quibus Thren. 1. *Abierunt sine fortitudine ante faciem subsequentis.*

Pusillanimitas bona multa impedit.

Fortitudo ab Alano laudata.

QVINTVM medium, quod tenet Christus, est humilitas, quæ est media inter superbiam ex vna parte, & deiectionem ex alia parte. In quærendo n. opera honore digna; non solùm conuenit peccare per superbiam, sed etiam per deiectionem, per quam efficitur quis vilis & bestia, Vnde Philosophus 4. Ethic. quandam gentẽ Græcam Lathanensem, id est, iactatores & superbos appellat, quia vltra illud, quod status eorum requirebat vilibus induebantur, per hoc credentes consurgere, in quandam excellentiam & honorem. Etiam dicit Helinandus. Nimia humilitas maxima pars superbiæ est. Ideo humilitas debet esse media. Quia vt dicit Ægidius Romanus in de Regimine principum parte 3. cap. 27. Humilitas est virtus nos retrahens, ne ratione bonitatis & delectabilitatis, quæ est in rebus honorificis, vltra quàm ea ratio dictat, prosequamur. In hoc aliqui abundant, vt superbi, excellentias & honores vltra quam ratio dictat prosequentes. Alij verò penitus fugiunt honorem, nec quærunt opera honore digna, quod non est humilitatis, sed miserię magis & vilitatis. Ergo humilitas erit media inter superbiã & deiectionẽ, quia ipsa tutissima est, in imo n. est, & non habet quo cadat, vt dicit Aug. Ipsa etiam in tentatione hominẽ seruat, sicut probat glos. super Epist. ad Cor. Humilitas custodit hominem in omni tentatione, vt non crepet in fornace, quia non tumet vento superbię. Item ipsa humilitas vt media tenenda est. quia custodiendo bona nostra conseruat. nam dicit Greg. Perit omne quod agitur, si non solicitè in omni humilitate custoditur. Et idé dicit: Qui sine humilitate cæteras virtutes congregat, quasi puluerem in ventum portat. Et B. Augustl. Nisi humilitas

H V. Humilitas.

Varia studia superborũ.

Humilitas media inter superbiam & deiectionem.

quæcunque fecerimus, præcesserit, & comitata & secuta fuerit, iam nobis de aliquo facto bono gaudentibus, totum aufert de nobis malum superbiæ.

I VI. Liberalitas. Auaritia peior quàm prodigalitas.

SEXTVM medium, in quo Christus libenter stat, est largitas aut liberalitas, quæ est media inter auaritiam ex vna parte, & prodigalitatem ex alia parte, & tamen inter hæc duo extrema auaritia peior est quàm prodigalitas. Sicut probat Aristot. 4. Ethic. di. Melius est infirmari morbo curabili, quàm incurabili. Prodigalitas autem est morbus curabilis, vel ab ætate, vel egestate. Nam qui prodigi sunt in iuuentute, curantur in senectute. Curantur etiam ab egestate, nam qui prodigi sunt, in plurimum egent, quia expensæ superabundant redditibus, expendendo ergo in indigentiam inducuntur, vt non sint prodigi, ergo est morbus curabilis. Sed auaritia est morbus incurabilis, quia quanto quis plus procedit in auaritia, & quantò plus senescit, tantò magis Auarus efficitur. Et quare Auarus laborat morbo incurabili vide parte 1. Dominica I. infra octauam Epiphaniæ. L. D. Et Dominica II. post Epiphaniæ, Serm. II. N. T. Et Feria VI. Oculi. V. G. Idcirco debet quilibet homo tenere medium horum extremorum, quod est liberalitas, quia est virtus auaritiam reprimens, & moderans prodigalitatem.

Liberalitas in quo consistit.

Consistit autem hæc virtus in recto vsu pecuniæ, ad quem tria requiruntur vt determinatur 4. Ethicorum. *Primo*, vt non accipiat pecuniam, vbi non debet. *Secundo*, vt accipiat eam, vbi debet. *Tertio*, vt expendat prout debet, & debitos sumptus faciat, quia circa expendere & debitos sumptus facere est liberalitas principaliter & primò. Sed circa proprios redditus custodire, & circa non accipere alienas, est auaritia. Vsurpans enim bona vtilia, & non accipiens ea sicut debet: nimis videtur esse auidus pecuniæ, propter quod Philosophus 4. Ethicorum vsurarios, lenones viuentes de meretricio exploratores, & aleatores appellat illiberales. Aleator enim, & omnis lusor taxillorum, est illiberalis, lucratur enim ab amicis, quibus oportet benefacere, quia magis tenemur largiri amicis bona quàm extraneis. 9. Ethicor. Probat Philosophus 4. Ethicor. quinque rationibus liberalitatem magis esse circa expendere, & circa benefacere alijs, quam circa proprios redditus custodire. PRIMO, sic. Liberalitas habet se circa debitum vsum pecuniæ, vti autem pecunia, est eam exponere alijs. Custodire autem proprios redditus, non est vti pecunia, sed magis est acquirere & ipsam generare, &c. SECVNDO, quia ad virtutem spectat, facere maius bonum. Sed maius bonum benefacere est, quàm benè pati, & bene operari, maius bonum est, quàm simpliciter turpia non operari. Qui autem debitè expendit, & alijs bona elargitur, benè facit. Custodiens proprios redditus, & accipiens pecuniam à proprijs possessionibus, benè patitur, siue benè recipit, quia recipit eo modo quo debet, non vsurpans autem aliena, non operatur turpia. Si ergò melius est benè agere, quàm benè pati, melius est benè expendere, quàm aliena non vsurpare, vel quàm propria custodire. TERTIO, quia circa illud magis consistit virtus, circa quod consurgit maior laus, maior autem laus consurgit in benè expendendo, quàm in custodiendo propria, vel in non vsurpando aliena, ergò &c. QVARTO, quia virtus est principaliter circa difficilius: difficilius est autem bona vel dona alijs tribuere, quã proprios redditus custodire, vel quàm aliena non vsurpare. Nam custodire propria secundũ se nõ est difficile, quia vnusquisq; naturaliter inclinatur ad hoc, vt bona sua custodiat. Dare autem propria bona, secundũ se difficultatẽ habet,

Liberalitas est circa expendere.

Maior laus bona expendere quàm propria custodire.

habet, quia propria bona ſunt aliquid ad nos pertinens, & naturaliter afficimur ad talia. QVINTO, quia cum liberales maximè amentur, circa illud conſiſtit maximè liberalitas, in quo quis maximè diligitur, non autem maximè amatur, ſi aliena bona non vſurpat, vel proprios redditus cuſtodiat. Sed maximè diligitur, ſi ex proprijs redditibus debitos ſumptus facit, & bonis & dignis maxima bona tribuat; quare in benè expendendo, & alijs bona tribuendo, liberalitas principaliter conſiſtit.

Sed dicis: Audiui, quod liberalitas eſt magis circa expendere & alijs dare, quàm circa bona conſeruare, quibus tandem eſt dandum? Ad hoc reſpondetur, quod liberales debemus eſſe, maximè ad ſenes pauperes, & debiles, ſicut probat beatus Ambroſius lib. de offic, Et allegatur. 86. diſt. c. Non ſatis. Conſideranda eſt enim in largiendo ætas atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi iam non queunt victum quærere. Similiter etiam debilitas corporis nonnunquam eſt promptius adiuuanda, cum ſi quis cecidit ex diuitijs in egeſtatē maximè ſine ſuo vitio. Et ſubdit Ambroſius: Probanda etiam eſt liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi eos egere cognoſcas. Melius eſt enim vt tu ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis, non tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo quod tu potes conferre in opibus. Hæc Ambroſius, vbi ſupra.

Quibus potiſſimum benefaciendū.

Amicis & propinquis egentibus ſubueniendum.

SEPTIMVM medium eſt magnificentia virtus, quæ differt à liberalitate in hoc, quia magnificentia eſt circa ſumptus magnos, liberalitas verò circa mediocres, & hæc mediat inter paruificentiam ex vna parte, & ſumptuoſitatem ex alia parte, quia dicit Ariſtot. 4. Ethicorum, in magnis operibus contingit aliquos deficere quia non intendunt, quomodo magna opera facere poſſunt, ſed quomodo parum expendant, & tales paruifici vocantur. Alij verò in magnis operibus plus expendunt, quàm illa requirunt, & tales vocantur ſumptuoſi, ſed philoſophus vocat eos bannauſos, id eſt igneas fornaces, quia tales ſicut fornax ignea omnia conſumunt. Quidam enim in magnis operibus decentes faciunt ſumptus, & tales virtuoſi & magnifici vocantur. Erit ergò magnificentia media inter paruificentiam & conſumptionem vel bannauſiam: ſicut liberalitas eſt media inter auaritiam & prodigalitatem, quia magnificentia ſcit proportionare ſumptus ab operibus, vnde & nomen accepit. Ab ipſa enim factione & ab ipſo opere denominatur magnificentia. Dicitur enim magnificus quaſi magna faciens. Et ſunt magnificæ aliquæ conditiones.

K VII. Magnificentia.

Sumptuoſi, fornaci igneæ comparantur.

PRIMA quod magna faciat non ad vanitatem ſed boni gratia erga Deum, ſicut fecit Philippus Rex Franciæ, quod ante quamlibet Pariſios portam eſſet monaſterium religioſorum. SECVNDA conditio magnifici, quod faciat opera ſua delectabiliter, vt Rex Aſſuerus Heſter. 1. Qui *regnauit ab India vſq; ad Æthiopiam, ſuper centum viginti prouincias, & erat in Suſa ciuitate ſolium eius. Tertio ergo anno imperij ſui fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris ſuis, & præfectis prouinciarum coram ſe.* Et in domo mirabile legitur celebraſſe conuiuium. De quo dicitur in hiſtorijs Alexandri, quod columnæ eius erant argenteæ, tectum ad inſtar firmamenti concamerati, habens gemmas diuerſi coloris in figura ſyderum & ſignorum cœli diſpoſitas. TERTIA conditio, quod faciat opus decentiſſimum circa quemlibet, ſicut patet de prædicto Aſſuero, qui poſt centum & octoginta dies magni conuiuij, fecit aliud conuiuium ſeptem.

L Conditiones hominis magnifici.

Regis Aſſuerī conuiuiū ſplendidum.

ſeptem dierum, ad quod inuitabat omnem populum, qui erat in Suſis. Et excubuerunt extra domum ſeptem diebus in veſtibulis horti deliciarum. In horto erat vinea habens vuas argenteas & palmites aureos, & botros ex varietate gemmarum diſtinctos, ſuper conuiuantes extenſa, & erant tentoria, quæ appendebantur columnis argenteis & marmoreis, eburneis circulis inſerta, funibus byſſinis atque purpureis, lectuli quoque aurei & argentei diſpoſiti erant, ſuper pauimentum Smaragdo & Saphyro ſtratum lapide. Bibebant autem omnes aureis poculis, vinum optimum & abundans, nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Licet illud moris apud Perſas eſſet. Sed notandum quod Nicolaus de Lyra dicit, quod non eſt veriſimile, quod homines vacarint epulis tanto tempore, ſcilicet centum & octoginta diebus, & maximè multi remoti à terris, quas debebant cuſtodire, & ideo videtur probabilius, quod centum & octoginta dies referantur ad tempus præparationis, quia apparatus tanti conuiuij, durantis ſeptem diebus, & pro tanta multitudine hominum, non potuit eſſe paruo tempore, & ſecundum hoc non fuit, niſi vnum feſtum regis, quod fuit in veſtibulo horti, in quo fuerunt principes & nobiles, & etiam ciues de ciuitate Suſa, licet eſſent diſtinctæ ſituati, ſecundum decentiam ſtatuum ſuorum. Et hæc habentur ex textu Heſter c. 1. Cum implerentur dies conuiuij, id eſt, veniſſent dies in quibus debebat eſſe conuiuium.

M VIII. Manſuetudo eſt media inter iram & iraſcibilitatem.

OCTAVVM medium eſt manſuetudo, quæ eſt media inter iram, per quam cupimus vindictam, & inter iraſcibilitatem, per quam condonamus mala nobis illata, quod vtrumq; eſt malum. Nam non licet nobis ex ira quærere vindictam, vt dixi ſupra Dominica Lætare parte 1. V. Q. Nec etiam oportet omnia delicta commiſſa cõdonare, & ſuper illa non iraſci, Quia legitur Exod. 32. de Moyſe. Qui licet eſſet manſuetiſſimus, tamen propter vitulum, quem Aaron compulſus à Iudæis fecerat, quod Moyſes præcepta legis à Domino in monte reciperet. Moyſe deſcendente & vidente quod factum fuit, fecit interficere viginti tria millia Iudæorum. Quia dicit Chryſoſt. Homel. 11. Si ira contra peccatum non fuerit, nec doctrina proficit, nec vitia compeſcuntur. Iuſta ergò ira, mater eſt diſciplinæ, vnde non ſolum non peccat, qui cum cauſa iraſcitur, ſed è contra: niſi iratus fuerit, peccat. Quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolum malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum. Ideo neceſſaria eſt manſuetudo, quæ nec de omnibus cupit vindictam nec in tantum deficit à punitione, quia nullo modo vellet punire, cum ſcriptum ſit, Exod. 22. *Maleficos ne patiaris viuere ſuper terram.* Quare manſuetus quilibet eſt condonatiuus & punitiuus ſecundum rationem, ſicut puniuit ſecundum rationem Phinees principem quendam, de quo Num. 25. vbi legitur, quod Phinees videns vnum de filijs Iſrael intrare coram fratribus ſuis ad ſcortum, vidente Moyſe & omni turba filiorum Iſrael, quæ fiebant ante fores tabernaculi. Surrexit ergò de medio multitudinis, & arrepto gladio ingreſſus eſt lupanar perfodit ambos ſimul, quia ſecundum Gloſſ. repperit eos in coitu, & ceſſauit plaga ab Iſrael, quia per Zelum Phinees Dominus fuit placatus, ne procederet vltra plaga in populo. Et dicit Gloſſ. quod iſte fuit magis audax in peccato ſuo, quàm alij, quia erat princeps in tribu Simeon, & de iſto dicit Rabbi Salomon, quod in palam dixit Moyſi coram ſenioribus populi, quod licitè poſſet ingredi ad iſtam mulierem, & accipere eam in vxorem, ſicut Moyſes accepit Sephoram filiam Sacerdotis Madian. Exod. 2. Sed non erat ſimile, quia Moyſes

Ira iuſta, mater diſciplinæ.

ſes accepit Sephoram, cum lex adhuc non erat data filijs Iſrael, quæ prohibet matrimonium cum alienigenis, nec Moyſes tractus fuit per mulierem ad idolatriam, ſed ipſe traxit eam de ritu gentili.

NONVM medium eſt amicabilitas, quæ eſt virtus medio modo ſe habens; in conuerſatione reprimens litigia, & moderans blanditias, vt habetur ex 2. & 4. Ethic: Blanditores enim ſuperabundant, ſi litigioſi deficiunt. Ex quo ergò homo eſt animal ſociale, vt 1. Polit. Oportet circa verba & opera dare virtutem aliquam, per quam debitè conuerſetur, & hæc eſt amicabilis. Cum ergò recta ratio dictat ſecundum diuerſitatem perſonarum diuerſimode conuerſari, non oportet omnes eodem modo eſſe familiares, quia nimia familiaritas parit contemptum. Ideo 5. Ethicor. & 5. Polit. dat cautelas Philoſophus dicens, quòd decet reges & principes apparere perſonas venerandas, ne contemptibiles habeantur. Et idem Ariſtot. dicit ad Alexandrum. O Alexander, quam ſpetioſum eſt in rege abſtinere ſe à colloquio & multiloquio, niſi neceſſitas id depoſcat. Melius eſt enim, quod aures hominum ſemper ſint ſitibundæ ad regis eloquia, quàm ſuis affatibus ſatientur: quoniam ſaturatis auribus anima ſaturatur, nec multum libenter audiunt regem. Decet etiam abſtinere regem, & non multum frequentare conſortium ſubditorum, & maximè vilium perſonarum, quia nimia familiaritas hominum, honoris parit contemptum. Et propter hoc pulcra eſt conſuetudo Indorum in diſpenſatione regni: & ordinatione regis, qui ſtatuunt, quod rex, ſemel in anno apparet coram omnibus in regali apparatu, & armato exercitu, ſedens nobiliſſimè in ſuo dextrario ornato armorum pulchritudine decoratus ſtare faciunt, & vulgus aliquantulum à remotis, nobiles verò & barones ſolent circa ipſum arduа negotia expedire, varios & præteritos rerum euentus declarare, curam & operam, quam circa rempublicũ geſſit, oſtendere. Conſueuerunt illa die dona elargiri, & reos de carceribus mancipare, grauia opera exercere, finito ſermone ſedebat rex, & protinus aſſurgebat vnus de collateralibus regis principalibus, qui ſapientior & facundior omnibus reputabatur, & concionabatur ad regis honorem & commendationem & mandatum, gratias referens Deo glorioſo, quod ita benè ordinauit regnum Indorum, quod tam ſapienti rege patriam decorauit. Et poſt laudes diuinas & commendationes regales vertit ſe ad laudem populi connumerando bonos mores, captando beneuolentiam, inducens eos exemplis & rationibus ad humilitatem, obedientiam, reuerentiam & dilectionem regis, quo facto totus populus ſtudebat regias laudes extollere, & bona opera ſua commendare pro regis vita. Deinde exorare pro ciuitatibus & familijs regis, operam & ſapientiã enarrare. Et propter hoc docent pueros ſuos ab infantia, & inducunt ad regis amorem, honorem, obedientiam & timorem. Hoc ergo modo principaliter publicatur, & creſcit fama regis in ſecreto & aperto. Conſueuit enim tali tempore rex malefactores & ſceleratos punire, & de medio tollere, vt præſumptoribus via nocendi præcludatur, & cæteri corrigantur.

N IX.

Amicabilitas eſt media inter blanditias & lites.

Regem quid exornet.

Conſuetudo regum Indiæ laudatur.

Solent enim tali tempore alleuiare tributa, & cum mercatoribus diſpenſare, partem eius de redditibus remittere, ipſos cum ſuis mercibus diligenter defendere & cuſtodire. Et hæc eſt cauſa, quare multum populoſa eſt India. Illuc enim vndique concurrunt mercatores, illic benè recipiuntur & lucrantur diuites & pauperes, ciues & forenſes. Inde eſt quod tributa regalia augmentantur. Sicut dicit

O

Lane-

Lantfredus de regi. principum lib. 1. cap. de amicabilitate, Et addit. Cauendum eſt vtique ab offenſa & iniuria mercatorum. Ipſi ſiquidem ſunt laudis latores, famam hominis per vniuerſum mundum ferentes.

P X. DECIMVM medium in quo ſtat Chriſtus eſt veritas, quæ mediat inter iactantiam & deriſionem. Nam Philoſophus 4. Ethicor. Superabundantes iactatores vocantur, maiora dicentes quàm ſunt, Deficientes verò, fingentes de ſe aliqua vilia, ironici & irriſores dicuntur. Oportet ergo dare virtutē, per quam moderentur diminuta, & reprimantur ſuperflua, & hæc eſt veritas, quam tenere debet quilibet homo, tanquam medium Deo acceptabile. Propter hoc dicit Apoſtolus ad Epheſ. 4. *Deponentes omne mendacium loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo.* Et hæc virtus eſt quæ parit odium, vt dicit Terentius. *Veritas odium parit*, ideo dimittunt homines veritatem communiter, quia per eam incurrunt odium. Sed tamen id eſt rationabile, quia ſanctum eſt præhonorare veritatem 1. Ethic. Eſt enim de veritate ſicut dicit Rebecca. Geneſ. 25. quæ habuit geminos in vtero ſuo filios, ſic veritas habet dilectionem DEI, & odium malorum hominum. Malach. 1. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.*

Veritas media inter iactantiam & deriſionem.

Q XI. VNDECIMVM medium, in quo ſtare debemus, dicitur affabilitas, quam Ariſtoteles vocat amicitiam, quæ media eſt inter placiditatem, & adulationem, nam qui habet virtutem hanc, dicitur amicus vel affabilis, vitioſus autem per ſuperabundantiam, qui non facit niſi cauſa delectandi, vocatur placidus, & vitium placiditas, vbi autem talis ſe exhibet per aliquam vtilitatem, vocatur blanditor vel adulator.

Affabilitas, media inter placiditatē & adulationem.

XII. DVODECIMVM medium vocatur eutropelia quæ eſt virtus, per quam habemus nos debitè circa ludos, qui neceſſarij ſunt nobis, dicente Philoſopho 4. Ethic. Ludus & requies neceſſaria ſunt in vita humana, quia per ludum debitum generatur homini aliqualis delectatio, de qua dicit idem 7. Eth. Homo ſemper indiget aliquali delectatione, ſcilicet, quadam recreatione, propter multos labores, qui ſibi occurrunt. Et 8. polit. Ludus, inquit, fit propter requiem. Et iterum ibidem. Ludus eſt quædam delectatio, deductio & vitatio ſollicitudinis. Ideo ne ſollicitemur circa ſollicita, aliquando eſt ludendum & iocandum, iuxta illud Catonis:

Interpone tuis interdum gaudia curis.
Vt poſſis animo quemuis ſufferre laborem.

Eutrapelia eſt virtus circa ludos decentes.

Et Ariſtot. ad Alexandrum de ludo & ioco ſcribit. Decet, inquit, Imperatoriam Maieſtatem priuatos habere fideles, de quibus delectabitur cum varijs Inſtrumentis, in generibus Organorum, cum fuerit tædioſus. Anima enim humana in talibus delectatur, ſenſus requieſcunt, ſollicitudo vel curioſitas euaneſcunt, & totum corpus vigoratur. Si ergo tu vis in talibus delectari, ad plus perſeuera in tali vita tribus diebus aut quatuor, ſecundum quod tibi videretur expedire: & ſemper melius & honeſtius eſt, quod hæc fiant priuatim. Cumque ita fueris in ipſo ſolatio, abſtine à potu, & permitte alios ad libitum potare, & finge te calefactum à vino, quia tunc poteris multa ſecreta percipere & audire. Hoc non fiat frequenter, ſed bis vel ter in anno. Hæc Ariſt. Sed in ludis & iocis quidam magis conantur riſum facere, quam decora dicere. Sicut Hiſtriones quos vocat Ariſtot. 4. Ethicor. bomolchos, & aſſimilat eos quibuſdam auibus, prædam rapientibus ſacrificatam in templis, circa altaria

Hiſtriones aues rapaces

taria idolorum, quibus animalia immolabantur, vt aliquid raperent. Et idem est in illo, qui in ludo excedit, quia semper insistit ad hoc, quod verbum vel factum in iudum alicuius conuertat. Alij verò deficiunt sicut duri & agrestes, qui non solùm dicunt, sed dicentibus sunt molesti. Ideo necessaria est virtus, quæ tenet medium in ludis & iocis decentibus honestis.

DOMINICA I. POST PASCHA.

Quasi modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, &c. Ita canitur in introitu huius Dominicæ, & ponitur originaliter. 1. Petri. 2.

SEcundum naturales quædam sunt aues, quæ pascuntur solis carnibus recentibus, & sanguinolentis cibantur, & solent eis dari corda auium, quas prædantur, vt dicit Magister lib. 12. propriet. Et si de manibus dominorum suorum euolauerint, cum ostendunt eis carnem, statim ad manus ipsorum reuertuntur. Quædam autem sunt, quæ seminibus pascuntur, vt columbæ & huiusmodi, quædam verò herbis pascuntur, vt anseres & anates, Antvögel. A

Moraliter per Accipitres qui pascuntur carnibus, significantur homines, qui nutriuntur carnalibus voluptatibus, vt luxurijs & comessationibus. De quibus Roman. 8. *Qui in carne*, id est, in desiderijs carnis sunt, *placere Deo non possunt*. Hi, inquam, etsi de manibus dominorum suorum, id est potestatibus Dæmonum, nunc in præcedenti quadragesima, per confessionem & pœnitentiam volauerunt, & tamen cum ostendunt eis carnem voluptatibus recentem, statim ad eos reuertuntur; dicet enim Diabolus in eis. Sap. 2. *Venite fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter, vino pretioso & vnguentis nos impleamus. Et non pretereat nos flos temporis, coronemus nos rosis antequam marcescant, nec vllum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Ecce qualiter isti carnales ad instar accipitris vocati à dæmonibus statim sequuntur eos. Nos autem non sic clarissimi, *quia debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*, scilicet vita gratiæ & postea gloriæ. Sed per columbas intelliguntur huiusmodi, qui pascuntur seminibus diuinorum verborum, quia *semen est verbum Dei*, Lucæ 8. & hoc quoad contemplatiuos. Sed actiui pascuntur seminibus bonorum operum, præcipuè eleemosynarum, de quibus ad Galat. 6. *Quæ seminauerit homo hæc & metet.* Pascuntur etiam seminibus lachrymarum, de quibus Psalm. *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua.* Et hæc semina cibant animam, secundum illud Psalm. *Cibabis nos pane lachrymarum.* Sed anseribus & similibus comparantur pœnitentes, qui nouiter sunt nati per pœnitentiam spiritualiter, qui adhuc molliora requirunt, solidum nondum cibum capere valentes, & illis dicit hic Apostolus. *Quasi modo geniti infantes.* In quibus verbis beatus Apostolus Petrus duo commemorat, videlicet spiritualem hominis generationem, ibi. *Quasi modo geniti infantes, &c.* Conuenientem ipsius gubernationem, ibi. *Lac concupiscite.*

Accipitri similes sunt, qui post confessionem iterum peccant.

Rom. 8.

Psal. 125.

Psal. 79.

Pœnitentes anseribus comparantur.

Digitized by Google

B Circa PRIMVM est notandum. Sicut homo concipitur & parturitur in esse naturali, sic pœnitentia concipit & parturit hominem in esse spirituali. Quod patet primo ratione conceptionis. Nam ad conceptionem infantis, requiritur materia conueniens, scilicet humor seminalis, locus expediens, scilicet matrix. Et causa efficiens, scilicet calor naturæ, virtutem corpori influens & disponens. Sic moraliter hęc sunt, necessaria ad spiritualem generationem. Primum locus expediens, qui est memoria, in qua sunt omnia peccata commissa, velut humor seminalis colligenda, & non solum facta sed adhuc fienda, & quid mali faciunt, est excogitandum. Hęc, inquam, sunt, quæ pulcherrimam creaturam Luciferum ita deturpauerunt, vt cum esset in tam sublimi statu, adeo eum vilificauerunt, vt serpentibus & busonibus, cæterisque immundis animalibus, inferior & turpior videatur. Sicut de hoc refert Vincent. in spec. hist. lib. 28. cap. 88. de quodam milite nomine Tundalo, qui secundum animam raptus ad pœnas inferni, vidit ibi principem inferni diabolum, qui magnitudine præcellebat omnes bestias, cuius quantitati nihil sciebat comparari. Eratq; bestia nigerrima sicut coruus, formam habens humanam, seu humani corporis, à pedibus vsque ad caput, excepto quod plurimas habebat manus, videlicet non minus mille, habebatq; in longitudine quasi centum cubitos, in grossitudine verò decem, vnaquæque manus digitos vicenos, & digiti eius habebant in longitudine centenas palmas, in grossitudine verò duas. Habebat vngues lanceis militum grossiores & longiores ipsos ferreos. In pedibus verò totidem. Rostrum eius nimis longum & grossum, caudam asperrimam & longam, ad nocendum animabus aculeis acutissimis præparata.

Vincentius de Tundalo milite.

Descriptio Luciferi.

C SECVNDVM est causa efficiens, & hoc est timor Dei, de quo Esai. 26. *A timore tuo concepimus, & quasi peperimus Spiritum salutis.* Cum enim quis meminerit grauitatem peccati & malitiam eius, statim timet ad cor suum conuertitur. Eccl. 21. *Qui timet Deum, & ad cor suum conuertitur.* Et tunc veniet ad tertium, scilicet ad pœnitentiam, quæ significatur per materiam conuenientem. Quia sicut timor naufragij facit exonerare nauem onustam, sic timor Dei expedit à transitorijs per pœnitentiam, quæ solet esse occasio peccati. Et quilibet talis, qui sic facit, potest dicere illud Iob 31. *Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Et intelligit per pondus grauitatem peccati eius, scilicet Diaboli, quod exponit Gregor. in moral. Cum, inquit, fluctus tumentes desuper venient, nulla tunc cura temporalium rerum nauigantibus, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur, ea quoque ex naui proijciunt, pro quibus longa itinera sumpserunt.

Timoris Dei operatio.

D SECVNDO, ratione formationis. Nam sicut corpus infantis in vtero matris non statim formatur, sed ordinatè & gradatim, quia primo formatur cor, cerebrum, & hepar. Nam secundum Philosophum in de somno & vigilia, principium venarum est ipsum cor. Sic homo in pœnitentia, quæ prouenit ex memoria peccatorum, & timore Dei, non est statim à principio perfectus, sed perficitur gradatim, iuxta illud Psalm. 83. *Ibunt de virtute in virtutem, donec videbitur Deus Deorum in Sion.* Nam per tria membra principalia scilicet cor, cerebrum, & hepar. Intelliguntur tres virtutes Theologicæ, scilicet, Fides, Spes, & Charitas, per membra verò secundaria, scilicet manus, pedes, & brachia, & similia quæ membris principalioribus adijciuntur, virtutes intellectuales figurantur, quarum sunt quinque, sicut enumerat eas Aristoteles, 6. Ethic. scilicet, Sapientia, Scientia, Intellectus, Ars, & Prudentia, & illę quinq; virtu-

virtutes semper se habent ad verum & rectum, quia important rectitudinem rationis sed differenter, quia illa tria, scilicet, sapientia, scientia, & intellectus circa necessaria. Scientia quidem circa conclusiones, nam est habitus conclusionum. Intellectus autem circa principia, vnde est habitus principiorum. Sapientia autem circa causas altissimas, vnde sapientia quasi de Deo sapida scientia. Aliæ autem duæ important rectitudinem rationis circa contingentia. Sed prudentia circa agibilia. Ars autem circa factibilia. Sed circa officia membrorum significantur virtutes morales, quarum sunt vndecim. Vna consistit circa operationes, scilicet, iustitia, & decem circa passiones, scilicet fortitudo, temperantia, mansuetudo, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, veritas, amicitia, affibilitas, &c. de quibus supra in Sermone præcedenti, & his omnibus virtutibus perficitur homo, non subitò sed gradatim.

SECVNDO, consideratur ordo formationis ex conceptionis gradibus quia Infans dum concipitur, quatuor habet gradus. *Primus*, dum adhuc lacti est vicinus. *Secundus*, cum iam semen sanguini se commiscet. *Tertius*, cum corde, cerebro, hepate iam formatis, alia membra indistincta sunt. *Quartus*, cum corpus est completum & organizatum, & ad animæ susceptionem dispositum. Cum autem anima desuper datur, fœtus in vtero mouetur. Et si est fœmina, in sinistro latere plus sentitur. Si verò masculus in dextro latere plus mouetur vt dicit Galenus. E

Sed forsan de istis quatuor gradibus propter offensionem piarum mentium quo ad rem potes tacere, & procedere ad mortalitatem. Ideo moraliter in istis quatuor gradibus formationis infantis, designantur quatuor gradus formationis pœnitentis. Quorum PRIMVS est in peccati recordatione, & hic assimilatur lacti, quia lac est contractibile in bonos & etiam in malos honores. Sic recordatio peccati faciliter conuertitur vel in bonum animæ nutrimentum, puta quando ex recordatione peccati nascitur dolor compunctionis; vel nutrimentum malum, quando ex peccati recordatione nascitur: delectatio vel voluntas reiterandi. De *primo* dicit Seneca in epistol. ad Iucun: Initium salutis cogitatio peccati, qui se peccare nescit, corrigi non vult. Salutis initium cogitare de peccatis.

De *Secundo*, scilicet, de reiteratione peccati, vel recidiuatione dicit Chrysost. Si semel peccauerimus, & nos Diabolo obligauerimus, ex tunc non possumus iugum eius euadere, scilicet per nos. Et nisi manus diuinæ pietatis vincula peccati soluerit, semper oportebit nos in potestate diaboli manere. Hæc Chrysost. super Matth. Est enim homo, *spiritus vadens, & non rediens*. Psalm. 77. Super quo verbo dicit Magister in glos. Spiritus hominis est vadens per semetipsum in peccatum, & non rediens per semetipsum à peccato. Ideo Deus per gratiam reuocat homines, quia per se redire non possunt. Apostolus etiam dicit de reiterantibus peccata. Ad Hebr. 6. *Impossibile est eos qui illuminati*, scilicet per gratiam, *& prolapsi sunt*, scilicet recidiuantes in peccatum, *rursum vocari ad pœnitentiam*. Et dicit glos. quòd ly impossibile exponitur pro difficili, vt dicatur impossibile, id est difficile. Sicut enim infirmitas secunda relinquit naturam debiliorē quàm prima, sic est de peccato reiterato, quia difficilius homo resurgit ab eo, quàm à primo. Item hi qui pœnituerunt in præcedenti quadragesima, videant ne peccata reiterent, quia aliàs difficulter de his pœnitent & resurgunt. F Peccans post pœnitentiam obligat se diabolo, & difficulter resurgit.

SECVNDVS gradus est in peccati detestinatione, tunc enim semen recordationis peccati immiscet se cum sanguine, id est, cum dolore & abominatione peccati, sicut fecit Ezechias. Isaiæ 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.*

G

Peccata distinctè confitenda.

TERTIVS gradus est in peccati confessione, vbi quædam membra sunt distincta, scilicet, cor, cerebrum, & hepar, per quæ tria intelligitur triplex genus peccatorum, de quibus peccator tenetur distinctè confiteri, præcipuè mortalia, commissa in Deum, in proximum & in semetipsum, vel commissa corde, ore, & opere. Alia verò membra sunt distincta, quia vltimo fieri debet pœnitentis confessio. Quilibet enim distinctè, id est, generaliter se accuset de venialibus & mortalibus, quæ per obliuionem omisisset.

Satisfactio pro peccatis necessaria.

QVARTVS gradus est in satisfactione, si enim peccata tua recordatus & detestatus es, denique in quadragesima confessus, necesse est, vt de eis satisfacias, quia in satisfactione consistit perfecta pœnitentia, siue ad dispensationem pœnitentis, siue ad supernæ gratiæ susceptionem, siue ad fœtus, id est, ad boni operis motionem. Et nota quod fœtus interior, id est, dispositio vel propositum interius conceptum, de pœnitentia exterius facienda, in quibusdam est fœmineus, id est, defectuosus & non verus, sicut in fictis & hypocritis, & tunc est motus exterioris pœnitentiæ, siue operis in sinistra, quia fictus & hypocrita exteriora opera pœnitentiæ facit, cum sinistra intentione, vt videatur ab hominibus. In quibus verò fœtus interior, scilicet cordis contritio est masculinus, id est, perfecta & vera, tunc est motus in dextera, quia vera videlicet opera pœnitentiæ cum recta intentione. Quia Matth. 6. *Nesciat*, scilicet, *sinistra tua, quid faciat dextera tua.*

H

TERTIO, ostenditur ordo formationis ex conceptionis diebus, nam in gradu lactis per sex dies, in gradu sanguinis per nouem dies. In gradu massæ carnis per duodecim dies extitit. In quarto verò gradu ante plenam perfectionem, per decem dies. Vnde à die conceptionis vsque ad diem impletionis, & viuificationis sunt quadraginta sex dies. Ita quod primus & vltimus computetur, nam in tot diebus communiter viuit fœtus. Moraliter in hoc processu dierum attenditur quadruplex gradus.

Gradus incipientium.

PRIMVS est incipientium, & sunt isti sub forma lactis, quod est paruulorum cibus. Est ergo eorum inceptio in vitæ actiuæ operibus, ideo assignantur eis sex dies, id est, sex opera misericordiæ, quæ enumerat Dominus, Matth. 25. *Esurini & dedistis mihi manducare, sitiui &, &c.*

Proficientium.

SECVNDVS est proficientium, & isti sunt sub forma sanguinis, id est, certaminis passionum ac tentationum & tribulationum, nam cuilibet qui non ad istum gradum attigerit, dicebat Apostolus ad Heb. 12. *Nondum vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes:* & istorum profectus debet esse in vita contemplatiua, ideo assignantur eis nouem dies, propter nouem angelorum ordines, quibus assimulantur viri contemplatiui.

Perfectorũ.

TERTIVS gradus perfectorũ, qui iam habent completum ordinem & naturam carnis, id est, debitam formã perfectionis, tales sunt quorum vita conformatur vitæ Apostolorũ, ideo assignantur eis duodecim dies, per numerum duodecim Apostolorum.

Beatorum.

QVARTVS gradus est beatorum, quorũ perfectio, etiam quantum ad corpus erit in completione resurrectionis, quæ iam inchoata est à Christo, qui *resurgens à mortuis iam non moritur.* Rom. 6. Perfecta enim resurrectio & plena erit in fine seculi, quando decima drachma fuerit reinuenta, id est, Ecclesia electorum totaliter resuscitata. Ideo vltimæ consumationi decem dies assignantur, propter numerum & completionem electorum, qui signantur in decima drachma prius perdita, & postea inuenta. Luc. 25. Et sic habes breuiter de hominis spirituali generatione, quo ad primum. Quantum ad *secundum* ponit ipsius conuenientem doctrinationem & gubernationem, ibi. *Lac concupiscite.* Cir-

Digitized by Google

Circa quod notandum, quod conuerſi ad Deum nouiter & per pœnitentiam ſpiritualiter nati, ſunt alendi & gubernandi ad modum infantis nuper procreati. Infans enim nouiter natus diligenter gubernandus eſt, quia cum caro eius ſit fluida & tenella, ſunt & adhibenda remedia & fomenta. Et ſicut docet Conſtantinus plura ſunt ei fomenta adhibenda. PRIMVM in roſis cum ſale inuoluantur, vt membra fluida confortentur, & à fiſcoſa humiditate purgentur. Moraliter, ſanctorum exempla hominum & virtutes ſunt quaſi roſæ redolentes, de quibus Eccleſ. 24. Quilibet ſanctorum dicit. *Flores mei fructus honoris & honeſtatis.* Et his debet ſpiritualiter natus inuolui, & hoc fit quando nouiter conuerſi ad imitationem talium exemplorum & virtutum prouocantur per prædicatores, quorum egregius Paulus dicit ad Philip. 3. prouocando Philippenſes ad exemplum ſuum ſequendum & aliorum, *Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos,* quaſi dicat. Attendite diligenter, vt vos eis conformetis, *qui ita ambulant* Gloſſ. de virtute in virtutem, *ſicut habetis formam noſtram*, ſcilicet vobis traditam. Sed debent eis cum ſale teri, id eſt, talia exemplа & virtutes, debent per prędicatores eis cum diſcretione exponi & ſuaderi. Non enim adhuc debili debent perſuaderi exempla nimium auſtera, ne forte deſperet, vel fortè ne ſumat ſupra poſſe ſuum. Ideo debent eis præponi exempla competentia ſanctorum, quibus ad proficiendum confortentur, & à peccati viſcoſitate, id eſt, conſuetudine ſeu infectione purgentur. Ideo dicit beatus Gregorius 3. moral. ca. 15. Boni in hac vita ſanctorum Patrum prędecedentium exemplis paſcuntur, quibus refici indigemus, donec prędentis mortalitatis vmbras tranſeamus, vt ſic ſemper honeſtè ambulemus. SECVNDVM eſt, quod palatum & gingiuæ cum digito melle mixto fricentur, vt interiora oris mundicenficentur & confortentur, & dulcedine mellis appetitus infantulo prouocetur.

I

Conuerſi ad Deum quomodo alendi & gubernandi.

Exempla ſanctorum ſunt roſæ redolentes.

Diſcretio prædicatorum requiritur.

Moraliter. Tunc quidem pœnitens digito fricatur, quando leue opus ſiue leue onus, & non graue ſiue importabile ſibi imponitur, quia graue onus pœnitenti non eſt imponendum, ſic declarat Chryſoſt. 26. quæſt. 7. ſuper c. Alligant autem onera grauia & importabilia, dicens: Tales ſunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, & declarat hoc in exemplo, Sicut, inquit, ſi fuſtem ſuper humeros adoleſcentis, qui non poteſt baiulare, poſueris, neceſſe eſt, vt fuſtem reijciat, aut ſub pondere confringatur. Sic & homo cui graue onus pœnitentiæ imponis, aut pœnitentiam reijcit, aut ſuſcipiens, dum ferre non poteſt, ſcandalizatus amplius peccat. Deinde ſiquidem erramus, modicam pœnam aut pœnitentiam imponentes. Nonne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem, quaſi dicat, vtique. Ideò contra nimis auſteros Sacerdotes dicit Dominus. Matth. 23. *Alligant onera grauia & importabilia in humeros hominum, digito autem minimo nolunt ea mouere.* Sed certè non ſufficit, vt pœnitens digito fricetur, niſi etiam digitus melle vngatur. Quod tunc fit, quando quidam dulcedine pœnitentia inungitur, quia tunc pœnitens libentius ſuſcipit. Nam vt ait Seneca: Generoſus eſt animus hominis, facilius ducitur quàm trahitur, & ſic magis confortatur & prouocatur appetitus eius ad faciendum. Et quantò libentius facit, tantò plus ad interiorem purgationem proficit, quia coacta ſeruitia Deo non placent, vel ipſe ea aſpernatur. 24. quæſt. 6. Iam verò. TERTIVM eſt, vt ſæpe balneentur in oleo myrtino & roſaceo intingantur, & omnia membra eius fricentur; per frequentem enim balnea-

K

Pœnitentia cum diſcretione inungenda.

Seruitus coacta Deo nõ placet.

ſionem accipe frequentem lacrymationem, qua vſus eſt Dauid poſt peccatum Pſalm. 6. dicens. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.*

L Pœnitens duplici oleo ingendus

Sed per oleum myrtinum intellige doctrinam temperantiæ, & per oleum roſaceum doctrinam patientiæ. Quia myrtus temperantiam, roſa patientiam deſignare conſueuit. Et iſto duplici oleo debet pœnitens præcipuè liniri, id eſt, ad patientiam aduerſariorum & temperantiam delectabilium admoneri, quæ quidem temperantia debet eſſe in omnibus membris, quia ipſa eſt velut ſtola prima de qua exponitur illud. Luc. 15. *Proferte ſtolam primam.* Ipſa eſt candor quaſi naturalis, reſpectu aliarum gratiarum, & eſt principium ſpiritualis pulchritudinis, quæ conſiſtit in candore & rubore. Iuxta illud. Can. 5. quod dicitur de quolibet, qui hanc virtutem temperantiæ habet. *Dilectus meus candidus & rubicundus.* QVARTVM eſt, vt in loco obſcuro ſomnus prouocetur, vt & luce non lædantur, vt non luſci efficiantur. Sic moraliter nouiter ad pœnitentiam conuerſi, potius in quadam obſcuritate vel ſimplicitate fidei ſunt tenendi, vel permittendi quieſcere, quàm eis ſubtiliora & altiora proponenda ſint, quia de ipſis dicit Apoſtolus ad Heb. 5. *Facti eſtis quibus Lacte opus eſt, non ſolido cibo.* Et ſubdit. *Omnis qui lactis particeps eſt*, id eſt, indigens doctrina facili; *expers eſt ſermonis iuſtitiæ*, id eſt, ineptus ad capienda difficilia. *Paruulus enim eſt*, id eſt, nouellus, impotens ad talia, *perfectorum autem eſt ſolidus cibus*, id eſt, doctrina ſubtilis. Et qui ſint hi, ſubdit dicens. *Eorum qui pro conſuetudine.* Gloſſ. in exercitio ſcripturarum, *exercitatos habent ſenſus*, id eſt, virtutes intellectuales, *ad diſcretionem boni vel mali*, id eſt veri & falſi.

Nouis pœnitentibus nõ ſunt ſubtilia proponenda

M

QVINTVM eſt, vt ſuper omnia caueatur, ne corrupto lacte nutriantur, quia ex hoc infirmitates peſſimæ comitantur. Sed defectum infantis ſupplere debet virtus nutricis, ſicut Conſtant. dicit. Ex bona enim diſpoſitione lactis, fit bona diſpoſitio prolis. Moraliter lac vno modo, idem eſt quod blandimentum, iuxta illud. Exod. 23. & 34. *Non coques hedum in lacte matris ſuæ*, quaſi dicat. Non fouebis peccatorem in blandimento culpæ, & talibus blandimentis adulatorijs non ſunt fouendi pœnitentes. Alio modo lac eſt doctrina legis, & ideo cauendum eſt, vt nouiter conuerſus per pœnitentiam, non nutriatur doctrina praua & hæretica, quia ex hoc in eis generantur peſſimæ complexiones, id eſt operationes & diſpoſitiones, ſed doctrina ſana debet quilibet informari. Et hoc ſecundum Aug. qui tractat illud Ioan. 15. *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis*, qui conſiſtit in duobus. In extinctione mali & promotione boni. Ex quo dicto patet, quod doctor ſiue prædicator, debet *Primo* conari, vt vitia extinguantur: *Secundo* vt virtutes augeantur. Ideo dicit Apoſtolus 1. ad Cor. 14. *Qui prophetat*, id eſt, ſacram ſcripturam alijs exponit & docet, *hominibus loquitur ad ædificationem*, ſcilicet bonæ vitæ, quo ad incipientes vt vitia totaliter extinguantur; *& loquitur ad exhortationem*, vt virtutes augeantur per bonam operationem.

Peccatores non fouendi adulationibus

Lac facilis doctrinæ nouiter conuerſis præbendum.

Faſcijs ligandi infantes

SEXTVM eſt, quod infantuli faſcijs ligandi ſunt, quia membra infantilia, eo quod tenella ſunt ad diuerſarum formarum ſuſceptionem ſunt diſpoſita, ideo faſcijs ſunt ligandi, ne fiant diſformia ſiue torta. Sic nouiter per pœnitentiam conuerſi præcipuè iuuenes; qui in hac quadrageſima confeſſi ſunt, & qui pœnituerunt, quia ſunt faciles ad ſuſcipiendum omnem informationem ſibi datam; ideo ſunt ſub certis legibus

Iuuenũ poſt confeſſionẽ ſtudiũ quod nam eſſe debeat.

gibus & regulis à parentibus limitandi, vt videlicet eant ad Ecclesias, diuina officia audiendo & sermones, ne in alicuius malis exemplis, vel verbis deformentur; quia dicit Horatius: Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

SEPTIMVM & vltimum est, quod infantuli qui non multum capiunt nutrimenti, indigent multo somno, vt sic calor ad intima prouocetur, & digestio celebretur. Valet etiam eis si nimis moueantur, vt sic ex motu calor interior confortetur. Valet etiam ad hoc, si coram eis cantetur, vt ipsorum sensus vocum dulcedine delectetur. Sic moraliter, nouiter conuersi ad pœnitentiam, non sunt apti ad capiendum nutrimentum doctrinæ spiritualis, quia sunt passionum secutores, præcipue homines iuuenes. Quare secundum Philosophum sunt inutiles Philosophiæ auditores. Indigent tamen somno, id est, quiete mentis, & vocatione contemplationis, & meditationis, vt calor diuini amoris in eis accendatur, ita vt doctrina, quâ informantur eis magis placeat & proficiat. Ideo Dauid qui fuit adolescentulus, ait Psal. 118. *Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi.* Debent etiam moueri in cunis, id est, in facilibus obedientię operibus. Quia dicit Thomas in Quodlibeto. Filij in duobus tenentur parentibus obedire. *Primo* in domestica conuersatione. *Secundo* in his, quæ tangunt disciplinam morum. Et similiter senes qui conuersi sunt per pœnitentiam, debent obedire Patribus spiritualibus, videlicet confessoribus, vt pœnitentiam eis iniunctam compleant, & à peccatis faciendis caueant, quia quilibet cum dimittitur à suo Confessore, audit sibi dicentem hoc verbum, quod Dominus dixit adulteræ. *Vade & amplius noli peccare.* Ioan. 8. Valet etiam eis vt cantus diuinæ laudis audiant, scilicet, laici, vel dicant si sunt clerici, quia legitur de Sancto Augustino, quòd tempore suæ conuersionis flebat vberrimè atque creberrimè, qui vehementer affectus, voces illæ influebant auribus eius, & eliquebatur veritas in cor eius, & fluebant lachrymæ, & benè erat illi cum eis.

Conuersi nouiter ad Deum quo nutrimento alendi

DOMINICA I. POST PASCHA.

Omne quod natum est ex Deo vincit mundum. 1. Ioan. 5.

APES eligunt & assumunt sibi regem magnitudine & specie magis insignem, & quod in rege præcipuum est, magnitudine clariorem, hunc naturali affectu diligunt, & summa defensione defendunt. Nam totum aluearium fucis arborum, generosam vim habentium & amarum, per totum liniunt, & contra hostes se muniunt pro vt possunt vt dicit Magister 12. proprietatum. Moraliter per apes, quæ dictæ sunt sine pede, eo quod sine pedibus nascuntur, intelliguntur boni homines & deuoti, qui nati sunt huc, vt speratur, per veram pœnitentiam sine pedibus malignitatis, & præcipuè sine illis pedibus, de quibus dicitur Prou. 1. *Pedes illorum* scilicet malorum, *ad malum currunt* & hi pedes, quibus sic mali, id est, animæ peccatrices ad malum currunt, sunt ipsæ interiores nequitiæ, & affectus à malignitate. Sed sine illis pedibus nati sunt spiritualiter boni homines, qui iam pœnituerunt, & nequitias interiores & affectus malignitatis abscide-runt, iuxta illud Matth. 18. & Marci 9. *Si pes tuus scandalizauerit te, abscinde eum,* scili-

A

ſcilicet per pœnitentiam, *& proijce abſte*, Sicque abſciſſis illis pedibus nequitiarum, & malarum affectionum, elegerunt ſibi regem Chriſtum, magnitudine magisque ſpecie inſignem, quem in ſacramento venerabili in alueario cordium aſſumpſerunt, de cuius magnitudine dicit Pſalm. 95. *Magnus Dominus noſter & magna virtus eius.* Et de ſpecie dicit Pſalm. 64. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Hunc enim diligunt & ſummè cuſtodiunt, ne ab aliquo peccato lædatur. Sed quia ſecundum beatum Auguſtinum lib. ſoliloq. c. vlt. & iuxta beatum Bernardum libr. meditat. cap. 12. Tres ſunt hoſtes, bonos & deuotos impugnantes, ſcilicet, mundus, caro & diabolus. Item boni & deuoti, tanquam Apes ſolertes, aluearia mentium ſuarum amaritudine afflictionum & fletuum liniunt, & contra hoſtium ſuggerentium dulcia & maligna tentamenta defendunt, & eos vincunt, quia pium regem & manſuetum, quem apud ſe cuſtodiunt conſolatorem audiunt. Ioan. 6. *In mundo preſſuram habetis*, ſcilicet ab hominibus varijs, *ſed confidite, quia ego vici mundum*, & hoc vult ſanctus Ioan. in verbo allegato. *Omne*, id eſt, Omnis vir vel mulier, *quod natum eſt ex Deo*, ſcilicet ſpiritualiter per pœnitentiam, *vincit mundum*, In quibus verbis breuiter duo tangit. *Primo* genealogiam virtualem, ibi, *Omne quod natum eſt ex Deo. Secundo* victoriam mundialem. ibi. *vincit mundum, &c.*

Bonos & deuotos impugnant tres hoſtes.

B Pro quo eſt notandum quorundam infantium formatio citius, & quorundam tardius completur. Sunt enim quidam qui dicunt, in triginta diebus compleri, & tales ſexto menſe naſcuntur, ſed propter teneritudinem non poſſe viuere dicunt, quidam in triginta quinque diebus perficiuntur, qui ſeptimo menſe naſcuntur, & tales viuere poſſe probantur. Quidam vero quadraginta diebus formantur, qui octauo menſe naſci perhibentur, neque tales in vita ſeruantur, & probatur hoc per Conſtanti: & Galenum medicos, qui dicunt omnem infantem in ſeptem menſibus motum habere, qui ſi adeo eſt fortis vt naſci poſſit ad vitam, vtique conualeſcit. Si vero tunc non egreditur vel naſcitur, ipſe ſuo motu debilitatur, & ſummè patitur. Ideo ſi ſequenti menſe ſcilicet octauo exierit, non conualeſcit. Sed ſi vſque ad nonum menſem, vel ad principium decimi quieuerit, iterum vires aſſumit, ideò natus ad vitam conualeſcit. Moraliter, ſicut enim quorundam formatio infantium citius, aliquorum tardius completur, ita in amore Dei, in quo ſpiritualis perfectio vitæ conſiſtit, quidam citius & quidam tardius perficiuntur. Nam ſicut quidam in triginta diebus complentur, ſic quidam etiam in fide ſanctæ Trinitatis & in obſeruantia Decalogi perficiuntur. Nam tricenarius numerus, conſiſtit ex numero ternario & denario, quia ternarius in denarium ductus, id eſt, ter decem faciunt triginta, vbi in ternario, fides ſanctæ Trinitatis, & in denario decem præceptorum obſeruantia deſignantur. In fide Sanctæ Trinitatis perfecti fuerunt hi tres pueri Ananias, Azarias, & Miſael, qui ita dixerunt. Dan. 3. *Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu.* Et ſimiliter Dauid, qui ait Pſalm. 66. *Benedicat nos Deus*, ſcilicet Pater, *Deus noſter*, ſcilicet Filius, & *benedicat nos Deus*, ſcilicet Spiritus ſanctus. Et idem ſanctus Martinus confeſſus eſt. In hac autem fide Trinitatis ſanctæ non fuerunt completi & perfecti Philoſophi gentiles, quia dicit beatus Auguſtinus, ſuper Exod. 8. quod ſummi gentium Philoſophi defecerunt in tertio ſigno, non in primo vel in ſecundo, quia vſque ad tertiam perſonam non valuerunt peruenire. Et ſubdit diſtinctionem ſummæ Trinitatis, quam fides Catholica profitetur, nullatenus habuiſſe vel habere potuiſſe abſq; doctrinæ & internæ inſpirationis reuelatione. Et

Spiritualis hominis formatio quando perficiatur.

Hæc ſunt verba Eccleſiæ.

Et addit. Fit enim reuelatio tribus modis, per opera, doctrinam & inſpirationem. Reuelauit eis per opera veritatem, ſed non per doctrinam vel inſpirationem. Viderunt ergo de longinquo veritatem, ſed non appropinquauerunt per humilitatem. Non ergo illas tres perſonas dicuntur cognouiſſe, ita quod eas diſtinctè, veraciter & propriè intellexiſſent. Sed quia illa eſſe cognouerunt in Deo, quæ illis tribus perſonis in ſacra ſcriptura frequenter ſolent diſtinctim & ſpiritualiter attribui, ſcilicet potentiam, ſapientiam & bonitatem, quæ ſpiritui ſancto ſæpius attribuitur, ex quo tamen ſic vna & eadem potentia, ſapientia & bonitas ſunt. Sicut enim ex motibus & ex adminiſtratione corporis animam, quam non vides, intelligis. Sic ex adminiſtratione totius mundi & regimine, omnium creatorem intellexerunt. Hæc Auguſt. Sed in obſeruatione Decalogi completus fuit ille adoleſcens, qui dixit ad Ieſum Matth. 19. *Magiſter bone quid faciam, vt vitam æternam habeam?* Cui Ieſus, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Dixit ille, quæ? Ieſus autem dixit, non homocidium facias, non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuam, & diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens. Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea.* In hac autem obſeruantia Decalogi perfectus fuit Dauid, qui ait Pſal. 118. *Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.* Et adhuc inueniuntur boni homines, qui de die in diem in obſeruantia Decalogi proficiunt. Ideo tales in ſexto menſe ſpiritualiter naſcuntur. Per ſex menſes intellige ſex opera miſericordiæ, de quibus dixi ſupra parte 1. Dominica II. in Aduentu. Sermone II. H. N. Attamen non obſtante ponam de eis hæc, quæ omiſſa ibi fuerunt.

C Reuelatio fit tribus modis, opere, doctrina, & inſpiratione.

PRIMVM eſt de cibatione eſurientium, ad quam hortamur, per ſcripturam Nehemiæ 8. *Mittite partes eis, qui non præparauerunt ſibi.* Et Eccleſ. 11. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora inuenies eum.* Aquæ tranſeuntes ſunt populi mortales. 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quaſi aquæ in terram dilabimur, quæ non reuertentur.* Et Luc. 3. *Qui habet eſcas det non habenti.* Et Iob dedit nobis exemplum cap. 31. *Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea.* Et Luc. 14. ait Dominus. *Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, cæcos & claudos, & beatus eris, quia non habent vnde tibi retribuere poſſint; retribuetur autem tibi in retributione iuſtorum.* SECVNDVM eſt de potatione ſitientium, ad quam hortatur quilibet. Prouerb. 25. *Si ſitit inimicus tuus, potum da illi*, qui enim cibum ſine potu dant pauperi, tale prandium, dant Domino, quale conſueuit dare aſino. TERTIVM eſt de collatione egentium, quia dicit beatus Ioan. 13. *Qui accipit ſi quem miſero, me accipit.*

D Diligenter comendantur opera miſericordiæ.

De hoc ſupra plura habes parte 1. Dominica I. poſt Epiphaniæ Sermone I. M. D. C. De his tribus, ſcilicet, qui per oppoſitum, non cibant, potant & colligunt hoſpitando pauperes, refert Holkot lect. 210. Quod quidam ſenator caſtrum ſibi conſtruxerat pulchrum, ſuper cuius ianuam metricè ſic ſcripſerat.

E

Dic cur datur, ne dormiat aut epuletur,
Hic gens villana, ſed Achilles, Plato Diana.

Intendens per hoc ordinari, quod nullus ad caſtrum vel hoſpitium reciperetur, niſi eſſet miles, philoſophus, vel Domina. Cui apparuit Dominus in ſomnis & ait. Me & meos à caſtro tuo conaris excludere, propter quod & te à caſtro meo, quod eſt cœlum, non iniuſtè tendo priuare. Cum ergo Senator iudicialem ſententiam eſſet receptarus, interpoſuit ſe quidam vir Dei, pro eo ſupplicans, & obtinuit, quod Sena-

tor præceptum mutaret, quod verſibus in ſupradictis dederat, deinceps hoſpitalitatı deuotè ſe manciparet. Ideò dixit ſibi.

Mutа decretum, ſanctorum collige cetum,
Nudam Martinum, Lazarum, Iacobum peregrinum.

P QVARTVM eſt de veſtitione nudorum, ad quod hortatur Dominus Luc. 3. *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti tunicam.* Hoc enim opus multum commendant exempla ſanctorum. Et *primo* exemplum Dei, qui Adæ & vxori eius, poſtquam ceciderunt in ſtatum miſeriæ, *fecit tunicas pelliceas.* Geneſ 3. *Secundo* exemplum Tobiæ, qui nudis veſtimentum præbebat. Tobiæ 1. Exinde Iob, qui ait. *Si deſſexi prætereuntem eo quod non haberet veſtimentum, De veſtimentis ouium mearum calefactus eſt pauper.* Iob. 31. QVINTVM eſt de viſitatione infirmorum, quia dicit Iob. 5. *Viſitans ſpeciem tuam non peccabis*, qui his inſiſtit operibus facilè peccatum vincit. SEXTVM eſt, de viſitatione, ſeu incarceratorum liberatione, nam hoc opus miſericordiæ commendatur nobis exemplis ſanctorum, quia de Tobia legitur 1. cap. quod *pergebat per omnes, qui erant in captiuitate, & monita ſalutis dabat eis.* Et Iob dicit 29. *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Daniel etiam Suſannam adiudicatam morti liberauit. Daniel. 13. Ideo de talibus dicit Apoſtolus ad Hebr. 10. *Vinctis compaſſi eſtis.* Hæc ſunt ſex opera miſericordiæ, in quibus ſi homo naſcitur ſpiritualiter, vincere poteſt mundum & diabolum realiter, quia eſt modus valde efficax ad vincendum Diabolum. Quod probat B. Auguſtin. ſuper illo verbo Pſal. Miſericordia mea & refugium meum, quaſi diceret. De nulla re ſic vincitur inimicus, ſcil. diabolus, ſicut de miſericordia. Sed timendum eſt quod hi, qui interdū naſcuntur ſpiritualiter ex ſex operibus miſericordiæ, tamen in hac vita ſpirituali non perſeuerant, quia quamuis exercent opera miſericordiæ, tamen in illis non permanere videntur, cum tamen dicit Glo. ſuper Leuit. 2. Miſericordia nunquam impletur, quia ſi miſereris quantum potes, plus tamen velle debes, quia dicitur Tob. 4. *Quantum potes eſto miſericors* Ideo qui volunt vincere mundum & diabolum, opera miſericordiæ vſq; ad vltimum poſſibilitatis conentur exercere, ſcientes quia perfecta miſericordia non habet vltimum. *Qui* ergò *perſeuerauerit* in operibus miſericordiæ *vſque ad finem, hic ſaluus erit.* Matth. 24.

Opera miſericordiæ ſunt remedia contra peccata.

Miſericordia efficax remedium ad vincendum diabolum.

G Quidam verò infantes in 35. diebus perficiuntur, qui in ſeptimo menſe naſcuntur, & tales viuere probantur. Sed in hoc moraliter ſignificatur, quamuis aliqui in ternario, ſcil. in fide S. Trinitatis, & in obſeruantia Decalogi proficiunt tamen huic ternario additur quinarius, qui eſt numerus vulnerum Chriſti quia tales poſt fidem Trinitatis, & obſeruantiam decem præceptorum habent vulnera Chriſti per compaſſionem in ſemetipſis, ſicut Apoſtolus qui ait. *Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Ad Galat. 6. Et illi naſcuntur in ſeptimo menſe. Et per ſeptem menſes intellige ſeptem dona Spiritus ſancti quę ſunt valde efficacia ad vincendum mundum, cum ſuis peccatis, de quibus vide infra de Spiritu S. Sermone II M.

Dona Spiritus S. efficacia ad vincendum mundum.

Vel per ſeptem menſes intellige ſeptem virtutes, ſcilicet tres theologicales & quatuor cardinales. PRIMA igitur virtus Theologicalis eſt Fides, quæ vincit mundum cum ſuis concupiſcentiis & peccatis, ſicut teſtatur hic Apoſtolus, *Hæc eſt victoria quæ vicit mundum, fides veſtra.* Et B. Paulus ad Hebr. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna.* Sed ex quo fides eſt multiplex, de quo verum eſt, quod vicit mundum?

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondetur, quod hoc intelligitur de fide vera, & viua charitate informata. Et deſcribitur ſic ab aliquibus: Fides eſt habitus informatus charitate, illuminans mentem ad credendum, & hoc eſt quod dicitur. *Fides purificans corda eorum.* Actuū. 15. Et ſicut hæc fides vincit omnes rationes naturales, & omnes erroneas ſuggeſtiones, ita vincit mundum non ſolum quo ad eius delectationes, verùm etiam ſingulas aduerſitates ſuperat & tribulationes. Iuxta illud. *In omnibus ſumite ſcutum fidei, vt poſſitis extinguere ignea tela nequiſſimi.* Epheſ. 6.

Et propter hoc dicit Alanus, quod fides eſt prior omni alia virtute. Et hoc ſecundum ipſum non debet intelligi de prioritate temporis, cauſæ vel dignitatis, ſed de prioritate euidentiæ vel oſtenſionis, vt ſit ſenſus. Fides euidentius eſt ſignum inter virtutes noſtræ iuſtificationis: pro cuius declaratione dicit, quod duplex eſt iuſtificatio, *Prima* peccatorum remiſſio; *Secunda* primæ gratiæ infuſio, & vtraq; fit gratis, quia non præueniente merito fidei vel alio, ſed cum dicitur per Apoſtolum, *nos iuſtificari per fidem*, intellige quod fides non ſit cauſa, ſed ſignum iuſtificationis, qualiter dicitur Luc. 7. *Dimiſſa ſunt Mariæ Magdalenæ peccata multa, quoniam dilexit multum*, id eſt, dilectio eſt ſignum dimiſſionis non cauſa, non enim, quia dilexit, dimiſſa ſunt peccata quia infuſa eſt dilectio.

H

Iuſtificatio duplex.

Secvnda virtus Theologica eſt Spes, quæ multa bona facit in anima, ſicut figuratur Apocal. 8. vbi legitur, quod *ſecundus Angelus tuba cecinit, & mons magnus ardens igne, miſſus eſt in mare, & facta eſt tertia pars maris, ſanguis & mortua eſt tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit.* Secundus Angel. vt exponit Anſel. lib. 7. c. 30. eſt ſecunda virtus Theol. hæc tuba canit, quando pœnitenti veniam promittit, & tunc magnus mons, id eſt, animus eleuatus, igne ardens, id eſt ferueus charitate mittitur in mare, id eſt, in amaritudinem timoris & doloris, & tunc fit tertia pars maris, ſanguis. *Prima* pars maris eſt amaritudo timoris ſecūda doloris. Ex his duab. aliqua ſequitur tertia, ſcil. amaritudo deſperationis ſed omnino hanc excludit ſecuritas ſpei, & conuertit in ſanguinem, id eſt, in pœnitentiæ aſperitatem, & carnis mortificationem. Item prima pars eorum, quæ habebant alas in mari, eſt pœna mundi, ſecunda pœna purgatorij, tertia pœna inferni. Et hæc tertia moritur, quia hunc timorem ſpes excludit. Item naues, humanæ mentis ſunt cogitationes neceſſariæ, quæ ſunt circa illa, quæ ſunt ſalutis. *Secunda* pars ſunt cogitationes perfectæ, quæ ſunt circa opera erogationis, quæ non ſunt de neceſſitate, ſed de perfectione. *Tertia* pars ſunt cogitationes vanæ, quæ ſunt circa vanitatem. Hæc tertia pars interiit canente tuba ſecundi angeli, id eſt, ſpeculo promittente veniam & miſericordiam Dei. Iuxta illud Pſal. 47. *In ſpiritu vehementi conteres naues Thar ſis.* id eſt cogitationes quærentes vana huius mundi.

I

Ex timore & dolore ſequitur amaritudo deſperationis.

Spes timorem excludit.

Tertia virtus Theologica eſt Charitas, quam qui habet, ſpiritualiter viuit vita gratiæ, quia eſt vita operum. Propter quod dicit Greg. Nihil habet viriditatis ramus boni operis, niſi maneat in radice charitatis, ſi verò quis charitatem non habuerit, vita ſpirituali non viuit. Iuxta illud 1. Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte*, glo. dicit. Quia caret charitate, quæ eſt vita gratiæ ideo charitatem non habens, eſt quaſi leo mortuus. Iuxta illud Eccleſ. 9. *Melior eſt canis viuus leone mortuo.* Sine charitate namque nihil viuit vita gratię, ſed omnia ſunt mortua, omnia arida, ſicut dicit gl. ſuper illud 1. Corin. 13. Sicut corpus ſine anima mortuum eſt, ſic anima ſine charitate

K

Non habens charitatem, mortuus eſt.

Digitized by Google

mortua deputabitur. Iſta quidem tertia virtus Theologica ſicut vitam ſpiritualem homini tribuit, ſic & amorem vincit mundi & deſpicere facit, quia dicit beatus Gregorius Homel. 2. ſuper illud Cantic. vltimo. *Fortis eſt vt mors dilectio tua*, quia ſicut mors corpus interemit, ſic ab amore rerum temporalium æternæ vitæ charitas occidit. Nam quem perfecta charitas abſorbuerit, à deſideriis terrenis velut inſenſibilem reddit.

L

QVARTA virtus Iuſtitia prima de virtutibus cardinalibus, quam qui habet naſcitur ad vitam ſpiritualem, quia dicitur Prouerb. 12. *In ſemita iuſtitiæ vita*, Qui autem eam non habet, acquirit mortem, Iuxta illud Sap. 1. *Iuſtitia perpetua eſt & immortalis*, iniuſtitia autem mortis acquiſitio eſt. Ideo à Iuriſperitis deſcribitur ſic. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens. Ex qua definitione habes, quod iuſtus eſt, qui eſt in operando voluntarius, firmus, diuturnus & rectus. Et ponitur in ipſa *primò* (voluntas) ad oſtendendum, quod actus iuſtitiæ debet eſſe voluntarius iuxta illud Pſal. *Exultent & lætentur, qui volunt iuſtitiam tuam*. *Secundò*, additur (conſtans,) ad deſignandam firmitatem propoſiti, videlicet vt in propoſito faciendo iuſtitia firmiter perſeueret. Iuxta illud Iob. 17. *Tenebit iuſtus viam ſuam*. *Tertiò* additur (perpetua) ad innuendum ſtabilitatem ſiue diuturnitatem. Vbi nota, voluntas poteſt dici dupliciter perpetua, *Vno modo* ex parte iuſti qui perpetuè durat, & ſic ſola Dei voluntas eſt perpetua. *Alio modo* ex parte obiecti, quando aliquis vult perpetuè facere aliquid, & hoc requiritur ad rationem iuſtitiæ; quia non ſufficit ad rationem iuſtitiæ, vt aliquis velit ad horam in aliquo bono negotio ſeruare iuſtitiam, quia vix inuenitur aliquis, qui velit in omnibus iuſtè agere, ſed requiritur vt habeat voluntatem perpetuò iuſtitiam ſeruandi, iuxta illud Pſalm. 105. *Beati qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempore*, Et nota, ſicut iuſtus vitam gratiæ acquirit, illud Sap. 5. *Iuſti in perpetuum viuent*, ſcil. vita gratiæ & gloriæ: Ita etiam mundum cum ſuis oblectationibus vincit, quia *non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit*. Prouerb. 12.

Iuſtitia immortalis.

Pſal. 34.

M

QVINTA virtus eſt prudentia & ſecunda virtus cardinalis & ſecundum Auguſtinum, eſt in præcauendis inſidiis, quam qui poſſidet ſpiritualiter & rectè viuit. Iuxta illud Senecæ in lib. de quatuor virtutibus cardinalibus. Quiſquis prudentiam ſequi deſideras, tunc per rationem rectè viuas, ſi omnia prius æſtimes & perpendas. Et nota, ſicut prudentia vitam tribuit ſpiritualem & conſeruat, ſic etiam mundum cum ſuis tentationibus ſuperat. Et hoc probatur in geſtis Romanorum; & idem ſcribit partim Apiarius. * de quodam adoleſcente, qui patri ſuo regi ſucceſſit in regno. Accidit eo ſemel ſedente in menſa, venit quidam mercator ad portam, dicens ſe habere vtilia pro perſona Regis. Per ianitorem igitur intromiſſus, venit ad regem, & interrogatus ab eo, tres ſe habere prudentias venales aſſeruit. Cum ergo rex de eis quæreret, ait ille. *Prima* eſt. Quicquid agas, prudenter agas, & reſpice finem. *Secunda* eſt, quod nunquam viam publicam propter ſemitam dimittas. *Tertia* eſt, nunquam hoſpitium ad manendum de nocte alicuius accipias, vbi dominus domus ſenex eſt, & vxor iuuencula.

Prudentia vitam ſpiritualem tribuit.

* Thom. Cantipratenſis, lib. 2. c. 43. part. 2.

Data igitur ſibi pecunia primam ſapientiam ſcribi fecit in omnibus locis, in quibus habitabat, in manutergiis, & in mappis. Poſt ergo ſucceſſum temporis, rex in ſapientia proficiens & virtute, inſtituit fortiter animum ſuum, vt eriperet populum humi-

ditionem versi, cum eum apertè propter fauorem populi occidere non auderent, occultè rasorem adduxerunt, vt ipsum nouacula iugularet. Cum igitur rasor radere incepisset, vidit in manutergio quod circa collum regis pendebat primam sapientiam. *Quicquid agas.* Vel sic, vt ait Apiarius, *Temerè nihil attentes, nisi prius cogites quid sequatur.* Et quia fuit literatus, hoc viso manum tremulam retraxit. Quod videns rex causam quærit, & inuenit huius rei veritatem, & saluatus est à morte. Ecce quomodo prima sapientia vicit mundum cum suis habitatoribus malitiosis.

Deinde cum nec sic eum occidere potuissent, posuerunt insidias in quidam semita, per quam rex transire debebat, vt eo veniente in ipsum irruerent & necarent. Dum igitur ad ipsam venisset, recordatus est secundæ sapientiæ, vt viam publicam non dimitteret propter semitam, in via publica quamuis esset longior equitauit. Sed qui in semita equitauerunt, omnes occisi fuerunt. Sic Rex per secūdam præsentiam iterum hos malitiosos vicit. Postea cum ipse per viam publicam ad ciuitatem peruenisset, & hospitem, apud quem hospitari deberet, senem vidisset, memoratus est tertiæ prudentię, occultè Camerario suo dixit, vt sibi alibi de hospitio prouideret. Quo facto hi maligni hoc nescientes cum hospite conuenerunt, vt regem in lecto iugularent. Sed cum ipse ibi non esset, omnes in hoc hospitio remanentes occisi extiterunt. Et sic rex tertio per suam prudentiam vicit mundi sapientes & fallaces.

Sed hoc ad literam dictum est, ideo aliquid moralitatis est ex illo requirendum. N Nam adolescens rex ille est quilibet homo Christianus, qui debet regere corpus suū, vt animæ suæ sit subiectum, quia anima est sicut Domina, corpus autem habet se vt ancilla. Et sicut domina debet regere ancillam, & non ancilla dominam, sic anima debet regere corpus, & non corpus animam. Quia dicit Bern. lib. medi. c. 3. Dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est. Ianitor in porta est voluntas libera, quæ nullum intromittit peccatum nisi sit voluntarium, quia dicit August. de vera religione. Vsq; adeò peccatum voluntarium malum est, vt nisi sit voluntarium, nullo modo sit peccatum. Et habetur allegatiuè 15. q. 1. §. Quod autem, vbi dicit Aug. Ex voluntate itaq; peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio ex delinquētis proposito committuntur. Mercator autem qui venit ad portam, Christus est, qui dicit Apocal. 3. *Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum.* Aperi ergo huic mercatori, scil. Christo secretum cordis tui, & ipse te tres prudentias edocebit, quibus mundum & diabolum vincere possis. PRIMA est de finis prospectione, quam dat vnicuique. Deut. 32. *Vtinam saperent & intelligerent, & nouissima prouiderent,* quasi dicat: Vtinam saperes & intelligeres, quæ Dei sunt, & intelligeres quæ mundi sunt, & prouideres quæ inferni sunt, profecto Deum timeres, superna appeteres, mundum contemneres, & infernum horreres. Et dicit Auctor in spec. peccatorum super illud Eccl. 7. *Memorare nouissima tua & in æternum non peccabis.* Non, inquit, poterit melius caro luxuriosa domari, quàm semper cogitare qualis erit mors tua, & si talem meditationem habueris, felicem te dicent omnes generationes. *Et subdit,* Meditatio enim nihil aliud est, quàm mentis ditatio. Peroptimè mens tua ditatur, quando contra cuncta aduersantia scientia prouidentiæ illustratur. *Et iterum dicit.* Legitur enim in poëtria quod centum lumina Argus in capite habebat: quod ita potest intelligi. Quia ex omni tempore sui intra mentis suæ circumspectionem, prudentiam mentis possidebat. Igitur si tanto studio

Ianitor portæ voluntas libera.

Christus mercator.

Mortis meditatio remediū contra carnis tentationes.

Digitized by Google

pollebat poëta paganus, multo fortius populus Christianus & Clericus. Esto ergò Argus, imò cautior eo, studiosior illo, prudentior illo, vt sapias & intelligas.

O SECVNDA prudentia est quam dat Dominus de viæ publicæ ambulatione. Et hæc via est via regia mandatorum, in qua ambulauit Dauid Psal. 118. dicens. *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Hæc est via lucida, in qua solummodo ambulant filij Dei, iuxta exhortationem Domini Ioan. 12. *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* In via hac publica debet quilibet ambulare, & semitas occultas peccatorum deuitare, quia in his sunt variæ insidiæ dæmonum, sicut testatur Gregor. in homel. Maligni, inquit, Spiritus iter nostrum, quasi quidam latrunculi, obsident. Et Gen. 49. dicitur de diabolo. *Fiat Dan coluber in via, Cerastes in semita diuidens vngulas equi.*

P Prudentia magna mũdum fugere.

TERTIA prudentia est de mundi fugitione. Est enim mundus ille senex, apud quem non est manendum in amore, quia non est diligendus, iuxta illud Greg. in homil. Dominus ac redemptor noster paratos nos inuenire desiderans, senescentem mundum, quæ mala sequuntur, denuntiat, vt nos ab eius amore compescat. Iste quidam senex mundus habet vxorem valde iuuenculam, & hæc est vanitas, quæ de die in diem iuuenescit, sicut vidimus, quod in spiritu Salomon exclamauit. Eccl. 1. *Vanitas vanitatũ vanitas, & omnia vanitas.* Et Dauid in Ps. 38. *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Et Sap. 13. *Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia,* scilicet sanctorum. Idcircò mundus ille senex fugiendus est, sicut legitur de sancto Arsenio. Arseni fuge mundum, & saluaberis. Et similiter sua vanitas est relinquenda; & petendum cuilibet cum Salomone Prouer. 30. *Vanitatem & verba mendacij longe fac à me.*

Ratio quare mundus, & vxor sua iuuencula vanitas sunt fugiendi, est illa, quia satrapæ, seu nobiles, id est, dæmones, cum eis condixerunt, vt omnes amatores ipsorum alliciant & occidant. Dicent enim hæc duo de quolibet amatore illud, Sapi. 2. *Morte turpissima condemnemus eum.* Ideo dicit Prosper in suis sententiis. Respice te- Dilectio mundi vana & inconstans. ipsum quia mortalis es, quia terra es, & in terram ibis: circumspice eos, qui similibus fulsere splendoribus: vbi sunt quos ambiebat ciuium potentatus, vbi sunt insuperabiles oratores, vbi qui conuenientibus festa disponebant, vbi equorum splendidi amatores, vel imitatores, vbi exercituum duces, vbi satrapæ & Tyranni, nonne omnia fauilla & puluis? nonne in paucis vsibus eorum vitæ memoria? Respice sepulcra. Quis seruus, quis dominus, quis diues, quis pauper? Discerne, si potes, vinctum à rege, à debili fortem, & pulchrum à deformi. Hæc Prosper. In qua quidem pulchra auctoritate mundi dissuadet dilectionem, & quod non est securum apud ipsum hospitari. Quapropter beatus Bernardus in quodam sermone hortatur dicens. Viri prouidi festinemus ad locum tutiorem, ad agrum vberiorem, ad pastum superiorem vel suauiorem, vbi habitemus sine metu, abundemus sine defectu, & sine fastidio epulemur.

Q Temperantia seruat vitam corporalem.

SEXTA virtus temperantia est, & tertia virtus cardinalis. Hæc ad literam seruat vitam corporalem, quia vt dicit Sapiens. *Qui abstinens est,* scilicet in metu & loquela, *adiiciet vitam.* Et multo fortius nascitur per eam homo ad vitam spiritualem, quod sic patet quia ipsa hominem spiritualiter circumcidit, videlicet à peccatis, quę causant mortem animæ. De qua circumcisione dicitur. Deut. 30. *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum.* Et ad hanc hortatur Hierem. 4. *Circumcidimini & auferte*

præputia

Digitized by Google

præputia cordium vestrorum. Et hæc quidem virtus hominem ad vitam spiritualem ponit, vel gignit: ita homo diabolum & mundum vincit & offendit, & eum ligat & eum in arido ponit, vbi non habet requiem. Iuxta illud Luc. 11. *Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem & non inuenit.* Ideò dicitur Eccl. 18. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si enim præstas animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis* scilicet mundo, & diabolo, & carni, quasi dicat. Intemperantia locum diabolo parat, quia ipse dicitur *dormire in locis humentibus.* Iob. 40.

Intẽperãtia locum diabolo parat.

SEPTIMA virtus est fortitudo, & est quarta cardinalis, & hæc multum competit statui in quo sumus, Mundus iste locus certaminis est & laboris. Ideo in præsenti vita valdè est nobis necessaria fortitudo, quia Eccles. 3. *Tempus belli & tempus pacis*, Glos. tempus belli in præsenti, iuxta illud Bern. In mundo isto quasi in studio certaminis sumus positi. Ideo exhortatur Dominus quemlibet ad fortitudinem. Iosue 1. *Confortare & esto robustus.* Et quare homo debet esse fortis, ratio est, quia fortitudo de hostibus triumphat, iuxta illud 2 Reg. 22. *Accinxisti me fortitudine ad prælium, incurnasti resistentes mihi subtus me.* Nam virtus fortitudinis insuperabilis est. Totus enim mundus vincere non posset vnum hominem, in quo esset vera fortitudo animi, quia dicit Seneca: Facilius esset gentem vnamquamq; quam vnum hominem superare, in quo est animi fortitudo. Et dicit notanter de fortitudine animi, nam fortitudo est duplex, corporalis & spiritualis. De corporali dicit Psal. 147. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit.* Et 1. Reg. 2. *Non in fortitudine sua roborabitur vir.* De hac etiam dicit Sapiens. *Verti me ad aliud, vidiq; sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium esse bellum.* Eccles. 9. & Isaiæ 30. *Erit vobis fortitudo Pharaonis, in confusionem.* Spiritualis autem constantia animi, qua homo perseuerauerit viuit virtuosè, de quo Prou. vlt. *Fortitudo & decor indumentum eius.* Et iterum; *Accinxit in fortitudine lumbos suos*, & hæc vincit omnes inimicos. Et nota, quod omnes, qui spiritualiter nascuntur in his septem virtutibus viuere æternaliter comprobantur.

R

Laus fortitudinis.

Fortitudo duplex. Eccles. 9.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo in Euangelium.

Cum esset sero die illa vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi discipuli erant congregati propter metum Iudæorum. Venit Iesus & stetit in medio discipulorum, & dixit eis. Pax vobis. Ioan. 20.

VANDO auis mater cum pullis est in nido, pulli sunt læti, & solent ei alis applaudere, quia ab ea proteguntur & pascuntur. Si autem ab eis volauerit tristantur, & in cunis nidi se abscondunt, propter metum accipitris aut falconis. Spiritualiter per auem intellige temporalem felicitatem, quia Sap. 5. Salomon comparat eam aui transuolanti cum dicit. *Tanquam auis quæ transuolat in aere, nullum inuenitur vestigium itineris illius, sed tantum sonitu alarum verberans leuem ventum.* Sicut enim auis velociter transuolat, & nullum vestigium itineris, per quod volat, derelinquit, ita felicitas huius mundi cum suis honoribus & dignitatibus citò transit. Hæc quidem felicitas temporalis, quando est cum hominibus in nido huius mundi, ipsi sunt læti, iuxta illud

A

Mundi felicitas citò transit.

Digitized by Google

illud Iob. 21. *Tenent tympanum & Cytharam, & gaudent ad ſonitum organi, & ducunt in bonis dies ſuos.* Si autem hęc temporalis fœlicitas euolauerit ab eis per infortunium triſtantur. Sicut liquet de Apoſtolis Chriſti. Nam quando in præſentia Chriſti nullum defectum habuerunt, ſicut Luc. 22. cum quærente Domino; *quando miſi vos ſine ſacculo, nunquid aliquid defuit vobis? Illi dixerunt. Nihil*, tunc ipſi læti fuerunt. Sicut teſtatur Dominus, Matth. 9. *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?* quaſi dicat, non. Poſtquam autem illa felicitas fuit ab eis ablata, triſtabantur, & timebant, ieiunabant & ſe abſcondebant, ſic prædixit eis Chriſtus Matth. 9. *Venient dies cum auferetur ab eis ſponſus, tunc illi ieiunabunt*, & de hoc dicit præſens Euangelium. Cum eſſet ſero, in quo dicitur, quod erant clauſi propter metum Iudæorum. Et quatuor hic breuiter tanguntur, ſcilicet, præſentis vitæ inſtabilitas, ibi. *Cum eſſet ſero.* Et diligentis cautelæ neceſſitas, ibi. *Fores eſſent.* Corporis clarificati ſubtilitas, ibi. *Venit Ieſus.* Diuini doni præcioſitas, ibi. *Pax vobis, ego ſum.*

B

Vitæ præſentis inſtabilitas, in globo depicta.

Quantum ad PRIMVM, ponitur præſentis vitæ inſtabilitas, cum dicitur. *Cum eſſet ſero die illa vna ſabbathi.* Vbi nota. Antiqui pingebant vitam præſentem in forma hominis ſtantis ſuper globo rotundo, habentis candelam accenſam & euerſam, & ſuper caput hos verſus.

Eſt mihi, vel mundo, ideò ſto veſte iocundo.
Sto ſuper incerto, vitam cum lumine verto.

In qua pictura inſtabilitatem præſentis vitæ figurabant. Nam ſicut globus, in quo ſtat homo, citò vertitur, & ipſe deiicitur, ſic vita præſens cito vertit hominem de proſperitate in aduerſitatem, de lætitia in mœrorem, de requie in laborem, de diuitiis in paupertatem, & tandem de ſanitate in mortalitatem. Ideo hic eſt dies aduerſitatis, dies flebilitatis, dies laborioſitatis, dies paupertatis, & dies mortalitatis. *Primo*, quidem hic eſt dies aduerſitatis, quod probat beatus Gregorius 5. moralium: Si, inquit, ſubtiliter conſideretur, quicquid hic agitur, pœna & miſeria eſt, & tamen hoc ipſum, quod vita noſtra tantis repletur miſeriis, miſericorditer diſpenſatur. Et idem dicit 23. moral. Secreto Dei conſilio agitur, vt huius peregrinationis tempore via electorum turbetur. Via quippe eſt vita præſens, qua ad patriam tendimus, & idcirco beati occulto Dei iudicio frequenti perturbatione conteruntur, ne nimis proſpera diligamus. Iſtud ſatis conſideraverat Salomon, quando in omnibus, quæ fiunt ſub ſole, vanitatem vidit, & afflictionem ſpiritus. Et ideo dixit Eccl. 2. *Taduit me vitæ meæ videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole, & cuncta vanitatem & afflictionem ſpiritus.*

Quare electi in hac vita turbentur.

C

Quare bonis multa aduerſa in hac vita cõtingant. Aqua ſalſa ſecurius defert naues, quã dulcis.

Sed quare contingunt aduerſa bonis in hac vita. Ad hoc dico, quod per aduerſitatem & tribulationem ſecurius vehuntur ad portum ſalutis æternæ, quia dicit Ariſtot. in problematib. part. 2. problem. 3. quod aqua ſalſa multò fortius & ſecurius portat nauem quam aqua dulcis, & eiuſdem quantitatis. Cuius cauſa eſt, quia aqua ſalſa eſt corpulentior & denſior, quàm aqua dulcis. Vnde ſi ouum ponatur in aqua ſalſa, ſupernatat, ſi in aqua dulci, ſubmergitur. Et aliqui ignorantes hanc diuerſitatem, penes leuitatem & grauitatem in aquis, onerati primitus in mari, damnificati ſunt in fluminibus, vt dicit Ariſt. in lib. meth. Et ideo ſecurius contingit nauigare in mari, quàm in fluminibus. Moraliter. Aqua maris, eſt vita præſentis aduerſitatis & tribulationis, quæ eſt ſalſa & amara nimis, ſed tamen eſt breuis. Iuxta illud Amandi

Digitized by Google

in hora. ſa. lib. 1. ca. 13. Tribulatio cum præſens eſt mœſtitiam præſtat, cum autem præterit, & victa fuerit, ſummè lætificat, breuem: habet amaritudinem, & longam conſolationem: & hoc patet hic de Apoſtolis, qui in paſſione Chriſti fuerunt nimis amari, & adhuc hodie propter metum Iudæorum triſtes incluſi. Sed & hoc breue fuit, quia Dominus eis apparens Spiritum ſanctum dedit, cum dixit. *Accipite Spiritum ſanctum, &c.* Sicq; bonis, breuis amaritudo aduerſitatis, verſa eſt in longitudinem iocunditatis, quia gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. Sed nauis eſt perſona benè onuſta virtutibus & gratijs. iuxta illud Prou. vlt. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum.* Hæc vtique bona perſona, ſiue vir, ſiue mulier, ſecurius nauigat in amaritudine aduerſitatis huius ſeculi, quàm in dulcedine delitiarum & proſperitatis, quia Prou. 1. *Proſperitas ſtultorum perdet illos.*

Conſolatio tribulationē ſequitur.

Alia cauſa, quare contingunt aduerſa bonis eſt: vt poſt amaritudinem aduerſitatis, melius dulciusque ſapiant vinum æternæ iocunditatis, quia dicit Ariſtot. problem. 11. part. 22. quod poſt comeſtionem eorum, quæ ſtiptica, pontica, vel auſtera, quæ non multum ab inuicem differunt ſecundum Commentatorem, vinum & aqua, & vniuerſaliter omnis potus videtur dulcior. Et cauſa eſt duplex. *Vna* eſt, contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & ſit contrarium, ſcilicet, dulce magis apparet iuxta ſuum contrarium. *Alia cauſa*, quia per amara & pontica, aperiuntur pori linguæ & organorum guſtus, & ſic potus melius penetrat & diutius eis adhæret. Sic moraliter Dominus potabit electos ſuos vino exultationis, poſt amaritudinem tribulationis, dicens. Can. 5. *Comedite amici mei, & bibite & inebriamini chariſſimi.* Et illud vinum perpetuæ voluptatis, melius ſapiet animæ, poſtquam guſtauerit aduerſa & mala præſentis vitæ. O quàm in magna dulcedine Apoſtoli ſancti vinum æternæ lætitiæ hactenus biberunt, qui amaritudinem aduerſitatis hic prægustauerunt, quando Chriſtum pati viderunt, & præ triſtitiæ amaritudine, & formidine perſequentium Iudæorum ſe foribus incluſerunt. Et nunc dicunt ad Chriſtum illud Tobiæ 3. *Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrimationem & fletum exultationem infundis.*

D

Amara & ſtiptica faciunt potum dulciorem.

SECVNDO, ex quo eſt præſens vita inſtabilis, hic eſt ergò dies flebilitatis, quia dicit Innocentius Papa de vitæ humanæ conditione. lib. 1. c. 6. Omnes naſcuntur eiulantes, vt recenter naturæ memoriam exprimamus. Maſculus enim recenter natus dicit A. fœmina E. Verſus.

E

Flebiles naſcimur omnes.

Exclamant E. vel A. quotquot naſcuntur ab Eua.
Va mihi naſcenti, va nato, va morienti,
Va mihi quod ſine va, non viuit filius Eue.

Quid ergo eſt Eua niſi heu, quod eſt interiectio dolentis, doloris exprimens magnitudinem. Et Sap. 7. *Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans*, quaſi dicat. Ecce carui omnium delitiarum iocunditate, quia prima vox, quam emiſi in mundum, fuit vox fletus & ploratus, & non ſolum ego hoc feci, ſed ſic omnes clamant in mundum venientes. Si enim ſunt maſculi conqueruntur de Patre Adam, vt dicit Innocentius, clamant A. Si ſunt fœminæ, conqueruntur de prima muliere Eua, ideò clamant E. quia propter Euæ peccatum cum pœna fletu & dolore ſunt in mundo victuri. Ideo beatus Auguſtinus. 1. lib. de viſitatione infirmorum, dicit, quod quidam Philoſophi fuerunt, qui in natiuitate puerorum flebant, & lamentabantur & plangebant; & in morte hominum lætabantur & gaudebant. Et Chriſtus reuocaturus Lazarum ad

Digitized by Google

vitam iſtam mortalem & miſeram legitur fleuiſſe. Ioan. 11. *Lachrymatus eſt Chriſtus.* Et dicit Solinus de mira. mundi in lib. 2. c. 8. Naſcentium vox prima vagitus eſt, lætitiæ enim ſenſus differtur in quadrageſimum diem. Solus enim Ceraſtes, quia poſtea Rex fuit Babyloniorum, eadem hora qua natus eſt, legitur riſiſſe nec hoc natura ei in bonum prætendebat, futurus enim fuit inuentor magicarum artium, cuius auus Aulinus Craſſus: quem bella Parthica rapuerunt, nunquam riſit, & ideò Agellatus nominator. Si ergo puer recenter natus, quaſi in pœnam peccati originalis, per quadraginta dies differt ſigna lætitiæ & iocunditatis, quaſi diceret, ſecundum Pſal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Multum rationabile eſt, quod nos annuatim per quadraginta dies ploremus: & à nobis ſigna lætitiæ elongemus: ſicut fecimus in præſenti quadrageſima, quia peccata venialia & mortalia commiſimus multa. Et quilibet qui in præſenti quadrageſima pœnituit humiliter, potuit dicere cum Moyſe. Deut. 9. *Iacui coram DEO quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, quibus eum ſuppliciter deprecabar. Et quia omnis homo naſcitur plorans, ideò dicit Innocentius in lib. de vilit. human. condit. c. 1. Quis det oculis meis fontem lacrymarum, vt fleam miſerabilem humanæ conditionis ingreſſum: culpabilem conuerſationis humanæ progreſſum, & damnabilem humanæ diſſolutionis egreſſum?

Per dies quadraginta peccata deflenda & quare.

F TERTIÒ, hæc eſt dies laborioſitatis. Pro quo nota; ſi primus parẽs noſter Adam in ſtatu innocentiæ perſtitiſſet, omnes eius poſteri meruiſſent ſine labore. Perfecta enim fuiſſet obedientia carnis ſpiritui, nam ſicut cœlum mouetur ſine fatigatione & labore eo quod ſuo motori non reſiſtit: Ita nunc corpus ab anima ſine labore motum fuiſſet. Iam verò nec cogitare diu de aliquo poſſumus ſine labore corporis: & multo fortiori nec loqui poſſumus vel moueri. Ideo dicit Pſ. 72. *Exiſtimabam vt cognoſcerem*, hic labor eſt ante me, in tantum verſa eſt in contrarium conditio noſtra, vt qui nati fuiſſemus ad quietem: ſi peccatum non eſſet, generaliter & quaſi naturaliter naſcimur ad laborem, dicẽte Iob 5. *Homo naſcitur ad laborem & auis ad volatum.* Sicut autem peregrinus veniens ad cõcurſum viarum: eligere poteſt, ad quam viam voluerit ambulare: nullam tamen ibit ſine labore, ita homo tanquam peregrinus poſitus in hac vita, vias multas viuendi inuenit, in vitiis, in paupertate, in honore, in ſeruitute, in delitiis, in miſeriis, ſed nullam arripiet, in qua magnum laborem non inueniet. Si diues eſſe voluerit: in diuitiis congregandis, conſeruandis, & diſpenſandis neceſſariò laborabit, quia dicitur Eccl. 31. *Laborabit diues in congregatione ſubſtantiæ.* Et ſtatim ſequitur. *Laborabit pauper in diminutione victus.* Et ſic diſcurrendo vbique laborem reperit: quoniam fuit hæc pœnitentia toti generi humano iniuncta. Gen. 3. *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.* Ideo laborare debemus in vita præſenti viriliter & virtuosè propter tria, propter conuenientiam præmiſſi temporis, propter pœnitentiam commiſſi ſceleris, propter vehementiam promiſſi muneris.

Vita noſtra plena laboribus.

PRIMÒ, laborare debemus in preſenti non quieſcere, non otiari propter conuenientiã premiſſi temporis. Tempus enim, in quo viuimus, & æternitas vitę futurę ſic cõparantur ad inuicẽ, ſicut vigilia præcedens & feſtum ſequens. In vigiliis enim feſtiuitatũ ſolent homines laborare feruenter & diu. Et in talibus vigiliis faciunt agricolæ altam nonam, in dieb. verò feſtiuis indulgere ſolent cõmuniter ſolatio & quieti.

Comparatio inter vitam præſentem & æternam.

Iſto

Isto modo nunc moraliter est vigilia, in qua nos ieiuniis & laboribus dare debemus, iuxta illud 2.Cor.6. *In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in laboribus, in vigiliis, & in ieiuniis multis.* Et 1.Pet.5. *Sobrij estote & vigilate.* Et cras in futura vita est festum & solennitas sempiterna, & ideo tunc vacabimus in gaudio & lætitia & quiete, quia Isa. 32. dicit Dominus. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia & requie opulenta.* Et Apoc. 14. *Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Ideo dicit B.Hier. in quadam epist. Nullus labor durus nullum tempus debet videri longũ, quo gloria æternitatis acquiritur. Et hoc dixi propter illos, quibus est iuncta pœnitentia, in vigiliis, in ieiuniis, orationibus, eleemosynis, vt ea non postergant in hoc tempore gratioso: Quia sicut fatuus esset, qui in vigilia, omnibus labori insudantibus, ocio se conferret, & in festo laboraret, quando omnes gauderent & quiescerent: Sic fatuus est, qui in præsenti quietem obtinet, & pœnitentiam sibi iunctam non complet. Ex quo Christus, hic & omnes sancti, qui hic præcesserunt: laboribus & pœnitentiis se dederunt, & sibi in futuro gaudium thesaurizauerunt ideò de illis, qui hic non laborant in pœnitentiis non complendis, nec operibus bonis faciendis, Psal.48. dicit. *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.*

Pro æterna gloria omnia grauia toleranda.

SECVNDÒ, tenemur & debemus laborare, & laboribus virtuosis insistere, propter pœnitentiam commissi sceleris; magna enim gratia foret, si dominus remitteret rustico perpetuam seruitutem, pro labore & seruitio vnius diei. Et meritò debet rusticus illo die diligentissimè laborare. Omnis enim peccator seruituti perpetuæ adiicitur cum peccat. Ioan.8. *Omnis qui peccatum facit, seruus est peccati.* Et propter hanc seruitutem in perpetuum laborare deberet, nisi pœnitentiæ Sacramẽtum mediaret, per quam pœna æterna in pœnam temporalem misericorditer transmutatur. Iustum est ergo, quemlibet qui peccauerit, diebus vitæ illius fortiter laborare propter pœnitentiam commissi sceleris. Exemplo Dauid, qui ait Psalm. 6. *Laboraui in gemitu meo, &c.* Homines enim qui animosè laborant, cito pariuntur sudorem, ita deuoti in labore pœnitentiæ, irrigantur sudore pœnitentiæ lacrymarum. Dicit enim Aristot. de problem. part. 3. quando plorantes lacrymas emittimus, lacrymæ sunt calidæ, quando autem dolentes oculos ex aliqua infirmitate lacrymas emittimus, lacrymæ istæ sunt frigidæ, & causam assignat. Indigestum est frigidum, digestum verò calidum. Dolentium verò oculorum lachryma indigesta est, propter quod & frigida, propter quod & medici signum putant in ægro magnæ ægritudinis frigidos sudores. Calidos autem è contrario alterationis. Et huius subiungit causam. Quandoquidem superfluitas fuerit multa non potest calidum illam interius dirigere, quare necesse est eam frigidam esse; quando autem pauca est, superfluitas talis vincitur. Fiunt autem ex superfluitate ægritudines. Moraliter loquendo, omnes qui in præcedenti quadragesima confessi sunt, pœnitentes existunt, sed diuersimodè, quia aliqui conteruntur, & pœnitent ex charitate & amore iustitiæ. Charitas autem ignis est: & ideo istorum lachrymæ sunt benè digestæ calore charitatis, & istorum sudores sunt calidi, & signant sanitatem. Alij autem videntur pœnitentes, & alterantur magis, quàm conteruntur. Cogitant enim pœnam inferni, quam peccando meruerunt, & exinde timorem concipiunt, quo timore ducto lachrymas frigidas & sudores frigidos faciunt, quia confessionem & pœnitentiam faciunt de peccatis timore pœnæ, & non amore iustitiæ, sicut pœnituit Antiochus 2. Machab. 9.

G

Quare labori virtuoso insistẽdum.

Per pœnitentiam pœna æterna in temporalem mutatur.

Varia pœnitentium ratio.

Pœnitentia & confessio timore pœnæ facta, parũ vtilis.

Orabat ſceleſtus Dominum, à quo non erat miſericordiam conſecutus. Sic Iudas pœnitentia ductus, triginta argenteos proiecit dicens. *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* Matt. 27. Iſta pœnitentia eſt frigida per timorem & deſperationem, & ideo ſignum eſt magnæ infirmitatis. Iſti laborantes dicere poſſunt. Luc. 5. *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Tales non fuerunt lacrymæ Petri Matth. 26. nec lacrymæ Mariæ Magdalenæ. Luc. 7.

Spes mercedis accendit animum ad laborem.

TERTIÒ, laborare debemus in preſenti per opera meritoria, propter vehementiam promiſſi muneris. Conſideratio enim mercedis accendit laboris amorem. Iſto modo perſuadendi laborem virtutis vtitur Boët. 4. de conſol. met. vlt. Inducit exemplum trium virorum illuſtrium, qui labores maximos, pro virtute & gloria temporali, ſuſtinuerunt. Agamemnon, & Vliſſes, & Hercules, quorum primus bello decennali Troiam deuaſtauit per ſumma pericula. Secundus Poliphemum gygantem monoculum, qui omnes ſocios ſuos deuorauerat, per ſummam audaciam interemit. Tertius Hercules qui labores ſuſtinuit, de quo dicit Boëtius, *Herculem duri celebrant labores.*

Iſte Centauros domuit ſuperbos, &c.

Et vult ex illo, quod ſi illi pro gloria & præmio mundi, tam maximos labores ſuſtulerunt: multo magis nos pro gloria cœli & munere, labores virtutum ferre debemus, quia *bonorum laborum glorioſus eſt fructus.* Sap. 3. & in Pſal. 127. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, &c.* De hac beatitudine loquitur Bernardus in quodam ſermone. O beata regio delitiarũ, ad te ſuſpiro de valle lacrymarum, vbi ſapientia ſine ignorantia, vbi memoria ſine obliuione, vbi intellectus ſine errore, vbi ratio ſine obſcuritate, beati qui habitant ibi, & laudant Deum in ſecula ſeculorum, Amen.

QVARTÒ, hæc eſt dies paupertatis, & eſt triplex. *Prima* eſt, paupertas egeſtatis. *Secunda*, paupertas honeſtatis. *Tertia*, paupertas vanitatis.

H

Pauperes etiam murmuratores, vt plurimũ iuuandi.

PRIMA miſerabilis, quia voluntati contraria, & hanc ſuſtinent illi inuoluntarij pauperes, qui libenter haberent, ſi poſſent. Iſti Deum acuſant de iniquitate, & proximum de tenacitate, fortunam ſuam de infelicitate, & iſti ſunt pleni murmurationibus, odiis, furtis & mendaciis, & licet vitioſi ſint, vt plurimum tamen pium eſt eorum defectibus ſubuenire. Iuxta illud Pſal. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* Et gloſ. Hiero. ſuper Eccl. 12. *Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatores,* ſic dicit. Qui indigenti miſericordiam tribuit, nec pro delicto ſpernit miſericordiam, bene facit, natura enim reſpicienda eſt non perſona. Qui enim dat indigenti peccatori, non quia peccator eſt, ſed quia homo eſt, non peccatorem, ſed iuſtum nutrit, quia non delictum diligit, ſed naturam.

Voluntarij pauperes Chriſto ſimiliores.

SECVNDA eſt paupertas honeſtatis, & hæc eſt commendabilis, quia virtuoſè voluntaria propter Chriſtum, qua homo non ſolum ſollicitudinem ſeculi deſerit, imò indigentiis multis ſe exponit. Et iſti habent triplicem ſecuritatem. Nam ſunt Chriſto ſimiliores in conuerſatione, validiores in tentatione, & beatiores in remuneratione. Auguſtinus de Eccleſiaſticis dogmatibus. Bonum eſt, inquit, facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare, melius pro intentione dominum ſequendi in ſimul donare, & abſolutum à ſollicitudine egere cum Chriſto. Et PRIMO tales quidem ſimiliores ſunt Chriſto in conuerſatione; quia ille realiter & effectualiter

In conuerſatione.

factus

factus est pauper pro nobis, scil. nascendo, viuendo, docendo, & moriendo. In cuius persona dicit Dauid. *Pauper sum ego: & in laboribus à iuuentute mea.* Psal. 87. Vnde isti qui sequuntur Christum in paupertate possunt sibi dicere. Domine si decepti sumus, tu decipisti nos, sic viuendo, scilicet pauperè, & sic docendo scilicet, paupertatem, Lucæ 14. *Omnis qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest esse meus discipulus.* Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me*, scilicet in vera paupertate mea. SECVNDO, sunt validiores in tentatione. Si duo homines ad inuicem colluctentur, & alter sit totus circumcisus pannis, & alter nudus, ille qui nudus est, benè fortasse habet verecundiam: sed tamen habilior est ad luctandum, quia non habet in se, à quo à socio teneatur. Vita nostra colluctatio est cum Diabolo, iuxta illud ad Eph. 6. *Non est autem nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem*, scilicet tantum, *sed aduersus principes & potestates aëreas, &c.* Modo ipse Diabolus est totus nudus, qui de diuitijs non curat. Diuites autem sunt omni tempore vestiti, & ideo diabolus potest eos omni tempore tenere, & prosternere in tentatione. Pauperes verò sunt nudi, & ideo euadunt. Et ideo dicit B. Gregorius 1. homil. Nudi cum nudo luctari debemus, facilius enim ad terram trahitur, qui in se habet vnde teneatur. Serpens enim sicut dicit Magister in histo: hominem nudum fugit; sed insilit in vestitum. Sic diabolus qui est serpens antiquus pauperes fugit, & in diuites insilit, quia, *qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli*, 1. Tim. 6. Ideo dicitur Eccl. 30. *Melior est pauper sanus & fortis, quàm diues imbecillis, & flagellatus malitia.* TERTIO, pauperes isti sunt beatiores in remuneratione, quia erunt iudicis assessores in iudicio, Matth. 19. *In regeneratione cum sederit filius hominis, in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel.* Et Iob 36. *Iudicium pauperibus tribuit.*

In tentatione.

Serpens nudum fugit, vestitum inuadit.

In remuneratione.

TERTIA est paupertas vanitatis, & hæc vituperabilis est, & nulli necessaria, & hanc habent illi, qui relinquunt diuitias propter vanam gloriam, sicut quidam Philosophi tempore beati Ioannis Euangelistæ, qui propter gloriam mundi gemmas prætiosas fregerunt in signum mundani contemptus, quos arguit Ioannes, vt in sua legenda clarius continetur.

QVINTO, hæc est dies mortalitatis. Nam nox & dies non quiescunt, Gen. 2. quousque hominem in id de quo factus est, scilicet in terram producunt. Ideò potest congruè quilibet dicere illud. Sapient. 7. *Sum quidem & ego mortalis homo, similis hominibus ex genere terreno illius*, scilicet Adam, *qui prior factus est.* Si enim hæc verba sapienter aduerteret homo, tres superbias per ea in ipso destrueret. *Prima*, est negligentia fragilitatis. *Secunda*, differentia singularitatis. *Tertia*, apparentia generositatis, vt dicit Holkot lect. 80. & declarat sic. Omnes enim superbi negligunt considerare perfectè quales sint, & dissimiles alijs generaliter esse volunt, & multi licet non sint generosi, se esse fingunt; si autem verba ista perpenderent, inuenirent se mortales, alij similes & ignobiles. De PRIMO dicit Hieronym. ad Heliodorum: Fatendum nobis est omnium sapientum vitam meditationem esse mortis, pauci tamen sunt, qui frequenter attendunt hæc. Dicitur de Pauone, quod pennarum suarum considerans pulchritudinem, gloriatur & gaudet, sed statim videns turpitudinem suorum pedum, decidit & verecundatur. Sic quilibet prudens cum gratias sibi datas attendat, quibus volat ad opera virtutum, & commendabilis apparet in aere,

I

Superbiæ triplicis destructio.

Vita sapientum, mortis meditatio.

& in conſpectu hominum, finem ſuum conſideret eſſe futurum, non ſolum miſerum, ſed & periculoſum & dirum, ſic & ſuperbiam ſuam poterit euitare. Nam prima radix ſuperbiæ eſt ignorantia, nec homo vnquam de ſcientia gloriabitur, niſi in eo aliqualis ignorantia dominetur. Ideo dicit Bernardus, ſuper Can. ſerm. 37. Si enim ſuperbia parit tibi ignorantiam tui, & de ignorantia tui veniet tibi ſuperbia, cum meliorem quàm ſis, decepta & deceptrix cogitatio tua, te eſſe mentitur. Hæc quippe ſuperbia eſt initium omnis peccati, cum maior es in oculis tuis, quàm apud Deum. *Et infra:* Non eſt periculum, quantumcunque te reputes minorem, quàm ſis. Eſt autem grande malum horrendumque periculum ſi vel modicè plus te extollas, vel ſi vni in cogitatione te præferas, quem forte tibi Deus parem iudicat, aut etiam ſuperiorem. De SECVNDO dicitur, Actuum. 14. quod homo inueniet ſe ſimilem aliis hominibus, *& nos mortales ſumus ſimiles vobis homines.* De TERTIO dicitur. *Quid ſuperbis terra & cinis.* Eccl. 10.

Radix ſuperbiæ ignorantia.

Res periculoſa, nimiũ ſe extollere.

K Narrat Martialis libr. 4. epigrammate 25. de quodam rege, qui nunquam permiſit ſibi in vaſis aliis miniſtrari in menſa, niſi de luto, vide ſupra, par. 1. Dominica in Septuageſima, Sermone 2. quæſt. 1. Scribit enim Poëta iſtam hiſtoriam ſic.

Fictilibus cœnaſſe ferunt Anathoclea regem.
Atq; abacum Samio ſæpe oneraſſe luto,

Anathoclea rex Siciliæ bibit ex vaſis fictilibus & quare.

Quærenti cauſam Rex reſpondit. Ego ſum Siciliæ figulus, ſine genitore natus. Abacus in propoſito ſtat pro menſa, & Samium pro luto de Samos Inſula, in qua prius fictilia vaſa formabantur. Sed Anathocles fuit nomen Regis. Iſto modo homo non traxit originem ſuam ſolummodo à parentibus ſuis, ſed etiam de terra, de qua formatus eſt. Quia dicitur Eccleſ. 33. *Omnes homines de ſole & ex terra, vnde creatus eſt Adam.* Et Iſaiæ 64. *Domine Pater noſter es tu, nos verò lutum.* Et Hierem. 18. *Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael.* Ex his quinque breuiter enarratis patet præſentis vitæ inſtabilitas, ideo pro concluſione huius primæ partis dicit beatus Auguſtinus in libro ſuo de Oratione. Cogitemus quam breuis ſit vita noſtra, quàm incerta ſit mors noſtra, cogitemus quam lugentes vitam hanc intramus, cum labore viuimus, & cum gemituri exituri ſumus. Cogitemus enim quantis amaritudinibus mixtum ſit, ſi quid dulce, & ſi quid iucundum, in huius vitæ via occurſu ſuo nobis alludit, quam fallax, quàm ſuſpectum, quàm inſtabile, quàm tranſitorium ſit, quicquid amor mundi parturit, quicquid ſpes & pulchritudo temporis, vel corporis promittit. Et poſtea enumerat multa incommoda huius vitæ, puta, quomodo cum peccatis intramus, & peccata peccatis accumulamus. *Et tandem ſubdit.* Quis omnia mala huius vitæ enumerare poteſt? vt enim prætermittamus illa mala, quæ omnes communiter opprimunt, quantum putamus ſingulorum ſecreta pericula, quorum quilibet ſibi conſcii ſunt. Si quis enim cogitare voluerit, quæ ab ineunte ætate, à iuuentute ſua, mala fecerit, quæ ſuſtinuerit, ponatq; ante oculos tempora præterita & dies vitæ ſuæ, conſideretq; diligenter, quæ & quot, & quantos labores inaniter pertulerit, quotiens adhuc vitæ amores fruſtra deſiderauerit, quoties in laborioſis conatibus fallaces exitus inuenerit, profectò ſciet quid de hac vita iudicet. Hæc Auguſtin. & hoc quo ad primum cum dicitur, *Cum ſero factum eſſet, &c.* Quantum ad ſecundum ponitur diligentis cautelæ neceſſitas, cum dicit, *& fores eſſent clauſæ.*

Vita breuis, mors incerta!

Amor mundi inſtabilis.

Circa

L

Circa quod nota tria, quæ circa hanc partem ſunt videnda. *Primò*, quæ, & quales ſint iſtæ fores. *Secundò*, qualiter & quibus ſeris hæ fores ſint claudendæ, quia dicitur, clauſæ. *Tertiò*, propter quem finem, & propter quas vtilitates debeant eſſe clauſæ, quia dicit, eſſent. Quantum ad PRIMVM, ſciendum, quod caſtra alicuius regis, vel principis plura habent oſtia, per quæ intratur antequam ad præſentiam principis perueniatur. Eſt enim vnum oſtium exterius, per quod intratur ad caſtrum, aliud interius, per quod intratur ad aulam, vel palatium, & aliud magis intimum, per quod intratur ad cubiculum, vbi princeps inuenitur. Moraliter loquendo mens vniuſcuiuſq; hominis boni, eſt quaſi caſtrum, vel curia Dei vel Chriſti, qui eſt *princeps pacis*. Iſai. 9. Hæc quidem mens ad inſtar caſtri habet triplices fores. Quædam enim ſunt exteriores, & ſunt quinque ſenſus corporis, per quos oportet primò ingredi, quicquid debet venire ad mentem vel animam, quia dicit Ariſtot. 1. poſteriorum, quod nihil eſt in intellectu, niſi prius fuerit in ſenſu, & per has fores non intromittuntur, niſi formæ & ſimilitudines rerum; & quando iſtæ fores fuerint benè cuſtoditæ, tunc totum caſtrum animæ eſt in pace. Etſi malè, tunc intrant latrunculi, & deprædantur & occidunt animam. De primo Tren. 3. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*. De ſecundo Hierem. 9. *Intranit*, inquit, *mors per feneſtras meas*, quod exponens Hieronymus dicit, per quinque enim ſenſus, quaſi per quaſdam feneſtras vitiorum ad animam eſt introitus. Nam ſenſus corporis, ſunt quaſi ſine ratione currentes. Anima igitur in aurigæ modum retineat frenum recurrentium, ideo dicit beatus Gregorius 21. moral.

Oſtia tria ſunt per quæ intratur in animam.

Mens cuiusque hominis boni caſtrum eſt Chriſti.

Cum ſit inuiſibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, niſi quod inhærens corpori, quaſi quinq; egredienti foramina eiuſdem corporis ſenſus habet. *Et ſubdit*; Quippe viſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus, quaſi quædam viæ mentis ſunt, quibus, quæ foris ſunt, concupiſcunt. Per hos enim corporis ſenſus quaſi per feneſtras, exteriora quinq; anima reſpicit, & reſpiciendo concupiſcit. Quis enim per has corporis feneſtras cautè interius reſpicit? plerunq; in delectationem peccati etiam nolens cadit atq; obligatus deſideriis incipit velle; quod noluit princeps anima, dum ante non præuidit, quod concupiſcat, coacta poſt incipit deſiderare, quod vidit. *Et ſubdit*. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt, quod non licet intueri, quod non licet concupiſci. Et idem Greg. dicit vbi ſupra. Sicut enim ſæpius tentatio per oculos trahitur, ſic nonnunquã concepta mens intrinſecus cogit oculos deſeruire. Nam plerunq; res quælibet innocenti mente reſpicitur. Sed ipſo reſpectu animus concupiſcentiæ perfoditur gladio. Fit ergò rectæ rationis examine, vt qui exteriori negligentia vtitur, interiori oculo non vincetur. Hæc Gregorius. Quædam verò fores ſunt animæ interiores, & hæ ſunt potentię ſenſitiuæ, quæ ſingulariter ſunt quinque, ſecundum Auic. 6. naturalium, ſcil. ſenſus communis, imaginatio, fantaſia, æſtimatiua, & memoria.

Periculum ex curioſitate.

Fores interiores animæ, potentiæ ſenſitiuæ.

M

Sed Auguſtin. in lib. de ſpiritu & anima, omnes has potentias comprehendit ſub vna, ſcil. imaginatione, quæ ſecundum ipſum eſt vis naturę, qua rerum corporearum reſpicit formas, ſcil. abſentes & extra materiam. Senſus autem exteriores reſpiciunt formas præſentes & in materia. Actus iſtius potentiæ, quæ dicitur imaginatio, vulgariter dicitur cogitatio. Et nos vulgari vocabulo, eandem potentiã notitiam cordis poſſumus appellare, quia cogitationes cõmuniter cordi aſcribuntur, vt Gen. 8.

Cogita-

Digitized by Google

& in conſpectu hominum, finem ſuum conſideret eſſe futurum, non ſolum miſerum, ſed & periculoſum & dirum, ſic & ſuperbiam ſuam poterit euitare. Nam prima radix ſuperbiæ eſt ignorantia, nec homo vnquam de ſcientia gloriabitur, niſi in eo aliqualis ignorantia dominetur. Ideo dicit Bernardus, ſuper Can. ſerm. 37. Si enim ſuperbia parit tibi ignorantiam tui, & de ignorantia tui veniet tibi ſuperbia, cum meliorem quàm ſis, decepta & deceptrix cogitatio tua, te eſſe mentitur. Hæc quippe ſuperbia eſt initium omnis peccati, cum maior es in oculis tuis, quàm apud Deum. *Et infra*: Non eſt periculum, quantumcunque te reputes minorem, quàm ſis. Eſt autem grande malum horrendumque periculum, ſi vel modicè plus te extollas, vel ſi vni in cogitatione te præferas, quem forte tibi Deus parem iudicat, aut etiam ſuperiorem. De SECVNDO dicitur, Actuum. 14. quod homo inueniet ſe ſimilem aliis hominibus, *& nos mortales ſumus ſimiles vobis homines*. De TERTIO dicitur. *Quid ſuperbis terra & cinis*. Eccl. 10.

Radix ſuperbiæ ignorantia.

Res periculoſa, nimiũ ſe extollere.

K Narrat Martialis libr. 4. epigrammate 25. de quodam rege, qui nunquam permiſit ſibi in vaſis aliis miniſtrari in menſa, niſi de luto, vide ſupra, par. 1. Dominica in Septuageſima, Sermone 2. quæſt. 1. Scribit enim Poëta iſtam hiſtoriam ſic.

Fictilibus cœnaſſe ferunt Anathoclea regem.
Atq; abacum Samio ſæpe oneraſſe luto,

Anathoclea rex Siciliæ bibit ex vaſis fictilibus & quare.

Quærenti cauſam Rex reſpondit. Ego ſum Siciliæ figulus, ſine genitore natus. Abacus in propoſito ſtat pro menſa, & Samium pro luto de Samos Inſula, in qua prius fictilia vaſa formabantur. Sed Anathocles fuit nomen Regis. Iſto modo homo non traxit originem ſuam ſolummodo à parentibus ſuis, ſed etiam de terra, de qua formatus eſt. Quia dicitur Eccleſ. 33. *Omnes homines de ſole & ex terra, vnde creatus eſt Adam*. Et Iſaiæ 64. *Domine Pater noſter es tu, nos verò lutum*. Et Hierem. 18. *Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſraël*. Ex his quinque breuiter enarratis patet præſentis vitæ inſtabilitas, ideo pro concluſione huius primæ partis dicit beatus Auguſtinus in libro ſuo de Oratione. Cogitemus quam breuis ſit vita noſtra, quàm incerta ſit mors noſtra, cogitemus quam lugentes vitam hanc intramus, cum labore viuimus, & cum gemituri exituri ſumus. Cogitemus enim quantis amaritudinibus mixtum ſit, ſi quid dulce, & ſi quid iucundum, in huius vitæ via occurſu ſuo nobis alludit, quam fallax, quàm ſuſpectum, quàm inſtabile, quàm tranſitorium ſit, quicquid amor mundi parturit, quicquid ſpes & pulchritudo temporis, vel corporis promittit. Et poſtea enumerat multa incommoda huius vitæ, puta, quomodo cum peccatis intramus, & peccata peccatis accumulamus. *Et tandem ſubdit*. Quis omnia mala huius vitæ enumerare poteſt? vt enim prætermittamus illa mala, quæ omnes communiter opprimunt, quantum putamus ſingulorum ſecreta pericula, quorum quilibet ſibi conſcii ſunt. Si quis enim cogitare voluerit, quæ ab ineunte ætate, à iuuentute ſua, mala fecerit, quæ ſuſtinuerit, ponatq; ante oculos tempora præterita & dies vitæ ſuæ, conſideretq; diligenter, quæ & quot, & quantos labores inaniter pertulerit, quotiens adhuc vitæ amores fruſtra deſiderauerit, quoties in laborioſis conatibus fallaces exitus inuenerit, profectò ſciet quid de hac vita iudicet. Hæc Auguſtin. & hoc quo ad primum cum dicitur, *Cum ſero factum eſſet, &c.* Quantum ad ſecundum ponitur diligentis cautelæ neceſſitas, cum dicit, *& fores eſſent clauſæ*.

Vita breuis, mors incerta.

Amor mundi inſtabilis.

Circa

Circa quod nota tria, quæ circa hanc partem ſunt videnda. *Primò*, quæ, & quales ſint iſtæ fores. *Secundò*, qualiter & quibus ſeris hæ fores ſint claudendæ, quia dicitur, clauſæ. *Tertiò*, propter quem finem, & propter quas vtilitates debeant eſſe clauſæ, quia dicit, eſſent. Quantum ad PRIMVM, ſciendum, quod caſtra alicuius regis, vel principis plura habent oſtia, per quæ intratur antequam ad præſentiam principis perueniatur. Eſt enim vnum oſtium exterius, per quod intratur ad caſtrum, aliud interius, per quod intratur ad aulam, vel palatium, & aliud magis intimum, per quod intratur ad cubiculum, vbi princeps inuenitur. Moraliter loquendo mens vniuſcuiuſq; hominis boni, eſt quaſi caſtrum, vel curia Dei vel Chriſti, qui eſt *princeps pacis*. Iſai. 9. Hæc quidem mens ad inſtar caſtri habet triplices fores. Quædam enim ſunt exteriores, & ſunt quinque ſenſus corporis, per quos oportet primò ingredi, quicquid debet venire ad mentem vel animam, quia dicit Ariſtot. 1. poſteriorum, quod nihil eſt in intellectu, niſi prius fuerit in ſenſu, & per has fores non intromittuntur, niſi formæ & ſimilitudines rerum; & quando iſtæ fores fuerint benè cuſtoditæ, tunc totum caſtrum animæ eſt in pace. Etſi malè, tunc intrant latrunculi, & deprædantur & occidunt animam. De primo Tren. 3. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*. De ſecundo Hierem. 9. *Intrauit*, inquit, *mors per feneſtras meas*, quod exponens Hieronymus dicit, per quinque enim ſenſus, quaſi per quaſdam feneſtras vitiorum ad animam eſt introitus. Nam ſenſus corporis, ſunt quaſi ſine ratione currentes. Anima igitur in aurigæ modum retineat frenum recurrentium, ideo dicit beatus Gregorius 21. moral.

L

Oſtia tria ſunt per quæ intratur in animam.

Mens cuiusque hominis boni caſtrum eſt Chriſti.

Cum ſit inuiſibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, niſi quod inhærens corpori, quaſi quinq; egredienti foramina eiuſdem corporis ſenſus habet. *Et ſubdit*; Quippe viſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus, quaſi quædam viæ mentis ſunt, quibus, quæ foris ſunt, concupiſcunt. Per hos enim corporis ſenſus quaſi per feneſtras, exteriora quinq; anima reſpicit, & reſpiciendo concupiſcit. Quis enim per has corporis feneſtras cautè interius reſpicit? plerunq; in delectationem peccati etiam nolens cadit atq; obligatus deſideriis incipit velle; quod noluit princeps anima, dum ante non præuidit, quod concupiſcat, coacta poſt incipit deſiderare, quod vidit. *Et ſubdit*. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt, quod non licet intueri, quod non licet concupiſci. Et idem Greg. dicit vbi ſupra. Sicut enim ſæpius tentatio per oculos trahitur, ſic nonnunquã concepta mens intrinſecus cogit oculos deſeruire. Nam plerunq; res quælibet innocenti mente reſpicitur. Sed ipſo reſpectu animus concupiſcentiæ perfoditur gladio. Fit ergò rectæ rationis examine, vt qui exteriori negligentia vtitur, interiori oculo non vincetur. Hæc Gregorius. Quædam verò fores ſunt animæ interiores, & hæ ſunt potentiç ſenſitiuæ, quæ ſingulariter ſunt quinque, ſecundum Auic. 6. naturalium, ſcil. ſenſus communis, imaginatio, fantaſia, æſtimatiua, & memoria.

Periculum ex curioſitate.

Fores interiores animæ, potentiæ ſenſitiuæ.

Sed Auguſtin. in lib. de ſpiritu & anima, omnes has potentias comprehendit ſub vna, ſcil. imaginatione, quæ ſecundum ipſum eſt vis naturç, qua rerum corporearum reſpicit formas, ſcil. abſentes & extra materiam. Senſus autem exteriores reſpiciunt formas præſentes & in materia. Actus iſtius potentiæ, quæ dicitur imaginatio, vulgariter dicitur cogitatio. Et nos vulgari vocabulo, eandem potentiã notitiam cordis poſſumus appellare, quia cogitationes cõmuniter cordi aſcribuntur, vt Gen. 8.

M

Cogita-

& in conſpectu hominum, finem ſuum conſideret eſſe futurum, non ſolum miſerum, ſed & periculoſum & dirum, ſic & ſuperbiam ſuam poterit euitare. Nam prima radix ſuperbiæ eſt ignorantia, nec homo vnquam de ſcientia gloriabitur, niſi in eo aliqualis ignorantia dominetur. Ideo dicit Bernardus, ſuper Can. ſerm. 37. Si enim ſuperbia parit tibi ignorantiam tui, & de ignorantia tui veniet tibi ſuperbia, cum meliorem quàm ſis, decepta & deceptrix cogitatio tua, te eſſe mentitur. Hæc quippe ſuperbia eſt initium omnis peccati, cum maior es in oculis tuis, quàm apud Deum. *Et infra*: Non eſt periculum, quantumcunque te reputes minorem, quàm ſis. Eſt autem grande malum horrendumque periculum, ſi vel modicè plus te extollas, vel ſi vni in cogitatione te præferas, quem forte tibi Deus parem iudicat, aut etiam ſuperiorem. De SECVNDO dicitur, Actuum. 14. quod homo inueniet ſe ſimilem aliis hominibus, *& nos mortales ſumus ſimiles vobis homines.* De TERTIO dicitur. *Quid ſuperbis terra & cinis.* Eccl. 10.

Radix ſuperbiæ ignorantia.

Res periculoſa, nimiũ ſe extollere.

K

Narrat Martialis libr. 4. epigrammate 25. de quodam rege, qui nunquam permiſit ſibi in vaſis aliis miniſtrari in menſa, niſi de luto, vide ſupra, par. 1. Dominica in Septuageſima, Sermone 2. quæſt. 1. Scribit enim Poëta iſtam hiſtoriam ſic.

Fictilibus cœnaſſe ferunt Anathoclea regem.
Atq; abacum Samio ſæpe oneraſſe luto,

Anathoclea rex Siciliæ bibit ex vaſis fictilibus & quare.

Quærenti cauſam Rex reſpondit. Ego ſum Siciliæ figulus, ſine genitore natus. Abacus in propoſito ſtat pro menſa, & Samium pro luto de Samos Inſula, in qua prius fictilia vaſa formabantur. Sed Anathocles fuit nomen Regis. Iſto modo homo non traxit originem ſuam ſolummodo à parentibus ſuis, ſed etiam de terra, de qua formatus eſt. Quia dicitur Eccleſ. 33. *Omnes homines de ſole & ex terra, vnde creatus eſt Adam.* Et Iſaiæ 64. *Domine Pater noſter es tu, nos verò lutum.* Et Hierem. 18. *Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſraël.* Ex his quinque breuiter enarratis patet præſentis vitæ inſtabilitas, ideo pro concluſione huius primæ partis dicit beatus Auguſtinus in libro ſuo de Oratione. Cogitemus quam breuis ſit vita noſtra, quàm incerta ſit mors noſtra, cogitemus quam lugentes vitam hanc intramus, cum labore viuimus, & cum gemituri exituri ſumus. Cogitemus enim quantis amaritudinibus mixtum ſit, ſi quid dulce, & ſi quid iucundum, in huius vitæ via occurſu ſuo nobis alludit, quam fallax, quàm ſuſpectum, quàm inſtabile, quàm tranſitorium ſit, quicquid amor mundi parturit, quicquid ſpes & pulchritudo temporis, vel corporis promittit. Et poſtea enumerat multa incommoda huius vitæ, puta, quomodo cum peccatis intramus, & peccata peccatis accumulamus. *Et tandem ſubdit.* Quis omnia mala huius vitæ enumerare poteſt? vt enim prætermittamus illa mala, quæ omnes communiter opprimunt, quantum putamus ſingulorum ſecreta pericula, quorum quilibet ſibi conſcii ſunt. Si quis enim cogitare voluerit, quæ ab ineunte ætate, à iuuentute ſua, mala fecerit, quæ ſuſtinuerit, ponatq; ante oculos tempora præterita & dies vitæ ſuæ, conſideretq; diligenter, quæ & quot, & quantos labores inaniter pertulerit, quotiens adhuc vitæ amores fruſtra deſiderauerit, quoties in laborioſis conatibus fallaces exitus inuenerit, profectò ſciet quid de hac vita iudicet. Hæc Auguſtin. & hoc quo ad primum cum dicitur, *Cum ſero factum eſſet, &c.* Quantum ad ſecundum ponitur diligentis cautelæ neceſſitas, cum dicit, *& fores eſſent clauſæ.*

Vita breuis, mors incerta!

Amor mundi inſtabilis.

Circa

L

Circa quod nota tria, quæ circa hanc partem ſunt videnda. *Primò*, quæ, & quales ſint iſtæ fores. *Secundò*, qualiter & quibus ſeris hæ fores ſint claudendæ, quia dicitur, clauſæ. *Tertiò*, propter quem finem, & propter quas vtilitates debeant eſſe clauſæ, quia dicit, eſſent. Quantum ad PRIMVM, ſciendum, quod caſtra alicuius regis, vel principis plura habent oſtia, per quæ intratur antequam ad præſentiam principis perueniatur. Eſt enim vnum oſtium exterius, per quod intratur ad caſtrum, aliud interius, per quod intratur ad aulam, vel palatium, & aliud magis intimum, per quod intratur ad cubiculum, vbi princeps inuenitur. Moraliter loquendo mens vniuſcuiuſq; hominis boni, eſt quaſi caſtrum, vel curia Dei vel Chriſti, qui eſt *princeps pacis*. Iſai. 9. Hæc quidem mens ad inſtar caſtri habet triplices fores. Quædam enim ſunt exteriores, & ſunt quinque ſenſus corporis, per quos oportet primò ingredi, quicquid debet venire ad mentem vel animam, quia dicit Ariſtot. 1. poſteriorum, quod nihil eſt in intellectu, niſi prius fuerit in ſenſu, & per has fores non intromittuntur, niſi formæ & ſimilitudines rerum; & quando iſtæ fores fuerint benè cuſtoditæ, tunc totum caſtrum animæ eſt in pace. Etſi malè, tunc intrant latrunculi, & deprædantur & occidunt animam. De primo Tren. 3. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* De ſecundo Hierem. 9. *Intrauit*, inquit, *mors per feneſtras meas*, quod exponens Hieronymus dicit, per quinque enim ſenſus, quaſi per quaſdam feneſtras vitiorum ad animam eſt introitus. Nam ſenſus corporis, ſunt quaſi ſine ratione currentes. Anima igitur in aurigæ modum retineat frenum recurrentium, ideo dicit beatus Gregorius 21. moral.

Oſtia tria ſunt per quæ intratur in animam.

Mens cuiuſque hominis boni caſtrum eſt Chriſti.

Cum ſit inuiſibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, niſi quod inhærens corpori, quaſi quinq; egredienti foramina eiuſdem corporis ſenſus habet. *Et ſubdit*; Quippe viſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus, quaſi quædam viæ mentis ſunt, quibus, quæ foris ſunt, concupiſcunt. Per hos enim corporis ſenſus quaſi per feneſtras, exteriora quinq; anima reſpicit, & reſpiciendo concupiſcit. Quis enim per has corporis feneſtras cautè interius reſpicit? plerunq; in delectationem peccati etiam nolens cadit atq; obligatus deſideriis incipit velle; quod noluit princeps anima, dum ante non præuidit, quod concupiſcat, coacta poſt incipit deſiderare, quod vidit. *Et ſubdit.* Ne ergo quædam lubrica in cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt, quod non licet intueri, quod non licet concupiſci. Et idem Greg. dicit vbi ſupra. Sicut enim ſæpius tentatio per oculos trahitur, ſic nonnunquã concepta mens intrinſecus cogit oculos deſeruire. Nam plerunq; res quælibet innocenti mente reſpicitur. Sed ipſo reſpectu animus concupiſcentiæ perfoditur gladio. Fit ergò rectæ rationis examine, vt qui exteriori negligentia vtitur, interiori oculo non vincetur. Hæc Gregorius. Quædam verò fores ſunt animæ interiores, & hæ ſunt potentię ſenſitiuæ, quæ ſingulariter ſunt quinque, ſecundum Auic. 6. naturalium, ſcil. ſenſus communis, imaginatio, fantaſia, æſtimatiua, & memoria.

Periculum ex curioſitate.

Fores interiores animæ, potentiæ ſenſitiuæ.

M

Sed Auguſtin. in lib. de ſpiritu & anima, omnes has potentias comprehendit ſub vna, ſcil. imaginatione, quæ ſecundum ipſum eſt vis naturę, qua rerum corporearum reſpicit formas, ſcil. abſentes & extra materiam. Senſus autem exteriores reſpiciunt formas præſentes & in materia. Actus iſtius potentiæ, quæ dicitur imaginatio, vulgariter dicitur cogitatio. Et nos vulgari vocabulo, eandem potentiã notitiam cordis poſſumus appellare, quia cogitationes cõmuniter cordi aſſcribuntur, vt Gen. 8.

Cogita-

Digitized by Google

Cogitationes generis humani pronæ sunt ad malum. Et Matth. 15. *De corde exeunt cogitationes.* Sic ergo cor est secundum ostium, in quo intratur. Nam postquam species alicuius rei intrat per oculos, vel alium sensum exteriorem, adhuc stat ante ostium cordis, & si homo speciem illam non recipit, cordi nihil obest, ideò dicitur Prou. 4. *Omni custodia custodi cor tuum.* Et quomodo debet custodiri cor, dixi supra, parte prima, dominica in Septuagesima, serm. 2. Q. M. Vnde nota quando quis videt mulierem, vel aliam speciem allectiuam, si cor auertit, ne de ea cogitet, tunc licet apertum fuerit ostium sensuum: ostiũ tamen cordis manet clausum. Si ergo homo aperit ostium cordis, & permittit intrare, periculosum est, quia dicit Gregor. Species cordis semel per oculos allegata manet, & vix magni luctaminis manu soluitur. Sed distinguendum est de perfectis & imperfectis, quia perfecti pro exercitio luctaminis, vt magis in eis virtus perficiatur, interdum possunt aperire cor, & permittere speciem concupiscibilem intrare. Sed nullo modo hoc facere debent imperfecti. Nam legitur in vitas Patrum, quod Abbas Pastor interrogauit Abbatem Ioseph, dicens. Quid faciam, quando mihi appropinquant aliquæ tentationes, an resistam illis, an permittam intrare? Respondit permitte intrare, & pugna cum illis. Postea veniens ad eundem Abbatem alius frater, interrogauit hoc idem, an deberet tentationi in primo cursu resistere, an permittere eam in cor intrare? Cui respondit, omnino non permittas intrare cor, statim abscinde eam. Cum autem venisset hic sermo ad Abbatem Pastorem, quia aliter respondit senex illi fratri quàm sibi: reuersus ad eum interrogauit causam diuersitatis sermonis sui. Ad quem, dixi tibi sicut & ipsi, etenim si intrauerint in te tentationes, & dederis eis locum, atq; receperis eas, probatiorem te faciunt. Sunt & aliqui, quibus nec appropinquare expedit, sed statim debent abscindere eas.

NOTA. Exemplum de Pastore Abbate.

N

Sed dicet aliquis. Cor hominis difficulter est regendum, ergò nõ possum abscindere statim cogitationes, quia dicit Greg. 4. moral. Facilè est peruersa opera intrare, sed nimis difficulter est ab illicita cogitatione cor regere. Et Bern. dicit. In cogitationibus tuis nihil cordi meo fugatius, quod quoties me deserit, & per prauas cogitationes defluit, toties Deum offendit, cor meum cor vagum & instabile, dum suo ducitur arbitrio, & diuino caret consilio, in semetipso non potest consistere, sed omni mobili mobilius per infinita distrahitur. Hæc Bernardus. Quid ergo faciam vt cor meum stabiliam, & cogitationes ab ea abscindam ne subintrent? Ad hoc respondent Doctores, quod homo libenter debet imaginari pœnas inferni, quia est de corde humano sicut de argento viuo, quod semper est in motu mirabiliter instabile, sistitur tamen aliqualiter, & mortificatur per odorem sulphuris. vt dicit Arist. 4. meth. Sic moraliter per odorẽ sulphuris intelligitur imaginatio pœnę infernalis cuius vna portio dicitur sulphur. Iuxta illud Ps. 10. *Ignis, sulphur, spiritus procellarum.* Et Apoc. 21. *Pars illorum est in stagno ardenti igne & sulphure.* Si enim homo imaginetur de hac pœna, statim concipiet timorem, & per timorẽ continebit cor suum, iuxta illud Eccl. 30. *Contine & congrega cor tuum in stabilitate.* Vel alio modo stabilitur cor hominis per verbum Dei, quod probatur sic. Refert Gintardus Cambien. in lib. suo de topographia Hybernię, quod quondam in mari prope Hyberniã subitò apparuit quędam insula Iuuenes verò de Hybernia, ascendentes in scafas & naues, nitebantur ad istam id est, insulam nauigare, cum autem ita prope insulam nauigassent & quod eorum iudicio in eam descendendo immediatè ponere possent pedes suos, statim insula

Remedium contra cogitationes imaginari pœnas inferni.

Gintardus Cambiensis.

ab

Digitized by Google

ab eis fugit,& se ad alium locum mouit. Cum ergò hoc mirabile frequenter tentassent, & semper modo prædicto delusi fuissent, tandem dixit eis quidam senex. Audiui quod ignis valet contra fantasmata, accipiat ergo aliquis sagittam ignitam,& sagitet in Insulam,& statim fantasmata cessabunt, & factum est iuxta consilium eiusdem senis,& Insula stabilita est, quæ propter suam mirabilem fugam vocata est deinde Insula fugitiua. Moraliter Insulâ ista fantastica cor designat humanum, quia semper mutabile varijs fantasijs fatigatur, nisi diuina gratia stabiliatur. Iuxta illud Eccles. 34. *Sicut parturientis cor tuum patitur, nisi ab altissimo emissa fuerit visitatio, non stabilitur*, ideo consilio Dei, qui est senex dierum, Dan. 7. debet prædicator emittere sagittã ignitam verbi Dei. De qua dicitur Psal. 119. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs*. Quia illa sagitta verbi Dei est optimum stabilimentum cordis humani, iuxta illud Hebr. 13. *Optimum enim est cor stabilire*,& sic patet, quod cor est secundũ ostiũ mentis aut animæ, & quomodo imaginationibus pœnæ internalis est claudendũ, ne cogitationes noxiæ subintrent. *Tertium* mentis ostium est ratio,& est quasi intimum per quod intratur ad animæ cubiculum. & hoc ostium debet esse angustum & firmũ.

Nam postquam species rei delectabilis intrat p ostium sensus, aut etiam per ostiũ cordis, nihil nocet interdum: sed interdum prodest. vt in viris perfectis, si non aperitur ei ostium mentis: prius enim ratio discurrit, & discernit, si species illa sit bona vel mala. Si mala, tunc ostium illud ei obfirmatur. Si autem rectum iudicauerit ratio illud, vel rem bonam, tunc sine difficultate ostium aperitur. Vnde pulchrè illud ostiũ mentis figuratum est in illa porta ferrea, per quam Angelus duxit Petrum. Actuũ 12. vbi legitur, *quod transeuntes primam & secundam custodiam, peruenerunt vsque ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis*. Hic per primã custodiam intellige ostia, quinque sensuum corporis. Sed per secundam, secundum ostium imaginationis siue cogitationis, quod aliàs dicitur cor, quæ duo ostia, scilicet sensuum & cordis faciliter transeuntur, quia cor de facili immittit furorem, rixas, superbias, fraudes,& alias malas cogitationes, propter quod dicit Greg. 18. moral. c. 24. Quid est, inquit, mare, nisi cor nostrum, furore turbidum, rixis amarum elatione superbiæ tumidum, fraude malitiæ obscurum, quod mare quantum sæuiat, attendat quisq; in se, occultas tentationum cogitationes intelligit. Hæc ille. Et quamuis sensus nostri & cor nostrum de facili immittunt cogitationes; tamen tertium ostium, scilicet, ratio mentis, quia est ferreum, ideò difficilem ingressum habet cogitando mala. Et certè, vt dicit Augustinus. Cogitatio quantumcunque turpis, mentem non polluit, si ratio non consentit. Sed si Angelus, id est, diuinus instinctus ibi sit, tunc vltrò aperitur, quando scilicet ex instinctu diuino ratio iudicat esse bonum, quid sibi sit intromittendum. Et nota sicut habetur ex tractatu de instinctionibus. Instinctus diuinus discerni potest quadruplici signo notabili.

O

Ostium mẽtis per ferreã portam figuratum.

Instinctus diuinus quatuor modis cognoscitur

P

I.

PRIMVM est, si illud ad quod instigaris exemplo Christi & Sanctorum te magis conformet, quia ex quo Deus summè bonus est, certum est, quod per suum instinctũ non ducit hominem, nisi in id, quod sibi est conueniens & optimum, hoc est ergo exemplis Christi conformari. Ille verò instinctus, qui ducit hominem ab exemplis Christi: necessariò est contrarius instinctui diuino. Iuxta illud Matth. 12. & Luc. 11. *Qui non est mecum, contra me est*. Et Ioan. 10. *Ego sum ostium*, scilicet, quod ingredientem in veram beatitudinem inducit. Nam exempla virtuosa nobis per Christum

Si ad Christum & Sanctos imitandum incitaris.

ſum offenſa, inducunt hominem ad veram beatitudinem indubitanter. Et ideò ſubdit, *per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Qui autem non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt latro*, per quod innuit, quod ille inſtinctus, qui hominem ducit ab exemplis Chriſti, animam ſpiritualiter necat, & æterna beatitudine priuat, quia dicit talem inſtinctum furem & latronem.

II. Si ad humilitatem inſtigaris.

SECVNDVM ſignum eſt, quod ſi illud ad quod inſtigaris, te magis mente humiliat, ita quòd ſequendo illum inſtinctum ex eo magis humilieris, quàm ſine ipſo. Iſte inſtinctus eſt diuinus & in veram beatitudinem directiuus. Quod ſic videri poteſt. Nam ſicut Superbia fuit occaſio primo angelo, & etiam primo homini ſui lapſus & damnationis, ſic humilitas à contrario, eſt via recta homini in veram beatitudinem directiua. Vnde dicitur Matth. 11. *Per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.* Super quo dicit Greg. Sicut ab æterna patria per ſuperbiam receſſimus, ita per aliam viam, ſcilicet, humilitatis redire debemus. Ita Chriſtus hanc viam verbo & exemplo docuit, dicens. *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Matt. 11. Et benè Chriſtus per exempla ſuæ humilitatis nobis certam viam oſtendit æternæ felicitatis, quia ſicut roſa ad præſentiam vernalis roris, & ad feruorem ſolis naturaliter ſe aperit, ſic cor humanum ex feruore mititatis dilatatur, & ad recipiendum diuinos influxus capacius redditur. Ideo dicit Chriſtus; *diſcite à me, quia mitis ſum.*

III. Si ad animũ tuum recolligendum excitaris.

TERTIVM ſignum eſt, ſi illud ad quod inſtigaris magis mentaliter te confirmet, & cor tuum congreget. Nam experimento probamus, quòd quantò magis homo in ſemetipſo recolligitur, & cordi ſuo viçinior exiſtit, tantò potentior eſt ad tentationes quaſlibet reijciendas. Conſtat, quod diuinus inſtinctus hominem ab exterioribus ſeculi tumultibus reuocat, & inuitat ad ſimplicitatem & intimitatem cordis ſui. Sicut patet in viris religioſis: quorum facies eſt ſimplex & oculi eorum depreſſi, ad deſignandum, quod cor eorum ſit elongatum ab affectione terrenorum; & in Deo ſolo delectetur. Gaudia autem mundi ſunt ipſis pœnalia & afflictiua, quia non habent cum illis conuenientiam, Ioan. 15. *Si de mundo fuiſſetis, mundus vtiq; quod ſuum erat, diligeret.* Hi ſolitarij eſſe appetunt: ne tumultus exterior ipſis pœnitentiam intercludat. Hæc omnia ſigna diuini inſtinctus innuit Propheta: dicens Pſalm. 63. *Accedat homo ad cor altum*, id eſt, ſecretum, ſecundum Auguſtin. *& exaltabitur Deus*, ſcilicet per fluxus diuinæ pietatis. Homo enim in tantam perfectionem ſubuehitur, quod efficitur forma & ſpeculum omnibus rectè viuendi ipſum contemplantibus.

IV. Si ad virtutes ſectandas compelleris.

QVARTVM ſignum eſt, ſi illud à quo inſtigaris maiori te virtutum opulentia refecerit. Nam ſicut Deus eſt ſummum bonum: ita ſemper mouet hominem per ſuum inſtinctum ad illud, quod eſt optimum. Ideo qui ſinceriter paret diuinis inſtinctibus: ille iugiter in ſuis actibus attingit, quod eſt ſibi optimum & Deo gratum. Ex his iam dictis patet, quando quilibet homo debet intima cordis vel mentis oſtia aperire, & inſtinctibus conſentire.

SECVNDO videndum eſt, quibus ſeris hæ fores, vel hæc oſtia ſunt claudenda. Vbi nota, oſtia ſenſuum exteriora ſine magna difficultate poſſunt ſerari, quia ipſorũ obiecta ſunt extra, quare faciliter poſſunt excludi & oſtia cuſtodiri, videlicet oculos claudendo, aures obſtruendo, & ſic de alijs ſenſibus, ſicut fecit ille Presbyter, de quo in vitas Patrum lib. 4. cap. 72. qui aſcendit de Sychi ad Epiſcopum Alexandriæ, & quando reuerſus eſt, interrogauerunt fratres, quid vidiſſet in ciuitate: ille ait.

Cre-

Digitized by Google

Credite mihi fratres: ecce faciem hominis non vidi, nisi tantum faciem Episcopi. Ab hac reuelatione fratres profecerunt, vt se custodirent ab excedentia oculorum. Idem legitur in eodem libro c. 229. * Abbas Syluanus habuit discipulum, qui iuit rigare hortum. Et dum iret ad mittendam aquam, tegebat faciem de cuculio tantum ad pedes induens. Contigit autem, vt quidam superueniret, & considerans à longè, quid fecisset, & dixit ei. Dic mihi Abbas, vt quid tegisti faciem, & sic adaquabas hortum? Dixit ei. Fili, ne viderent oculi mei arbores, & occuparetur animus meus ab opere suo in consideratione earum. Item legitur in vitas Patrum de quodam sene, qui noluit videre mulierem. De quo cum quæreretur, quare? respondit. Quia cogitationes sunt sicut pictores, inquietantes ex memoratione rerum visarum. Item de alio, qui noluit videre sororem suam alioqui nisi clausis oculis. Item de Democrito Philosopho, qui eruit sibi oculos, quia mulieres sine concupiscentia videre non potuit, sed hæc cautela non comendatur, nisi spiritualiter accipiatur, secundum illud Matth. 18. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Eruendus est enim oculus peccati & non naturæ.

* Ex lib. Doct. Patrū lib. de sobrietate, num. 5.

Cogitationes pictoribus comparatæ.

SECVNDVM autem ostium, scilicet imaginationis, vel cordis non sic facilè custoditur, quia habet obiectum suum præsens omni tempore. Sunt tamen aliquæ feræ seu cautelæ, in quibus illud ostium custodiri potest. *Prima* est capitis abscisio, vt videlicet homo ferro conaminis sui abscindat caput malarum cogitationum, vt non eis assentiat, quia legitur in vitas Patrum lib. 4. cap. 71. Quod Abbas Ammon interrogauit Abbatem Pastorem de immundis cogitationibus, quas cor hominis generat, & dixit ei Pastor. Nunquid gloriabitur securis sine eo, qui incidit cum ipsa, & tu eis non porrigis manum & otiosæ erunt. Idem ait. Sicut capsa plena vestibus, si dimissa fuerit tempore longo, putrefiunt vestes in ea: ita sunt cogitationes in corde nostro, si nos fecerimus eas corporaliter, tempore longo exterminabuntur, aut putrefiunt. Item dixit, & alius senex in vitas Patrum. Omnes cogitationes infectantes hominem vnum habent caput. Considera ergo qualis sit illa, & aduersus illam renitaris, qua abscissa reliquæ humiliabuntur. Si autem homo illi condelectetur impossibile est discedere ab eo spiritum fornicationis. Vnde legitur de sancto Arsenio, quod cum quædam nobilis mulier rogaret eum, vt haberet memoriam sui in orationibus suis respondit. Ego oro Deum, vt deleat memoriam tui de corde meo. *Secunda* fera vel cautela est bona meditatio, contraria enim se mutuo expellūt, vnde si vis malas cogitationes expellere, de corde, vel ne intrent, eis aditum præclude, aduoca bonas cogitationes, secundum quod iubet Cassianus in collat. Patrum. Incipiamus bonas cogitationes diligere, & statim ab his, quæ malæ sunt, dignabitur nos DEVS liberare. Et Hieronymus in quadam epistola. Corporalis, inquit, amor, spiritus amore superatur, desiderium desiderio subigitur, & similiter cogitatione expellitur. *Tertia* fera est cordis ad alta distractio, vt scilicet homo inueniat materiam alicuius occupationis, circa quam cor suum vacet, seu versetur. Quia dicitur, Eccles. 40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus.*

R

Simile.

Arsenij responsum datum nobili mulieri.

TERTIVM verò ostium mentis vel rationis, quia angustum est & ferreum, optimè potest custodiri. Potens enim est ratio dirigere, & ordinare omnes vires inferiores. Per hanc portam intratur in cubiculum, vt nihil intrare permittatur, nisi quòd ratio, quæ semper deprecatur ad optima, 1. Ethic. iustum iudicauerit & bonū.

S

Digitized by Google

Et hæc porta habet tres cũſtodes, ſcilicet. ſin deſim, rationem & voluntatem. Sinderesis ſemper clamat, nullum malum eſſe admittendum. Et cum ratio, cuius eſt diſcernere inter bonum & malum, iudicauerit hoc, tale quod eſt ante oſtium, eſſe bonum, mox voluntas, cuius proprium eſt bonum, imperat hoc intromittendum, & è contra ſi malum. Vnde Gregor. 27. moralium, pertractans illud, quod Dominus ad Iudæos dicit, quouſq; morabuntur malæ cogitationes in te, & noxiæ? Neque, inquit reprehendit, cur veniunt ſed cur morentur? In bonis enim cordibus cogitationes illicitæ veniunt, ſed tamen morari prohibentur. Quia rectè, quicunq; captiuandam domum conſcientiæ prohibent, ab ipſo cordis limine hoſtem fugant: quia etſi repentinis ſuggeſtionibus vſque ad primum veſtibulum ſubrepit, ad ſenſus tamen ianuam non pertingit. *Tertio*, propter quas vtilitates fores iſtæ debeant eſſe clauſæ.

Quare fores clauſæ.

T

Sciendum, quod propter quatuor. PRIMA vtilitas vt peccatum euitetur. Nam legitur 2. Reg. 11. de Dauid, qui vidit Bethſabee per centum paſſus lauare pedes, videns eam concupiuit, & ſibi eam adduci fecit, & cum ea adulterium commiſit, ſi autem oculos clauſiſſet, peccatum vitaſſet. Similiter Eua incautè pomum aſpexit, quia *vidit, quod lignum eſſet bonum ad veſcendum & pulchrum oculis*, aſpectuq; delectabile, tulit de fructu & comedit, & viro ſuo dedit, qui etiam comedit, & ſic peccatum inobedientiæ & vitium gulæ commiſerunt. Geneſ. 3. Vide de hoc etiam exemplum dominica 3. in Aduentu, ſermone 1. F. S.

I. Ad euitandum peccatum.

SECVNDA vtilitas, vt gratia habita augeatur. Nam 4. Reg. 4. legitur, quod mulier clamabat ad Helyſæum dicens. *Seruus tuus vir meus mortuus eſt, & ecce creditor venit, & tollat duos filios ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit Heliſæus. Quid vis vt faciam tibi, dic mihi quid habes in domo tua: At ille reſpondit, non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade & pete mutuo à vicinis tuis vaſa vacua non pauca, & ingredere*, ſcilicet in domum tuam, *& claude oſtium, tu & filij tui, & mitte inde*, ſcilicet de oleo, *in omnia vaſa hæc, quæ mutuata fuerint, & cum plena fuerint tolles. Iuitq; mulier & clauſit oſtium ſuum ſuper ſe, & ſuper filios ſuos, illi offerebant vaſa, & illa infundebat oleum.*

II. Ad gratiam habitam augendam.

Moraliter, Mulier iſta ſignificat fidelem animam, de qua exponitur illud Prouerb. vlt. *Mulier timens Dominum ipſa laudabitur.* Heliſæus ſignificat Deum patrem, qui interpretatur Deus meus, vir huius CHRISTVS eſt, qui mortuus fuit in cruce bona ſexta feria, ſicut tenet fides noſtra, ſed iam reſurrexit ad vitam immortalem. Iuxta illud ad Roman. 6. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Creditor ad præſens ſignificat Diabolum, qui venit ad animam & tollat duos filios eius, qui ſunt intellectus & affectus ſibi ſeruiendum, ideo clamare debet anima ad Deum Patrem deuotè, & ipſe eam exaudiet. Iuxta illud Pſal. 90. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, &c.* Et tunc ipſe loquens ad hominem dicens, quid vis vt faciam tibi? quid habes in domo tua, id eſt, conſcientia vel anima? Et congruè reſpondit, non habeo quicquam niſi parum olei quo vngar; Et hoc oleũ ſignificat Sacramentalem gratiam quæ purgat interiorem hominem curat ſpirituale morbum, lenit dolorem aduerſitatum, & refrigerat calorem cupiditatum, & per hæc anima lætificatur & conſolatur. Iuxtà illud Pſalm. 44. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Et quamuis illud oleũ gratiæ, quam habet anima in præſenti, habet magnã vtilitatẽ, tamen reſpectu gratiæ, quã habebit in futuro vbi erit in gratia conſummata, modi-

Per oleum Sacramentalis gratia deſignatur.

Digitized by Google

modica & parua nominatur, propter, quod dicit Deus pater animæ, vt petat à vicinis vasa vacua, & non pauca. Hi vicini sunt omnes electi & sancti, quorum vasa sunt virtutes, quasi dicat Deus, pete à Patriarchis fidem, à Prophetis spem, ab Apostolis charitatem, à martyribus patientiam, à confessoribus pietatem, à virginibus castitatem, & à regina cœli humilitatem. His ergo vasis spiritualibus petitis, debet anima claudere ostium sensuum exteriorum, scilicet, visus, auditus, &c. vt non videant oculi vanitatem, & sic de alijs debet oleum infundere, id est, se in his virtutibus exercere, & sic oleum gratiæ crescit, & vasa replentur. Quia quanto plus anima in his virtutibus exercetur, tanto plus in earum exercitio delectatur. Quidnam à Sanctis petendum.

TERTIA vt hostis effugatur, quia sicut Apostoli propter metum suorum hostium videlicet Iudæorum ostia super se clauserunt, sic & nos propter hostes nostros inuisibiles ostia sensuum claudamus, quia legitur 2. Reg. 4. quod *Isboseth dormiunt in meridie super stratum, & Rechab & Banaa inuento ostio aperto intrauerunt & eum occiderunt.* Moraliter, Isboseth interpretatur vir confusionis, & significat animam hominis, qui debet esse vir, videlicet viriliter pugnans contra vitia, iuxta illud Psalm. 26. *Viriliter age & confortetur cor tuum.* Sed interdum fit vir confusionis, quando negligenter dormit, & ostia sensuum suorum aperta dimittit, & sic Rechab, (quæ interpretatur ascendens) significat Diabolum, qui ait Isa. 14. *Ascendam in cœlum, & ero similis altissimo*, intrat cum Banaa id est, cum mala concupiscentia, & interdum mediante gladio consensus in peccatum, animam occidit, quia dicitur Iacob. 1. capit. *Concupiscentia cum conceperit*, id est, inualuerit, *parit peccatum.* id est, inducit ad consensum, id est, peccatum. *Peccatum verò consummatum si fuerit*, scilicet in opere exteriori, *mortem generat*, quia dicit Gloss. inducit ad reiterationem & consuetudinem, ad quæ sequitur obstinatio. Ideò valdè vtile est, vt claudat ostia sensuum, tam exteriorum, quam interiorum. QVARTA vtilitas, vt Deus animam libentius ingrediatur, quia hic dicitur, *Cum fores essent clausæ, ingressus est ad discipulos Iesus.* Et potest esse QVINTA vtilitas, vt omninò oratio efficacior reddatur. Nam per visum oratio impeditur, Ideo dixit Dominus, Matth. 6. Quando oraueris intra in cubiculum, id est, ad animæ intrinsecum & clauso ostio sensuum ora patrem tuum. *III.* Ad hostes effugandum. *III. & IV.* Ad orationē efficatiorem reddendam.

Quantum ad TERTIVM in verbis præmissis ponitur corporis glorificati subtilitas, ibi, *Venit Iesus, & stetit in medio discipulorum.* Dicunt quidam naturales, quia Linx est adeò subtilis & acutissimi visus, quod etiam obstacula quæque possit penetrare. Et ad hoc sonant verba Aristot. superius allegata 8. H. Si homines linceis vterentur oculis, vt eorum oculi obstacula quæque penetrarent, & si sic esset, vt isti dicunt, quod hoc animal ita subtilis esset visus, quod posset etiam grossa penetrare, quantò magis corpus glorificatum potest etiam muros chalybeos, & quæque resistentia, sua subtilitate pertransire. Sicut patet hoc de corpore Iesu glorificato, quod ad discipulos, ianuis existentibus clausis, introiuit. Pro quo est notandum, quod Doctor Hugo de Sacramentis parte 8. dicit, quod Christus diuersis temporibus omnes dotes accepit, & assumpsit, vt in natiuitate subtilitatem, in transfiguratione claritatem, in ambulatione super mare agilitatem, in traditione corporis sui cœnantibus impassibilitatem, sicut de hoc etiam habes, supra parte prima, bona quinta feria. CC. S. Sed certè alij Doctores dicunt, quod Christus tunc non assumpsisset, sed ea, quæ pertinent ad illas dotes miraculosè exercere voluisset, & post suam resurrectionem V

Digitized by Google

hoc penitus assumpsit. Et primò assumpsit claritatem, quam meruit ex sua humilitate, qua se *exinaniuit, formam serui accipiens, propter quod, & Deus exaltauit illum,* scilicet in gloria claritatis, ad Philip. 2.

Obiectio. *Sed diceret aliquis*; Ex quo anima Christi, ab instanti suæ conceptionis, glorioſa fuit, clara & beata, quare eius glorioſa claritas non redundauit in corpus, dum adhuc hic ambulauit, sed solummodo post resurrectionem? Ad hoc dicendum secundum beatum Augustinum ad Dioscorum in Epistola, licet claritas corporis glorioſi deriuetur ab animæ claritate. Sicut etiam factum fuit in corporis transfiguratione Domino volente, tamen hoc factum fuit diuina dispensatione, vt gloria animæ non redundaret in corpus; nisi post resurrectionem duplici ratione. *Primo*, propter mysterium passionis. *Secundo*, propter hoc, quod hominibus similis apparere voluit, inter quos voluit conuersari, vt dicit Apostolus. *Habitu inuentus vt homo.* ad Philip. 2.

Responsio.

Quæstio. Sed iterum quęreret quis. Vtrùm claritas corporis in resurrectione, & quam nunc habet est eadem cum illa, quam habuit in transfiguratione. Dicunt Doctores communiter, quod sic. Ad hoc sonant verba Hieronymi; Talis Dominus apparuit in transfiguratione, qualis venturus est postea in regno suo tempore iudicandi. Ad hoc idem dicit Chrysost: Quamuis talis claritas resurrectionis, siue gloriæ, sit maior claritate transfigurationis, quia tantam claritatem, vt est claritas gloriæ, oculi Apostolorum pati non potuissent: sicut filij Israel non poterant intendere in faciem Moysi, quæ tamen multò minus micuit. Sed Beda in Gloss. Matth. 17. & Luc. 9. dicit claritatem transfigurationis non fuisse claritatem gloriæ & immortalitatis, sed quandam eius imaginem. Fuit enim veraciter claritas gloriæ, quantum ad essentiam, non tamen ad modum essendi. Claritas enim gloriæ est multò intensior, & permanentior, imò claritas gloriæ inest corpori Christi glorioſo, per modum habitus permanentis æternaliter. Sed claritas transfigurationis, inerat ei per modum passionis defluentis temporaliter. Et NOTA, sicut Christus post suam resurrectionem assumpsit corporis claritatem: Sic & omnes electi corporum suorum habebunt claritatem, quæ est prima dos corporis. Et hęc est duplex, quia aliquid dicitur esse clarum dupliciter, aut quia perspicuum est, & sic vitrum dicitur esse clarum, aut quia lucidum, & sic stella dicitur esse clara. Corpora autem glorificata propter vtrumq; erunt clara, quia erunt perspicua & lucida, Nam duo sunt, quæ nunc causant obscuritatem in corpore humano, scilicet materiæ impuritas, & luminis paucitas, tunc verò tolletur vtrunque, ideo tunc corpora sanctorum erunt valdè clara. Ideo dicunt communiter Doctores, quod sancti resurgunt in corpore glorioſo, sicut & Christus resurrexit. Sed hoc sanè est intelligendum, vt videlicet ly, sicut non dicat æqualitatem, sed similitudinem, quia talis claritas non erit similis in omnibus beatis. Sicut enim in anima non omnes æqualiter beatificantur, sic nec in corpore, sicut dicit Magister sententiarum, lib. 4. dist. 49. & B. Augustin. in Enchirid. c. 79. quod boni differenter beatificantur, alij magis, alij minus, sic & mali in inferno differenter puniuntur. Stella enim differt à stella, id est electus ab electo, in claritate mentis & corporis. Alij enim alius vicinius clariusq; Dei speciem contemplabuntur. Et ipsa contemplandi differentia diuersitas mansionum vocatur. Hæc ille.

Corpora glorificata erũt clara, agilia & impassibilia.

Sed quæritur, an corpus glorioſum possit videri ab oculo non glorioſo. Nam vt ipse

ipse refert, in Epistola ad Cyrillum, cum quadam die incepisset scribere Epistolam Hieronymo destinandam, ab eo quærendo quid ipse sentiret de gloria beatorum... Ecce subitò eidem scribenti anima eiusdem sancti Hieronymi, quæ in eadem hora feliciter euolauerat, cum magna claritate, & mira odoris fragrantia, apparuit, narrans de felici suo transitu, sicut etiam habes supra part. 1. domin. 2. post Epiphan. serm. 2. Q. R. Quantum placet enim animæ corpus glorificatum habenti, quia potest se ostendere claram. *Secundo* assumpsit corpus Christi impassibilitatem, & hic est aliqua dispositio dispositiua, corpori glorificato infusa, ex redundantia gloriæ animæ in corpus, quæ tollit dispositionem defectiuam, scilicet passibilitatem.

Quæstio. Corpus glorioſum an possit videri ab oculo nõ glorificato. Responsio.

Et hæc est secunda dos corporis, quæ resultat ex virtute animæ beatæ, corpus suum continentis, ita quod contra modum, quo ab anima continetur, & perficitur, à nullo exteriori agente valeat immutari. Continet autem anima beata corpus sibi denuò coniunctum, ne passionem corruptiuam patiatur, ideò patet hunc malè, & erroneè dixisse, qui ait, sicut Christus passus est in terra pro hominibus, sic adhuc pateretur in aëre pro dæmonibus, quod est hæreticum & erroneum. Et hic error assceribitur Origeni, vt in Gloss. super canone, sanè profertur. 24. q. 2. vbi dicitur. Dixit enim Origenes omnem hominem esse saluandum per illud, *nihil odisti eorum, quæ fecisti*, Sap. 11. Postea enim dixit Christum in aëre passurum pro Diabolis saluandis, hæc Gloss. Sic dicit Vincentius. in spec. hist. li. 12. quod Origenes scripsit apologiã pro se, in qua sic dicit. Quidam eorum libenter habent crimmari proximos, asserebunt nobis & doctrinæ nostræ crimen blasphemiæ, quia à nobis nunquam audierũt, dicentes me patrem perditionis, & eorum qui de regno eijciuntur, id est, diabolum dicere saluandum esse, quod non manifestè aliquis insaniens diceret. Sed mihi nihil mirum videtur. Si adulteratur doctrinã mea tali adulterio, quali & epistola Pauli est corrupta. Et addit Vincen: vbi sup. c. 10. Plurimum admirari non sufficio, quod vir tam illustris, tam apertè obuians hæreticis, deuolutus sit in nominatissimam hæresim, quod videlicet in Isaia Seraphin Spiritum S. exposuerit, & in alio loco de præmio diaboli scripserit. Et de absolutione reproborum post mille annos, & sic de alijs multis. Ego sanè de illo salua fide Patrum dixerim, vel quod omnino hæc non scripsit, licet ab hæreticis, ob præclarum nomen eius obfuscandum, malignè sunt conscripta, & nomini suo prætitulata, vel si scripserit, non statuit ex sententia, sed disseruit ex opinione, ideò & fortasse fuit alius, qui Christum iterum in aëre pro dæmonibus passurum dixit, qui tamen non patitur, ex quo corpus impassibile post resurrectionem assumpsit. Sic etiam corpora sanctorum post resurrectionem adeo erunt impassibilia, quòd si ponerentur in infernum non paterentur, & sentirent ex hoc aliquam læsionem, quia impassibilitas sanctorum erit, non posse pati. Sed impassibilitas puerorum in lymbo erit, nihil pati. Et hoc non erit ex potentia resistendi læsioni extrinsecè, quàm non habebunt, sed ex ordinatione diuinæ misericordiæ, quæ nõ permittit aliquid eis adhiberi, per quod possent lædi. Ex quo patet, quod si tales pueri post resurrectionem ponerentur in ignem, læderentur ab eo, nisi à iustitia DEI præseruarentur, vt dicit Magister Ioannes de Castro Mariæ super articulum duodecimum Symboli Apostolorum.

X.

Error Origenis.

TERTIO assumpsit corpus Christi subtilitatem, & hoc causabatur, sicut & in alijs corporibus electorem causabitur, ex dominio animæ glorificatæ, super ipsum scilicet corpus, ratione cuius ipsũ corpus glorificatũ subtile dicitur, quia Spiritui dicitur

Digitized by Google

tunc omninò ſubiectum eſſe. Vnde ſubtile dicitur dupliciter ſecundum Philoſoph. in lib. de gener. & corrup. dicitur ſubtile à ſubintrando, & diuidendo partes alicuius. Sic corpus ſubtile penetrat groſſum. Alio modo dicitur ſubtile à ſubintrando ſolùm, non diuidendo partes corporis, quod intrat. Sic Spiritus ſubtilitate ſua penetrat corpus. Subtilitas omnium corporum glorificatorum, erit ſpiritualis, ad modum ſpiritus, quia corpora glorioſa erunt ſubtilia, vt dicunt Magiſtri ſuper Apoſtol. 1. Cor. 15. *Seminatur corpus animale, ſurget autem corpus ſpirituale.* Attamen corpora ſanctorum non erunt ſubtilia per rarefactionem, ſicut dixit quidam Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui ponebat corpora noſtra in reſurrectione futura, ventis & aëre ſubtiliorari. Et huiuſmodi hæreſim reprobat Gregor. 14. moral. oſtendens hoc non poſſe ſtare, quia Dominus poſt reſurrectionem habuit corpus palpabile. Luc. vlt. Quod credibile eſt eſſe ſubtile. Et ſi eſſet, vel fuiſſet aëre ſubtilius, non fuiſſet palpabile, quia aër licet ſit tangibilis, tamen non eſt palpabilis. Dicit ergo Gregor. quod corpus glorioſum ſit ſubtile per effectum Spiritualis potentiæ.

Corpus glorioſum an poſſit eſſe in eodem loco cum alio corpore.

Sed diceret aliquis, an corpus glorioſum ratione ſubtilitatis ſuæ, poſſit eſſe in eodem loco cum alio corpore. Ad hoc dicitur, quod non eſt de natura corporis glorioſi, quod ſit in eodem loco cum alio glorioſo corpore, quia corporis ſubtilitas non aufert quantitatem dimenſiuam. Et ideò dicit ſanctus Thom. ſuper 4. ſen. diſtinct. 44. Quod nec duo corpora glorioſa, nec duo corpora non glorioſa, nec duo corpora quorum vnum glorioſum, & aliud non glorioſum, poſſunt eſſe de natura ſua ſimul in eodem loco, ſed hoc poſſet eſſe ex natura diuina. Sicut vmbra ſancti Petri ſanabat infirmos, non ex virtute naturali, ſed hoc faciebat virtus diuina ad ædificationem fidei. Ità faciet virtus diuina, vt glorioſum corpus poſſit eſſe ſimul, cum alio corpore non glorioſo virtute glorificationis ſuæ. Quia Ioann. Damaſcen. libr. 3. Ingreſſum Ieſum ianuis clauſis ad diſcipulos attribuit virtuti glorificationis, & ita concedunt corpus glorioſum poſſe eſſe ſimul cum non glorioſo, ſine nouo miraculo per dotem ſubtilitatis, & hoc fieret non diuidendo partes corporis non glorioſi, ſed ſolum ſubintrando manente diſiunctione vtrarumque dimenſionum. Duo autem corpora ſiue duo glorioſa, ſiue non duo glorioſa, non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, & ſe penetrare ſine nouo miraculo, ſed diuina virtute hoc ſpecialiter operante. Ratio communis omnium eſt, quia dimenſiones quorumcunque rerum, non valent ſe naturali virtute penetrare, corporum glorificatorum eſt ratio ſpecialis, nec poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, quia ſi ſic tunc in eodem corpore eſſet potentia intrando partes alterius glorioſi corporis, & in illo alio non eſſet potentia reſiſtendi, & hoc eſt inconueniens, quia ſecundum naturam competit cuilibet corpori, vt reſiſtat cuilibet alteri corpori per ipſum tranſire volenti, ita quod non poſſit ſimul cum eo in eodem loco. Miraculosè autem poteſt hoc diuina virtute contingere ad nutum ipſius, vt ſit cum alio corpore in eodem loco, & ſic non reſiſtat tranſeunti, ita corpus glorioſum ſecundum naturam ſuam eſt palpabile, & hoc habet ex duobus, ſcilicet ex qualitatibus tangibilibus & ex hoc habet, quod reſiſtat tangenti, ne pertranſeant. Qualitates verò tangibiles ſunt, caliditas & frigiditas, humiditas & ſiccitas, & cæteræ cauſæ, quæ ſunt aptè natæ immutare ſenſum tactus, ſed tamen quia corpus glorioſum omninò eſt ſubiectum ſpiritui competit ei ex naturali virtute, vt cum non vult non palpetur à corpore non glo-

Digitized by Google

glorioſo, & quando vult palpetur. Et ideo B. Gregor. in hom. dicit, quod Dominus poſt reſurrectionem palpandam carnem tribuit, quam ianuis clauſis introduxit, vt oſtēderet poſt reſurrectionem corpus ſuum eſſe eiuſdem naturæ, ſed alterius gloriæ.

Alia obiectio.

Sed diceret aliquis, ſi corpus glorioſum ratione dotis, quæ dicitur ſubtilitas, non poteſt eſſe cum alio corpore in eodem loco, tunc non poſſet aſcendere in cœlum, & penetrare cœlos, cum ipſi non ſint diuiſibiles, ſecundum illud Iob 37. dicentis. *Cœli velut ære ſolidiſſimi firmati ſunt*. Ad hoc dicitur, quod corpus glorioſum, ſiue Chriſti, ſiue alterius ſancti pertranſeat cœlos, ſeu alias ſeras cœleſtes, ſine eorum diuiſione, non ex vi ſubtilitatis, ſed ex diuina virtute.

Solutio. Corpus glorioſum pertranſit cœlos diuina virtute.

QVARTO, aſſumpſit corpus Chriſti quartam dotem, ſcilicet agilitatem, quæ cauſatur ex perfecto dominio animæ ſuper corpus, quia dicit Auguſt. Vbicunq; voluerit animus eſſe, protinus erit & corpus, ergò anima ad omnem differentiam loci ſeu poſitionis, ſcilicet ſurſum & deorſum, antè & retrò, ad dextrum & ad ſiniſtrum poterit corpus ſuum mouere ſine fatigatione; Ideò Iſaiæ 40. dicitur. *Current & non laborabunt, volabunt & non deficient*. In præſenti autem vita, corpora non mouentur ſine fatigatione, & ſunt tarda in motu ſuo ex contraria inclinatione naturæ elementi dominantis in corpore contra voluntatem, quæ natura elementi mouet ad determinatum locum, & non ſubditur perfectæ voluntati. Sed in futuro corpora erunt agilia, & ex perfecta ſubiectione naturæ, ſub imperio voluntatis, ergò corpus glorioſum, virtute glorificationis ſuæ, poterit in cœlum aſcendere, veriſimile eſt, quod etiam aliquando moueatur pro libito ſuę voluntatis non ad aliquam indigentiam per motū ſupplendam, ſed ad ſuæ virtutis oſtenſionem, & vt ſenſus viſus recipiatur diuerſarū pulchritudine creaturarum, in quibus ſapientia Dei euidenter elucebit, ſenſus enim non poteſt eſſe niſi circa præſentia, quamuis magis à longinquo poſſint ſentire corpora glorioſa, quàm non glorioſa, vt dicit S. Thomas.

Agilitatem habent corpora electorum.

Sed diceret aliquis, an corpus glorioſum poſſit moueri in inſtanti. Reſpondetur, quod non ſed benè poteſt moueri in tempore imperceptibili, veruntamen ſicut anima beatior, habebit corpus clarius, ita & agilius, ſic tamen, quod voluntas ſanctorum erit omninò coniuncta rationi. Nam voluntas nunquam appetet quod non debet, ſed voluntas animæ beatioris nollet rationabiliter moueri corpus ſuum citius, quàm alterius animæ minus beatæ, & anima minoris gloriæ non vellet corpus ſuum ita citò moueri, ſicut alterius animæ magis beatæ, & ſic verificatur in omnibus hoc, quod dicit Auguſt. quod vbi vult ſpiritus, ibi erit & protinus corpus. Quod autem ſpiritus in momento eſſe poteſt per mille miliaria poſt reſurrectionem: Scribit B. Auguſt. de quodam homine miſericorde, ſed tamen de reſurrectione corporum diffidente, quem Deus propter ſuam miſericordiam noluit deperire. Idcirco nocte quadam cum ipſe in ſtratu ſuo dormiret, venit S. Petrus Apoſtolus, animam eius aſſumpſit in pratum amœnum, quam adduxit per mille miliaria, corpore in loco permanente. Cumq; illuc in momento eſſet ducta, dixit Apoſtolus, Vbi es, & vbi eſt corpus tuum? Reſpondit anima, corpus meum domi dormiens requieſcit, & ego per mille miliaria hic exiſto ab eo. Et Apoſtolus, Quomodo poteſt hoc fieri? Ait anima, quomodo enim ego hic ſum, & corpus meum illic, Deus nouit & tu, qui me huc duxiſti. Et Apoſtolus, vis ait credere, quod poſſis à corpore ſeparari, & in nouiſſimo die vnà cum corpore reſuſcitari? Quæ cum dixiſſet, nullam rem ſcirem tam libenter, ſtatim

Corpus glorioſum an poſſit moueri in inſtanti.

Digitized by Google

assumpsit animam, & in puncto oculi eam ad corpus reduxit. Et iste credulus factus omnibus quibus debuit enarrauit.

Quantum ad *quartum* subiungitur diuini doni pretiositas, cum dicitur *Pax vobis.* Nam pater habens dilectos filios, dat eis munera preciosiora, quæ habet. Sic Christus habens dilectos filios Apostolos, quos in finem dilexit donum eis dedit. Et hoc donum est pax, quam tanquam pretiosissimam dedit eis post suam resurrectionem. Et in hoc quod dedit eis, pacem dixit. *Pax vobis*, dedit eis Patrem, & seipsum, & Spiritum sanctum. Quia dicit Beatus Augustinus, libro de collatione Trinitatis, in fine. Pax tribus literis scribitur à natura. P. Patrem. A. Filium nuncupari. X. Spiritum sanctum. nec sine ratione hoc dictum putes. A. enim principium est literarum, nec ante se habet aliquod elementum, vt sciatis ante filium nihil esse ipso testante, qui Iudæis ait. Ioan. 8. *Ego principium qui & loquor vobis*, veruntamen hæc litera est, & syllaba, & longa, & prima. Sed quod longa est, æternitatem filij Dei non temporalem insinuat. Quod autem syllaba est, hoc significat quod Pater in filio, & filius in patre est, & hoc verum est. Quia vero prima est, significat quod filius secundus non est posterior; sicut dixit per Ioannem in Apoc. 22. *Ego sum Alpha & Omega primus & nouissimus, initium & finis.* Sed ideo nouissimum accipere, quia dignatus est in fine temporum humiliter nasci, & mori, & iudicium nouissimū susci pere. Et subdit Augustinus X. est tertia litera & in fine vt intelligas spiritum sanctum non ad finem tendere, sed ad supernam semper maiestatem.

Z Pax quadruplex. I. Carnalium peccatorum

Et quo patet, quod Christus melius donum non habuit, quam Patrem & seipsum, & Spiritum sanctum, quod dedit Apostolis, quando dixit. *Pax vobis.* Circa quod notandum est, quod Pax est quadruplex. PRIMA est carnalium peccatorum, & hæc reperitur inter adulterum, & adulteram, & fornicatorem & fornicatricem, vt dicat mulier illud. Cant. 8. *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.* Hanc pacem habuit Salomon cum mulieribus alienigenis, quarum erant septingentæ, cum quibus adulterium cōmisit. 3. Reg. 12. Ideò dicitur de ipso Eccl. 47. *Salomon imperauit in diebus pacis*, & citò post sequitur *inclinasti femora tua mulieribus, habuisti potentiam in corpore, dedisti maculam in gloriam.* In diebus enim belli & aduersitatis homines non vacant libidini, sed in diebus otij. Sicut illud patet de Sodomitis, qui tempore otiorum peccata contra naturam grandia & nominabilia commiserunt. Ezech. 16. Dauid autem cum etiam otiaretur in domo, Ioab existente in bello, adulterium commisit. 2. Reg. 11. Ciuitas Romana cum bellis & discordiis contra Carthaginem vexaretur, virtuosis exercitiis colebatur. Sed postquam Carthago subuersa fuit, otio, libidini, & gulæ Roma se dedit, & plus nocuit Romæ euersa Carthago. quàm prius noceret aduersa, vt dicit Augustin. de ciuitate Dei. cap. 19. In horum signum mensis Martius Deo belli fuit consecratus, ille idem mensis, in quo solent Reges ad bella procedere. 2. Reg. 11. Et statim mensis immediate sequens, qui est Aprilis, Veneri est dedicatus, in signum quod finito bello & exercitio bonorum actuum tempore pacis & otij, libido dominatur. Iuxta illud.

Otia dant vitia, fugiant ergo procul illa.

Et Ouidius de remedio Amoris.

Otia si tollas periêre Cupidinis arcus.

Hanc pacem Christus Apostolis non dedit, qui prius adulterium prohibuit Matthæi

thæi 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

SECVNDA pax eſt mundialium conſpiratorum, quæ nihil aliud eſt, quàm quædam violentia calumnioſæ fraternitatis, qua mali ſe concolligant & confœderant ad reſiſtendum, & nocendum iuſtis. Eo modo confœderati ſunt Ammon & Ionadab, vt nocerent Thamar. Nam in tali colligatione dedit Ionadab conſilium Ammon, vt ſimularet infirmitatem, & ſe ſuper lectum poneret, vt ſic ſororem ſuam defloraret, quod & factum eſt. 2. Reg. 13. Illo modo confœderati ſunt ſocij Abſolonis cum eo, vt nocerent iuſto Dauid. 2. Reg. 15. Hoc modo Balach & Balaam ad maledicendum populo Dei & ſibi nocendum, facti ſunt concordes. Numeri 22. Suo quidem modo Herodes & Pilatus facti ſunt amici, vt Chriſtum morti traderent, & condemnarent, Et ſicut videmus, quod inter ſpinas ſteriles & infructuoſas longè maior eſt connexio, quàm inter arbores fructiferas, ſic in congregationibus & collegiis malorum hominum, longe fortior eſt cohærentia ad inuicem ad ſe defendendum, quàm ſit bonorum ad corrigendū malos, vel extirpandum. Iuxta illud Naum. 1. *Sicut ſpine ſe ad inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potentium.* De hac pace malorum & vnitate, dicit Greg in Paſto. Sicut multum nocet, ſi vnitas deeſt bonis; ſic valdè nocium ſi non deeſt malis, ſed adeſt. Cui applaudet Iſidorus de ſummo bono lib. 3. dicens. Concordia malorum contraria eſt bonorum. Et ſicut optandum eſt, quod boni pacem habeant ad inuicem. Ita optandum eſt, vt mali ſint diſcordes, impeditur igitur bonorum iter, ſi non diuiditur vnitas malorum: impij enim ſicut mare feruent. Sicut ergo populus Hebræorum impediebatur per mare rubrum, ne euaderet Pharaonem, & in terram promiſſionis intraret, & diuiſum mare virga Moyſi præbuit iter ſeruis Dei: Sic mali iter bonis prohibent ad ſalutem, vbi eorum vnitas, & pacis vinculum virga iuſtitiæ diuiditur, in malis noxibus congregati ſunt contra bonos, licet in ſe nullam habent pacem. Et hoc probat Caſſiodorus ſuper Pſalm. 72.

II. Mundanorū conſpiratio

Cum enim peccatores videntes locupletes multis dominari populis, & in mundo quod timeant non habent, pacem habere putant. Sed pax iſta cum conſcientia ſemper litigat & rixatur. Et cum hoſtem non habeat, ſecum decertat. Superbia enim conſulit, vt ad dignitatem aſcendat, inhabilitas verò & groſſities prohibet, largitas eſt cuncta prodigaliter affecta expendere, ſed cupiditas omnia præcipit reſeruare. Luxuria propter voluptatem vult quieſcere. Sed propter lucrum auaritia vult laborare, negligentia dormire, hypocriſis ieiunare, vt benè poſſit dicere. cum Pſalm. 37. *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.* Hanc pacem Chriſtus nec dedit diſcipulis ſuis, quia dicit Pſal. 72. *Zelani ſuper iniquos pacem peccatorum videns*, quaſi dicat ſecundum gloſ. inuidè & malè tuli pacem peccatorum: & in alio Pſal. 25. *Odiui Eccleſiam malignantium*, id eſt, congregationem malorum.

Pſal. 72.

TERTIA pax eſt Curialium Prælatorum, & hæc nihil aliud eſt, quàm quædam negligentia ſceleroſæ impunitatis. Quando enim videt Prælatus peccata notoria ſubditorum, & ea diſſimulat iuſtè corrigendo, imò diſſimulat ſcire, talis Prelatus vocatur pacificus. Humectatio enim locorum circa aures, quæ vocantur tempora, de lacte mulierū, inducit ſomniū. Et ſimiliter, quando Prelatus habet verba remiſſionis & dulcedinis ad manifeſtè malos, adducit eos ad dormiēdū in peccato ſuo. Verba Prophetarū & Prælatorū antiquitus onera vocabātur, vt Mala. 1. *Onus verbi Domini ad Iſrael;*

Prælatus diſſimulans peccata ſubditorum, vocatur pacificus.

Digitized by Google

& in Isaia 17. *Onus Damasci*, & 15. *Onus Ægypti*, *Onus Tyri*, 22. &c. Debent enim Prælati verba esse onerosa contra rebelles & peccatores, sed solatiosa ad deuotos & humiles.

Sed distinguendum videtur in remissione & rigore in Prælatis, quia si loquitur de eorum personali iniuria vel de derogatione honoris, inueniuntur acutissimi & rigidissimi, nihil remittunt. Si de iniuria, vel honoris diuini diminutione, ibi sunt remississimi, nec curant omninò. Cum enim audiunt, vel percipiunt aliquem de eis malè loqui, statim punire sciunt, & si non in corpore tamen in rebus. Si autem sciunt continuè nomen Dei per iniquos, & præcipuè pessimos, & maximos lusores blasphemare, periurare, &c. hæc peroptimè sciunt dissimulare. Contra quos loquitur Chrysost. super Matt. Episcopus si debitum honoris non acceperit à Presbytero, aut Presbyter si non acceperit à Diacono, aut Diaconus à Lectore, irascitur & turbatur: Si autem viderit, aut Episcopus Presbyterum: aut Presbyter Diaconum, aut Diaconus Lectorem, circa obsequium Ecclesiæ non permanentem, aut aliàs peccantem in Deum: non irascitur ei, neque curat, quia omnes quidem, quasi dicat, tàm Prælati spirituales, quàm seculares, de suo honore solliciti sunt, de honore autem Dei nullus. Hæc ille. Quamuis enim esse pacificum, & patientem in proprijs iniurijs sit laudabile, esse tamen patientem in Dei iniurijs, in Prælato summè est vituperabile. In cuius figuram Christus sic legitur dixisse. Matth. 4. quando Diabolus dixit sibi. *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant*, patienter sustinuit, & per auctoritatem scripturæ eum confutauit. Item secundo quando dixit. *Si filius Dei es, mitte te deorsum*, quia istæ duæ tentationes non fuerunt directæ nisi contra humanitatem. Sed in tertia tentatione, quando dixit. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*, repulit miserum cum indignatione dicens. *Vade retrò Sathana, non tentabis Dominum Deum tuum*, super quem locum dicit Chrysost. Exemplo Christi discamus nostras iniurias æquanimiter sustinere Dei autem iniurias neque, vsq; ad auditum sufferre, quoniam in proprijs iniurijs esse quenquam patientem, laudabile est, iniurias verò Dei dissimulare, nimis impium est. Hanc pacem etiam Christus non dedit discipulis suis, quia de ista pace & negligentia in Prælatis dixit. Luc. 12. & Matth. 10. *Non veni pacem mittere, sed gladium* id est, acutam correctionem vitiorum.

Patienter ferre propias iniurias, laudabile, Dei iniurias dissimulare, reprehensibile

QVARTA pax est fidelium & bonorum, & est triplex, scilicet temporis, pectoris, & æternitatis, de qua dixi part. 1. feria. 4. Iud. serm. 2. AA. T. vel alia diuisione, quia hæc pax est homini quietissimæ voluntatis, perfectissimæ vnitatis, vel iocunditatis felicissimæ. De *prima* dicit August. lib. 3. de verbis Domini. Pax est securitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum consortium charitatis. Hæc est, quæ singulares tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, iniurias concordat, cunctis est placita, cunctis benigna, non quærit alienum, nihil deputat suum, docet amare, quæ odisse non nouit, nescit extolli, nescitq; inflari. De *secunda* dicit idem Aug. lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 13. Pax corporis est ordinata temperantia partium, pax animæ rationalis ordinata requies appetitionum, pax corporis & animæ, est ordinata vita, salus amantis. De *tertia* dicit Dominus. Isa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis*, de qua Aug. super Psal. 84. dicit. Quis non desiderat illam pacem, vnde amicus non exijt, quo inimicus non intrat, vbi nullus tentator est, nullus seditiosus, nullus diuidens populum Dei, nullus fatigans Ecclesiam.

Quid est pax?

DOMI-

Digitized by Google

DOMINICA II. POST PASCHA.

Sermo. IX.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. 1. Pet. 2.

SEcundum naturales sal habet virtutem à putredine, conseruandi. Videmus enim quod si carnes in plenilunio ponantur ad radios lunares, scaturiunt ibi vermes, eo quod ipsa luna augmentat carnis humiditates, mediantibus quibus disponitur ad corruptionem. Si autem carnes sunt salitæ, minus potest eidem luna nocere, quia sal à carnibus extrahit humiditates, ideo homines volentes carnes à putredine conseruare, ponunt eas in sale. Moraliter per sal vno modo significatur amaritudo pœnitentiæ, vel satisfactionis, Sed per carnes significantur carnales delectationes. Et sicut sal conseruat carnes à putredine corruptionis. Sic pœnitentia iniuncta cuilibet pro peccatis suis, præseruat à carnalibus delectationibus seu concupiscentijs, quia per pœnitentiam caro nostra Deo immolatur, ideo per altare figuratur Exod. 24. in quo carnes animalium sacerdotes offerebant. Sicut sacerdotes pœnitentiarij offerebant per pœnitentiam carnes nostras Domino, ne nos vlterius trahant ad peccatum, ideo debet quilibet iniunctam pœnitentiam libenter seruare, quia dicit Augustinus, Parum est hominem peccatorem pœnitere, nisi pœnitentiam egerit. *Et subdit*, Ad emendanda crimina vox pœnitudinis non sufficit. Nam in satisfactione peccatorum, non verba sed etiam opera requiruntur. *Alio modo* per sal significatur amaritudo Christi passionis. Et hæc quidem à putredine carnalis libidinis, quæ hominem illo tempore solito vexat, fortiter præseruat, Ideireo Apostolus, cui *datus est stimulus carnis*. 2. Corinth. 12. videlicet tentatio peccati carnalis, quæ fortius concupiscentiam mouebat, secundum Gloss. semper passionem Christi meditatus est, vt & hanc tentationem compesceret & fugaret, propterea dicit 1. Corinth. 2. *Non iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* Et ad Galat. 6. *Ego*; inquit, *stigmata Christi Domini Iesu in corpore meo porto.* Quare sancta Ecclesia ordinauit, vt hęc epistola hoc tempore legatur, in qua de passione Christi memoratur, vt filiæ & filij sui hanc meditantes, tanquam per sal spiirituale à carnalis concupiscentiæ putredine seruarentur illæsi. Ideo dicit: *Christus passus est pro nobis, &c.* In quibus quidem verbis breuiter duo tanguntur, *primum* est quod tangitur, beneficium passionis, ibi. *Christus passus est pro nobis. Secundum* exemplum imitationis, ibi. *Vobis relinquens exemplum.* A

Salis moralis significatio.

De PRIMO est notandum, quando aliquis Dominus temporalis pro populo suo captiuato voluntariè pateretur, & vsque ad mortem vulneraretur, mediante videlicet ipsius passione, magnum beneficium populis suis præstaret, & charitas maxima per ipsum monstraretur. Iuxta illud Ioan. 15. *Maiorem hac charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quamobrem illud beneficium nunquam debet obliuisci. Iuxta illud dictum Senecæ in lib. de beneficijs. Beneficiorum memo- B

Digitized by Google

ria ſeneſcere non debet. Et Sapiens Cato: Beneficij, inquit, accepti memor eſto. Ad propoſitum autem Dominus noſter IESVS Chriſtus paſſus eſt pro ſalute omnium, quantum ad ſufficientiam, licet non quantum ad efficaciam: & non ſolum paſſus eſt, vt dicit Petrus in verbis præaſſumptis, ſed etiam vulneratus eſt vſque ad mortem. Eſaiæ 53. *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras.* Et idcirco eſt maximum beneficium nobis impenſum, & nunquam obliuiſcendum, ſed ſemper memorandum. Quia dicit deuotus Doctor Amandus in Ho. Sa. li. 1. cap. 14. Frequens paſſionis Chriſti memoria, indoctum quenquam reddit doctiſſimum, & imperitos ac idiotas facit proficere in magiſtros, magiſtros, inquam ſcientiæ, non quæ inflat, ſed Charitatis quæ ædificat.

Sed heu, multi inter nos huius Chriſti paſſionis obliuiſcuntur & ingrati ſunt, & dæmonis perſuaſionibus in voluptates conſentiunt. Sicut patet ex illo exẽplo ſumpto ex geſtis Romanorum, vbi legitur. Imperator quidam ſtatuit pro lege. Quicunque virginem de manu raptoris liberaret, eam ſi ſibi placeret, in vxorem duceret, vel haberet. Accidit autem eo tempore, vt quidam Tyrannus virginem pulcherrimam raperet, & in ſyluam quandam duceret deflorandam, cum illa clamaret, miles quidam inde tranſiens, & vocem puellæ audiens, equum calcaribus pupugit, & ad eam veniens cauſam clamoris requiſiuit. Cui virgo. O Domine mihi ſuccurre nam Tyrannus iſte me vi rapuit, etiam me defloratam occidere diſponit. E contra Tyrannus, vxor mea eſt in adulterio eam reperi, & ideo eam occidere curaui. Miles ergo rogatu puellæ cum raptore pugnauit, & duros ictus, vulneraque multa ſuſcipiens, tyrannum ſuperauit. Habita igitur victoria, puella fidem militi dedit, vt & alium præter eum non amaret, fide data ait miles, in caſtro meo per aliquot dies maneas, & interim ad parentes meos pergens, quæ ſunt neceſſaria pro nuptijs procurabo. Cumq; abijſſet miles, venit Tyrannus ad caſtrum & pulſauit, & dum non ſtatim intromiſſus eſſet, multum promiſit, & vt eam duceret in vxorem. At illa dictis eius acquieuit & ipſum intromiſit, nec poſtea venienti militi fidem ſeruauit.

C Spiritualiter per Imperatorem intellige Patrem cœleſtem, cuius imperio omnia quæ in cœlis & in terris ſunt obediunt & reguntur, quia non eſt qui poſſit reſiſtere ſuæ voluntati. Hic Imperator cœli dedit legem in nouo teſtamento & in antiquo: in antiquo quidem dedit legem, vt ceruicem ſuperborum humiliaret. De hoc dicit Magiſter ſententiarum Sermone II. de Aduentu Domini, Deus magno & profundo conſilio ſuo, legem prius dedit quàm filium mitteret, vt hominis ſuperbiam domaret, & inſufficientiam humanam conuinceret, ne ſibi iuſtitiam arrogaret, & fruſtra Chriſtum veniſſe indicaret. In nouo autem dedit leges, vt humanam audaciam coerceret. De hoc dicit Iſidorus diſt. 4. cap. factæ. Factæ inquit, ſunt leges, vt earum metu humana audacia coerceretur, tutaque fit inter improbos innocentia. His ergò legibus ſtatutis accidit, vt raptor quidam, id eſt, diabolus raperet puellam, per quam intellige genus humanum, quod per peccatum violabat, & æternaliter occidere volebat. Sed clamabat ad Deum pro liberatione genus humanum per Iſa. 16. *Emitte*, inquit, *agnum dominatorem terræ, de petra deſerti*, id eſt, de cœlo, quod fuit deſertum per angelos malos, ad montem filiæ Sion, cuius quidem clamorem audiuit Chriſtus miles generoſus equitans ſuper diuinitatem, venit in ſiluam huius mundi. Iuxta illud Exo. 3. *Clamorem eius audiui, & deſcendi liberare eũ.* Cum ergò cauſam clamoris

Digitized by Google

moris didiciſſet, & qualiter genus humanum Tyrannus diabolus violenter oppreſſiſſet, certamen contra ipſum iniit atque aſſumpſit, & dira paſſus eſt pro liberatione generis humani, à Iudæis Diaboli membris. Nam vt dicit Thom. in Compen. Theolog. ver. lib. 4 c. de paſſione.

D Qualiter Chriſtus pro nobis ſic paſſus?

Quod Chriſtus ſuſtinuit in tactu clauorum aſperitatem, In auditu opprobriorum confuſionem, In odoratu ſputorum fœditatem, In guſtu aceti & fellis, amaritudinem, In oculis, lacrymarum effuſionem, In corde, pœnarum timorem. Ideo dicit hic Apoſtolus, *Chriſtus paſſus eſt pro nobis. Primo* quidem paſſione generali, quia ſecundum omnia membra corporis. Iuxta illud Iſaiæ 53. *Vidimus eum non habentem ſpeciem neque decorem. Secundo*, paſſione acerba, Thren. 1. *O vos omnes, &c. Tertio*, ratione intenſionis propter optimam diſpoſitionem ipſius patientis. Tum propter eius innocentiam, tum propter eius honoris excellentiam. Honorabilis enim cum confunditur, plus læditur, & præcipuè inter ſuos. *Quarto* paſſione grauiſſima propter eius virtuoſitatem. Ille enim miles Chriſtus, qui paſſus eſt pro ſalute generis humani, eſt virtuoſiſſimus, ergò eius paſſio fuit grauis, quia vilis homo de morte dolere non debet, cum turpitudo finem habet, vt dicit Thom. vbi ſupra. *Quinto* paſſione ignominioſa, & hæc ignominia attenditur in patibulo crucis, vbi fuit ſupplicium, & in conſortio fuit iniquorum, cum quib. deputatus eſt ideo dixerunt Sap. 2. *Morte turpiſſima condemnemus eum.* Et notanter dicit Apoſtolus Petrus, *Chriſtus paſſus eſt*, & non dicit, fuit paſſus, in hoc innuens, vt eius paſſiones tot & tantæ fuerunt, quod nemo poteſt eas explicare. Iuxta illud Pſal. 87. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me* Et dicit induxiſti, per hoc ſignans, quod omnia hęc, quę de paſſione eius prophetata fuerunt, certitudinaliter euenerunt. Nõn dicit hic, quanta paſſus ſit, quia hic exprimere non potuit. Sicut Chriſti natura, quantum ad ipſius teneritatem, omnium aliorum hominum naturam incomparabiliter excedit, ita eius paſſio paſſiones aliorum incomparabiliter tranſcendit. Ideo dicit Auguſt. in ſermone de paſſione. Caput noſtrum intuemur, multi martyres taliter paſſi ſunt, ſed nihil ſic elucet, quomodo caput noſtrum.

I.
II.
III.
IV.
V.

Sed dices: Quomodo hoc fuit quod Chriſtus tantum dolorem ſuſtinuit, cum ipſe ſit verus comprehenſor, & gaudium beatitudinis rectum dabat in ſenſualitatem, abſorbebat omnem dolorem corpori inferibilem, vt dicunt Doctores. Ad hoc quod dicitur quod miraculosè fuit factum, quia redundantia beatitudinis & gaudij interioris, ita ſuſpenſa fuit in Chriſto, quod in nullo remiſit dolorem exteriorem, vt tangit gloſ. Lirę qui dicit. Tempore paſſionis Chriſti diuinitas in cœlum abiiſſe dicitur, non quidem locum mutans, ſed virtutem cohibens, vt poſſent impij paſſionem conſummare, ideo patet, quod CHRISTVS voluit ſibi impaſſionem ſubtrahere miraculosè, quod ex gratia dignatus eſt ſuis martyribus tempore paſſionis elargiri. Nam quanto duriora perpeſſi ſunt exterius, tantò magis illis Deus affuit interius conſolando. Ideo B. Laurentius ſuper cratem poſitus dixit ad Decium. Carbones tui mihi refrigerium præſtant. Et B. Tiburtius dum ſuper carbones ignitos incederet, ait, videtur mihi quod ſuper roſeos flores incedam in nomine Ieſu Chriſti. Sic Chriſtus in ſua paſſione nullam conſolationem recepit, propter quod dixit: *Deus Deus meus vt quid me dereliquiſti?* Matt. 27.

Sed ſi quæreret aliquis propter quos Chriſtus paſſus eſt, reſpõdit Petrus dicens, E

pro

Pro quibus Christus passus.

pro nobis scilicet hominibus, non pro dæmonibus, quod etiam tangit infra, cum dicit, *Quæ peccata nostra pertulit ipse in corpore suo super lignum* scilicet crucis, *vt peccatis mortui*, id est, amplius non peccemus sicut mortui, *sed iustitiæ* scilicet Christo *viuamus, cuius liuore sanati sumus*, scilicet à peccatorum infirmitatibus. Et dicit Magister lib. 3. sent. distinct. 18. cap. vltimo. Quod portauit peccata nostra Christus, id est, pœnam peccatorum nostrorum, quia per ipsius pœnam quam in cruce tulit, pœna nostra relaxata est. Ideo dicitur de summ: Trinit: & fide Cathol: c. firmiter. Qui etiam pro salute generis humani in ligno crucis passus est. Et sic miles iste Christus per passionem suam redemit nos à Tyranni qui nos rapuerat, potestate. Ideo debemus sibi fidem dare, vt eum solum diligamus, sibi seruiamus, & in sponsum habeamus, vt dicat quilibet, *sponsus sanguinum tu mihi es*, Exod. 4. Id est, redemisti me sanguine tuo pretioso. Et non solum Christus nos liberauit à diabolo, sed locauit nos in ecclesia suo castro, abiens interim ad patrem suum, & nuptijs necessaria disponens, volens quod *similes simus hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs.* Luc. 12. Sed timendum est, quod multi, qui in sacra quadragesima Christo fidem dederunt, nolle ab eo separari, veniente diabolo Tyranno, & multa eis promittente, scilicet longam vitam, gloriam mundi & honores aut delitias, statim ostium ei cordis aperiunt, & ipsum intromittunt, & Christo fidem frangunt, & in priſtina peccata cadunt & recidiuant.

Inconstantia nostra reprehenditur.

Relabi in priora peccata, quam periculosum.

Sed hæc recidiuatio in peccata, causat septem mala in homine recidiuante, quæ *ex septem neq̃uiore* figurantur. Matth. 12. *Primo* per ipsum redditur peccator pronior ad labendum. *Secundo* durior ad conterendum. *Tertio* tardior ad confitendum. *Quarto* infirmior ad resistendum. *Quinto* pronior in malo persistendum. *Sexto* dæmon improbior fit ad impetendum. *Septimo*, Deus efficitur difficilior ad miserandũ. Ideo sapiens dissuadet recidiuum dicens. *Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed & de priſtinis deprecare vt tibi dimittantur*, Eccles. 21. Et nota quod homo qui vult euitare recidiuum peccati, debet rememorare turpitudinem præteritorum peccatorum. Quia dicit Magister sent. super illud Apostoli ad Roman. 6. *Quem fructum*, id est, vtilitatem *habuisti tunc in illis*, scilicet, turpitudinibus & *peccatis in quibus nunc*, scilicet, post pœnitentiam *erubescitis*, quasi dicat, nullam. Ideo Apostolus, peccata præterita commemorat, quia hæc commemoratio facit peccata priora abhorrere mala, & consequenter peccati recidiuum euitare. Et merito, quia secundum Apostolum, vbi supra. *Finis illorum* scilicet qui iterum peccant mortaliter, *mors* scilicet gehennæ. Quod patet in conclusione exempli præcedentis vbi concluditur.

Remedium contra recidiuum.

F Cum puella faciem à milite, qui eam à Tyranno liberauit auerteret, & intromittere nollet, miles iudici conquestus est de muliere & raptore, iudex pro eis misit, & inter cætera puellæ dixit, iure duplici vxor fuisti illius, tùm quia de manu raptoris te liberauit, tum quia fidem sibi dedisti, quare ergò ianuam alteri aperuisti, & eum intromisisti Cumque illa respondere non posset, dedit index sententiam mortis super illam. Sic spiritualiter Christus videns animam lapsum in peccatum, hortatur eam vt sibi aperiat cor suum, per contritionem & confessionem. Cum dicitur Cant. 5. *Aperi mihi soror mea, sponsa mea.* Cum autem peccatorum consuetudine allecta aperire Christo recusat, tunc eam apud patrem iudicem æternum accusat, & ille pro

ea

Digitized by Google

ea mittit, quando eam per mortem corporalem à corpore diuidit. Et dicit duplici iure, scilicet creationis & redemptionis, Sponsa filij mei esse debuisti, Cumque illa non inuenerit, quid respondeat, tunc sententiam æternę damnationis iudex profert, quia finis illorum, qui in peccatis manent mors scilicet æterna est, ideò cum summa diligentia debet homo vitare recidiuum. Nam Apostolus omnibus iustis dicit. *Euigilate iusti, & nolite peccare.* 1. Cor. 15. Per hoc monens eos ne recidiuent in peccatum. Si tamen contingat ex humana fragilitate quenquam iterum quod tamen Deus auertat, non desperet, nec diutius in peccatis iaceat sed pœnitentiam agat, & cum Propheta Dauid, 2. Reg. 12. dicat. *Peccaui in Dominũ*, quia Deus dicit homini impœnitenti, & peccatum suum non recognoscenti, illud Hierem. 2. *Ecce ego in iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, non peccaui.*

Finis in peccatis manẽtiũ est mors æterna.

G

Quantum ad SECVNDVM, proponit nobis Apostolus exemplum imitationis, cum dicit, *vt sequamini vestigia eius.* Dicit Isidorus lib. 17. Heliotropium est herba sic dicta, eo quod solstitio æstiuo floreat, vel quod solis motibus folia circumacta conuertat. Propter quod à latinis solsequium vocatur. Sequitur enim eius flos solis cursum, & in omni puncto, in ortu videlicet & occasu, semper se ad ipsum conuertens, & florem suum aperiens siue claudens. Moraliter, per hanc herbam accipe conscientiam hominis in virtutibus floridam, quæ debet sequi vera Christi vestigia veri solis, considerando videlicet labores eius, quos in discurrendo pertulit in quibus secundum Psalm. à iuuentute fuit, & in effusionem lacrymarum quas in compatiendo ostendit. Luc. 19. Cum *videns ciuitatem Hierusalem, fleuit super illam* ex compassione. Et similiter plagarum illationem, quas à Iudæis pertulit, & sic de aliis. Et debet ei totam suam intentionem aperire, non solùm in ortu prosperitatis, sed etiam in occasu tribulationis & aduersitatis. Exemplo istius fratris, de quo legitur in Vitas patrum, qui interrogauit quendam senem dicens. Si fuero in aliquo loco, & nata fuerit mihi tribulatio, & non habuero aliquem cui me committam, dolores & passionem indicem, quid faciam? Tunc dixit senex ei. Crede in Deum, quia ipse mittet Angelum suum, & gratiam suam, & ipse erit tibi consolatio, si in charitate rogaueris.

Quid heliotropium moraliter designet.

H

Pro quo notandum est quod vestigia diuinitatis sequi non possumus, quia Iob 11. *Celsior est cœlo, & quid facies? profundior est inferno, & vnde cognosces?* & ideo vestigia humanitatis sequi debemus, vt quilibet dicere possit. Iob 23. *Vestigia eius secutus est pes meus.* Et primò in mortis consideratione, quia Christus passus est mortuus, vt mortem nostram semper meditemur. Iuxta illud Eccl 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Et 14. *Memor esto quod mors non tardabit. Nam statutum est omnibus semel mori.* Ad Hebr. 9. Vt quilibet possit dicere cum Sapiente. Sap 2. *Transit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur*, hæc mors est semper meditanda. Quis secundum Bernardum, nihil in rebus humanis certius morte, & nihil incertius hora mortis inuenitur. Ideo idem Bernardus in quodam sermone; non cogitantem de morte reprehendit dicens. Miser homo, quare non omni hora te ad mortem disponis? Cogita te iam mortuum, cum sis de necessitate moriturus, distingue qualiter oculi vertentur in capite, venæ rumpentur in corpore, & cor scindetur dolore. Et B. Greg. in mora. tractans illud Iob 15. *Numerus annorum incertus est*, sic ait. Circumspicit impius, & temporaliter floret, & pensare negligit, quod ad interitum ducitur, & in vitam carnis fiduciam ponit, eamq; permanere æstimat, quam ad tem-

Mortis memoria semper ob oculos habenda

pus tenet, ſolidatur in elatione animus, quem repentina mors ſurripit. Nunquam conſiderat, quàm ſit incerta eius felicitas, nunquam penſat. Nam ſi incertitudinem fugientis vitę conſpiceret incerta pro certis nunquam teneret. Ideo deuotus doctor Amandus in Ho. Sap. 2.c. 2. Narrat de quodam Iuuene qui morte præuentus in proximo migraturus erat, & de ſalute ſuæ animæ nihil diſpoſuerat, ideò lamentabiliter
NB. inter cætera ait. O quam minimè credidiſſem, quod tam citò mori debuiſſem. Et deinde alloquitur mortem. O miſera repentè quaſi ex inſidijs erumpens, irruiſti ſuper me, comprehẽdiſti, atq; mille funibus ligaſti, & in vinculis ferreis tecum trahis, ſicut trahi ſolet damnatus ad ſupplicium mortis. Nunc præ dolore mortis complosis manibus rugitũ emitto, cupiens mortem effugere, & non eſt locus effugiendi. Circumſpiciam ad omnem plagam & deficit conſolator & adiutor, quod fixum eſt immutari non poteſt, vocem mortis horribilem audio, intonantem atque dicentem: filius mortis es tu, nec opes, nec ratio, nec cognati, nec amici valebunt te liberare de manu mea, finis eſt, decretum eſt, implere oportet. Hæc ille. Quare neceſſe eſt valde omnibus hominibus, vt ſuam mortem continuè præ oculis habeant, & de ſalute animæ ſuæ procurent, ne eis ſimilia contingant.

I An poſt hãc vitam ſit hominum memoria.

Sed dicet aliquis. Audiui ſuperius ex dicto Sapientis, quod vita noſtra tranſit ſicut veſtigium nubis. Ex quo videtur, quod nulla poſt hanc vitam erit hominum memoria, ſed peribunt in corpore & anima, quia tranſeunte nube nullum veſtigium eius erit & manebit, ſic nec vitæ noſtræ. Ad hoc dicunt omnes Doctores Catholici; & hæc eſt fides noſtra, quod vita humana eſt denuò reparanda: anima enim humana, naturaliter habet inclinationem, ad corpus ſuum ęternaliter adminiſtrandum. Naturalis enim inclinatio non eſt fruſtra. Ergo cum conſtat omnes mori, neceſſe eſt ponere corpora eorum ad vitam quandoq; reditura. Vt dicit Holkot ſuper librum Sap. lect. 17. Ideo dicit Iob 19. *Scio quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum.* & Ezech. 37. dicit Dominus. *Ego aperiam tumulos veſtros, & vos educã de ſepulchris veſtris.* Et ibidem dicit oſſibus aridis, *dabo vobis ſpiritum & viuetis.*

Obiectiones variæ.

I. Sed contra hoc iterum inſtaret aliquis, & *primo* per illud Pſalm. 38. *Remitte mihi,*
II. *vt refrigerer, priusquam abeam, & amplius non ero.* *Secundo*, per illud Iob 7. *Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcendit ad infernum non aſcendit, nec reuertetur vl-*
III. *tra in domum ſuam.* *Tertio*, per illud Iob 10. *Vadam & non reuertar ad terram tene-*
IV. *broſam.* *Quarto*, per illud 2. Reg. 12. Quod dixit Dauid poſt mortem pueri, quem
V. genuit ex adulterio de Bethſabeæ, *Ego vadam ad illum, ille non reuertetur ad me.* *Quin-*
VI. *to*, per illud Eccleſ. 3. *Vnus eſt interitus hominum & iumentorum, & aqua vtriusq; con-*
VII. *ditio, ſicut moritur homo ſic & illa moriuntur.* *Sexto*, per illud Pſalm. 48. *Sepulchra illorum domus eorum in æternum.* *Septimo*, per illud 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & tanquã aqua dilabimur ſuper terram, quæ vltra non reuertetur.* Ex his argueret aliquis poſt mor-

Reſpõſ. ad I. tem ad corpus animas non reuerti. Sed tene, vt prius dictum eſt. Sed ad *primum* reſponde, quod ſic intelligitur, dixit enim Dauid. *Remitte mihi*, ſcilicet peccata mea, vt adulterium Bethſabeæ & homicidium Vriæ, *vt refrigerer per* tuam conſolationem, *priusquam abeam*, ſcilicet de præſenti vita per mortem, & amplius non ero in ſtatu merendi. Et propter hoc nunc eſt tempus remittendi, quia poſt mortem non erit remiſſio peccati; vel ſic, Si non remittis, ibo de hac vita, & amplius non ero in vero eſ-

Ad II. III. & IV. ſe, quod eſt eſſe cum Deo. Ad *ſecundum* autem, & ad *tertium*, & ad *quartum*, dic quod

Iob

Iob & Dauid loquuntur de reuerſione ad vitam iſtam mortalem vel præſentem. Sic loquitur Sap. 16. *Homo per malitiam occidit animam ſuam, & cum exierit Spiritus non reuertetur, nec reuocabit animam, quæ recepta eſt.* Ad *quintum* ſcilicet, vnus eſt interitus. Dic quod ſecundum Gregorium loquitur ex mente infirmantium, vel loquitur more concionatoris, nunc in perſona fatui, nunc in perſona ſapientis vel quãtum ad apparentiam exteriorem. Ad *ſextum*, ſcilicet, *ſepulcra eorum domus illorum in æternũ.* reſpondè quod loquitur de æterno huius ſeculi. Vel loquitur ſecundum opinionem illorum falſam, qui dicunt cum corpore perire animam. Ad *vltimum* dic, quod loquitur ſimilitudinariè. Sicut aquæ fluunt in terrã, & reuertuntur ad mare & iterũ fluunt: Sic corpora redeunt in terrã, vnde ſunt & reſoluũtur, vt iterũ virtute diuina reſurgãt.

Ad V.

Ad VI.

VIII.

SECVNDO, ſequi debemus veſtigia Chriſti in charitatis conſummatione, quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis mortem, in quo oſtendit erga nos maximam charitatem ſuam. Iuxta illud Ioan. 15. *Maiorem hanc charitatem nemo habet, &c.* De hac dilectione dicit Apoſtolus, 2. Theſ. 2. *Chriſtus dilexit nos, & dedit conſolationem æternam*, vi delicet per mortem ſuam. Et NOTA, Charitas quam Chriſtus habuit in ſua paſſione, fuit quadruplex vt habetur ex hac epiſtola. PRIMO fuit liberalis, quia liberaliter & voluntariè ſe obtulit, & hoc tangit ibi. *Tradebat autem*, ſcilicet liberaliter, *iudicanti ſe iniuſtè.* SECVNDO fuit perſonalis, quia non per alium, ſed per ſemetipſum, & in ſua perſona pro nobis pati dignatus eſt. Nam dicit Thomas de Argent. in Compen. Theolog. verit. c. de paſſione. Charitas Dei vidit, quod nec per amicos, nec per precium poteramus nos redimere, propterea fratrem noſtrum ſe fecit, noſtram aſſumendo carnem, & pretium dedit ſanguinem ſuum fundendo pro nobis, quia hoc petierat Dauid. *Redime me Domine, & miſerere mei.* Pſal. 24. quaſi dicat. Non habeo amicos, *quia vnicus & pauper ſum*, ſcilicet, non habens pretium. Et quo ad hoc dicit hic Petrus, *Peccata*, id eſt, pœnas peccatorum *ipſe portauit.* TERTIO fuit exemplaris & magiſtralis, quia ſicut ipſe pro nobis corporaliter mortuus eſt, ſic nos mori debemus peccatis, viuere autem Deo ideo dicit, *vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus.* QVARTO fuit fructuoſa & virtualis, quantum ad hoc dicit. *Cuius liuore ſanati ſumus*, Et eſt liuor *vno modo* idem quod ſumma charitas, vt ſic exponatur, Cuius liuore, id eſt ſumma & ſola dilectione accedente, nam amor valdè intenſus facit euacuationem ſpirituũ, & ſic relinquitur color pallidus vel liuidus. *Alio modo*, liuor idem eſt quod inuidia, vt cuius liuore, id eſt, inuidia habita Iudæorum ſanati ſumus à morbo peccatorum. Et hoc factum eſt occaſionaliter, quia propter inuidiam Iudæorum traditus eſt Chriſtus ad mortem, per quam ſanati ſumus. *Tertio* liuor idem eſt, quòd dolor, vel vulnus, aut nigredo, quæ manet in carne ex percuſſione. Et quia Chriſtus tantum nos dilexit, exemplum imitandæ charitatis nobis dedit, ideo dicit Bernardus. Diſce Chriſtianæ, quomodo debes Chriſtum diligere, qui dedit nobis carnem ſuam in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium, aquam lateris in lauacrum veſtem crucifixoribus, corpus diſcipulis, matrem Ioanni. Et non ſolum dedit nobis exemplum diligendi ſe ſolum, ſed etiam proximum, quia *plenitudo legis eſt dilectio.* Ad Roman. 13. Sed qualis debeat eſſe dilectio, oſtendit Ioannes, 1. Ioan. 3. *Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate.* Et de hac loquitur beatus Auguſtinus de doctrina Chriſtiana. Sola, inquit, charitas eſt, quæ vincit omnia, & ſine qua nil ſunt omnia. *Et ſubdit.* Amate ſcientiã & anteponite charitatẽ, ſcientia ſi ſola ſit inflat, ſed ſola

K

Charitas Chriſti in ſua paſſione fuit quadruplex.

Liberalis.

Perſonalis.

Exemplaris.

Fructuoſa.

Charitas quæ ædificat ſcientiam, non permittit inflari. *Tertio*, debemus ſequi veſtigia Chriſti, iniquitatis expurgatione Chriſtus enim in ſua paſſione curauit nos.

L. PRIMO, per dictam quando ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Matth. 4. *Secundo* per ſudorem, quando *factus eſt ſudor eius ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram.* Luc. 22. *Tertio* per minutionem, quando clauis & lancea perforatus eſt. Ioan. 19. *Quarto* per potationem, quando *guſtauit acetum felle mixtum.* Matth. 27. *Quinto* per emplaſtrum, quando facies eius ſputo eſt linita. Matth. 26. *Sexto* per electuarium, quando corpus & ſanguinem ſuum in cœna diſcipulis ſuis dedit, & has medicinas Chriſtus accepit propter noſtram infirmitatem, vt dicit Thom. de Argentino in Compend. lib. 4. c. de paſſione in fine. Sed moraliter, per hoc exemplum nobis expurgandæ iniquitatis dedit. Nam ſicut ipſe ieiunauit, qui tamen peccatum non fecit. 1. Petr. 2. Sic & nos, qui multum peccamus, ieiunare debemus, vt peccata per ieiunium expurgemus. Quia dicit Auguſtinus, Ieiunium purgat, mentem ſubleuat, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinem ardoris extinguit, caſtitatis verò lumen accendit. Hæc ille. Et ideo pœnitentibus imponantur ieiunia, vt his mentibus expurgent peccata. Item, ſicut Chriſtus ſudorem emiſit, ſic & nos docuit, ſudorem venialium peccatorum per confeſſionem expurgare, quia aliàs ducunt hominem ad pericula. Quia legitur figura Nahum. 2. quod Propheta aſpexit, & ecce *portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum, & miles captiuus abductus eſt.* Moraliter, portæ fluuiorũ ſunt ſenſus corporis, qui licet interdum guttatim recipiant culpas, tamen ſæpe inducunt conſuetudinem peccandi. Per templa autem intellige animam, quam intrantes huiuſmodi peccata venialia diruũt propter ipſorum multitudinem; hæc & captiuũ ducunt militem, id eſt, liberum arbitrium, & dant illud in manus Diaboli. Item, quod Chriſtus ſanguinem de manibus & pedibus, &c. minuit, nobis exemplum expurgandi à mortalibus culpis tribuit. Quid enim per ſanguinem niſi peccatum intelliges, ſicut dicit Græciſta.

Peccata per ieiunium expurganda. Laus ieiunij

Sanguis peccatum, ſanguis quoque dicitur humor.

De quibus petijt liberari Dauid Pſalm. 50. *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ.* Et hunc ſanguinem minuere debemus de pedibus & manibus. Per manus intellige Diaboli tentationes, quibus non debemus conſentire. Sed per pedes intellige carnales affectus, quos oportet à corde remouere. Item quod Chriſtus accepit potionem, nos inſtruxit, vt potiones ſacrarum ſcripturarum ſiue prædicationum, quibus anima potatur, accipiamus, vt ſic peccata vitemus & expurgemus. Quia dicit Pſal. 106. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos*, ſcilicet in anima.

Et licet iſtæ potiones interdum ſunt amaræ, cum prædicatores videlicet durè increpant, peccatores tamen ſi ſe corrigant in anima fiunt ſaniores. Iuxta illud Prouerb. 19. *Qui cuſtodit mandatum Dei*, ſcilicet, qui dicit per Apoſtolum. *Argue, increpa, obſecra, in omni patientia, cuſtodit animam ſuam*, ſcilicet à transgreſſione culpæ hic, & morte gehennæ ibi. Qui autem negligit vias ſuas, & obſeruationes mandatorum, quibus mandatur cuilibet audire verbum Dei, ſaltem die Dominico mortificabitur ſcilicet morte, culpæ & gehennæ. Et iterum Prouerb. 15. *Qui odit increpationes*, ſcilicet prædicatorum, *morietur*, ſcilicet morte culpæ hic, & morte gehennæ ibi. Item quod Chriſtus accepit emplaſtrum, morialiter nos inſtruxit, vt opera miſericordiæ:

2. Tim. 3.

Pœna eorũ qui Dominico die non audiunt conciones.

diæ faciamus, quia per emplaſtrum, quod linitur, eleemoſynam ſubaudi, mediante qua peccata ſunt expurganda. Iuxta illud Dan. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime.* Et certè qui opera miſericordiæ operatur, veſtigia Chriſti imitatur. Nam ipſæ pluries opera miſericordiæ exercuit. Nam eſurientes pauit. Ioan. 6. & Matth. 14. Sitientes potauit. Ioan. 7. Et maximam eleemoſynam fecit quando corpus in cibum & ſanguinem in potum diſcipulis ſuis tribuit. Matth. 26. Captiuos redemit, quando obſeſſos à dæmonibus liberauit. Luc. 13. Nudos veſtiuit. Iuxta illud Eſaiæ 61. *Induit me Dominus veſtimento ſalutis.* Item quod Chriſtus accepit electuarium ad ſanandam noſtram ſpiritualem infirmitatem, in hoc moraliter nos inſtruxit, vt ad ſananda peccata noſtra, dulce electuarium benignæ remiſſionis ſumamus, remittendo iniuriam, videlicet inimicis noſtris, ideo Chriſtus in ſua paſſione iniuriam remiſit, cum pro inimicis orauit. Lucæ 23. *Pater ignoſce illis.* Sic & nos, ſuo exemplo non ſolum debemus proximis temporalia adminiſtrare, verumetiam ſi in nos peccant, debemus omnia eis totaliter indulgere. Non duntaxat remittendo rancorem verumetiam omnia ſigna rancoris. Nam dimittere rancorem eſt neceſſitatis, Et ad hoc tenetur quilibet, ſiue aduerſarius eum impugnet, ſiue veniam petat, vel non petat. Quia dicit Chryſoſt: Si ille te læſit, & tu prius eum rogaueris, magnam mercedem habebis. Dimittere autem non ſolum rancorem, ſed ſigna rancoris, pro ſatisfactione exigenda, hoc eſt perfectionis, nec ad hoc tenetur niſi in caſu, ſcilicet, quando ille humiliter petit veniam, vt poteſt probari ex dicto Leonis Papæ de pœnit. diſt. 5. cap. vlt.

Non tantum rancor, ſed ſigna etiam rancoris dimittenda.

QVARTO ſequi veſtigia Chriſti debemus in aduerſitatis toleratione, quia dicit hic *Chriſtus paſſus eſt pro nobis:* ac ſi diceret, Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Sed Chriſtus paſſus eſt pro nobis, ſcilicet iniuſtè & ſine cauſa. Ideo & nos debemus iniuſte pati tribulationes pro amore eius. Nam nobis reliquit exemplum tribulationis, contumeliarum, flagellorum, crucis & mortis, vt iſta omnia ſuſtineamus patienter exemplo Chriſti, vt dicit Gloſſ. pro quo notandum. Archidiaconus Guido in roſario ſuper decretum ait, Quod aduerſitas tribulationum propter multa eſt patienter toleranda. PRIMO quia viuificat animam. Iuxta illud Pſalm. 137. *Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me.* Et propter hoc dicit deuotus doctor Amandus in Ho. Sa. lib. 1. cap. 13. O quàm innumeri ſomno peccatores profundiſſimo obdormierunt, & morte ſpirituali pereunt, quos infelix abſorbuerat iniquitas, qui adueniente gratia diuinæ correctionis, velut de ſomno graui ac mortis imperio excitati, vitam in melius commutauerunt, & opera tenebrarum abijcientes arma lucis ſunt induti. SECVNDO eundi ad Deum dilatat viam, ſecundum illud Pſalm. 4. *In tribulatione dilataſti mihi,* ſcilicet viam ad Patriam, & hoc ideo, quia tollit impedimenta ſcilicet ſeculi dilectionem & amorem. Hinc eſt, quare potius boni & virtuoſi aduerſa patiuntur, quàm mali, vt videlicet bonis per aduerſa, via ad cœlum eundi dilatetur, & corona præparetur. Quia dicit beatus Ambroſius lib. ſuo de offi: Non poteſt præmium accipere, niſi qui legitimè certauerit, nec eſt glorioſa victoria niſi fuerint laborioſa certamina. *Et ſubdit.* Fortè dicat aliquis. Cur impij lætantur? cur ipſi etiam non mecum laborant. Et reſpondit. Quoniam qui non ſcribuntur ad coronam mercedis, non tenentur ad certamen laboris. Ex quo elicitur, quod illorum vita eſt valdè periculoſa, qui ſemper lætantur in hoc mundo, & nunquam aliud

M

I. Tribulatio viuificat animam.

II. Parat viam ad Deum.

Periculoſus ſtatus eorũ

qui nihil aduersi patiuntur.

aduersi patiuntur, quia illis viæ eunde ad patriam clauduntur. Ideo non debent boni turbari cum tribulantur, sed potius gaudere & petere à Domino auxilium. Psal. 59. *Da nobis Domine auxilium de tribulatione.* TERTIO aduersitas siue tribulatio probat personam. Iuxta illud Sap. 3. *Sicut aurum in fornace probauit eos Dominus, & quasi holocausti hostiam, accepit illos.* Et quia ostendit Sapiens, vt dicit Holkot. lect. 34. qualiter per tribulationum tolerantiam à Domino acceptantur, & circa hoc duo fiunt: quia *primo* ostenditur, quod pœna iustorum est vehemens augmentum diuinæ acceptionis & electionis. *Secundo* quod eis correspondet euidens emolumentum remunerationis cum additur, *& in tempore erit respectus illorum* & est tale exemplum; Quando aurum frequenter liquefit, & per ignem transit, tantò purius efficitur, charius & acceptabilius. Sed tribulatio vitæ præsentis, est sicut fornax vel caminus, in quo homines depurantur. Eccles. 2. *In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.* Et iusti quanto magis pro Christo tribulantur, tanto magis sunt pretiosi acceptabiles. Et hoc est, quod dicit Dominus Isaiæ 54. *Ad punctum in modico dereliqui te, & in misericordia magna congregabo te, in momento abscondi faciem parumper, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Ideo etiam dixit Sapiens, vbi supra, *In tempore erit respectus illorum*, quasi diceret, in puncto modico, & quasi in instanti patiuntur, Sed in tempore prolixo & longo, scilicet æternitate erit respectus eorum, id est præmiatio. QVARTO aduersitas purgat culpam. Isa. 4. *Ablut Dominus sordes filiorum Sion:* & non solum culpam purgat, sed etiam ab ea præseruat, quod probat Amandus, vbi supra dicens. O quanti sunt, qui grauissima commisissent peccata, qui multa crimina incurrissent, si non pia quadam dispensatione diuina, tribulationibus præseruati fuissent.

III. Tribulatio probat hominem.

IV. Purgat culpam. Tribulatio remedium contra peccata.

Sed diceret aliquis, quare Deus permittit electos suos tentari aduersitatibus in præsenti vita, Respondetur, quod præter rationem beati Ambrosij superius positā, adhuc sunt aliæ tres rationes. PRIMO ad exercendum nostræ naturæ probitatē, quia habemus vsum liberi arbitrij per gratiam informati, si velimus; veluti, Si rex dedisset arma & æquum nobilissimum alicui militi, & ille probè & viriliter pro Regis honore & labore in bello se exponeret, rex eum non immeritò acceptaret. Christus dedit nobis arma liberi arbitrij, cum equo corporis nostri, & sunt quasi similia armis Dei, quia *ad similitudinem & imaginem Dei fecit hominem.* Gen. 1. Ideo dicit Apostolus ad Ephes. 6. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis resistere aduersus insidias Diaboli,* ideo nisi nos pro amore & honore regis nostri viriliter exponamus, nosmetipsos decipimus & damnamus. Nam dicitur Iob. 7. *Militia*, id est, tentatio *est vita hominis super terram.* SECVNDO permittit Deus electos suos aduersitatibus tentari, ad retinendum censuræ nostræ vanitatem, nisi enim tentaremur, nimis propter defectum cognitionis nostræ & experientiæ de nobismetipsis superbiremus. Sicut de hoc dicit Gregor. 9. moral. cap. 18. Superna dispensatio, idcirco nos tota sibi intentione seruientes, carnis nostræ permittit tentationibus concuti, ne mens nostra in superbiam audeat præsumptione suæ eleuari securitatis, vnde dum pulsata trepidat in solo auctoris adiutorio pedem robustius spei figat. Et 19. moral. cap. 3. dicit: Ad ima caro trahit, ne extollat se spiritus, & ad summa trahit spiritus, ne prosternat caro, Spiritus leuat ne iaceamus in infimis, caro aggrauat, ne extollamur ex summis. Et sic secundum Gregor. fit quodam certo moderamine, vt carne deprimente, sed non

N Quare Deus electos tentet aduersitatibus. Ad exercendum vsum liberi arbitrij.

Ad deprimēdam superbiam nostrā

pro-

prosternente homo desperationis lapsum caueat, & spiritu eleuante, & in tentationes & aduersitates sentiente, superbiæ casum euadat, & sic dum spiritus trahit, & caro retrahit, subtilissimo interim iudicij moderamine infra summa, & supra infima, in quodam medio anima laborat. Et ideo petit Psalm. 25. *Proba me Domine & tenta me.* Gloss. *Proba me*, id est, iudica me esse probatum, non tibi, quia omnia nosti, sed mihi & hominibus, nisi enim tentarer aduersitatibus, negligens essem. TERTIO ad promerendam futuræ vitæ felicitatem. Iuxta illud Iacobi 1. *Beatus vir qui suffert tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Et certè propter hanc felicitatem futuram debet homo omnia pati, quia dicit Amandus lib. 1. ca. 13. Tanta est præeminentia futuræ gloriæ, ad temporales & transitorias tribulationes, vt diligens prospector, deberet potius eligere multis annis in fornace ignis ardentis velle torqueri, quàm minimo præmio, sibi in futuro reseruato, velle priuari, quia labor cum fine, merces sine fine.

Ad promerē dam beatitu dinem.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo Secundus.

Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Ioan. 10.

PEtrus in libro de Auibus dicit, quod Pellicanus nimium diligit pullos suos, quod patet ex illo, nam absente Pellicano quidam serpens intoxicat pullos suos. Cum autem redierit, & eos mortuos inuenerit, se in pectore vulnerando percutit, & sanguinem super pullos spargit, & sic reuiuiscunt. Spiritualiter hæc auis significat Christũ, qui in principio formauit duos pullos, videlicet Adam & Euam, & dedit eis posse non mori. Sicut de hoc dicit Aug: super Gen. li. 3. c. 25. & etiam li. 9. & c. 9. super illo verbo. *Ecce dedi vobis omnem herbam*, mouens quæstionem dicens sic. Quæritur quomodo immortalis factus sit homo præ alijs animantibus. *Et subdit.* Sed alia est immortalitas carnis, quam in Adam accepimus, alia quam in resurrectione speramus. Per Christum ille factus est homo immortalis, vt non posset mori, si non peccaret, moreretur autem si peccaret. Filij autem resurrectionis nec poterunt vltra peccare, nec mori. Caro nostra tunc non egebit refectione ciborum, quia nulla poterit esse defectio. Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata erat, vt per alimoniam adiuta esset mortis & doloris expers. Hæc Aug: Videns autem dolosus serpens diabolus, eos formatos non posse mori, eos intoxicauit, quando pomum ad edendum eis obtulit. Gen. 3. *Cur præcepit vobis, &c.* & sic facti sunt mortales, & quamuis viuebant secũdum corpus, tamen quo ad animum mortui erant. Veniens autem Christus in sua incarnatione, pectus suum aperire permisit, & animam suam dilectam pro nobis posuit, vt nos viuificaret, qui in Adam mortui eramus.

O

Pellicanus Christum significat.

Immortalitas duplex.

Quod autem animam suam Christus pro nobis posuit vel obtulit, figuratum est, Iudic. 11. de Iephte, qui princeps à filijs Israel electus, volens pugnare contra Amon, vouit Deo offerre, quicquid ei primò occurreret, cũ de bello victo rediret, quo facto occur-

ria ſeneſcere non debet. Et Sapiens Cato: Beneficij, inquit, accepti memor eſto. Ad propoſitum autem Dominus noſter IESVS Chriſtus paſſus eſt pro ſalute omnium, quantum ad ſufficientiam, licet non quantum ad efficaciam: & non ſolum paſſus eſt, vt dicit Petrus in verbis præaſſumptis, ſed etiam vulneratus eſt vſque ad mortem. Eſaiæ 53. *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras.* Et idcirco eſt maximum beneficium nobis impenſum, & nunquam obliuiſcendum, ſed ſemper memorandum. Quia dicit deuotus Doctor Amandus in Ho. Sa. li. 1. cap. 14. Frequens paſſionis Chriſti memoria, indoctum quenquam reddit doctiſſimum, & imperitos ac idiotas facit proficere in magiſtros, magiſtros, inquam ſcientiæ, non quæ inflat, ſed Charitatis quæ ædificat.

Sed heu, multi inter nos huius Chriſti paſſionis obliuiſcuntur & ingrati ſunt, & dæmonis perſuaſionibus in voluptates conſentiunt. Sicut patet ex illo exẽplo ſumpto ex geſtis Romanorum, vbi legitur. Imperator quidam ſtatuit pro lege. Quicunque virginem de manu raptoris liberaret, eam ſi ſibi placeret, in vxorem duceret, vel haberet. Accidit autem eo tempore, vt quidam Tyrannus virginem pulcherrimam raperet, & in ſyluam quandam duceret deflorandam, cum illa clamaret, miles quidam inde tranſiens, & vocem puellæ audiens, equum calcaribus pupugit, & ad eam veniens cauſam clamoris requiſiuit. Cui virgo. O Domine mihi ſuccurre nam Tyrannus iſte me vi rapuit, etiam me defloratam occidere diſponit. E contra Tyrannus, vxor mea eſt in adulterio eam reperi, & ideo eam occidere curaui. Miles ergo rogatu puellæ cum raptore pugnauit, & duros ictus, vulneraque multa ſuſcipiens, tyrannum ſuperauit. Habita igitur victoria, puella fidem militi dedit, vt & alium præter eum non amaret, fide data ait miles, in caſtro meo per aliquot dies maneas, & interim ad parentes meos pergens, quæ ſunt neceſſaria pro nuptijs procurabo. Cumq; abijſſet miles, venit Tyrannus ad caſtrum & pulſauit, & dum non ſtatim intromiſſus eſſet, multum promiſit, & vt eam duceret in vxorem. At illa dictis eius acquieuit & ipſum intromiſit, nec poſtea venienti militi fidem ſeruauit.

C Spiritualiter per Imperatorem intellige Patrem cœleſtem, cuius imperio omnia quæ in cœlis & in terris ſunt obediunt & reguntur, quia non eſt qui poſſit reſiſtere ſuæ voluntati. Hic Imperator cœli dedit legem in nouo teſtamento & in antiquo: in antiquo quidem dedit legem, vt ceruicem ſuperborum humiliaret. De hoc dicit Magiſter ſententiarum Sermone II. de Aduentu Domini, Deus magno & profundo conſilio ſuo, legem prius dedit quàm filium mitteret, vt hominis ſuperbiam domaret, & inſufficientiam humanam conuinceret, ne ſibi iuſtitiam arrogaret, & fruſtra Chriſtum veniſſe indicaret. In nouo autem dedit leges, vt humanam audaciam coerceret. De hoc dicit Iſidorus diſt. 4. cap. factæ. Factæ inquit, ſunt leges, vt earum metu humana audacia coerceretur, tutaque ſit inter improbos innocentia. His ergò legibus ſtatutis accidit, vt raptor quidam, id eſt, diabolus raperet puellam, per quam intellige genus humanum, quod per peccatum violabat, & æternaliter occidere volebat. Sed clamabat ad Deum pro liberatione genus humanum per Iſa. 16. *Emitte*, inquit, *agnum dominatorem terræ, de petra deſerti*, id eſt, de cœlo, quod fuit deſertum per angelos malos, ad montem filiæ Sion, cuius quidem clamorem audiuit Chriſtus miles generoſus equitans ſuper diuinitatem, venit in ſiluam huius mundi. Iuxta illud Exo. 3. *Clamorem eius audiui, & deſcendi liberare eũ.* Cum ergò cauſam clamoris

moris didiciſſet, & qualiter genus humanum Tyrannus diabolus violenter oppreſſiſſet, certamen contra ipſum iniit atque aſſumpſit, & dira paſſus eſt pro liberatione generis humani, à Iudæis Diaboli membris. Nam vt dicit Thom. in Compen. Theolog. ver. lib. 4 c. de paſſione.

D

Qualiter Chriſtus pro nobis ſic paſſus?

Quod Chriſtus ſuſtinuit in tactu clauorum aſperitatem, In auditu opprobriorum confuſionem, In odoratu ſputorum fœditatem, In guſtu aceti & fellis, amaritudinem, In oculis, lacrymarum effuſionem, In corde, pœnarum timorem. Ideo dicit hic Apoſtolus, *Chriſtus paſſus eſt pro nobis. Primo* quidem paſſione generali, quia ſecundum omnia membra corporis. Iuxta illud Iſaiæ 53. *Vidimus eum non habentem ſpeciem neque decorem. Secundo*, paſſione acerba, Thren. 1. *O vos omnes, &c. Tertio*, ratione intenſionis propter optimam diſpoſitionem ipſius patientis. Tum propter eius innocentiam, tum propter eius honoris excellentiam. Honorabilis enim cum confunditur, plus læditur, & præcipuè inter ſuos. *Quarto* paſſione grauiſſima propter eius virtuoſitatem. Ille enim miles Chriſtus, qui paſſus eſt pro ſalute generis humani, eſt virtuoſiſſimus, ergò eius paſſio fuit grauis, quia vilis homo de morte dolere non debet, cum turpitudo finem habet, vt dicit Thom. vbi ſupra. *Quinto* paſſione ignominioſa, & hæc ignominia attenditur in patibulo crucis, vbi fuit ſupplicium, & in conſortio fuit iniquorum, cum quib. deputatus eſt ideo dixerunt Sap. 2. *Morte turpiſſima condemnemus eum.* Et notanter dicit Apoſtolus Petrus, *Chriſtus paſſus eſt*, & non dicit, fuit paſſus, in hoc innuens, vt eius paſſiones tot & tantæ fuerunt, quod nemo poteſt eas explicare. Iuxta illud Pſal. 87. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me* Et dicit induxiſti, per hoc ſignans, quod omnia hęc, quę de paſſione eius prophetata fuerunt, certitudinaliter euenerunt, Non dicit hic, quanta paſſus ſit, quia hic exprimere non potuit. Sicut Chriſti natura, quantum ad ipſius teneritatem, omnium aliorum hominum naturam incomparabiliter excedit, ita eius paſſio paſſiones aliorum incomparabiliter tranſcendit. Ideo dicit Auguſt. in ſermone de paſſione. Caput noſtrum intuemur, multi martyres taliter paſſi ſunt, ſed nihil ſic elucet, quomodo caput noſtrum.

I.
II.
III.
IV.
V.

Sed dices: Quomodo hoc fuit quod Chriſtus tantum dolorem ſuſtinuit, cum ipſe ſit verus comprehenſor, & gaudium beatitudinis rectum dabat in ſenſualitatem, abſorbebat omnem dolorem corpori inferibilem, vt dicunt Doctores. Ad hoc quod dicitur quod miraculosè fuit factum, quia redundantia beatitudinis & gaudij interioris, ita ſuſpenſa fuit in Chriſto, quod in nullo remiſit dolorem exteriorem, vt tangit gloſ. Liræ qui dicit. Tempore paſſionis Chriſti diuinitas in cœlum abiiſſe dicitur, non quidem locum mutans, ſed virtutem cohibens, vt poſſent impij paſſionem conſummare, ideo patet, quod CHRISTVS voluit ſibi impaſſionem ſubtrahere miraculosè, quod ex gratia dignatus eſt ſuis martyribus tempore paſſionis elargiri. Nam quanto duriora perpeſſi ſunt exterius, tantò magis illis Deus affuit interius conſolando. Ideo B. Laurentius ſuper cratem poſitus dixit ad Decium. Carbones tui mihi refrigerium præſtant. Et B. Tiburtius dum ſuper carbones ignitos incederet, ait, videtur mihi quod ſuper roſeos flores incedam in nomine Ieſu Chriſti. Sic Chriſtus in ſua paſſione nullam conſolationem recepit, propter quod dixit: *Deus Deus meus vt quid me dereliquiſti?* Matt. 27.

Sed ſi quæreret aliquis propter quos Chriſtus paſſus eſt, reſpõdit Petrus dicens,

E

pro

Pro quibus Christus passus.

pro nobis scilicet hominibus, non pro dæmonibus, quod etiam tangit infra, cum dicit, *Qui ea peccata nostra pertulit ipse in corpore suo super lignum* scilicet crucis, *vt peccatis mortui*, id est, amplius non peccemus sicut mortui, *sed iustitiæ* scilicet Christo *viuamus, cuius liuore sanati sumus*, scilicet à peccatorum infirmitatibus. Et dicit Magister lib. 3. sent. distinct. 18. cap. vltimo. Quod portauit peccata nostra Christus, id est, pœnam peccatorum nostrorum, quia per ipsius pœnam quam in cruce tulit, pœna nostra relaxata est. Ideo dicitur de summ: Trinit: & fide Cathol: c. firmiter. Qui etiam pro salute generis humani in ligno crucis passus est. Et sic miles ille Christus per passionem suam redemit nos à Tyranni qui nos rapuerat, potestate. Ideo debemus sibi fidem dare, vt eum solum diligamus, sibi seruiamus, & in sponsum habeamus, vt dicat quilibet, *sponsus sanguinum tu mihi es*, Exod. 4. Id est, redemisti me sanguine tuo pretioso. Et non solum Christus nos liberauit à diabolo, sed locauit nos in ecclesia suo castro, abiens interim ad patrem suum, & nuptijs necessaria disponens, volens quod *similes simus hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs.* Luc. 12. Sed timendum est, quod multi, qui in sacra quadragesima Christo fidem dederunt, nolle ab eo separari, veniente diabolo Tyranno, & multa eis promittente, scilicet longam vitam, gloriam mundi & honores aut delitias, statim ostium ei cordis aperiunt, & ipsum intromittunt, & Christo fidem frangunt, & in pristina peccata cadunt & recidiuant.

Inconstantia nostra reprehenditur.

Relabi in priora peccata quam periculosum.

Sed hæc recidiuatio in peccata, causat septem mala in homine recidiuante, quæ *per septem nequiores* figurantur. Matth. 12. *Primo* per ipsum redditur peccator proniior ad labendum. *Secundo* durior ad conterendum. *Tertio* tardior ad confitendum. *Quarto* infirmior ad resistendum. *Quinto* pronior in malo persistendum. *Sexto* dæmon improbior fit ad impetendum. *Septimo*, Deus efficitur difficilior ad miserandũ. Ideo sapiens dissuadet recidiuum dicens. *Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur*, Eccles. 21. Et nota quod homo qui vult euitare recidiuum peccati, debet rememorare turpitudinem præteritorum peccatorum. Quia dicit Magister sent. super illud Apostoli ad Roman. 6. *Quem fructum*, id est, vtilitatem *habuistis tunc in illis*, scilicet, turpitudinibus & *peccatis, in quibus nunc*, scilicet, post pœnitentiam *erubescitis*, quasi dicat, nullam. Ideo Apostolus, peccata præterita commemorat, quia hæc commemoratio facit peccata, priora abhorrere mala, & consequenter peccati recidiuum euitare. Et merito, quia secundum Apostolum, vbi supra. *Finis illorum* scilicet qui iterum peccant mortaliter, *mors* scilicet gehennæ. Quod patet in conclusione exempli præcedentis vbi concluditur.

Remedium contra recidiuum.

F Cum puella faciem à milite, qui eam à Tyranno liberauit auerteret, & intromittere nollet, miles iudici conquestus est de muliere & raptore, iudex pro eis misit, & inter cætera puellæ dixit, iure duplici vxor fuisti illius, tùm quia de manu raptoris te liberauit, tum quia fidem sibi dedisti, quare ergò ianuam alteri aperuisti, & eum intromisisti Cumque illa respondere non posset, dedit iudex sententiam mortis super illam. Sic spiritualiter Christus videns animam lapsum in peccatum, hortatur eam vt sibi aperiat cor suum per contritionem & confessionem. Cum dicitur Cant. 5. *Aperi mihi soror mea, sponsa mea.* Cum autem peccatorum consuetudine allecta aperire Christo recusat, tunc eam apud patrem iudicem æternum accusat, & ille pro

ea

ea mittit, quando eam per mortem corporalem à corpore diuidit. Et dicit duplici iure, ſcilicet creationis & redemptionis, Sponſa filij mei eſſe debuiſti. Cumque illa non inuenerit, quid reſpondeat, tunc ſententiam æternę damnationis iudex profert, quia finis illorum, qui in peccatis manent mors ſcilicet æterna eſt, ideò cum ſumma diligentia debet homo vitare recidiuum. Nam Apoſtolus omnibus iuſtis dicit. *Euigilate iuſti, & nolite peccare.* 1. Cor. 15. Per hoc monens eos ne recidiuent in peccatum. Si tamen contingat ex humana fragilitate quenquam iterum quod tamen Deus auertat, non deſperet, nec diutius in peccatis iaceat ſed pœnitentiam agat, & cum Propheta Dauid, 2. Reg. 12. dicat. *Peccaui in Dominũ*, quia Deus dicit homini impœnitenti, & peccatum ſuum non recognoſcenti, illud Hierem. 2. *Ecce ego in iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, non peccaui.*

Finis in peccatis manẽtiũ eſt mors æterna.

G

Quantum ad SECVNDVM, proponit nobis Apoſtolus exemplum imitationis, cum dicit, *vt ſequamini veſtigia eius.* Dicit Iſidorus lib. 17. Heliotropium eſt herba ſic dicta, eo quod ſolſtitio æſtiuo floreat, vel quod ſolis motibus folia circumacta conuertat. Propter quod à latinis ſolſequium vocatur. Sequitur enim eius flos ſolis curſum, & in omni puncto, in ortu videlicet & occaſu, ſemper ſe ad ipſum conuertens, & florem ſuum aperiens ſiue claudens. Moraliter, per hanc herbam accipe conſcientiam hominis in virtutibus floridam, quæ debet ſequi vera Chriſti veſtigia veri ſolis, conſiderando videlicet labores eius, quos in diſcurrendo pertulit in quibus ſecundum Pſalm. à iuuentute fuit, & in effuſionem lacrymarum quas in compatiendo oſtendit. Luc. 19. Cum *videns ciuitatem Hieruſalem, fleuit ſuper illam* ex compaſſione. Et ſimiliter plagarum illationem, quas à Iudæis pertulit, & ſic de aliis. Et debet ei totam ſuam intentionem aperire, non ſolùm in ortu proſperitatis, ſed etiam in occaſu tribulationis & aduerſitatis. Exemplo iſtius fratris, de quo legitur in Vitas patrum, qui interrogauit quendam ſenem dicens. Si fuero in aliquo loco, & nata fuerit mihi tribulatio, & non habuero aliquem cui me committam, dolores & paſſionem indicem, quid faciam? Tunc dixit ſenex ei. Crede in Deum, quia ipſe mittet Angelum ſuum, & gratiam ſuam, & ipſe erit tibi conſolatio, ſi in charitate rogaueris.

Quid heliotropium moraliter deſignet.

Pro quo notandum eſt, quod veſtigia diuinitatis ſequi non poſſumus, quia Iob 11. *Celſior eſt cœlo, & quid facies? profundior eſt inferno, & vnde cognoſces?* & ideo veſtigia humanitatis ſequi debemus, vt quilibet dicere poſſit. Iob 23. *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus.* Et primò in mortis conſideratione, quia Chriſtus paſſus eſt mortuus, vt mortem noſtram ſemper meditemur. Iuxta illud Eccl 7. *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Et 14. *Memor eſto quod mors non tardabit. Nam ſtatutum eſt omnibus ſemel mori.* Ad Hebr. 9. Vt quilibet poſſit dicere cum Sapiente. Sap 2. *Tranſit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur*, hæc mors eſt ſemper meditanda. Quis ſecundum Bernardum, nihil in rebus humanis certius morte, & nihil incertius hora mortis inuenitur. Ideo idem Bernardus in quodam ſermone; non cogitantem de morte reprehendit dicens. Miſer homo, quare non omni hora te ad mortem diſponis? Cogita te iam mortuum, cum ſis de neceſſitate moriturus, diſtingue qualiter oculi vertentur in capite, venæ rumpentur in corpore, & cor ſcindetur dolore. Et B. Greg. in mora. tractans illud Iob 15. *Numerus annorum incertus eſt*, ſic ait. Circumſpicit impius, & temporaliter floret, & penſare negligit, quod ad interitum ducitur, & in vitam carnis fiduciam ponit, eamq; permanere æſtimat, quam ad tem-

H

Mortis memoria ſemper ob oculos habenda

pus tenet, ſolidatur in elatione animus, quem repentina mors ſurripit. Nunquam conſiderat, quàm ſit incerta eius felicitas, nunquam penſat. Nam ſi incertitudinem fugientis vitę conſpiceret incerta pro certis nunquam teneret. Ideo deuotus doctor Amandus in Ho. Sap. 2.c. 2. Narrat de quodam Iuuene qui morte præuentus in proximo migraturus erat, & de ſalute ſuæ animæ nihil diſpoſuerat, ideò lamentabiliter
NB. inter cætera ait. O quam minimè credidiſſem, quod tam citò mori debuiſſem. Et deinde alloquitur mortem. O miſera repentè quaſi ex inſidijs erumpens, irruiſti ſuper me, comprehẽdiſti, atq; mille funibus ligaſti, & in vinculis ferreis tecum trahis, ſicut trahi ſolet damnatus ad ſupplicium mortis. Nunc præ dolore mortis complosis manibus rugitũ emitto, cupiens mortem effugere, & non eſt locus effugiendi. Circumſpiciam ad omnem plagam & deficit conſolator & adiutor, quod fixum eſt immutari non poteſt, vocem mortis horribilem audio, intonantem atque dicentem: filius mortis es tu, nec opes, nec ratio, nec cognati, nec amici valebunt te liberare de manu mea, finis eſt, decretum eſt, implere oportet. Hæc ille. Quare neceſſe eſt valde omnibus hominibus, vt ſuam mortem continuè præ oculis habeant, & de ſalute animæ ſuæ procurent, ne eis ſimilia contingant.

I An poſt hãc vitam ſit hominum memoria.

Sed dicet aliquis. Audiui ſuperius ex dicto Sapientis, quod vita noſtra tranſit ſicut veſtigium nubis. Ex quo videtur, quod nulla poſt hanc vitam erit hominum memoria, ſed peribunt in corpore & anima, quia tranſeunte nube nullum veſtigium eius erit & manebit, ſic nec vitæ noſtræ. Ad hoc dicunt omnes Doctores Catholici; & hæc eſt fides noſtra, quod vita humana eſt denuò reparanda: anima enim humana, naturaliter habet inclinationem, ad corpus ſuum ęternaliter adminiſtrandum. Naturalis enim inclinatio non eſt fruſtra. Ergo cum conſtat omnes mori, neceſſe eſt ponere corpora eorum ad vitam quandoq; reditura. Vt dicit Holkot ſuper librum Sap. lect. 17. Ideo dicit Iob 19. *Scio quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum.* & Ezech. 37. dicit Dominus. *Ego aperiam tumulos veſtros, & vos educã de ſepulchris veſtris.* Et ibidem dicit oſſibus aridis, *dabo vobis ſpiritum & viuetis.*

Obiectiones variæ.

I. II. III. IV. V. VI. VII.

Sed contra hoc iterum inſtaret aliquis, & *primo* per illud Pſalm. 38. *Remitte mihi, vt refrigerer, priusquam abeam, & amplius non ero.* *Secundo*, per illud Iob 7. *Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcendit ad infernum non aſcendit, nec reuertetur vltra in domum ſuam.* *Tertio*, per illud Iob 10. *Vadam & non reuertar ad terram tenebroſam.* *Quarto*, per illud 2. Reg. 12. Quod dixit Dauid poſt mortem pueri, quem genuit ex adulterio de Bethſabeæ, *Ego vadam ad illum, ille non reuertetur ad me.* *Quinto*, per illud Eccleſ. 3. *Vnus eſt interitus hominum & iumentorum, & aqua vtrisq; conditio, ſicut moritur homo ſic & illa moriuntur.* *Sexto*, per illud Pſalm. 48. *Sepulchra illorum domus eorum in æternum.* *Septimo*, per illud 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & tanquã aqua dilabimur ſuper terram, quæ vltra non reuertetur.* Ex his argueret aliquis poſt mor-

Reſpõſ. ad I. tem ad corpus animas non reuerti. Sed tene, vt prius dictum eſt. Sed ad *primum* reſponde, quod ſic intelligitur, dixit enim Dauid. *Remitte mihi*, ſcilicet peccata mea, vt adulterium Bethſabeæ & homicidium Vriæ, *vt refrigerer per* tuam conſolationem, *priusquam abeam*, ſcilicet de præſenti vita per mortem, & amplius non ero in ſtatu merendi. Et propter hoc nunc eſt tempus remittendi, quia poſt mortem non erit remiſſio peccati; vel ſic, Si non remittis, ibo de hac vita, & amplius non ero in vero eſ-

Ad II. III. & IV. ſe, quod eſt eſſe cum Deo. Ad *ſecundum* autem, & ad *tertium*, & ad *quartum*, dic quod

Iob

Iob & Dauid loquuntur de reuerſione ad vitam iſtam mortalem vel præſentem. Sic loquitur Sap. 16. *Homo per malitiam occidit animam ſuam, & cum exierit Spiritus non reuertetur, nec reuocabit animam, quæ recepta eſt.* Ad *quintum* ſcilicet, vnus eſt interitus. Dic quod ſecundum Gregorium loquitur ex mente infirmantium, vel loquitur more concionatoris, nunc in perſona fatui, nunc in perſona ſapientis vel quãtum ad apparentiam exteriorem. Ad *ſextum*, ſcilicet, *ſepulcra eorum domus illorum in æternũ.* reſpondè quod loquitur de æterno huius ſeculi. Vel loquitur ſecundum opinionem illorum falſam, qui dicunt cum corpore perire animam. Ad *vltimum* dic, quod loquitur ſimilitudinariè. Sicut aquæ fluunt in terrã, & reuertuntur ad mare & iterũ fluunt: Sic corpora redeunt in terrã, vnde ſunt & reſoluũtur, vt iterũ virtute diuina reſurgãt.

Ad V.

Ad VI.

VIII.

K

SECVNDO, ſequi debemus veſtigia Chriſti in charitatis conſummatione, quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis mortem, in quo oſtendit erga nos maximam charitatem ſuam. Iuxta illud Ioan. 15. *Maiorem hanc charitatem nemo habet, &c.* De hac dilectione dicit Apoſtolus, 2. Theſ. 2. *Chriſtus dilexit nos, & dedit conſolationem æternam*, videlicet per mortem ſuam. Et NOTA, Charitas quam Chriſtus habuit in ſua paſſione, fuit quadruplex vt habetur ex hac epiſtola. PRIMO fuit liberalis, quia liberaliter & voluntariè ſe obtulit, & hoc tangit ibi. *Tradebat autem*, ſcilicet liberaliter, *iudicanti ſe iniuſtè.* SECVNDO fuit perſonalis, quia non per alium, ſed per ſemetipſum, & in ſua perſona pro nobis pati dignatus eſt. Nam dicit Thomas de Argent. in Compen. Theolog. verit. c. de paſſione. Charitas Dei vidit, quod nec per amicos, nec per precium poteramus nos redimere, propterea fratrem noſtrum ſe fecit, noſtram aſſumendo carnem, & pretium dedit ſanguinem ſuum fundendo pro nobis, quia hoc petierat Dauid. *Redime me Domine, & miſerere mei.* Pſal. 24. quaſi dicat. Non habeo amicos, *quia vnicus & pauper ſum*, ſcilicet, non habens pretium. Et quo ad hoc dicit hic Petrus, *Peccata*, id eſt, pœnas peccatorum *ipſe portauit.* TERTIO fuit exemplaris & magiſtralis, quia ſicut ipſe pro nobis corporaliter mortuus eſt, ſic nos mori debemus peccatis, viuere autem Deo ideo dicit, *vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus.* QVARTO fuit fructuoſa & virtualis, quantum ad hoc dicit. *Cuius liuore ſanati ſumus*, Et eſt liuor *vno modo* idem quod ſumma charitas, vt ſic exponatur, Cuius liuore, id eſt ſumma & ſola dilectione accedente, nam amor valdè intenſus facit euacuationem ſpirituũ, & ſic relinquitur color pallidus vel liuidus. *Alio modo*, liuor idem eſt quod inuidia, vt cuius liuore, id eſt, inuidia habita Iudæorum ſanati ſumus à morbo peccatorum. Et hoc factum eſt occaſionaliter, quia propter inuidiam Iudæorum traditus eſt Chriſtus ad mortem, per quam ſanati ſumus. *Tertio* liuor idem eſt, quòd dolor, vel vulnus, aut nigredo, quæ manet in carne ex percuſſione. Et quia Chriſtus tantum nos dilexit, exemplum imitandæ charitatis nobis dedit, ideo dicit Bernardus. Diſce Chriſtianæ, quomodo debes Chriſtum diligere, qui dedit nobis carnem ſuam in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium, aquam lateris in lauacrum veſtem crucifixoribus, corpus diſcipulis, matrem Ioanni. Et non ſolum dedit nobis exemplum diligendi ſe ſolum, ſed etiam proximum, quia *plenitudo legis eſt dilectio.* Ad Roman. 13. Sed qualis debeat eſſe dilectio, oſtendit Ioannes, 1. Ioan. 3. *Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate.* Et de hac loquitur beatus Auguſtinus de doctrina Chriſtiana. Sola, inquit, charitas eſt, quæ vincit omnia, & ſine qua nil ſunt omnia. *Et ſubdit.* Amate ſcientiã & anteponite charitatẽ, ſcientia ſi ſola ſit inflat, ſed ſola

Charitas Chriſti in ſua paſſione fuit quadruplex.

Liberalis.

Perſonalis.

Exemplaris.

Fructuoſa.

Charitas quæ ædificat ſcientiam, non permittit inflari. *Tertio*, debemus ſequi veſtigia Chriſti, iniquitatis expurgatione Chriſtus enim in ſua paſſione curauit nos.

L PRIMO, per dictam quando ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Matth. 4. *Secundo* per ſudorem, quando *factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Luc. 22. *Tertio* per minutionem, quando clauis & lancea perforatus eſt. Ioan. 19. *Quarto* per potationem, quando *guſtauit acetum felle mixtum*. Matth. 27. *Quinto* per emplaſtrum, quando facies eius ſputo eſt linita. Matth. 26. *Sexto* per electuarium, quando corpus & ſanguinem ſuum in cœna diſcipulis ſuis dedit, & has medicinas Chriſtus accepit propter noſtram infirmitatem, vt dicit Thom. de Argentino in Compend. lib. 4. c. de paſſione in fine. Sed moraliter, per hoc exemplum nobis expurgandæ iniquitatis dedit. Nam ſicut ipſe ieiunauit, qui tamen peccatum non fecit. 1. Petr. 2. Sic & nos, qui multum peccamus, ieiunare debemus, vt peccata per ieiunium expurgemus. Quia dicit Auguſtinus, Ieiunium purgat, mentem ſubleuat, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinem ardoris extinguit, caſtitatis verò lumen accendit. Hæc ille. Et ideo pœnitentibus imponantur ieiunia, vt his mentibus expurgent peccata. Item, ſicut Chriſtus ſudorem emiſit, ſic & nos docuit, ſudorem venialium peccatorum per confeſſionem expurgare, quia aliàs ducunt hominem ad pericula. Quia legitur figura Nahum. 2. quod Propheta aſpexit, & ecce *portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum, & mites captiuus abductus eſt*. Moraliter, portæ fluuiorũ ſunt ſenſus corporis, qui licet interdum guttatim recipiant culpas, tamen ſæpe inducunt conſuetudinem peccandi. Per templa autem intellige animam, quam intrantes huiusmodi peccata venialia diruũt propter ipſorum multitudinem; hæc & captiuũ ducunt militem, id eſt, liberum arbitrium, & dant illud in manus Diaboli. Item, quod Chriſtus ſanguinem de manibus & pedibus, &c. minuit, nobis exemplum expurgandi à mortalibus culpis tribuit. Quid enim per ſanguinem niſi peccatum intelliges, ſicut dicit Græciſta.

Sanguis peccatum, ſanguis quoque dicitur humor.

De quibus petijt liberari Dauid Pſalm. 50. *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ.* Et hunc ſanguinem minuere debemus de pedibus & manibus. Per manus intellige Diaboli tentationes, quibus non debemus conſentire. Sed per pedes intellige carnales affectus, quos oportet à corde remouere. Item quod Chriſtus accepit potionem, nos inſtruxit, vt potiones ſacrarum ſcripturarum ſiue prædicationum, quibus anima potatur, accipiamus, vt ſic peccata vitemus & expurgemus. Quia dicit Pſal. 106. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos*, ſcilicet in anima.

Et licet iſtæ potiones interdum ſunt amaræ, cum prædicatores videlicet durè increpant, peccatores tamen ſi ſe corrigant in anima fiunt ſaniores. Iuxta illud Prouerb. 19. *Qui cuſtodit mandatum Dei*, ſcilicet, qui dicit per Apoſtolum. *Argue, increpa, obſecra, in omni patientia, cuſtodit animam ſuam*, ſcilicet à transgreſſione culpæ hic, & morte gehennæ ibi. Qui autem negligit vias ſuas, & obſeruationes mandatorum, quibus mandatur cuilibet audire verbum Dei, ſaltem die Dominico mortificabitur ſcilicet morte, culpæ & gehennæ. Et iterum Prouerb. 15. *Qui odit increpationes*, ſcilicet prædicatorum, *morietur*, ſcilicet morte culpæ hic, & morte gehennæ ibi. Item quod Chriſtus accepit emplaſtrum, morialiter nos inſtruxit, vt opera miſericordiæ:

Peccata per ieiunium ex purganda. Laus ieiunij

2. Tim. 3.

Pœna eorũ qui Dominico die non audiunt conciones.

Digitized by Google

diæ faciamus, quia per emplaſtrum, quod linitur, eleemoſynam ſubaudi, mediante qua peccata ſunt expurganda. Iuxta illud Dan. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime.* Et certè qui opera miſericordiæ operatur, veſtigia Chriſti imitatur. Nam ipſæ pluries opera miſericordiæ exercuit. Nam eſurientes pauit. Ioan. 6. & Matth. 14. Sitientes potauit. Ioan. 7. Et maximam eleemoſynam fecit quando corpus in cibum & ſanguinem in potum diſcipulis ſuis tribuit. Matth. 26. Captiuos redemit, quando obſeſſos à dæmonibus liberauit. Luc. 13. Nudos veſtiuit. Iuxta illud Eſaiæ 61. *Induit me Dominus veſtimento ſalutis.* Item quod Chriſtus accepit electuarium ad ſanandam noſtram ſpiritualem infirmitatem, in hoc moraliter nos inſtruxit, vt ad ſananda peccata noſtra, dulce electuarium benignæ remiſſionis ſumamus, remittendo iniuriam, videlicet inimicis noſtris, ideo Chriſtus in ſua paſſione iniuriam remiſit, cum pro inimicis orauit. Lucæ 23. *Pater ignoſce illis.* Sic & nos, ſuo exemplo non ſolum debemus proximis temporalia adminiſtrare, verumetiam ſi in nos peccant, debemus omnia eis totaliter indulgere. Non duntaxat remittendo rancorem verumetiam omnia ſigna rancoris. Nam dimittere rancorem eſt neceſſitatis, Et ad hoc tenetur quilibet, ſiue aduerſarius eum impugnet, ſiue veniam petat, vel non petat. Quia dicit Chryſoſt: Si ille te læſit, & tu prius eum rogaueris, magnam mercedem habebis. Dimittere autem non ſolum rancorem, ſed ſigna rancoris, pro ſatisfactione exigenda, hoc eſt perfectionis, nec ad hoc tenetur niſi in caſu, ſcilicet, quando ille humiliter petit veniam, vt poteſt probari ex dicto Leonis Papæ de pœnit. diſt. 5. cap. vlt.

Non tantum rancor, ſed ſigna etiam rancoris dimittenda.

QVARTO ſequi veſtigia Chriſti debemus in aduerſitatis toleratione, quia dicit hic *Chriſtus paſſus eſt pro nobis*: ac ſi diceret, Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Sed Chriſtus paſſus eſt pro nobis, ſcilicet iniuſtè & ſine cauſa. Ideo & nos debemus iniuſte pati tribulationes pro amore eius. Nam nobis reliquit exemplum tribulationis, contumeliarum, flagellorum, crucis & mortis, vt iſta omnia ſuſtineamus patienter exemplo Chriſti, vt dicit Gloſſ. pro quo notandum. Archidiaconus Guido in roſario ſuper decretum ait, Quod aduerſitas tribulationum propter multa eſt patienter toleranda. PRIMO quia viuificat animam. Iuxta illud Pſalm. 137. *Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me.* Et propter hoc dicit deuotus doctor Amandus in Ho. Sa. lib. 1. cap. 13. O quàm innumeri ſomno peccatores profundiſſimo obdormierunt, & morte ſpirituali pereunt, quos infelix abſorbuerat iniquitas, qui aduenientè gratia diuinæ correctionis, velut de ſomno graui ac mortis imperio excitati, vitam in melius commutauerunt, & opera tenebrarum abijcientes arma lucis ſunt induti. SECVNDO eundi ad Deum dilatat viam, ſecundum illud Pſalm. 4. *In tribulatione dilataſti mihi*, ſcilicet viam ad Patriam, & hoc ideo, quia tollit impedimenta ſcilicet ſeculi dilectionem & amorem. Hinc eſt, quare potius boni & virtuoſi aduerſa patiuntur, quàm mali, vt videlicet bonis per aduerſa, via ad cœlum eundi dilatetur, & corona præparetur. Quia dicit beatus Ambroſius lib. ſuo de offi: Non poteſt præmium accipere, niſi qui legitimè certauerit, nec eſt glorioſa victoria niſi fuerint laborioſa certamina. *Et ſubdit.* Fortè dicat aliquis. Cur impij lætantur? cur ipſi etiam non mecum laborant. Et reſpondit. Quoniam qui non ſcribuntur ad coronam mercedis, non tenentur ad certamen laboris. Ex quo elicitur, quod illorum vita eſt valdè periculoſa, qui ſemper lætantur in hoc mundo, & nunquam aliud

M

I. Tribulatio viuificat animam.

II. Parat viam ad Deum.

Periculoſus ſtatus eorũ

proſternente homo deſperationis lapſum caueat, & ſpiritu eleuante, & in tentationes & aduerſitates ſentiente, ſuperbiæ caſum euadat, & ſic dum ſpiritus trahit, & caro retrahit, ſubtiliſſimo interim iudicij moderamine infra ſumma, & ſupra infima, in quodam medio anima laborat. Et ideo petit Pſalm. 25. *Proba me Domine & tenta me.* Gloſſ. *Proba me*, id eſt, iudica me eſſe probatum, non tibi, quia omnia noſti, ſed mihi & hominibus, niſi enim tentarer aduerſitatibus, negligens eſſem. TERTIO ad promerendam futuræ vitæ felicitatem. Iuxta illud Iacobi 1. *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Et certè propter hanc felicitatem futuram debet homo omnia pati, quia dicit Amandus lib. 1. ca. 13. Tanta eſt præeminentia futuræ gloriæ, ad temporales & tranſitorias tribulationes, vt diligens proſpector, deberet potius eligere multis annis in fornace ignis ardentis velle torqueri, quàm minimo præmio, ſibi in futuro reſeruato, velle priuari, quia labor cum fine, merces ſine fine.

Ad promerẽdam beatitudinem.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo Secundus.

Ego ſum Paſtor bonus, bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Ioan. 10.

PEtrus in libro de Auibus dicit, quod Pellicanus nimium diligit pullos ſuos, quod patet ex illo, nam abſente Pellicano quidam ſerpens intoxicat pullos ſuos. Cum autem redierit, & eos mortuos inuenerit, ſe in pectore vulnerando percutit, & ſanguinem ſuper pullos ſpargit, & ſic reuiuiſcunt. Spiritualiter hæc auis ſignificat Chriſtũ, qui in principio formauit duos pullos, videlicet Adam & Euam, & dedit eis poſſe non mori. Sicut de hoc dicit Aug: ſuper Gen. li. 3. c. 25. & etiam li. 9. & c. 9. ſuper illo verbo. *Ecce dedi vobis omnem herbam*, mouens quæſtionem dicens ſic. Quæritur quomodo immortalis factus ſit homo præ alijs animantibus. *Et ſubdit.* Sed alia eſt immortalitas carnis, quam in Adam accepimus, alia quam in reſurrectione ſperamus. Per Chriſtum ille factus eſt homo immortalis, vt non poſſet mori, ſi non peccaret, moreretur autem ſi peccaret. Filij autem reſurrectionis nec poterunt vltra peccare, nec mori. Caro noſtra tunc non egebit refectione ciborum, quia nulla poterit eſſe defectio. Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata erat, vt per alimoniam adiuta eſſet mortis & doloris expers. Hæc Aug: Videns autem doloſus ſerpens diabolus, eos formatos non poſſe mori, eos intoxicauit, quando pomum ad edendum eis obtulit. Gen. 3. *Cur præcepit vobis, &c.* & ſic facti ſunt mortales, & quamuis viuebant ſecũdum corpus, tamen quo ad animum mortui erant. Veniens autem Chriſtus in ſua incarnatione, pectus ſuum aperire permiſit, & animam ſuam dilectam pro nobis poſuit, vt nos viuificaret, qui in Adam mortui eramus.

O

Pellicanus Chriſtum ſignificat.

Immortalitas duplex.

Quod autem animam ſuam Chriſtus pro nobis poſuit vel obtulit, figuratum eſt, Iudic. 11. de Iephte, qui princeps à filijs Iſrael electus, volens pugnare contra Amon, vouit Deo offerre, quicquid ei primò occurreret, cũ de bello victo rediret, quo facto occur-

occurrit ei filia vnigenita, quam Domino vt vouerat immolauit. Et dicunt Doctores Catholici, quod eam corporaliter occidisset, sed sumentes eorum motiuum ex hoc, quod sequitur in textu. *Reuersa est ad Patrem suum, & fecit vt vouerat*, scilicet eam interficiendo, & Domino in holocaustum offerendo. Et ad hoc sonat Hieron: quod fuit indiscretus in vouendo, & impius adimplendo. Idem tenet August: quod eam crudeliter & indiscretè occidisset. Sed tamen postea pœnituit, quia in Catalogo sanctorum annumeratus est. Ad Hebræ. 11. Sed Hebræi dicunt, quod eam non immolauit occidendo, Sed votum fuit immutatum seu relaxatum per ipsum Phinees. Et hoc declarat Nicol: de Lyra, super Iudic. 11. per longum passum. Et inter cetera dicit, quod conuenienter potest dici, quod filia Iephte fuerit Domino consecrata, vel sanctificata, per obseruantiam virginitatis, viuendo in orationibus & ieiunijs ac pijs operibus, & sic sacrificata fuit, non per corporalem mortem, sed potius per ciuilem seu spiritualem, eo modo quo dicuntur religiosi mundo mortui, in quantum sunt à mundanis actibus segregati, & diuinis officijs totaliter mancipati, & hæc opinio Hebrçorum doctorum est mitior, quamuis Catholicorum, sit verior.

Iephte spiritualis interpretatio.

Spiritualiter Iephte interpretatur aperiens, & significat Dominum nostrum Iesum Christum, qui per suam passionem aperuit nobis ianuam cœlestis regni, quæ clausa fuit per multos annos, sicut canitur in bona sexta feria. Aperta est nobis ianua regni. Sed Amon interpretatur populus iniquus, aut vilis, & significat diabolum cum suis filijs, iniquis Iudæis, contra quos pugnans in sua passione, obtulit dilectam filiam suam, id est, animam suam in sacrificium Deo Patri pro nobis, in signũ maximæ dilectionis & bonitatis, & congruè dicat hoc verbum Euangelij; *Ego sum pastor bonus*, in quo spiritualiter tria tanguntur. *Primo* pastorum bonitas. ibi. *Ego sum pastor bonus &c. Secundo* mercenariorum cupiditas, ibi. *Mercenarius autem, & cuius non. Tertio.* Ouium diuersitas, ibi. *Cognosco oues meas.* Quantum ad primum ponitur Pastorum bonitas, cum dicit Christus, Ego sum pastor bonus.

P

Bonitas pastoris Christi patet.

Pro quo est notandum, quod bonitas Pastoris Christi claret ex multis. PRIMVM ex rerum creatione. Nam ex sua infinita bonitate omnia ad vtilitatem hominis creauit, scilicet cœlum ad possidendum, angelos ad seruiendum, siue custodiendum, stellas ad illuminandum, ignem ad calefaciendum, aquam ad refrigerandum, aërem ad respirandum, terram ad portandum, bestiasque ad nutriendum. Ideo dicit Damascen. lib. 2. cap. 2. quia bonus & superbonus est Deus, non est contentus sui ipsius contemplatione, sed ex superabundantia pietatis & bonitatis, acceptauit quædam genera quibus benefaceret, & participaret suam bonitatẽ, ex non ente enim conduxit & condidit vniuersa. Sed diceret aliquis, Quare Deus ex sua infinita bonitate creauit omnia. Quia dicit Augustin. lib. 2. de Trin. cap. 21. Tria quidem scienda sunt maxime de creatura, quis eam fecerit, per quid eam fecerit, & qualiter eam fecerit. Et hoc, inquit, insinuat scriptura, cum dicit. *Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus quòd esset bona.* Et subdit. Si quæramus quis fecit? Deus. Si per quid, dixit fiat, & facta est lux. Sed qualiter fecerat, quia bona est. Ad hoc respondendum est, quod Deus omnia creauit ex sua bonitate, propter quinque.

I. Ex creatione rerum.

Quæstio.

Responsio.

I. PRIMO vt nos per ea moueret ad suum amorem. Nam Pater diues habens filium disponit sibi pulchram domum, terras & agros, & sic de alijs, vt quotiens illa inspexerit,

Digitized by Google

xerit, & vſus fuerit, in ſua dilectione permaneat, Sic pater noſter Chriſtus, qui eſt dies in omnes, in cuius domo ſunt *gloriæ & diuitiæ*, ſecundum Pſal. 111. habet populum vnicum Chriſtianum, cui diſpoſuit domum pulchram, ſcilicet cœlum pro ſua habitatione, & terram pro neceſſariorum inquiſitione, & ſic de alijs, & vt ipſum ad ſuum amorem incitaret, ideo dicit B. Auguſtinus 10. Confeſſ. capit. 6. Cœlum & terra & omnia quæ in eis ſunt, ecce mihi vndiq; dicunt, vt te amem, non ceſſant dicere omnibus, vt ſint inexcuſabiles. Et infrà. Quid autem amo cum te amo, non ſpeciem corporis, nec decus temporis, non candorem lucis, nec dulces melodias cantilenarum, non florum vel vnguentorum aromata ſuaue olentia, non manna & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hæc amo, cum te amo Deum meum. Et tamen amo quandam lucem, quandam vocem, quendam odorem, & quendam cibum, & quendam amplexum, cum amo Deum meum, lucem, odorem, vocem, amplexum, cibum interioris hominis mei, vbi ſulget animæ meæ, quod non capit locus; & vbi ſonat, quod non rapit tempus: & vbi olet, quod non ſpargit flatus: & vbi ſapit, quod non minuit edacitas; & vbi hæret, quod non diuellit ſatietas. Hoc eſt, quod amo cum Deum meum. Hæc Aug. Et merito debet homo Chriſtum Dñm diligere, ex quo propter ipſum omnia dignatus eſt facere. Iuxta illud Sap. 10. *Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti, nec eum odiens aliquid cõſtituiſti aut feciſti.*

Vt nos moueat ad ſe amandum.

SECVNDO ideo ea creauit, vt hominem moueat ad impendendum ſibi honorem. Omnis enim creatura pro ſuæ naturæ potentia, nititur Deum honorare, nec eſt aliqua res, quæ ſuis legibus nititur obuiare. Nam Anſel. in lib. Cur Deus homo, c. 12. dicit. Omnis voluntas rationalis creaturæ, ſubiecta debet eſſe voluntati Dei, & hoc eſt debitum, quod debet angelus & homo Deo, quod ſoluendo nullus peccat, & quod omnis qui non ſoluit, peccat: hoc eſt, iuſtitia ſiue rectitudo voluntatis, quæ iuſtos facit ſiue rectos corde & voluntate. Hic eſt ſolus honor & totus quem debemus Deo, & à nobis exiget Deus. Hæc ille. Ideo tres pueri in fornace omnes creaturas ad honorandum Deum induxerunt, cum dixerunt. Dan. 3. *Benedicite omnia opera Domini Domino, vt in omnibus honorificetur.* 1. Pet. 4.

II. Vt homo ſibi honorem debitum impendat. Q

TERTIO, vt nos moueret ad ſtuporem. Non n. eſt tàm parua creatura in mundo, cuius naturam, compoſitionem & virtutem poſſit comprehendere intellectus humanus, ſed magis ſtupere & mirari. Quia dicitur Hier. 5. *Stupor & mirabilia facta ſunt in terra.* Et Eccl. 11. *Mirabilia opera altiſſimi ſolius & gloriosa & abſcondita, & inuiſa opera illius.*

III. Vt nos ad ſtuporem moueat.

QVARTO, vt nos moueat ad timorem. Dicit n. Hugo de Arca Noë. Quod omnis creatura triplici voce hominem alloquitur. In hoc, inquit, genere contemplationis, audiuimus omnem creaturam tribus vocibus nobis loquentem. *Prima* vox dicit, accipe. *Secunda*, redde. *Tertia*, fuge. Accipe beneficium, redde debitum, fuge ſupplicium. PRIMA vox famulantis eſt cœlum, quod dicit; ego miniſtro tibi lucem in die vt vigiles, tenebras in nocte vt pauſes. Ego ad oblectationem tuam gratas viciſſitudines temporum pario, veris & æſtatis feruorem, autumni plenitudinem, & algorem hyemis. Ego alternantibus incrementis, dierũ & noctium ſpatia ſimili ratione, diſſimiliter extendo, & vt varietas tollat faſtigiũ & non pereat oblectamentum. Aër dicit, vtilem tibi præbeo flatum, & omne genus auium ad tuum mitto obſequiũ. Aqua dicit, potum tibi præbeo, ſordes purgo, arentia rigo, & diuerſa genera piſcium ad tuũ

IV. Vt illum timeamus. R

Vox famulantis.

Digitized by Google

vsum ministro. Terra dicit, ego te porto, pane conforto, vino lætifico, omnis generis fructibus oblecto, diuersis animalibus mensas tuas repleo. SECVNDA vox admonentis est mundus, qui dicit, vide homo, qualiter amauit te, qui propter te fecit me, seruio tibi quia factus sum propter te, & vt seruias illi, qui fecit me & te, me propter te, non propter se. Si sentis beneficium, redde debitum, accipis bonitatem, redde charitatem: hoc tribuit & hoc exigit Deus. TERTIA VOX comminantis est ignis, qui dicit, à me combureris, aqua dicit, à me submergeris, terra dicit, à me absorberis, infernus dicit, à me glutieris. Quia omnis creatura sicut ex conditione sua homini famulatur, sic etiam peccatoribus pro malorum suorum conscientia comminatur, vt in singulis creaturis se puniri timeant, quod se meruisse cognoscãt. Hæc Hugo.

Vox admonentis.

Vox comminantis.

V.

Impellit hominem ad laborem.

QVINTO, ideo Deus sua bonitate vniuersa creauit, vt hominem moueret ad laborem. Omnis enim natura creaturarum habet aliquam vtilem operationem. Vnde Commentat. 9. metaph. commento 7. Qui suffert proprias operationes à rebus, aufert eorum essentias. *Homo autem ad laborem nascitur.* Iob 5. Et ideò cauendũ est sibi, ne otiosus aut inutilis habeatur. Et ideo rogandus est Deus, vt nobis cooperari dignetur, quia ipse est de quo scribitur, Isa. 21. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.*

S

Christus bonus pastor ex rerum dispositione

SECVNDO, apparet Dei bonitas ex rerum dispositione aut gubernatione, de qua dicitur, Sap. 8. *Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Et ideo venerabilis, Boëtius de consol. lib. 3. prosa 12. probat, quod omnes res à Deo quasi voluntariè regantur, seseque ad disponentis nutum & imperium, conuenienter & temperatè conuertunt. Et idem in eodem libro prosa. 9. dicit.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarumq; sator, qui tempus ab æuo.
Ire iubes, stabilisq; manens, das cuncta moueri.

An Deus omnia gubernet.

Sed diceres, Videtur, quod Deus glorioſus non gubernat vniuersa, quia si regeret vniuersa, nihil malè fieret in vniuerso, cum sit summè bonus, vel si gubernaret omnia, nihil fieret præter propositum suum, & sic nihil fieret à casu contra Arist. 2. Phys. Ad hoc dicunt Dd. & Holkot lect. 105. Quod Deus omnia gubernet: cum n. sit causa efficiens omnium, & etiam finis: omnia efficit propter se, & sic ad honorem suum sicut congruit, omnia in se dirigit sicut in finem; Hoc autem est gubernare, scilicet dirigere res in finem aliquem intentum. Est tamen sic gubernator omnium, quod gubernat mediantibus causis secundis; Vnde corpora grossiora & corruptibilia gubernat per corpora cœlestia & incorruptibilia: & corpora cœlestia per angelos siue intelligentias. Et huius ratio est, quia maior est communicatio bonitatis, si gubernans & efficiens causalitatem gubernandi & efficiendi, alijs sub se ordinatè communicat siue ordinat, quàm si superiora priuaret ab inferiorũ gubernatione, & omnia immediatè per seipsum gubernaret. Et ideo ostendendo suam perfectionem in causando, & communicando perfectionem suam creaturæ, communicat quibusdam gubernationem aliorum.

Solutio.

Ad rationes quando arguitur, quod nihil fieret malè in vniuerso, si ipse omnia gubernaret, neganda est consequentia. Sed verum est, si ipse solus immediatè singula gubernaret & ageret, nihil malè fieret: Modo quia idem effectus fit à Deo, sicut à causa partiali, & à creatura rationali concurrente, sicut ab alia causa compartiali. Ideo contingit, quòd idem effectus fit ab homine malè, & à Deo benè, iustè à Deo, & iniustè ab homine. Et potest poni inde exemplum, vt si Dominus dicat seruo suo, traha-

mus

mus leniter chordam istam, sic quod eam non frangamus & seruus trahens eam ruditer, frangit eam. Ista fractio est à Domino & à seruo, & tamen seruus peccat & malè facit, & non Dominus. Sic quia Deus statuit, quod creaturæ rationali, vult cooperari in suis operationibus vt cursus naturæ maneat, quem instituit, sine quo nulla res potest aliquid agere, imò nec esse per momentum nisi ipse conseruaret. Quoniam igitur creatura rationalis facit contra legem sibi præfinitam à Deo, quamuis à Deo gubernetur & conseruetur, & Deus idem generaliter cooperetur, sicut cooperatur igni in comburendo, & soli in lucendo, tamen creatura malè facit legem Dei transgrediendo, non autem Deus, qui sic facit, sicut lex sua statuit.

Ad SECVNDVM quando arguitur, quòd nihil fieret à casu, si Deus omnia gubernaret, dicendum est; quod idem effectus dicitur esse à casu, & præter propositũ, respectu vnius causæ, & non à casu respectu alterius. Sicut ponitur exemplum de Domino, qui mittit duos famulos in negotijs suis, ordinans, quod vterq; obuiat alteri certo loco & tempore, quorum neuter scit de alio. Iste concursus famulorum dicitur esse à casu, respectu vtriusque famuli, & tamen per se est intentus respectu Domini. Et sic est dicendum, quod nihil fit à casu in vniuerso, respectu diuinæ gubernationis, nec aliquid sibi inopinatum euenire potest. Sed ex concursu causarum particularium benè procedit effectus, qui à natura est intentus; & ille effectus dicitur casualis vel fortuitus respectu earum. Et hæc est intentio B. Augustini de 83. quæstionibus, quæst. 24. vbi dicit. Quicquid à casu fit, temerè fit & quod temerè fit, non fit prouidentia, vniuersus mundus administratur, & erit aliqua natura vel substãtia, quę ad opus prouidentię non pertineret, quod quia falsum est, concludit, quod nihil casu fit in mundo. Ad istum intellectum loquitur Plato in Timæo. Nihil fit sub ortu solis, cuius legitima causa & ratio non præcedit. Et Boëtius 5. de conso. prosa. 1. diffinit casum, dicens. Casus est inopinatus ex confluentibus causis, in his quæ ad aliquid geruntur, euentus. Sed hic videtur esse contrarietas inter Boëtium & Augustinum, quia secundum Augustinum nihil in mundo fit à casu, & secundum Boëtium, multa fiant à casu. Ad hoc dicendum est, quod non est contradictio, sed æquiuocatio. Antiqui enim Epicurei dixerunt, casum esse euentum productum motu temerario, & non in commixtione causarum. Et sic August. accipit casum loco præallegato. Et Boëtius sic accipiendo casum dicit, quod casus non est nisi vox inanis nullam habens rem sub significationi subiectam. Diffiniendo tamen casum Arist. 2. Physi. dicit, quod casus est causa per accidens in his, quæ fiunt propter finem & in minori parte. Vel secundũ diffinitionem Boëtij, sic est dicendum quod idem fit à casu, & tamen fit per se à causis, sicut per se causa inuentionis thesauri est fossio agri, & repositio thesauri in eodem. Sed quia istum effectum non intendebat fodiens, respectu eius dicitur à casu. Hanc materiam de casu & gubernatione hic inserui litteratis ad legendum, potiùs quàm vulgaribus ad prædicandum, quia non respicit salutem eorundem. TERTIO, liquet bonitas Christi in diuturna exspectatione peccatorũ, de qua sufficiẽter dixi sup. Dom. II. in Aduen. Serm I. D. S. & Dom. IV. eiusdẽ, I. T. Ideo hic ponere prætermitto.

T

Dubium. Responsio.

III. Bonitas Christi in exspectatione peccatorum

V

QVARTO, patet ipsius bonitas in peccatorum miseratione, quia canitur in Introitu hodierno. *Misericordia Domini plena est terra*; & Psalm. 118 & accipe miserationẽ pro misericordia, quæ in Christo surgit ex tribus. *Primo*, ex naturali proprietate. *Secundo*, ex generali potestate. *Tertio*, de experimentali necessitate. Sicut n. proprium

IV. Bonitas Christi in peccatorum miseratione

Digitized by Google

eſt igni caleſcere, Soli lucere vel illuminare, ita proprium eſt Chriſto miſereri. Ideò dicit Gregorius in collecta. Deus cuius proprium eſt miſereri. Nam ſicut nulla res poteſt perdere ſuam propriam operationem totaliter, quamdiu manet, licet valeat impediri vel retardari ad tempus. Ita nullo modo obliuiſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira ſuas miſericordias; imò *cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Abacuc. 3. de hac mixtura iræ & miſericordiæ Gregor. ſuper Ezech. hom. 1. pulchrè declarat, quomodo Deus cum iraſcitur, non omninò iraſcitur. Sed ineffabili modo, cum culpas proſequitur, ipſos protegit peccatores.

Ad quod probandum adducit duas hiſtorias, *Vna* eſt de captiuitate decem tribuum, quam Deus licet ordinauerat ad correctionem populi, ſimulq; cum eis prouidit de prophetis & ſanctis, qui eos in illa captiuitate conſolarentur. Niſi, inquit Gregorius, iratus eſſet, populum in captiuitatem minimè tradidiſſet. Etſi omninò iratus eſſet, electos ſuos cum illo in captiuitatem nequaquam mitteret. *Aliam* hiſtoriam adducit de populo Iſrael, quomodo miſerunt duodecim exploratores, decem ex eis redeuntes, populum ad murmurandum contra Deum prouocauerunt, in tantum vt dicerent ſe ſeductos. Dominus ergo iratus dicit, quod nullus eorum terram promiſſionis intraret. Quo audito, compuncti ſtatim ſe lacrymis afflixerunt, & armis accincti parauerunt ſe contra populum pugnare, vt poſt lacrymas terram promiſſionis acquirerent, quibus Dominus per Moyſen dixit. *Nolite aſcendere neq; pugnare, non enim ſum vobiſcum ne cadatis coram inimicis veſtris.* Quare dicit Greg. penſandum eſt, ſi cũ ipſis non erat, cur eos, ne aſcenderent, prohibebat. Si autem cum ipſis erat, quid eſt, quod ait, non ſum vobiſcum? Et reſpondit Greg. Mira, inquit, diſpenſatione miſericordiæ & diſciplinæ cum ipſis erat, & cum ipſis non erat; cum ipſis non erat vt vincerent, ſed cum ipſis erat ne ab hoſtibus perirent. O ineffabilia viſcera pietatis, culpas inſequitur, & peccantes protegit; iratum ſe indicat, & tamen ab hoſtibus ſe defendit. Sicut plerunq; paruulo filio delinquenti, mater multipliciter iraſcitur & reprehendit, increpat & verberat. Sed ſi hunc in præcipitia ire conſpexerit, ne in mortis periculum ruat, manum tendit & retinet, & quæ ita irata verberauerat, ac ſi non diligeret, ſic diligendo retinet, ac ſi irata non verberaſſet. Hæc Gregor.

Num. 13.

Deut. 1.

Miſcenda eſt ira cum miſericordia.

Obiectio ex Chryſoſtomo.

Sed diceret aliquis. Dicit Chryſoſt. Chriſtus tardus eſt in puniendo, & velox in miſerando. Sicut ignis tardè deſcendit, quia hoc eſt contra naturam eius, & velociter aſcendit, ita Chriſtus velociſſimè miſeretur, & tardè cum magna exſpectatione punit. Et ipſe etiam dicit, Iſa. 1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus, & vindicabor de inimicis meis*, quaſi diceret. cum dolore & diſplicentia conſolabor me. Quis ergò compellit Deum punire, & non prẽſtare miſericordiam liberantem totaliter, à pœna ex quo eſt omnipotens? Reſpondet Chryſ. Tu inquit, Peccator, qui miſericordiam non deſideras ſi deneget crudelis eſt, ita qui non deſideranti miſericordiam præſtat, iniuſtus eſt. Et ſi quæri, quis eſt homo qui non deſiderat miſericordiam? reſpondit. Tu qui permanes in peccatis. Deſiderare namq; miſericordiam Dei, eſt conuerti ad Dominum. Ille ergo deſiderat miſericordiam, qui timet iram eius. Qui enim iram non cauet, non deſiderat miſericordiam, ſed contemnit.

Reſponſio Chryſoſtomi.

Chriſto conuenit miſericordia.

SECVNDO, Chriſto conuenit miſericordia ex generali poteſtati. Quanto enim homo vel beſtia generaliter in potentia eſt maior, tanto eſt ad clementiam promptior. Sicut patet de leone, qui cum ſit fortiſſimũ animal, eſt tamẽ in proſtratos miſeri-

cor-

ricordissimum; homini enim vel animali sibi prostrato, naturaliter miseretur. Iuxta illud.

Parcere prostratis scit nobilis ira leonis.

Si etiam catulus mordeat leonem, leo se non vindicat de catulo. Si tamen catulus mordeat catulum statim remordetur ab eo, & lacerant se inuicem ad mutuam vltionem. Dominus noster IESVS Christus est *leo de tribu Iuda.* Apocal. 5. & est infinitus in potentia, quia omnipotens ideo omnium miseretur. Sap. 11. *Misereris omnium quia omnia potes.* Et ideo in collecta dixit Gregor. Deus qui tuam omnipotentiam parcendo maximè & miserando manifestas. Si enim aliquis hominum regem offendat, extra potentiam suam se transferre potest exulando, & in regnum aliud transferendo, vel si seipsum contemnens mori non timeat potestatem talis regis euacuat. Non enim habet potestatem nisi in corpus, quod affligi non potest anima separata. Sed isto modo non est de Dei potentia, quia ipsius regnum est vbique, in cœlo & in terra, & in inferno. Iuxta illud Psalm. 138. *Si ascendero in cœlum tu illic es, &c.* Ideo eius dominium non finitur in morte, quia potest *corpus & animam mittere in gehennam.* Quia 2. Macha. 6. dicitur. *Manum omnipotentis Dei, neque viuus neque defunctus effugiam.*

X.

TERTIO conuenit misericordia Christo experimentali necessitate. Grauitatem enim morbi alicuius medicus scire potest tripliciter. *Primo* per speculationem in libro. *Secundo* per examinationem in signo. *Tertio* per experientiam in corpore proprio. Ille autem medicus qui morbum infirmi considerat speculatiuè. bene ei probabiliter compatitur. Magis autem quæ signa actualia & circumstantias infirmitatis practicando examinat, & maximè ille compatitur infirmo, qui morbum consimilem in corpore suo portat. Vt dicit Holkot lectio. 118. Christus enim ante incarnationem suam nostras infirmitates cognouit speculatiuè in lib. Sa. æternæ, & ideo fuit misericors. Iuxta Psalm. 102. *Quomodo miseretur pater filiorum, sic misertus est Deus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Post incarnationem in sua quotidiana conuersatione, quoniam factus est medicus, practicando & sanando infirmos vbique, tunc habuit maiorem compassionē & misericordiam. Tandem quando tentatus est, sitiuit, esuriuit, occisus est, tunc didicit nosse infirmitates nostras, per experientiam, & ideo tunc maximè misericors est inuentus. Ideo dicere potest cuilibet peccatori. Psal. 85. *Misericordia tua magna est super me.*

Sed diceret aliquis, Quomodo Deus est misericors, qui paruulos non baptisatos punit æternaliter peccato originali, videtur enim, quod in istos nullam exercet misericordiam. Ad hoc dicunt Doctores, quod Deus pro peccato originali non solum potest infligere carentiam visionis diuinæ, sed etiam posset omnes annihilare, si vellet. Et ideo in hoc agit cum eis misericorditer, quod esse humanum habebunt, & viuunt sine pœna sensus. Et ideo dicunt cum Hier. Thre. 3. *Misericordia Domini, quod non sumus consumpti.*

V.

QVINTO bonitas Christi pastoris relucet ex ouium nutritione dicitur enim pastor à pascendo, quia pascit & nutrit oues quadrupliciter. PRIMO scripturæ documentis. Iuxta illud. Ezech. 34. *In pascuis vberrimis pascam oues meas.* vbi per pascua vberrima intelligitur sacra scriptura, de his pascuis gloriatur Christianus Psalm. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.* Et iterum *Parasti in con-*

Bonitas Christi in ouium nutritione.

Sacra scriptura pascua vberrima.

uinſi eſtu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Non enim eſt panis fortior quàm ſacræ ſcripturæ contra bella & perſecutiones inimicorum, quo cor ita ſolidetur & confortetur. SECVNDO paſcit oues ſuas gratiæ incrementis, ſicut figuratum eſt Exo. 3. vbi legitur, quod *Moyſes paſcebat oues & minabat ad interiora deſerti, vbi apparuit Dominus in rubo ardenti.* Moyſes interpretatur attractans, & ſignificat Chriſtum qui per ſuam manſuetudinem peccatores ad ſe traxit, & quotidie trahit. Iuxta illud Hierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui.* Hic inquam non ſolum attrahit, ſed etiam oues ſua gratia paſcit. Nam ad interiora deſerti minat, quando exteriorem conſolationem facit relinquere quam homines habent in mundanis, & interiorem gratiam quærere, quæ ſit in cœleſtibus. Et tunc apparet eis in rubo ardenti ſcilicet, in corde feruenti. Sicut factum fuit illis diſcipulis, qui dixerunt: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via?* quaſi dicerent, vtique Lucæ vlt.

Y

Eccleſiæ ſacramenta paſcua pretioſa.

TERTIO paſcit oues ſuas Eccleſiæ Sacramentis, & principaliter Sacramento corporis & ſanguinis ſui pretioſi. Sicut figuratum eſt. 2. Reg. 12. vbi legitur in parabola quam Nathan Propheta propoſuit Dauid de diuite, qui multas oues habuit, *ſed pauper niſi habebat vnam ouem paruulam, quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud ipſum, de pane illius comedens, & de calice eius bibens.* Sed hanc furatus eſt diues pauperi. Spiritualiter autem per diuitem qui multas habuit oues, intellige dæmonem, qui multos Iudæos poſſidet & gentes, & qui heu etiam multos Chriſtianos, reſpectu quorum diues nominatur, *& rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Iob. 41. Sed per pauperem intellige Chriſtum, qui dicit in Pſal. 87. *Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea*, hic habuit ouem paruulam, per quam ſubaudi populum Chriſtianum fidelem, qui paruulus eſt reſpectu malorũ. Quia *ſtultorum infinitus eſt numerus* Eccl. 1. Hunc quidem populum Chriſtus emit ſuo pretioſiſſimo ſanguine. 1. Cor. 6. *Empti enim eſtis pretio magno.* Gloſſ. pretio Chriſti ſanguine. Et non ſolum emit, ſed nutrit, & apud ipſum creſcit & augmentatur, & comedens de pane venerabilis ſacrati corporis eius, & bibens de ſanguine. Quia populus laicalis cum ſumit corpus Chriſti, viuum ſumit & ſanguinem. Ex quo corpus viuum nunquam eſt ſine ſanguine. Ideo beatus Bernardus loquens de Chriſto dicit. Bonus eſt iſte paſtor qui dat carnem ſuam in cibum, & ſanguinem in potum, & animam in pretium. Et in Cle. de reliq. & vener. ſanct. dicit Clemens Quintus. Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cœna, in memoriam mortis ſuæ & paſſionis inſtituit ſummum & magnificum ſui corporis & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibum, & ſanguinem ſuum in potum tribuendo.

Paſcit oues fruitione diuinæ.

QVARTO paſcit oues ſuas electas gloriæ ſupplementis, quæ conſiſtunt in fruitione diuinæ faciei. De his paſcuis dixit Dominus Ioan. 10. *Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet*, ibi enim inueniunt limpidiſſimam viſionem, ardentiſſimam dilectionem, iocundiſſimam fruitionem. Hæc paſcua exquirebat ſponſa. Cant. 1. *Indica mihi quem diligit anima mea vbi paſcas, vbi cubas in meridie*, ſcilicet feruentiſſimi amoris, & caloris æterni, vbi ſol non declinat. Hic eſt ille paſtor qui paſcit inter lilia, *donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ.* Cant. 2. Sed cur nos non aſpiramus ad illa æterna paſcua, niſi quia nos hic tempo-

temporalia impediunt pascua. Sicut dicitur Num. 32. de dimidia tribu Manassen, qui propter pascua trans Iordanem manserunt, & in terram promissionis, vbi meliora erant pascua intrare noluerunt, licet alios fratres ad eam conduxerunt. Sic multi sunt qui propter pascua vitæ præsentis retardantur, ne introeant in terram promissionis, & vbi meliora sunt pascua intrare nolunt, licet alijs auxilium præstent ad eam intrandi, de qua in Ps. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.*

Z. VI.

Pastoris bonitas in ouiū defensione.

SEXTO, bonitas pastoris Christi liquet in ouium defensione, de qua subditur, *Bonus Pastor animam suam ponit pro ouibus suis.* Et exponitur animam, id est vitam. Ipse enim propter defensionem ouium suarū vitam suam exposuit. Quia dicit Ambros. in Exam. li. 5. c. 6. Lupus si prior hominem viderit, vocem eius eripit, & despicit eum tanquam vocis ablatæ. Si autem non præripit homo vocem ipsi lupo, tunc de se ponit vestimentum suum, & trahit illud post se, quia tunc ille timens vestimento illaqueari fugit. Moraliter per lupum intellige diabolum, qui multis ante tempora Christi incarnationis vocem subtraxit, & ad limbum secum duxit. Rectè sicut lupus cum priuat hominem voce, audacter inuadit eum, & secum abducit, sic fecit Diabolus. Sed Christus verus homo ex substantia matris in seculo natus, deposuit vestimentum, videlicet quando corpore in sepulchro posito, & animam quasi vestimentum post se traxit diuinitas ad limbum, ad Dæmones debellandum. Quod videntes Dæmones, victi fugerunt, & sic defendit oues suas à lupo infernali, eas secum ad ouile cœleste deducendo. Hic conclude sermonem si videbitur tibi expedire.

Lupus moraliter diabolus.

A

Proprietates bonipastoris I.

Habeat panes ad refocillandas oues.

Moraliter verò per pastorem intelligitur quilibet prælatus, & hic qui vult securè & confidenter dicere hoc verbum Christi, Ego sum pastor bonus, debet habere sex proprietates boni pastoris. PRIMO debet habere panes ad pauperes nutriendos, sicut enim pastor ouium sumit secum panes, & in pera sua portat, vt oues debiles refocillet. Sic prælatus quilibet, siue spiritualis siue secularis, debet habere panes in pera vt debiles & pauperes reficiat. Per peram hic intellige domum cuiuslibet prælati, quæ debet esse ditissima, quia domus eius debet pauperibus esse communis. Vt probatur 6. q. 1. Quoniam. Sed per panem intellige bona eorum, quæ debent impartiri necessitatibus pauperum. Nam Papa & alij Prælati solum sunt Ecclesiasticarum rerum dispensatores, vt superflua dent pauperibus. Iuxta illud Lucæ 11. *Quod superest date eleemosynam, & omnia vobis munda sunt.* Quod si non dent pauperibus quod eis debent, rapiunt, & auferunt bona pauperum. Quia dicit Hieron: Aliena rapere conuincitur, qui vltra necessitatem sibi retinere comprobatur. Et quia sibi proprietatem attribuunt, maledictionem damnationis incurrunt. Sicut testatur B. Augustinus ad Bonifacium. Si, inquit, priuatim quæ nobis sufficiant possidemus, non sunt nostra sed pauperum, quorum procurationem quodam modo gerimus. Nam damnabili vsurpatione, proprietatem nobis vendicamus. Et dicit idem Augustinus & ponitur 16. q. 1. Decimæ. Quod si pauperes in locis vbi illi habitant, mortui fuerint, tot homicidiorum rei ante tribunal æterni Iudicis apparebunt, qui rem à domino elargitam pauperibus delegatam siue concessam, suis vsibus reseruant. Vide exemplum Apiarij * de Philippo Cancellario Parisiensi, qui post mortem apparuit Guilelmo episcopo, & dixit hanc vnam esse causam suæ damnationis, quia crescentes fructus annuos contra pauperes auidè reseruasset.

Proprietariorum periculum.

Prælatorum periculum.

*Thom. Cāt. pract. lib. 1. c. 19. par. 6

Sed diceret aliquis. Nunquid tenentur Prælati dare pauperibus eleemosynam, quando egent? Videtur quod non, quia dicunt Doctores Iuris, quod hoc debet

resce-

Digitized by Google

Quando iuuandi pauperes,

referri ad extremam neceſſitatem. Reſponde ad hoc, quod non eſt vltima neceſſitas expectanda, quia tunc fortè non poſſet iuuari pauper, propter nimiam debilitatem & corporis conſumptionem. Sed ante talem neceſſitatem, cum pauper patiatur debet eis ſubuenire. Et hoc non ſolum de prælatis, verum etiam de alijs clericis & laicis abundantibus, eſt intelligendum. Quibus ſingulariter dicit Ambroſius. Et ponitur 86. di. c. Paſce. Paſce, inquit, fame morientem: quisquis enim hominem paſcendo ſeruare poteris, ſi non paueris, occidiſti. Ad dictum Iurisperitorū dic, quod

Iuriſtarum in pauperes crudelitas.

crudele eſt, & in hoc ſunt crudeliores raptoribus. Quia omnes Doctores dicunt, quod ſit ſubueniendum neceſſitati egenorum. Nam dicit Ambroſius ſuper Lucam tractans illud. *Attulit ager cuiuſdam diuitis vberes fructus.* Et ponitur 47. di. Sicut hi. Eſurientium panis eſt quem tu detines, nudorum veſtimentum quod tu recludis, miſerorum redemptio, & abſolutio pecunia, quam tu in terram fodis. Tantorum te ergo ſcias inuadere bona, quantis poſſis præſtare, quod vales.

B II.

Habeat canem ad lupos arcendos.

SECVNDO debet habere quilibet prælatus canem ad lupos repellendos. Moraliter. per canem Anſelm. lib. 5. cap. 99. intelligit quemlibet prædicatorem, propter certas proprietates canum. *Prima* eſt quia canis dominum ſuum diligit, ſic ſimiliter prædicatorem verbi Dei oportet eſſe amicum Dei. Nam prædicator, qui non diligit Dominum, non eſt dignus annuntiare verba Dei. Et tali congrue dicit Dominus illud Pſalm. 99. *Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Secunda* proprietas, quia canis domum domini ſui cuſtodit & defendit. Hæc domus Domini Eccleſia eſt, quam prædicator Catholicus ab hæreticis defendit. Vel hæc domus conſcientia propria eſt, quam debet prædicator ſollicitè cuſtodire, ſicut fortis armatus atrium ſuum, vt ſint in pace omnia quæ poſſidet. *Tertia* proprietas, quia canis pro Domino ſuo morti ſe exponit. Sicut dicit Plinius in ſpec. na. 13. lib. cap. 41. Inter animantia quæ nobiſcum degunt, fideliſſimi ſunt canes &

Canum fidelitas.

equi. Pugnaſſe enim canes contra latrones pro dominis ſuis, dicit ſe percepiſſe. Et ponit exemplum de cane Iaſonis Ciliciæ. Qui noluit capere cibum domino ſuo interfecto, & ſic dolore pariter & inedia conſumptus eſt. *Et ſubdit etiam*; Legimus Colenum Senatorem Placentiæ ab armatis oppreſſum, canem defendiſſe, nec vulnerari potuiſſe, niſi prius cane interempto. Sic ſancti prædicatores pro fide Dei & veritate, martyrio ſe expoſuerunt, ſicut patet in Apoſtolis & martyribus. *Quarta* proprietas quia canis voluntariè cum domino ſuo ad prædam currit. Eſt enim prædatio quaſi venatio quædam ſpiritualis, in qua omnis anima Deo acquiſita, eſt quædam præda rapta. Sed canis ad prędam non vadit, ſi à Domino ſuo non ducitur, vel ſociatur, quia Prædicator infructuosè prædicaret, niſi eum Deus ſociaret & iuuaret, debet ergò prædicator Dominum non refugere, ſed libenter diſcurrere ad prædicationis laborem. *Quinto*, quia Canis corpus Domini ſui mortui multoties non dereliquit. Sicut refert Plinius, vbi ſupra de cane ducis Sabini, qui ipſum, cum eſſet Romæ, in carcere non dereliquit, nec in morte. Sed mœſto ſedens vlulatu, cum mortuo manſit. Cui, cum quidam cibum obiecisſet, ad os defuncti tulit cibum, & cadauere in Tyberim proiecto, vt corpus ſuſtentaret, ſaliens intra fluuium innatauit, occurrente multitudine ad ſpeculum fidei animalis. Sic prædicatores corpus Chriſti mortuum defendere debent, quia de morte & paſſione eius debent memoriam habere, & frequenter prædicare de ea exemplo Apoſtolorum. Ex quorum perſona

Pau-

Paulus dicebat, *Nos autem prædicamus Christum crucifixum.* Si vis habere plures proprietates, vide Ansel: vbi supra. Audiuit dilectio vestra, quis per canem, audiat etiam hic, qui per lupos designantur. Moraliter autem per ipsos lupos significatur Tyrannus, hæreticus, hypocrita vel diabolus. Et præsertim per lupum, de quo fit mentio in Euang. cum Dominus dicit. *Lupus rapit, & dispergit oues,* diabolus figuratur, propter multas proprietates, quas ponit Ansel. lib. 5. cap. 99. PRIMO enim assimulatur lupo ratione virtutis pedum. 1. Cor. 1.

C

Dicitur enim Lupus secundum Isidorum lib. 12. quasi Leopes, eò quod quasi leoni in pedibus sit ei virtus. Nam quicquid pede presserit, non viuit. Pedes enim lupi sunt delectationes peccati, per quas in hominē ingreditur, in quibus est tantę virtutis vt si eius mentem conscientię presserit, eam finialiter occidit. De his pedibus dicitur Prou. 1. *Pedes illorum ad malum currunt.* SECVNDO ratione fraudis, quia legitur quod lupus aliquando voces emittit, sic homines aliquando canum fingunt voces. Vt sic pastores & oues decipiant. Sic diabolus aliquando suggestionem mittit, & instinctū, qui habet aliquam speciem boni, vt sic homines fallat. Et sic secundum Apostolum, 2. Cor. 11. *Transfigurat se in angelum lucis,* quando videlicet videtur bona suggerere, quæ boni angeli consueuerunt persuadere. Dicit enim Arist. lib. animalium. Quod in India est quidam Lupus, qui habet faciem hominis, & caudam scorpionis. Quia Diabolus, qui in principio quasi rationalia suadere videtur & sine fraude, postea venenū infundit. Item lupus, vt capras capere possit, sub folijs se abscondit, & magis astutia quàm potentia eas vincit. Sic lupus videlicet Diabolus animas decipit, se abscondendo sub folijs, id est, apparentia bonorum. Est enim versipellis malitijs plenus. Sic in Æthiopia dicuntur esse lupi ita varij coloris, vt nullus eis deesse color videatur. Ita nec deest Diabolo aliqua via fraudis. TERTIO ratione Tyrannidis, quia fortius tentat hominem, quando videt ipsum magis aduersitatibus fatigatū. Legitur enim, quando lupus ad ouile vadit, contra ventum pergit, ne canes eius odorē sentiant. Per ventum itaq; intelligitur aduersitas. Vnde diabolus contra ventum pergit aut vadit, quando hominem in aduersitate existentem iterum tentando inuadit. Sæpe enim iustitia Dei permittente, homini ex ablatione substantiæ, addit afflictionem in corpore, & denique in mente tentationem & sic ad impatientiam & desperationem inducit. Sicut patet in Iob c. 1. Cui primo res abstulit, deinde filios extinxit, postea eū graui vulnere percussit. Per vxorem tandem & amicos graues tentationes cor eius immisit. Sed ille eum in omnibus superauit. Et NOTA, quod Diabolus plus tentat & persequitur iustos quàm peccatores. Dicit enim Philologus, quod lupus non venatur circa locum, vbi nutrit catulos suos, sed venatur à remotis. Loca autem propinqua vbi nutriuntur catuli luporum, sunt corda malorum, vbi nutriuntur delectationes & affectiones peccatorum. Ibi ergo diabolus non venatur, quia tales tentare non cupit. Sicut testatur Greg. in moralibus. Illos diabolus pulsare negligit, quos quieto iure possidere sentit. Sed loca ab ipso quasi remota sunt corda iustorum, qui scilicet ei contradicunt & ideo tales præcipuè insequitur & malè molestat. Iuxta illud Gregor. Hostis noster in hac vita positus, quanto magis sibi rebellare percipit, tanto amplius repugnare contendit. Hic igitur habitis, vide qualiter quilibet Prælatus, etiam simplex plebanus si prædicare per se non possunt, habere prædicatorē debent qui similatur cani vt dictū est, eò quod suo clamore & sua prędicatione, ab ouibus suis spiritualibus, lupinos tyrannos aut hæreticos, hypocritas, seu diabolos depellat.

Pedes lupi, delectationes peccati.

Fraus diaboli.

Lupi astus ne canes odorem eius percipiant.

Non tentat diabolus eos quos quiete possidet.

Digitized by Google

D III.

TERTIO, debet habere quilibet Prælatus flagellum ad inquietos corrigendum. Iuxta illud 1. Theſſ. 5. *Corripite inquietos.* Ideo dictum fuit primo Prælato Adæ & conſequenter ſuo cuilibet ſequaci, Gen. 1. *Præſit piſcibus maris & volatilibus cæli, & beſtijs terræ; omniq; reptili quod mouetur ſuper terram*: vbi moraliter per piſces maris ſignificantur otioſi & rebelles. Per volatilia ſignificantur ſuperbi & ambitioſi. Per beſtias terræ ſignificantur auari & pecuntoſi. Per reptilia verò lubrici & luxurioſi, quos oēs Prælatus debet corrigere iuſtè, & ſecundum Eccleſiaſticas ſanctiones, ad virtutes reducere. Iuxta illud Iſa. 32. *Principes in iudicio pereunt.* Sed Holkot ſuper lib. Sap. lect. 78. dicit. Quidam ſimiles ſunt miluis, qui non antiquas gallinas, ſed pullos inuadunt. Quidam etiam ſunt ſimiles magiſtro leonis, qui non leonem, ſed catulum verberat. Sic Prælati moderni non diuites & nobiles peccatores, ſed pauperes Eccleſiaſtica cēſura caſtigant, de quo dolendum eſt. Quidam etiam, vt dicit Hugo libro ſuo de duodecim abuſionibus, negligentes ſunt circa ſubditos ſuos & licet per ſe benè viuunt, tamen ſubditos malè viuere permittunt, & adeò negligentes ſunt, quod licet eos doceant exemplo, tamen eos negligunt officio, quia officium correptionis in ſubditos non exercent. De illis habetur figura, 1. Reg. 2. de Heli ſummo ſacerdote, qui licet benè viueret filios tamen ſuos malè viuere permittebat. Duo n. filij ſui, ſcilicet Ophni & Phinees coram Domino grauiter peccauerunt in tribus, ſcilicet in religione, in rapina & luxuria, prout latè deducit Magiſter in Scolaſt. hiſt. Et quamuis eos correxerit, quia tamen hoc non fecit cum ſeueritate, vt dicit magiſter, eò quod nimis tenerè diligebat; ideo grauiter offendit Deum. Quia dicitur 23. q. 4. c. ſi is. Si is qui Prælatus eſt, culpas impunè dimittit, non mediocriter Deum offendit. Offenſus autem Dominus miſit ad eum virum Dei. Et ſiue vir iſte fuit Propheta, ſiue angelus in ſpecie humana, non determinat Magiſter hiſtor. Creditur tamen fuiſſe angelus, qui peccatum valdè arguebat, & prædixit ſacerdotium ſuum de manu ſua auferendum. Quod primo factum eſt tempore Salomonis ſecundum Magiſtrum hiſt. quando ipſe reprobauit Abiathar, qui erat de Thamar, & reſtituit Sadoc in ſummum ſacerdotem, qui erat de Eleazar. Et in certum ſignum promiſſionis dixit ſibi, quod duo filij ſui Ophni & Phinees ſacerdotes, vno die mori deberent, & cum hoc videret, crederet ſermonem Domini infallibiliter fore implendum. Et hoc idem fecit per Samuelem, 1. Reg. 2. Et quia filios ſuos non correxit aſperè, filij ſui in bello fuerunt interempti ipſe verò cadens de ſella, id eſt, de ſede magna, fractis ceruicibus expirauit, & ſic in ſe & in filijs ſuis punitus fuit. Vt 1. Reg. 4. capite habetur. Hoc tangit B. Hieron. ſuper epiſtolam, & habetur 27. diſt. legant. dicens. Heli ſacerdos ipſe ſanctus fuit. Sed quia filios ſuos non erudiuit, in omni diſciplina & correctione ſupinus cecidit, & mortuus eſt. Idem patet extra de Simo. c. Licet Heli. Vbi habetur: Licet Heli exiſteret in ſe bonus, Sacerdos ſummus quia tamen filiorum exceſſus efficaciter non corripuit, in ſe pariter, & in filijs aduerſionis diuinæ vindictam excepit, dum filijs eius in bello interemptis, ipſe de ſella cadens fractis ceruicibus expirauit". Ideo dicitur: Extra de accu. & inqui. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos, vbi dicitur. Ad corrigendos ergo ſubditorum exceſſus, tantò diligentius debet Prælatus aſſurgere, quantò damnabilius earum offenſas deſeruerit incorrectas. Ex iam dictis concluditur, quod Prælatus non corrigendo peccata ſubditorum ſibi commiſſorum, ſua facit peccata ipſorum, & pro eis punitur, quia dicit Auguſt. 32. quæſt. 5. ita ne. & 15. quæſt. 1. cap. 1. ita alie-

Prælatus habeat flagellū ad corrigendum.

Adam primus Prælatus.

NB.

Prælati debent corrigere ſubditos.

Heli exemplum Prælatis conſiderandum.

Heli propter indulgentiā in filios ſuos punitus.

Prælati debent corrigere ſubditos.

Digitized by Google

alieno peccato nullus inquinatur, niſi conſentiendo vel imitando fecerit ſuum, ſecundum quod dicit Alanus quod Prælatus non inquinatur peccatis ſubditorum, niſi conſentiendo vel imitando. Sed conſentit cum non reprimit, cum poſſit. Conſentire enim tacere eſt, cum debeas vel poſſis arguere, vel aliquem in errore fouere, quia facientes & conſentientes par pœna conſtringit. Iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 1. *Digni ſunt morte non ſolum illi qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus.*

Facientes & conſentientes pari pœna plectuntur.

E

QVARTO, Prælatus debet habere fiſtulam ad bonos demulcendum. Sicut enim paſtor mediante fiſtula demulcet vel delectat oues, ſic & Prælatus mediantibus dulcibus verbis, debet bonos ſubditos delectare. Nam dicit Plutarchus, & idem Valerius in policra. lib. 4 Princeps debet ſe habere in populo ſicut Cytharedus. Sicut enim Cytharedus chordas oberrantes compellit, & ad dulcem ſonum vel harmoniam reducit, ſed non errantibus ſuauem reddit ſonum in tangendo, ita Prælatus errantes peccatores compellit ad concordiam rigore iuſtitiæ, & bonos demulcet remiſſione clementiæ. Et hoc eſt quod dicit Ariſtot. 10. Ethico. Oportet bonos prouocare ad virtutes per præmia, malos autem per pœnas inſanabiles toraliter exterminare. Et hoc fecit Veſpaſianus, de quo Hugo Floriacen. refert, quod ſtatim adepto imperio erga malos, ſe rigidum oſtendit, dum pertinaces & contumaces exterminauit, indignoſq; ab officio depoſuit, & bonis, probis & honeſtis eorum locum dedit. Eſt tamen notandum, ſicut debet Prælatus bonos & honeſtos dulcibus exhortationibus demulcere, ſic debet interdum errantium exceſſus benigniter remittere, ſi videret hoc ad ſalutem eorum expedire. Quia certius eſt, vt inquit Plutarchus chordã remittere quàm protendere. Nam remiſſa per artificium corrigitur, & debitam ſoni reddit gratiam. Quæ autem ſemel fuerit rupta, nullo artificio reparatur. Sic eſt interdum de peccatoribus, quibus Prælati remittunt peccatum, nonnunquã corriguntur, & ad concordiam bonorum reducuntur, & dulcem harmoniam pœnitentiæ & laudis Dei faciũt. Sicut patet de Petro, Paulo, Magdalena, quibus ſummus Prælatus peccata dimiſit, propter quod in laude Dei dulciter ſonuerunt. Si autem per pœnas rumpuntur, nullo modo reparantur. Ideo dicit Sap. *Miſericordia & veritas cuſtodiunt regẽ, & roborabitur clementia thronus eius.* Prou. 20. vbi dic. glo. Lyræ. Qui miſericordia diligitur, & veritate timetur. Etiam quia miſericordia ſine iuſtitia puſillanimitas, & iuſtitia ſine miſericordia crudelitas, quæ deſtruunt regnum & regem. Sed miſericordia iuſtitia ſimulata, & iuſtitia miſericordia temperata cuſtodiũt regem & regnum, propter quod dicit Seneca de clementia lib. 1. c. 2. Nullum clementia ex omnibus magis quàm regem decet. *Et infra*, Peſtifera, inquit, vis eſt valdè ad nocendum. Et cap. 3. Principium, inquit, crudelitas bellũ eſt, clementia in quamcunq; domum peruenerit, eam feliciter & tranquillam præſtabit. Et infra c. 4. dicit. Si dij placabiles & æqui delicta potentium non ſtatim perſequuntur, quantò æquius eſt, hominem præpoſitum miti animo exercere imperium. Ideo Valer. li. 5. c. 1. de Alexand. dicit. Alexander vt infinitam gloriam bellica virtute ita præcipuum amorem clementia meruit, propter quod dicit Seneca; Reges debent eſſe ſicut medici, & non minus turpia ſunt regi multa ſupplicia, quam medico multa funera. Et ideo dicitur metricè.

IV. Habeat fiſtulam ad demulcendas oues.

Prælati debent eſſe miſericordes & clemẽtes.

Sit piger ad pœnas, princeps ad præmia velox,
Et doleat quotiens cogitur eſſe ferox.

QVINTO, Prælatus debet habere cornu videlicet poteſtatis ad ſuperbos deuincẽdũ. V.

Habeat cornu potestatis contra superbos.

Sicut enim debent subditos suos bonos diligere & demulcere, ita superbos & rebelles & tyrannos suo dominio debent expugnare. Sicut Anchises docuit filium suum Æneam, vt recitat Virgilius lib. 6. & beatus August. idem allegat 9. de ciuitat. Dei, cap. 13. Tu regem populos imperio Romanos. Meritò hæ tibi artes erunt pacis imponere mores, parcere subiectis, & debellare supbos. Nam vt dicit Holkot lect. 133,

Prælatus debet esse fortis ad resistendum.

In quolibet bono Prælato debet esse fortitudo resistentiæ contra malos, & declarat hoc per illud. Sap. 1. vbi dicitur de Moyse prælato filiorum Israël. *Stetit contra Reges horrendos in portentis & signis*, quasi diceret, de quolibet alio Prælato, quod ad instar Moysi non licet sibi fugere, fingere vel fauere. Fugere per curæ diminutionem. Fingere per dissimulationem. Et fauere per adulationem. Sed stare contra veniendo, contra opponendo, & contra dicendo. Vnde de Prælatis bonis potest exponi illud Psal.

Prælati significantur per elephantes.

79. *Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris.* Nam Prælati sunt sicut elephantes, quibus pugnabant olim reges contra inimicos.

F

Narrat enim Magister Ioannes Beleth. libro suo de officio Ecclesiæ. Quod elephantes sunt adeò animalia fortia, quod supra eorum dorsum extruitur vnum castrũ ligneum, in quo possunt triginta, quadraginta, vel quinquaginta homines dimicare. Alexander ergò pugnaturus contra Porum Regem Indorum, duplici contra illos vtebatur cautela. Vna vice ordinauit, vt ponerentur statuæ æreæ plenæ prunis calidis, & feruentibus in via, vbi debebant isti elephantes transire, qui statuas homines æstim ãtes, eos cum proboscidis subuertere nitebantur. Sed statim ab ære feruenti in proboscidis combusti, fugam inierunt, & maximam stragem in exercitu Indorum fecerunt. Alia vice coram suo exercitu fecit minari vnum gregẽ porcorum, in quo iussit vnum procellum teneri & affligi, quo clamãte, totus grex grunire cœpit, modo elephantes naturaliter timent grunnitum suis. Audientes autem illi elephantes tantum strepitũ porcorum grunnientium, fugam inierunt, & in exercitum propriũ grauem stragem fecerunt. Moraliter. Per illos elephantes, qui sunt animalia maxima & fortissima ad instar montiũ, signantur maiores Prælati in Ecclesia, propter magnitudinẽ dignitatis,

Prælatorum officium malos terrere.

& propter similitudinem castitatis; quia Elephas est animal castissimum. Horum officium est exercitus Ecclesiæ præcedere, & malos suæ prædicationis mugitu terrere. Super istos collocantur turres ligneæ, quia eis supponuntur Ecclesiæ & committuntur animarũ curæ. Istorum vnus fuit Petrus: de quo dixit Saluator. Matt. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo, &c.* Diabolus autem timens istos elephantes; duplicem præuidit cautelam. Primo enim contra eos posuit statuas æreas plenas igne. Istæ statuæ sunt mali proceres, nobiles & potentes, qui videntur sicut fuerunt Patres

Nobiles, proceres, & potentes sunt statuis similes.

eorum. Sed non sunt nisi statuæ & laruati, quia effigiem exteriorem hominis habent, sed non vitam, non prudentiam, non rationem, non mansuetudinem, quã homini indixit natura. Sunt tamen statuæ æreę propter strepitũ superbię secularis, & sunt pleni intus igne iracundiæ, inuidiæ & luxuriæ, vt testatur B. Hieron. & scribit Eusebius in Epist. ad Damasum, de morte glorioſi Hieronymi, loquens de nobilibus huius mundi dicens. Quid diues, & mortali aura pastus aliud est, quàm quoddam omniũ peccatorum vas putridum, vbi superbia, ibi luxuria, ibi auaritia, & sic de alijs. Nonne in diuitibus potentibus & nobilibus nonne latrones, qui pauperum mercedem violenter depredantur, & eos deprimunt atq; necant? quasi diceret B. Hieron. certe sic ideo sunt statuæ æreæ plene igne. Et congruæ de quolibet exponitur illud Iob 41. *Halitus*

eius.

Digitized by Google

eius prunas ardere facit; isti inquam stant contra Elephantes, id est Episcopos, Prælatos, & comburunt proboscidas eorum, ita, quod nec corripere, nec corrigere eos audent. Non solum autem istos timent interdum prælati nostri, imò strepitum porcorum, & clamorem vnius suis, porci enim sunt lubrici. Moraliter porcus & sus est publica meretrix, iuxta illud. Prouerb. 11. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua.* Sed Prælatus & Pastor spiritualis debet habere baculum scilicet, legis, ad indoctos & doctos, ex quo quilibet prælatus suscipit docendi officium, ideò docere debent subditos verbo & exemplo. Et si pascere nesciunt exemplo, & verbo doctrinæ, non debent habere nomen Pastoris, quia dicit beatus Gregorius. Non debet esse agricola, qui nescit arare, nec miles qui nescit pugnare, nec nauta, qui nescit pericula euitare. Sic nec debet esse Pastor, qui pascere nescit. Ideò dicitur Sapient. 6. *Diligite lumen Sapientiæ omnes qui præestis populis*, quia prælatus, vt dignè præsit debet esse luminosus per rectam subditorum informationem. Ideò dicit beatus Gregorius 31. moral. Cum is qui subest seruit ad obsequium, restat vt qui præest seruiat ad victum, vel ad verbum. Et cum is, qui subest iussis obtemperat, oportet vt is, qui præest curam sollicitudinis impendat. Et iam verificatur illud Thren. 1. *Facti sunt Principes eius velut arietes non inuenientes pascua*, propter quod exponitur illud. Zachar. 11. *O Pastor idolum derelinquens gregem.* Et rectè tales prælatos ideo idolo comparat B. Zacharias. *Primo*, sicut idolum secundum Psalmistam, *oculos habet & non videt.* Psal. 113. ita & ipsi carent virtute visiua discretionis, & conscientiæ, quæ discernere debent necessaria inter lepram & non lepram, id est, peccatum veniale & peccatum mortale. Carent cognitione non solum scripturæ sacræ, sed nonnulli omnis liberalis scientiæ, isti excæcantur puluere, terrenorum, & stercoribus hyrundinum. Tob. 2. & Isaiæ 56. *Speculatores eius omnes cæci*, isti nihil vident quo ad spiritualia, & tamen vident temporalia, ad emendum & dispensandum, non pro Ecclesiæ, sed amicorum vtilitate. Sed tales non considerant, quod dicat Canon. 12. q. 3. cap. placuit. Quicquid emptum est de pecunia Ecclesiæ suum est. Quod si clericus habet pecuniam de præbenda sua vel Ecclesia, & inde emat prædium, licet illam pecuniam potuisset dare in intuitu pietatis consanguineis, vel alijs personis, non tamen prædium huiusmodi, quia statim cum fuit emptum acquisitum est Ecclesiæ, siue nomine Ecclesiæ fuit emptum, seu alieno, ideò non potest clericus alienare propria auctoritate, vt dicit Guilhel. *Secundo* caret spirituali olfactiua, qua virtute sensitiua sentitur odor ille, quo animæ deuotæ currunt post sponsum. Cant. 1. *Curremus in odore vnguentorum tuorum.* Nam odor spinæ florentis affert eis odorem suauem, quod de prædicto non curant.

Indignus est nomine Pastoris, qui nescit verbo & exemplo pascere.

Prælati indocti cur idolis comparētur.

Moraliter, odor spinæ florentis sunt diuitiæ, honores, dignitates, quæ tantum redolent in naribus prælatorum, quod odorem prædæ cœlestis, vel Christi, quem in se, qui deberent totaliter amiserunt, vt congruè exponetur de ipsis. *Nares habent, & non odorabunt.* Et nesciunt tales, quod dicit Bern. Nunquam in honore sine dolore, in prælatura sine cura. Sed hoc aduertit ille nobilis triumphator Romanus Cipus, de quo scribit Ouid. 15. Metamorphoseos post medium dicens. Cipus iste veniens de bello, in quo pro Romanis pugnauerat, & tropheum habuerat. Subitò sic à casu respexit in vndam deprehendit faciem suam cornutam. Æstimans autem se esse delusum per imaginem in aqua, manum ad caput deposuit, & in fronte cornua reperit.

G

Psal. 113.

Statimque ſacrificans dijs ſuis, inteſtinis beſtiarum iuſſit Prophetam requirere, quid iſtud prodigium deſignaret. Propheta verò nomine Traies conſiderans & conſulens diligenter, reſpondit, quod ſtatutum erat, quod ſi intraret muros ciuitatis Romæ, rex fieret Romanorum, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in æternum. Quo audito ſtatim auertit facié toruo vultu à ciuitate, & cœpit redire & fugere à ciuitate, rogans Deos, quod talia fata procul pellerent ab eo, aſſerens ſe malle exulare proſper, quàm diadema regni ſuſcipere. Statim miſit pro Patribus & ſenatu Romano, vt ad eum extra ciuitatem venirent, & facto monticulo de terra, opertisque cornibus ſuis corona de lauro, loquebatur ad Romanos in hanc ſententiam. Vos, inquit, Patres eſtis conſcripti, vnus ex hac multitudine, quam videtis, quem niſi ab hac vrbe veſtra repuleritis erit rex veſter. Et ſicut dixit nobis Propheta, dabit vobis iura familiaria, & onera ſeruitutis, & iam dudum intraſſe vrbem poterat, niſi eum impediuiſſem. Quis autem ſit non dicam nomine, ſed ſigno, ille eſt, qui cornua in fronte gerit; Populus motus clamabat, quis eſt ille, & quilibet reſpexit frontem alterius. Tunc Cipo dixit ad populum. Ecce, inquit, quem quæritis habetis, & ſtatim populo reſpiciente diſſoluit coronam de capite, & cornua eius oſtendit. Quo viſo, omnes ſupra modum doluerunt, & fecerunt eum iteratò coronam imponere capiti. Et quia muros ciuitatis intrare nolebat, tantum ſibi de terra dederunt, quantum vnum aratrum circumcingere potuit vna die. Ecce quod ſpreuit honores & dignitates mundanas.

Prælati illiterati auditu carent.

Tertio, ſicut idola carent auditu, quia habent aures & non audiunt. Sic & illi prælati illiterati carent virtute auditiua, duas enim aures habere deberent. *Vnam* ad audiendum delectabiliter & libenter verbum Dei. *Aliam* ad intelligendum faciliter & humiliter clamorem egeni. Prima auris eſt dextra; ſecunda ſiniſtra. Sed moderni prælati nonnulli more aſpidis ſurdæ, dexteram aurem obturant terra, & ſiniſtram cauda, quia ſi offeratur eis copia verbi Dei, dicunt ei, quod non vacat eis. Oportet enim de certis redditibus & placitis habere conſilia. Si clament pauperes pro eleemoſyna, obturant aurem ſiniſtram cauda dicunt enim, tanta familia eſt nobis neceſſaria, tot milites, tot clerici, tot armigeri, tot ſeruientes, tot famuli, tot ribaldi, quod vix ſufficiunt, quæcunque de Eccleſia poſſidemus. Et iſtæ duæ ſurditates reddunt eorum orationes execrabiles & inefficaces. De prima Prouerb. 28. *Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius fiat execrabilis.* De ſecundo, Prouerb. 21. *Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperum clamabit ipſe, & non exaudietur.*

Prælati quidam autem vtramque obturant.

Quarto, ſicut idola carent guſtu, ſic moderni multi prælati carent virtute guſtatiua ſpirituali, quæ guſtatur à ſanctis, *quàm ſuauis eſt Dominus.* Pſalm. 33. patiuntur enim febres variorum peccatorum. Quia modo infrigidantur per timorem perdendi temporalia, modo caleſcunt per rancorem ſemetipſos vlciſcendi de iniuria, modo ſudant corpore delitijs & deſidia. Et ideò guſtum habent infectum, & non ſapiunt, quæ Dei ſunt, de quibus Paulus Coloſ 3. *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.*

Sed diceret aliquis, quare talibus prælatis ſpiritualia, & cœleſtia non ſapiunt. Ad hoc poteſt reſponderi, quod hoc eſt propter delectationes carnales. Dicit enim Ariſt. de problem. part. 12. problem. 5. Comedentibus fructus putridos, vinum dulce videtur amarum, quia amaritudo manet diffuſa in lingua eorum, & magis diffunditur per vinum.

Mora-

Moraliter, fructus putridi sunt gula & luxuria, quæ putrescere faciunt corpus hominis. Quia de luxuriosis dicitur Ioel. 10. *Putrescunt iumenta in stercore suo.* Et hos fructus quidam prælati comedunt. Nam cum fuerunt pauperes scholares, vixerunt satis sobriè, cum autem ad prælaturas venerunt, vestiti sunt mollibus, & quotidiè splendidè epulantur, ex quibus sequitur luxuria. De talibus dicit Bernar: super Cant. serm. 33. Ministri Christi sunt, & seruiunt Anti Christo, honorificè incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. In de is, quem quotidie videmus, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frenis, in sellis, in calcaribus, & plus calcaria, quam altaria fulgent: inde mensæ splendidæ de ciphis & cibis: inde comessationes & ebrietates: inde cythara, lyra, tibia, inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud, dolia pigmentaria, inde referta etiam marsupia. Pro his volunt esse, vt sunt, Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi & Archiepiscopi. Hæc Bernard: Et quia hos fructus putridos delectationum comedunt, ideò vinum deuotionis & spiritualis contemplationis eis non sapit. Et de talibus dicitur. Luc. 14. *Nemo virorum illorũ, qui vocati sunt gustabunt cœnam meam.*

Fructus putridi gula & luxuria.

Quinto, sicut idola carent tactu, *quia manus habent & non palpabunt*, Psal. 113. ita isti carent virtute tactiua spirituali. Nam duas manus habere deberent, dexteram, qua reuerenter tractarent mysteria sacramentorum, & sinistram, qua suauiter curarent vulnera peccatorum. *Prima* manus debet esse mundissima, qua tractare debent filium Dei. Iuxta illud. 1. Ioan. 1. *Manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.* Sed ista manus in multis & leprosa & infecta libidine, vt meritò vnicuiq; dicatur à Christo, Ioan. 20. *Noli me tangere*, quasi dicat. Noli me tangere celebratione diuinorum, administratione Sacramentorum, propter immunditiam vitæ tuæ. Et Iob. 13. *Manum tuam longè fac à me. Secundò*, manus debet esse suauissima, qua tractari debent vulnera peccatorum, de hac manu dicitur 4 Reg. 5. *Putabam quod egrederetur ad me, & tangeret manu sua locum lepræ.* De hac Matth. 8. *Extendens manum suam tetigit leprosum dicens: Volo, mundare.* Multi autem curati sunt his diebus, vt canes, qui sola lingua lingunt vlcera Lazari. Sed manu non tangunt, quia opera misericordiæ non impendunt, nec operibus proprijs, exemplum præbent subditis, vel pœnitentiæ vel virtutis. Iuxta illud Matt. 23. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, &c. Alligant enim onera grauia & importabilia &c.* Ideo tales sacerdotes & prælatos comparat B. Greg. in Homel. 17. aquæ baptismatis, quæ alios mundat, & seipsam non mundat, dicit sic. Ingrediuntur electi sacerdotum manib. expiati cœlestem patriam & sacerdotes Christi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant.

Tractantes mysteria Sacramentorũ debent habere manus puras.

Manus dextra multorum est leprosa, &c.

Cui rei similes dixerim sacerdotes malos nisi aqua Baptismatis, quæ peccata cæterorum diluens illos ad regnum cœleste mittit, & ipsa in cloacas descendit.

Sacerdotes mali quomodo aquæ baptismatis similes.

Spiritualiter autem quilibet homo pastor singularis habens vnicam ouiculam, scilicet animam, quam Deus creando corpori infudit, & infundendo creauit, secundum Auguſt: & non solum eam creauit, sed cum perdita esset, quæsiuit eam, & pretioso sanguine suo in ara crucis redemit. De hoc pretio quo eũ redemit loquitur B. Bernard. in suis meditationibus c. 3. Sublimius est animæ pretium, quæ non nisi sanguine Christi redemi potuit. Quam ergo commutationẽ dabis pro anima tua, qui pro nihilo das illã? Nam filius Dei cũ esset in sinu patris, à regalibus pro ea descendit

H

Quilibet homo pastor animæ suæ.

Digitized by Google

vt eam à poteſtate diaboli liberaret. Quam cum vidiſſet peccatorum funibus irretitam, & iam dæmonibus tradendam, vt morte perpetua damnaretur, fleuit ſuper illam, ſcilicet, qui flere neſciebat, nec ſolum fleuit, ſed & ſe occidi permiſit. Hæc Bernard: Hæc, inquam, anima eſt omnis illa, de qua loquitur Dominus Luc. 15. *Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat; donec inueniat illam*, quaſi dicat, vtiq;. Et quia Deus intimè eam dilexit, perditam quæſiuit, & redemit, redemptamque cuſtodiæ tuæ ô homo tradidit. Et ideo ſi velles eam cautè cuſtodire, debes ſicut bonus paſtor hęc ſex habere.

Ad animam cautè cuſtodiendam ſex requiruntur

1.

Panis confortans.

PRIMVM, panis confortans, & eſt triplex. *Primus* eſt materialis, qui datus pauperibus, multum prodeſt animabus. Ideo dicit Auguſt: li. 5. Homel. 4. Da panem dum poteris, quia nemo eſuriet in inferno, non habebis poſt mortem frumentum illic, nec aliquem mendicum; quia non erit tempus miſerendi. *Secundus* panis eſt ſpiritualis. & hic eſt verbum Dei, & hunc panem debet homo ſemper concupiſcere. Quia vt dicunt medici. Concupiſcentia nutrimenti, eſt ſignum ſanitatis & diſpoſitionis in corpore. Et per oppoſitum, abominatio cibi & potus eſt ſignum grauis infirmitatis. Moraliter verbum Dei eſt cibus Chriſtianæ animę, de quo Matth. 4. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit ab ore Dei.* De hoc pane dicit B. Ambro: in quodam ſermone quadrageſimali. Quiſquis verbis Dei paſcitur, terrenum pabulum non requirit, nec enim poteſt ſeculi panem capere, qui pane reficitur Saluatoris. Negligit famem corporis, qui pabulo intendit lectionis, nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi cœleſtis acquirit, ipſa enim eſt refectio, quæ ſatiat animam, quæ impinguat viſcera, cum de diuinis ſcripturis cibum eloquij perennis accepimus. Hęc Ambroſius. Quando ergò ſic eſt, quod perſona, quęcunque legere vel audire ſermones deſiderat, & cum delectatione ſibi incorporat, ſicut beata Maria Magdalena, quæ *ſedens ſecus pedes Ieſu audiebat verba illius.* Et ſicut ille eſt, qui ait Pſalm. 118. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua*, Tunc ſignum eſt ſanitatis conſcientię vel ſaltem bonę diſpoſitionis ad ſanitatem in homine. Et poteſt aperte dicere cum Ierem. 15. *Inuenti ſunt ſermones tui & comedi eos, & factum eſt mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis.* Et per oppoſitum, qui nullum ſaporem in ſermonibus diuinis experiuntur nec aliquam dulcedinem ſentiunt, ſignum eſt quod ſtomachus eorum repletus eſt malis humoribus, & quod grauiter infirmantur, Et tales fuerunt hi de quibus dicitur Pſalm. 106. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis.* Idcirco Sap. 6. hortatur nos Sapiens in perſona Chriſti dicens. *Concupiſcite ſermones meos & diligite eos, & habebitis diſciplinam*; diligere enim ſeruare eſt. Iuxta illud Ioan. 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit*, quia ſecundum Gregor: in Homel: ſignum dilectionis exhibitio eſt operis. Non enim ſufficit ſermones Chriſti in memoria portare, niſi ſeruentur in vita. Vnde Auguſtin: ſuper Pſalm. 117. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam, &c.* dicit, Cuſtoditio ſermonum Chriſti, intelligenda eſt operatio pręceptorum. Fruſtra enim cuſtodiuntur in memoria, ſi non cuſtodiuntur in vita. Nam verba Dei tenendo agunt quidam ne obliuiſcantur, non tamen agunt vitando, vt corrigantur.

Verbũ Dei eſt cibus animæ.

Sanæ conſcientiæ ſignũ, libenter audire verbum Dei.

Tertius panis eſt ſacramentalis, de quo dicit Pſalm. 77. *Panem angelorum manducauit*

canit homo. De hoc pane dicit B. Hieron. vt ſcribit Euſebius in epiſtola ad Damaſum Portuen. Epiſcopum. Tu panis Angelorum, tua viſione Angelos lætificas, reficis & glorificas mentem non ventrem, qui in te non impinguatur, virtutibus æger iacet in flagitijs. Tu manducantem, vt condecet in te transmutas, vt in participatione efficiatur Deus. *Et infra ſubdit probando, quod anima viuit mediante iſta eſca, ait:* Tu certè vita es vitalis, dulcis, & amabilis atque iocunda. Tu vita es, qua viuit omnis creatura, & ſine qua moritur. *Et poſt pauca.* Eia, inquit, fidelis anima gaude & exultare, ne moreris his paſci delitijs, ne pigriteris, hoc fruaris conuiuio, in quo non carnes hircorũ vt olim in lege, ſed Saluatoris tui corpus proponitur. *Et infra.* Nemo ſine te viuere poteſt ad momentum, tu ſolus vitam omnibus creaturis præbes, in te ſolum delectatur cor meum. In te exultat anima mea, tibi ſoli adhærere cupit mens mea. Hæc ille. Sine iſtis tribus panibus non poteſt ſubſiſtere ouis, noſtra videlicet anima. Quapropter quilibet homo, vt fidelis paſtor, paſcat eam pane materiali, eleemoſynam tribuendo; pane ſpirituali, verbum Dei audiendo; & pane Sacramentali, corpus Chriſti frequenter ſumendo. Et poteſt addi *quartus* panis pœnitentialis, pœnitentiam videlicet iniunctam complendo. De his panibus latius dixi, ſupra, parte prima. Dominica Lætare Serm. II. F. G.

Sanctiſſimi Sacramentũ ſæpe ſumendum.

SECVNDVM eſt canis latrans. Habet enim anima tua, ô homo tres hoſtes, lupis crudeliſſimis ſæuiores. *Primus* eſt Caro, de quo hoſte conqueritur anima, per Aug. Solil. c. vlt. Caro cum qua habito ſemper me ducere vult ad peccatum, mecum enim vult coronari, ſed non mecum decertare: nullum peiorem patior hoſtem, quam corpus in quo habito. Eſt enim quaſi leo ſubuerſor in domo mea, vndiq́ue me peſtifero morſu dilanians & conſumens. *Secundus* hoſtis eſt mundus, de quo conqueritur iterum per Aug. vbi ſupra dicit. Mundus circumit & obſidet vndiq;, & per quinq; ſenſus corporis mei, ſagittis ſuis me vulnerat, mors intrat per feneſtras meas.

II. Canis latrans. Hoſtes animæ tres. Caro. Mundus.

Tertius hoſtis eſt diabolus, de quo conqueritur per Auguſt. in ſolilo. cap. 5. Nihil enim aliud deſiderat, quàm vt me perdat inimicus: vt occidat, ſemper vigilat abſque ſomno, & ego vt me cuſtodiam nolo à ſomno euigilare. Ecce tetendit laqueos ante pedes meos infinitos, & omnes vias meas adimpleuit decipulis, ad capiendum animam meam. Hæc ille. Iſti tres hoſtes figurati ſunt per tres beſtias, leonem, vrſum, & lupum, per leonem, caro. per vrſum, mundus. & per lupum diabolus figuratur. Sed ex quo in hoc Euangelio eſt mentio de lupo, ideo omiſſis alijs, dic per lupũ diabolum figurari. *Primo*, per rationem luctaminis ſiue ludi. Quia ſecundum Plinium in ſpecul. natural. Lupus valdè diligit ludere, & ideo ſi poteſt rapere puerum, cum eo ludit, & poſtea comedit. Sic & Diabolus ludit cum peccatore, cum ei peccata leuia dicit, & Deum propitium, & tempus longum ad pœnitendum. De quo ludo dicit B. Gregorius in Paſto. Diabolus facta aliorum modo grauiora, modo quaſi nihil eſſe quod perpetratum eſt, modo Deum miſericordem loquitur, modo adhuc tempus ſufficiens ad pœnitentiam pollicetur, vt dum per hoc mens decepta ducitur, ab intentione pœnitentiæ ſuſpendatur. Ideo dicit Sapiens, Prouerb. 14. *Stultos illudit peccatum*, id eſt Diabolus qui eſt cauſa peccati. Poſtquam autem cum peccatore luſerit, eum comedit. Iuxta illud Ambroſij in ſermone: Diabolus non diligit filios ſuos, ſed odit, ſic enim eos amat, vt perdat, ſicut amat gluto morſellum, vt comedat. *Secundo*, ratione fortitudinis, nam lupus habet magnam fortitudinem in capite, in collo. in

Diabolus.

Luporum ludus, quam periculoſus.

Digitized by Google

lo, in inteſtinis autem eſt valdè debilis. Sic tota vis Diaboli eſt in principio tentationis. Et ſi in principio ſibi reſiſtitur, debilis efficitur. Dicit enim Ambroſius, & etiam poſitum eſt ſuperius, quod homo vocem perdit, ſi eum primo viderit. Sed ſi homo lupũ ante conſpexerit, audaciam perdit, & caudam deponit. Moraliter, lupus tũc hominem præuenit videndo, quando eum in principio non reſiſtentem conſpicit. Sed è conuerſo tunc homo lupum prius cernit, cum ſe armat, & properat ad repellendum tentationis principium, & tunc Diabolus perdit audaciam, & caudam deponit, quando tentare dimittit, & ad finem, id eſt, ad conſenſum ipſam tentationem non pertrahit vel perducit. De hoc dicit Chryſoſt. ſuper Matth. Grauis & intolerabilis impetus diaboli quem ſi quis fortiter abſtinuerit, in ſecundo inuenerit infirmiorem. Quantò enim plus repercuſſus fuerit tantò magis refrigeſcit. *Tertio*, ratione breuitatis. Dicit enim Ariſt. de Animalibus, Quando lupus ſeneſcit, quod non poteſt prædari, vadit de nocte iuxta ciuitatem, & inſidiatur hominibus. Sic diabolus ſciens tempus ſuum breue, iam de hominibus beſtialibus non curat, ſed bonos deuorare feſtinat. Idcirco contrà hos tres hoſtes debet homo habere canem latrantem, id eſt, conſcientiam remordentem. Nam cum caro, mundus, vel diabolus alliciunt ad peccatum, debet conſcientia recalcitrare, ne homo conſentiat, & anima capiatur. De hoc vide part. 1. Dominica infra Octauam Natiuitatis Chriſti. I. X. & K. I.

Canis latrans, conſcientia mordens.

III. Flagellum caſtigans.

TERTIVM eſt flagellum caſtigans, & hoc flagellum eſt tribulatio, quæ præſeruat animam à peccatis. Quod teſtatur deuotus Amandus lib. 1. cap. 13. loquens de tribulatione dicens. Quid hoc theſauro pretioſius, quaſi diceret, nihil. Ipſa namq; peccatum tollit, purgatorium minuit, repellit tentationes, extinguit carnalitates ſpiritum reuocat, ſpem roborat, vultum hilarat, conſcientiæ confert ſerenitatem. & internorum gaudiorum continuam præſtat vbertatem; ipſa eſt potio ſanatiua, herba ſalutifera ſuper omnes herbas Paradiſi terreſtris, corpus corruptibile caſtigat. Sed animam vegetat immortalem, anima deuota ſaginatur, tribulationem ſicut lilia roſæ fœcundantur cœleſti rore. Hæc ille. Et dicit notanter, quod tribulatio aut caſtigatio eſt potio ſanatiua propter quod libenter eſt bibenda. Si enim medicus manu ſua propinat infirmo potionem, & prætentat bibendo faciens ſibi credentiam, licet medicina ſit valdè acuta, tamen infirmus acceptat. Chriſtus eſt medicus magnus, qui venit de cœlo, & calicẽ prætentauit tribulationis, & nobis pro remedio infirmitatis peccati propinauit in præſenti, & ideo caſtigationes eius filiali benignitate ſuſcipiamus. Si enim ſuſcipimus eius caſtigationes, tũc animæ noſtræ ſunt in manu ipſius. Iuxta illud Sap. 3. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt*, ſcilicet caſtigantis. *& non tanget illos tormentum mortis.*

Tribulatione ſaginatur anima deuota.

K *IV.* Baculus ſupportans.

QVARTVM eſt baculus ſupportans, per hunc baculum intellige crucem domini, per quam tranſiuit Iordanem præſentis mortalitatis & pœnalitatis Iuxta illud, *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum.* Gen. 32. Mediante etiam iſto baculo debet anima fidelis ſupportari, & per tempeſtatem huius mundi ad cœlum nauigare, quia Crux Chriſti eſt pons per quem Chriſtus tranſiuit, lectus in quo ipſe dormiuit ſcala per quam aſcendit, libra in qua redemptio noſtra pependit. PRIMO quidem eſt pons, per quem Chriſtus tranſiuit fluuium mundanæ vanitatis, ſuper quem calcare debemus pedibus affectionis, vt nos ſupportet fortiter à fluctibus inundantis peccati. Et ſicut quilibet contemnens pontem, periclitatur & ſubmergitur, ita qui non ſupportatur à cruce, nec ei innititur, ſaluari non poteſt. Quia dicit Aug. [illegible] *Exiguo ligno credunt.* [illegible]

Crux Chriſti eſt pons, lectus, ſcala, & libra. Pons.

Digitized by Google

est, committunt *homines animas suas, & mare transeuntes per ratem liberati sunt*. Ideo dicit Apostolus, 1. Cor. 1. *Verbum crucis quidem pereuntibus stultitia est, his autem qui salui fiunt*, id est, nobis Christianis, *virtus Dei est*. Vnde de cruce exponi potest, Sap. 10. *Cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans*. Est tamen notandum, quod Crux Christi materialis, in qua pependit, non solum nos supportat per mare huius mundi, sed etiam crux & baculus pœnitentiæ, quæ est Crux Spiritualis; De qua dicit Maximus in sermone de Martyribus; Crux non solum intelligitur lignum & patibulum. Sed piæ vitæ virtutisque propositum. Quoniam omnis Christiani vita, qui secundum Euangelium vixerit, crux est atque martyrium. Iste est pons pœnitentiæ, qui non est fixus & immobilis, sed est pons qui leuatur de die, & subtrahitur de nocte, ideo qui voluerit super isto ponte transire, oportet quod veniat de die. Dies est vita nostra. Nox autem est mors. Pons crucis pœnitentiæ eleuatur, & subtrahitur à pedibus nostris in morte. Ideò hortatur Sap. Eccl. 17. *Ante mortem confitere Domino, à mortuo quasi nihil pars confessio*. Et iterum Eccl. 17. *Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos cibum inuenire*. Est enim hoc figuratiuè lignum, quod Dominus ostendit Moysi, Exod. 15. vbi legitur. Cum populus venisset in Marath, & inuenissent aquas ita amaras, quod eas nullo modo bibere potuerint, clamauit Moyses ad Dominum, *qui ostendit ei lignum, quod cum missum fuisset in aquas, dulcorate sunt aquæ*, atque factæ potabiles. Isto modo moraliter, si quæcunque pœnitentia in hac vita nobis amara videtur, immittatur lignum crucis, & recogitetur, quid ibi passus sit Christus, dulce fiet nobis quicquid pro eo bibemus. Ideo dicit Isidorus libro de summo bono. Si passio Christi redemptoris ad memoriam reducatur, nihil est tàm durum, quod non æquo animo tolere tur. Parua enim videbuntur quæ toleramus, si recordemur quid biberit ad patibulum, qui nos inuitat ad cœlum; Ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemq; sustinuit. & nos miseri ad nostram confusionem vno sermone fatigamur, vno verbo deijcimur.

Baculus pœnitentiæ, crux spiritualis.

Pons pœnitentiæ mobilis.

Passionis Christi memoria omnia dura facit lauia.

SECVNDO, Crux Christi est lectus, in quo Christus dormiuit. Quando enim domini in meridiè reclinant se ad dormiendum, in æstate solent fenestræ tui thalami claudi, vt quietius dormiant. Isto modo, quando Christus fatigatus de miseria, dormire volebat in lecto crucis, fenestræ mundi videbantur clausæ, quando factæ sunt tenebræ super vniuersam terram. Matth. 27. *A sexta hora vsque ad nonam horam*. De hoc lectulo habetur. 2. Paral. 24. *Occiderunt enim in lectulo suo, & mortuus est*. Ibi fuerunt duo in lectulo vno: Matt. 24. diuinitas & humanitas. Vna assumebatur ad pœnam, alia libera relinquebatur, scilicet diuinitas, quia pati non potuit. Et benè potest crux Christi vocari lectulus, & non completè lectus: nam ita strictus fuit & breuis, quod nec habuit vbi caput reclinaret, nec vbi genua potuit collocare. Vnde de eo potest exponi illud. Gen. 49. *Finitus nam q; mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum & obijt*. Hoc fuit ferculum, quod fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Cant. 3. Et dicitur ferculum à fero, fers, & non à ferculo escarum. Et est genus vehiculi, quod à vulgo lectica dicitur, in signum quod crux Christi ferat omnes homines & deuotos, per mare huius mundi ad portum salutis æternæ.

L

Lectus Christi, Crux.

Crux Christi merito vocatur lectulus.

TERTIO, crux Christi est scala, per quam Christus ascendit. Ascendit igitur sicut Ionathas *reptans manibus & pedibus ad montem vbi erat statio Philistinorum*. 1. Reg. 14.

Crux Scala.

Digitized by Google

Hæc eſt quam vidit Iacob in ſomnis, cuius cacumen attingebat cœlum, *& angelos aſcendentes & deſcendentes*, & Dominum innixum ſcalæ. Gen. 28. Hanc viſionem exponit Gloſ. ſuper c. firmiter, de ſum. Tri. & fide Cath. dicens. Crux Chriſti eſt ſcala, quam Chriſtus aſcenſurus in cœlum, ſibi & ſuis ſequacibus erexit, quam Iacob ſtantem ſuper terram & cacumen eius tangens, cœlum in ſpiritu præuidit. Hanc ſcalam angeli, id eſt, doctores & prædicatores aſcendunt, dum myſteriorum eius ſublimia contemplantur, deſcendunt autem dum opera eius humilitatis imitatione aſſumunt, vel dum pro capacitate auditorum, fidei efficaciam annunciant. Hæc Holkot lect. 162. Super iſtam ſcalam oportet aſcendere, ſi ad cœlum venire volumus, nec ad veram gloriam aliter venire quis poteſt. Ideo dicat quilibet cum Apoſtolo ad Gal. 6. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Libra. QVARTO, lignum crucis eſt libra, in qua redemptio noſtra pependit. Diuites & nobiles quando pecuniam ſoluunt in magna quantitate, non numerant, ſed ponderant ſeu librant. Pauperes verò ſemper numerant, tamen cum vtrumque fiat de pecunia, videlicet quod ponderetur & numeretur, tunc poteſt omninò conſtare de quantitate. Nam poſſibile eſt quod certus numerus denariorum, puto viginti ſolidi ponderant vnam libram. Et iterum poſſibile eſt, quod non deficiant à libra in pondere, ſed deficiant in numero. Sed apud Chriſtum facta eſt copioſa noſtra redemptio. Noluit enim ſolummodo numerari, iuxta illud Pſalm. 21. *Dinumerauerunt omnia oſſa mea*, imò etiam voluit ponderari, vt oſtenderet nobis illud Eccl. 6. *Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.* Ponebatur enim Chriſtus quaſi in vero pendiculo libræ, & homo peccator in alio, inuentum quod Chriſtus ſicut ſufficientiſſimè ponderoſum, realiter deſcendit ad medium, quod eſt ſimpliciter deorſum, quando anima coniuncta diuinitati deſcendit ad infernum, qui eſt circa medium mundi, & quantum iſte deſcendit, tantum hominem peccatorum exaltauit, videlicet vſque ad cœlum: Et ſic verificauit illud Ezech. 17. *Exaltaui lignum humile, & humiliaui lignum ſublime.* Ecce qualiter per baculum ſanctæ crucis, quæ alio nomine dicitur pons, lectus, ſcala, prouehitur homo ad portum ſalutis æternæ. Vel, hæc hic inſerta de ſancta cruce, poſſunt de feſto ſanctæ crucis inuentionis prædicari, quod interdum in hac hebdomada occurrit.

M V. Cornu formidans. Quantum igitur homo debet habere, vt poſſit vnicam ouiculam ſuam cuſtodire, eſt cornu formidans, per quod ad præſens ſignificatur illa tuba horribiliter malis ſonans. Surgite mortui, venite ad iudicium, quæ multum eſt animæ deuotæ formidanda, quia talis formido cauſat ſibi de futuris prouidentiam. Vbi enim præſumptuoſi, ſuperbi & acedioſi, negligenter omittunt procurare, quæ ſunt ſaluti eorum neceſſaria, ibi virtuoſi formidantes prouident, quæ oportet. Cuius probatio habetur Ioſue 9. de Gabaonitis, qui timentes à facie filiorum Iſraël cautelosè præuenerunt eos. Et ne eos occiderent iuramento ſtrinxerunt, & requiſiti de fraude dixerunt. *Timuimus valdè & prouidimus animabus noſtris terrore compulſi.* Conſimiliter ſancti viri in præſenti vita multa conſiderant eis pericula futura, & ideo cum omni diligentia ſuis prouident animabus, quorum vnus fuit B. Greg. qui timens diem iudicij ait in Homel. Quid faciet virgula deſerti, cum concutietur Cedrus Paradiſi? *Si iuſtus vix ſaluabitur, iniuſtus vbi apparebit?* Et Chryſoſt. ſuper 2. Cor. hanc tubam formidat dicens. Verè vox magna vox tubæ terribilis, cui omnia obediunt elementa, quæ petras ſcindet,

Digitized by Google

det, inferna aperiet, & portas æreas franget, vincula mortuorum dirumpet, & de profundo abyſſi animas libertatas corporibus ſuis aſſignabit. Hæc illæ: Alius fuit B. Hieron: ſuper Matth. qui dicit. Quoties diem illum conſidero, toties toto corpore contremiſco. Siue enim comedo, ſiue bibo, ſiue aliquid aliud facio, ſemper illa tuba videtur horribilis in auribus meis ſonare. Surgite mortui, venite ad iudiciū. Alius fuit Abbas Helias, qui ait. Tres res timeo. *Vna* quando anima egreſſura eſt de corpore. *Alia* quando ero occurſurus Deo. *Tertia* quando de me proferenda eſt ſententia. Et quia iſti ſancti formidauerunt, ideo ſibi prouiderunt, quia dicit Epimenides: Beata ciuitas quæ in pace bella timet. Narrat enim Macrobius in Saturnalibus de conuiuio, tertio die fere in fine. Carnes aprorum delatæ in lumine lunæ, contrahunt ex nimio humore putrefactionem, ita quod nihil valent ad eſum humanum. Cum ergo venatores quidam iſtud perpendiſſent nec poſſent de ſyluis ad ciuitatem per diem apros omnes transferre, vnus prudentior cæteris indixit eis, quod carnes illas in multis partibus, acutis & æneis clauis configerent, infixo ergò vnicuique parti clauo æneo, vel ſtilo æneo, detulerunt illas partes in lumine lunæ ſine quacunque carnium iactura. Moraliter, lumen lunæ eſt gloria vana mundi, in qua ſi nimis conuerſantur homines propter nimium humorem delitiarum putrefiunt. Iuxta illud Pſalm. 37. *Putruerunt & corrupta ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Vnde remedium ſpirituale contra illud eſt timor futuri iudicij, quo homo configit trepitando vel crebrè meditando cor ſuum, ſecundum illud Pſal. 118. *Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.* Dicit enim Solinus in lib. de mira. mundi c. 11. Metus aliquando incitamentum vocis eſt, quia non ſolum acuit, ſed ſi nunquam fuerit extorquetur, & hoc probat per exemplum dicens. Deniq́ue cum Olympiade octaua & quinquageſima victor Cyrus intraſſet Sardis Aſiæ oppidum, vbi tunc Creſus latebat, Achis filius regis mutus, ad illud vſque tempus in vocem vi erupit timoris, exclamaſſe enim dicitur, Parce patri meo Cyre, & hominem te diſce. Sic peccator ſaltem motu iudicij diuini, ſi mutus fuerit, in vocem confeſſionis erumpit, iuxtæ illud Tobiæ 13. *Cum timore & tremore confitemini illi, regem q̃ ſeculorum exaltate in operibus veſtris.*

SEXTVM & vltimum eſt fiſtula lætificans, & per hanc ſignificatur ſpes, quæ contra timorem & deſperationem erigit & lætificat, circa quod nota. Spem noſtram tribus temporibus præcipuè colligere debemus. *Primo* imminente tempeſtate temporalis tribulationis, vbi ſperare debemus diuinam miſericordiam facilem affuturam. Iuxta illud Pſal. 90. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Super quo dicit Bernar: Quantumcunque ſæuiat tribulatio, non putes te derelictum. Sed memineris ſcriptum, *cum ipſo ſum in tribulatione.* Exemplum ad hoc, in vita beati Martini, qui cum inter alpes, incidiſſet in latrones, & vnus eum ferire minabatur, alter ictum ferientis continuit: Et cum poſtea latrones quærerent, an timeret, dixit ſe nunquàm ita ſecurum fuiſſe, quia ſciebat miſericordem Deum maximè in tentationibus affuturum Et nota, quod ſumma cautela antiquorum militum fuit, omnia quæ videbantur aduerſa & terribilia, & bonæ ſpei contraria ad confidentiam interpretari. Sicut narrat Sextus Iulius ſtratagematon lib. 1. c. 1. Scipio Africanus ex Italia in Africam exercitum cum traduxiſſet, & ipſe de naui deberet deſcendere, cecidit ad terram: conſiderantes ergo milites attonitos de caſu, ipſum caſum materiam ſpei fecit. Audite, inquit, mili-

NVI. Fiſtula lætificans. Spem tribus temporibus colligere debemus. Pſal. 90.

milites, Africam oppressi. Consimili modo Caius Cæsar cum nauem ascendere deberet, cecidit ad terram, & militibus consternatis, dixit. Teneo te terra mater, quasi diceret, non sic recedo, quin ad te redibo. Item Stratornius dux quidam militum, cum equitum scuta, equorumque pectora cruenta subito prodigio apparuissent, & milites inde consternerentur, dixit. Victoria nobis prætenditur, istæ enim partes non proprio, sed hostili cruore solent aspergi. Item Gemandus Thebanus, cum fax de cœlo fuisset nocte delapsa, & eos qui aduerterent, terruisset, metum conceptum fugant, sic lumina sua minimè ostendunt, quasi diceret. Dij nobis mittunt lumen, vt nos inuent. Isto modo viri iusti, omnia terribilia, quæ nobis accidunt, vel malorum persecutione, seu mundanorum mutatione, vel corporis infirmitate, semper interpretantur ad bonum. Et quanto maior materia timoris incutitur, tantò seruentius spes eorum erigitur. Iuxta illud Iob. 13. *Etiamsi occiderit sperabo in eum. Secundo* sperare debemus confidenter accidente necessitate corporalis dissolutionis. Iuxta illud Prou. 14. *Sperat iustus in morte sua*, sicut docet Aristoteles lib. de pomo & morte. Non est Philosophi timere mortem, sed magis gaudere, & bonæ spei esse imminente morte. Et hæc discipulis suis declarauit moriturus per duas rationes. PRIMO. Creditis, inquit, Philosophiam veram, quod differentia est inter hominem & bestiam, & qui inquirit veritatem & rectitudinem, meretur gradus altissimos? Credimus inquiunt. Tunc ille, Bonum ergò, quod prouenit homini ex scientijs illis, aut prouenit ei in hoc seculo, in quo sumus, aut in alio futuro. Sed si dicitis in hoc seculo in quo sumus, ergo gradus conuenientes scientiæ non didicistis. Nam plures homines insipientes, qui non cognouerunt creatorem suum finierunt dies suos in bono & annos suos in desiderijs eorũ. Et plures sapientes qui non cognouerunt creatorem suum, habent priuationẽ boni & pacis. Ex quo patet, quod bonum expectatũ à Philosophis, non euenit ante mortẽ. Quare ergò mortem timemus, quæ via est & incessus animæ ad illud, quod maximè cõcupiuit. SECVNDO idem sic persuasit. Quæro, inquit, à vobis, vtrum amors sit aliquid aliud, quàm recessus animæ a corpore? Responderunt, quod non. Corpus, inquit, nihil audit nec videt, nisi per animam. Sed consentit delectationibus, & est contrarium appetitui animæ, in eo quod vult ascendere ad gradus bonos & rectos. Quare ergo doletis si anima recedit ab eo, quod est contrarium suæ delectationi, & perfectioni, & suo desiderio? Et ideo cum facies Aristot: esset clara & iocunda, dixit eis, ne cogitetis in cordibus vestris, quod ego lætor, eo, quod sperem euadere de infirmitate mea, quoniam scio me nunc moriturum, & nisi esset hoc pomum, quod in manu mea teneo, cuius odor me confortat, & aliquantulum prolongat vitam meam iam expirassem. Sed anima sensibilis in qua communicamus cum bestijs, fouetur odore bono. Et ego lætor quod recedo de hoc seculo, quod est compositum ex contrarijs, quia quodlibet quatuor elementorum est contrarium alteri, vnde quomodo posset stare, aut diu prorogari, corpus ex his compositum. Tandem cadente pomo de manu, mortuus est, pro quo Philosophi orauerunt, Ille qui suscipit animas Philosophorum, suscipiat animam tuam. *Tertio* maximè sperare debemus superueniente perplexitate criminalis desperationis, quia dicit Sap. Eccl. 2. *Scito quia nullus sperauit in Domino & confusus est.* Sicut enim infirmis multum confert, quod sint bonæ spei, ita peccatoribus secundum illud metricum.

Mortem nõ esse timendã probat Aristoteles duabus rationibus.

Spes multũ confert contra desperationem.

Sperat

Digitized by Google

Speret qui metuit morituros, viuere vidi,
Spe duci victuros, spe moriente, mori.

Vnde in quodam sermone, Tu es Domine spes mea, quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid tolerandum, quicquid operandum, tu es Domine spes mea. Hæc vna omnium mihi promissionum causa, hæc tota ratio exspectationis meæ, qui prætendit aliter metũ suscipere, sustinere se iactat pondus diei & æstus solis, ieiunare in sabbatho. Dicat postremò; *Non sum sicut cæteri hominum. Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo meo spem meam.* Et infra, Si mihi præmia promittuntur, per te obtinenda sperabo. Si surgunt aduersum me prælia, si sæuiat mundus, si fremat malignus, si caro aduersus spiritum concupiscat, in te sperabo. Psalm. 4. *Tu Domine singulariter in spe constituisti me*; Et hoc quoad primum. Luc. 18. Psal. 72.

O

Quantum ad SECVNDVM principale tangitur mercenariorum cupiditas, cum dicit, *Mercenarius fugit, &c.* Pro quo nota, quod mercenariorum cupiditas multum est nociua Ecclesiæ Dei. Quia dicit quidam Sapiens. Nullum vitium est deterius auaritia in Principib. & rempublicam Regentibus, ideò ad detestationem huius peccati facit primò maledictio, quam scriptura prædicit his, qui sunt in peccato illo. PRIMA scriptura ponitur Eccl. 2. vbi dicit Sapiens: *Væ peccatori ingredienti terram duabus viis*, vbi dicit Gloss. Duabus vijs ingreditur, qui in Ecclesia vult seruire Deo & Mammonæ quod tamen est impossibile. Iuxta illud Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire*, quod exponit infrà. *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* SECVNDA maledictio ponitur in Ezech. 34. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant seipsos.* Et subdit. *Lac comedebatis, & lanis cooperiebamini, gregem autem meum non pascebatis.* TERTIA maledictio ponitur Hierem. 23. *Væ pastoribus, qui dispergunt, & lacerant gregem pascuæ meæ.* Et iterum. *Hec dicit Dominus ad pastores, qui pascunt populum meum, vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos, ego ergo visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum*, & loquitur ad literam de prælatis, tam spiritualibus quàm secularibus qui licet nomine sunt pastores, sunt tamen actione mercenarij & gregis Domini deuastatores. Nam adeò rapiunt bona ab eis, quod eis non valent vlterius commorari, sic quod de necessitate paupertatis cogunt, terras & ciuitates quærere alienas. Et talibus prælatis imò verius mercenarijs, dicit Dominus, *Væ, qui dispergunt.* Pars secunda. Prælati pastores nomine, actione mercenarij.

SECVNDO facit ad detestinationem huius peccati pœna, qua puniuit Deus tales. Figuram huius peccati habes Leuit. 10. vbi legitur. Cum Dominus misisset ignem cœlestem, in quo soli Sacerdotes offerent, *Nadab & Abiu filij Aaron, acceptis thuribilis, imposuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressusq; ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt corã Domino.* Gloss. Ignis de cœlo missus significat Dei amorem. Ex quo purè offerre debent Sacerdotes gregem, ex vera dilectione diligentes. Sed ignis alienus est ignis ambitionis & cupiditatis, quo ardent mercenarij, & alij mali rectores Ecclesiarum & terrarum, & hunc ignem accendit Diabolus in cordibus ipsorum, quia, dicit Bernard. Habet aduersarius noster, vtpote peruersus diuersorum operum æmulator, ignem ambitionis, quem Saluator non in nobis accendere, sed extinguere venit. Si quis enim alienum ignem in diuino præsumpserit offerre sacrificio, morietur in iniquitate sua, etiamsi patrem habeat Aaron. Mercenarij ambitiosi qualiter fuerint à Deo puniti. Ignis ambitionis, cupiditatis mercenariorum.

TER-

Digitized by Google

Malũ quod inferũt mercenarij Eccleſiæ.

TERTIO facit ad deteſtationem huius peccati multiplex malum, quod facit talis mercenarius Eccleſiæ. *Primum*, quòd oculum intentionis lædit in eis. Nam Matt. 6. dicitur. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit.* Moraliter per lucernam, rector Eccleſiæ intelligitur, cuius oculus intentio, quæ tunc ſimplex eſt, quando ſola æterna petit in Eccleſia, & ſalutẽ ſubditorum, dicens cum Pſal. 26. *Vnam petij a Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Et Matth. 6. dicit eis Dominus. *Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia*, ſcilicet, neceſſaria, *adijcientur vobis.* Et Apoſtolus ad Coloſ. 3. *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non, quæ ſuper terram*, & cum hoc faciunt, totum corpus, ideſt, tota congeries operum lucida erit. Si autem intentio eſt mala, conſequenter omnia, quæ in Eccleſia facit, mala ſunt. *Secundum* malum eſt, quod facit eos Chriſtum amittere, quod figuratum eſt, Gen. 31. vbi legitur. *Quod cum Laban miſiſſet ad oues tondendas, quas filij ſui cuſtodiebant, qua diſtabant ab eo itinere trium dierum, interim fugit Iacob ab eo.* Sic dum mercenarij tonſionibus ouium & gregis intendunt, Chriſtus qui eſt verus Iacob, videlicet omnium vitiorum ſupplantator, recedit ab eis. Similiter Iudas cum aſcendit ad tonſuras ouium, inceſtum commiſit cum Thamar. Gen. 38. Sic Prælati, qui non quærunt niſi tondere, vel mulgere in Eccleſia, ſæpè à Deo deſeruntur, & inceſtum committunt proprias filias corrumpendo. Et Iudæi in tonſione ouium ſolennizabant, in quo figuratum eſt gaudium, quod haberent mercenarij in Eccleſia Dei de commodo temporali. De quibus Zach. 11. *Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, occidebant, & non dolebant: & venundabant eam dicentes. Benedictus Deus, diuites facti ſumus.* Et hæc ſunt verba Chriſti, ad verum paſtorem, quem Dominus monet ad reſidentiam, vt per ſe paſcat gregem ſibi commiſſum, quem mercenarius negligendo occidit cum dicit. Paſce, ſcilicet, tu Paſtor meus verus pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, ſcilicet, mercenarius, occidebant, &c. *Tertium* malum, quia illud peccatum facit Eccleſiam cum Diabolo inire fœdus ignominioſum. De quo 1. Reg. 11. quod Naas Ammonites dixit viris Iabes Galaad. *In hoc feriam fœdus vobiſcum, vt eruam omnium veſtrum oculos dextros.* Naas interpretatur ſerpens, & ſignificat Diabolum ſerpentem antiquum. Gen 3. *Serpens erat callidior cunctis animantibus.* Hic facit pactum cum mercenarijs, eruens oculos eorum dextros, per quos ſignificatur intentio recta, vt videlicet non habeant intentionem rectam Eccleſias acceptando, vel etiam conueniendi, ſed ſolum pecuniam congregandi & bene viuendi, quod ſignificat per ſiniſtrum oculum. Et ſic conſtat, quod tales inepti ſunt ad bellum ſpirituale, quod fit contra peccata, quia vt frequenter tales malitioſi ſunt, propter quod Chriſtus voluit eſſe contemptores temporalium, rectores Eccleſiæ ſuæ, & non amatores. Quia præuidebat, quod amatores temporalium auferrent ei Eccleſias, ſi ſpiritualibus officijs lucra temporalia conuerterent. *Quartum* malum eſt ariditas brachij dextri, de quo Zach. 11. *O paſtor & idolum derelinquens gregem: gregem ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius, brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus eius dexter tenebreſcens obſcurabitur.*

I. Rector Eccleſiæ lucerna.

II.

Prælati quare ſæpe à Deo deſerantur.

III.

Dexter oculus, intentio recta, quem eruit Diabolus mercenarijs.

IV.

P

Malũ quod gregi à mercenarijs prouenit.

QVARTO facit ad deteſtationem huius peccati multiplex malum, quod prouenit gregi. Primum eſt ouium dimiſſio. De quo dicit Dominus hic. *Mercenarius qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem & fugit, & lupus*

I.

rapit

rapit & dispergit oues. Lupus dicitur Diabolus, vel persecutor violentus, & dum tales lupi quærunt oues Christi ad dissipandum fugit mercenarius. *Quia non pertinet ad eum de ouibus.* Sed verus Pastor fugere non debet. Quia dicit B. Gregor. 7. q. 1. Aduersitas. §. Cum verò. Cum verò non prælatorum tantum, sed totius salus Ecclesiæ quæritur fides impugnatur, est necesse, vt se ex aduerso accedant, & in die belli seipsos vt murum opponant pro domo Dei, animas suas ponant pro ouibus suis.

Ouium dimissio.

Sed diceres. Nunquid potest ex aliqua causa prælatus, vel etiam mercenarius fugere? Ad hoc respondetur, quod principaliter propter duas causas. *Primò*, cum oues in lupos conuertuntur. De hoc dicit Innocentius Tertius extra de renunc. Nisi cum pridem. §. propter malitiam autem. Non, inquit, pro qualibet culpa pastor debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui & vidit lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Sed de superioris licentia, tunc demum potest inde, non tam timidè, quàm prouidè, declinare, cum oues conuertuntur in lupos, & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt. *Secunda* causa, cum Prælati spiritualiter requiruntur. De hoc dicit Gregor. & habetur 7. q. 1. cap. Aduersitas; Hoc, inquit, seruandum. Glos. quod Prælatus maneat cum subditis suis, quando inter subditos aliqui inueniuntur, quibus Prælatorum vita proficiat, quando nec Prælatus specialiter quæritur, nec per alios tuta potest esse salus Ecclesiæ. Cum autem specialiter quæritur, fugiat exemplo Christi, qui à facie Herodis fugit in Ægyptum. *Et iterum dicit*: Fugiat minister Christi, sicut Christus in Ægyptum fugit. Fugiat dum specialiter quæritur, dum per alios firma est salus Ecclesiæ. Hæc ille. Et illud, quod dicitur de Prælato, intelligi debet de mercenario.

Pastor siue mercenarius duabus de causis fugere potest.

SECVNDVM malum, quod prouenit de mercenariis, est ouium dispersio. De hoc dicit Eusebius in epistola ad Damasum, ex verbis sancti Hieronymi. Heu quot sunt hodie in Ecclesia, non pastores, sed mercenarij, ad quos nihil pertinet de ouibus Iesu Christi. Quinimò, vt vera dicam, ipsimet sunt lupi rapaces, qui & oues dispergunt & rapiunt. Certè nihil peius, nihil abominabilius, quam cum ille qui custodire debet, dissipat: *Et subdit.* Heu quot sunt hodie in aliquibus Ecclesiis, non similes pastoribus, sed destructoribus, quorum pars non est minor, factum est, vt substantias hominum & labores, tanquam infernus insaturabilis, deglutiant; & non solum eas à peccatis non emendant, sed & ipsimet in sui negligentia, vel suis pessimis ministris, vel nephandis contrahant ad illicita. Ita quidem si Deus tales impunè relinqueret, non esset amplius Deus.

II. Ouium dispersio. Aliqui Ecclesiæ pastores sunt lupi rapaces.

TERTIVM malum est ouium deuiatio, de qua loquens Augustinus dicit. Si ouis eius deuiat, non reuocat; Si infirmatur, non medetur; Si deuoratur, non lacrymatur; Si fugiunt temporalia, quæ ipse amat, fugit ipse animas, quas amare dissimulauit. De hoc prophetauit Isa. 1. *Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario,* in vmbraculo nullus habitat, nisi quamdiu sunt racemi, nec in domunculo horti, nisi quamdiu sunt ibi fructus. Et hæc dicta de malis mercenariis sufficiant. Moraliter etiam sancti viri assimilantur mercenariis propter quatuor.

III. Ouium deuiatio.

Viri sancti mercenariis comparantur quatuor de causis.

PRIMÒ ratione temporis, quia præsens tempus citò finiri exoptant, vt ad æternæ vitæ præmia perueniant, sicut mercenarij præstolantur finem diei, vt labor cessat, & recipiant præmium laboris, & operis sui, de quolibet exponitur illud Iob. 14.

I. Ratione temporis.

Sicut mercenarij dies eius. Super quo dicit Gregor. Dies suos mercenarius citius euolare exoptat, vt ad laboris sui præmium vel traditionem perueniat. Dies itaq; hominis rectè diebus mercedis comparantur quia præsentem vitam non patriam, militiã non palmam deputant, & eo se longius à præmio conspicit, quo tardius ad finem venit.

II. Ratione laboris. SECVNDO, ratione laboris. Nam sicut dicit Gregorius. Mercenarius in alienis laboribus exsudat, sed tamen proprium præmium sperat. Omnes ergo, qui spe cœlestium prediti, exercitatione vitæ præsentis actiuæ alieno laboramus. Nam & reprobis seruire cogimur in mundo, & quæ mundi sunt, reddere coartamur. Sed tamen præmia nostra percipimus, & perueniemus ad propria, qui purè administramus aliena.

III. Ratione operis. TERTIO, ratione operis. Nam dicit Gregorius. Mercenarius sollicitè curat inspicere, ne vnquam dies vacuus labatur ab opere, & exspectat finem operis, ne inanis veniat ad remunerationem. In laboris namque studio conspicit, quid percipere tempore remunerationis possit. Nam cum opus crescit, præmij fiducia proficit. Cum enim opus torpuerit, spes in remuneratione lacessit, & electus quisque vitam suam, quasi mercenarij dies reputet, & tantò fidentius spe redeat ad præmium, quantò robustius perducit ad laboris incrementum.

IV. Ratione mercedis. QVARTO, ratione mercedis, quia consideratio mercedis homini mercenario alleuiat pondus laboris. Et similiter bonis hominibus consideratio præmij, minuit laborem exercitij. Vnde Gregor. dicit. Mercenarius cum facienda opera conspicit, mentem protinus ex longanimitate & pondere laboris abducit. Cum ergo salus, animum vel mentem ad considerandum præmium reuocat, vigorem mox animi ad exercitium laboris adijcit & reformat. Et quod graue perpendit ex opere, leue æstimat ex remuneratione. Sic quicunque mundi huius aduersa patiuntur, cum contumelias rerum damnaq; cruciatus corporis tolerantes, se grauari quibus exercentur pensant. Sed cum mentis oculum ad æternæ patriæ considerationem tendunt, ex consideratione præmij, quàm sit leue, quod patiuntur inueniunt. Hæc Greg. Isti ergo mercenarij viri sancti vident oculis interioribus quotidie lupum Diabolum venientem ad se tentandos, & per tentationem ad peccata instigandos. Sicut tentauit Iob sanctum, Iob 1. ideo fugiunt ex hoc mundo, in quo posuit varia retia tentationum, sicut vidit B. Antonius, & dimittunt interdum oues Christianas sibi commissas, & vadunt ad loca claustralia tutiora, exemplo Loth, qui fugit de Sodomis in montem, vt se saluaret ibi Gen. 19. Quantum ad *tertium*, in hoc Euangelio ponitur ouium diuersitas, cum dicit Dominus, *Cognosco oues meas.* Et iterum. *Oues meæ vocem meam audiunt.* Et ibi. *Alias oues habeo.*

R Pro quo notandum B. August. scribens ad Donatum Presbyterum, & ponitur 23. quæst. 3. cap. Displicet, dicit. Oues Christi dicuntur omnes Christiani, & sunt principaliter duplices, boni & mali. Quia dicit Petrus de Cresc. lib. 9. Oues sunt duplices, bonæ aut sanæ, malæ aut infirmæ. Bonitas earum cognoscitur ex tribus. *Primo* ab ætate, si neque vetulæ sunt, neque in re agni. *Secundo* à forma, nam ouem oportet esse amplam, cui lana multa sit & mollis, pilis altis & densis, in toto corpore, & maximè circa ceruicem. *Tertio* à progenie, si agnos solent procreare formosos. E conuerso autem ouis cognoscitur mala. Sanitas autem & infirmitas earum etiam cognoscitur ex tribus *Primo*, si aperiantur earum oculi, & benè sunt rubicundi, & subtiles, sunt sanæ: si verò albi & grossi sunt infirmæ. Sed *Tertio* si audacter vadunt per viam sunt sanæ, si molesto capite, sunt ægræ. Sic moraliter, bonitas Christi ouium speciaIter

Oues sunt duplices, quarum bonitas ex tribus cognoscitur.

Ouium infirmitas etiã ex tribus cognoscitur.

Digitized by Google

liter consistit in tribus. PRIMO in ætate mediocri. Nam in infantia, quæ durat vsq; ad septimum annum, non potest bonitas hominis perpendi. Sic nec benè in pueritia. Sed secundum naturales, si homo non est gratus in anno decimo, velox in vigesimo, fortis in tricesimo, sapiens in quadragesimo, diues in quinquagesimo, & sanctus in sexagesimo, amodo non fit. Quia in senectute vix potest fieri sanctus vel bonus, quia omne peccatum incurabilius est in sene, quàm in iuuene. Quærit enim Aristot. in problem. parte 1. cap. 28. propter quid in hyeme pauciores sunt ægritudines, quàm in æstate, sed mortiferæ magis in hyeme. Et respondet, quod in æstate parua quidem occasione fiunt ægritudines, in hyeme verò non, quia paruæ occasiones citius digeruntur in hyeme: Vnde illa quæ fiunt à maiori occasione, merito peiora sunt, & merito destructiua: huiusmodi autem sunt infirmitates, quæ in hyeme eueniunt. Et Hippocras in Aphorismis suis. Senes, inquit, iuuenibus minus ægrotant, cumq; in eis crebrius ægritudines fiunt, multoties moriuntur.

Bonitas ouium Christi cognoscitur in tribus

Moraliter. Sicut corporalis sanitas est æqualitas humorum, ita sanitas spiritualis est temperantia passionum, & distemperantia eorum infirmitas est spiritualis. Æstas verò est iuuentus, hyems verò senectus, vnde verum est, quod plures & frequentiores accidunt spirituales infirmitates in iuuene, quàm in sene. Quia dicit Sidonius in epistolari. In periculosis semper ipsa adolescentia casibus versatur. Nunc enim fluctuando diuersimodè periclitatur, nunc cumulando ad vanitates innumeras incitatur. Et ratio est, quia multo plures sunt occasiones, tàm ex complexione calida, quàm ex iuuenili experientia. Sed certè istæ spirituales infirmitates sunt multò curabiliores in iuuenibus, quàm sunt in senibus, quia sic accidunt in senibus, vix curantur. Exemplum de Salomone, 3. Regum 11. Qui *cum esset senex, depranatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* Sed an curatus est ab hac spirituali infirmitate, nescitur, DEVS scit: dicunt tamen Hebræi super illud, 1. Paral. 17. dixit Dominus de Salomone ad Dauid. *Suscitabo semen tuum post te, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum eius vsque in sempiternum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, qui si impiè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum, misericordiam autem meam non auferam ab eo.* Super illud dicunt, licet Salomon peccauerit grauiter, tamen in fine pœnituit, & sic saluatus est, & hoc etiam ponit quædam Glossa Hebraica super Eccles. cap. 2. Sed hoc quidam Catholici non admittunt, dicentes. Si verè pœnituisset, cum esset rex valdè potens, cui nullus de populo ausus fuisset contradicere, templa idolorum quæ ædificauerat, vtique destruxisset, quod non fecit, quia steterunt vsque ad tempus Iosiæ regis, qui ea primo destruxit. Vt 4. Reg. 23. Et quando dicunt Hebræi, quod misericordia non erit ab eo auferenda. Respondent illi, quod ex hoc loco non potest efficaciter argui de misericordia circa eum, nisi quantum ad temporale regnum, quod non ab eo, nec à filijs eius totaliter ablatum fuit à Saule. Ego tamen de hoc nihil certum ab Ecclesia expressum inuenio, ideo iudicio Dei omnipotentis committo & relinquo. Tales fuerunt & illi senes, de quibus dicitur Dan. 13. cap. *Quod egressa est iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum*, ideo in peccatis suis occisi sunt, quia tales infirmitates spirituales in senibus ex magna malitia procedũt, & ideo dicit Holkot, lect. 49. Quod habitus benè viuẽdi acquirendus est in iuuentute, si homo velit sanctè viuere in senectute. Nec aliquis de ætate nimis

Spirituales infirmitates in iuuenibus citius quàm in senibus curantur. Salomon in fine & senio depranatus est.

nimis confidat, quia quidam, qui in iuuentute euaſerunt, in ſenectute turpiter ceciderunt. Sicut ille, de quo legitur, quod ſexaginta annis virgo vixerat, & in ſexageſimo anno corruptus, obiit in ipſo anno. Ideo ſignanter orat cum Pſal. 70. *Ne proiicias me in tempore ſenectutis*, & iterum. *Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

Pœnitere poteſt ſenex malus in extremis.

Sed circa hoc oritur dubitatio, vtrum malus ſenex poſſit in hora mortis vtiliter pœnitere. Hanc quæſtionem mouet Holkot, vbi ſupra, & reſpondet: Videtur quod non. Omnis enim qui verè pœnitet, dimittit peccata. Sed ipſe à peccatis dimittitur, ergo non verè pœnitet. Minor patet per Auguſt. in ſermon. de pœnitentia, & allegatur 4. ſent. diſt. 20. cap. 1. Si vis agere pœnitentiam, quando peccare non potes, peccata tua te dimittunt, non tu illa. Præterea de nullo vtiliter pœnitente eſt dubitandum, quin ſaluabitur, ſed de pœnitente in extremis, dubitat Auguſt. in prædicto ſermone, loquens de tali. Si exierit ſecurus hinc ego neſcio. Pœnitentiam dare poſſumus non ſecuritatem. Non dico, damnabitur, ſed nec dico ſaluabitur. Præterea nullus, qui pœnitet timore & neceſſitate ductus, pœnitet vtiliter. Sed talis videtur ſic pœnitere. Vnde Auguſt. Nemo expectet neceſſitatem, quando iam peccare non poteſt. Arbitrij enim libertatem quærit Deus non neceſſitatem: Ergo talis non pœnitet vtiliter. Præterea nullus verè pœnitet, niſi cum intentione ſatisfaciendi. Sed talis qui ſcit ſe moriturum, ſcit quod non poteſt ſatisfacere; Ergo hoc non proponit, & ſic inutiliter pœnitet. Ad hoc propoſitum, quamdiu manet in homine peccandi poteſtas, manet & poteſtas pœnitendi. Sed poteſtas peccandi manet in homine vſq; ad mortem, quamdiu eſt liberi arbitrij, ergo, &c. Et latro in fine pœnituit, & miſericordiam inuenit. Ideò ad quæſtionem reſpondendum, quod ad pœnitentiam vtilem duo faciunt, dolor de peccatis præteritis, & propoſitum cauendi de futuris. Et quia quilibet vſum rationis habens quantumcunque peccauerit, & quantumcunq; ſerò incipit, poteſt habere illa duo: concedendum eſt, quod pœnitentia, quantumcunq; ſit ſera, vtilis eſſe poteſt, licet de ea confidere ſit ſupra modum periculoſum; Vnde ad rationem dicendum, quod malus ſenex poteſt in articulo mortis pœnitere vtiliter, licet hoc accidat valde rarò. Quia dicit Hier. Non poteſt benè mori qui ſemper malè vixit. *Et iterum*; Vix, inquit, de centum millibus hominum, quorum vita ſemper fuit mala, meretur indulgentiam vnus. Et ratio eſt quia pœnitentia talium quandoq; timore pœnæ procedit, non amore iuſtitiæ: ſicut de Antiocho dicitur 2. Machab. 9. *Orabat ſceleſtus Dominum à quo non erat miſericordiam conſecutus.*

Duo ad veram pœnitentiam requiruntur.

Sed quando dictum fuit, peccata dimittunt ſenem. Reſponde, quod peccata dimittunt hominem tunc, quantum ad effectum, quando fit impotens corpore, non tamen dimittunt eum quantum ad effectum; & ideo adhuc eſt in ſua poteſtate, affectum peccandi dimittere. Sed quando dictum eſt, quod Auguſt. dubitat de tali pœnitente. Dic quod non dubitet, quin vera pœnitentia ſit vtilis, ſi ſit vera. Sed dubitat an ſit vera, & procedens ex amore iuſtitiæ, non à timore pœnæ. Vnde in Pſ. 140. Vera pœnitentia vocatur *ſacrificium veſpertinum*. & ideò ſi ſit vera, proficit ad ſalutem. Sed cum dicebatur; Nullus pœnitet verè, niſi cum intentione ſatisfaciendi. Reſponde. quod talis habet propoſitum ſatisfaciendi ſub conditione ſi poſſit. Et hoc ſufficit diuinæ miſericordiæ, quia ſi velit homo facere, quod in ſe eſt ad pœnitentiam, Deus faciet, quod in ſe eſt ad miſericordiam.

Bonitas o-

SECVNDA bonitas ouium Chriſti ſpiritualium Chriſtianorum, cognoſcitur ex

forma.

Digitized by Google

forma. Si enim ſunt ampli in charitate erga Deum & proximum, & haberit multam lanam eleemoſynarum quam impartiuntur pauperibus. Sicut ouis lana pro conficiendis veſtibus bona eſt: eo modo bona ouis Chriſti fuit ampla in charitate, Lydia purpuraria quæ magnam charitatem ad Paulum & ſocios eius pauperes demonſtrauit, quando eos pauit, & in domum ſuam ingredi coegit, dicens, *Si iudicaſtis me fidelem eſſe domino, introite in domum meam, & coegit eos.* Act. 16. Talis bona vidua fuit Sareptana, quæ pauit Heliam. 3 Reg. 17.

uium Chriſti cognoſcitur ex forma.

TERTIO, bonitas ouium cognoſcitur ex progenie: & per progeniem intellige proprietates, quas gignit Dei adiutorio quilibet fidelis & ouis Chriſti ſpiritualis. PRIMA eſt manſuetudo ſiue mititas, quæ eſt virtus moderatiua irarum, vt dicit Ariſtot. 4. Ethic. c. 12. Non iraſcitur manſuetus, niſi quando oportet, & quantum oportet, & quamdiu oportet, & ſecundum rationem vt patet ibidem, & diffinitur ſic. Manſuetudo eſt modeſti animi tranquillitas, quæ nulla incurrentium tribulatione perturbatur: iſti manſueti ſunt certi de hæreditate regni cœleſtis, iuxta illud Pſal. 37. *Manſueti autem hæreditabunt terram*, ſcilicet viuentium, vt dicit Gregor. Illam credo terram, de qua dicitur in Pſal. 141. *Portio mea in terra viuentium*, vbi ſecundum gloſ. Deus ſemetipſum dabit manſuetis ad videndum.

Ouium bonitas ex progenie cognoſcitur.
Ouis ſpiritualis proprietates.
I. Manſuetudo.
Manſuetudinis diffinitio.

SECVNDA proprietas eſt fœcunditas. Quia quilibet bonus Chriſtianus debet velut bona ouis eſſe, fœcundus in bonis fructibus virtutum. Iuxta illud Pſal. 1. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Qualiter autem fructificemus oſtendit Greg. in homel. Cum deſideria bona concipimus, tunc ſemen in terram proiicimus. Cum verò recta operari incipimus, herba ſumus, dum verò ad profectum bonorum operum creſcimus, ad ſpicam peruenimus, dum per bona opera exemplum aliis præbemus, tunc floremus: dum in bonis perfectè ſolidamur, tunc ipſa, plenum frumentum in ſpica ſumus.

T
II. Proprietas eſt fœcunditas.

TERTIA eſt ſapientia aut ſapiditas, qui enim ſapienter viuit, Dei ouis eſt. Eſt enim ſapientia æternarum rerum cognitio intellectualis, vt dicit Aug. 14. de Trinit. c. 4. Et vt idem Auguſt. lib. 7. de Trinit. c. 15. dicit. Talis ſapientia eſt duplex, ſcilicet, creata & increata. *Vna* eſt per humanum ſtudium acquiſita, quæ virtus intellectualis dicitur. De qua loquitur 6. Ethic. Philoſophus, per quam ſapiens Seneca ad omnem incurſum inuictus eſt, & plenus gaudio. *Alia* eſt à Deo infuſa, & eſt donum Spiritus ſancti, quo homo verè eſt ſapiens, & hoc fit ſecundum Auguſt. vbi ſupra c. 23. quando Dei ſui meminit, & ipſum intelligit, quia dicitur ſapientia quaſi ſapida ſcientia. Nam per donum ſapientiæ eleuatur homo, non ſolum ad cognitionem diuinorum, verumetiam ad deguſtationem eorundem.

III. Sapientia.

QVARTA eſt ſimplicitas, quæ non poteſt eſſe ſine ſapientia. Quia dicit Hiero. Prudentia ſine ſimplicitate malitia eſt, & ſimplicitas ſine prudentia ſtultitia nominatur. Et ideo ſimplex debet eſſe prudens, vt per ſuam prudentiam nemini noceat, nec ſe totaliter mundanis rebus implicet, ideo dicit Auguſt. Simplex eris ſi te mundo nõ implicaueris, ſed ſi explicaueris explicando te multiplex apparebis, quia cum ſancto ſanctus eris.

IV. Simplicitas.

SECVNDÒ eſt notandum, quod ſanitas etiam ouium Chriſti attenditur in tribus. PRIMO ſi aperiantur oculi eorum, & ſunt rubicundi. Per oculos moraliter intentio ſignificatur, quia ſi fuerit rubicunda, id eſt, ſi ſit in charitate, & propter Deum

Sanitas ouium conſideranda in tribus.

facit opus bonum, ouis ſana ſpiritualiter iudicatur. Si autem intentio eſt alba, id eſt, ſi opus ſuum facit, propter laudem humanã, vel vt acquirat hominum gratiam, infirma ſpiritualiter iudicatur. Ideo dicit B. Aug: Duo ſunt, quæ in bonis operibus neceſſe formidantur, deſidia ſcilicet & fraus. Deſidiam facit minor amor Dei, fraudem proprius amor ſui. Fraudem quippe in Dei opere perpetrat, qui ſe inordinatè diligens, per hoc quod rectè egerit, ad remunerationis tranſitoria bona feſtinat. *Et ſubdit.* Fit autem tribus modis. Cum pro benè actis, vel tacita gratia cordis humani, vel fauoris aura, vel commodum aliquod temporale deſiderat. Solus ergo fraudem in Dei opere non facit, qui nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humani iudicij gratiam anhelat. SECVNDO cognoſcitur ſanitas ſpiritualis ouium, ſi trahantur pelle & reſiſtunt. Moraliter per pellem intelligitur motus carnis. Iuxta illud Iob. 10. *Pelle & carne veſtiſti me*, id eſt, motibus illicitis circumdediſti me. Cum igitur diabolus vel propria malitia, aut infirmitas humana trahit motu carnis ad illicita, & homo fortiter reſiſtit, iuxta exhortationem Apoſtoli ad Galat. 5. *Spiritu ambulate*, id eſt, perficite bonum ad inſtinctum Spiritus ſancti, *& carnis deſideria non perficietis*, ſcilicet, in opere, licet inſurgant motus carnalis concupiſcentiæ, tunc ſanus eſt in anima. Si autem faciliter trahitur per motum carnis ad opus nefarium, infirmus reputatur. Et talis poteſt dicere cum Pſal 37. *Non eſt ſanitas in carne mea.* TERTIO cognoſcitur ſanitas earum, ſi audacter vadunt per viam. Vnde triplex eſt via Dei, per quam audacter debent ire oues Chriſti ad ouile patriæ cœleſtis, vbi ingredientur & egredientur, *& paſcua inuenient*, Ioan. 10. *Prima*, eſt humilitas de qua dicit Aug: Excelſa eſt patria, humilis via, qui ergo quærit patriam non recuſet viam, ambula ergò per Chriſti humilitatem, vt venias ad eius æternitatem. Et Bernardus. Per humilitatem aſcende ad ſublimitatem, quia hæc eſt via & non alia, præter illam, qui aliter vadit, cadit potius quàm aſcendit. *Secunda*, via eſt manſuetudinis, in qua debet ambulare quælibet ouis Chriſti. Iuxta illud Eccleſ. 3. *Fili mi, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper gloriam hominum diligeris. Tertia* eſt via patientiæ, de qua patientia dicit Auguſt. lib. de patientia, quod eſt virtus, hominis, qua mala æquo animo toleramus, ſine perturbatione triſtitiæ. Et Gregorius in homel: dicit. Patientia eſt æquanimiter aliena mala perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi. Hæc patientia maximè neceſſaria eſt, his qui volunt in virtutibus proficere, quia vt dicit Greg. 5. moral. Sicut in tritura paleæ grana premuntur, ſicut flores inter ſpinas prodeunt, & roſa cum redolet, creſcit cum ſpina, pungit, ſic virtus inter preſſuras paſſionum, & puncturas tentationum creſcit. Nam B. Auguſtinus libro de Patientia dicit. Quod cautior fuit Iob in doloribus quam Adam in nemoribus, ille motus in delitijs eſt, ſed iſte vicit in pœnis. Tales qui ſic patiuntur, conſolantur verbo Chriſti, *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Matth. 5. Et non ſolum qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam habebunt regnum cœlorum, vt dicit Chryſoſt: ſuper Matthæum. Vt enim ouis Chriſti ambulent in his tribus vijs, hortatur Apoſtolus ad Epheſ: 4. *Obſecro autem vos ego vinctus in Domino.* id eſt, propter Dominum, *vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis*, ſcilicet, ad fidem catholicam, cum omni humilitate, quantum ad primã viam, & manſuetudine, quo ad ſecundam, cum patientia quò ad tertiam, *ſupportantes inuicem in charitate.*

Deſidia & fraus in bonis operibus formidanda

Via triplex ad patriam cœleſtem. Humilitas.

Mãſuetudo.

Patientia.

TER-

TERTIO notandum de pascuis ouium dicit Petrus de Cresc. li. 9. quod per totum annum videndum est, quòd recte pascantur, intus & foris in stabulo idoneo, non ventoso, quod magis ad Orientem quam ad meridiem spectat. *Et subdit*, Pascua ouili generi vtilia sunt, quæ in noualibus, vel in pratis siccioribus excitantur. Palustria verò noxia sunt & damnosa. potus autem puri fluminis, putei aut fontis, eis præbeatur. Et tantum eas semel in die adaquare sufficit. In diebus canicularibus & æstiuis ita pascendæ sunt, vt capita eorum à solis ardore conuertantur, hyeme autem & Vere nisi solutis gelicidijs ad pascua prodire non debent. Nam pruinosa herba eis morbum creat. Salis etiam crebra aspersio, vel pascuis mixta, debet pectoris leuare fastidium. Moraliter per stabulum ouium intelligo Dei templum. Sicut patet Lucæ 10. de vulnerato quem Samaritanus, scilicet Christus portauit in stabulum, scilicet, sanctæ ecclesiæ, In hoc inquam stabulo, sunt oues Christi per totum annũ rectè pascendæ, cibo verbo Dei, per pastorem curatum, quia cuilibet curato dicitur Eccles. 29. *Transi hospes, onera mensam, & quæ in manu habes, ciba cateros*, scilicet, oues tibi commissas. Et dicit notanter, quod oues pratis siccis sunt pascendæ, per prata sicca, vbi interdum inueniuntur herbæ amaræ, quæ ouibus sunt salubres, intelligitur pœnitentia, in qua sunt satisfactiones amaræ in principio, sed accedente gratia Dei dulcescunt pœnitenti. Vnde Ambrosius in quodam sermone. Quando sic pœnites, vt tibi amarum sapiat in anima, & quod ante te oblectabat in corpore, te cruciat in corde, tunc benè ingemuisti ad Dominum, & hoc figuratum est 1. Reg. 4. vbi legitur. Quod quidam egressus in agrum, collegit herbas agrestes, quas decoctas dum socij degustassent, præ amaritudine non poterant comedere, *clamantes, mors in olla, vir Dei, sed cum Helisæus misisset farinam in ollam, non fuit amplius quicquã in olla amaritudinis*. Herbæ agrestes sunt acrimoniæ pœnitentiales, quæ in principio sunt acres. Sed decoctæ in olla cordis, igne veræ contritionis, & immissa farina mundæ cogitationis de præmio vitæ æternæ, tota amaritudo vertitur in dulcedinem. Ideò dicit B. Hieronym. super illud Marc. 1. *Pœnitemini & credite Euangelio*, amaritudinem, inquit, radicis, dulcedo pomi compescit, pericula maris spes lucri delectat, dolorem medicinæ spes salutis mitigat, qui desiderat nucleum, frangat nucem, pœnitentiam agat, qui vult bono adhærere. Hæc ille. Hac igitur pœnitentia debet pastor pascere oues, quia frequenter debet de ipsa prædicare, & ad eam peragendam oues suas admouere, dicens. Matt. 3. *Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum Dei*. Alio modo per pratũ siccum intellige sacram scripturam, quæ est quasi pratum amplum & siccum. Siccum quidem, quia sacra scriptura exiccat humiditates vitiorum. Sed est amplum propter sacræ scripturæ amplitudinem. Et propter istam amplitudinem oues Christi pratum scripturæ pertransire non possunt benè, nisi à pastoribus iuuentur. Ideò de bono pastore dicitur Isa. 40. *Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo aggregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit*.

V
Oues qualiter pascendę in stabulo & compo.

Stabulum ouium, Dei templum.

Prata sicca pœnitentiã designant.

Pastorum est frequenter de pœnitentia prędicare

In hoc prato pascuntur oues Christi herbis sanctimoniæ. De quibus Ezech. 34. *Ibi requiescent in herbis virentibus*. Et herbæ virentes sunt exempla sanctorum, à quorum aspectu oues concipiunt fœtus varios operum electorum. Quod figuratum Gen. 30. in Iacob, qui *virgas ex parte decorticatas posuit in canalibus, vbi habebat oues, ad quarum conspectum, oues concipiebant fœtus varij coloris*, per virgas varij coloris, per Greg. 31. mor. intelliguntur exempla sanctorum patrum præ-

X
Herbæ virẽtes exempla sanctorum.

Digitized by Google

præcedentium, quæ aſpicientes noſtri ſpiritus rationales, dum in eorum intentione defixi ſunt ſingulis quibusq; actionibus permiſcentur, vt tales fœtus operum procreent, quia exempla præcedentia vident, & diuerſum colorem proles bonorum operum habeant, dum in ſe varietatem exemplorum ſanctorum formant. Hæc Greg.

Fluuius diuini iudicij examen vltimum.

Item, quod oues potu puri fluminis potandæ ſunt. Per fluuium intellige *vno modo* vltimum examen diuini iudicij, de quo Dan. 7. *Fluuius igneus & rapidus, qui egrediebatur à facie eius*, quia diſtrictum illud examen reprobos rapiet ad æternum ardorem. Et hoc fluuio puri examinis oues potantur, cum illa verba terribilia eis prædicantur, quibus dicitur. *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 15. *Alio modo* per fluuium intelligitur abundantia æternæ retributionis, qua tunc oues Chriſti potantur, quando inenarrabilia gaudia, quæ in æterna retributione eis dabuntur, illis promittuntur. Iſa. 64. *Oculus non vidit, quæ præparaſti expectantibus te.* Item in diebus æſtiuis oues paſcendæ ſunt, vt capita earum auertantur à ſole. Per dies æſtiuos moraliter, & per æſtatem intelligitur præſens vita, vbi eſt adhuc calor diuinæ gratiæ, charitatis & meriti, in qua paſcendæ ſunt oues Chriſti per prædicatores, vt capita earum auertantur à ſole. Per capita intellige *vno modo* ſeptem vitia capitalia, iuxta illud Apoc. 12. *Ecce draco rufus habens ſeptem capita*, quia diabolus ſeptem peccata ſuggerit hominibus criminalia, quæ capita debet paſtor auertere in ouibus ſuis à Sole Chriſto, ne ea poſtea puniat. Et hæc auerſio fit per pœnitentiam, quam ſuadet ſpiritualis paſtor & confeſſor. *Alio modo* per capita intellige diabolicas ſuggeſtiones. Iuxta illud Gene. 3. *Ipſa conteret caput tuum*, id eſt, ſuggeſtionem, Maria diaboli ſuperabit. Sed per ſolem ſubaudi mundi lætitiã. Iuxta illud Pſ. 120. *Per diẽ ſol non vret te*, quaſi diceret, in tempore proſperitatis lætitia te non extollat: debet ergo paſtor auertere capita ſuggeſtionum diaboli à lætitia huius mundi, vt videlicet in illis ſuggeſtionibus non reſpiciant oues ad præſentem lætitiam, ſed magis ad pœnam futuram, quæ dabitur illis, qui diabolicis ſuggeſtionibus conſentiunt, & mundana peccata perpetrando, perfruuntur lætitia, quæ ſecundum Auguſtinum, eſt nequitia impunita.

Fluuius, abundantia æternæ retributionis. Dies æſtiui ſunt præſens vita.

Y

Item dictum fuit, quod oues non debent prodire ad paſcua, niſi ſolutis gelicidiis. Per ver intellige initium boni operis, ſed per gelicidia aſperitatem correctionis. Nam tunc, moraliter, oues Chriſti non prodeunt, in initio bonorum operum, ad paſcua prædicationum, niſi ablatis aſperitatibus correctionum, quia dicit Pſal. 140. *Corripiet me iuſtus, & increpabit me.* Et dicit Canon, cum beatus diſt. 45. Aſperitas immoderata correctionum, non inducit profectum nec ſalutem. Et infra ead. diſt. c. Accedite, dicit Hieron. Boni rectores, ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſantes, magis per humilitatis & manſuetudinis leuamentum, ſtudent peccatores ab erroris laqueo eruere, quàm per auſteritatem in foueam perditionis propellere.

Pruina deſignat corda prauorum. Pruina etiam denotat conſolationes ſeculares.

Item dictum eſt, quod pruinoſa herba ouibus morbum creat Per pruinam *vno modo* intelliguntur corda prauorum, & hæc generant ouibus Chriſti morbum ſpiritualem peccatorum, quia dicit Pſal. 15. *Cum peruerſo peruerteris.* Et dicit metriſta, per pranum ſocium lucratur homo caput ægrotum. *Alio modo* per pruinas intellige conſolationes ſeculares, quæ in multis hominibus creant ſpirituales infirmitates, ideo Dominus Luc. 6. ait. *Væ vobis diuitibus, qui hic habetis conſolationem veſtram.* Item, quod ſal debet admiſceri paſcuis Chriſti ouium. Per ſal intelligitur *vno modo* ſpiritualis intellectus ſacræ ſcripturæ, qui debet per paſtorem admiſceri paſcuis

Chriſti

Christi ouium, vt dicat eis spiritualem intellectum, & non semper literalem, quia dicit Paulus 2. ad Cor. 3. *Littera occidit, Spiritus autem vinificat. Alio modo* per sal intelligitur admonitio salutaris, quam debet prædicator spiritualibus pascuis ouiũ Christi admiscere. Iuxta illud ad Tit. 2. *Loquere* adignorantes scilicet, docendo, & *exhortare* scientes, *argue* scilicet delinquentem *cum omni imperio, nemo te contemnet*, quasi diceret. Prælatus nimis mollis, contemptibilis redditur suis subditis. *Tertio*, per sal intelligitur prudens discretio prædicatorum, quam debet admiscere in pascuis subditorum, quia dicit Gregorius in pastor. c. 15. & ponitur, dist. 44. cap. Sit rector discretus in silentio, cautus in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem detrahit, ita indiscretum silentium, eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. *Et subdit*. Sæpè namq; rectores improuidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem, nequaquam greges custodire pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt, quia veniente lupo fugiunt dum se sub silentio abscondunt. Hæc ille.

Sal, admonitio salutaris prædicatorum.

QVARTO, est notandum de morbis ouium & earum cura. Dicit enim Petrus de Cres. vbi supra, quod principaliter patiuntur tres morbos. PRIMO, quod nascitur eis gosium sub gula, à fluxu humorum de capite descendentium, cuius cura est, quod perforatur ibi pellis, & aqua paulatim egreditur & curatur. Moraliter per hunc morbum intelligitur ipsa luxuria sub gula nata; quia vbi gula fuerit, ibi communiter luxuria erit, quia ex ea procedit. Sicut figuratum est, Zach. 5. vbi angelus ostendit ei mulierem *habentem amphoram, quæ habuit os latum & apertum*. Per os latum & apertum significatur gula, per mulierem luxuria, quia vt ait Hierony: Venter & genitalia sunt membra propinqua, & ex propinquitate membrorum designatur propinquitas vitiorum. Et dicitur, quod hęc infirmitas fit à fluxu humorum à capite descendentium, quia nonnunquam luxuria descendit à capite, id est à Prælatis in oues Christi: quia cum Superiores & Prælati huic vitio insudant, multotiens luxuria & voluptas in subditos descendit. Quia dicitur extra de voto & votire, Quod à Prælatis agitur, de facili à subditis trahitur in exemplum, vt in decretali magnæ deuotionis. Sed cura & sanatio huius spiritualis morbi est, vt cum stilo timoris Dei perforetur, vel penę gehennalis, quia dicit Cassianus. Principium nostræ salutis est timor Dñi. de timore enim nascitur compunctio salutaris, de compunctione cordis nascitur ab renunciatio, id est contemptus omnium facultatum, de nuditate humilitas procreatur, de humilitate mortificatio voluptatum generatur. Et Maximus Episcopus dicit. Qui credit Deo, timet supplicium & abstinet se à vitijs.

Z

Oues patiũtur tres infirmitates, & de cura earum.

Luxuria prouenit ex gula, & curatur Dei timore & inferni.

SECVNDVS morbus ouium est, quod patiuntur grossitiem splenis & inflantur. Et hoc sæpius de mense Maij & Aprilis ex multitudine sanguinis grossi & viscosi, & ex hoc sæpè subitò moriuntur, & ponit curam, dicens, quod confert eis, vnum scotum digitorum duorum ponere intra nares, & facere quod multus egrediatur sanguis, ex quo quædam liberantur: quædam nihilominus moriuntur. Moraliter per hunc morbum inflantem superbia designatur, quę hominem spiritualiter in anima inflat, & super alios extollit & dilatat, Matth. 23. *Dilatant phylacteria, & magnificant fimbrias*. Et Prou. 28. *Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat*. Hæc autem infirmitas spiritualis videlicet superbia de facili incurritur, & non de facili curatur. Est autem triplex ratio,

Superbia facile incurritur

Digitized by Google

tur propter ores cauſas.

quare aliquis de facili incurrit infirmitatem ſuperbiæ. *Primo*, quod non putatur tanta infirmitas quanta eſt: & non vitatur ſicut vitanda eſt. Et quo ad hoc dicit Gregor. Cum minus turpis ſuperbia creditur, minus vitatur luxuria: eò quod magis erubeſcunt homines, quia omnes turpem nouerunt & magis fame maculatiuam. *Secundo*, incurritur de facili iſta infirmitas, quia manifeſtiora inueniuntur exempla ſuperbiæ, quàm aliorum vitiorum. Fornicatores verò & alij peccatores occultant peccata ſua, ſed peccatum ſuperbiæ manifeſtè committitur. *Tertio*, propter multiplicem materiam, ex qua ſuperbia oritur. Poteſt autem ortum habere ex quocunq; bono. Quod autem hæc infirmitas ſuperbiæ difficulter curatur, vide parte 1. dominica 2. poſt Epiphaniæ. Serm. 2. N. R. Si tamen debeat curari, oportet quod homo habeat ſcotum duorum digitorum, per quod ſignificatur humilitas duplex, ſcilicet interior mentis, & exterior corporis habitus. Et hæc ſola reparat charitatem, quam ſuperbia læſit, iuxta illud Bernardus: Sola virtus humilitatis, læſæ eſt reparatio charitatis. Hæc non ſolum per charitatem reparat, ſed & alias virtutes conſeruat? hæc non ſolum gratia eſt, ſed vas aliarum gratiarum, & non quodcunque vas, ſed admirabile. Vel per hoc ſcotum intellige humilitatis Chriſti exemplum, de quo ad Philip. 2. ſic dicitur. *Humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem*. Super quod dicit gloſſa. Ecce huius humilitatis exemplum ſuperbiæ medicamentum. Quid ergò intumeſcis homo, ô pellis morticina? Quò tendis, ô ſanies fœda? quid inflaris? Princeps tuus humilis, & tu ſuperbus, caput eſt humile & non membrum. Hæc ille. Hoc igitur exemplum ſuæ humilitatis debet curare in nobis inflationem, & facere vt egrediatur ex corde noſtro ſanguis multus multorum peccatorum, qui ſuperbiam ſecum apportat. Quidam enim per hoc exemplum Chriſti curati à ſuperbia ſunt, & quotidie curantur, quidam verò in ea moriuntur.

Sola humilitas reparat caritatem per ſuperbiã læſam.

Humilitas Chriſti curat ſuperbiam.

TERTIVS morbus ouium eſt, quod febres patiuntur, quæ cognoſcuntur cum ſint calidæ in tactu & maximè in lingua, & in auribus, & anhelitus earum eſt calidus. Et ſubdit curam Pet. de Creſ. dicens, quod Paſtor debet eis ſubuenire cum regione frigida: vt in loco frigido teneantur, de frondibus ſalicum & vitis cooperiantur, & comedant frondes ſalicum & frigidas herbas, & hordeum coctum, vel bibant aquam pomorum acrium, vel prunorum, & ipſa poma edant; vel ſecundum Varronem curetur hic morbus, quod perfundantur & perungantur oleo & vino tepefacto: & ſuſtineantur à cibo & frigida aqua detur, & ſi hoc proficit, non dimittatur ſanguis, maximè à capite. Ab hac infirmitate etiam ita curantur boues.

Auaritia ſignificatur per febres ouium.

Moraliter per hunc morbum febrilem ſignificatur infirmitas auaritiæ, quæ æſtuãt conſequenter omnes oues Chriſti: *eò quod à maiore vſque ad minorem omnes auaritiæ ſtudent*. Hiere. 6. Nam ſunt quidam qui laborant continua auaritia, quorum videlicet appetitus eſt ad continuum lucrum, vellent enim auari lucrum ſuum nunquam terminari. Ideo ſecundum Philoſophum Adriano quærenti. Quid eſt, quod nunquam hominem ſinit eſſe laſſum? Reſpondit, quod lucrum præcipuè. Nam vſura die ac nocte continuè multiplicat lucrum. Ecce quantam eſcam habent homines ad temporalia acquirenda. Et hæc infirmitas ſpiritualis febris cognoſcitur in ouibus Chriſti, quando ſunt calidæ in tactu in lingua & in auribus, hoc eſt, quando continuè tangũt & tractant pecuniam, quando loquuntur continuè de pecunia, aut cum libenter audiunt de ipſa, & ſic totaliter æſtuant, vt multa congregent, vt ab hominibus honorentur.

Auaritiæ ſigna, & ſeptẽ eius curæ.

Febris ſpiritualis eſt, libenter tractare & congregare pecunias.

rentur. Ideo legitur de B. Bernardo, quod vidit vnum hominem ſtantem ſuper vnũ puteum, & ſcintillas de puteo exeuntes deuorantem, & macilentam faciem habentem, & toto corpore trementem. Et tandem cum obſtupuiſſet B. Bernardus, quæſiuit ab eo, quare ſic ſtaret ſuper puteum? Reſpondit propter honorem. Et cum vlterius quæreret. Quare corpus ſic habes tremens? Reſpondit propter timorem. Quod moralizat Holkot * dicens, Quod per iſtum hominem ſuper puteum ſtantem, & ſcintillas deuorantem, intelligitur homo auarus ſiue cupidus; qui toto tempore vitæ ſuæ eſt in laboribus, ſudoribus, vigiliſque multis, ad cumulandum totum mundum. Et ſi quæratur, quare ſic facis? Reſpondet tibi, propter honorem: vult magna & multa lucrari, vt ſic magnus coram omnibus poſſit apparere. Et lucrum eſt prima proprietas auari, quia toto mundo non poteſt ſatiari; Quia quantò magis cupit, tantò magis ſitit. Si autem quæratur ab eo, quare tremes? Reſpondet propter timorem, quia timet omnes homines. Si enim videt pauperem, credit eum eſſe furem, ſi vxorem vel familiam, credit ipſum eos occidere velle, & bona ſua velle auferre. Ideo diuitiæ acquiruntur cum labore, cuſtodiuntur cum timore, perduntur cum dolore. Cauſa autem quare auarus eſt macilentus, eſt inopia: quia auarus vno obulo vel denario indiget, & nunquam audet eum denarium expendere ad vſum proprium.

* Moralitate. 41.

Lucrum eſt proprietas auari.

Auarus eſt macilentus propter inopiam.

Sed NOTA ſi vis curare hunc ſpiritualem morbum auaritiæ, cura ipſum prius cum regione frigida. Hæc frigida regio eſt infernus, in quo propter intenſum frigus *eſt ſtridor dentium & fletus.* Matth. 25. Ibiq; ad *calorem nimium tranſeunt ab aquis niuium.* Iob 24. Inter omnes enim aquas ſunt aquæ niuis frigidiores, ad deſignandum, quod auari damnati frigiditates maximas patiuntur, propter æſtum, quem hic in acquirendis diuitijs habuerunt. Et hoc ſi auarus, dummodo eſt in ſtatu gratiæ & meriti, animaduertit, ab hac infirmitate curari poterit.

SECVNDO, curatur hæc infirmitas cum frondibus ſalicum. Sed ſalix antiquitate temporis patitur decrementum putredinis: nam poſtquam antiqua fit, cito putreſcit, & à medulla putrefieri incipit, dum enim ſæpius viridis exterius videtur & pulchra, interius eſt vacua & putrida, in cuius concauitate ſæpius latent animalia venenoſa. Quare dormire iuxta ſalices res eſt periculoſa. Per hoc moraliter ſignificatur putredo corporum auarorum, quæ citò ſequitur poſt mortem, vbi tunc ſerpentes ranæque venenoſæ latent in putredine corporum; & animæ fiunt rapinæ dæmonum, ſicut factum fuit de illo diuite auaro, qui multa congregauit in annos plurimos, & ait animæ ſuæ vt requieſceret, comederet & biberet, cui ſtatim fuit ſecuta mors, & corpus verſum eſt in putredines, & animam rapuerunt dæmones, ſicut patet ex his verbis Dei, Lucæ 12. *Stulte hac nocte rapient animam tuam à te, nunc autem quæ præparaſti, cuius erunt?* Sic eſt, qui ſibi theſaurizauit, & non eſt in DEVM diues. Hæc ſollicitè cogita ô auare, vt ſic poſſis auaritiam curare.

Auari morientes fiunt rapinæ dæmonum.

TERTIO, curatur hæc infirmitas cum frondibus vitis. Spiritualiter vitis eſt Chriſtus, iuxta illud, Ioan. 20. *Ego*, inquit, *ſum vitis & vos palmites*, huius vitis frondes, ſunt vitæ ipſius paupertates. Nam pauper fuit in natiuitate, cum poſitus fuit in præſepio alieno. Luc. 2. Pauper fuit in vita, quando nihil proprij habuit. Pauper fuit in morte, cum non habuit, vbi caput ſuum reclinaret in cruce, ſicut conquerebatur, Lucæ 9. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos.* Et ſimiliter pauper poſt mortem, cum loca-

locatus fuit in alieno ſepulchro, quia Ioſeph *poſuit corpus IESV in ſuo ſepulchro, quod exciderat in petra.* Matth. 27. Iſti quidem frondes paupertatis Chriſti veræ vitis, debent curare æſtum tuæ auaritiæ & cupiditatis, vt dicere poſſis in egreſſu tuo illud Ioan. 14. *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.* Vbi dicit gloſſa de Chriſto. Noluit habere quod perderet, venit pauper, ne haberet diabolus quod auferret.

Auaritia eſt plena afflictione.

QVARTO, curatur hæc infirmitas per hordeum coctum. Per hordeum quoque quod ſtimulat & pungit manus tangentium, intelligitur afflictio diuitiarum, qua auari quotidie affliguntur, quia dicitur Eccleſ. 10. *Labor ſtultorum affliget eos qui neſciunt in vrbem*, id eſt, in paradiſum *pergere.* Et Eccleſ. 2. dicitur de auaro, *Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec mente per noctem requieſcit.* Eccleſ. 5. *Saturitas diuitis non ſinit eum dormire.* Et Eccleſ. 14. de auaro dicitur, quod *triſtitia erit ſuper menſam ſuam.* Iſtud figuratum quidem eſt in hoc, quod Abel legitur frater fuiſſe Cain. Gen. 4. Abel luctus, Cain poſſeſſio interpretatur, quia luctus & poſſeſſiones coniuncta ſunt. Idcircò ſi hoc hordeum afflictionis, auarus in corde ſuo veraciter decoqueret & maſticaret, cupiditatem in tantum non amaret.

QVINTO, curatur per aquam pomorum acrium. Quid eſt aqua pomorum acriũ, niſi mors amara, quam bibent omnes auari? De qua Eccleſ. 41. *O mors quam amara eſt memoria tua homini (iniuſto,) & pacem habenti in ſubſtantijs & diuitijs viro quieto, & cuius via directa ſunt in omnibus*, ſcilicet temporalibus, fortuna ſibi fauente. Sed hanc mortem acerbam bibe nunc per ſedulam cogitationem, vt poſſis ſanare hanc ſpiritualem infirmitatem.

Oleo miſericordiæ curatur auaritia.

SEXTO, curatur hæc infirmitas per oleum. Moraliter, Oleum eſt miſericordia, per quam curatur auaritia ideo ſecundum Gregor. in Homel. cum Dominus mandata daret ſe ſequentibus, iniunxit iracendis manſuetudinem, lubricis continentiam & tenacibus largitatem, quia non poteſt melius tenacitas & auaritia curari, niſi per miſericordiam & largitatem.

SEPTIMO & vltimo, ſi curæ prædictæ non ſufficiunt, dimittendus eſt ſanguis in capite. Per caput moraliter intelligitur ſuggeſtio vel ſollicitudo Diaboli, de qua dicit Gregorius. *Primo*, diabolus ſollicitat hominem, vt quærat neceſſaria, quando autem eſt in opere, vt quærat ſuperflua: & ex hoc accidit, quòd tentat eos de auaritia, quos non tentare audet de luxuria. Sed per ſanguinem multum intellige peccata multa, quæ auaritia habet & aufert, quia *Radix omnium malorum eſt cupiditas*, 1. Timoth. 6. & tunc ſanguinem homo de capite dimittit, cum ſollicitationibus & ſuggeſtionibus diaboli reſiſtit, & alia tunc peccata cum auaritia abijçit & contemnit.

DOMINICA III. POST PASCHA.

Sermo XL.

Obſe-

Digitized by Google

Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. 1. Pet. 2.

AMbros. in Hexam: dicit de apibus, quod integritas corporis omnibus est communis sicut & partus, quoniam nullo concubitu miscentur, nec libidine resoluuntur, nec partus quatiuntur doloribus, & tamen maximum filiorum examen constituunt. Regem etiam eligunt, quem naturali affectu diligunt, & summa defensione defendũt, & pro eo prolem perfundam pudant, eique tanta reuerentiam exhibent, vt nullæ de domibus suis exire audeant, nec ad aliquos prodire pastus, nisi rex fuerit egressus, & volatus sibi vẽdicauerit principatum. Apes verò, quæ non obtemperant regi, propria contemnatione se stimulant, vt aculei sui vulnere moriantur. Moraliter, hic per apes intelliguntur, & docentur homines in duobus, vt carnis concupiscentias superemus, & nostris superioribus obediamus. De lege enim communi, velimus nolimus, concupiscentiæ carnales in nobis insurgunt. Sicut figuratum est Iosuæ. 15. *Quod filii Iuda non poterant totaliter expellere Iebuseum vsque ad præsentem diem.* Moraliter, per filios Iuda intellige animas in hac vita, deinde confitentes; quæ semper habent circa se Iebuseum, per quem significatur inclinatio vitiosa; quam tamen Dei dono confitentes, possunt conculcare, quod ad consensum vitiosæ inclinationis nequeant peruenire, propter quod Iebuseus, vt dicit Hieron: interpretatur conculcatus. Vnde Cassianus in Collationibus patrum collat. 2. patris Teronis c. 3. Si inquit, multos ita pro Christo suas videmus abiecisse substantias, vt non solum possessionem pecuniarum, verumetiam desiderium de cordibus eorum in perpetuum probemus abscissum, consequens est, vt eodem modo ardoris fornicationem etiam extingui in nobis posse credamus. Ideo B. Petrus in verbis præassumptis hortatur nos, vt desideria carnis in nobis exstinguamus: Et quia secundum Senecam, generosus est animus hominis citius ducitur quã trahitur, quare non trahit nos præcipiendo, sed potius ducit obsecrando, dicens. *Obsecro vos, &c.* Deinde docet nos, vt prælatis obediamus, cum dicit. *Deum timete, regem honorificate.* Et monet nos ad tria. *Primo* ad peregrinationis reminiscentiam, ibi: *tanquam aduenas. Secundo* ad fornicationis abstinentiam, ibi: *abstinete a carnalibus. Tertio* ad prælationis obedientiam, ibi: *subiecti estote omni: &c.*

A
Natura apũ.

Quid per apes intelligatur.

Exemplum.

Obedientia prælatis præstanda.

PRIMO nota, sicut tradit liber Gen: *Formato homine de limo Deus insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ: & posuit eum in paradisum voluptatis, vt tanquam in habitator & ciuis custodiret illam.* Sed Diabolus princeps vitiorum, (vt ait magister lib. 2. dist. 29. c. 2.) videns eum de limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, charitate splendidum, eum pariter illis donis ac tantis bonis expoliauit. Et propter quid tantis donis fuit expoliatus, ostendit infra in fine eiusdem capitis. Non, inquit, est dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fulsisse, sed propter peccatum expoliatum fuisse. In illius ergò pœnam, vt dicit Magist. lib. 2. dist. 29. eiectus est de paradiso in istarum miseriarum locum, sicut in Gen: c. 3. *Nunc ergò videte, ne forte mittat manum suam, & comedat de ligno vitæ, & viuat in eternum*, quasi diceret. Cauete vos angeli, ne comedat de ligno vitæ, quo est indi-

B

gnus, de quo si perstitisset, comederet & viueret in æternum. Sed modò propter inobedientiam indignus est comedere. Emisit ergò eum Deus de paradyso voluptatis in locum sibi congruum: sicut plerunque malus, cum inter bonos viuere cœperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur, pondere prauæ consuetudinis pressus. Hæc Magister. Sic itaque Adam pulsus de paradyso velut de patria sua, factus est exul, & in hoc mundo peregrinus, & nos omnes facti sumus peregrini, quia omnes in illo originaliter & seminaliter eramus.

Cõditiones peregrini. Peregrinus seruat tria, vitat tria reportat tria. Homo debet mala cõsortia vitare, propter quatuor.

Et quia vita nostra est quasi quædã peregrinatio versus patriam nobis promissam, necesse est, vt conditiones peregrinorum eundo & redeundo habeamus. Peregrinus enim tria seruat, tria vitat, tria reportat, seruat enim peregrinando ista tria. PRIMO enim quotidiè malos socios vitat, quia aliqui socij sunt proditiosi, aliqui nimis præsumptuosi, & aliqui nimis accidiosi, & illi omnes impediunt peregrinum. Illo modo ad literam, homo volens in recto itinere ad patriam transcendere, debet malam societatem in præsenti vita euitare, propter quatuor. *Prime*, ne ad malum trahatur, quia filij Israel, qui alias in terra sua colebant vnum Deum, cum essent cum gentibus, facti sunt pessimi idolatræ, sicut de hoc commemorat Psal. 105. *Commixti sunt in gentes & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum.* *Secundo*, ne honestate spolietur, sicut contigit illi, qui incidit in Latrones, qui etiam spoliauerunt eum, Luc. 10. *Tertiò*, ne similitudinem malorum imitetur, quia dicitur Prou. 13. *Amicus stultorum similis ei efficietur.* *Quartò*, ne in bono proposito corrumpatur, quia 1. Corinth. 5. dicitur. *Modicum fermentum corrumpit totam massam.* Sicut corruptus fuit ille per malos socios, de quo legitur.

Exemplum de scholari quem socij deceperunt ne die Veneris sancto ieiunaret. Mala societas quantũ noceat,

Quidam scholaris cum die Veneris sancta vellet in pane & aqua abstinere, socijs suis nolentibus, cogitauerunt, quomodo ad hoc proposito ipsum retrahere possent. Et excogitata inter se fictione, quidam venit ad eum in Cameram suam, & incipiens eum respicere diligenter, dixit ei, Quid vos habetis? Et ille, quid? Cui ille. Quia mirabiliter plus solito estis pallidus, videte ne vigiliæ vel aliud grauauerit vos his diebus. Quo dicto exiuit, & post paululum alius socius ingressus, dixit similia, Ex quibus facta sibi conscientia, quod posset eam lædere abstinentia, & dimisit abstinentiam quam conceperat mandans vt sibi cum alijs refectio pararetur. Ecce quod per malam societatem in bono proposito fuit corruptus.

C

Socij tres sunt semper nobiscum. Caro, mundus & diabolus. Exemplum de eo quem diabolus sub specie nuncij decepit.

Sed moraliter tres sunt socij, qui quotidie nobiscum volunt societatem contrahere, & in via, qua ad patriam pergimus impedire. *Primus* est diabolus, cuius societatem cauere debemus, quia est proditiosus, & te ducit de via bona in latrones, & sic homines prodit, sicut fecit illi, de quo in vitas patrum. Quidam intrauit in solitudinem ad agendum pœnitentiam, roganitque Dominum vt ostenderet locum vbi maneret, & ecce aquila quædam, quam secutus quasi angelum, duxit eum ad locũ, vbi erat palma cum fonte. Cum autem idem pœnitentiam multis annis fecisset, bibens de fonte & de fructu comedens, diabolus inuidens ei astitit in specie cursoris nuncij, incipiens admirando intueri dicens. Nonne iste est quem quæro? imò est. Et aggressus est, consociauit se ei. Ecce quam diu quæsiui te, & nunc inueni; Veni ad domum patris tui, qui mortuus est, tibi competit hæreditas, pro qua multi incipiunt pugnare, & nisi citò veneris, instat magnum periculum; te autem veniente cessabunt, & poteris illam distribuere pro Deo, si volueris. Acquieuit ille, & cum

secu-

Digitized by Google

secutus fuisset nuncium vsque ad domum patris, ille disparuit, & ipse patrem inueniens viuum, confusus est in se: cum ipso remansit, & multis sceleribus se implicans fine miserabili vitam finiuit. *Secundus* socius mundus est, cum quo sociari non debemus, propter hoc quia nimis sumtuosus est. *Tertius* est caro, qui est socius nimis acediosus, vult enim cum anima coronari, sed non vult cum ea decertare, vt dicit Augustinus lib. solil. cap. vlt.

D

Secvndo, peregrinus omni die numerat siue computat, quot miliaria transiuit, & quot habet adhuc ad eundum. Sic & quilibet, qui omni die tendit ad terminum, ad quem, videlicet beatitudinem, debet numerare & computare. *Primo* mundanæ gloriæ vanitatem, & certè videbit, quod ipsa parum est appreciandà; ergò non amandà, quòd videlicet propter ipsam vellet ab itinere ad futuram beatitudinem retardari, quia dicit B. Augustinus super Psal. 69. Inanis est gloria huius seculi, fallax est suauitas, infructuosus labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas; initium sine prudentia, finis cum pœnitentia. Hanc pœnitentiam computauit ille Rex, de quo dicit Valer. lib. 7. c. 2. Rex inquit, ille subtilis iudicij, quem fecerunt, traditum sibi diadema, priusquàm capiti imponeret, retentum diu considerasse & dixisse. O nobilem magis quam fœlicem coronam, quam si quis penitus agnoscat, quam multis sollicitudinibus periculis & miserijs sit refertà, vt hanc iacentem tollere velit. *Secundo* computare debet temporis breuitatem, & postquam eam computauerit, inueniet, quod sit modica vel nulla iuxta illud Ps. 38. ***Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihil ante te est,*** Istam breuitatem benè computauit Xerxes, qui Alexandro suadente, Rex nullo modo fieri voluit.

Gloriæ mundanæ vanitas fugienda. Gloria seculi inanis.

Temporis breuitas cõputanda.

E

In istius tamen temporis breuitate tria magna negotia oportet quemlibet hominem seruare, scilicet obedientiam præceptorum, pœnitentiam peccatorum, & beneuolentiam proximorum. In cuius figuram dicitur Apoc. 21. ***quod Angelus qui muros ciuitatis Hierusalem mensurauit, habebat mensuram arundineam, & mensus est muros ciuitatis centum quadraginta quatuor cubitorum.*** Moraliter, anima nostra est ciuitas Dei summi, in qua per gratiam inhabitare dignatur, murus eius corpus corruptibile. Istos mensurare debet ratio computando quotidie vitæ breuitatem, & mortis vicinitatem, sic tamen mensuret, vt habeat centum quadraginta quatuor cubitos. In centenario obedientia præceptorum intelligitur, decies enim decem faciunt centum. Nos ergo, si quinq; sensus exteriores, & quinq; interiores reducamus in decē præcepta decalogi, decem multiplicamus per decem & ad centum obedientiæ præceptorum perueniemus, & sic in centum annis ædificamus arcam, in qua saluamur à diluuio huius vitæ. Gen. 6. Sed debet habere murus corporis nostri centum quadraginta quatuor cubitos, quia non solum oportet nos habere obedientiam præceptorum sed etiam pœnitentiam, quia in multis offendimus omnes. Hæc autem pœnitentia in numero quadragenario designatur, iste enim numerus est numerus pœnitentiæ ab Ecclesia consecratus, Et merito: si enim omnes partes aliquotas ipsius quadragenarij capiamus, faciunt quinquaginta præcisè. vnde quadraginta est numerus superabundans. Verbi grátia, 1. 2. 4. 8. 10. 20. non habent plures partes aliquotas, & ista complent quinquaginta. Quinquaginta verò nō est numerus gratiæ & remissionis, secundum quod computabatur annus iubileus in lege Iudæorum.

In tempore breuitate tria homini sunt seruanda.

Pœnitentia hoc breui tempore fac-

Insignum ergò quod per sacramentum pœnitentiæ perfectam consequimur remissionem peccatorum, quadragenarius numerus, cuius partes aliquotæ faciunt quin-

uanda, ad obtinendam remissionem peccatorum

quinquaginta, qui est numerus remissionis pœnitentiæ consecratus. Sic ergò mensurabimus & computabimus numerum nostrum, quod habeat 144. cubitos, & iste totalis numerus compositus est numerus humanæ saluti deputatus. *Tertio* computare & mensurare debet vitæ futuræ iocunditatem, recolligendo quod beatitudinis gaudia recipiet pro momentaneis meritis, in præsenti non inueniet mensuram pro mensura, qua præmiatur vitra condignum, sed inueniet verificatum quod scribitur Luc. 6. *Mensuram bonam & confertam & coagitatam & superefluentem dabunt vobis in sinum vestrum.*

Vitæ futuræ iucunditas mensuranda

Vel alio modo sicut peregrinus quotidie computat* sic bonus Christianus quotidie vitam suam examinat. Vnde Seneca lib. 3. de ira versus finē. Quotidiè animus ad rationem reddendam vocandus est: hoc faciebat Sextius noster, vt consummato die cum se ad nocturnā quietem recepisset, interrogauit animum suum, quod hodie malum tuum sanasti, cui vitio obstitisti: qua parte melior factus es.

*Holkot in libr. Sapien. lect. 147.

F

Bonus Christianus quotidie vitam suam examinat.

TERTIO, peregrinus quotidie de termino recogitat. Terminus iste est patria cœlestis, de qua semper debemus cogitare, quia in hostili terra dulcis recordatio patriæ est. Hunc terminum recogitauit Dauid Psal. 119. quando dixit. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Sic & Paulus ad Philipp. 1. qui ait. *Cupio dissolui*, id est, mori, *& esse cum Christo.*

Terminus patriæ cœlestis præ oculis habendus

Peregrinus tria vitat, PRIMO Thesauri sui ostensionem. Sic deuotus Christianus semper vitat ostensionem suarum virtutum, quæ sunt thesauri animæ per iactantiā, quin potius ea occultet per humilitatem. Et hoc docet elephas, de quo dicunt naturales: Cum enim in aqua vel in silua parit: & vbi parit, ibi fœtum dimittit, propter dracones, qui ei insidias ponunt. Sic qui bonum opus facit, siue in aquis pœnitentiæ vel conscientiæ, vel in sylua contemplatiuæ vitæ: si non vult à draconibus infernalibus insidiantibus rapi, sicut in occulto illud facit, ita non exigente necessitate occultum illud teneat, & non in publicum illud per iactantiam vel ostensionem deducat, quia dicit Greg: in homil: Deprædari desiderat, qui thesaurum publicè in via portat. Ideo quilibet homo bonum occultare debet, ne diabolus illud per inanem gloriam recipiat. De hoc vide parte 1. Domin. in Quinquagesima sermon. secundo. S. T.

I. Thesauri ostensionem. In bonis operibus iactantia cauenda.

II. Hospitis deceptionem.

SECVNDO, Peregrinus vitat hospitis deceptionem, quia multi sunt, qui peregrinos recipiunt, & eos decipiunt & occidunt, sicut refert Boëtius lib. 2. prosa. 6. de quodam, nomine Busirides, qui consueuit hospites suos necare, dicit ergo: Busiridem accepimus necare hospites solitum. Et dicit Gloss: sec: Tho: sic. Busirides fuit filius Neptuni ex matre Lydya. Moraliter, Hospes noster est mundus, qui nos hospitat, vt habetur latius supra feria 2. resurrectionis, Serm. 2. K. Hic sicut hospes gratissimum vultum ostendit, lectisternia honesta demonstrat, bona vina propinat, sed in fine parcissimè & strictissimè computat, & interdum necat, quia ille est senex, apud quem non est hospitandum, de quo supra Dominica I. post Pascha, Serm. II. M. & P.

Mundus hospes noster.

G

III. Vitat onera grauia. Diogenis habitatio.

TERTIO, peregrinus vitat sui ipsius nimiam operationem; quantò minus enim potest secum portat de vestibus, & de alijs quibuscunque. Sic boni cognoscentes se peregrinos, in hoc mundo vitant onerationem sui ipsius, & tantum quærunt de diuitijs, quantum necessarium est eis, dicentes cum Apostolo 1. Tim. 7. *Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti sumus.* Talis bonus homo fuit Diogenes, qui one-

Digitized by Google

onerationem diuitiarum vitauit, de quo ſcribit Eudoxus in li. Philoſophorum, quod in dolio volubili locuples ducebat paupertatem, & domum ſe gloriabatur habere, & cum temporibus ſe commutare ſolebat. Tempore enim frigoris os dolij vertebat ad meridiem, vt haberet calorem, tempore vero æſtatis ad ſeptentrionem, vt haberet vmbram, & vbi ſe ſol inclinauit ibi ſe vertebat. Quodam verò tempore in vſum potandi vaſculum ligneum habens, vidit puerum concaua manu potantem, ſtatim proiecit ad terram vaſculum dicens, neſciebam quod natura vas ad potandum poculum haberet. Alio etiam tempore, cum mundaret olera ſua, accedens ad eum Ariſtippus dicens: Cum ſapiens ſis & Philoſophus, ſi mihi credidiſſes, & regibus ſeruire voluiſſes: non olera tua lauares, ſed in aula ſummi regis & principis mecum maneres. Cui reſpondit Diogenes. Si mihi credidiſſes & mediocri paupertate vti ſcires, non oporteret de regibus adulando mentiri. Talis etiam bonus Chriſtianus fuit B. Paulus, qui ait Actorum 20. *Aurum & argentum nullius concupiui, aut veſtem, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum erant, miniſtrauerunt manus iſtæ.* Et ibidem ait. *Oportet meminiſſe verbi Ieſu Chriſti, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt dare, quàm accipere,* & ſic prudentes ſcilicet Chriſtiani, ſi quid ſuperfluum poſſident eleemoſynis erogent. Et hoc eſt valdè ſapienter factum, quia videmus quod interdum peregrini pecuniam ſuam non portant, ſed mercatoribus eam in patria ſua tradunt, literis eorum receptis; vt ab alijs eiuſdem ſocietatis mercatoribus tantum recipiant in patria ad quam vadunt. Pauperes enim ſunt mercatoribus ſimiles, qui habent venale regnum cœlorum, *quoniam ipſorum eſt.* Matt. 5. His tradunt diuites pecuniam ſuam in eleemoſyna, recipientes ſecuritatem ab eis, videlicet literas ſancti Euangelij, quod pro pecunijs ſic in eleemoſynis datis, tantundem imò centuplum recipient in patria ſua futura.

Pauperes mercatoribus ſunt ſimiles.

Sed ſunt è contra multi auari, qui, quamuis ſint in præſenti vita peregrini, ſe tamen onerant pecunijs in detrimentum animarum ſuarum. Quorum fatuitas PRIMO patet ex hoc, quando aliquis eſt viator, & eſt tranſiturus per locum, vbi ſe ſcit ſpoliandum, tunc fatuus eſſet, ſi amplius vult de pecunia ſecum habere, quam ſit ei neceſſaria ad expenſas, vſq; ad locum quò tendit, onus enim eſſet ſibi, vt amitteret eam. Moraliter, locus per quem tranſituri neceſſariò ſumus, eſt mors *quia ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori*, & in hoc loco homo ſpoliatur, quaſi per anguſtum foramen omnibus rebus ſuis. Iuxta illud Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet.* Propter quod dixit B. Bernardus. Quid tu Camelegibum, quid tu pecunioſe proditionis loculos tollis? Non ſic impie, non ſic ingredieris, acus huius ſarcinas non admittit. Item ſpoliatur homo, quaſi rediturus in ventrem matris ſuæ, ſcilicet, terræ, de qua dicitur Eccleſ. 40. *Iugum graue ſuper filios Adæ, à die exitus de ventre matris eius, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium.* Et Iob 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus illuc reuertar. Tertio*, ſpoliatur homo in morte ad inſtar damnatorum, qui patibulo ſunt tradendi. Fatuus eſt ergo auarus, qui diuitias ſecum vult habere, cum ſciat ſe in morte ſpoliandum eſſe, & non vult eas mittere in locum ſecurum, in manus pauperum, quia dicit Gregorius. Securius feruntur diuitiæ, de patria ad patriam, per manus plurimorum quàm vnius.

H

Fatuitas diuitum ſe diuitijs onerantium patet ex multis Hebr. 9.

SECVNDO, probatur ſic hæc fatuitas; Quando aliquis nauigator eſt, & naufragium ſibi imminet, ſtultus eſt, ſi multa ſecum habet. Dicit enim Gregorius ſuper

Iob 3. Cum fluctus imminent, tunc de naui proijciunt, pro quibus longa nauigia sumpserunt. Et si nautæ imminente naufragio, ea quæ in naui habent, proijciunt, stultus est homo, qui se multis bonis fortunæ onerat, cum naufragium sui corporis imminere citò sciat, quia talia bona ipsum fortassis in profundum demergent. Ex quo dicit Seneca, Nemo cum sarcinis enatat.

Stultus est qui breui morituros, diuitijs se onerat.

TERTIO sic. Cum aliquis scit furtiuam esse pecuniam, non vult eam secum portare, ne si apud eum inueniretur testis, foret suæ damnationis, & si quis hoc fecerit, stultus apparebit. Sic stultus est homo, qui se sic onerat pecunia male acquisita, hæc erit testis suæ perpetuæ damnationis. Et de talibus. Qui se sic onerant, dicit Apostolus Iac. cap. 5. *Aurum & argentum vestrum eruginauit*, scilicet in terra absconditum, *& arugo eorum erit vobis*, id est contra vos *in testimonium*, *& manducabit carnes vestras sicut ignis*, quasi dicat, affligit vos, quia erit causa afflictionis in gehenna, *thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus*, id est, congregatis vobis Dei vindictam.

Pecunia male acquisita, testis est perpetuæ damnationis.

QVARTO probatur sic, cum aliquis se onerat pecunia in via, & scit, quod hostes & latrones eum insequuntur, certè fatuus est: Sic est de illo qui congregat multas diuitias, & scit quod hostes inuisibiles, scilicet, dæmones ipsum persequuntur, & non vult eas ponere in loco tuto & secreto; hoc est in manus pauperum.

Fatuus est qui congregat diuitias.

I

Idęo bonam doctrinam ponit B. Bernardus in quodam Sermone. Mundus enim talem ianitorem constituit, qui nihil inde absportari permittet de mundi facultatibus, veruntamen culpa & vitium, virtus & meritum, ipsam inuisibilem animam consequuntur, nec possunt hæc portarum angustia detineri. Igitur si volumus aurum nostrum & argentum illæsum, auctum atque multiplicatum recipere in patria cœlesti, ad quam tendimus, debemus pauperibus dare, quorum est illa patria mercantes cum illis, danteſq; eis hic quod ibidem sumus recepturi. Hæc ille.

Mundus est quasi ianitor, qui nihil auferri permittit.

Per manus pauperum diuitiæ in cœlum mittendæ.

TERTIO, peregrinus peracta peregrinatione tria in patriam suam veniens reportat, scilicet, de peccatis indulgentiam, ab amicis reuerentiam & deinde quiescendi licentiam. Sic & Christianus bonus & deuotus, qui hic peregrinationem egit suam, in morte sua reuertitur ad patriam cœlestem, portat secum indulgentiam peccatorum. Quia nisi peccata sua essent indulta, nullo modo reciperetur ciuis in illa cœlesti patria, quia *nihil coinquinatum intrabit in eam*. Apocal. 21. Et sicut reuertenti à peregrinatione solent amici processionaliter occurrere, & in domum suam lætanter adducere, sic in morte sanctorum in peregrinatione huius mundi redeuntium, occurrunt sancti angeli Domini: & eos ad cœlestem domum adducunt, sicut piè perit Ecclesia. Subuenite sancti Dei, occurrite angeli Domini, &c. Quod autem angeli occurrunt ciuibus cœlestibus, patet ex hoc, quod dicit Damasc. lib. 5. Hoc ipsum firmiter & imperterritè credamus & teneamus, quod animæ ad purgatorium non à dęmonibus sed ab angelis deducantur, & si deducantur ab eis in purgatorium, multò magis in cœlum, sicut patet de Lazaro, cuius animam angeli in sinum Abrahæ gaudenter deduxerunt, Lucæ 16. & tunc consequitur, quilibet sanctus post labores hic habitos perpetuam quiescendi requiem, quia *amodo dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis*. Apoc. 14. Ideo dicit Dominus Isa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta*. Ad quã requiẽ nos perducat, &c.

Morientibus in statu gratiæ occurrunt angeli sancti.

Animæ ad purgatoriũ non à dæmonibus sed ab angelis deducuntur.

K

QVANTVM ad secundum principale hortatur nos Apost. à fornicationis abstinentia, cum dicit, *Abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam*.

Secunda pars concionis.

Scri-

Scribunt naturales quod circa mare mortuum, sunt pulchræ arbores, pulchra poma, quæ apparentiam ferunt. Et quamuis sunt pulchra & delectabilia exterius: tamen immunditijs & cineribus interius plena. Ita etiam videmus quandoq; pulchrum pomum rubicundi coloris extrinsecus & suauis odoris, & apparet valdè bonum, & tamen intrinsecus latet vermis corrodens: à quo inuenitur totum corrosum interius. Moraliter, per mare mortuum intellige præsentem mundum, sed per arbores intellige mundanos homines. Per poma verò exterius pulchra, & suauis odoris vel saporis intelligitur corporalis concupiscentia, quæ exterius videtur suauis & delectabilis tempore delectationis, tempore tentationis & perpetrationis, & tamen cum scelus fuerit perpetratum, inuenitur interius in corde vermis corrodens conscientiam. Et hoc figuratum est Ionæ 4. postquam Ionas prædicauit subuersionem Niniuæ ciuitatis, egressus est ipse, scilicet ante terminum quadraginta dierum, *& sibimet fecit umbraculum*, scilicet contra æstum solis, *& præparauit Dominus Deus hederam*, scilicet, faciendo eam subitò crescere supra cursum naturæ, *& lætatus est Ionas*. Et sequitur quod *Deus præparauit vermem, & percussit hederam*, corrodendo videlicet radicem. *& tristatus est ille, & petiuit animæ suæ, vt moreretur*. Moraliter.* Ionas interpretatur columba, & significat hominem simplicem, hædera est pax conscientiæ. Si igitur talis simplex lætatur vel delectatur carnaliter, videlicet actũ luxuriæ perpetrando statim præparat Deus vermẽ mordentis conscientiæ, per quam aret hædera, quia turbatur conscientia transeunte actu & remanente reatu. Et ideo valdè fatuus est, qui illum vermẽ non interficit quàm cito potest, quia nisi interficiatur in hac vita, viuet in æternum, iuxta illud Isa. vlt. *Vermis eorum non morietur*. Ideo B. Petrus hortatur nos abstinere à carnalibus desiderijs, cũ dicit. *Abstinete*. In quib⁹ verbis duo facit principaliter, à quibus cauere debemus determinat: Quomodo conuersandũ est cũ hominib. informat.

Mare mortuum præsens mundus.

* Holkot in lib. Sapient. lect. 47.

Luxuriæ peccatum commissum sequitur vermis conscientiam corrodens.

L

PRIMO igitur, à quibus cauere debemus informat & determinat, cum dicit, *Obsecro vos tanquam aduenas, abstinete vos*. Dicunt Astronomi, quod quilibet planeta cœlestis, fortior in propria quàm aliena domo existit, & fortius inde imprimit atque agit. Domus enim planetarũ dicuntur signa cœli, in quibus planeta quilibet dicitur habere domum suam. Nam domus Saturni, vt dicit Albumanasar prima & propria est Capricornus similiter & Aquarius domus Iouis, pisces & Sagittarius domus Martis; Aries & Scorpio domus Veneris; Libra & Taurus domus Mercurij; Virgo & Gemini domus Solis. Leo & Cancer domus Lunę. Et sic patet, quod Sol in Leone, quia domus eius est prima, fortior est quàm in alio signo, & simile est in alijs. Moraliter, caro nostra in mũdo isto est velut in domo propria, spiritus verò tanquã in aliena, quia de cœlo: & illuc tendere nititur, ideò frequenter contingit, quod caro prævalet spiritui, & dominatur ei, eumq; persequitur, & illi resistit sicut figuratum est cum his duobus germanis Esau & Iacob. Esau pilosus signat carnẽ, quæ est superfluis plena, pili enim desideria terrena & carnalia designant, quæ vigent in carne. In cuius signum est, quod Clerici habẽt pilos rasos in summitate capitis & attonsos in circuitu, ad designandũ, quod nullum desideriũ carnis vel terrenorũ debeat inter Deum & mentem ipsorum mediare. Nec etiam debeãt habere affectus nimios ad carnem suã. Esau ergo pilosus, est caro. Iacob verò lenis spiritũ significat. Iuxta illud ad Gal. 6. *Vos qui spirituales estis huiꝰ modi instruite in spiritu lenitatis*. Isti duo germani cęperũt pugnare in vtero matris, & postea Esau cũ factus esset adolescens persecutus est fratrẽ, & nũciauit sibi mortẽ. Gen. 27. dicẽs.

Esau pilosus signat carnẽ. Clerici habent pilos rasos & attonsos, & quare.

Venient dies luctus patris mei, & interficiam fratrem meum. Et certè ad literam in vtero materno caro interfecit ſpiritum per peccatum originale. Sicut conqueritur Dauid Pſal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis &c.* Et continuè poſtea caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, hęc enim ſibi inuicem aduerſantur. Eſau eſt ſenior: & Iacob iunior, quia ad literam caro primo concipitur, & poſtea animatur per ſpiritum, ſecundum Ariſtot. lib. 16. animalium. Embrio in matrice primo viuit, vita animalis, quàm vita hominis. Et 1. Cor. 15. *Non prius quod ſpirituale, ſed prius quod animale, & deinde quod ſpirituale.* Et Sap. 7. *In ventre matris meæ figuratus ſum caro.* Iſte tamen ſenior ſeruire debet iuniori. id eſt, caro ſpiritui, vt in actibus hominis non caro ſed ſpiritus dominetur, iuxta illud Gal. 5. *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Et hic Apoſtolus Petrus. *Obſecro vos, &c.*

M Remedia contra carnis deſideria

Pro quo notandum, quod quicunque vult carnis deſideria refrenare, debet aliqua remedia habere. PRIMVM eſt, mentis ad Deum eleuatio, quia Iacob, cum ab Eſau perſequebatur: monitu matris ſuę fugit in Meſopotamiam. Meſopotamia interpretatur eleuatio cuiuſdam vocationis: & ſignificat cœleſtem patriam, ad quam vocati ſumus licet non omnes electi, quia *multi ſunt vocati, pauci vero electi.* Matt. 20. Cum igitur Iacob, id eſt, ſpiritus vel anima, ab Eſau qui ſignificat carnem perſequitur; debet deuotis orationibus fugere, ad cœli patriam auxilium Dei implorando. Et tunc ſicut Iacob in iſta fuga poſitus in itinere obdormiuit, & capiti lapidem ſuppoſuit, & ſic ſpiritus à ſtrepitu mundi vel carnis ſe ſubtrahit, & in ſanctis ſtudijs & contemplationibus conquieſcit, fundamentumq; totius vitæ ſuæ Chriſtum facit. Dormiendo ergo in ſancta contemplatione ſpiritus, ſcalam vidit erectam in cœlo. Iſta ſcala moraliter, vt dicit Holkot ſuper lib. Sap. lect. 130. eſt pœnitentia, quæ ſtat in terra: quia in hac vita incipitur, ſed attingit ad cœlum, quia facit hominem in morte ad cœlum appropinquare. Matt. 3. *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Iſta ſcala habet ſex gradus, per quos aſcendere conuenit, videlicet *contritionem, confeſſionem, orationem, vigilias, ieiunia, & eleemoſynas*, quæ ſunt partes ſatisfactionis. Iſta figurantur per ſex gradus, quibus aſcendebatur ad ſolium Salomonis. 2. Paralip. 9. Duo latera iſtius ſcalæ, ſunt Spes, & Timor. Debet enim timere peccator, & non præſumere, quia Dauid Pſal. 29. qui præſumpſit dicendo. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Et tamen in deſideria carnis cecidit, dum cum Bethſabeæ adulterium perpetrauit. 2. Reg. 11. Ideo dicit Sapiens, *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Eccl. 5. Debet etiam ſperare ſe poſſe vincere carnem adiutorio Dei, & ſic inter ſpem & timorem, quaſi inter duo latera pœnitentialis ſcalæ debet aſcendere: quia dicit Metriſta.

Si timor eſt ſine ſpe, tunc deſperatio ladit,
Et niſi ſpes timeat, ſtatim præſumptio fiet.
Ergo timor ſine ſpe nec ſpes valet abſque timore.

I. Mentis ad Deum eleuatio.

Scala quam vidit Iacob eſt pœnitentia.

Scala habet ſex gradus, cui innixus eſt Chriſtus.

Timor ſine ſpe, & ſpes ſine timore inanis.

Aſcendentes & deſcendentes angeli ſcalam, ſunt cogitationes noſtræ, quibus interdum cogitamus gaudia paradiſi, quæ Dominus dabit his, qui deſideria carnis vincunt, iuxta illud Apoc. 3. *Qui vicerit*, videlicet deſideria carnis, mundi & diaboli, *veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ.* Cumq; ſic hæc gaudia cogitamus, tunc cogitationes ad inſtar angelorum aſcendunt, iuxta illud Luc. 24. *Cogitationes aſcendunt in corda veſtra.* Si autē cogitamus pœnas inferni, quas Dñs dabit illis, qui in delitijs carnis viuūt, ſecundū illud Apoc. 18. *Quantū glorificauit ſe, & in delitijs fuit,*

fuit, ſcilicet, carnalibus, *tantum date ei tormentum & luctum*, tunc cogitationes noſtræ deſcendunt, iuxta illud Pſalm. 106. *Deſcendunt vſq; ad abyſſos.* Huic ſcalæ & Dominus eſt innixus, quia pœnitentes expectat & vocat, dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Matt. 6. Anima vero deuota, quæ ſic dormiendo ad Deum per inuocationem eleuatur, cum Iacob audit Dominum dicentem ſibi. *Terram in qua dormis; dabo tibi & ſemini tuo.* Gen. 18.

Moraliter, terra in qua anima dormit eſt caro vel corpus de terra factum. Iuxta illud Gen. 3. *Terra es & in terram ibis.* Et hanc dabit Dominus animæ, quando caro conſentiens rationi, ſpiritui nouerit ſe ſubijcere. Vt dicatur illud Gen. 16. *Ecce ancilla*, id eſt, *caro, in manu tua eſt.* Spiritualiter autem per terram intellige terram viuentium. In hac terra nunc dormit anima per contemplationem, ſed hanc dabit ſibi poſtea, vt requieſcat in ea per ſempiternam fruitionem aut poſſeſſionem, vt tunc dicat cum Pſalmo. 141. *Portio mea Domine in terra viuentium.*

N II. Corporis edomatio.

SECVNDVM remedium eſt corporis edomatio, quæ debet fieri in iuuentute, quia ſtultus eſſet, qui non domaret equum ſuum, vſque dum ſenex eſſet, cum donare non poſſet. Sic qui non domat carnem ſuam in adoleſcentia ſua, ſed nutrit eam delicatè, ita quod non poteſt eam poſtea tenere, proijcit eam in lutum peccati, quia dicitur Prou. 19. *Qui delicatè nutrit ſeruum*, id eſt carnem ſuam vel corpus, ſecundum Gloſſ. interlinearem, quod debuerat rationi ſubiugari, tanquam domino ſuo, *poſtea ſentiet illum contumacem*, id eſt, laſciuum & indomabilem.

O

Qualiter dometur equus in iuuentute, docet Pet. de Creſ. lib. 9. cap. 7. dicens. Qui vult domare vel morigerare equum, primo adhibet ei frenum leuiſſimum, cuius morſus vulgariter Ein gebiß / ſit melle vel alio dulci liquore peruncti: nam tale frenum facilius & acceptabilius ſuſtinebit, & propter dulcedinem iteratò libenter accipiet. Et poſtquam frenum ſine difficultate acceperit, aliquibus diebus ſerò & manè ducatur ad manum, donec optimè ductorem ſequatur. Deinde abſque ſtrepitu ſellæ quam leuius poterit, equitetur pauliſper, & paruo paſſu à dextris & à ſiniſtris ſæpè voluatur, & omni die per loca plana & non ſaxoſa, de manè vſque ad meridiem equitetur. Cum vero ſine ſella fuerit equitatus, tunc ſuauiter ſine ſtrepitu eidem ſella imponatur, & cum ea leuiter ducatur. Moraliter, per equum intellige corpus noſtrum, quod vt ait Dauid in Pſ. 32. *Eſt fallax equus ad ſalutem.* Hunc equũ, qui voluerit in adoleſcentia domare, primo debet ei frenum leue adhibere. Per frenum leue intellige vno modo correctionem moderatam, quæ debet eſſe peruncta melle ſapientiæ ſpiritualis & diſcretionis.

Frenum ſignificat correctionem moderatam.

Refert enim Cæſ. in dialog. lib. 12. cap. 29. Quidam adoleſcens ſanctus & nouitius in quadam domo ordinis Ciſterc: ita indiſcretè ſe habuit, & ita ſingularis fuit, vt abbas ei timeret, & eum pro indiſcreto feruore ſæpius argueret. Ille verò ſalutaribus monitis non acquieſcens in pertinacia ſua perſeuerauit, ſicque poſt multos annos ipſe defunctus eſt. Nocte verò quadam, cum Abbas in ſuo ſtallo ſtaret, & cõtra Presbyterium proſpiciens tres perſonas, quaſi tres candelas ardentes ad ſe venire vidit. Quibus propius accedentibus, cognouit omnes: tunc Abbas memor pertinaciæ prædicti adoleſcentis; interrogauit eum dicens: Quomodo habes? Et ille dixit, bene: Et Abbas. Nunquid aliquid paſſus es pro inobedientia tua? Ille ait, maxima & multa tormenta, ſed intentio mea licet indiſcreta fuerat, tamen Dominus miſertus

Exemplum de iuuene qui propter inobedientiam pœnas purgatorij ſuſtinuit.

Purgatorij graues pœ-

nas sustinuit inobediens Abbati.

sertus est mei: nec sum damnatus, licet plura passus sim. Ecce quod ille, qui in sua iuuentute adhibuit corpori suo frenum immoderatè, & indiscretæ correctionis & abstinentiæ pœnas purgatorij passus fuit. Ideo nos vngamus hæc frena correctionũ cum discretionis melle & spiritualis sapientiæ, vt sapienter corpus in principio castigemus, quia talia frena correctionis moderatæ, faciliter sustinebit. Ideo B. Gregor: super illud Iob. 30. *Versa est in luctum cythara mea*: dicit. Si chorda in cythara tenditur nimium, minus sonat: si amplius, rancè sonat. Tanto sibimet debet quisq; moderamine præesse, vt ad culpam caro non superbiat, & tamen ad officium rectius in operatione subsistat.

P

Frenum mel le discretionis perungẽdum.

Alio modo potest per frenum intelligi abstinentia, qua victualia, quibus corpora lasciuiunt, subtrahuntur, de quo Dominus per Ezech. 29. *Imponam frenum maxillis tuis.* Sed hoc frenum debet perungi melle discretionis, vt discretè à superfluis abstineat ne corpori noceat. Ideo dicit Gregor: super Ezech. Homil. 7. partis secundæ. In hoc mundo cum nostris tentationibus nascimur, & caro aliquando nobis adiutrix est in bono opere, aliquando seductrix in malo, si ergò ei plusquam debuimus, tribuimus: hostem nutrimus, & si necessaria ei, quæ debemus, non reddimus, ipsam necamus. Satianda itaq; est caro. Sed ad hoc, vt in bono opere nobis sufficiat. Nam quisquis ei tantum tribuit vt superbiat, satiari penitus ignorat. Hæc ille. Ideo debet homo imponere corpori suo frenum moderatæ correctionis & etiam refectionis, & hoc frenum sine difficultate accipiet, quo facto, debet ipsum manè & serò spiritus ducere ad bona opera ad voluntatem suam, & sine sella austeræ castigationis, quia nondum potest eam sustinere, & debet corpus volui nunc à dextris prosperitatis: interdum à sinistris aduersitatis: vt se æquanimiter in his habeat, & tandem cum assuefactum est in illis, potest sibi imponere sellam duræ castigationis & paucæ refectionis, sicut fecit sanctus Germanus nobilissimus dux Burgundiæ & postmodum Episcopus, qui corpus suum per triginta annos ita afflixit, vt nunquam panem frumenti, non vinum, non legumen, nec sal pro sapore sumeret. Bis tamen in anno, in Pascha & Natali bibebat vinum, quod tamen sic limphatum sumebat, vt modicum de sapore vini remaneret. In refectione primò cinerem, deinde panem hordeaceum comedebat. In hieme & æstate, nullam vestem præter tunicam & cucullam habebat, quam nisi alicui daret, nunquam exuebat, quousque contritione solueretur. Lectus eius cinere & cilicio, & sacco ornabatur, nullum puluinar ad caput vel humeros leuabat, sed semper gemens sanctorum reliquias in collo portabat.

Exemplum de S. Germano.

Austeritas S. Germani Episcopi.

Deuotio S. Germani erga reliquias sanctorum.

Q

III.

Laboris exercitatio.

TERTIVM remedium, laboris est exercitatio, quia carnalia vitia & desideria assiduitate laboris remouentur. Cuius exemplum patet in capreolo; Dicunt enim naturales, quod velocitate motus & assiduitate cursus, caro capreoli à superfluitatibus expurgatur, & saporis & odoris grauitas ab eorum carnibus amputatur, & teneriot & digestibilior efficitur. Sic etiam ex solicitudine boni operis, & assiduo motu laboris, caro nostra à vitiorum carnalium passionib. & delectationib. expurgatur, quorũ nutrimentum est otium. Ideo dicit Sapiens, Eccl. 33. *Mitte seruum*, id est carnem, *in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otiositas.* Et B. Hieron: in sermone: Semper aliquid operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Non enim facilè capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio. Ideo dicit Seneca, epistola octaua. Nullus mihi per otium dies abit, partem noctium studijs vendico, non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos cadentesq; in opere detineo.

Otium nutrimentum vitiorum carnalium.

Se-

Digitized by Google

SECVNDO ergò, quomodo cum hominibus conuersandum est, informat cum dicit. *Conuersationem vestram inter gentes bonam habentes.* Pro quo nota, quod conuersatio nostra bona, assimilatur arcæ Noë, propter quatuor. Vt dicit Anselm: lib. 9. capit. 14.

R
Conuersatio bona assimulatur arcæ Noe propter quatuor.

PRIMO, ratione structuræ, quia arca fuit à Noë constructa & fabricata, Gen. 6. vbi dixit Dominus ad Noë. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis.* Noë interpretatur requiescens, & significat hominem iustum & humilem, qui est requies Spiritus sancti, iuxta illud Isa. 57. & vlt. *Super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem?* Hic ergo vt requiescat in domo propriæ conscientiæ, & si tutus ab inundatione, aquarum, id est, ab impetu tentationum & tribulationum, sibi arcam faciat, per quam intelligo bonam conuersationem. De quo Psal. 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* Arca enim sanctificata Deo: vt inquit Ansel: est conuersatio bona ad Deum, quia dicitur esse requies Dei, quia secundum Deum mens in ea requiescit.

I.
Ratione structuræ.

Arcæ similatur bona cõuersatio, & qualiter arca fuit disposita.

SECVNDO assimilatur Arcæ ratione materiæ, quia illa arca facta fuit ex lignis leuigatis bituminatis & quadratis. Per ligna leuigata intelliguntur opera bona, pura intentione facta. Per bitumen verò intelligitur charitas, quia sicut bitumen duos asseres, siue res coniungit simul, sic charitas Domini cum homine, vel hominem cum homine connectit. De hoc dicitur Gen. 6. *Bitumine linies extrinsecus & intrinsecus.* quasi diceret. Charitatem habebis exterius in opere, & interius in corde, quia absq; bitumine in periculo esset anima, & aqua tribulationum eam penetraret. Sed tunc sunt ligna arcæ bituminata, quando opera sunt bona charitate formata, quod valde necessarium est, quia dicitur Iac. 2. *Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus,* Glo: charitate formatis, vel dilectione operante mortua est, non solum fides, sed & aliæ virtutes sine charitate nihil valent, quia ipsa est mater omnium virtutum, vt dicit Ambros. super illud Rom. 14. *Vnusquisq; in suo sensu abundat.*

S
II.
Ratione materiæ.

Charitas in corde & opere habenda.

Charitas omnium virtutum mater.

Per ligna verò quadrata intelligitur mens stabilita, quia sicut corpus quadrum residet firmum, sic mens in bona conuersatione debet firma atque stabilis semper esse. Et hæc stabilitas perpenditur *primo* ex grauitate & æquanimitate fortunæ, quod videlicet homo in vtraque fortuna maneat stabilis in sua conuersatione, quia dicit Tullius. Præclara est æqualitas in omni vita. *Secundo* attenditur circa ea, quæ desiderantur, de his dicit Senec. in epist. Ante omnia hæc cura, vt constes tibi, & quoties experiri voles, an aliquid actum sit, obserua in eadem, velis hodie quæ & heri. Mutatio voluntatis inducit animum natare atque alibi apparere, prout tulit ventus: non vagatur quod fixum atque fundatum est. Nam quidam adeo instabiles sunt, vt de quolibet tali dicatur illud Poëtæ.

T
Firma stabilitas mentis in bona conuersatione necessaria.

Quod petijt spernit, repetit quod nuper omisit.

Tertio attenditur circa locum, quia stabilitas loci multum facit ad stabilitatem animi. Quia dicit Bernardus, ad fratres de monte Dei: Impossibile est hominem fideliter in vno figere animum suum, qui non prius alicui loco perseueranter affixit corpus suum. Nam qui ægritudinẽ animi sui migrando de loco ad locũ effugere nititur, sic est, qui fugit vmbrã corporis sui, seipsum fugit, seipsum circumfert, locum mutat, non animum, eundem vbiq; se inuenit, vbiq; deteriorem facit ipsa murabilitas, sicut lædere solet ægrum, qui circumferendo concutitur. Et Sen: in epist. Animum debet

Stabilitas loci stabilitat animum. Murabilitas hominem deteriorem facit.

Digitized by Google

debet mutare non locum. Quid miraris? Nihil tibi peregrinationes prodeſſe cum te circumferas, premit te cauſa eadem, quæ expulit. Onus animi tui deponendum eſt, non autem vllus placet tibi locus, cum vadis huc atque illuc, vt excutias inſidens pondus, quod ipſa iactatione incommodius fit, idem primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo poſſe conſiſtere & ſecum morari. Lapis quadratus ſtabilis eſt ſic homo bene ordinatus eſt ſtabilis, è contrario malè ordinatus eſt inſtabilis. Et poëta.

Onus animi depone, ſi vis eſſe quietus.

Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt.

Et ſeneca, Non conualeſcit planta, quæ ſæpe transfertur.

V

Stabilitatem ſuadet ſcriptura.

Ad loci ſtabilitatem multum hortatur ſcriptura Eccleſ. 10. *Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcenderit: locum tuum ne dimiſeris.* Eccl. 11. Ne manſeris in operibus peccatorum, confide in Deo, & mane in loco tuo, facile enim eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem.

III.

Ratione formæ.

Arca Noe memoria eſt paſſionis Chriſti.

TERTIO, conuerſatio bona aſſimilatur arce Noë ratione formæ. Circa quod *primo* attende menſuram dimenſionum. Habebat enim longitudinem trecentorum cubitorum, latitudinem quinquaginta, & altitudinem triginta, ſuperius autem erat in vno cubito conſumata. Moraliter igitur longitudo arcæ eſt memoria paſſionis Dominicæ, quam Tau figura repræſentat, quæ trecenta ſignificat. Vel longitudo arcæ eſt perſeuerantia in continuatione boni operis, de qua dicit Bern: in epiſt. Studete perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur. Latitudo autem arcæ eſt dilectio Dei & proximi, amici & inimici, quæ in quinquaginta cubitis deſignatur, quia quinquageſimo die à paſſione Chriſti datus eſt Spiritus ſanctus, per quem, vt dicit Apoſtolus Ro. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris*, Altitudo eſt ſpes & deſiderium ſeculi venturi, quæ ſpes ſignificatur in triginta cubitis. Ter enim decem faciunt triginta. In ternario verò triplex ſpes deſignatur, videlicet de venia, de gratia, & de gloria.

X.

Spes ſine meritis non eſt ſpes ſed præſumptio.

In denario hoc addito adimpletio decalogi, vt videlicet adſit nobis impletio decalogi, ſub ſpe prædicta triplici. Alioquin ſpes ſine meritis vel operibus non eſſet ſpes vera, ſed præſumptio. Conſummatio autem in vnum cubitum eſt, vt motus & affectus in Deum dirigantur, ſicut dicit Pſal. 83. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Vel hæc fit in perfectione conſiliorum, de quo Matth. 19. *Adhuc vnum tibi deeſt, ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni ſequere me.* Dicitur autem cubitus ille fuiſſe arcæ geometricus, qui valet ſex vſuales, ad oſtendendum, quod per ſex opera miſericordiæ ad vnitatem perfectionis diuinæ conſolationis & ſupernè aſcenditur. *Secundo*, in forma arcæ conſidera aperturam locorum. Habebat enim in duobus locis aperturam, vnam ad lumen recipiendum, ſcilicet feneſtram vnam, aliam à latere ad oſtium ingrediendum. Feneſtra autem eſt gratia, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1. De hac dicitur in Pſalm. 25. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Idcirco pete cum Pſalm. 12. dicens. O gratia Dei *illumina oculos meos*, ſcilicet mentis, *ne vnquam obdormiam in morte.* Vel forſitan feneſtra eſt intellectiua, per quam lumen ſapientiæ & ſcientiæ ſuſcipimus, quia dicit Ariſt. 3. Retho. Intellectus eſt lumen, quod Deus infudit animæ.

Operibus miſericordiæ ad perfectionem peruenitur.

Y

Oſtium eſt

Sed oſtium eſt liberum arbitrium, quod aperit primò gratia, ſicut de hoc dicit Magiſter Sent. lib. 2. diſt. 27. ca. 10. Illa autem gratia præueniens, quæ & virtus eſt, non

Digitized by Google

non vſus liberi arbitrij eſt, ſed ex ea potius eſt bonus vſus liberi arbitrij, quæ nobis eſt à Deo, non à nobis. *Et ſubdit.* Hoc meritum ex illa puriſſima gratia prouenit, quod Apoſt. notauit 1. Cor. 15. dicens. *Gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia Dei in me vacua non fuit.* Super quem locum Auguſt. ita ait. Rectè gratiam nominat, primum enim ſolum gratiam dat Deus, & non niſi gratiam: cum non procedant niſi mala merita, ſed poſt per gratiam incipiunt bona merita. Et vt oſtenderet etiam liberum arbitriũ, addit: *Et gratia eius in me vacua non fuit.* Et ne ipſa voluntas putetur ſine gratia Dei aliquid boni poſſe, ſubdit. *Non autem ego ſolus*, ſcilicet, ſine gratia: *ſed gratia Dei mecum*, id eſt, cum libero arbitrio. Et hæc ſubdit Magiſter planè: cum data fuerit gratia, incipiunt eſſe noſtra merita bona, per illam tamen, quia ſi illa defuerit, cadet homo. liberum arbitrium.

Tertio, conſidera diſpoſitionem, & diſtantiam manſionum. Nam ſecundum Auguſt. ſuper Gen. arca fuit interius bituminata. Nam in inferiori manſione ſuper tabulatum ſentinæ fuit duplex camera, quarum vna dicebatur ſtercoria, alia verò apothecaria. Sed ſupra iſtam fuit alia manſio ſuperior, quæ habebat tres cameras; duæ Cameræ laterales erant, vna immitium animalium & ſerpentum, altera mitium, media autem camera erat hominum & auium. Oſtium autem erat, vbi bicamerata & tricamerata coniungebantur.

Moraliter hoc exponit Anſel. ſic, quod bicameratio arcæ attenditur in delectatione ſenſualitatis, quæ maximè inuenitur in actibus duarum potentiarum vegetatiuæ partis, ſcilicet, propagatiuæ ſiue generatiuæ, quantum ad actum venereum, & iſta eſt ſenſitiua ſtercoraria; & partis nutritiuæ ad eſum, & iſta eſt apothecaria. Tricamerata autem attenditur in ratione, cuius tres ſunt vires, ſcilicet, iraſcibilis, quæ deteſtatur malum, & iſta eſt inhabitatio immitium paſſionum, vt iræ, audaciæ, & huiusmodi. Et hæ vires dicuntur rationales, non per eſſentiam, ſed per participationem, ſecundum Philoſ. 1. Ethic. in quantum ſcilicet nata ſunt rationi obedire. *Tertia* eſt rationalis, quia per eam ratio vocatur, & hæc eſt, quæ diſcernit bonum, honeſtum & verum; & hæc dicitur habitatio hominum, ſcilicet actiuorum & auium, ſcilicet contemplatiuorum, quorum primi reguntur prudentia, ſecundi ſapientia eleuantur.

Alij ſunt, qui dicunt huiusmodi cameras arcę fuiſſe diſpoſitas ſolum in altitudine, dicunt enim, quod inferius in fundo erat ſentina ſiue ſtercoraria, ſuper quam apothecaria erat, & ſuper hanc erant immitia animalia. Et oſtium erat in medio vbi apothecaria coniungebatur cameræ immitium, ſuper hanc autem habitatio hominum & auium. Et ideo moraliter per ſtercorariam poteſt accipi peccati in animæ fœtentis deteſtatio: per apothecariam lacrymarum effuſio, per quam diabolus ſuſcitatur ad impugnandum. Et ideo ſequitur habitatio immitium, id eſt multiplicatio tentationum. Sed quia Deus adiuuando, conſolando ſubuenit, ſequitur habitatio mitium, id eſt, gratia conſolationum, quia poſt tribulationem conſolationem infundit. Tob. 3. poſt ea ſequitur habitatio hominum, id eſt, exercitatio actiuorum & auium, id eſt, perfectio contemplatiuorum. Z

Poſt tribulationem infundit Deus conſolationem.

QVARTO, ſimulatur bona conuerſatio arcæ Noë, ratione clauſuræ, quia ingreſſo Noë in arcam cum his, qui debebant ingredi, incluſit eum Dominus deforis, vt inundatio diluuij non noceret eis. In quo docetur homo iuſtus, quod ſi inundauerit diluuium carnis: intret arcam tranquillæ mentis. Et licet circumfluant torrentes iracundiæ, flumina luxuriæ, voragines gulæ, & licet ebulliant torrentes tentationum, abyſ-

Bona conuerſatio aſſimilatur arcæ, Quando tẽtationum

Digitized by Google

torrentes insurgunt, ad arcam Noe fugiendum.

sus cupiditatum, maria tribulationum intret cum Noë cum gaudio in arcam, scilicet quietus animus clauso foris silentij ostio, possidet animam. Et quantò magis caro laborat in actione, tantò plus spiritus sublimius volat in contemplatione: sicut patet de Paulo: qui *plus omnibus laborauit in fame, siti, frigore, & nuditate*, & tamen volauit mens sua in contemplatione, ad Philip. 3. cum dicit, *Nostra conuersatio est in cœlis*. Ad hos cœlos perducat, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo Secundus.

Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ioan. 16.

A DIcit Solinus in libro de mirabilibus mundi. Cignus dum viuit, gemit iugiter & tristatur, cum enim moritur, confestim canit amenissimè & lętatur. Leo verò moriens vberrimè quidem plorat. Idem dicit Ambrosius in Hexam. de cigno. Cignus instante morte penna in cerebro infixa canit, & contra morem omnium animalium pro gemitu cantum reddit. Moraliter, per cignum intellige quemlibet hominem fidelem, sanctum & deuotum, quia cignus habet pennas plurimas candidissimas, omni colore alio vel nigredine impermixtas, sed carnem habet nigram & ad dirigendum duram. Per pennas vno modo significantur præcepta charitatis, iuxta illud Psal. 138. *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris*, quasi diceret. Si præcepta charitatis implere studuero. Est enim præceptum de charitate Dei, de dilectione proximi, de dilectione parentum & amicorum, quæ omni bono implentur in hac vita, & ornantur illis, sicut cignus pennis albis. Alio modo per pennas intelligo virtutes morales. Iuxta illud Psalm. 67. *Penna columbæ deargentatæ*, quasi diceret, habere in virtutibus vestris mansuetudinem simplicitatis, & prudentiæ claritatem: & illarum virtutum sunt vndecim, vt supra Dominica I. post Pascha Serm. VI. D. Et his omnibus, sancti & boni in hoc mundo velut pennis ornatè teguntur. Caro verò ipsorum ad literam nigra est, ex castigatione & solis vstione. Sicut legitur de carne S. Hieronymi, quæ ex solis ardore quasi adusta videbatur, & sic de multis alijs. Isti igitur sancti & deuoti natantes in mari huius mundi gemunt iugiter & tristantur, in morte autem & post mortem gaudent æternaliter & lætantur, sicut legitur de S. Elizabeth, quod tempore mortis appropinquante, quo Dominus dilectam suam vocare voluit de hoc mundo, audita est vox dulcissima. Interrogante ancilla sua, quid hoc esset, respondit; Vna auicula inter me & parietem se ponens, suauiter cecinit, & me ad cantandum prouocauit.

Cignus significat homines deuotos qui in hac vita sua peccata defleut.

Exemplum.

Refert etiam Apiarius lib. 2. cap. 25. part. 8. de quadam matrona, quæ erat in partibus Brabantiæ, dicens. Istam nunquam lætam vidimus, nunquam ridentem, nisi cum manus liberas ad egenos extendere potuisset: Sed quid contingit, hæc multo tempore elanguit, lecto iacens die ac nocte, & septem horis, quæ Canonicæ nuncupantur, auis mirę pulchritudinis & decoris, eam dulcissimis & ineffabilibus vocibus annis pluribus consolabatur, & hæc ipsa confessori suo dixit. Cumq; quæreret ab ea, cuius auis voces imitari illa volucris videretur: nihil, inquit, in terris est, quod illius posset vocibus comparari. Nec solis auribus delector in illis, verum etiam ad cor interius transfunditur modulamen, & ex eo spiritus meus ad delitias æternales desiderantius

Auis mirę pulchritudinis consolatur matronā plurimis annis.

Digitized by Google

rantius excitatur. Ecce qualiter ſancti, boni, & virtuoſi in hac vita triſtantur, ſed in morte lætantur. Sed è contra homines mali & peruerſi hic *lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Prouer. 2. Sed in fine vitæ triſtantur, *quia in puncto ad inferna deſcendunt.* Iob 21. & hoc commemorat Dominus in verbis allegatis, in quibus tria principaliter tanguntur. *Primo*, iuſtorum in præſenti vita tribulatio, ibi. *Plorabitis, &c. Secundo*, impiorum gaudium & exultatio, ibi. *Mundus autem gaudebit. Tertio*, electorum in futuro conſolatio, ibi. *Sed triſtitia veſtra vertetur.*

B
De iuſtorum tribulatione.

Quantum ad PRIMVM ponit iuſtorum in præſenti vita tribulationem, cum dicit, *plorabitis & flebitis vos.* Ambroſ. in lib. exame. 13. dicit. Media quidem æſtate mox aues à cantu deſiſtentes, ſuo mœrore triſtantur, & ab aſpectu hominum ſe abſcondunt. Moraliter, per aues intellige homines cœleſtes, ſed per æſtatem, vitam gratiæ in præſenti. Sicut igitur à cantu in æſtate deſiſtunt aues, ſic à gaudijs in præſenti ceſſant homines, & fletibus inſudãt, & horum fletuũ aliquæ ſunt cauſæ. PRIMA prouenit ex miſeriarũ multimodarũ inuolutione, ſunt autem varię miſerię in hoc mũdo.

Miſeriarum cauſæ variæ.

I.
Pœnarum paſſio.

PRIMO, quædam ſunt in pœnarum paſſione, homo enim in ſtatu innocentiæ nullas patiebatur pœnas, nullas miſerias, nullos defectus, quia vt dicit Chryſoſt. Homo ſi in paradiſo innocenter vixiſſet, nec ignis eum vreret, nec aqua mergeret, nec abſentia aëris ſuffocaret, nec omnia quæ nocent mortalibus, impedirent. Sed heu Adã non perpendit, ſed in vno peccato actuali plura peccata cõmiſit, vt clarè deducit B. Aug. in Enchiri: c. 26. & 27. & allegatur à Magiſtro li. 2. diſ. 33. ca. 3. Poſſunt, inquit, intelligi plura peccata in vna transgreſſione Adæ, ſi in ſua, quaſi membra diuidatur. Nam & ſuperbia eſt illic, quia homo in ſua potius eſſe, quàm Dei poteſtate dilexit; & ſacrilegium, quia Deo non reddidit; & homicidium, quia ſe in mortem præcipitauit; & fornicatio ſpiritualis, quia integritas mentis humanę ſerpentina perſuaſione corrupta eſt; & furtũ, quia cibos prohibitos vſurpatus eſt; & auaritia, quia plus quã ſufficere illi debuit, appetiuit, Hæc ille. Ex quo in vna tranſgreſſione tanta & tam magna peccata perpetrauit, ideo cum varijs miſerijs & pœnis à paradiſo expellendo afflixit & plagauit, dicens. Gen. 3. *In ſudore vultus, &c.* Has miſerias & pœnalitates nõ ſolum ipſi ſuſtinuerunt, ſed in ſuos filios & filias deriuauerunt, vt dicitur Iob 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs.* Repletur n. miſerijs, tàm in anima quàm in corpore, quam à creaturis ab extra. In anima quidem habent impotentiam ad bonum faciendum, concupiſcentiam ad malum appetẽdum, ignorantiam ad diſcernendum, quia Gen. 8. *Senſus & cogitatio generis humani proni ſunt ad malum ab adoleſcẽtia ſua*, ideò dicitur de pe. diſt. 2. §. Charitas prope finẽ. Omnis creatura ſub vitio eſt, in corpore autẽ patitur famem, ſitim, frigus, æſtũ, morbũ, & multas miſerias, & demum mortẽ, & hæc ſunt vincula hominis, vt ſupra dixi parte I. Fer. VI. poſt Lætare Z. O. Et propter illas miſerias tã animæ quam corporis flebat Innoc. Papa de vitæ humanæ conditione li. 1. c. 1. Quis, inquit, det oculis meis fontem lacrymarũ. Require ſupra Dominica I. Ser. VIII. E. Et infra eodem. C. V. Felices illi qui moriuntur antequam oriuntur, prius autem mortem ſentientes, quàm vitam ſcientes.

Miſeriæ quibus homo repletur.

C
II.
Malorum perturbatio.

SECVNDÆ miſeriæ, quas boni patiuntur propter quas meritò flent in hac vita ſunt, in malorum perturbatione. Quantum n. mali bonos in hac vita perturbant, certè docet experientia quotidiana. Nam dicit Apoſt. 2. Tim. 3. *Oẽs qui piè viuere volunt in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur*, ſcilicet à malis hominib. Ideo Auguſtino cum

prouincia sua ab impijs erat obsessa, lacrymæ erant sibi panes die ac nocte. Similiter Victorinus Episcopus ob hanc causam quasi flebiliter scripsit ad B. Augustinum Episcopum in hæc verba.

Venerabili patri Augustino Victorinus in Domino salutem. Noueritis quod tota nostra prouincia à barbaris est obsessa & tot malis & flagellis percussa, vt multi Christiani mihi insultent & dicant; Vtinam nomen Christi nunquam fuisset diuulgatum, & per mundum prædicatum, quia post diuulgationem illius nominis, pluribus malis affectum est genus humanum quàm antè. Nam antè totus mundus regebatur sub vno principe & summa pace fruebatur, ita vt impletum esse dicant, quod ait propheta, *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.* Nunc autem tali nomine diuulgato, lites, & guerræ, & discordiæ insurgunt, vt ferè non sit aliqua pars in toto orbe, quæ sit in pace. Rogo igitur pater, vt super his malis aliquos longos tractatus & prolixum librum facere digneris, quia talibus obiectionibus non valeo respondere. Cui sic respondit Augustinus in epistol. 62.

Christianorum quorūdam querelæ tempore persecutionis. Isa. 2.

Literæ tuæ, clarissime Victorine, grandi labore repleuerunt cor meum, quibus petisti, vt prolixo opere aliquo respondeam, cum talibus malis magis prolixi gemitus, quàm prolixi libri debeant adhiberi. Exclamandum ad Deum, vt non secundum merita nostra faciat nobis, sed secundum suam misericordiam liberet nos à tantis malis. Et post pauca in hac epistola vult, quod Deus his pressuris tanquam in torculari non cessat ab infidelibus fideles, sicut oleum ab amurca exprimi & liquari. *Et subdit.* Illis enim qui contra Christianam fidem querelas impias iactare non quiescunt, dicentes quod antequam illa doctrina per mundum prædicaretur, tanta mala humanum genus non patiebatur; facilè est exemplo respondere, Dominus enim dixit, Lucæ 12. *Seruus nesciens voluntatem Domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit paucis; seruus autem sciens voluntatem Domini, & non faciens digna, vapulabit multis.* Non enim est mirum si Christianis temporibus iste mundus, tanquam seruus sciens iam voluntatem Domini, & non faciens digna plagis vapulabit multis. Attendunt quanta celeritate Euangelium prædicatur, & non attendunt quanta peruersitate contemnitur. *Et subdit.* Serui autem Dei & sancti, mala temporalia ab inimicis patiuntur, habent consolationes suas, & spem seculi futuri. Quia dicit Apostolus ad Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in vobis.* Hæc Aug.

Gemitus potius quam prolixi libri talibus malis adhibēdi.

Fideles ab infidelibus sicut oleum ab amurca Deus separat.

Mala patienda propter spem futuri seculi.

D Secunda causa flendi est culparum consideratio.

SECVNDA causa flendi in hac vita est, ex culparum consideratione. Sancti enim viri & homines qui carent proprijs, flent tamen de alienis, & hoc propter compassionem, quam habent de perditionibus eorum. Sicut B. Ambr. qui cum audisset peccatum alicuius in confessione, adeo fleuit vt illum secum flere compelleret. Et quidam sanctus vir vt legitur in vitas Patrum, cum vidisset ornatū cuiusdam mulieris curiosū flens dixit. Ignosce mihi omnipotens Deus, quia vnius diei ornatus huius meretricis superauit totius vitæ meæ industria ornamenta. Interrogantibus autem causam dixit flens, duæ res me mouent. Vna, de illius perditione, Alia de mea remissione, quia non habeo tantum studium placendi Deo, quantum habet illa ad placendum hominibus malis & diabolo. Hi autem qui habent propria peccata deflere, magnam habent causam flendi & plorādi, sicut Petrus, qui recolens peccatū suum trinæ negationis *fleuit amarè.* Matt. 26. Sic fleuit Maria Magdalena, quæ *septem dæmonibus fuit plena*, vt fletib⁹ suis pedes Dominicos irrigaret. Luc. 7. O si peccator animaduerteret mala, quæ per pecca-

Exemplum de sene qui curiosæ mulieris habitū aspexit.

Digitized by Google

peccatum incurrit, fleret vtique in præsenti, ne haberet materiam flendi in futuro. Nam per peccatum homo Deum offendit, consortium angelorum & sanctorum amittit, & suffragia Ecclesiæ perdit, animam per peccatum interficit, diabolo se subijcit, & in infernum se submergit. Quis ergo peccator habet adeo durum cor, quod possit se continere à fletu, qui aduertit hæc mala, quæ peccatum adducunt? Circumspice vndique ex omni parte inuenies damna. Si respicis sursum inuenies tibi Deum offensum, & cœlum clausum. Si deorsum, infernum apertum. A dextris, consortiũ bonorum perditum. A sinistris, consortium malorum afflictiũm. Ante te mortem quia si tu mortuus fueris in peccatis damnaberis; post te damnum, quia suffragia ecclesiæ & sanctorum nunquam tibi prodesse possunt. Hæc Iordanus in suis postill. Damnum quod patitur qui peccat.

E

TERTIA causa hic flendi est ex proximorum compassione, & hæc compassio fit interdum ratione casus eorum & peccati, quia dicit Philosophus. Cum Elephas, qui etiam grandi arbori & maximæ palmæ se appodiat, quandoque arborem frangit & in terram cadit, qui casum suum irrecuperabilem videns, miro modo barrit, ad cuius barritum multitudo iuuenum Elephantum accedit, & ei compatiuntur barriendo, & subitò elephantem qui senior est pro viribus eleuant, & vt eum erigant miro affectu se inclinant. Moraliter, homo quiescere volens tunc arbori se appodiat quãdo delectationi peccati inhæret, vt desiderio suo satisfaciat. Sed arbore fracta cadit, quia mundo deficiente, vel delectatione transeunte, in aduersitatem vel peccatum ruit, & tunc casum cognoscens debet barrire, id est, auxilium aliorum implorare, clamando ad sanctos, vel ad homines pios & humiles, & tunc illi debent ei compati & iuuare pro posse vt subleuetur, vt hortatur Tullius. Si videris aliquem cadentem siue casurum, non ride, sed ei præbe te compatientem. Et Sapiens. *Si vnus cecidit, ab alio fulcietur.* Eccles. 4. Ideo compassionem suam ergò afflictos ostendens Iob. ait cap. 30. *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Hæc etiam passio attenditur non solum de casu in peccatum vel in culpam, aut super rerum inopiam, sed etiam super calamitatibus corporis, & quod plus est super perditionem animæ. Quia dicit August de pe. dist. 3. c. sunt plures. §. pœnit. Sciat se culpabiliter durum, qui deflet damna temporis vel mortem amici, & dolorem peccati nõ ostendit in lacrymis. *Et iterum dicit idem.* Sunt ne in te viscera Christianæ compassionis, qui plangis corpus à quo recessit anima, & non plangis animam à qua Deus recessit? Tertia causa flendi est proximorum compassio. Peccasti? auxilium sanctorum implora vt resurgere possis. Calamitatibus corporis & animæ cõpatiendum.

F

QVARTA causa flendi hæc est, ex cœlestis patriæ dilatione, Ille fletus figuratus est in filijs Israel. qui dixerunt in Psalm. 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Babylon interpretatur confusio, & significat fluxibilitatem præsentis mundi, in quo homo multiplicem per peccata acquirit confusionem. Sion autem interpretatur speculatio, & significat cœlestẽ patriam, vbi speculamur vultum Dei, quia ibi *Regem in decore videbunt.* Esa. 33. Nos igitur qui adhuc sedemus super fluxibilitatem præsentis incolatus, quando recordaremur super cœlesti Sion, meritò fleremus. Sic flebat Dauid Psalm. 41. *Fuerunt mihi lacryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus.* Et B. Gregor: super illud Iob. 3. *Antequam comedam suspiro:* dicit, Luctu suo anima pascitur, cum flendo ad Quarta causa flendi est patriæ cœlestis dilatio.

ſuperna gaudia ſubleuatur, & intus quidem doloris ſui gemitum tolerat. Sed eo refectionis pabulum præparat, quo vis amoris lachrymosè manat.

Pars ſecũda concionis. G

QVANTVM ad SECVNDVM ponit impiorum gaudium ſiue exultationem, cum dicit, *Mundus quidem gaudebit.* Pro quo notandum, quod mundus iſte ſignificatur per mare, per quod filij Iſrael tranſierunt ad terrã promiſſionis. Sap. 10. & hoc propter tria. *Primo* propter inquietudinem tempeſtatis: in mari enim eſt abundantia fluctuum & ventorum, vnde qui ſunt in mari ſemper ſunt in periculo. Iuxta illud Eccleſ. 43. *Qui nauigant mare, enarrant pericula eius.* Sic in præſenti vita ſunt ſemper procellæ inundationis vndarum. Modo homo deprimitur per aduerſitatem, modo alleuiatur per proſperitatem, modo dolet, modo ridet, modo circumdatur amicorum turbis, modo terroribus inimicorum: modo exaltatur ad ſublimitatem, modo humiliatur ad paupertatem. Et hoc tangit Pſal. 92. *Mirabiles elationes maris.*

Mundus ſignificatur per mare, propter tria.

Vita præſens inconſtans.

Mundi gaudia ſunt valde inſtabilia.

Sed quare mundani & iuuenes præſentis temporis huius tamen diligunt mundũ, cum tot varietates ſunt in eo. Reſpondit Macrobius. 1. Saturnalium propè finem: quod aqua maris proiecta in ignem, flammam non extinguit ſed accendit. Cuius ratio eſt naturalis pinguedo aquæ marinæ, quæ eſt denſa, ſalſa, pinguis & grauis. Moraliter, aqua maris eſt gaudium & iucunditas ſecularis, quæ iucunditas adiuncta flãmæ iuuenilis ardoris, eam accendit vltra omnem modum rectæ rationis. Vt dicit Holkot. lect. 134. ideo gaudent in mari huius mundi. Sed ſi reſpicerent finem, certè hic non gauderent. de hoc Hugo, in lib. de vanitate rerum mundanarum, per modum dialogi, vbi, cum diſcipulus ſuus videre dixit nauigantes in mari in magna tranquillitate & aëris ſerenitate, hominesque in naui diſcumbentes ad epulas, & canentes in Lyris, & tibijs, & citharis, in omni genere dulcis cantilenæ auditum mulcentes, piſcesq; in omni lætitia alludentes. Hugo dixit. Quid tibi videtur? Reſpondit diſcipulus. Quid niſi magnum gaudium magnaq; iucunditas, & ſi poſſet eſſe diuturna felicitas. Et Hugo. Iſtud ergo eſt propterea, quia mundus tibi placet. Diſcipulus. Cur mihi diſplicere debeat ignoro. Hugo. Fige, inquit, pauliſper oculum, donec videas finem. *Et poſt paululum.* Quid, inquit vides? Diſcipulus. Video, inquit, nigreſcere cœlum, nubes ventis agitare, mare conturbari, fluctus intumeſcere, & nauim quaſi à fundo euerti. Hugo. Quid tibi, inquit, videtur? Diſcipulus. Heu ait, quid laudem? ô miſeri quid vobiſcum in mari, ô infelices, ecce illa lætitia veſtra quomodo tam citò imutata eſt, & vita veſtra ad quam miſeriã deuoluta, prius vobis exultantibus, piſces maris alluſerunt, nunc vos naufragos & ſubmerſos miſerabiliter in paſtum recipiunt. Hugo. Quid tibi videtur? Diſcipulus. Vanitas eſt & vanitatum vanitas. Sic eſt de illis qui gaudent in hoc mundo.

Nota Hugonis dialogũ.

Vitæ huius infelicitas & mutatio.

Similem Dialogum fecit Hugo de mercatoribus, per viam cum multis mercibus, & magnis de omni genere pretioſarum rerum, quibus proſperè cum gaudio magno incedentibus ſuperuenit cuneus armatorum, quia omnia rapuerunt, & viros, qui effugere non poterant, occiderunt. Quæ videns diſcipulus exclamauit, ô miſerum gaudium, mundi vanitas, & vanitas vanitatum.

Simile de mercatoribus, mercibus pretioſis onuſtis.

Similes dialogos fecit in eodem lib. de diuitibus, de nuptijs, proponens multa & varia eorum gaudia, ſed omnia in fine cum triſtitia concluduntur, in fine ergo ſubinfert. Hugo loquens ad diſcipulum. Reſpice ergo hunc miſerum mundum, & magis miſeros qui diligunt illum, iſte eſt quem putabamus aliquando nobis eſſe amicum,

cum, in quo nobis tempora longa promiſimus, vitam quietem pacem tranquillam, felicitatem perpetuam, iſte eſt, cuius pulchritudinem dileximus, cuius ſpeciem laudauimus, cuius iucunditatem concupiuimus. Et certè nunc vide, quam vana ſunt omnia hæc, & nunquam ſapientibus, aut virtutis amatoribus appetenda, vbi enim ſunt Patres noſtri, vbi ſunt illi diuites & potentes, quos olim in huius mundi gloria claros vidimus, vbi poſtremo ſunt omnes, de quorum amicitia & familiaritate præſumebamus, certè tranſierunt vniuerſi ante nos, & nos ſoli relicti ſumus poſt eos. Hæc Hugo.

Mundi gaudia, virtutis amatoribus nunquam appetenda.

Eſt & alia cauſa, quare homines in mundo gaudent & ipſum diligunt, ſcilicet pulchritudinem rerum mundanarum. Nam legitur in geſtis Romanorum, cap. 77. Quidam Rex duas filias habuit, vna erat pulcherrima & omnibus gratioſa, alia nigra & omnibus odioſa, Rex verò pulchram, Roſamundam, nigram vero Gratia plenam appellauit; deinde præcones per totum mundum emiſit promulgari, qui eunq; filiam ſuam in matrimonium, videlicet, Roſamundam, acciperet, nihil cum ea niſi pulchritudinem poſſideret. Quia autem nigram; totum regnum ſuum poſt eius abſceſſum obtineret. Multi ergo hoc promiſſum regis audientes vndiq; confluunt, & ſpreta nigra, pulchram petunt, Quod Gratia plena videns, flere cepit, cui rex, Ob quam cauſam affligitur anima tua? Cui illa, Non eſt qui me viſitet, omnes de ſorore mea curant, ſed me deſpiciunt. Ait ei pater. O filia, ignoras, quia omnia mea tua ſunt, & qui te deſponſauerit regnum meum obtinebit, illa ſic confortata, ceſſauit à fletu. Spiritualiter autem ille rex eſt Chriſtus, qui eſt *rex magnus ſuper omnem terram*, vt inquit Pſal. 46. Hic habet duas filias. Prima & pulchra, quæ dicitur Roſamũda, eſt mundus, qui dicitur pulcher, ideo, quia 1. Ioan. 2. *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* In his inquam tribus omnia delectabilia mundi comprehenduntur. Nam ibi *concupiſcentia carnis*, omnes voluptates carnales in cibis & potibus & venereis. Sub *concupiſcentia oculorum*, comprehenduntur omnia vitia cupiditatis, & auaritiæ rerum mundanarum, quæ cum videntur oculis, concupiſcuntur, corde videlicet aurum & argentũ, gemmæ, veſtes pretioſæ, & cætera pulchra, in quibus homines delectantur. Sub *ſuperbiæ vitæ*, quæ eſt appetitus inanis gloriæ, comprehenduntur, ambitio, honor, & dignitates cum omnibus filiabus inanis gloriæ: propter tria hæc, quæ quaſi pulchra vidẽtur, quaſi omnes amant mundum, & gaudium ſuum habent cum mundo, quia vt dicit Philoſ. in Ethicis. Concupiſcentia carnis reſpicit bonum delectabile, Concupiſcentia vero oculorum bonum vtile. Sed ſuperbia vitæ bonum honorabile, illi tamen qui hunc mundum propter iſta tria diligunt, & cum ipſo iucundantur, nihil aliud niſi vanitatem obtinebunt, & triſtitiam in fine habebunt. Quia ſuper iſto verbo Iac. 4. *Quæ eſt vita veſtra, vapor ad modicum parens*, dicit Gloſſa.

H
Mundus diligitur propter rerum mundanarũ pulchritudinem.

Roſamũda, & Gratia plana, duæ filiæ Regis.

Roſamũda, eſt mundus.

Diligentes concupiſcentiam carnis oculorum & ſuperbiam vitæ, nihil præter vanitatem obtinent.

Vita præſens eſt vita dubia, vita cæca, vita ærumnoſa, quam ad vltimum mors interimit, quæ omnibus gaudijs finem imponit. Exemplum de Alexandro Magno, qui cum fuiſſet totius mundi Dominus, & in eo fuiſſet lætatus, eiuſq; corpus in vaſe aureo conditũ fuiſſet. Conuenerunt Philoſophi de diuerſis partibus, quorum vnus volens oſtendere ſuum dominium eſſe vanum, ait, Heri iſti non ſufficiebat totus mundus, hodie ſepulchro quinq; pedum eſt contentus. Alius volens oſtendere vanum eſſe, aurum & argentum congregare, dixit, Heri ille theſaurum fecit de auro, hodie au-

I
Mors finis omnis gaudij. Philoſophorum dicta de Alexandri Magni cadauere.

Digitized by Google

aurum thesaurum facit de ipso. Tertius volens ostendere, corpus nutrire voluptuosè & delicatè, hoc esse vanum ait. Heri iste corpus suum nutriebat diuersis delitijs, hodie comeditur à vermibus infinitis.

Gratia plena, secunda filia.

Secunda filia est sancta Ecclesia quæ est congregatio omnium fidelium, quæ hic in terris nigra est & despecta, iuxta illud Cant. 1. *Nigra sum sed formosa*, hanc quasi omnes mundi spernunt, nec se cum illa sociare volunt. Et potest dicere sancta Ecclesia illud Isa. 1. *Filios enutrini & exaltaui, ipsi autem sprenerunt me.* Nam vbi vnus vel duo, diebus dominicis aut alijs diebus festiuis, de hominibus mundanis & seculo deditis, sunt in ecclesia & in diuinis officijs: Ibi centum sunt in suis negotijs, & officijs & tabernis. Quod videns Ecclesia in suis electis benè potest flere, quod sic contemnitur. Sed cœlestis rex ipsam consolatur & regnum cœlorum ei pollicetur.

Festis diebus duo in Ecclesia; centum vero in tabernis reperiuntur.

Omne gaudium huius vitæ mixtũ est amaritudine & felle. Mundus labitur, & nos cum illo.

SECVNDO mundus dicitur mare propter amaritudinem acerbitatis. Totum enim gaudium huius vitæ asperum est amaritudinibus, de qua dicit beatus Gregorius in quadam Homil: Vbique mors, vbique luctus, vbique desolatio, vbique percutimur, vbique amaritudine replemur, & tamen tota mente carnalis concupiscentiæ eius amaritudinem amamus fugientem sequimur, labenti inhæremus; & quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quasi cadentem retinemus, Hæc Gregor. De hoc etiam dicit Sapiens, Prouerb. 14. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat*, super quo dicit Basilius in exame. Mixta sunt gaudia seculi felle multiplicis amaritudinis. Et hoc vt dicit Holkot lect. 134. Clementer Deus disponit, vt vita ista sit tædijs & tribulationibus admixta, quia nimis acriter eam amaremus. Sicut nutrix volens filium suum ablactare, linit mammillam suam aliquo succo amaro, vt sinapi, ita Deus volens nos ab amore mundi retrahere, & eius gaudio, ipsum amaritudinibus voluit admiscere. De hoc Greg. 22. moral: Electis suis ad se pergentibus, dominus huius mundi asperum iter facit, ne dum vitæ præsentis requie aut viæ amœnitate pascitur, magis eum diu pergere quàm citius peruenire delectetur, ne dum delectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria. Sicut pisces non sentiunt amaritudinem maris, qui ibi nutriti sunt, Sic nec homines mundani sentiunt bonorum mundi amaritudinem, quibus sunt talibus assueti. De vnoquoque tali dicit Habacuc 1. *Facies homines quasi pisces maris.*

Similitudo.

Homines mundani nõ sentiũt eius amaritudinẽ

Et addit Holkot vbi suprà, quod viri sancti qui inter alios amaritudinem mundi gustant, tripliciter sciunt eam quodammodo dulcorare, secundum tres modos, quibus solent dulces fieri aquæ maris. Aquæ enim marinæ fiunt dulces per solis eleuationem, per terræ transmeationem, & per ceræ distillationem. Isto modo viri sancti tribulationes huius mundi dulces faciunt: *Primo* per eleuationem solis. Sicut enim Sol eleuat vapores à mari, qui postea congelantur in nubes, de quibus dulcissima redditur aqua. Sic viri sancti tribulationibus agitati, statim in cœlum ascendunt aut de futura gloria recogitant. Quibus pensatis manifestè considerant, *quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram beatitudinem quam expectant. Secundo*, aquæ fiunt dulces ex conditione terræ per quam transeunt, vnde aquæ transeuntes per terram sabulosam communiter sunt dulces. Sic similiter, si mortem nostram, & nos in breui morituros, & in terram reuertentes cogitemus, dicimus quod dulcia sunt, quæcunque nobis in hac vita dura videntur. Ideo facilè contemnit omnia

K

Mundi amaritudo tribus modis dulcoratur, ad modum aquæ maris.

I. Eleuatione solis. Rom. 1.

II. Ex conditione terræ.

qui

Digitized by Google

qui se cogitat moriturum. *Tertio*, aquæ fiunt dulces, si vas integrum & concauum de cera virginea mittatur in mare, inuenitur cito repletum aqua valdè dulci, eò quod cera illa nihil amaritudinis permittit sic transire. III. Si vas concauum, &c. in mare mittatur.

Sic moraliter Christum cogitemus, in cuius persona dicit Psal. 21. *Factum est cor meum, tanquam cera liquescens*, quia de virgine pura natus & in eum referamus, quicquid hic tribulationis toleramus, & totum fit dulce. Ratio est, quia cera talis in se est dulcis ex natura mellis, & habet in se poros, per quos aqua salsa trahitur, & sic dulcis fit, Christus autem dulcis est ex natura mellis, qui conceptus fuit ex Virgine MARIA de Spiritu sancto. De quo Eccles. 24. *Spiritus enim meus super mel dulcis*. Poros habet patentes & magnos & paruos, vulnera scilicet, spinis, clauis, lancea, & flagellis corpori suo illata. Et nos per istos poros tribulationes huius vitæ si distillare velimus, nihil est adeo pernitiosum & malum, quin illud ipse pro nobis & non pro se voluerit tolerare. Ideo dicit B. Ambrosius in quodam sermone. Omnia habemus in Christo, & omnia nobis Christus est. Si vulnera curare desideras, medicus est; si febribus æstuas, fons est; si grauaris iniquitate, iustitia est; si indiges auxilio, virtus est; si mortem times, vita est; si tenebras fugis, lux est; si cœlum desideras, via est; si benè viuere quæris, alimentum est. Sic ergò Christus amaritudines huius mundi, si ipsum dulciter recogitemus, dulces efficit nobis, vt via vitæ tolerabilis nobis fiat. Iuxta illud Isa. 51. *Posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati*. Hoc est dictum quantumcunque sit homo in profundo tribulationis in hoc mari magno, viam tamen habet, per quam Christus præcessit. Pori patentes sunt vulnera Christi. Nulla tribulatio tàm grauis, quin via pateat ad Christum

L

Hic incidentaliter oritur vna dubitatio, ex quo mentio fuit superius de vulneribus Christi, an Christus post suam resurrectionem vulnera in suo retinuit corpore. Ad hoc S. Augustinus lib. 6. contra Pelagianos, cap. 9. videtur sentire, quod Christus in resurrectione vulnera non retinuit, sed tantum cicatrices eorum, sic inquiens. Sciant Christum non vulnera, sed signa vulnerum discipulis demonstrasse. Hoc idem tenet Albertus Magnus super Lucam. Cicatrices tales in Christo, sicut in martyribus eius, secundum Aug. lib. 12. de ciuitate Dei, erunt quidem pulchritudo & ostensio stigmatum in victoriæ signum. Et huius ratio potest assignari, quia nisi essent cicatrices ad maiorem decorem, Christus non reseruasset eas, sed faciliter deleuisset. Si enim balsamus ita perfectè sanat vulnus, quod non manet cicatrix. Multò fortius posset Dominus Deus, sua & aliorum martyrum vulnera ita perfectè sanare, quod nullum vestigium vulneris remaneret. Sunt tamen quinq; causæ secundum Bedam super Lucam, quare Dominus in corpore suo cicatrices reseruauit. *Prima*, vt in perpetuum victoriæ suæ circumferat triumphum. *Secunda*, vt discipulos suos in fide solidaret. *Tertia*, vt pro nobis apud Patrem aduocaret, ostendens quale genus mortis pro nobis pertulisset. *Quarta*, vt redemptis sua morte quàm misericorditer sunt adiuti, insinuaret. *Quinta*, vt quam iustè mali damnantur, enunciet: quia *videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt*. Apoc. 1. De hoc dicit B. August. lib. de Symbolo. Sciebat Iesus Christus, quare cicatrices in corpore suo seruaret. Sicut enim demonstrauit Thomæ non credenti, latus, vt videret & tangeret, ita & inimicis vulnera demonstrabit, vt conuincens eos, Veritas dicat, Ecce hominem quem crucifixistis, videte vulnera quæ infixistis, agnoscatis latus, quod pupugistis, quod per vos & propter vos apertum est, nec tamen vitare voluistis.

Dubium de vulneribus Christi.

Balsami vis in vulneribus sonandis.

Cicatrices Christus retinuit post resurrectionem propter quinq; causas.

Digitized by Google

M

Mundus dicetur mare propter varias infirmitates.

TERTIO, mundus iſte dicitur mare, propter inualetudinem ſanitatis. Non eſt aliquis quantumcunq; bonæ complexionis, qui ita benè poſſet ſanus in mari eſſe, ſicut in terra. Illi enim, qui in terra ſunt nutriti, & ad terram ſunt aſſueti, quando ad mare veniunt, peſſimè patiuntur, & abominationem tantam habent, quod inter nautas capita non poſſunt leuare. Iſto modo moraliter nullus eſt ita morigeratus, qui poſſit viuere ita virtuosè in huius mundi mari, ſicut in ſolida terra religionis ſanctę. Nec eſt aliquis in bona religione ita radicaliter educatus, quin multas abominationes patiatur, ſi ſe mundo immiſceat, vt meritò dicere poſſit illud, Sopho. 2. *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum.* Ex his iam dictis quilibet poſſet dicere, an in mari huius mundi poſſit veraciter gaudere, & certè inueniet, quod non, quia gaudium huius mundi breuem delectationem affert, & nihilominus longam pœnam. Vnde Iob 20. *Gaudium hypocritæ non eſt niſi ad vnum punctum, vel ad inſtar puncti.* vbi ſecundum Gregor. 15. moral. Per punctum intelligitur breuitas vitæ præſentis, quæ reſpectu æternitatis vix puncto comparatur, quia de tota vita noſtra non habemus niſi vnum nunc præſens. Omnis, inquit, longitudo vitæ præſentis punctus eſſe cognoſcitur, quia de præterito nihil habet, quia eſt delapſum. De futuro nondum habet, cum ſit incertum, ita vita, quæ ſic angustiari potuit, punctus fuit".

Mundi huius delectatio breuis, pœna longa.

Vita præſens punctum eſt.

Ideò legitur in geſtis Philoſophorum, idem refert Valerius in policrat. lib. 4. Cum Alexander in deſerto venatum tranſiret, & ad Diogenem veniens ante ipſum ſtaret, & ſolem impediret, dixit Diogenes, vellem, quod mihi non auferres, quod mihi dare non potes. Quod Imperator intelligens, ad aliam partem diuertit, & dixit ſe mirari, quod non timeret potentiam eius, eleganter reſpondit ſibi. Potentiam tuam non timeo, quia aut præterita eſt, aut præſens: illã quæ præterijt, non timeo, quia iam non eſt, illam, quę futura eſt non pertimeſco, quia dubia & incerta eſt: illam verò quæ præſens eſt, non formido, quia modica & cito tranſitoria eſt. Cum autem qui aſtabant, vellent irruere in eum, præcepit Alex. ne quis tangeret eum, dicens: quia homo eſt, qui etiam propter timorem principum veritatem non taceret".

Diogenes Alexandri potentiam non pertimeſcit.

De breuitate autem iſtius gaudij mundialis & inchoatione triſtitiæ futuræ dicit Senec. epiſt. 67. Dicimus non magnum gaudium, ſed initium vt ſæpè eſt futuræ triſtitiæ, gaudio enim adiunctum eſt non deſinere, nec in contrarium verti. Omnes tendunt ad gaudium, ſed vnde ſtabile & magnum conſequantur ignorant, ille conuiuijs & luxurijs, ille ambitione & circumfuſa clientum turba, ille examicis, alius ex ſtudijs liberalium vana oſtenſione, & nihil ſonantibus literis, omnes iſtos oblectamenta falſa & breuia decipiunt, ſicut ebrietas, quæ vnius horæ hilarem inſaniam longi temporis tædio penſat".

Gaudio triſtitia futura adiuncta eſt.

N

Quantum ad TERTIVM ponit electorum in futuro conſolationem cum ſubiungit, *triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Circa quod notandum, * quod multa ſunt genera triſtium perſonarum quæ ducunt communiter in triſtitia dies ſuos. PRIMI ſunt inuidi, mordaces, qui communiter ſunt triſtes. Vnde Ouid. lib. 4 Metam. fabulatur, qualiter Pallas iuit ad inuidiã, vt procuraret mortem Aglantis, * vbi deſcribit quatuor ad inuidiam pertinẽtia, ſcilicet, domũ, eſcam, perſonam & viam. Domũ deſcribit ſic.

Protinus inuidia nigro ſqualentia tabo,
Tecta petit, domus eſt imis in vallibus autri,
Abdita ſole carens, non vlli pervia vento,

* Holkot in lib. Sap. lect. 188. Triſtium hominum genera quinque.

* Alias Aglauros.

Tri-

Triſtis & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ
Igne caret ſemper, caligine ſemper abundat.

Vult ergo dicere, quod domus inuidiæ eſt ſituata in vallibus pro tanto, quia perſonæ humiles ſemper inuident ſuperioribus. Omnis ergò inuidus inuidet, quia ſe inferiorem aliquo modo videt, quia appetit inferior, eclipſare ſuperiorem. Sed non è contra, ſicut patet de ſole & luna. Et ita regulariter illi qui minus valent, & ſunt gratijs & meritis inferiores, obumbare nituntur per inuidiam meliores. Ideo ſignanter dicitur Iob 5. *Paruulum occidit inuidia*, vnde dicitur meritò, quod domus inuidiæ eſt in imis vallibus ſituata hæc eſt domus cooperta ſqualenti tabe, id eſt, veneno, ſqualore & languore. Nam tota locutio inuidi eſt deceptio, totaq; conſideratio de defectibus aliorum. Item domus inuidiæ caret ſole & vento, quia nunquam gaudet inuidus de proſperitate ſeu felicitate proximorum, imò venti bonarum narrationum de profectu bonorum occiduntur peripſos. Quia dicit Damaſc. quod inuidia eſt triſtitia de alienis, vnde ſicut bufo triſtatur de bono odore vinearum florentium, ita inuidus de profectu valentium perſonarum. Ideo dicit Socrates Philoſoph. in ſuis prouerbijs. Inuidi digni ſunt, vt ſi fieri poſſit, in omnibus ciuitatibus aures haberent & oculos. vt pro defectibus omnium torquerentur. *Et ſubdit.* Quanta ſunt felicium hominum gaudia, tanti ſunt gemitus inuidorum. Item domus inuidiæ ſemper caret igne, & eſt plena frigore, quia nullus inuidus feruet charitate, caligine tamen ſemper abundat, quia nunquam benè iudicabit inuidus de ipſis perſonis. SECVNDO, quantum ad eſcas dicit Ouidius, quod Pallas inuenit eam comedentem carnes vipereas. Nam omnis inuidus paſcitur de malitioſis cogitationibus & machinationibus turbatiuis aliorum. TERTIO, perſonam inuidiæ deſcribit Ouidius ſic.

Inuidiæ deſcriptio.

Inuidi ſtudium eſt alijs detrahere.

Inuidi qua pœna digni ſint.

Inuidi eſcæ, cogitationes ſunt malitioſæ.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſu abeſt, niſi quem viſi fecêre dolores.
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos intabeſcitq; videndo.
Succeſſus hominum carpit, & carpitur vna.
Supplicium ſuum eſt, quamuis tamen oderit illam.

QVARTO, viam & modum incedendi inuidiæ verſus Athenas, deſcribit ſic.

Inuoluit, baculumq; capit quem ſpinea tortum,
Vincula cingebant adopertaq; nubibus atris.
Quacunq; ingreditur florentia proterit arua,
Exuritq; herbas, & ſumma papauera carpit.
Afflatuq; ſuo populos, vrbesq; domosq;
Polluit, &c. Ecce modus nocendi quem inuidus ſemper obſeruat; portat baculum plenum ſpinis, quia illud, vnde ſe fulcire deberet, pungit, & non parcit, quia non eſt inuidiæ quo poſſit delectari: atris nubibus operitur, quia inuidus & detractor nunquam claram, ſed obſcuram ſententiam dicit, de illo cui nocere proponit. Item quacunque ingreditur florentia poterit arua, quia inuidus nulli nocet, niſi aliqua virtute floreſcat. Vnde Valerius libro quarto. Nulla tàm honeſta ciuitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. Diuites enim ſunt

Inuidus & detractor nunquam laudant eũ cui nocere volunt.

alienis iacturis locupletes funeribus. Vnde quidam interrogatus, quomodo inuidus non haberetur? Respondit. Si nihil, inquit, ex magnis rebus habueris, aut nihil feliciter gesseris. Nam sola miseria caret inuidia. Et hoc est, quod dicit Socrat. in suis sententijs aut prouerbijs. Felicitas semper subiecta est inuidiæ, soli miseri carent inuidia. Et Tullius vltimo Rheto. dicit. Africana iustitia virtutem, virtus gloriã, gloria æmulos parit. Item exurit herbas, id est, iuuenes proficientes, sicut talpa cæca, quæ moratur in terra & radices herbarum corrodit, & impedit ab augmento, & non herbas solũ, imò summa cacumina carpit: quia semper contra superiores suos, & contra prælatos & dominos suos inuidus quisq; garrit. Vltimo dicit, quod afflatu suo, id est verbo malitioso polluit omnem populum & vrbem, quam attingit. Hoc est PRIMVM genus tristium personarum, quorum tristitia non verteturin gaudium. De ipsa enim dicitur Prou. 25. *Sicut tinea vestimento, vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* & Eccles. 30. *Tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia temporalis,* scilicet morte temporali & æterna. Sicut hic semper æstuauerunt inuidia, ita ibi cum dæmonibus inuidis semper mortem & perpetuas pœnas sustinebunt. Iuxta illud Eccl. 6. *Improperium & contumeliam malus hareditabit, & omnis peccator, & bilinguis & inuidus.* Nam frequenter inuidi mala morte moriuntur, quia dicit Sapiens. *Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum.* Eccles. 27.

Sola miseria caret inuidia.

Inuidus suis superioribus obloquitur.

Inuidi mala morte pereunt.

O Hypocritæ simulant se tristes, vt alios decipiant.

SECVNDVM genus tristium sunt perfidi & fallaces. Videmus enim, quod omnes perfidi & fallaces sunt cõmuniter malè tristes. Nam hypocritę vt decipiant alios, exteriorem tristitiam simulant & sanctitatem. Contra quos dicit Dominus, Matt. 6. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes*, tales enim sunt iucundissimi in lasciuijs in occulto, & tristissimi ad apparentiam in publico. Sicut declarat B. Ambros. in quodam sermone: Latet plerunq; sub tristi amictu lasciuia, & deformis horror veste *vili* obtegitur, vt secreta tegantur petulantium animorum. Illorum quidem tristitia etiam non verteturin gaudium, sed in æternam tristitiam, quia de hypocritis loquẽs deuotus Amandus in horol. Sap. lib. 1. c. 10. Nonnulli qui sub habitu agnino mentem occultauerant leoninam, & velut rabidi seruos Dei per maledica & opprobria, aut verba turbatiua molestauerant, & confratres iniqua molestatione læserant, ibidem, scilicet in inferno, à canibus infernalibus impijssimis morsibus corrodebantur.

Subvili amictu latet sæpè lasciuia.

Sub pelle ouina latet sæpe mens leonina.

P Tristes sunt cupidi & tenaces.

TERTIVM genus malè tristium sunt cupidi & tenaces, qui semper sunt in timore tristitia & dolore, quomodo bona acquirant & acquisita retineant; Nam loquens de quolibet cupido Sapiens Eccles. 2. dicit. *Cuncti dies eius doloribus pleni sunt & ærumnis, nec per noctem mente requiescit.* Talis fuit ille iuuenis cui dixit Saluator, Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, qua habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo.* Et sequitur. *Cum audisset adolescens verbum hoc, abijt tristis, erat enim multas possessiones habens:* Illi autem si rogantur à pauperibus pro eleemosynis tristantur. Contra quod dicit Sapiens. *Declina pauperi aurem tuam sine tristitia.* Eccles. 4. Horum etiam tristitia vertetur in tristitiam sempiternam, quia dicit Amandus, vbi supra. Cupidi & auari, & quæstuarij, supra modum valdè torquebuntur in inferno in foueis, metallis bullientibus balneabuntur, & exilire cupientes absque misericordia intingentur.

Auari sunt tristes, & balneabuntur in inferno.

Q Stupidi & pertinaces de misericordia Dei diffidunt.

QVARTVM genus tristium sunt in præsenti, stupidi & pertinaces, qui de Dei misericordia, pietate & clementia diffidũt, quorũ aliqui de proprijs peccatis irremediabiliter sic tristantur, vt dicant, Sacramentum pœnitentiæ eis non prodesse ad salutẽ,

vel

Digitized by Google

vel quia iuſtitia Dei non permittet pœnitentibus miſereri. Contra quos Pſalm. 41. alloquens animam ſuam dicens. *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi.* Illi ſunt de iſtis, qui mortem amicorum ſuorum inconſolabiliter nimis plangunt, quaſi de eorum beatitudine & reſurrectione futura deſperent. Contra quos Apoſtolus. 1. Theſſal. 4. *Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non habent.* Et qui illud genus triſtitiæ patiuntur, miſerrimi ſunt, & de miſeria & triſtitia præſenti vadunt ad triſtitiam ſempiternam, vt de illo, quod habes ſupra parte 1. dominica in Sexageſima ſermone. 2. Q. Z. Ideò dicitur Eccleſ. 14. *Felix qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua.*

Dolor immoderatus in morte amicorum reprehenſus.

QVINTVM genus triſtium in præſenti ſunt Chriſtiani veraces, qui hic aduerſa & triſtitias paſſi ſunt, cum reprobi gaudia habuerunt. Vnde Hugo ſuper Eccleſiaſten. dicit. Reprobi qui diligunt vitam temporalem, & eius iucunditatem gaudio vitæ perpetuæ anteponunt. Iſta præſentia toto deſiderio amplectuntur, atque in eis omnem felicitatem conſtituunt. Electi verò temporales triſtitias, & dolores patientes ſuſtinent, vt ad ea, quæ promiſſa ſunt, gaudia æternitatis poſſint peruenire, & in eorum reſpectu, quicquid tranſitorium non metuunt, & ſi dulce non concupiſcunt, vnde accidit, vt temporalis vitæ amatores prius habeant bona, deinde mala accipiant. Spirituales verò aduerſis exerceantur, deinde per bona attingant, illis primò bona, vltimo mala; mala, vltimo bona. Hæc ille. De illis dicitur Apoca. 21. *Non erit vltra, neq; luctus, neque clamor, neque vllus dolor, quoniam priora abierunt.* Et Iſaiæ 35. *Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorum.* Pro quo nota. dicit Caſſi. li. 1. epiſtolarum. Sequenti gaudio confert dulcedinem præmiſſa triſtitia, ita quod triſtitia præcedens adaugeat gaudium ſequens.

R

Gaudent mali in præſenti, ſed boni dolores patiuntur.

Triſtitia præcedens, auger gaudiũ ſequens.

Idcircò gaudium hic triſtantium, & in cœlo tunc exiſtentium prouenit ex quatuor. PRIMO, exmiſeriarũ huius mundi euaſione. Sicut aliquis captiuus gaudet de liberatione, & vinculorum diruptione, dicens, cum Pſal. 105. *Dirupiſti vincula mea,* ſcilicet, famem, ſitim, &c. Tunc enim dicent Chriſto illud. Pſal. 65. *Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium,* vbi per ignem & aquam omnis ardor concupiſcentiarum, & fluxibilitas miſeriarum huius vitæ intelliguntur. Et quia electi Dei hic tranſierunt per aquas tribulationis, congruum eſt, vt refrigerentur aquis delitiarum & conſolationis, de quibus legitur Ezech. 47. *Ecce aqua redundantes a latere dextro. Cum vir egrederetur ad Orientem, qui habebat funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille cubitos, & traduxit me per aquas vſque ad talos. Rurſusq; menſus eſt, mille, & traduxit me per aquas, vſq; ad renes: & menſus eſt mille, & traduxit me per torrentem, quem non potui tranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poterat tranſuadari.* Quod exponit Anſelm: libr. 7. capit. 15. Per aquas redundantis torrentis intellige delectationes gaudioſas & copioſas, quibus ſancti in cœlo fruuntur. De quo Pſalm. 35. *Torrente voluptatis potabis eos.* Et dicuntur redundantes, quia interius animam replebunt, & ex ea ad corpus redundabunt. Dicuntur etiam à latere dextro, per quod intelligitur cœleſtis patria. Sicut per latus ſiniſtrum præſens vita. Iuxta illud. Cantic. 8. *Læua eius ſub capite meo, & dextra eius amplexabitur me.* Tres autem primi millenarij ſignant tria gaudia in patria. *Primum* venit ab inferno, vbi vident iuſtitiam Dei adimpleri, de quo multum lætantur. Iuxta illud Pſalm. 57.

S

Gaudium electorum prouenit ex quatuor.

Gaudia electorum ſignificantur per aquas quas vidit Ezechiel.

Gaudiũ triplex in patria.

Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Secundum venit à mundo de pulchritudine creaturarum. Iuxta illud Isa. 61. *Tunc videbis & afflues, & dilabitur tibi cor tuum. Tertium* venit de cœlo de iucunditate & grata societate. De quo Isai. 65. *Exultabo in Hierusalem in populo meo.* Et *quartum* millenarium, qui non potest transuadari est gaudium ineffabile de diuinæ maiestatis visione. Isa. 64. *Oculus hominum non vidit absque te, quæ præparasti his, qui expectant te.*

T

SECVNDO, gaudium electorum nascitur ex peccatorum vnione & virtutum inductione, & quilibet electorum potest dicere cum Psal. 29. *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.* Saccus est indumentum pœnitentiæ. Iuxta illud Iob. 16. *Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.* Super quo dicit beatus Gregorius. Saccus super cutem consuitur, & caro cinere tegitur, ne in districto examine videatur. Sed tunc saccus conscinditur, quando dimissa culpa, in illa cœlesti gloria omnia cooperantur in bonum. Etiam ipsa peccata de quo habebunt singulare gaudium. Exemplum de milite, qui in diuersis bellis gloriosè triumphans multas cicatrices reportauit, quæ ei cedunt in gloriam. Sic peccata, quæ quis texit per pœnitentiam, de hoc in cœlo habebunt magnum gaudium & lætitiam. Et hic in tribus alleuiatam habent conscientiam, de hoc dicit Dominus in præsenti Euangelio, *Mulier, dum parit tristitiam habet, cum autem peperit, iam non meminit pressuræ.* Quod exponit Holkot. lect. 148. dicens. Mulier benè concipit fœtum naturaliter sine dolore, sed nunquam fuit mulier, quæ peperit sine dolore, nisi vna Virgo miraculosè, scilicet, gloriosa virgo Maria. Anima enim quæ peccat, concipit fœtum à Diabolo, & hoc sine dolore, cum in dilectione concipitur peccatum: parit autem cum confitetur, & prodit in lucem peccatum, fratri suo, scilicet Sacerdoti, & hæc parturitio non potest esse sine tristitia & dolore, scilicet contritionis & pœnitentiæ. Nam sicut mulier dum parturit dolet amarissimè, cum autem peperit, gaudet, & se sentit alleuiatam, ita persona grauida peccato ante confessionem, & tempore confessionis tristis est & amara. Sed confessione facta, omnis homo sentit se alleuiatum à pondere peccati præexistente. Ideo dicitur Iudith. 8. *Quia patiens est Dominus, pœniteamur, & eius indulgentiam fusis lacrymis postulemus.* Sed certè, quia non sufficeret sanctis & electis per acceptionem pœnitentiæ à Deo saccum esse consciſſum, si non essent virtutibus superinduti, ideò additur: *Et circumdedisti me lætitia*, quæ lætitia est pro consummatione virtuosorum operũ. Ideò de quolibet electo dicit B. Petrus. 1. Can. 1. *Exultabitis in lætitia inenarrabili & glorificata.* In illa enim beatitudine omnes & singulæ virtutes electorum glorificantur & coronantur vt quælibet virtus habeat coronam.

Saccus est indumentum pœnitentiæ.

Peccata per pœnitentiã tecta, parturita tristitiam in cœlo.

Peccata ex vere, & virtutes inducere est vnũ gaudium electorum.

V

Nam legitur de quodam sene in Vitas patrum, qui tentabatur à quodam dæmone grauiter per decem annos, ita vt desperaret dicens, perdidi iam animam meam, reuertar ad seculũ. Cum autem proficisceretur, venit ad eum vox dicens illi; Decem anni, in quibus certasti, coronæ tuæ erunt, reuertere in locum tuum, ab omni malo cogitationis tuæ liberabo te. Sic superinduta fuit Agnes, quæ dicebat: Christus circundedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis pretiosis. Induit me Dominus cyclade auro texta, & immensis monilibus ornauit me, & tanquam sponsam coronauit me corona.

Exemplum de sene, quẽ diabolus decem annis tentauit.

De isto itaque gaudio, quod nascitur ex parturitione virtutum, loquitur Dominus

nus in præsenti Euangelio iterum cum dicit. *Mulier cum parit tristitiam habet.* Mulier secundum Alanum est sancta anima, propter fœcunditatem bonorum operum, hæc cum parit, id est, cum virtutum profectibus insistit, dum vndique tentatur & affligitur, tristitiam habet de hoc, quia venit hora eius, vt patiatur. Sed cum peperit deuicto laborum certamine, & ad palmam peruenerit, iam non meminit pressuræ præcedentis, propter gaudium perceptæ retributionis, quod absorbet tristitiam præcedentem, *quia natus est homo in mundum.* Sicut enim mulier nato in hunc mundum homine lætatur. Iuxta illud Eccles. 36. *Omnem masculinum excipiet mulier*, id est, gratanter, & cum gaudio excipit *in partu mulier*, quia semper vellet parere masculum, qui hic signatur per hominem. Et quia sibi interdum magis parere famulã expediret, ideò subdit sapiens; *Filia melior filio.* Sic etiam sancta anima nato fructu suorum operum, in æterna vita gaudio repletur, & non solum ipsa anima, sed etiam totus cœtus cœlestis gaudet, cum homo nouus natus est in cœlo. Et dicit notanter: *Iam non meminit pressuræ*, quia sancti in cœlo non recordantur præssuræ laborum ad tristitiam, sed benè ad gloriam.

Virtutibus insistens affligitur & tristitiam habet, & quare

TERTIO, gaudium electorum nascitur ex proximorum congratulatione, quia ibi vnusquisque gaudet de beatitudine, & gaudio alterius. Et ibi amicitia sanctorum erit, tam delectabilis, & tam iucunda, vt vnusquisque tantum quemlibet alium amat, quantum seipsum: & hoc efficit vnio charitatis cum Christo Domino, quem plus vnusquisque diligit, quàm seipsum, qui vnicuique tantum, & amplius tribuit, quàm meruit: & ideò ille, qui minus habet, & cognoscit alium plus in bonis, quàm se abundare, non desiderat tantum habere, quantum habet ille qui excedit eum. Quia ex quo Deum plus diligit, quàm seipsum diligit, vult illum plus habere, & se excedere, sicut Dominus ei dedit. Et quo ad hoc dicit Apostolus 1. Cor. 12. *Si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra*, & replebuntur mirabili dulcedine & delectatione, & sicut compatiebantur sibi mutuò membra, sic ibi sibi congratulantur, nec nullus inferior vlli superiori inuidebit, vt dicit Aug. de ciuitate Dei, circa finem. Et ponit exemplum de oculo & digito, quia digitus nollet esse oculus, nec è conuerso, & sic de alijs membris.

X

Gaudiũ electorum ex proximi beatitudine.

Inuidia nulla inter sanctos in cœlo

Sed diceret aliquis, ex quo electi gaudent de sanctorum præmijs, nunquid gaudebunt è contra de reproborum & damnatorum supplicijs? De hoc vide supra, parte prima, Dominica II. in aduentu. serm. 1. D. E. & H. Ad istam quæstionem tamen quantum hic sufficit, respondit B. Greg. homil. 40. super Lucam, & allegatur lib. 4. sentent. di. vlt. &c. vlt. Apud, inquit, animum iustorum, non obfuscat beatitudinem aspecta pœna reproborum, quia vbi iam compassio non erit miseriæ, minuere lætitiam beatorum non valebit. Et licet iustis sua gaudia valebunt & sufficient, ad maiorem tamen gloriam vident pœnas malorũ, quas per gratiam Dei euaserunt. *Et parum infra.* Quod, inquit, videntes non dolore afficientur, sed lætitia satiabuntur agentes gratias de sua liberatione, visa impiorum ineffabili calamitate. Et Psal. 63. *Lætabitur iustus*, non scilicet vindictæ libidine, sed Zelo diuinæ iustitiæ affectus. Et sic lætabuntur de pœnis impiorum non de per se seu directè, sed per accidens & indirectè, scilicet, considerando ordinem diuinæ iustitiæ, & gratias agendo Domino Deo, qui eos de tantis supplicijs liberauit.

Y

Gaudent electi de pœna damnatorũ.

Beati gratiat agent, visa damnatorũ calamitate.

Obiectiones variæ.

Sed insisteret aliquis contra hanc solutionẽ sic. *Primo.* Quod vitiosum est inviatore non

non debet poni in comprehenſore, ſed eſt vituperabile in viatore, quod lætetur, & gaudet de pœnis aliorum, ergo, &c. *Secundo*, inſtatur ſic; Compaſſio procedit ex charitate, ergò vbi eſt maior charitas, ibi eſt perfectior compaſſio. Sed in electis eſt ſumma charitas, ergò perfectiſſima compaſſio, ergò non gaudent de eorum pœnis. *Tertio* ſic: Beati erunt Deo ſummè conformes, ſed Deus non delectatur de pœnis noſtris, imò compatitur nobis, quia miſericors, & ergo ſic ſimiliter ſe habent boni ad damnatos. *Quarto* ſic; Bonis nullum odium erit, ſed ad odium pertinet gaudere de malo alterius, ergo non gaudent de pœnis damnatorum.

Reſpõdetur. In pœnis malorum duo cõſideranda.

Pro quo notant Doctores, quod aliquid poteſt eſſe materia gaudij dupliciter, vno modo per ſe, alio modo per accidens ratione adiuncti. In pœnis enim malorum eſt duo conſiderare, videlicet vnum nocumentum malis illatum, ſecundum, quod punire eos iuſtum eſt. Primo modo non gaudent boni de pœnis damnatorum, ſed ſecundo modo tantum. Et illo habito, dicitur ad PRIMAM inſtantiam, quod laudabile eſt in viatore, quod delectetur in pœnis malorum per accidens, in quantum iuſtè puniuntur: vitioſum autem eſt, quod lætetur per ſe loquendo de pœnis. Ad SECVNDVM dicendum, quod compaſſio eſt volitio, qua quis deſiderat malum ab aliquo repelli. Quando autem malus eſt in ſtatu tali, quod ſua pœna potuit ab eo repelli, vel remoueri, tunc à charitate procedit compaſſio. Ideò quantumcunque homo malus ſit in præſenti, quia tamen eſt in ſtatu in quo poteſt corrigi, & fieri dignus carentiæ huius pœnæ, ideò poteſt iuſtè procedere à charitate bonorum, compaſſio ad eum. Sed quia damnati ſunt extra ſtatum illum, in quo poſſunt fieri boni, ideò ex charitate bonorum nulla compaſſio ad eos orietur, quia talis compaſſio eſſe non poſſet ſine præiudicio diuinæ iuſtitiæ. Ad TERTIVM reſponde, quod Deus per ſe loquendo de pœnis noſtris non delectatur, ſed per accidens. Sicut delectatur de operibus ſuis iuſtis. Similiter compatitur, & eſt miſericors pro ſtatu iſto, in quo poſſunt corrigi, non in illo, in quo damnati nunquam poſſunt emendari. Ad QVARTVM patet per prædicta, quod gaudere de malo damnati non erit odium, quia iuſte eſt ſibi inflictum. Hæc Holkot ſuper librum Sap. lect. 71.

Damnati, quia ſunt extra ſtatum correctionis nulla compaſſio bonorum ad eos oritur.

Z

Gaudium electorum ſingulare ex viſione Dei.

QVARTO, gaudium electorum naſcitur ex cœleſtis patriæ adoptione, hoc gaudium eſt de faciei Dei viſione. De qua Pſalm. 15. *Implebis me lætitia cum vultu tuo.* De hac viſione dicit Anſelm. in fine libri proſologij. Cogita quantum delectabile ſit videre nudè, & æternaliter tenere hoc bonum, quod continet omnium bonorum iucunditatem, non talem iucunditatem, qualem videmus in rebus creatis, ſed tantum differentem, quantum differt creator à creatura. Eſt homo ibi habitaturus, & hominis tantum gaudium, quod vix aut non poteſt homo capere ipſum, perpetuò igitur cogita, ſi potes, quàm magnum gaudium ſit, quod de quolibet ſanctorum replicatur, vbi ſunt ſancti nobis innumerabiles. Secundum illud Apoc. 7. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam nemo dinumerare poterat.* De his gaudijs quære ſupra Dominica infra natiuitatis Chriſti. K. C. D. Vnde legitur de quodam religioſo, qui rogauit Dominum, vt oſtenderet ei minimum gaudium Paradiſi, & ſtatim parua auicula cœpit mirabiliter coram eo cantare, & cum vellet eam capere, ſecutus eſt eam in ſyluam, & auſcultando eam ſtetit ſub arbore trecentis annis, quæ cum auolaſſet, frater properauit ad portam, & videns totum clauſtrum per mutatum, vix permiſſus eſt intrare, quia non poterat ab aliquo agnoſci. Cum ergo omnes de illo, & ipſe de omnibus

Exemplum. Auis dulciter cantans eduxit religioſum de clauſtro.

Digitized by Google

nibus miraretur, quæsiuit Abbas, sub quo Abbate exiuissent, inuenerunt in Chronica trecentos annos transiuisse, & ille dixit se non absuisse nisi per vnam horam, ratione magnæ dulcedinis cui ipse intenderat.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Sermo I.

Abijcientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, cum mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Ita scribitur Iac. 1.

LEgitur in gestis Roman. cap. 11. quod Regina Aquilonis filiam suam à tempore natiuitatis veneno enutriuit. Hæc cum ad legitimam ætatem peruenisset, adeò erat pulchra, & oculis omnium gratiosa, quod multi per eam infatuati extiterunt. Cum ergo Alexander vniuersa regna expugnaret, & ad illas partes peruenisset, Regina Aquilonis audiens aduentum eius, hanc puellam sibi transmisit, vt eius concupiscentia frueretur. Ille ergò visa puella in eius statim captus est amore. Quod cum auribus Aristot. insonuisset, ait, ipsum prænonendo: Noli eam attingere, nec carnaliter eam cognoscere, quia si hoc feceris, in continenti morieris, quia veneno toto tempore vitæ suæ est nutrita. Quod autem verum sit, quod dico, hoc modo approbabo. Est hic quidam malefactor, qui per legem mori debet, ille cum ea dormiat, & videbis me verum dixisse. Cum ergò malefactor esset eam osculatus, statim coram omnibus expirauit. Quod Alexander videns miro modo laudabat ipsum & diligebat, puellamque matri mittebat. A

Moraliter per Reginam Aquilonis intelligitur abundantia rerum temporalium, quia sicut *ab Aquilone pandetur omne malum*. Hiere. 1. sic ab abundantia rerum mundanarum surgit omne peccatum, scilicet superbiæ, gulæ, & contra naturam. Iuxta illud Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, saturitas panis, & abundantia vini.* Hæc igitur abundantia tanquam regina habet filiam, videlicet carnalem concupiscentiam quia vbi est panis vel vini abundantia, ibi statim gignitur concupiscentia quæ est nutrita veneno malitiosæ refectionis, illa quidem infatuauit multos viros valdè sapientes, vt Dauid qui videns Bethsabee per centum passus lauare pedes suos, ipsam concupiuit. 2. Reg. 6. Similiter Salomon quem adhuc in senio infatuauit, *vt mulieres alienigenas adamaret.* 3. Reg. 11. Sic infatuauit Samsonem, vt intraret ad meretricem. Iudic. 16. Sed Alexander, qui interpretatur alleuians tenebras, significat hominem Christianum, qui per confessionem alleuiat de corde suo tenebras peccatorum, & huic transmittit hæc Regina malam abundantiam, principaliter in hoc tempore veris, suam pessimam filiam carnalem, concupiscentiam, ad quam illo tempore homines sunt magis, quàm alio tempore anni proni, propter sanguinis & humorum in corporibus augmentationem. Ideò debet quilibet prædicator sapiens, qui hic significatur per Aristotelem sapientem, exhortari homines, ne attingant inordinatè hanc carnalem concupiscentiam. Sed magis eam abijciant à se tanquam venenosam & im-

Abundantia rerum temporaliũ causa omnis peccati.

Concupiscentia filia est abundantiæ.

Concupiscentia carnalis multos infatuat.

Concupiſcentia carnalis fugienda, ne in anima moriamur.

& immundam, ne ipſam contingendo ſpiritualiter in anima moriantur. Et hoc facere debent exemplo beati Apoſtoli Iacobi, qui hortatur eam abijcere, cum hortatur in verbis prælibatis *abijcientes omnem immunditiam*, videlicet quantũ ad peccata carnalia, quæ animam & corpus polluunt, & abundantium malitiæ, ſcilicet, quantum ad peccata ſpiritualia, in quibus abundant malitiæ, vt dicit Gregorius. Et quare prędicta ſunt abijcienda ponit cauſam, vt videlicet verbũ Dei in cor noſtrum ſuſcipere valeamus, cum dicit, *in manſuetudine accipite*, propter quod in verbis prædictis, ad duo oẽs Chriſtianos Apoſtolus exhortatur. *Primo*, ad peccatorum adiectionẽ, ibi. *Abijcientes omnem immunditiã. Secundo*, ad Dei verborum ſuſceptionem, ibi *In manſuetudine, &c.*

B

Morbi in vere curandi, & quare.

Quantum ad PRIMVM notandum. Ioannes Meſue in practica prima dicit. Omne malum aut morboſum quod in corde latitauerit, & in vere medicinis aut laboribus expurgatum non fuerit, æſtate ſuccedẽte homo periculoſis febribus æſtuabit. Quod confirmat Conſtantin. lib. de nat. morborum dicens. Morbus qui in vere intra corpus remanſerit, adueniente æſtatis calore periculoſius æſtuabit. Moraliter per malũ aut morboſum intellige peccatum. Sed per Ver tempus pœnitentiæ gratioſum. Cum ergo morbus peccati in hoc tempore gratioſæ pœnitentiæ expurgatus non fuerit ſpiritualibus medicinis & bonis occupationibus, in æſtate futuræ calamitatis ardebit ignibus infernalibus. Peccata igitur ſunt duplicia, carnalia & ſpiritualia. Si igitur quis vult abijcere peccata carnalia, & ſe expurgare debet has medicinas habere. PRIMA eſt fuga carnalis voluptatis, quia dicit Holkot lect. 108. præciſe, carnalem voluptatem propter tria vitamus. Solẽt enim homines fugere ignium conflagrationem, vermium intoxicationem & fluminum inundationem. Carnalis enim ſocietas generat ignem libidinis, nec eſt facilè declinare ſine fuga; Nullus confidat de ſenectute, nullus de ſuæ religionis virtute. Ferrum & ſilex duo ſunt corpora frigida, & tamen de eis excutitur ignis per cuſſione minima. Ideo dicitur Iſa. 48. *Egredimini a Babylone, & fugite ab eis Chaldeis.* Babylon interpretatur confuſio, Chaldæi adorauerunt ignem, & figurant homines libidinoſas, qui per ardorem ignis luxuriæ ducunt ſemetipſos in confuſionem infamiæ. Et ideo pro vltimo, quaſi remedio docet Apoſt. 1. Cor. 6. *Fugite fornicationem*, quaſi diceret ſecundum Aug. contra reliqua vitia Deo auxiliante, debemus in præſenti reſiſtere, libidinem verò fugiendo ſuperare. Fuge ergo libidinis impetum, apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam; nec ſit tibi verecundia fugere, ſi caſtitatis palmam deſideras obtinere. Hæc Auguſtinus.

Pro abijciendis peccatis carnalibus eſt medicina prima. Fugere voluptates carnales.

Libido fugiendo ſuperatur.

C

SECVNDO, fugere debemus carnalem voluptatem, ſicut fugiunt homines vermium intoxicationem. Nullus enim libenter habitat, aut dormit, vbi ſerpentes, aut colubri communiter verſantur, & certè multò fortius mulieres intoxicant mentem, quàm colubri carnem. Nullum enim venenum dicitur inficere carnem priusquam cum carne miſceatur, ſpecies autem mulieris etiam à longè ſine tactu inficit mẽtem, ſicut patet de viſu ipſius Dauid 2. Reg. 11. *Quia qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Matth. 5. & ſatis benè poteſt exponi de muliere, quæ eſt radix peccati, iuxta illud Eccleſ. 24. *Quaſi a facie colubri fuge peccata.*

Mulier fugienda eſt quaſi coluber.

Mulier radix peccati.

Coluber dicitur quaſi colens vmbram, & mulieres nequam, taceo de bonis & honeſtis, communiter angulos & vmbram, & loca non patentia diligunt. Nam Eccleſ. 25. de iniqua fœmina dicitur. *Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, non eſt ira ſuper iram mulieris.* Et parum ante dicit, quod omnis malitia nequitia mulieris. De hoc loquitur ſignan-

Digitized by Google

ſignanter Petrus Bleſenſis, ad regem Henricum regem Angliæ in expoſitione quadam, ſuper Iob, vbi cauſam exponit, quare Diabolus, qui Iob de omnibus bonis ſuis filijs & filiabus, & ſubſtantia exſpoliauit, vxorem tamen ſibi reliquit. Hoc, inquit, non fuit ad ſolatium viri, ſed ad *ſuam* conſummationem ſuę malitię vt per fœminam vinceret, quem perſecutione non vicerat, & quod verberibus non poterat, verbis mulieris efficeret. Per fęminam, inquit, Ioſeph incarceratus eſt: Naboth occiſus; Samſon vinculatus eſt: Miphiboſet interfectus. Salomon, apoſtata affectus, Syſara clauis confoſſus, præcurſor Chriſti Baptiſta decollatus. Per fœminam mors in mundum intrauit. Et cum per filium Dei ordinata eſt noſtra redemptio, ſerpens hoſtis, quod ne in morte Chriſti noſtræ redemptionis participatio impleretur, ſalutem totius generis humani machinatus eſt per fœminam impedire. In vxorem namque Pilati viſiones deceptorias & phantaſticas illuſiones immiſit, in tantum quod Pilato mortem Chriſti diſſuadendo mandauit. *Nihil tibi & iuſto illi, multa enim per viſum hodie paſſa ſum propter illum.* Hæc ille.

Diabolus, quod per ſe non poteſt, per mulierē officere conatur. Gen. 39. 3. Reg. 21. Iudic. 16. 2. Reg. 4. 3. Reg. 11. Iud. 4. Matth. 14. Rom. 5.

Ideò volentes abijcere immunditiam carnalis concupiſcentiæ, neceſſaria eſt fuga fœminæ. Nam legitur Gen. 2. quod propter mulierem formandam, coſta fuit aſſumpta de viro. Sed qualis fuit reſtitutio, certè ſicut ibi dicitur, *Deus repleuit pro ea carnem* in ſignum quantumcunq; homo fuerit familiaris mulieri, quantumcunq; eam ad bonos mores promoueat, & ad vitæ rectitudinem, quod eſt quaſi ſolidum os præſtare, nihil ab ea vice verſa recipit, niſi carnem, id eſt carnales effectus. Sicut patet de ſene in vitis Patrum. lib. 4. c. 81. Qui quandam mulierem, ne à feris deuoraretur nocte in cellam ſuam recepit. Et inter verba cœpit ſenex valdè propter eius concupiſcentiam torqueri. Quod ille ſentiens lucernam accendit, & digitos vtriuſq; manus ſuæ combuſſit, & per ardorem candelæ omnem libidinem ex ſe extinxit, Ille idcircò Ioſeph bonus, allectus & inuitatus ab vxore domini ſui *pallium reliquit & effugit*. Gen. 39. De iſta figura loquitur Auguſt. de cohabitatione mulierum. Grauem, inquit, inimicum ſortita eſt caſtitas, cui non ſolum reſiſtendum eſt, ſed dimiſſo fræno longius fugiendum: nec eo minus cauendæ ſunt, quia religioſæ videntur, quia quantò religioſiores, tanto citius alliciunt, quia ſub textu pietatis latet fiſcus libidinis.

Redemptionem generis humani diabolus per fęminam impedire conatus eſt. Matth. 27.

Exemplum de ſene qui mulierem nocte in cellam recepit,

Et hic hoc declarat S. Gregorius 3. dialog. cap 7. de quodam Epiſcopo, qui quandam ſanctimonialem in ſuo epiſcopio habitare permiſerat, confidens de ſua & illius continentia, quem Diabolus ſpecie mulieris alliciens, quod eam illicitè in dorſo manu tangeret, & in ſua concupiſcentia æſtuaret, & in templo nocte vidit quidam Iudæus ſubitò multitudinem dæmonum & vnum ex eis quaſi Prælatum aliorum facta ſciſcitantem. Et dixit quidam ex eis Epiſcopū ſe in ſpecie mulieris, ſiue ſanctimonialis ad conſenſum perduxiſſe, & ſuper omnes commendatus eſt, quod rem difficilem feciſſet. Iudæus hoc manè Epiſcopo retulit, & eum ad pœnitentiam reduxit, & ab eo ſacrum baptiſma ſuſcepit. Ideo dicit B. Ambroſius lib. 1. de offic. Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta conuerſatio permittatur: Ianua Diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, nociuum genus eſt fœmina, dum proximat, ſtimulat, & ignē accendit. Et dicit Holkot vbi ſupra: Tripliciter lædit mulier, voce, viſu, & tactu. Vox namque mulieris naturaliter frangit virilem animam cum ſuauitate mirabili. Vnde Aug. de ſingularitate Cleric. lib. 1. c. 8. Mulier nunc in riſum ſoluitur, nunc blanditiis exhibet, & q̄ eſt venenoſius ſuper cuncta pſallere delectatur, cuius cātu tolerabilius

Exemplum de Epiſcopo cui monialus cohabitabat,

Fœminæ cohabitans Epiſcopus, proximus lapſui efficitur

Fœmina, ianua diaboli.

Mulier lædit tripliciter.

est audire basiliscum sibilantem, visu lædit si videatur. Ideo dicit poeta, *Femina fax Sathanæ fatens rosa, dulce venenum.* Sed tactu nocet maximè. De hoc Augustinus lib. 1. Solilo. c. 5. Nihil aliud sentio, quod exarce animum virilem deijcit, quàm blandimenta fœminæ, corporumq; contactus. Ideo dicit Christus Ioan. 20. Mariæ Magdalenæ. *Noli me tangere*, cum sola esset.

E Volens carnis delitias fugere, ad religionis montem ascendat. Mons religionis, asilũ veræ pœnitentiæ.

TERTIO, fugere debemus carnalem voluptatem sicut fluminum inundationem; quia qui fugiunt aquarum inundationem, ascendunt montana. Moraliter, locus mõtanus est locus religionis sanctæ, ad quem fugere debent, qui carnis delitias vincere volunt perfectè exemplo Loth cui dicebat Angelus, Gen. 19. *Nesti in omni loco circa regionem, sed in monte saluum te fac.* Omnis status immundus est circa regionem, scilicet voluptatis, sed solus mons religionis est locus securus. Lucæ 21. *Qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.* Iudæa interpretatur confessio, & significat veram pœnitentiam veteris vitæ carnalis, quam quicunque habere voluerit, ad montem religionis accedat: & intelligo hic religionem ab accessu scilicet hominum, & præcipuè mulierum elongatam, vt sunt religiones siluestres, vbi exitus nulli pateant, nec alicui mulieri accessus vel ingressus, quia vnaquæque talis religio dicitur solitudo, propter raritatem intrantium. Et intrans hanc religionem, dicere potest cum Psal. 54. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*

Obiectio. Responsio.

Et posset aliquis dicere, ego familiaritatem mulierum non fugio, & tamen castitatem custodio. Respondet Aug. Attendat is, quam infelix & periculosa sit præsumptio multi enim cum putabant vincere, victi sunt. *Et subdit post panca.* Vide ne quãdo putabas habere triumphum, æternum in curras supplicium: inter enim omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt castitatis prælia, vbi quotidiana pugna & rara victoria.

Secunda medicina est corporalis asperitas. * Holkot in lib. Sap. lect. 113.

SECVNDA medicina ad abijcienda carnalia peccata, est assumptio corporalis asperitatis. Refert * enim Magister in scholasti histo. quod Moyses accepit filiam Regis Æthiopum nomine Tharbis in vxorem, Cumque vellet reuerti in patriam, prohibitus est ab vxore. Ille autem fecit sibi duos annulos fieri, & scripsit imagines in gemmis huius efficaciæ, quarum vna esset imago memoriç, & alia imago obliuionis. Cumq; paribus annulis eas inseruisset, vnum annulum videlicet obliuionis mulieri præbuit. Alium verò memoriæ ipse tulit. Vxor verò statim incepit amoris viri obliuiscì, & ipse cum gaudio in patriam remeauit.

Annulus duplex, memoriæ scilicet & obliuionis, quid significet.

Moraliter Moyses interpretatur attractans, & significat animam, quæ attractat siue attrahit Christum ad se per dilectionem, iuxta illud Cant. 1. *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*, sed vox est caro, quç semper per malam concupiscentiam nititur animam impedire, ne in cœlestem patriam, vnde orta est, possit peruenire, iuxta illud Arist. de pomo & morte. Væ animæ peccatrici, quæ non habet redeundi posse ad locũ suum quia turpia opera & delectationes corporis impediunt ascensum eius sursum, ideo anima debet facere duos annulos, vnum memoriæ, aliũ obliuionis, annulus memoriç significat orationem quam debet anima pro se tenere, vt in orationibus suis memoriam habeat gaudiorum cœli & tormentorum inferni, videlicet præparata his qui voluptatem corporis consequuntur, quia secũdum Gregorium. Momentaneum est quod delectat, æternum verò quod cruciat. Sed annulus obliuionis significat ieiunium & castigationẽ, quod facit obliuiscì voluptatis, & hoc dandum est carni; Debemus enim carni castigationem, abstinentiam, vigilias & affli-

afflictiones rationabiles imponere, vt dicit Holkot lect. 171. quia dicit caro, per Metrist am. *Si bene sum pasta, dici: caro, non ero casta.* Ideo dicit Apostol: 1. Corinth. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*, quia cum caro per abstinentiam fuerit castigata, ad voluptatem non erit prona, eò quod diabolus victus in gula non tentat de libidine secundum Chrysost: super Matth: Sic quod non impedit Spiritum, quando possit ad cœlestem patriam redire.

Caro per abstinentiam castigata, voluptates facile declinat

F

TERTIA medicina ad abijciendum peccata carnalia, est dilectio temporalis aduersitatis, nam pugnator clipeum diligit, & charum habet, quia ipsum exponit ictibus, vt illæsum conseruet corpus. Sic caro aduersitatibus est exponenda, vt à periculis anima seruetur illæsa & indemnis. Nam cùm Dauid esset in aduersitate inimicorum suorum, & contra inimicos suos bellum gereret, à vitio carnis immunis extitit. Sed cum in solario post meridiem deambularet, dum alij ad bellum solent procedere, in vitium carnalis immunditiæ & concupiscentiæ lapsus fuit. 2. Reg. 11. De hoc vide plura supra Dominica 2. ferm. 3. 8. Z. Et est notandum quod sunt principaliter duo vitia carnalia.

Tertia medicina est amor temporalis aduersitatis.

PRIMVM est gula, quæ secundum Augustt: est immoderata edacitas naturæ finibus non contenta, sed non potest hæc immunditia gulæ benè adijci & expelli, eò quod solet se sub triplici specie ficta occultare. PRIMO enim occultat se sub specie liberalitatis, quod maximè apparet in illis qui gulam suam fictè colorantes, dicunt. Sic Deus dedit omnia ad vsum hominis, & omnes res communes fecit propter hominem. Et ideo malum esset, quod res factæ pro homine, humano vsui deperirent. Et hoc tangit B. Greg. 31. moral. cum dicit: Ventris ingluuies, cor deuictum quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit, ad vsum Deus omnia mundi condidit, & qui satiari cibo respuit, quid aliud quàm concesso muneri contradicit. SECVNDO, se occultat sub ficta specie necessitatis de hoc Gregor: 31. moral: Cum sic se voluptas sub specie necessitatis palliat, vix eam perfectus quisque diiudicat. TERTIO, sub specie ficta abstinentiæ & parcitatis, Sicut quando cibus vilis & abiectus immoderatius appetitur & sumitur. Nam secundum Greg. 30. moral: Neque enim cibus, sed appetitus sub vitio est, vnde & lautiores cibos plerunq; & sine culpa sumimus, & abiectiores non sine reatu conscientiæ degustamus. Hinc est quod Esau per lenticulã primatum perdidit. Gen. 25. Et Helias carnes in eremo edendo mentis virtutem, conseruauit. Ad idem pertinet quod aliqui libenter itinerant, vt postea delectabilius comedant, & cum maiori desiderio cibum sumant.

Gulæ occultæ triplex species.

I.

Sub specie necessitatis.

II.

Sub specie necessitatis.

III.

Sub specie abstinentiæ & parcitatis

Sed remedium contra PRIMAM occultationem est, cogitare quod natura secundum Augustt: in paucis contenta est. Sed consuetudo necessaria multum facit, quia dicitur Eccl. 29. *Initium hominis panis & aqua.* Etiam considerare debet, quod propter vnum hominem Deus non omnia creauit, sed etiam propter alios. Nam contra ordinem rerum, & contra prouidentiam diuinæ ordinationis esset, quod vnus homo vellet omnia deglutire. SECVNDVM remedium contra secundam occultationẽ est, quod homo accedat ad sumendum alimenta, sicut ad medicamenta, vt dicit Augustt: lib. 10. confess: Hoc me docuisti Domine, vt quemadmodum ad medicamenta sic alimenta sumpturus accedam, & quod nunquam accedat ad satietatem, sed semper retrahat se circa appetitum, & non sinat præire concupiscentiam & delectationem naturæ. Sed è conuerso potius consideret, quantum necessitati suffi-

G

Natura paucis contenta

Cibus vt medicamenta sumendus.

ciat & ibi fiſtat. Sed quia hoc eſt difficile obſeruare, ideo ſemper frena gutturis ſunt temperatè refrenanda, quia dicit Auguſt: lib. 10. confeſſ: Et quis eſt Domine, qui non rapiatur extra metas neceſſitatis? Quis eſt ille? magnus eſt, & glorificet nomen tuum. TERTIVM remedium contra tertiam occultationē eſt, quod quilibet homo imprimat cordi ſuo exemplum Apoſtolorum, qui ſeruiebant Deo in fame & ſiti, in frigore & mendicitate, & tamen ſcribitur de ipſis, quod *nullus erat egens inter eos*. Act. 4. Quod ſic intelligitur ſecundum Auguſtinum. Nam in primitiua Eccleſia tanta fuit gratiæ exuperantia, quod hoc ipſum quod habebant, hoc ſibi ſummas diuitias reputabant. Et dicitur ſecundum Hugo. licet nihil habebant, tamen ex ſuperabundantia diuinæ gratiæ ipſam penuriam ſubeuntes, diuitias & delitias eſſe dicebant. Obſeruandum etiam eſt, quod homo auiditatem ſumendi cibum ſemper teneat in freno rationis, tam in cibis delicatis quam in vilibus, quia comedendo non ſolum poterit vitare reatum, ſed etiam comparare meritum.

Exemplum Apoſtolorū ſeruientium Deo in fame & ſiti, &c.

Auiditas cibi ſumendi freno rationis regenda.

H

SECVNDVM vitium carnale eſt luxuria, quæ ſecundum Auguſt: nihil aliud eſt, niſi ex immundis deſideriis lubrica mentis & carnis proſtitutio: hęc enim ex gula ſecundum Greg: 31. moral: frequenter naſcitur. Nam venter mero æſtuans, facile ſpumat in libidinem. Cuius ratio eſt, quia ex ſuperflua crapula natura inflammatur, ex cuius inflammatione frequenter inſurgunt deſideria mala mentem obnubilantia: illud enim vitium difficulter poteſt abijci vel expelli, quia etiam ſub tribus ſolet palliari. PRIMO ſub ſpecie affabilitatis & beneuolentiæ, quod apparet in illis, qui ſe alijs nimis affabiles exhibent. Sunt enim quidam, qui ad hoc ſtudent, vt omnibus affabiles ſe exhibeant & ſic omnibus affabilitate ſua placere deſiderant: Et ſic frequenter ſe occultat fiſcus voluptatis ſub ſpecie affabilitatis; & iſta occultatio eſt multum periculoſa quia ſub ipſa puritas virtutis, & ſinceritas diuini amoris, frequenter inficitur per occultum amorem carnalis voluptatis, & hoc conqueritur B Aug: lib. 4. confeſſ: dicens. Venam igitur amicitiæ pro dolor, coinquinabā ſordibus concupiſcentiæ candoremque eius obnubilabam tartaro libidinis. SECVNDO occultat ſe ſub ſpecie charitatis & amicitiæ, quod maximè apparet in illis, qui dicunt, quod ideo ſingulari affectione ad aliquas perſonas magis inclinantur, vt exinde profectum ſuæ ſalutis magis quærant, & eorum directionibus in Deum magis ſeruentes & ſollicite inſiſtant: & iſti multoties decipiuntur, quia in hoc caſu ſub ficta ſpecie charitatis & ſalutis proximi, viſcus carnalis concupiſcentiæ ſe occultat. TERTIO ſub ſpecie ſanctitatis & beneficentiæ, quod apparet in illis qui dicunt, quod ad hanc perſonam vel ad aliam magis inclinantur ratione ſanctitatis, caſtitatis & virtutis in ea relucentis, aſſerentes, quod ad hoc familiaritatem eius frequentent, vt bonis exemplis eius ædificentur, & iſti plerumq; decipiuntur, quia ſub ſpecie ſanctitatis ſæpe latet viſcus libidinis, vt dicit Aug: lib. de cohabitatione clericorum & mulierum.

Luxuria occultat ſe ſub triplici ſpecie virtutum

I. Sub affabilitate.

II. Sub caritate & amicitia.

NOTA.

III. Sub ſpecie ſanctitatis & beneficētiæ.

Libidinis viſcus ſub ſanctitate ſæpe latet.

PRIMVM, ergo remedium contra primam occultationem eſt quod homo diligenter conſideret mentem ſuam & attentè diſcutiat, vtrum ſub ſpecie affabilitatis & beneuolentiæ, quam exercet, alia concupiſcentia vel inclinatio priuati amoris latenter ſe abſcondat: & ſi quid talium deprehenderit, ſecurius tunc erit, quod ſe potius exhibeat ſingularem & maturum quàm quod ſua affabilitate malam inclinationem in ſeipſo ſuſtineat, vel in alijs perſonis ipſam procuret: & optimum remedium eſt ad idem, quod homo tanta magnanimitate, & tanta cordis altitudine mentis pudi-

I

Sub ſpecie affabilitatis latet interdū priuatus amor.

Remedium efficax eſt,

pudicitiam amplectatur; vt etiam dedignetur se cuicunque familiarem exhibere, vnde possit suæ mentis puritas iniquinari. Hæc magnanimitas siue cordis sublimitas nequaquam ab elatione sed potius ab amoris virtute dignoscitur emanare.

fugere familiaritatem, vnde puritas mentis lædi possit.

SECVNDVM, remedium ad repellendum corporis lasciuiam consistit in hoc, quod homo diligenter consideret, quanta vtilitas illi personæ prouenire possit, pro cuius profectu singularem ad ipsam affectionem gerit. Etiam consideret si talis persona directione vel studio multum indigeat. Nam si homo seipsum aut etiam aliam personam adeo mollem cognoscat, quod verisimiliter timeat, quòd ex eius studio, sibi vel illi mentis occupatio, vel noxia amoris inclinatio, proueniat, fugiat eam, quia tunc tutius est homini, quod se ab omnibus illis actibus restringat, ex quibus possit sibi vel alij aliquid noxium prouenire. Vnde secundum Gregor: Quotiescunq; quis per gestus procaces vel leues, diuinum amorem in corde proximi diminuit, toties in mente sua seipsum spiritualiter occidit. Si quis autem scire voluerit, an ex suo amore cor personæ alterius occupetur, illud ex hoc cognoscat, quod si illa persona velit & asserit, quod amor tuus in corde suo supremum locum teneat, vel si familiaritatem tui cum alia persona molestè ferat. hæc enim sunt signa & indicia noxiæ inclinationis & priuatæ dilectionis, à quibus quisque summè caueat, lasciuiam si voluerit euitare.

Considerandæ vtilitas quæ expriuatamoris affectu sequatur.

Noxia amoris inclinatio omni studio fugienda.

Signa priuatæ & noxiæ dilectionis.

TERTIVM, remedium contra tertiam occupationem consistit in hoc, quod homo virili animo illos actus, quos alicui personæ pro sua sanctitate impendit, non propter personæ complacentiam, sed solum amore diuino exerceat & illos actus festinanter expediat sine magna mora & longo coniunctu fœminarum: & illud remedium docet Aug in lib. de singularitate clericorum dicens. Vbicunque ex necessitate gestanda est cum mulieribus non continuando præsentia, sed magis quasi transeundo fœminis est exhibenda pro salutaribus causis accessio, & quodammodo fugitiua. Etiam salutarè remedium secundum Aug: ibidem, vbi subdit, quod præoccupetur aditus cunctis insidijs, ne hostis impugnando subrepat improuidis, omnisque familiaritas priuata & suspecta caueatur. Hæc omnia si diligenter obseruentur, facile omnem lasciuiam à cordis hospitio poterimus extirpare: Et tantum de peccatis carnalibus, quæ sunt à corpore nostro funditus abijcienda, ne corpora nostra polluantur. De peccatis autem spiritualibus quantum ad præsens, supersedeo, dicam autem de eis Deo volente in loco opportuno.

Breuis conuersatio cũ mulieribus cõmendata.

Aditus contra insidias præoccupãdus, ne hostis improuidus subrepat.

QVANTVM ad secundum principale hortatur nos Apostolus ad Dei verborum susceptionem cum dicit. *In mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras.* Pro quo notandum, quod cor hominis ad suscipiendum verbum Dei, habet se sicut stomachus ad cibum recipiendum. Sunt etiam aliquæ proprietates stomachi ad cibum. PRIMA proprietas, quod est ciborũ receptiuus. Nam stomachus dicitur à stomos græcè, quod vocatur Os latinè, eo quod sit ostium ventris ad cibũ, vt dicit Isaac. Est n. stomachus figuræ rotundæ factus, & in superiori parte strictus, in inferioriq; latus: nam cum homo inter cætera animalia sit erectus, cibus eius semper ad inferiora descendit, ideò vtilis fuit inferior latitudo, vt in ea recipi possit cibi multitudo, quæ omnia ostendunt stomachum esse receptaculum ciborum. Sic moraliter cor hominis debet spiritualem cibum, scilicet verbum Dei, de quo

K

Secunda pars concionis.

Stomachi proprietates

I.

Cibos recipit.

quo Matth. 4. *Non in solo pane, videlicet viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*, diligenter suscipere cum prædicatur, quia conuertit se & confortat. Iuxta illud. Actor. 9. *Cum accepisset cibum confortatus est*, confortat enim cibus ille salutaris non corpus, sed cor, non ventrem, sed mentem, ab erroreque auertitur. Sicut refert Valerius de quodam iuuene, qui adeò deditus erat delitijs, vt etiam in infamia gloriaretur, quia de vitijs se iactabat. Cumque enim semel post ortum surrexisset, vino graui, vnguentisque optimis delibutus, vestéq; nec non perlucida amictus, & serto capite redimitus domum remearet, visa schola Xenocratis iam aperta ad docendum, introiuit, non obstudij causam, sed vt prudentissima præcepta magistri temulentiæ lasciuijs eleuaret, Cumque omnes videntes grauarentur, Xenocrates vultu maturo loqui cepit. Polimo adolescente audiente, qui tam diligenter suscepit verba mortalitatis & doctrinationis magistri, quod grauitate ipsorum instigatus, detractam de capite coronam in terram proijceret, totaque exuta luxuria vitam melioraret. Ita legitur de quodam Comite, qui in vna prædicatione audiuit hoc verbum Ezech. 18. *In quacunq; hora peccator ingemuerit, saluus erit*, sicque mansuetus in cor suum suscipiens, in corde compunctus est & saluatus. Ideò dicitur Deutro. 11. *Ponite verba hæc* scilicet sancti Euangelij *in cordibus vestris*. Et Sapiens. *Fili inquit, à iuuentute tua accipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam.* Eccles. 6. & Iacobi. *In mansuetudine suscipite*, id est, cum magno desiderio & honore. *insitum verbum*, scilicet in cordibus vestris, *quod potest saluare animas vestras.* Sicut surculus inseritur arbori, ita verbum Dei cordi: Surculus enim, licet sit modicus, quando tamen trunco inseritur, vel fuerit insertus, tunc quicquid de trunco oritur, naturam surculi sapit. Sic etiam si verbum Dei cordi insertum fuerit, tunc tota cogitatio, locutio & operatio eius sapore condietur.

Stomachus ostendit qualiter nutriendus sit spiritus.

Exemplum de iuuene delitijs dedito.

Polimus audito Xenocrate de morte differente vitam emendauit.

Simile.

L II.

SECVNDO, Stomachus est ciborum retentuus; & hinc est, quod stomachus interius est asper & pilosus, vt cibum melius retinere possit, nam si esset lubricus, & in superficie planus, cibus ab eo indigestus rediret, & sic cor nostrum debet verbum Dei non solum cum mansuetudine suscipere per audientiam & intelligentiam, sed etiam retinere per memoriam. Nam sicut non prodest corpori, quod stomachus cibum recipiat, si receptum statim euomat. Sic nec prodest cordi verbum Dei, quod est cibus animæ, recipere, nisi homo velit hoc retinere, quod probat Seneca: Non prodest cibus, nec accedit corpori, qui statim sumptus euomitur. Similiter nec verbum auditum prodest, si obliuioni statim tradatur, ideò dicit Dominus Ioan. 15. *Si verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis & fiet vobis.* De hoc pulcrè B. Gregor. in homil. Verba Dei, quæ aure percipitis mente retinete: cibus enim mentis sermo Dei est, & quasi receptus cibus stomacho languente reijcitur, quando sermo auditus in ventre memoriæ non retinetur. Si quis alimenta non retinet, de huius profectò vita desperatur: æternæ ergò mortis pericula formidate, si verba vitæ & alimenta iustitiæ, quæ aure percipitis memoria non retinetis. Hæc Gregor. Vt ergò cor nostrum sit apertum ad retinendum verbum Dei, debet esse asperum per deuotam attentionem; & pilosum per assiduam humiliationem, quia Maria mater Domini quæ erat humillima, quæ de humilitate sua gloriatur, Luc. 1. *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, verba Dei retinebat. Luc. 2. *Maria autem*, inquit, *eius conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.* Nec debet esse cor nostrum lubri-

Cibos retinet.

Verbū Dei, cibus animę

Digitized by Google

lubricum per luxurioſas cogitationes, quia ab eo cibus verbi Dei recedit indigeſtus: quia dicitur Eccleſ. 21. *Audiuit luxurioſus*, ſcilicet verbum Dei de continentia, vel caſtitate, vel alijs ad ſalutem pertinentibus, *& diſpliceba:et, & proiecit illud poſt dorſum*. Sed certè, ſi non vult retinere & ſe emendare verba hæc ſalutis audiendo, audiet hæc verba Apocal. 18. *Quantum glorificatus in deliciis fuerit*, ſcilicet luxuriæ, *tantum date ei tormentum & luctum*. Sicut impletum legitur de Vdone Epiſcopo lubrico Magdeburgenſi, qui poſt terribile factũ ſuæ decapitationis ducta eſt anima ſua in puteum ardentis inflãmationis, deinde eſt extracta in modũ ferri candentis, vt pro corporalibus delitijs caperet recõpenſam. *Trithemius in chronico Hirſaugienſis monaſterij, & Nauclerus generat. 34. Baptiſta Fulgoſius l. 9. c. 12. Godſalcus Holon precepto 6. Decal.*

Qui alit luxurioſas cogitationes, ab eo verbũ Dei recedit.

Exemplum de Vdone Epiſcopo Magdeburgenſi.

Eſt tamen notandum, quamuis verbum Dei in corde non retineatur, attamen per ipſum cor mundatur. Sicut patet in Vitas patrum lib. 4. cap. 206. quidam frater dixit ad Senem: Ecce Abba frequenter interrogo ſeniores patres, vt dicant mihi admonitionem pro ſalute animæ meæ, & quicquid dixerunt mihi, nihil retineo ex ipſis. Erant autem ſeni duo vaſa vacua, & dixit ei; Vade, affer vnum de ipſis, & mitte in aquam, & laua illud, & effunde, & pone illud nitidum in locum ſuum. Fecit ergo ita frater ſemel & bis. Et dixit ſenex, vtraq; vaſa ſimiliter affer, & cum attuliſſet, dixit ei; quale eſt ex vtriſq; mundius? Reſpondit frater, vbi aquam miſi & laui. Tunc ſenex dixit ei; Sic eſt & anima fili, quæ frequenter audit verbum Dei; & quamuis nihil retineat ex his, quæ audit, vel interrogat, tamen plus mundatur, quàm illa quæ non audit vel interrogat. Attamen beati ſunt qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

M

Verbo Dei cor mundatur.

Exemplum.

TERTIO, ſtomachus eſt ciborum digeſtiuus, vnde ſtomachus factus eſt in fundo carnoſus, vt cõfortetur in eo digeſtio. Caro enim humida & calida ex quibus qualitatibus maximè confortatur, per digeſtionem autem corporalem transmutatur & alteratur, vt efficiatur ſimile nutrito, vt dicit Philoſophus lib. de anima. Sic cor noſtrũ cibum Dei ſuſceptum à prædicatore & retentum, debet in ſe per meditationem continuam digerere, exemplo Cameli, de quo dicit Ariſt. lib. animal. quod habet multos ventres, in primo cibũ recipit penitus indigeſtũ, in ſecundo incipit digerere, in tertio melius, in quarto, digeſtio penitus cõpletur. Sic homo debet cibũ ſpiritualis doctrinę PRIMO recipere in aure attentè audiẽdo, quia Ioan. 8. *Qui ex Deo eſt, verbũ Dei audit.*

III.

Stomachus cibos digerit

Cibus verbi Dei ſuſceptus, per meditationem eſt digerendus.

Verbum Dei attentè audiendum eſt.

N

SECVNDO, in corde memoriter retinendo, vt non ſit *auditor obliuioſus factus*, Iacob 1. & ibi incipit digerere per affectionem, in qua tamen digeſtione non transmutatur verbum, ſed transmutat mentem in ſimilitudinem verbi: interdum etiam verbum Dei eſt diſſimile & contrarium. Nam verbum humilitatis menti ſuperbiæ contrariatur, menti luxurioſę verbum caſtitatis, & menti crudeli verbum pietatis. Quando ergo verbum auditum eſt tantæ efficaciæ, vt poſſit mentem alterare, & ad ſe conuertere, puta vt mens ſuperba efficiatur humilis luxurioſa caſta, crudelis pia, tunc digeſtio verbi facta eſt. Ad hãc digeſtionem ſub ſimilitudine hortatur Dominus, Matt. 5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es in via cũ eo, ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici, iudex tradat te miniſtro, vt incarcereris.* Aduerſarius n. iſte, vt exponit Aug. ſermo diuinus eſt, qui peccatori aduerſatur iniuſtitiam prohibẽdo & iuſtitiã ſuadendo, aut præcipiendo cui peccator conſentire debet, & obedire ſi non vult in æternũ perire.

Memoriter in corde retinendum.

Digeſtio verbi Dei quando fiat.

Sermo diuinus aduerſarius noſter.

O

TERTIO, in manu, id eſt, in opere adimplendo, iuxta illud, *Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipſos.* Iac. 1. Et hoc modo melius digeretur, quia

Verbum Dei opere implere. Quæ audimus alios docere, est completa digestio.

factor boni operis beatus in facto suo erit. Iacobi vbi sup. QVARTO, in ore recipitur sapienter alios docendo, & hęc est completa verbi Dei digestio, id est, vtilitas communis, cum perficit docentem, quia Matt. 5. dicitur. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Et dictum est notanter superius, quod stomachus in fundo est carnosus, & caro est calida, ex qua digestio maximè confortatur, quia secundū Philosoph. digestio corporalis cibi, fit mediante calore naturali, propter quod dicitur in lib. methe. Digestio est complexio humida, proprio naturali calore facta ex contrariantibus passionibus, quæ superabundant in ipso humido. Sic digestio, siue transmutatio spiritualis cibi ipsius animæ mediante amore fit per ipsius verbi auditione, quia si homo afficiatur ad ea, quæ audiuit, non transmutatur ab eis, verba enim, quæ non placent, animum non mutant & mouent, ideo B. Aug. in lib. de doct. Christi dicit, quod Doctor illud agere debet, vt non solum intelligatur, sed etiam libenter audiatur & obedienter.

Cibi spiritualis animę digestio quo modo fiat.

P

Calidi & frigidi stomachi qualitas.

QVARTO, Stomachus est secundum diuersam complexionem diuersorum cibariorum appetitiuus & diuersimodè digestiuus, nam secundum Constantin. si stomachus fuerit naturaliter calidus, cibos grossos benè digerit, delicatos verò consumit, & plus digerit, quàm eius appetitus sit. Et propter similitudinem cibos calidos appetit, nec famem sustinere potest. E contra verò stomachus frigidus non benè cibaria grossa digerit, sed grauatur ex eis, & ea in humores corruptos & acidos citò conuertit, stomachus verò siccus citò sitit, & parum ei aqua sufficit, vnde si superfluè bibit, rugidum ei in ventrem facit. Si autem stomachus fuerit humidus, cibum appetit, sed parum digerit.

Amore spirituali feruidus facilè difficilia dogmata capit.

Moraliter ergò ille, qui habet stomachum calidum calore naturali, scilicet qui habet animum feruidum amore spirituali, ille grossa & solida cibaria, id est, alta & difficilia dogmata benè capit & intelligit, quæ sunt perfectorum cibus. Iuxta illud Hebr. 5. *Perfectorum solidus est cibus*; delicata verò & facilia pro nihilo deijcit, sed semper similia sibi, id est, feruentia & ignea eloquia concupiscit. Eo modo habuit animum amore feruidum Dauid, qui ait, Psal. 118. *Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud* sed illi habent stomachum frigidum, qui in amore Dei sunt frigidi, & illis necesse est, vt detur doctrina leuis, de quibus ad Hebr. 5. *Facti estis, quibus lacte opus est non solidus cibus.* Nam si difficilia talibus apponantur, grauantur audire ea, quæ non intelligunt, ideo plerunque talia documenta vertuntur eis vel in corruptionem erroris, vel acidiam mentis. Animus verò siccus ab humore deuotionis, si aliquando fortè sitierit aquam salutaris doctrinæ, citò tamen cum audierit in modico contentatur. Sed si talibus prædicetur fortè prolixius, rugiunt murmurando: qui verò habet humiditatem carnalis concupiscentiæ, cibum quidem interdum appetit doctrinæ spiritualis sed tamen eam non digerit, quia verbum Dei audiendo spernit.

Frigidis in amore Dei doctrina leuis sufficit.

Murmurant quidam contra prolixiores conciones.

QVINTO, Stomachus est multipliciter passiuus, patitur enim euomitionem, indigestionem, abominationem, inflationem, eructationem, & multa huiusmodi. Sic animus aut cor interdum contra scientiam doctrinæ patitur euomitionem, cū ipsam per memoriam non custodit, indigestionem cum ipsam non diligit, abominationem cum ipsam audire refugit, inflationem verò patitur, qui contra ipsam indignatur, vel qui de ipsa, quando discit vel docet, superbit, *quia scientia inflat.* 1. Cor. 8. Sed eructationem patitur, quia ex ipsa ventum contentionis quærit. Patitur autem stomachus

Q

Stomachus multa patitur.

Cor variè afficitur ex

illa

Digitized by Google

illa quandoq; ex maligna complexione, & quandoq; ex nimia repletione, quandoq; ex vigoris defectione, quandoque ex virtutis expulsiuæ debilitatione. Moraliter autem inordinata complexio humorum in stomacho, est inordinatio passionum, puta amoris vel gaudij, odij aut iræ, aut similium. Ex quibus frequenter accidit, quod homo est malè dispositus ad audiendum verbum Dei, quia secundum Philosophum, passionum secutores sunt inutiles Philosophiæ auditores. Et hoc probat venerabilis Boëtius lib. 1. de consol. metro vlt. in tribus exemplis.

scientia doctrinæ.

Passionis inordinatæ impediunt fructum verbi Dei.

Primum tangit, cum dicit. *Nubibus atris, Condita nullum fundere possunt sydera lumen*, & est sensus. Sicut sidera consueta nobis lucere & terram illuminare cessant, hoc facere propter nubis obscuram interpositionem. Sic intellectus, qui est lumen, quod Deus animæ nostræ infudit, 3. rhet. & similiter ratio, quia videlicet intellectus & ratio illuminant hominem in cognitione scripturarum & veritatis, impediunt à conturbatione passionum & dolorum. *Secundum* exemplum tangit, cum dicit, *Si mare volvens Turbidus Auster, Misceat æstum Vitrea dudum, Parq; serenis, Vnda diebus. Mox resoluto sordida cano, Visibus obstat.* Et est sententia. Sicut aqua maris clara manente ad modum vitri: visus eam potest penetrare, & videre ea, quæ sunt sub aqua sed si turbatur per ventum, tunc obstat visui, dispergendo radios visuales, ne valeant perfectè res sub aqua videre. Sic similiter animus hominis quietus ab omnium passionum turbatione, non impeditur in iudicio rationis, sed clarè videt, & iudicat de vero & falso, de bono & malo. Sed si passionibus & affectionibus moueatur & turbetur, statim impeditur ratio in iudicio suo, vt non possit clarè distinguere verum à falso, bonum à malo. *Tertium* exemplum tangit, cum dicit.

R

Intellectus est lumen à Deo animæ infusum.

Liber à passionibus, nõ impeditur in iudicio rationis.

Quisq; vagatur Montibus altis. Defluis amnis, Sæpè resistit, Rupe soluti, Obice saxi. Et vult, quod aqua currens de altis montibus liberè & recto tramite, & sine impedimento procedit directè, sed per obstaculum lapidis rupti de monte ipsa impeditur, ne rectè procedat. Sic & ipsa ratio libera non impedita obstaculo alicuius affectionis vel passionis rectè iudicat. Si autem afficitur rupe affectionum, impeditur in iudicio veritatis & bonitatis. Vel aqua currens de altis montibus, id est, sacra scriptura, quæ de cœlo est sanctis Doctoribus inspirata, hęc quidem sine aliquo obstaculo currit in cor hominis, quod non est impeditum passionum obstaculis. Ideo concludit Boëtius.

Ratio libera, non impedita passionibus, rectè iudicat.

Tu vero si vis Lumine claro, Cernere verum, Tramite recto, Carpere callem, Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemq; fugato, Nec dolor adsit, Nubila mens est, Vinctaq; frenis: Hæc vbi regnant: Hæc ille. Item patitur animus ex nimia exinanitione vel repletione.

S

Moraliter nimia exinanitio fit respectu paupertatis, sed nimia repletio ex diuitiarum collatione, quæ duo retrahunt multos ab auditu verbi Dei. Impossibile enim est indigentem operari bona, inquit Philosoph. & idem 1. Metaph. Sacerdotes, inquit, in Ægypto, id est, antiqui Philosophi habitis necessarijs vitæ, inceperunt Philosophari, propter quod petit Salomon Dominum, Prou. 30. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi*, id est, nimiam paupertatem & superfluas diuitias, *tribue tantum victui meo necessaria.* Quidam etiam sunt, quibus etsi adsit sollicitudo, deficit tamen vigor ad illud quando audiunt opere ad implendum, alij verò ad audiendum verbis Dei cũ magna deuotione auditis, dum contrariæ tentationes insurgunt. quia in virtute expulsiua ipsarum tentationum deficiunt. sic *venit Diabolus, & tollit verbum Dei de cordibus eorum*, vt dicitur Luc. 8. Et fortassis signum est, quod tales cibum verbi Dei appetebãt;

Diuitiarum abundantia, paupertatis respectus, multos ab auditu verbi Dei impediunt.

Verbum Dei quidam cum deuotione audiunt, sed in tentatione deficiunt.

quando enim homo habet appetitum ad cibum corporalē, tunc talis cibus ſumptus manet in ſtomacho ad corpus confortandum Sic cibus verbi Dei appetitus, aut deſideratus ab homine, vtiq; manet in corde ad animam nutriendā, ſic appetebat Daniel cibum ſpiritualis doctrinæ, quia propter appetitum vehementem, ſciendi, vocatus eſt *vir deſideriorum*, Dan. 9 Et ſponſa in canticis Cant. 2. hunc cibum ſpiritualem appetebat cum dicebat, *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Sic appetijt hunc cibum Dauid, qui dicit Pſal. 118. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c.* Sed ſic nos non hunc cibum appetamus, neque cum faſtidio capiamus, & certè qui hunc cibum faſtidit, ad mortem tendit, ſecundum illud, Pſal. 106. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquabant vſq; ad portas mortis.* Super quo dicit Auguſt. Sicut noxium eſt corpori corporeas eſcas non poſſe percipere, ita periculoſum eſt animæ, ſpirituales eſcas faſtidire. Et tantum de ſecundo.

Qui nauſeat ſuper cibum verbi Dei, ad mortem tendit.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo ſecundus.

Ille arguet mundum de peccato, de iuſtitia & de iudicio. Ioan. 16.

DIcunt experti de agricultura, ſi arbor, quæ facit fructum acetoſum vel amarum, perforetur, ita quod foramen per arborem tranſit, & ipſum foramen aqua mellificata perfundatur, & cum clauo, qui ſit eiuſdem generis, videlicet arboris, ipſum foramen obſtruatur, tales inquiunt, arbores faciunt fructus bonos & dulces. Moraliter, per arborem ad præſens intelligo peccatorem, qui facit fructum acetoſum peccati, ideò Anſel. li. 10. c. 17. exponens hoc de arbore naturali dicit. Quid eſt arbor faciens fructū acetoſum vel amarum, niſi peccator faciens opus malum, quod tandem amaram conſcientiā & amaræ pœnæ reatum inducit'. Hæc inquit arbor, videlicet peccator homo perforari debet cum clauo aſperę correctionis, & ſtatim debet infundi aqua mellita lenitatis, quia dicit idem vbi ſupra. Supra eius foramen tunc aqua mellita perfunditur, cū blanda eius auri correptio adhibetur, quæ tunc clauo obſtruitur, cum terror pœnæ & cōminatio adhibetur. Ideo B. Aug. de conflict. vitior. c. 9. inducit manſuetudinem proteruiæ reſpondentem. Proteruia n. dicit, nunquid ſtultis nunquid inſenſatis hominibus, ac ſi brutis animalibus lenia verba & non magis aſperrima vt tales decet, ſunt obijcienda, dum delinquunt? Et reſpondet manſuetudo. Non tua in his perſuaſio: ſed Apoſtoli ſequenda eſt præceptio, quæ de hac ſententia diſcipulū admonet, dicens. *Seniorē te ne increpaueris, ſed obſecra vt patrē, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt ſoroſres, in omni caſtitate.* 1. ad Tim. 5. Et rurſum 2. ad Tim. 2. *Seruum, inquit, Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad oēs docibilē*, id eſt, ad docendum habilem, *patientē, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati.* Et rurſum inquit, 2. ad Tim. 3. *Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina*, quaſi dicat, argue peccantes ex ignorantia, obſecra peccantes ex infirmitate, ſcilicet vt abſtineant propter reuerentiā rei ſacræ, ſcilicet Dominicæ paſſionis eis in baptiſmo communicatæ, increpa verbis duris, peccantes ex certa malitia, quia talis correctio arborem, id eſt, hominem immutat, vt quæ primo faciebat poma acetoſa vel amara, id eſt, opera praua vel corrupta, pro-

Arbor eſt peccator qui fert fructum acetoſum.

Proteruiæ obiectio.

Manſuetudo reſpōdet

Fructus increpationis duioris.

Digitized by Google

producat è conuerſo ſuauia & dulcorata, id eſt, de cætero faciat opera gratioſa & honeſta, & illo modo Spiritus ſanctus arguet mundanos peccatores, vt dicunt verba thematis prælibata hodierni ſancti Euangelij, in quo quidem Euangelio duo tanguntur. Amor fidelis animę ad ſuum principium reuertentis. Bonitas diuinæ clementię peccatores corrigentis. Duo in Euangelio explicantur.

B

QVANTVM ad PRIMVM tangitur amor fidelis animæ ad ſuum principium reuertentis, cum dicit anima, quo ad ſenſum moralem. *Vado ad eum, qui miſit me.* Circa quod notandum, fuerunt quidam hæretici, qui dixerunt animam hominis eſſe mortalem, & fuerunt hi, de quibus Sap. 2. dicit Salomon. *Dixerunt impij apud ſe non rectè cogitantes, exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt agnitus, qui eſt reuerſus ab inferis, quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non eſſemus.* In quo tangunt tres propoſitiones, *primam* ibi. Exiguum eſt tempus vitæ noſtræ, & hæc vera eſt, quia confirmatur Sap. 9. *Homo infirmus exigui temporis. Secundam* tangunt ibi, non eſt refrigerium in fine hominis, quaſi dicerent, quantumcunque homo benè vixerit, & iuſtè à delectationibus abſtinuerit nihil ſibi poſt mortem retribuetur pro merito, ſed hoc eſt falſum, quia dicitur Hierem. 6. *Ambulate in via recta, vel iuſta, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Et Sap. 4. *Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Et in Pſal. 65. dicunt boni & electi. *Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Tertiam* propoſitionem tangunt ibi. Non eſt agnitus, in qua negant locum pœnæ & tormentorum, quaſi dicerent, ſi aliquis eſſet locus talis, illi qui ſunt ibi puniti, aliquando reuerterentur ad nos, & nobis de ſuis pœnis nuntiarent. Sed fatuè dicunt, non aduertentes illud Luc. 16. *Chaos magnum firmatum eſt inter nos & vos, vt qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſunt, neq; inde huc tranſmeare*, & hoc de lege communi falsè loquuntur, quia Chriſtus ab inferis reſurrexit, & Lazarus ſimiliter. Ioan. 11. Animam dixerunt quidam hæretici, eſſe mortalem.

Sed vnde traxerunt hunc errorem dicentes animam eſſe mortalem? Reſponde, quod ex his verbis Eccl. 3. *Vnus eſt interitus hominum & iumentorum, & eadem vtrius q; conditio.* Sed dicit Gregor. quod Salom. in lib. Eccleſiaſtes, diuerſas perſonas inſe ſuſcipit, & quandoq; dicit, quod mens imperita ſentit illud iam dictum, quandoque verò, quod ratio benè diſpoſita diſcernit: ideò quantum ad rationem non innuit animam cum corpore mori, vel perire.

C

Et hoc probat verum auctoritate Philoſophorum, dicit enim Plato in Timæo, ca. 45. Quod anima eſt immortalis, & ſecundum quod vicerit paſſiones, & ab eiſdem victa fuerit præmiatur, vel punietur poſt mortem. Et in hoc verum dicit, ſed in hoc quod ſubdit, falſum dicit. Ait enim: ſi anima exiſtens in corpore virili, vincatur à corporis paſſionibus, poſt ſeparationem à corpore virili, in corpus mulieris mittetur: Et ſi ſe ibi malè habuit, in corpus pecoris tranſibit, & poſt mortem in pœnam. & ſecundum, quod malum vel peius ſe habuerit, in deterius pecus reuertetur. Finaliter tamen omnes redibunt ad originalem iuſtitiam, & innocentiam, & dignitatem, cum fuerint per pœnas ſufficienter expiatæ. Sed hoc eſſe falſum erroneumq; oſtendit Papa in Extrauagante dicens. Diffinimus, quod ſecundum communem Dei ordinationem, animæ decedentium in actuali mortali peccato, mox poſt mortem ad inferna deſcendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur. *Et ſubdit*: Quicunq; ſcienter & pertinaciter temerè aſſerere prædicare, docere & defendere verbo vel ſcri- Animã eſſe immortalẽ probatur a Philoſophis. Platonis error de animę migratione. Moriens in peccato mortali ſtatim damnatur.

ſcripto, præſumpſerit, contra eum ſicut contra hæreticum modo debito procedatur. Ergò animæ vitæ à carnalibus deſiderijs, ſeparatæ à corporibus, non mittentur in alia corpora, ſed deputabuntur ſupplicijs. In hoc tamen dicto probat Plato immortalitatem animæ, & in libro, quem Phedronis nomine intitulauit, dicit, quod ſuperueniente nece in homine, quod mortale eſt, ipſius defungitur, ſcilicet corpus. Quod verò immortale, integrum, & incorruptibile, euolat. Et ibi etiam ponit, quãdo homines defunguntur ducuntur in chaos, & qui dignè & ſanctè vixerunt præmiantur, qui verò iniuſtè, punientur. Et Calcidius in commento ſuper Timæo Platonis, in verſibus aureis, dicit.

Corpore depoſito cum liber ad æthera perges,
Euadens hominem factus æthereus alter.

Mors non timenda, quia nutrit vitam

De hoc etiam dicit Seneca in epiſtol. 5. Mors quam pertimeſcimus & recuſamus, nutrit vitam, non eripit. Veniet iterum, qui nos in lucem reponet dies. Et hoc ſciens quilibet fidelis anima, cum peregit tempus peregrinationis mundialis, per mortem diſcedit, vel ſeparatur à corpore, confidenter dicit hæc verba ſancti Euangelij hodierni. *Vado ad eum, qui me miſit.* Et quando ſic anima reuertitur feliciter ad creatorem ſuum, tunc impletur illud. Gen. 8. vbi legitur. *Noë emiſit columbam per feneſtram, quæ cum non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt in arcam.*

D

Deus Pater per Noe ſignificatur.

Noë interpretatur quieſcens, & ſignificat Deum patrem, qui ſemper ab æterno quieuit in ſemetipſo. Et per hoc ſolue quæſtionem hanc temerariam qua quæritur, Vbi fuit Deus, antequam creauit cœlum & terram? quia quieuit in ſemetipſo, & ſine ſui mutabilitate omnia mutabilia produxit. Arca in qua fuerunt omnia genera animalium, ſignificat mentem paternam, in qua omnia genera entium ſecundum rationes ſuas ideales, & cauſas vitales ab æterno extiterunt, in quibus poſtmodum in eſſe perfluxerunt. Feneſtra, quæ eſt ſuperior pars arcæ, deſignat rationem illam idealem cæteris perfectiorem, ſecundum quam anima cæteriſque ſpiritus intellectuales in eſſe profluxerunt. Ab hac feneſtra columba emiſſa, id eſt, ſpiritus rationalis, non inuenit vbi pes eius requieſceret, ex quo *non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.* ad Heb. 13. Ideò non quieſcit fidelis donec iterum reuertatur in arcam vnde exiuit. Et hoc etiam eſt, quod dicit Aug. lib. confeſſ. Feciſti nos Domine à te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.

Et quare ſic anhelat fidelis anima ire ad ſuum principium, ſcilicet, Deum qui eam in hunc mundum miſit. Ad hoc reſponde, mali in præſenti florent, & præmia habent, ſubleuantur, & proſperantur in tantum, quod etiam quidam ſancti demurmurabant, ſicut Iob. 21. *Quare impij viuunt ſubleuati, confortatiq; diuitijs.* Et Hiere. 12. *Quare via impiorum proſperatur? benè eſt omnibus, qui prauaricantur, & inique agunt.* Et Dauid in Pſalm. 93. *Vſque quo peccatores gloriabuntur.* Sed boni in hac vita æque areſcunt & præmijs carent, & præmiantur, & aduerſa patiuntur. Et quia retributio non fit in præſenti, & ideò erit in futuro, propter quod anhelant ad hunc locum, in quo præmia ſua inuenire ſperant. Sic anhelauit ad Deum Dauid, qui ait Pſalm. 41. *Sicut cernus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat, &c.* Et Hugo venerabilis Doctor in lib. de charitate. Ad te, inquit, me conuerto dulcis amor Ieſu, à quo totum bonum animæ meæ dependet, in quocunque tu es dulcis amor, ſemper cogitat, quando veram pacem inueniat. Si quando ambulat, ſi quando ſedeat, ſi quando

Anima beata reuertitur ad locum vnde exiuit.

Animæ deſiderium ab amore Ieſu dependet.

quid

quid agat, si quando requiescat, vt quicquid in corpore geratur, à te non recedat, semper cor sursum habet, & desiderium in superna eleuans, tacens Deum cogitat, loquens nihil præter Deum, & quod ad Dei amorem pertinet, loqui desiderat. Hæc ille.

E

Viæ qua fidelium animæ ad Deū pergunt, sunt tres. Via passionis.

Sed diceret aliquis, Per quas vias animæ fidelium vadunt ad Deum, qui eas misit? Ad hoc respondē, quod necesse habent ire per has vias. Per quas Christus iuit ad suum Patrem: & harum viarum sunt tres, quæ accipiuntur secundum triplicem vitā, scilicet passiuam, actiuam & contemplatiuam. *Prima* ergo via, per quam Christus iuit ad Patrem, est via passionis, per quam iuit in tota vita sua ab infantia vsque ad mortem, *quia oportebat Christum pati, & ita ire in gloriam suam*, Luc. vlt. Ideò postquam cum discipulis suis cænasset, & citò imminueret passio sua, ait illis. *Vado* scilicet per passionem cito instantem, *ad eum*, scilicet, patrem, *qui me misit*. Sic & nos per eandem viam oportet ire, si volumus ad gloriam venire, quia dicit August. Nequaquam ad regnum cœlorum se pertinere iudicet; qui hic in area tritura non conditur tribulatione, nec membra Christi se iudicent, qui caput suum spinis coronatum in passionibus non sequuntur. Et B. Hieron. Vis, inquit, regnare cum Christo, patiaris cum Christo. Si dominum Christum oportuit pati, quam fiduciam nos habemus intrare sine labore? O quam stulti sumus, volumus hoc cum seculo gaudere, & postea cum Christo regnare; quasi diceret, non sic fiet. *Et subdit*. Nam Dominus ingreditur pauper seruus superfluitate onustus vestibus, auro & gemmis intrabit? quasi diceret, non: ille ieiunijs, & iste crapula & luxuria plenus, ille in cruce pro nobis moriens, & iste in lecto delicato dormiens, quasi diceret, non sic itur ad astra. Ita necesse est, vt vel corporaliter patiamur, vel in mente passiones Christi sedulè meditemur, iuxta illud, quod dixit sponsa Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*, vbi dicit Glos. Fasciculus myrrhæ, est congeries passionum ex multis colligata, qualem fasciculum anima deuota sibi colligit, quando singula, quæ Christus passus est recolit, & inter vbera sua, id est, in cordis sui memoria reponit, ne vnquam à memoria excidant. Talem fasciculum elegit sibi beatus Bernardus, dicens super Cant. 4. serm. 53. Ego fratres ab ineunte ætate mea conuersationum meritorumque, quæ mihi deesse sentiebam, hunc mihi fasciculum colligere, & inter vbera mea collocare curaui, collectum ex omnibus anxietatibus & amaritudinibus domini mei. Primum videlicet infantilium aliarum necessitatum, *deinde* laborum, quos pertulit prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarū in orando, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, periculorum in falsis fratribus, conuitiorum, sputorum, colaphorū, subsannationum, & exprobrationum, horrumque similia, quæ in salutem humani generis copiosissimè noscitur pertulisse. Hæc Bernardus.

Ad regnum cœlorū pertinent, qui per tribulationes Christū sequuntur.

Stultus est qui cum hoc seculo gaudet & sperat post regnare cum Christo.

Fasciculum passionis Christi debet colligere anima fidelis exemplo B. Bernardi

F

Via actionis.

Secvnda est via actionis, per quam Christus etiam iuit in tota vita sua, specialiterque à tempore prædicationis suæ, quantum habetur ex Euangelio & non est dubium, quin ante fecit multa bona opera quamuis non sint scripta iuxta illud Ioan. vlt. *Multa quidem, & alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta, quæ si omnia scriberentur, non posset ea capere totus mundus*: Iuit etiam per viam actionis infirmos curando, mortuos suscitando, esurientes cibando, & sic de alijs. Per eandem n. viam actionis & nos debemus incedere, quia per eā in montē cœli ascendimus. Dicit n. Anselm. 1. c. 3.

quod

quod vita actiua assimilatur colli, & collis est pes montis, vel montium. Nam primò per collem ascendemus, quia per viam actiuam ad hunc montem ascendemus, de quo dicit Psalm. 67. *Quis ascendet in montem Domini.* Et alibi 67. *Mons Dei, mons pinguis.* Quod autem anima fidelis, per viam actiuam peruenit ad visionem Dei, figuratum est Gen. 29. vbi legitur, quod Iacob qui seruiuit pro Rachel, accepit primo Lyam, deinde peruenit ad Rachel, quæ erat pulchra. Iacob interpretatur supplantator, & significat quamlibet fidelem animam, quæ supplantat vitia. Et hic debet primo accipere Lyam, quæ interpretatur laborans, vel laboriosa, quia debet prius laborare in vita actiua, vt cibare pauperes, potare sitientes, operire nudos, visitare incarceratos, & liberare captiuos, aliaque opera facere virtuosa. Quibus peractis, peruenit ad Rachel, quæ interpretatur videns principium, vel Deum: quia per vitam actiuam peruenit ad suum principium, vnde exiuit ad clarè videndum, ideò Christus inuitauit eam Cant. 2. *Surge, propera amica mea, & veni.* Surge, inquit, à torpore & desidia, propera per actionis viam ad operum exercitia, & veni sequendo mea vestigia. Audiens ergò hæc sponsa, scilicet anima fidelis Christi sponsi sui inuitationem, dicit Cant. 3. *Surgam,* scilicet à lectulo torporis & commodi corporalis, *& circumibo ciuitatem,* per viam piæ actionis, & sic tandem inueniens dilectum dicens. *Tenui eum nec dimittam donec introducam.*

Figura animæ fidelis per viam actiuam peruenientis ad visionē Dei.

G TERTIA via est contemplationis, per hanc iuit Christus ab instanti suæ conceptionis, & fuit statim non solum contemplator, sed comprehensor. In qua etiam via positus, sæpe in oratione per noctauit in monte, ab omnium hominum strepitu semotus. Et hanc viam in ascensione consummauit, veniendo ad terminum sui motus, & per hanc viam felix anima debet incedere, quæ ad suum terminum nititur peruenire. Est enim via contemplatiua cella vinaria, in quam cœlestis rex deuotam animam introducit, sicut de hoc gloriatur Can. 2. *Introduxit me rex in cellam vinariam.* Sed nota. Palladius in lib. de agricultura dicit, quod cella vinaria debet à quinque esse remota, in quibus notantur quinque, à quibus debet contemplatiuus abstinere. PRIMO, cella vinaria debet esse remota à calore, quia debet esse frigida. Sic contemplatiuus vir, vel mulier, debet esse frigidus ab æstu concupiscentiæ, vel ab ardore libidinis remotus, quæ oculum mentis obtenebrat & excæcat iuxta illud Psalm. 57. *Supercecidit ignis, & non viderunt solem.* SECVNDO, cella vinaria debet esse à luna remota, quia debet esse quasi obscura. Moraliter hæc obscuritas fit in viro contemplatiuo, vel muliere per humilitatem, per quam nullus reputat se quasi aliquid scire, vel audire, vel videre: Vel, hæc obscuritas refertur ad fidem, quia nunc videtur Deus à contemplantibus sub quadam obscuritate, iuxta illud 1. Corinth. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate,* & quare hoc, quia lucem habet *inaccessibilem, quam nemo hominum videre potest.* 1. ad Timoth. 6. Ideò dixit Tobias 5. cap. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Istæ tenebræ sunt in sanctis propriè, quando considerant proprios defectus, diuinum iudicium formidantes, ideò dicit Dauid in Psal. 54. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Vel forte, contemplatiui timent & fugiunt nimiam celeritatem mundanæ prosperitatis. Sicut timuit Dauid cum dixit Psal. 55. *Ab altitudine ventorum,* id est, prosperitatis *timebo,* & ideo non recusant noctem aduersitatis, sicut dicit in Psal. 138. *Nox illuminatio mea in deliciis meis.* Et dicit in delitijs, quia interdum contemplatiui sunt in magnis delitijs, & gaudijs

Via contemplationis.

Cellæ vinariæ similatur vita contemplatiua propter quinque.

Contemplatiui sæpe

dijs in ſua ſpeculatione replentur, quia dicit Caſſianus in libro Collationum. Tantò præſto eſt nunc ſanctis iucunditas mentis ſuæ, quantum nulla ratio æſtimare, aut lingua aliqua valeat enarrare. gaudio & delitijs replentur.

Sed ibidem idem Caſſianus mouet hanc quæſtionem Abbati Danieli, quærens, quæ cauſa ſit, quod mens diuinis meditationibus intenta, quandoq; gaudio tanto repleatur, & tantis diuinis chariſmatibus exuberet, quod oratio prompta, actio expedita, & feruida meditatio ad Deum mittatur, & ſubitò tam irrationabili torpore reprimatur, quod nec oratio, nec lectio, vel meditatio ſapiat, ſed omnes actus ſpirituales deſipiant. Quæſtio. Quare Deus in oratione, meditatione, &c. interdum ſubtrahat gratiam deuotionis,

H

Reſponde-] tur.

Ad quod reſpondet Abbas Daniel, quod ſuper hanc mentis ſubtilitatem ſancti patres tradunt triplicem rationem. Aut enim iſte torpor & deſidia vel ſterilitas, deſcendit de noſtra negligentia, aut de impugnatione Diaboli, aut de diſpenſatione Dei pro noſtra probatione. De *negligentia* quidem, cum tempore præcedenti minus circumſpecti, & ignauiam & defidiam noxijs cogitationibus paſcimus, & terram cordis noſtri tribulos & ſpinas facimus germinare, quibus in ea pullulantibus efficimur ſteriles, & ab omni fructu ſpirituali vacui & inanes. De *impugnatione Diaboli*, quoniam quandoque bonis actibus dediti callidus hoſtis mentem noſtram diſtrahens, nos à bonis cogitationibus ignorantes abſtrahit, vel inuitos. *Diſpenſationis* autem Dei & probationis duplex eſt cauſa. *Prima*, vt cum à Deo parum derelinquimur fragilitatem mentis humiliter intuentes, de præcedente cordis puritate, quæ nobis ſuo munere donata fuit, nequaquam extollamur, & præteritam cordis alacritatem, non merito noſtro obtinuiſſe, ſed munere accepiſſe cognoſcamus, & pro eius recuperatione feruenter exoremus. *Secunda* cauſa probationis vt mentis noſtræ deſiderium comprobetur, cum quanta videlicet deuotionis inſtantia gratiam perditam requiramus, & cum hoc cognoſcentes, quod amiſſam gratiam cum tanto labore recuperare oportet, rurſus inuentam ſollicitè cuſtodire, ac tenere attentius ſtudeamus. Tres ſunt cauſæ huius deſolationis aut torporis. Negligentia & incircumſpectio. Impugnatio Diaboli. Diſpenſatio Dei & duæ cauſæ eiuſdem. Vt fragilitatem noſtrā agnoſcamus. Vt probet mentis noſtræ deſiderium.

Nam illud, quod facilè creditur recuperari, plerunque ſolet negligentius cuſtodiri. Hæc ille. TERTIO, Cella vinaria non debet eſſe remota à ſeptentrione, id eſt, debet eſſe oppoſita ſeptentrioni. Septentrio dicitur Antarcticus ſiue vrſa. Et dicitur à ſeptem ſtellis frigidis à natura, in quo moraliter ſignificatur ſeptenarium vitiorum, quibus ſancti & contemplatiui viri oppoſiti ſunt, eis reſiſtentes, & contra ea pugnantes, iuxta exhortationem Senecæ: Pacem cum hominibus habebis, & bellum cum vitijs.

QVARTO debet eſſe remota, ab humore, ſcilicet à ciſternis & aquis. Hæ autem aquæ ſunt doctrinæ philoſophiæ, quarum ciſternæ ſunt philoſophorum libri, à quibus homo contemplatiuus, ab alijſq; , quæ ad fidem non pertinent, debet remoueri, quia fides non habet meritum, ſecundum Greg. in homil. vbi humana ratio præbet experimentum. Et ideo dicit Ambr. Tolle argumenta vbi fides quæritur. De his Ciſternis dicitur Hier. 2. *Duo mala fecit populus meus, quia dereliquerunt me fontem aquæ viuentis, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*, hæ ciſternæ diſſipatæ ſunt philoſophorum errantium libri, vt Auerrois & quorundam aliorum contra fidem loquentium, quorum etiam vnus vocatur Hermes Triſmegiſtus ad Aſclepium poſt medium libri dicens.

I

Philoſophorum libri ſunt ciſternæ diſſipatæ.

Cum animæ fuerit à corpore diſceſſio, tunc ad examen meritiq́ue eius arbitrium

transiet in ſummi dæmonis poteſtatem. Iſq; cum eam piam iuſtamq; prouiderit, in competẽtibus locis permanere dimittit. Si autem delictorum ipſam maculis vitijſq; obligatam viderit, deſuper ad ima perturbans per cellam ignis & aquæ ſæpè diſcordantibus tradet, & ſic inter cœlum & terram mundanis fluctibus in diuerſis ſemper, æterniſq; venis agitata capiatur. Ecce ille tradit poteſtatem dęmoni ſuper animas pœnis deputandas, quæ tamen iure Deo debetur & angelis eius, quod patet Matt. 22. vbi legitur *quod rex ſcilicet Chriſtus dixit miniſtris ſuis*, ſcilicet ſuis angelis, *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Vel miniſtri Dei ſunt Dæmones 23. q. 5. c. Non ſolum, vbi dicitur. Non ſolum homines miniſtri ſunt & vltores iræ Dei, his qui malum operantur, ſed etiam contrariæ fortitudines, id eſt Dæmones, ſecundum Bart. Brixien. Et patet ex illo, quod primo animæ damnandæ tranſeunt in Dei, & non dæmonis poteſtatem. Deinde tradentur miniſtris æternaliter puniendæ. Ideo has ciſternas philoſophorum errantium diſſipatas, non debent, ſcilicet, viri contemplatiui fodere, ne fortè ſubducti aberrent à fide. QVINTO, Cella vinaria debet eſſe à fœtore remota, longè à balneis, ſtabulis, & ſterquilinijs. Moraliter in balneis intelliguntur voluptatis delitiæ in ſtabulis dignitatis excellentiæ, quia viri magni præcipuè delectantur in multitudine equitum, pompa equorum, quibus ſtabula replentur. Nam de Salomone dicitur, 2. Paral. 9. *quod habuit quadraginta millia equorum in ſtabulis*. In ſterquilinijs autem intelliguntur humanæ diuitiæ, de quibus Apoſt. ad Phil. 3. *Omnia detrimentum feci, & arbitratus ſum vt ſtercora.* Hęc enim quæ mundanis redolent, ſanctis fœtent, qui cœleſtium odorem per olfactum iudicio diſcretionis & contemplationis percipiunt. ideo ab his tribus iam dictis tanquã à tribus fœtidis longè fiunt. Iuxta illud Pſal. 54. *Ecce elongaui*, ſcilicet à fœtore mundi, *& manſi in ſolitudine.*

Animam mortuo corpore qui dixerunt præſentari in poteſtatem ſummi dæmonis.

Animę damnandæ primum Dei poteſtati, deinde dæmonibus traduntur.

K Quantum ad SECVNDVM tangitur bonitas diuinæ clementiæ peccatores corrigentis, cum dicit. *Ille arguet mundum de peccato, de iuſtitia, & iudicio. De peccato* quidẽ infidelitatis, *quia non crediderunt in me.* Vbi notandum infideles, qui in Chriſtum non credunt ſunt multiplices. *Primi*, ſunt Deum negãtes, & hi qui ſunt in errore iſto modo ſunt indigni omni bono, & ſunt quodammodo deteriores dæmonibus, quia illi credunt Deum eſſe, Iac. 2. *Tu credis quoniã Deus eſt, & benè credis & facis, & dæmones credunt & contremiſcunt*, Deum enim eſſe multis modis oſtenditur. *Primo*, hoc fides rectè teſtatur. Nam fides Catholica credit Deum, credit Deo & credit in Deũ. Credere Deum, eſt ipſum credere eſſe. Credere Deo, eſt credere verbis eius. Sed credere in Deum, eſt credendo amare Deum, credendo in eum ire, ac membris eius incorporari. Primum & ſecundum, malorum & bonorum eſt, ſed tantum bonorum eſt tertiũ, vt dicit Thom. in Compend. lib. 1. cap. 1. & Magiſter lib. 3. diſt. 23. *Secundo*, Deum eſſe ſcriptura loquitur, Pſal. *Ab æterno & vſq; in æternum tu es Deus. Tertio*, ſancti prædicant, quorum vnus Anſel. in ſoliloq. Credimus te Dñe eſſe aliquid, quo nihil maius cogitari poſſit. *Quarto*, Deum eſſe oẽs creaturæ clamant. Nam omnia pulchra teſtantur ipſum pulcherrimum, dicentes cum Pſal. 99. *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* Omnia dulcia teſtantur eum dulciſſimũ, ſublimia altiſſimum pura puriſſimum, & ſic de alijs. Ideo Aug. lib. 10. confeſſ. Interrogaui, inquit, de Deo meo cœlum, ſolem, lunam, & ſtellas, neq; nos ſumus Deus, quem quæris, inquiunt. Et dixi omnibus quæ circumſtant carnem meam, dicite de Deo meo aliquid, & exclamauerunt voce magna. *Ipſe fecit nos*, Ita & in alijs creaturis, vt floribus, gemmis, &c. noſcitur creator, iuxta illud

Secũda pars concionis. Infideles ſunt multiplices.

I. Deum negantes. Probatur Deum eſſe.

Quid ſit credere Deum, credere Deo, & credere in Deum.

Creaturæ omnes, Deũ ſuum auctorem eſſe fatentur.

Sap.

Digitized by Google

Sap. 13. *A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Quinto*, Deum esse ratio naturalis dictat, ideo Damas. dicit. Cognitio existendi Deum nobis naturaliter inserta est. De hoc vide plura supra, parte prima, Dominica Lætare, Sermone II. Z. A.

II. Idola adorantes.

SECVNDI infideles sunt idola adorantes, quorum aliqui adorant solem, lunam, & stellas. Alij quatuor elementa, alij irrationabilia alijq; dæmones, sicut illi sacerdotes, 3. Reg. 18. *Qui invocabant nomen Baal de manè vsq; ad meridiem dicentes. Baal exaudi nos.* Hæc quidem idolatria est magnum peccatum, quia Deo suum honorem aufert, & creaturæ, cui non debetur, confert & æquat creaturam creatori. Et de talibus loquitur Paulus ad Rom. 1. *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in gloriam volucrum, quadrupedum & serpentum*, super quo dicit Ambrosius, quanta est stultitia eorũ, apud quos plus potest imaginatio quàm veritas, & potiores sunt mortui quàm viui. Tales ergo faciunt se infelices, maledictos, derisione dignos. De quo Sap. 13. *Infelices sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt Deos, opera manuum hominum.* De *secundo*. Deut. 27. *Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile, abominationem domini opus manuum hominum artificum, ponetq; illud in abscondito.* De *tertio*, Hier. 10. *Non est spiritus in eis, & opus risu dignum.*

I. An liceat imagines adorare. Imago duobus modis consideratur. Imagines quia ligna sunt, non honorantur, sed sancti quorũ sunt imagines.

Hic oritur vna dubitatio: An Christianis liceat imagines aliquas adorare? & videtur quod non quia Exodi 20. dicitur. *Non facies tibi imaginem, neq; omnem similitudinem*, si enim non licet facere, multò fortius non licet adorare. Ad oppositum autem est ritus Ecclesiæ. Ad istam dubitationem respondet Magister 3. Sen. dist. 2. quod imago dupliciter potest considerari, vel secundum quod est res quædam, vel secundum quod est imago. *Primo* modo, nullus debetur sibi honor sicut ligno vel lapidi. *Secundo* modo, honor non fit imagini, sed illi cuius est imago. Sed Holkot lect. 157. dicit, quod nulla adoratio debetur imagini, nec licet imaginem adorare. Vna est enim adoratio in spiritu deuotionis & amore summo, & istam nullo modo debemus in aliam creaturam dirigere, quia tamen propter imaginem Christi excitamur ad adorãdum Christum, & coram imagine orationem nostram facimus, Deum largè loquendo, quasi imaginem adoramus. *Et subdit.* Mihi videtur dicendum, quod nec adoro imaginem Christi, quia lignum. nec quia imago Christi, sed adoro Christum coram imagine Christi, quia est imago Christi, & excitat me ad adorandum Christum. Cum autem dicit Damas. lib. 4. c. 8. Sanctorum imagines dicuntur adorari, hoc intelligo sicut dicit Holkot, quod propter imaginis repræsentationem, licet mihi coram illa imagine sanctum, cuius est adorare.

Obiectio.

Sed diceres. Si debeo ex commemoratione imaginis, multò magis ex commemoratione imaginis verioris. Sed verior imago est in homine secundum animam, iuxta illud Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Et verior est imago viui hominis quàm imago lignea vel lapidea; Ergo licet adorare Deum, vel Christum in homine potiùs quàm in imagine. Ad hoc dicendum, quod homo nimis magnam habet nobilitatem. Vnde si adoraretur, posset præsumi, quod propter se adoraretur: imago autem lignea nihil habet bonitatis vel momentanei, quare coram eo adoratio debet fieri & ideo statuit Ecclesia, quod potius coram imagine tali fieret adoratio, quàm in homine, quamuis, qui sic Deum adoraret, exercitatus per hominem, quatenus est imago DEI in nullo peccaret, nisi forte per accidens ratione scandali, quod alij

Responsio. Periculum quod homo incurreret si adoraretur.

Apostoli vsum imaginum in Ecclesiam introduxerũt.

possent inde sibi vendicare. Hæc Holkot. Vnde nota vsum imaginum in Ecclesia introduxerunt Apostoli, quia dicit Damas. lib. 4. cap. 8 quod rumor ad eum peruenerat, quod B. Lucas pinxit imaginem tàm Christi quàm Mariæ matris suæ, & quod illæ imagines habebantur Romæ, & secundum illas aliæ fuerunt depictæ, quæ olim Hierosolymis habebantur. Imò narratur etiam in Ecclesiastica historia, quod Christus Abagaro regi, qui pictorem suum miserat ad eum, imaginem suiipsius transmisit. Cum enim pictor non posset in faciem Christi aciem visus sui defigere, propter claritatis coruscationem, Christus deuotionem regis attendens suum vestimentum faciei applicauit, & sic sui ipsius imaginem ei misit. Hæc Damascenus.

Christus Abagaro misit suam effigiem.

Causa institutionis imaginum triplex.

Fuit autem triplex causa institutionis imaginum in Ecclesia. *Prima*, ad instructionem laicorum, quibus imagines adhibentur loco librorum. *Secundo*, vt incarnationis mysterium & sanctorum exempla nobis frequentius infigerentur. *Tertio*, ad excitandum deuotionis affectum, quia magis ex visis quàm auditis causatur. Sed vsus simulachrorum secundum Isidorum 8. Etymol. cap. 5. exortus est ex nimia affectione ad mortuos. Constituebantur effigies vel imagines, vt mortuos viuos repræsentarẽt. Post hæc Dæmones illa simulachra sunt ingressi, & responsiones dederunt, & se coli à malis & perditis hominibus persuaserunt. Iudæi autem dicunt, quod Ismael primò simulachrum fecerit ex luto. Gentiles verò dicunt Prometheum simulachra hominum primo finxisse ex luto, & ab eo dicunt artem faciendi statuas adinuentam.

Vsus simulachrorum vnde exortus.

M

III.

Magiæ operam dantes, deridentur quadrupliciter.

TERTII infideles sunt arti magicæ insudantes, & illi deridentur. *Primo*, à dæmonibus fallacibus quibus sacrificant, & quos colunt, vt dicam infra Deo annuente, Feria III. Pent. Serm. *Qui non intrat*, &c. de quodam Episcopo, qui per artem magicam in prælaturam intrauit & ouile, quare à dæmonibus deceptus fuit. *Secundo*, deridentur ab hominibus, sicut refert Holkot, lectione 189. de quodam Clerico nigromantico, cui Dæmon apparens promisit, quod fieret rex Angliæ, quod cum tanta militia duceretur in medium regni Angliæ, sicut vnquam Edmundum filium Henrici viderat equitare, sed tandem suspensus fuit, quam diu ossa ossibus adhærebant, & sic ab hominibus derisus fuit, qui diabolo credidit, & rex esse voluit; ideo omnes tales dicere possunt illud Psalm. 43. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, & subsannationem & derisum his qui in circuitu nostro sunt*. Sicque Helias Propheta Baal derisit, & ait; *Clamate voce maiori, Deus vester forsitan loquitur cum alijs, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit.* 3. Reg. 18. *Tertio*, deridentur ab angelis, quod patet Num. 22. de Nigromantico Balaam, cui obuiam Angelus gladio euaginato satis in dijs suis confidentem derisit, quando asinam suam ad maceriam collidere impetrauit. *Quarto*, deridentur à Deo finaliter iuxta illud Psalm. 58. *Et tu Domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes*, id est, omnes gentiliter se dæmonibus submittentes.

Exemplum de Clerico mago suspenso.

N

Vtrum ars magica sit rationabiliter hominibus interdicta.

Sed hic oritur dubitatio, vtrum ars magica sit hominibus totaliter interdicta. Ad hoc dicitur, quod sic. Ratio est, quod ars magica dicitur esse superstitiosa obseruantia, qualiscunq; fuerit, auxilio vel consilio dæmonum, ad hoc precibus vel pactionibus vocatorum completa. Ideo dicit B. Aug. de doctrina Christiana, quod ad superstitionem pertinent volumina artium magicarum & ligaturæ, & quæ medicorum disciplina condemnat, siue imprecationibus, siue in quacunq; voce quas caracteres vocant. Ex his elice *primo*, quod hoc est superstitiosum, quod ait Palladius libro

Varia superstitionum genera.

de

de agricultura. Columbæ non pariunt neque locum deserunt, si per omnes fenestras aliquid de strangulato homine, vel de vinculo, vel de fune suspendas, hoc enim spectat ad quædam pacta antiquitus inter dæmones & homines constituta. *Secundo* elice, quod nulla vis naturæ corporeæ lapidis, metalli &c. potest dæmonem ad aliquid compellere, quanquam fingat se compelli, & homini aliquo modo subdi, vt per hoc familiaritatem cum homine contrahat, & finaliter eum fallat. *Tertio*, ex hoc elice de incantationibus serpentum, quod ex quo nulla causa talis apparet, quare voces tales, qualescunque fuerint, faciant serpentes expectare, vel serpens intelligat, quod profertur, videntur tales incantationes per dæmones effectum sortiri. *Quarto* elice, quod incantationes, quas faciunt vetulæ, pro morbis curandis per nomina barbarica vel extranea, & obseruationes tales infinitæ, sortilegia sunt, quamuis admisceantur quædam de Deo vel Euangelio, vt dicit Holkot vbi suprà. *Quinto* patet superstitiosum, si aliquis videt vestes à *soricibus* corrodi, timet de aliquo fortuito euentu, vt dicit Augustinus de doct. Christiana cap. 25. & ponit exemplum. Vnde, inquit, legitur Cato quendam benè desisse, qui sibi pro mirabili signo infortunato nunciauit, caligas esse per sorices corrosas. Certe inquit non est mirabile, sed fuisset mirabile, si caligæ sorices corrosissent. *Sexto* patet esse superstitiosum hoc, quod interdum fit his diebus quod venatores in eundo fratribus obuiant, & pro illo die pro expeditione diffidunt, vt dicit Augustinus vbi suprà. Cum enim nulla ratio possit esse, quare occursus bonorum virorum venationem impediat, quando est licita, & à personis conuenientibus exercetur, manifestum est, quod credere superstitiosum est & erroneum. *Septimo* hoc patet esse erroneum, quod quidam infideles dicunt, quando picæ garriunt significat hospitum aduentum. Ex quo ista significatio non est à Deo instituta, dicunt Doctores, quod tales obseruationes horum signorum sunt introductæ ab humana vanitate, dæmonum malitia cooperante, qui gaudent implicare homines in vanitatibus & erroribus; & in principio casus accidit, quod talis euentus tale signum sequebatur, & postea quando cœperant homines talibus credere & indulgere, multa sequebantur per cooperationes dæmonum, vt magis fierent curiosi, & arctius in talibus superstitionibus radicarentur, vt dicit Holkot lect. 160.

Dæmon se fingit compelli & homini subdi.

Incantationes serpentum, per dæmones sortiuntur effectum.

Vetularum incantationes in morbis curandis.

Superstitio, si quis videt à muribus vestes corrodi.

Venatorum superstitiosa religio obest cursui viæ.

Quando picæ prope ædes garriũt, sunt venturi hospites.

Sed contra hoc possit aliquis dicere: Irrationabile est illud prohibere, quod à diuersis est expertum, scilicet, diuersi sunt experti, quod quædam negotia malos euentus denuntiant, sicut obuiare lepori significat malum, obuiari buffoni bonum. Et iterum verbis confertur virtus naturalis & caracteribus, ex signis & stellis cœlestibus. Sed cum re naturali vti licet, applicando ad effectum consequentem, ergo irrationabiliter talia prohibentur. Ad *primum* obiectum respondet Robertus Holkot lect. 190. quod tales obseruantiæ sunt antiquitus à dæmonibus traditæ, non enim sunt causæ talium euentuum sed signa tantum & non naturaliter instituta, nec à Deo sed ab homine, vel ab angelo non bono sed malo. Ad *secundum* respondet quod figuris & caracteribus nulla virtus actiua à stellis potest imprimi, cum non sint res distinctæ à rebus figuratis. Si autem dicatur, quod ipsis rebus inprimitur virtus per figuras & characteres, hoc non est nisi per pacta dæmonum ordinata: ideo omnes tales de his peccatis infidelitatis à Deo finaliter pœna æterna nunquam finitura, nisi pœniteant, arguentur. Iuxta illud Psalm. 99. *Arguam te, & statuam contra te fa-*

O

Euentus experientia probati, an omnino reijciendi.

Obseruationum harum auctor est dæmon.

ciem tuam, quasi diceret, secundum Augustī: Quid tibi faciam vt te videas, quia si videres te displiceres tibi, & placeres mihi: quia verò te non vides, placuisti tibi, & displicebis mihi & tibi: mihi cum indicaberis, id est, condemnaberis, tibi autem, quando ardebis. Hæc ille. Sed quia benignus est Spiritus sanctus. Sap. 1. Et non vult tales infideles perire, sed ad cognitionem veritatis peruenire, quapropter arguit eos in præsenti dupliciter. *Primo* interius per conscientiam accusantem, quia conscientia est accusatio propriæ transgressionis, vt habes suprà, parte I. Feria VI. Lætare. Z. R. De hoc etiam dicit Hier. 2. *Arguet te malitia tua.* Aliter enim non esse potest, quin talium infidelium conscientię semper sunt inquietæ & murmurant contra ipsos, qui creatorem suum dimittunt, & ad illa vana & erronea conuertuntur. *Secundo* arguit eos per scripturam exterius increpantem, quia omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum & arguendum. Sed vbi arguit per scripturam talia vana & mendosa Spiritus sanctus? certe Psal. 4. *Vt quid diligitis vanitatem*, scilicet incantatorum, *& quæritis mendacium*, scilicet, sortilegorum, qui dicunt se vera dicere, vt certæ mulieres, quæ apud vulgum dicuntur sapientes. & tamen secundum rei veritatem sunt insipientes & mendaces, quia illud quod dicunt habent à dæmone, qui est *mendax & pater eius* scilicet mendacij. Ioan. 8. Ideo tales non sunt visitandæ, quia hoc inhibet Augustī: 88. dist. c. Quoniam vbi dicit. Incantationes & ligaturas matres quærentes, infideles reputantur, pueris suis capita dolentibus, vel alia infirmitate laborantibus præter Pater noster, & Credo, quia tales incantationes nihil remedij conferunt, sed iram Dei, vt habes suprà, parte I. Domin. Reminisc. Serm. II. V. Z. Hæ inquam pessimæ mendaces non solum non sunt visitandæ, sed sunt per pœnas à lege taxatas fugandæ & extirpandæ, quia vbi nostra biblia habet, *Maleficos ne patiaris viuere super terram.* Exod. 22. ibi biblia Hebræorum habet sic, *Sortilegam ne patiaris viuere.* Sed licet exprimat mulierem tantum, tamen intelligitur de homine sortilego, sicut exprimit translatio nostra. Sed scriptura exprimit illud, quod communius accidit, scilicet, quod mulieres sint sortilegæ. Sed diceretur, quæ est pœna talium, respondetur, quod ignis, quia igne sunt cremandæ, vt C. de maleficis per totum, & 26. q. 5. per totum.

Spiritus sanctus arguet infideles dupliciter.

Conscientia infidelium semper inquieta.

Mulieres, sapientes dictę habent commercium cũ dæmone.

Ligaturæ cõtra capitis dolores, incantationes sunt & nihil remedij conferunt.

Sortilegorũ pœna est ignis.

P

SECVNDO *Spiritus sanctus arguet mundum de iustitia*, quam facere neglexerunt, vel quam non habent. Circa quod nota, quilibet homo debet habere iustitiam, & eam non negligere, propter hæc quæ iustitia habet. PRIMVM, quia est munimentum præliantis, & quo ad hoc comparatur loricæ quam homo debet habere indutam, iuxta exhortationem Apost. ad Ephes. 6. *State induti lorica iustitiæ.* Est enim lorica genus armorum defensorium & disponit hominem ad sustinendum inuasiones aliorum, sine læsione vulnerum. Isto modo iustitia munit homines inter persecutores, vt nihil eis noceant, si iustitiam habeant, sed beati prædicantur. Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Ista lorica homo debet indui vt omne opus suum iustitia reguletur, sicut arma loricæ valent ad caput, ad tibias, pedes, & totum corpus, sic iustitia valet ad omnia. Nam nihil sine ea vtile reputatur, quando ipsa amittitur, vnde super illud, Psal. 61. *Rapinas nolite concupiscere*, dicit Gloss. O lucra damnosa, inuenis & perdis iustitiam. Iustitia à malo pœnæ in futuro custodit, sicut lorica à vulnere, corpus munit, quia dicitur Dan. 6. *Conclusit ora leonum & me non contaminauerunt, quia iustitia inuenta est in me.*

Iustitia munimentum est prælianti.

Lorica à vulnere, iustitia à pœna futura, custodit.

SE-

SECVNDO, iuſtitia eſt ornamentum triumphantis, & quantum ad hoc, comparatur coronæ in ludis agoniarum, ſiue palæſtra aut curſu, cum præponitur brauium in fine ſtadij, & illud eſt præmium certantis, ſicut tangit Apoſt. 1. Cor. 9. *Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium.* Stadium in quo currimus eſt vita præſens, cuius terminus eſt mors. In iſto termino ponitur merces noſtra, ſcilicet finalis iuſtitia. De qua Apoſt. 2. Timoth. 4. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo*, id eſt in futuro, *repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die*, ſcilicet mortis meæ *iuſtus iudex*. Ideo quælibet exhortatur Sapiens, Eccl. 4. *Vſq; ad mortem certa pro iuſtitia.* Sed certè contingit hominibus impedimentum in currendo, propter quod deficiunt à triumpho. Sicut contigit Athalantæ virgini per Ypomenem, de quo ſcribit Ouid. 10. Meta: prope finem, quæ tantæ agilitatis extitit in currendo, quod à nullo vinci potuit, nec aliquem virum dignabatur habere, niſi qui eam pro curſu viciſſet, & ſimul cum hoc fuit tantæ venuſtatis & pulchritudinis, quod ab omnibus nobilibus amabatur. Currunt multi nuptias affectantes, ſed deficiunt omnes, & capitibus plectuntur. Tandé iuuenis quidam informatus à Venere nuptias poſtulabat Athalantæ, offert ſe certamini. Cui Venus tria poma aurea dedit, vt ea extra ſtadia proijceret, & ſic à curſu ſuo faceret virginem deuiare. Currunt agillimè hinc & inde & incipit Ypomenes fatigari, proijcit pomum aureum, diuertit à ſtadio, & Ypomenes illam præterijt & præcurrit, illa deuiationem ſuam velociter compenſans celeriter eum attigit: proiecit ſecundum de quo conſimiliter illa fecit. Tandem cum prope eſſent metam, fortiter proiecit tertium, & longius à ſtadio quàm prius fecerat, illa auiditate allecta cucurrit ad pomum, & interim Ypomenes metam attigit, & ſic de virgine victoriam reportauit.

Q Iuſtitia ornamentum triumphantis.

Stadium eſt vita præſens terminus autē mors.

Ouidij fabula de Athalāta virgine ſummæ agilitatis in currendo.

Moraliter, iſta virgo eſt anima, quæ eſt velociſſima & miræ agilitatis, quia affectionibus & cogitationibus, nunc eſt Romæ, nunc Pariſijs, nunc in cœlo, nunc in terra, nunc in inferno, de quo Pſal. 106. *Aſcendunt in cœlos & deſcendunt in abyſſos*, ſcilicet, cogitando de cœli gaudijs, & de inferni pœnis. Eſt enim anima maximè pulchritudinis & venuſtatis, ſicut teſtatur de anima ſua Hugo, & de anima cuiuslibet deuoti hominis in ſoliloq. de arrha animæ dicens: O quàm ſuauis & decora facta eſt anima mea, quid tibi tantus honor, & talis ornatus voluit, niſi quia idem ipſe qui te induit, ſponſam ſuo thalamo præparauit? Iſta quidem virgo agilis & decora habet currere à ſtadio præſentis vitæ ad brauium finalis iuſtitiæ. Sicut admonet Apoſtolus. 1. Corinth. 9. *Sic currite vt comprehendatis* ſed vnus eſt diabolus, ſcilicet velociſſimus, qui ſimul conatur cum ea currere, quia currit aduerſus eam *erecto collo*, Iob. 15. Iſte videns quod virtute & velocitate non poteſt eam vincere, & ideo cautelis vtitur pro virtute. Nam hæc tria poma aurea videlicet tres delectationes, quas proijcit iuxta viam huius vitæ, vnum citò poſt aliud. Aliud in medio, tertium propè metam.

R Anima eſt agilis & pulchra.

Animæ curſus ad brauium iuſtitiæ.

Aſtutia dæmonis vt animam curreritem impediat.

Pomum eſt delectatio laſciuiæ iuuenum.

PRIMVM iuuenibus, & hoc pomum eſt delectatio laſciuiæ, ad quam iuuenes ſtatim inclinantur, quia dicitur 20. q. 3. c. procliuus. Procliuus eſt curſus hominis ad voluptatem & natura voluptatum imitatrix, & 12. q. 1. cap. omnis; dicitur quod adoleſcentia prona eſt ad malum, ſcilicet laſciuiæ. Nam dicunt Iudæi, quod Salomon adeo fuit inclinatus ad delectationem voluptatis, quod in vndecimo anno filiæ

Consuetudo altera natura

filium de filia Pharaonis generaret, & certè ad quod assuetus est in iuuentute non dimisit in senectute, quia quod noua testa capit inueterata sapit, vt dicit Metrista: nam cum senuisset, de prauatum est cor eius per mulieres alienigenas. 3. Reg. 11. Sicque impeditus fuit in cursu, & fortassis perdidit præmium & coronam.

S

Superbiæ pomum offertur viris.

SECVNDVM pomum proijcit viris, & est pomum superbiæ, quia homines in virili ætate, vt communiter sunt superbi. Sic dicitur de Dauid. 2. Reg. 24. Qui ex superbia populum numerari fecit, quod autem ex superbia hoc mandauit Ioab videtur, quia in lib. Reg. dicitur, quod erant octingenta millia virorum fortium de Israel, & de Iuda quingenta millia pugnatorum. Sed 1. Paral. 21. habetur, numerus mille millia, & centum millia, & sic quia Ioab inuitus exequebatur hoc mandatum. Et ideo non curat multos omittere, vt de tribu Leui & Beniamin. Et quia videbat regem ex superbia moueri, ideo tradidit sibi minorem numerũ quam esset in veritate, ne nimis superbiret, vt dicit Gloss. Sed quamuis proiecit sibi pomum superbiæ in viam, eum tamen vltimo non potuit impedire, quando acquireret coronam vitæ.

Dauid moriens accepit coronã vitæ.

Auaritiæ pomũ senibus obijcitur.

TERTIVM pomum scilicet, auaritiæ iactat senibus, quia secundum Senecam, Cum omnia vitia senescunt, sola auaritia inuenescit. Et sic contingit, quod si aliquis non impeditur duobus primis, vix tamen tertium euadere possit, & sic perditur corona finalis iustitiæ, & ideo necesse est certare & currere viriliter, & per virtuosam continentiam à talibus abstinere. Iuxta illud 1. Cor. 9. *Omnis qui in agone contendit, abstinet se ab omnibus*, scilicet tribus prædictis, ideo dicitur Eccles. 15. *Qui continens est iustitia apprehendet illam.*

Iustitia instrumentum iudicantis.

TERTIA iustitia est instrumentum iudicantis, sine enim illa iustitia nullus superior iudicat benè vel disponit, & ideo comparatur regulæ. Sicut Latomus lapidem cedens & complanans, duo semper habet in promptu, regulam videlicet & martellum: cum martello percutit, & cum regula dirigit & examinat planitiem. Ita bonus iudex vel prælatus quicunque, debet habere in manu malleum ad corrigendum delicta & regulam legis iustitiæ, ne fiat excessus in vindicta, quia dicit Dominus Isaiæ 28. *Ponam iustitiam in mensura & iudicium in pondere.* Sunt enim multi iudices iniqui, qui hoc instrumento regulandi non vtuntur, ideo tales merito arguentur à Spiritu sancto. Deut. 27. *Maledictus qui peruertit iudicium aduena & pupilli.* Sed per sapientem Prou. 17. *qui iustificat impium & qui condemnat iustum, abominabilis est vterq; apud Deum*, & similiter per Isa. arguit eos cap. 5. *Va qui iustificatis impium pro muneribus & iustitiam iusti aufertis ab eo.* Vtinam aduerterent has correctiones terræ huius rectores, & iustè vnicuique iudicarent, ne à filio cui datum est omne iudicium, audirent illud Ezech. 7. *Iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus super te & non miserebitur.* Sic contigit huic aduocato iniusto, de quo legitur, quod in extremis laborans, cum iam videret dæmones, cœpit à Deo petere inducias, sed Dominus non est misertus sui, nam qui in causis inducias non dabat, nisi vt causam protraheret & aduersarium grauaret, ideo ille à Deo non potuit obtinere, quod petiuit, sed miserabiliter obijt & damnatus est.

Prælato conuenit malleus & regula iustitiæ.

Iniqui iudices à Spiritu sancto arguuntur.

Exemplum de aduocato iniusto, damnato.

T

Ideo debet esse de homine iudicante, sicut de triangulo naturaliter constat. Nullus enim triangulus plures triangulos habere potest, sed tantum vnum & tamen ab isto vno angulo totus denominatur triangulus quasi rectangulus, sicut patet per

Eucli-

Eucliden, quæstione penul. primo Eucli. Isto modo est moraliter de anima humana, quæ triangularis esse dignoscitur propter memoriam, intelligentiam & voluntatem, vt dicit Aug. 10. de ciuitate Dei, cap. 27. Et à nulla istarum potentiarum seu virium dicitur esse recta, nisi à sola voluntate, quæ videlicet velit vnicuique rectè iudicare ex charitate, quæ est voluntas, à qua sola dicitur homo iustus. Et ideo rationabiliter concludit Ansel. de libero arbitrio, quod iustitia est rectitudo voluntatis. Est ergò magna vanitas, quod homo velit illas partes vel nititur eas totis viribus rectificare, quæ non solum possunt eum rectum facere, & istam potentiam dimittere incultam, à qua ipsius tota condependet rectitudo, scilicet iustitia. Habent enim homines curiosi communiter, vel vt multarum scientiarum varietates memoriter teneant, vel vt eas per intelligentiam diligenter discutiant, sed voluntatem eorum ad amorem Dei & proximi inflammare non curant, à qua sola dicitur rectus. Ideo non immerito plangit propheta Mich. 7. *Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est*, quasi dicat, valdè pauci sunt, qui habeant voluntatem rectam ad iustè iudicandum, ideo notanter dicitur cuilibet iudici, Psal. 71. *Iudicare populum tuum in iustitia.* Et Leuit. 19. *Nolite facere aliquid iniquum in iudicio, in regula, in pondere in mensura.*

Anima est ficut triangulus propter memoriam, intelligentiam, & voluntatem

Iustitia est rectitudo voluntatis.

Curiosi homines in quo deficiant.

TERTIO, Spiritus sanctus arguit mundanos homines de iudicio, quod non timuerunt. Vbi nota, Iudicium Dei est timendum propter multa. PRIMO, propter iurisdictionis generalitatem. Christus enim oës gentes iudicabit, quia omne iudiciũ dedit Pater filio, Ioan. 5. Quod autem omnes gentes iudicabit, probat Christus per Ioel prophetam 3. *Consurgent & ascendent in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes.* Non tamen sic intelligendum, quod omnes possit vallis Iosaphat continere. Nam tota terra promissionis non posset omnes iudicandos capere, nec etiam intelligendum, quod Christus in illam vallem descendet, quia Magister 4. dist. 48. reputat hoc quasi friuolum & puerile. Sed sic est intelligendũ, quod Christus cum electis erit in aëre circa eandẽ vallem eleuatus. Reprobi autem erunt super terram circũ & circa ex omni parte. De hoc etiam dicit Apost. 2. Cor. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; propria corporis sui, prout gessit, siue bonum, siue malum*, super quo dicit August. in epist. ad Comitem. Exspectatur dies, & aderit ille æquissimus iudex, qui nullius potentis personam accipiet: cuius palatium auro argentoq; nullus Episcopus, nullus Abbas corrumpere potest: astabunt tunc omnes animæ, vt referat vnaquæq; secundum illud, quod in corpore gessit, siue bonum siue malum: præsto erit etiam aduersarius noster diabolus, & recitabit omnia verba professionis, & obijciet nobis in faciem, qua in die peccauimus, & in quo loco, & quicquid boni operis tunc temporis facere debebamus; & si tales inuenti fuerimus exultabit aduersarius ille in conspectu pijssimi iudicis, superiorem se esse nobis declarans agens talem causam apud talem iudicem, habet enim dicere ille diabolus. Æquissimè Deus, iudica illum meum esse ob culpam, qui tuus noluit esse per gratiam, tuus est per naturam, meos per miseriam, tuus ob passionem, meus ob suasionem, tuus inobediens, & mihi obediens. Accepit à te immortalitatis stolam, à me pannosam qua indutus est tunicam, tuam vestem amisit, quia in mea veste huc venit, ideo iudica illum meum esse, & mecum damnandum. Hæc Augustinus.

V

Iudiciũ Dei timendum, propter iurisdictionẽ vniuersalem

Vallis Iosaphat non recipiet omnes iudicandos.

Christus iudex nullis donis corrumpitur.

Diabolus in die iudicij obijciet nobis omnia quę fecimus

Diabolus vrget contra nos iudicis sententiam.

SECVNDO, iudicium Dei est euitandum propter appellationis ineuitabilitatem. Iudicium timendum

Iste enim iudex est, à quo non potest appellari, quia altissimus coram illo nulla fiet

propter appellationis ineuitabilitatem.

reuocatio, nulla recipitur accusatio, nulla personæ acceptio, ideo dicit Chrysost. in opere imperfecto Hom. 19. In illa die, quando in maiestate sua veniet, iam nemo est ausus garrula contentione sermonum, aut mendaciosè se defendere, aut veritati contradicere. Non quando os loquitur, & opus absconditur, sicut in hoc tempore. Sed è contra, opera singulorum loquentur, & ora tacebunt, non quando persona interrogatur, & conscientia non videtur, sed è conuerso conscientia discutitur & per omnia confunditur, quando nemo accusat peccatorẽ, sed omnes accusant, nec alter pro altero interuenit, sed singuli sibiipsi timebunt, quia in illo iudicio non erunt testes adulationis sed angeli veraces. Non erunt iudicantes personarum acceptores homines, sed Deus qui iustus est *reddet vnicuiq; iuxta opera sua*. Hæc Chrys. Narrat Ouid. 15. libro Metaph. quod moris erat antiquitus sententiam proferre non voce sed signo, quia si accusatus debebat absolui, fundebantur de vrna coram toto populo lapilli albi, si debuit damnari nigri. Eodem modo in iudicio generali, quilibet fundet de vrna sua, id est, de conscientia propria lapides, quales ipsemet immisit, id est, opera dura, & in perpetuum perseueranda, quantum ad meritum vel reatum. Et si fundet opera alba saluabitur, si nigra condemnabitur. Nam Naum. 2. dicitur de damnatis, *Facies omnium sicut nigredo ollæ.*

In die iudicij opera singulorum loquentur & ora tacebũt.

X

TERTIO, propter iustitiæ inflexibilitatem. Sicut enim dicit Isidorus de summo bono, & ponitur 11. q. 3. quatuor modis, vbi dicitur. Quatuor modis humanum peruertitur iudicium, timore, cupiditate, odio, & amore, Deus autem nullo illorum corrumpi potest modorum. Non timore, quia omnipotens est, & nullius habet metum. Iuxta illud Iob 22. *Nunquid timens arguit te, & venit tecum ad iudicium?* quasi dicat, non, sed quanto potentiores, tanto contra eos sententiam profert duriorem. Iuxta illud Sap. 6. *Potentes potenter tormenta patientur.* Et ibidem *Fortioribus fortior instat cruciatus.* Fingitur enim quod Leo semel tenuit curiam bestiarum, in qua debuit vnaquæq; in semetipsam proclamare de culpis suis coram leone. Asinus ait. Sequebar, inquit Dñe, aliquando plenum plaustrum fœno, & fœni manipulus cecidit de plaustro, quem accepi & comedi. Cui leo. Malè, inquit egisti, & contra legem fidelitatis feciſti, debebas ei qui perdidit reddidisse. Ergo de præcepto Leonis Asinus verberabatur ad mortem. Accessit Lupus & ait. Domine circumiui aliquando greges ouium & armentorum, & rapui aliquando agnum tenerum & strangulaui, aliquando pinguem vitulum, quando eum attingere potui, quandoq; ouem, quandoq; hędum. Cui Leo. Dimittas, inquit, talia ponderare, charissime, nimis strictam conscientiã habes, naturale est tibi hoc facere. Et nemo faciens quod natura dictat, peccat, & sic à falso iudice lupus iustificatur, & asinus innocens condẽnatur & verberatur. Ita etiã interdum Domini & iudices terreni iustificant impios, & damnãt pios. Non autem sic est de iudice Christo, qui nullum timet. *Sed iudicium durissimũ in his fiet, qui præsunt.* Sap. 6. Nec poterit cupiditate corrumpi, quia ditissimus: nam secundum Psal 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Nec odio, quia optimus est. Nec amore, quia iustissimus est. Ideo dicit Iob 34. *Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium.* Et propter illa tria iudicium illud comparatur arcui, sicut dicit glos. super illud Psal. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.*

Iudicium timendum propter summam iustitiam.

Iudicium humanum quatuor modis corrumpitur.

Fabula de Leone alia animalia ad iudicium vocante.

Iudices interdum iustificant impios, & damnant innocentes.

Iudicium arcui comparatur propter tria.

PRIMO enim arcus antequam feriat, timores incutit. Vnde glos. Iste arcus iam extensus est, iam minatur, sed nondum ferit, quia nos iudicium terret, sed nondum

Y

dam-

damnat. Sic terruit Dauid, qui ait Psal. 118. *A iudicijs enim tuis timui.* Et dicit notanter iudicijs: quia est iudicium speciale vniuscuiusq; hominis, in morte sua & est generale, in quo omnes apparebunt, & hæc ambo sunt timenda. Et hoc timebant illi, de quibus supra Dom. II. Ser. II. VII. L. quod duo milites ex deuotione iuerunt vltra mare loca sancta visitare, accidit autem, quod intrauerunt vallem Iosaphat. Vnus eorum autem ex solatio posuit & aptauit magnum silicem, & ait socio suo. Volo mihi præparare sedem pro iudicio generali, & volens probare si aptus esset sessioni, posuit se ad sedendum. Sedens ergo & ad cœlum, vnde iudex apparere debet, aspexit, cui subitò tantus timor & tremor in eius membris missus est, quod vix per socium potuit eleuari & abduci, asserens postea, quod extunc velut antea audito iudicio generali, tremor in ossibus eius non irrueret.

Iudicium tàm particulare quàm generale est timendum. Exemplum de duobus militibus intrantibus vallem Iosaphat.

SECVNDO, similatur arcui iudicium, quia quantò chorda arcus fortius trahitur, tantò magis percussus læditur, sic quantò iudicium Dei magis differtur à peccatore, & quantò ipse diutius exspectatur, tantò durius ferietur. Sicut probat Bernardus lib. medit. cap. 2. Quantò diutius nos exspectat Deus, vt nos emendemus, tantò iudex districtius iudicabit, si neglexerimus. Ideo dicit Apost. ad Rom. 2. *Tu autem secundũ duritiam tuam, & cor tuum impœnitens thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij Dei.* Et sicut videtis, quod sicut tensio arcus & reflexio ex sua naturali habitudine, & sua naturali figura durè emittit sagittam, ita Christus in iudicio cum naturaliter est misericors, quia filius matris misericordiæ ex parte vna, patris misericordiarum ex alia, flectetur quodammodo per arcum rigoris & iustitiæ, & emittet sagittam diuinæ sententiæ dicturus. *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. Ideo Isidorus in libro Synonymorum de homine & ratione. vbi homo sic dicit. Metuo diem iudicij, diem tenebrarum, diem amarum: perpendo quidem malũ, quod tolero, sed amplius quid restat, formido. Lugeo, quæ in hac vita iam patior, sed post hanc ne grauiorem patiar sententiam, pertimesco: grauia sunt quæ sustineo, grauiora in perpetuũ timeo: de præsentibus pœnis timeo, sed de futuris amplius pertimesco. Succurre mihi Deus meus antequam præueniat mors, antequam tenebrę me inuoluent, subueni prius antequam ad tormenta properem, priusquam sine termino crucier. Deus enim terrore tui iudicij terreor, pauore peccati iram tuam formido. Si enim vix iustus saluabitur, impius vbi apparebo? Quid faciam, cum venerit tremendi formido iudicij? Cum examen iudicij aduenerit, quid respondebo? quid ergo dicturus, cum ante tribunal Christi fuero præsentatus? Et loquitur hoc de iudicio speciali, quando vnusquisque præsentabitur post mortem Christo ad iudicandum, quod vtiq; valdè timendum est. Et certè qui hoc non timet, in futuro arguetur grauiter.

Quanto longius Deus iudicium differt, tanto districtius iudicabit.

Iudicij dies morienti pertimescenda, & quare.

Sicut contigit illi præposito, de quo scribit Apiarius * dicens. Monasterium sancti Iacobi apud Leodium notum est multis. Istud quidam adolescens consobrinus Ecclesiæ maioris Præpositi, causa maioris deuotionis & religionis est ingressus. Quod vt audiuit Præpositus, ægrè tulit: mandauit Abbati, vt consobrinum remittat per clericos. Renuit ille. Tunc Præpositus forti manu collecta satellitum, intrat violenter cœnobium, rapit iuuenem, & nudatum sancto habitu, induit seculari Abbas ergo monasterij collectis primatibus ciuitatis Episcopo conqueritur, & totum clerum pro tantis iniurijs interpellat. Hoc cum indignanter audiret vix vellet

Z

* Thom. Cantipratensis, lib. 2. c 32. part. 2. Exemplum de eo qui consobrinũ ex monaste-

rio extraxit, & citatus ad iudicium Dei venire compellitur

Episcopus, & Abbatem potius impeteret duris verbis. Flexis genibus Abbas cũ moderamine dixit. Verorum iudicem contra te, ô Præposite, in terra habere non possum, ideo contra te summum iudicem Deum interpello, & infra quadraginta dies vterque nostrum compareat coram illo, sententiam pro meritis accepturi. Ad hoc Præsul cachinnans cum suis, irrisit hominem atque spreuit, & repulit exprobratum. Quid plura? Quadragesimo die mortuus est Abbas nominatus circa nonam horam, Et cum pro eo solenniter pulsaretur, sedens in balneo Præpositus, de diuino iudicio nihil curans, quæsiuit à circumstantibus, quid hoc esset? Mox quidam ingressus respondit, Abbatem sancti Iacobi iam defunctum, & pro eo pulsationem fieri tam solennem. Illico recordatus Præpositus quadragesimum diem esse, qua se citatum coram summo iudice audierat ab Abbate, consternatus animo dixit suis, Citò videte, quia moriturus ego sum. quid faciam? comparere me hodie summi iudicis conspectui oportebit. Nec mora. Post verba hæc, cum balneum egredi vellet & festinaret, inter manus astantium diro ciulatu & vocibus expirauit: Ibi proculdubio pro culpis respondere compulsus est, vbi causarum cessat strepitus, iurisperitorum aduocatio conticescit: vbi nec preces nec pretium liberabunt, vbi nec interlocutoria iudicis sententiam protelabunt, sed sola iustitia hominem ab ira liberabit. Terreat hoc terribile factum aduocatos & dominos terrenos, & per hæc sint admoniti siue cauti.

Vim inferentes clericis aut religiosis, grauius à Deo punientur.

Quia felix quem faciunt aliena pericula cautum, & non inferant violentiam clericis secularibus & religiosis, quia qui eos violentauerit pupillam oculi Domini lædit; & securè dicam, quod si fecerint, & eos in personis vel rebus læserint, absque dubio impuniti non transibunt. Et si punitio hæc differtur tamen non aufertur, quia dicit Dominus in Psal. 74. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.*

Arcus dicitur, vt arceat hostes Christi.

TERTIO, arcus dicitur secundum Isidorum, Etym. cap. 9. vt arceat hostes, sic in iudicio fit, quia ibi vndique arcentur hostes Christi, sicut de hoc dicit Ansel. in medi. suis. O angusti r, hinc erunt accusanda peccata, inde reus à dextris iustitia, à sinistris dæmonia, subtus horrendum chaos inferni paratum, desuper iudex iratus, interius conscientia vrens, foris mundus ardens. Peccator ergo sic deprehensus in quam partem se diuerter? sic constrictus, vbi latebit? *Et ideo ante iudicium, para iustitiam.* Eccles. 18.

DOMINICA V. POST PASCHA.

Sermo Primus.

Estote factores verbi & non auditores tantum, &c. Iacobi 1.

DIcunt medici & præcipuè Auicenna, cibus suauis & saporabilis, sine masticatione deglutitus, minimè nutrit, sed in corruptionem permutatur, quia in dentibus prima digestio celebratur.

A Ad cibum corporalem requiruntur octo.

Moraliter per cibum corporalem intellige doctrinam spiritualẽ, quia sicut ad cibum corporalẽ octo requiruntur, videlicet præparatio, masticatio, in loco digestionis receptio, eius in liquorẽ conuersio, liquoris in humorẽ mutatio, ipsius p

mem

membra distributio, ipsius cum membris assimilatio & incorporatio siue in naturam conuersio. Sic cibus spiritualis doctrinæ. PRIMÒ à prędicatore præparatur dum legitur, debent enim prædicare volentes sacras Scripturas semper legere, quia sunt sicut columbæ quæ residentcirca fluenta plenissima. Debent enim sedere circa fluenta Euangeliorum & sacræ Scripturæ. Ideo dicitur dist. 36. cap. qui ecclesiasticis, vbi dicitur. Prædicatores per quos ecclesia circumfertur, sacris literis semper debent insistere, ne tunc quærant discere cum ex officio alios debeant docere. SECVNDO cibus spiritualis masticatur, dum in meditatione disquiritur. Sic masticauit Dauid doctrinæ verbum, cum Psalm. 118. dixit, *Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi.* Et iterum in Psalm. 38. *In meditatione mea exardescet ignis*, videlicet charitatis, quia dum doctrina lecta in corde meditatur, tunc charitas magis augmentatur. TERTIO in loco digestionis recipitur, dum in memoria reconditur, iuxta illud. Thren. 3. *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.* QVARTO in liquorem mutatur dum diligenter exponitur, & populus per ipsum doctrinatur, quia dicitur 36. dist. cap. qui ecclesiasticis. §. ex quibus omnibus, quod non sufficit prælatis bona conuersatio, nec morum honestas, nisi addatur scientiæ doctrina. QVINTO in humorem conuertitur dum deuotè prædicatur, & humiliter dicitur. Nam cibum spiritualem proponens indiget Spiritus sancti gratia, & hoc non requiescit in corde superborum sed humilium, iuxta illud Isaiæ vlt. *Super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem*, ideo debet esse humilis. SEXTO per membra distribuitur, dum diuersis auditoribus secundum eorum indigentiam prædicatur. Iuxta illud Matth. vlt. *Ite docete omnes gentes.* Et Marc. vlt. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* SEPTIMO tunc membris assimilatur cum attentè, & mansuetè ab auditoribus suscipitur, iuxta illud Iac. 1. *In mansuetudine suscipite insitum verbum.* OCTAVO tunc vero incorporatur, & in naturam corporis conuertitur, dum in opere perficitur, de quo dicit hic Apostolus. *Carissimi estote factores verbi &c.* quia nisi secundum verba Dei bona fecerimus, quasi cibum non masticatum deglutimus, qui nihil nutrit. Sic nec cibus spiritualis, *Ideo estote factores &c.* In quibus verbis hortatur nos ad duo. *Primo* ad verbi Dei operationem, ibi, *Estote factores verbi Dei. Secundo* ad veritatis locutionem, ibi, *Si quis autem putat.*

Prædicatorū est diligenter S. scripturas legere, vt alios doceans.

Cibus spiritualis masticandus in meditatione

Cibi spiritualis locus digestuonis est memoria.

In liquorem vertitur dū diligenter exponitur.

Deuota & humili prædicatione mutatur in humorem

Cibus spiritualis quomodo per membra distribuatur.

Assimilatur membris dū attente suscipitur.

In naturam corporis vertitur, quando opere perficitur.

B

Circa PRIMVM nota auditus verbi Dei qualis esse debeat ostenditur ex ipsis auribus. PRIMO quia ipsæ aures sunt apertæ, non enim aliquando clauduntur, sicut oculi vel os, in quo moraliter ostenditur, quod homo semper debet esse paratus ad audiendum verba Dei, quia dicit Richard. de S. Victo. Auditus verbi Dei principium est pœnitentiæ, consolatio animæ, dulcedo iucunditatis, causa omnis actionis sacræ, origo totius felicitatis beatitudinisque æternæ. Et NOTA quamuis verbum Dei semper est audiendum, attamen Dominicis diebus ab audiendum illud ex præcepto obligamur, ideo tunc debet audiri cum reuerentia & auiditate: nam cum magna reuerentia ac desiderio iret infirmus ad reliquias sanctorum, per quas crederet se sanari. Tales enim reliquiæ sunt verba Dei, quæ expellunt & sanant omnem languorem, scilicet septem peccatorum mortalium, sicut habes superius parte 1. Dominica Iudica. serm. 2. A.A.A. Ideo dicitur Sap. 16. *Neque herba neque malagma sanauit eos domine, sed sermo tuus, qui sanat vniuersa.* Sed quia verbum Dei non est minoris efficaciæ, quam sanctorum aliquæ reliquiæ, mirabile est, quo modo aliquis

Auditus verbi Dei qualis debeat esse, ostenditur ex ipsis auribus.

Dominico die concio diligenter audienda.

Verbū Dei sanat lāguorem peccatorum mortalium.

Digitized by Google

infirmus in animo remaneret à sermone, nisi curaretur, *Quia qui ex Deo est, verba Dei audit*, Ioan. 8.

Aures sunt cartilaginosæ propter do.

SECVNDO aures sunt cartilaginosæ, quia duabus de causis fuit hoc necessarium. *Primo* propter defensionē, defendit enim, ne nocumen decidat inauditum. *Secundo* propter iuuamen, quia vox percussi aëris cum ad cartilaginem peruenerit, fortiter adiuuatur intra foramina auditus. Moraliter per hoc, quod aures sunt cartilaginosæ significatur quod illud, quod audit homo in sermone, ne postea per obliuionem perdatur, debet in charta scribere, si literatus est, quia dicit metrista. Vox audita perit, litera scripta manet. Stultum est enim propter confidentiam memoriæ, non scripturæ commendare. ideo dicit Sapiens. *Scribe sapientiam in tempore vacuitatis* Eccles. 38. Si autem auditor verbi Dei est illiteratus, debet ea scribere in libro cordis sui, iuxta illud quod canit Ecclesia, *Audi Israel præcepta Domini, & ea in corde tuo quasi in libro scribe, &c.* sic virgo Maria scripsit omnia verba hæc *conferens in corde suo*, Luc. 1. Ita etiam iste scripsit in corde suo verba Dei, de quo legitur in Vitaspat. lib. 3. cap. 157. quod fuit multo tempore fornicationibus deditus mente & corpore, & ingressus Ecclesiam audiuit verba Esaiæ 1. *Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*, ex quibus compunctus est ingemiscens intra se dixit. Domine Iesu, qui venisti saluare peccatores, ecce amodo ex toto corde confitebor, & vlterius mala non faciam, sed seruiam tibi in conscientia munda. Et quia hæc verba in corde suo inseruit, & propter illa pœnituit, ideo Paulus Abbas ipsum cum clara facie egredi ecclesiam conspexit, licet ante niger intrasset, de hoc vide exemplum clarius, parte prima positum, Dominica Sexagesimæ, sermon. 2. B.A.

Illiteratus verbum Dei in libro cordis sui scribere debet.

Exemplum de graui peccatore, qui audito verbo Dei, vitā in melius cō mutauit.

C

Aures quare sint perforatæ.

TERTIO aures sunt perforatæ, sed sunt hæc foramina sic transfusa, ne frigidus aër nimis citò nitrans interiores panniculos lædat, & ne nociuum aliquid accedat, quod auditum impediat, vt dicit Constantinus. In quo significatur moraliter, quod qui verba Dei audiunt debent se transuertere meditando, & ea frequenter recitando; Vel, verba Dei audita transuertunt, quia ea corde perscrutando discernunt, & in effectum operis perducunt, videlicet secundum ea faciendo. Nam qui verba Dei audiunt & non faciunt, sed vt sciant loqui, similes sunt leccatoribus gustantibus plura vina, non vt emant, sed vt possint dicere alijs, illud bonum, istud melius: Vel sunt similes militibus, vel Clericis euntibus ad nundinas, non vt emant, vel vendant, sed vt tandum loquantur: Vel etiam similes sunt cribro, quod si ponatur in aqua statim repletur, sed nihil remanet cum extrahitur. Sic cum sermonem audiunt, aqua compunctionis & deuotionis sunt pleni, sed cum recesserint sunt vacui, & auditorum memoriam non habent. De hoc etiam dicitur Eccles. 21. *Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit, verbum sapiens quodcunq; audierit sanctus &c.* & certè si non retinent minus secundum ea faciunt, ideo conqueritur Dominus. Ezech. 33. *Audiunt sermones meos & non faciunt eos.* Vel *talis homo qui auditor est verbi Dei & non factor, comparatur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, consideraui enim se, & abijt & oblitus est qualis fuerit.*

Verba Dei audientes & non facientes, quibus similes.

D

peculum est S. Scriptu

Moraliter per speculum significatur sacra Scriptura, in qua non solum videmus Deum, sed etiam mores nostros, scilicet quales esse deberemus, qui secundum legem Dei viuere deberemus: vel doctrina, ideò comparatur speculo, quia docet quid

Digitized by Google

quid ſit purgandum in facie corporis. Ideo dicit Hieron. 1. Epiſtola ad Demetriadem virginem: Vtere lectione diuina, vtere ſpeculo; vel, vide ſpeculum fœda corrigenda, pulcra conſeruanda & pulchra facienda. Scriptura enim ſpeculum eſt fœda oſtendens & corrigi docens. Cui alludit beatus Gregorius 3. moral. capit. 1. Sacra ſcriptura quaſi ſpeculum quoddam mentis, oculis opponitur, vt interna noſtra facies in ipſa videatur: ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus quantum proficimus, quantumuè à profectu diſtamus. Hæc ille. Sunt enim quidam qui ſicut in ſpeculo ſic in ſacra ſcriptura vel verbo Dei vident defectus ſuos, & ad horam compunguntur, ſed cum receſſerint à loco, ſtatim obliuiſcuntur, & agunt, vt prius, ac ſi nunquam audiſſent vel vidiſſent ſe eſſe in magnis peccatis. Sunt & alij, qui habent in faciebus animarum ſuarum maculas manifeſtas peccatorum, & tamen nolunt accedere ad ſpeculum ſacræ ſcripturæ rectè, ſicut ille, qui habet in facie ſua corporali aliquam maculam corporalem & notabilem, abhorret ſe in ſpeculo videre, & ſi interdum ſpeculum inſpexerit, tamen nullum ſibi placebit. Sic narratur de quadam deformi & turpi puella, iſta enim vt dicit Holkot lectione 101. tetram faciem habuit & elongatam, & quoties reſpexit ſpeculum doluit & offendebatur, deformitatem autem ſuam ſemper ſpeculo imputauit, ideo plura ſpecula fregit quaſi omnino deprauantia mulieres. Ita etiam eſt in eccleſia, de hominibus multum vitioſis, nec vitam ſuam volentes emendare; nullus ſermo bonus eis placet, per quemlibet benè prædicantem offenduntur. Semper perpendunt in iſto ſpeculo vitam ſuam eſſe turpem & diſtortam, non tamen ſe corrigunt per pœnitentiam. Sed quantumcunque benè audierint de ſcripturis ſtatim propter veterem conſuetudinem obliuiſcuntur, quales in ſpeculo deſcribuntur, de talibus benè dicitur hoc. *Si quis eſt auditor verbi & non factor.* Et ideo benè præmittit *Eſtote factores verbi & non auditores tantum.* Nam legimus Exod. 38. quod Moyſes de mandato Domini quoddam fecit lauatorium, quod ponebatur inter tabernaculum & altare, in cuius margine ſuperius erant ſpecula, interius continebatur aqua, vt ſacerdotes antequam ad altare accederent, inſpicerent, ſi aliquam maculam ad abluendum haberent, ſicut dicit Magiſter in Hiſtor: & ſi eam haberent, abluendo delerent, antequam accederent ad altare. Iſto modo moraliter in ſcriptura ſacra eſt interius aqua gratiæ & deuotionis, & exterius in verbo doctrinæ ſunt ſpecula informationis ſinceræ, vt omnis homo inſpicere poſſit ſeipſum & emendare, quod fuerit defectiuum.

ra, & de vſu eiuſdem.

In ſpeculo ſacræ ſcripturæ videmus profectum & defectum noſtrum.

Exemplum de deformi puella.

Hominibus vitioſis nullus ſermo pius placet.

QVARTO, aures ſunt multipliciter paſſiuæ, nam aliquando patiuntur ex apoſtemate, & exinde venit eis ſurditas innaturalis. Si autem vis curare, & hoc apoſtema maturare, dant medici talem doctrinam, vt patiens apoſtema auris recipiat folia ebuli vulgariter (Ettich) raphani maioris, camomillæ, centaureæ & betonicæ, & decoquantur illa ſimul in vino vel aceto & fiat emplaſtrum ſuper aurem; vel recipiat ſtercus columbinum mixtum aceto, & hoc ſoluit. Moraliter per apoſtema auris intelligitur odium vel rancor cordis, quod audiens concipit ex auditu verbi Dei ſicut dicitur de illis Amos. 5: *Odio habuiſti corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati eſtis*, ſcilicet doctrinam eorum ſpernendo. Si autem vis curare hoc ſpirituale apoſtema odij vel rancoris contra prædicatores conceptum, perpende amaritudinem mortis, quæ intelligitur per amaritudinem foliorum herbarum

E

Aures multis morbis ſubiectæ, & quomodo curandæ.

Auris apoſtema quid deſignet.

præ-

prædictarum, hæc inquam amaritudo mortis, quam communiter prædicatores patienter odientes, & eis detrahentes est decoquenda in aceto amaræ pœnæ inferni, videlicet cogitando, quod amarè morieris, & dirè in inferno cruciaberis, sicut ille de quo refert Vincen: in Spec. histo. lib. 22. c. 220.

F

Detrahens S. Amando concionanti ipsum dentibus descripsit.

Cum sanctus Amandus Traiectensis Vrbis Episcopis in Vasconia verbum Domini prædicaret, lubricus quidam ioculator & leuis, contra ipsum odium concipiens, verbis eius detrahere cœpit, qui statim à Dæmone correptus, proprijs dentibus se discerpens, & quod iniuriam viro Dei fecerat confitens, statim amare expirauit, & fortassis amariorem pœnam inferni inuenit. Sic enim hoc pones super aures interiores animæ tuæ, vtique tunc curaberis ab odio & rancore.

Vermium in auribus curatio.

SECVNDO auris patitur ex vermium intratione, & secundum medicos cura est, vt imponantur amara & acetosa, Nam Colloquintida, quæ est herba amara, debet coqui in aceto cum Hellebero, & debet fieri vaporatio in aurem, & necantur omnes vermes. Per vermes moraliter intelliguntur diabolicæ cogitationes, vel concupiscentiæ carnales, qui vermes hic non moriuntur, iuxta illud Isa. vltimo. *Vermis eorum non moritur*, quia quamdiu homo viuit in hoc mundo, à diabolo tentatur, & à carne sua impugnatur. Isti vermes spirituales impediunt verbi Dei auditores, quia dicitur Luc. 8. *quod Diabolus venit*, scilicet per tentationem, *& tollit verbum de cordibus eorum, ne credentes salui fiant.* De carnalibus autem dicit Sapiens. *Audiunt, scilicet, luxuriosus verbum Dei de castitate, & displicebit ei, & proijciet illud post dorsum suum.* Eccles. 21. Si ergo vis vt hi vermes aliqualiter moriantur, recipe Colloquintidam, per quam intellige mortem ratione amaritudinis, de qua Ecclesiastici 41. *O mors quàm amara est memoria tua*, hanc decoque in aceto supplicij infernalis, & euapora per meditationem in aurem mentis, quia dicit Amandus lib. 1. capit. 10. Luxuriosi & qui in delitijs suis carnem nutriunt, & in obstinatione sua perdurauerint, à serpentibus deuorabuntur, à buffonibus ignitisque aculeis, vsque ad viscera torquebuntur.

Vermis concupiscentiæ moritur memoria mortis.

Aures patiũtur ex nerui contractuone.

TERTIO auris patitur ex mala nerui contractione seu dispositione, & hoc fit, quãdo aliquis volens audire verbum Dei retrahitur à malis suggestionibus aliorum, vt sic à bono proposito desistat, & cum eis ad tabernam & ientacula vadat, & Deo suo, scilicet, ventri, diligens ministerium faciat. Est enim taberna templum istius nefandi Dei turpissimi, in quo cultores ventris inueniuntur assidui à manè vsque ad meridiem in comessationibus, impudicitijs occupati, de quo templo verificatur illud 2. Machab. 6. *Templum luxuria comessationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus, non solum autem à manè vsque ad meridiem, sed etiam vsque ad mediam noctem*, isti Deo seruitur in templo suo, vt verificetur illud Apocal. 7. *Seruient ei die ac nocte in templo suo.* Quis fructus, vt quærit Holkot lection. 140. prouenit eis inde? certè districtissime contrarium illius quod intendunt. Nam per cibum, potum, ludum, prolongare reputant vitam, & cum manibus vel operibus proprijs se occidunt. Figura illius habetur 4. Reg. 19. vbi legitur. Sennacherib dum adoraret in templo Deum suum, à proprijs filijs occisus fuit. Sennacherib interpretatur alleuans defectionem, & significat potatorem quemlibet, qui timet, si intraret die Dominica ad Ecclesiam ad verbum Dei audiendum & diuina officia, in corpore suo deficeret, dicunt enim, Prædicator diu prędicat & missæ protrahuntur: quare ob illam defectio-

Templum diaboli taberna.

Vitam prolongare cupientes, seipsos occidũt.

nem

nem releuandam ad tabernas vadunt, & ibidem à proprijs filijs, id est, operibus suis mralis occiduntur, tàm in corpore quàm in anima, quia plures propter crapulam, gulam, & ebrietatem pereunt, quàm gladio, fame siue peste, vt dicit Galienus. Ecce illud est templum insolentiæ, quod Deus venter habet.

Missas & cænas negligentes corpore & animo pereunt.

SECVNDO, Deus iste habet altare affluentiæ, quod in mensa sua, de qua exponitur illud Psal. 68. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* Est enim de Diabolo sicut de aucupe: hic enim vbi maiorem copiam cibi spargit, ibi laqueum abscondit, vt dū aues auidius comedunt, citius capiantur per pedem vel per collum. Eodem modo inter fercula & pocula, quæ super mensam ponuntur, collocat diabolus laqueum gulę, vt excessiuos & voraces similiter comprehendat. Iuxta illud Eccl. 9. *Sicut comprehenduntur aues laqueo, sic capiūtur homines*: aliqui per caput, quia fortè loqui non possunt, nec sensibus alijs benè vti aliqui per pedes, qui licet garrulare valeant, incessu tamen priuātur, vt de hoc altari verificetur illud Psal. 5. *Tunc imponent super altare tuū vitulos.*

Diabolus aucupi similis.

TERTIO, iste Deus Sabbatum somnolentiæ, Sabbatum idem est quod requies, & certè cultores ventris, cum in templo Deo suo seruierunt fatigati à cereuisia vel vino, necesse habent profundè dormire, & crastino die tardè ad Ecclesiam Dei venire Sabbata eius custodire, vt sic de quolibet exponatur illud, Ioan. 9. *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit.*

Sabbatum somnolentiæ celebrāt potatores.

G

QVARTO, habet Deus iste sacrificia superfluitatis, quæ sunt diuersa fercula sumptuosè & curiosè parata, quæ magis nocent quàm proficiunt: nam nocent animæ, quia ipsam damnant, quod probatur. 44. dist. C. Non liceat. §. Si ergò. Vbi dicitur, Si commessationes damnabiles sunt laicis, multò magis sacerdotibus imputantur ad gehennam: vbi dicit glos. Commessationes facere, scilicet, de confectis, peccatum mortale est, quod credit Hugo quandoque non verò semper, scilicet, tunc solum, cum deducuntur in consuetudinem. Vt ait Hieron. 35. dist. c. Ab exordio, & de conse. dist. 5. Ne tales. Item nocent naturæ, quia infirmitatem causant, quia paucis minimisq; natura contenta est, cuius satietatem, si superfluis vrgere velis, quicquid super infundere velis, aut iniucundum fiet, aut noxium. Dicit enim Boëtius lib. 2. prosa. 2. Multos morbos multa fercula fecêre. De istis sacrificijs dicitur Isa. 1. *Ne auferatur vltra sacrificium frustra.*

Commessatio laicis, sed magis Sacerdotibus, damnabilis est.

QVINTO, habet oblationes iniquitatis, istę oblationes sunt scortationes & Symbolizationes, quas libentius faciunt in taberna, quam oblationes in Ecclesia. De hac oblatione dicitur, Eccl. 24. *Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata.*

Scortationes, iniquitatis oblationes.

SEXTO, habet incensum voluptatis, hæc est confectionis, & electuaria odorifera palatum inflammantia, vt potibus delectentur, & imperceptibiliter ingrediantur. De hoc incenso dicitur per Prophetam Isa. 1. *Incensum abominatio est mihi.*

Incensum voluptatis, electuaria.

SEPTIMO, habet Sacerdotes laborioſos, hi sunt venatores, piscatores Coci, & cæteri subseruientes quorum tota sollicitudo est parare sacrificia Deo ventri. De his sacerdotibus dicitur in Psal. 28. *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius.* Moyses interpretatur assumptus de aquis, & significat piscatores. Aaron qui vitulos & arietes iugulauit, macellarium significat, & hi sunt inter sacerdotes Dei ventris.

Sacerdotes laborioſi, venatores.

OCTAVO, habet cantores luxurioſos, qui cantilenas & lasciuias, vocibus effœminatis & gestu meretricio, cum musicis instrumentis decantant. De his dicitur, Isa. 5. *Va qui consurgitis manè ad sectandam ebrietatem, & potandum vsq; ad vesperam, vt vino.*

Cantores luxurioſi cum gestu meretricio.

æstuetis, & cithara & lyra & tympanum in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicietis.

Lectores sunt histriones, &c.

NONO, habetiste Deus lectores suos mendosos, & hi sunt hystriones, ioculatores, adulatores, & mendaces, cantatrices promentes illum sonum, à quo lucrantur victum sibi.

H

Aures quare patiantur.

QVARTO, auris patitur propter naturæ defectionem, vel propter inobedientiam materiæ; & sic aliquando auditus non habetur ex defectu foraminis, quod in principio neglexit perforare. Sic moraliter aliquando deficit aliquis circa auditionem verbi Dei, quia illud quod audit non penetrat cor eius, & hoc vel est ex defectu naturalis intellectus, videlicet quod homo non intelligit quod audit, Sicut Dominus dixit discipulis adhuc rudibus, Matt. 25. *Adhuc sine intellectu estis*, vel quia non recipiatur cum affectu & voluntate obediendi vel faciendi. Contra quod dicit hic Apostolus, *Estote factores verbi, &c.*

QVINTO, quia aures hominis sunt paruæ: nam sicut dicit Philosophus libro 1. animalium; Homo inter omnia animalia habet aures immobiles & breuiores, sed ad audiendum maximè efficaces, & hoc est propter bonitatem complexionis, in quo moraliter significatur, quod homo in audiendo verbum Dei debet esse firmus & quietus, sicut Maria Magdalena, *quæ sedebat secus pedes Domini, & audiuit verbum illius.* Luc. 10. & hoc significat aurium immobilitas. Sed breuitas aurium significat, quod homini delectabilis & competens est, non prolixa sed doctrina breuis, vnde prædicationes non debent esse longæ sed breues & succinctæ, quæ auditum delectent, & animum non grauent. Vnde Hugo de S. Victorino in didas. lib. 5. dicit, quod lectio duobus modis fastidium animo ingerere solet, & affligere spiritum, qualitate videlicet si obscurior fuerit, & quantitate si prolixior extiterit, in quo vti moderamine magno oportet, ne quod ad refectionem quæsitum est, sumatur ad suffocationem. Hic conclude sermonem.

Homo dum audit verbū Dei, debet esse quietus.

Conciones debent esse breues.

I

Lingua refrenanda à multis.

Quantum ad secundum principale hortatur nos Apostolus ad veritatis locutionem, cum dicit. *Si quis autem putat se religiosum esse, & non refrenans linguam suam, huius vana est religio.* Circa quod NOTA, homo debet linguam suam refrenare à multis.

I.

A mēdacio.

PRIMO à mendacio, dicit enim Augustinus lib. 14. de Trinitate cap. 15. Eò quippe mens imago Dei est, quò eius capax est, eiusq; particeps esse potest. Et ideo sicut in Trinitate paterna persona gignit verbum, quod est veritas, ita mens humana, nullum verbum aliud gignere debet, nisi verax. Iuxta illud, Eccles. 37. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te.* De hoc quære plura parte I. Feria VI. post Iudica. AA. I. Narrant enim historiæ, quod Guilelmus dux Nortmanniæ, cum regnum Angliæ acquisiuisset, deliberauit quomodo linguam Saxonicam destruere posset, & Angliam & Nortmanniam in lingua concordare: ideo ordinauit, vt nullus in curia Regis placitaret, nisi Gallicè loqueretur, & iterum quod quilibet puer positus ad literas, disceret Gallicum, & per Gallicum Latinum, quæ duo ad vsque obseruantur.

De Guielmo duce Nortmāniæ.

Isto modo MORALITER princeps huius mundi diabolus est, Ioan. 16. *Princeps huius mundi iam iudicatus est.* Sed verum est, quod principatum suum non habet in hoc mundo hæreditaria successione, sed violenta oppressione, & ideo non est hæres, sed conquisitor: idioma suum in prouincia infernali est mendacium, quia dicitur Ioan. 8. *Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur*, & ideo vt concordet mundum cū prouincia infernali, in idiomate ordinauit, quod omnia secularia in conuentionibus,

Idioma diaboli est mendacium.

intui-

imitationibus & commutationibus vtantur mendacijs. Ideo dicit Chryſoſt. diſt. 88. eijciens. Mercator ſine periurio & mendacio eſſe non poteſt. Et ſicut Puer docendus in ſchola primo diſcat Gallicum, ita puer applicandus ſeculo, cum ſtudio & labore addiſcit loqui mendacium, iuxta illud Hier. 9. *Docuerunt linguam ſuam mendacium*.

K

Et NOTA ad refrenandum linguam ab hoc peccato, PRIMO poſſunt valere verba ſacræ ſcripturæ, quæ diſſuadent nobis mendacium. *Primum* verbum ponitur, Eccl. 4. *Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam, nec aduerſus animam tuam mendacium*, Dicit Gloſſa: Faciem aduerſus faciem ſuam accipit, qui veritate excluſa à corde ſuo, quæ eſt Dei ſimilitudo, falſitatem quæ eſt diaboli facies aſſumit. *Secundum* verbum quod diſſuadet mendacium, ponitur Eccleſ. 7. *Noli amare mendacium*. Et in eodem. *Noli velle mentiri omne mendacium*. *Tertium* ponitur Leuit. 19. *Non mentiemini, neque decipiat vnusquisque proximum ſuum*. SECUNDO, poteſt valere ad refrenandum linguam ab hoc vitio, quia hoc peccatum eſt diabolicum. Primum enim mendacium dixit Diabolus, Gen. 3. *Nequaquam moriemini*, ideo dicitur de ipſo, Ioan. 8. *Mendax eſt & pater eius*. Ipſe eſt pater mēdacij, quia primus eſt, & ideo pater hominis qui mentitur. Nam homo mendax filius eſt diaboli imitatione, Iuxta illud, *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere*. Ioan. 8.

Sacra ſcriptura diſſuadet mendacium.

Homo mendax filius diaboli.

Sed diceret aliquis, videtur quod omnes homines ſint diaboli filij & imitatores, eo quod omnes ſunt mendaces, Iuxta illud Pſal. 115. *Omnis homo mendax*. Et Rom. 13. *Eſt autem Deus verax, omnis homo mendax*. Reſpondetur, homo ex ſe poteſt eſſe mendax, quia voluntas ſua mutabilis eſt, ſed ex Deo verax. Sed ad dictum Dauid dicitur, quod hoc dixit iuxta illud dictum. 2. Elenchorum. Conturbati minus præuident, ideo dixit. *Ego dixi in exceſſu meo*, id eſt, præuentus turbatione Nam in Hebræo habetur. Ego dixi in feſtinatione vel ſubitatione mea, quia ex turbatione mentis præcipitanter locutus fuit, omnis homo mendax. TERTIO, poteſt valere ad hoc, quod peccatum illud membrum inquinat, in quo magis indecens eſt immunditia, videlicet os, reddit enim illud abominabile Deo, Iuxta illud Prou. 12. *Abominatio eſt labia mendacia*. QVARTO poteſt valere ad hoc, quod peccatum illud hominem falſum reddit. Quantum enim præualet denarius bonus denario falſo, tantum præualet homo verax homini falſo & mendaci, vnus bonus denarius centum præualet falſos, & vnus homo verus centum mendaces. Vnde multo melioraretur aliquis, ſi remoto peccato mendacij, vera de cetero loqueretur. QVINTO poteſt valere ad hoc, quia mendacium eſt quoddam genus veneni, quod tantæ efficaciæ eſt, quod in ipſo ore conſiſtens ipſum hominem occidit, Sapient. 1. *Os quod mentitur, occidit animam*. Et certè mirum eſt, quod miſeri homines non timent, cum venenum illud in ore ſentiunt. Peius eſt venenum illud materiali veneno, ſicut cauſa ſolet deterior eſſe ſuo effectu.

Mendacium os inquinat.

Homo verax præualet homini mendaci.

Mendacium eſt venenū.

L

SECVNDO, refrenanda eſt lingua à multiloquio, quia multiloquium hominem odioſum reddit, pauciloquium verò amabilem. Nam interrogatus quidam Philoſophus, quomodo quis poſſet placere hominibus, ait. Si geſſeris optima, & locutus fueris pauca. Ideo dicit Sapiens, Eccleſiaſtici 9. *Terribilis in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit*. Ideo nota, quod huic vitio opponitur ſilentium & taciturnitas. Eſt enim ſilentium virtuoſum. PRIMO, cuſtos conſcientiæ. Nam Prouerb. 10. dicitur. *In multiloquio non deerit mendacium vel peccatum*,

Cur lingua frenanda.

Silentium. cuſtos conſcientiæ.

Digitized by Google

ſcilicet falſitatis, *qui autem moderatur labia ſua*, gloſſa ſecundum moderamen rectæ rationis, dicendo dicenda, tacendo tacenda, tempore, loco, & alijs circumſtantijs debitis prudentiſſimus eſt. Vnde credo, dicit Holkot lect. 201. quod quicunque eſt pronus ad loquendum, illius conſcientia citò læditur. Et ſicut nullus theſaurus ſecurus reponitur in ciſta, quæ non habet ſeram, ita nec virtutes diu manent in conſcientia hominis, qui immoderatus eſt ad loquendum. Ideo taciturnitatem commendans Origenes, dixit. Taciturnitas eſt perfectæ charitatis acquiſitio, veræ pacis conſeruatio, amicorum multiplicatio, æternæ beatitudinis adeptio, & omnium virtutum conſummatio. Quapropter antiqui Philoſophi ſilentium docuerunt & tenuerunt. Nam Pythagoras docuit diſcipulos ſuos, vt per quinquennium tacerent, & interim ſufficienter inſtructi, tanquam eruditi ſapientia loquerentur. *Et idem dixit.* Loqui ignorat, qui tacere neſcit. *Et iterum.* Qui, inquit, multum loquitur, ſignum eſt quod parum intelligit. Similiter Symonides Philoſophus docuit ſilentium. Tutius eſt, inquit, tacere quàm loqui neminem tacendo, multos autem loquendo cognouimus circumuentos. Abbas etiam Agathon lapidem per triennium in os poſuerat vt diſceret taciturnitatem, vt legitur in vitas patrum. Inuenitur de quodam milite potente qui voluit intrare religionem, & miſit quendam vaſallum ad Abbatem iniungens ei quod diceret Abbati, ſe velle iſtam religionem intrare. Addit etiam, quod diceret ſe mutum, paratum tamen in omnibus ſe obedire. Quod ideo fecit, quia ſæpè in lingua offenderat, & cogitauit quod niſi caueret ſibi lingua, illi auferret bona, quæ ibi faceret, & receptus miles ille in religione illa credebatur mutus. Exiens autem quadam vice cum Abbate ad quendam militem, qui laborabat in extremis, vidit animam eius, cum ipſe moreretur, miſerabiliter à dæmonibus trahi, & compatiens clamauit. Et diſcedentes inde, obuium alium militem habuerunt, qui promiſit Abbati, quod abrenunciaret ſeculo, & cum præcederet in quodam ponte, tentans viam coram Abbate, decidens de ponte ſubmerſus eſt, cuius animam vidit miles ab Angelis in ſpecie Monachi in cœlum deferri, & ſolutus eſt in gaudium. Ecce illa dignatus eſt ſibi Dominus propter ſilentium demonſtrare. Cum autem Abbas veniſſet ad clauſtrum, adiurauit militem in virtute obedientiæ, vt ſibi diceret, ſi loqui poſſet, cur in morte illorum duorum ſe taliter habuiſſet, Cui, inquit miles, malè feciſti, quia contra propoſitum meum me loqui feciſti. Sed tamen tibi indicabo, & omnia ei per ordinem enarrauit, deinde petijt, vt aliquo recluderetur loco, vbi taciturnitatis ſuæ propoſitum poſſet ſeruare. Et quare ſic dixerunt? Certè dico, quia homines tempore belli libentiùs manent in ciuitatibus muratis, quàm extra, quia ibi eſt maior fortitudo, ita bonæ perſonæ in ſilentio munitæ ſunt magis quàm fortia caſtra. Iuxta illud Iſa. 30. *In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra.*

Taciturnitas, charitatis acquiſitio.

Exemplum de Abbate Agathone.

Militis in religione arctum ſilentium.

Silentium tenens miles vidit Dei iudicia.

M

SECVNDO, ſilentium eſt frenum inſolentiæ, nobiles enim equi frenantur, ſed viles & nullius valoris frenis non vtuntur. Eodem modo moraliter ſancti viri, qui Chriſtum ferunt per obedientiam, frenantur per ſilentium à ſermonibus indiſcretis & periculoſis. Iuxta illud Eccleſ. 28. *Verbis tuis facio ſtateram, & frenos oris tui rectos.* Pro his frenis petit Dauid, Pſal. 140. *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis*, vbi dicit Magiſter in gloſ. per os intelligit, os cordis, Sic petijt cordi & ori opponi cuſtodiam ne ſtulta promat. TERTIO, ſilentium eſt decor innocentiæ. Nam 1. Polit. dicitur. Silentium mulieris præſtat ornatū. Vnde quidam Philoſophus, dicen-

Silentium eſt frenum inſolentiæ.

Silentium decor innocentiæ.

Digitized by Google

dicenti sibi mala, dixit: Talia non curo, quia auditus debet esse robustior lingua, cum hominibus singulis sit vna tantum lingua & aures binę. QVARTO silentium est signum sapientiæ, quia Eccles. 20. *Sapiens tacebit vsque ad tempus.* Et Prouerb. 17. *Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabitur.* Ideo dicit Seneca. Taciturnitas hominis stulti sapientia est, scilicet, reputanda. Nam quidam Philosophus cuidam rustico in conuiuio tacenti, ait, Ex doctis solum hoc habes. Propter hoc ait Iob. 13. *Vtinam taceretis, vt reputaremini esse sapientes:* aqua quanto profundior tanto quietior. Eodem modo sapientes quanto profundius sciunt, tantò quietius silent. Prouerb. 18. *Aqua profunda verba ex ore viri sapientis.* Pauper mercator transiens de villa, plura habet verba, quàm vadens de patria, id est quod sciens pauciſſima, semper est iactãs de nihilo. Ideo dicitur Prouerb. 14. *Vbi plurima sunt verba, ibi frequenter egestas.* Et per oppositum habentes diuitias sapientię & prudentiæ cum modestia & in silentio exprimunt animum suum, Iuxta illud Isa. 8. *Aqua Siloë currunt cum silentio,* & interpretatur Siloë missus, & significat quemlibet doctorem vel prædicatorem, qui missus est à Deo immediatè, vel à superioribus ad docendum, cuius quidem aquæ videlicet sapientiæ, currere debent cum silentio, & non magno superbiæ strepitu. Quia Eccles. 9. *Verba sapientium tunc audiuntur cum silentio,* ideo metrice dicitur.

Signum sapientiæ.

Prudentes modestè animum suũ aperiunt.

Scire loqui decus est, & scire tacere.
Hæc duo si scire poteris, peritus eris.

TERTIO refrenanda est lingua à detractione. Iuxta illud Sap. 1. *Custodite vos à detractione & parcite linguæ.* Dicitur enim, quod aues habentes linguas partitas, nunquàm bene loquuntur. Aues moraliter significant homines. Iuxta illud Iob. 5. *Auis nascitur ad volandum, & homo laborem:* isti quidem habent linguas partitas, quia in eadem narratione verborum de persona dicunt quædam bona, quædam mala; mala proferunt perse & principaliter, bona verò per accidens & secundariò; vel habent partitas linguas, qui blandiuntur in præsentia & mordent in absentia. Et ideo de ipsorum linguis notabiliter dicit Psalm. 5. *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant.* Ille qui in ludo sacrorum nouit benè ludos partitos, de facili potest circumuenire & mactare socium, & ita isti dolosi detractores à tergo; & adulatores in facie facillimè circumueniunt imprudentem. Sic Diabolus decepit Euam, Genes. 3. *Nequaquam enim moriemini, scit enim Deus, quod in quocunq; die comederitis ex hoc, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii scientes bonum & malum.* Ecce quod ibi fuit detractio contra Deum imponens sibi inuidiam, & alia adulatio mulieris promittentis ei immortalitatem & omnem scientiam. Sic adhuc sunt multi homines similes diabolo, qui vt decipiant proximum alijs detrahunt, qui sunt absentes & laudant præsentes. De his dicit Isa. 61. *Pro confusione vestra duplici & rubore laudabunt partem eorum.* Isti figurantur Per Ammon regem Amonitarum. De quo 2. Reg. 10. Qui *tulit seruos Dauid, & rasit dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum vsque ad nates, & dimisit eos confusos turpiter valdè.* Isto modo detractores qui significantur per Ammon, qui interpretatur populus iniquus, vnam partem radunt per adulationes suaues, & aliam dimittunt reseruantes in memoria, vt in absentia detrahant, vt vestes præcidant vsque ad nates. Vestis enim hominis est fama bona & honesta, istam vestem præcidunt vsque ad nates, id est, vsque ad denudationem illo-

N Frenanda lingua à detractione.

Linguas partitas quinã habeant.

Detractores sunt diaboli imitatores.

Similes sunt regi Ammonitarum.

Digitized by Google

illorum, de quibus habet verecundari & confundi, ideo satis conuenienter describit eos Dauid Psalm. 5. *Sepulchrum patens est guttur eorum, &c.* quasi dicat. Detractores sunt immunditiæ receptiui, quia sepulchrum patens in iustitiæ affectiui, quia *venenum aspidum sub labiis eorum.*

O De *primo* videndum, quod sepulchrum patens recipit indifferenter corpus mortuum cuiuscunque, & quia non est clausum, eò quod est patens, ideo fœtores & horrores illius, quem recipit, omnibus communicat, & omnes accedentes inficit & corrumpit. Isto modo quidam sunt exploratiui criminum & defectuum proximorum, & eorum qui eis conniuunt, quocunque modo, siue sunt iusti siue iniusti, quia nemo sine crimine viuit, dicit Cato, quos quidem defectus cum notauerint omnibus publicant, vbi possunt nocere, & quia carent operculo nihil possunt celare: ideo tales immundi sunt, quia in veteri lege, vas quod caruit operculo immundum erat. Numer. 19. Vnde honoratæ personæ propè talia sepulchra non accedunt, quia sunt fœtentia, horribilitatem autem fœtidorum fugiunt, vnde & ipsi remanent confusi eorum immunditia offensa. Quia dicit Aristoteli: Qualis vnusquisque est talibus delectatur. Sicut enim rabidi iuxta talia non verentur sedere, & *qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Apocal. 22. Per oppositum viri sancti & electi defectus fratrum suorum, quantum bona conscientia permittit sepeliunt & occultant, opponentes myrrham compassionis & inuoluentes illos in Sindone charitatis, quia *charitas operit delicta vniuersa.* Prouerbiorum decimo. Et vngentes illos balsamo honestæ excusationis, quantum conscientia bona permittit. Ponunt in sepulchro nouo per discretum modum ordinatæ increpationis, excisum in petra per consensum bonæ intentionis. *Secundo* sunt iniusticiæ effectiui, quia linguis suis dolosè agebant. Communiter enim sub specie charitatis & compassionis, proponunt venenum malitiosæ intentionis. Et de quolibet dicitur illud Psalm. 49. *Os tuum abundauit malitia.* *Tertio* sunt omnis iustitiæ infectiui, quia venenum aspidum sub linguis eorum. Istud venenum est valdè nociuum, quia sic intoxicat, quod nullo remedio curari valeat; læsus enim infamia per detractionem, vix vel magna difficultate sanatur, quia est venenum aspidum insanabile. Deut. 32.

Proximi defectus obseruans & alios publicans, cui similis.

Boni viri est proximi defectus occultare.

Læsus detractione, vix sanatur.

P Et est notandum, quod detractor per illam bestiam figuratur, quam vidit Daniel, quæ similis erat Vrso, & tres ordines dentium erant in ore ipsius, & dictum est ei. *Surge comede carnes plurimas.* Daniel. 7. In tribus ordinibus dentium figurantur tres modi artificialiter detrahendi. *Primus* modus est, bona quæ homo facit *diminuere vel male exponere* tanquam ex corrupta sint facta intentione; vel comparatione ad alium ostendere, quod non sint ita virtuosè, vel excellenter facta, vt decebat. *Secundus* modus est, *defectus veros & occultos* contra legem charitatis *publicare* vel proponere, sub intentione famam lædendi. *Tertius* modus est, qui pessimus est, *falsa crimina confingere*, & innocentibus imponere. Isti tres sunt ordines dentium, qui in quibusdam abundant, contra quos 2. Pet. 2. inquit. *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum*, & simulationes & inuidias, & omnes detractiones, *quasi modo geniti infantes lac concupiscite.* Signanter docet deponere omnes detractiones, id est, tres modos prædictos, quia omne & totum super tria ponimus, quæ signantur per tres ordines in ore vrsi. Et consequenter depositis illis dentibus malitiosis, esse debemus sicut infantes, qui carentes dentibus mordere nosciunt, & lac dulcis & suauis

Tribus modis proximo detrahitur.

uis affabilitatis ſine dolo & malitia deſiderare, vt de vnoquoque noſtrum verificetur illud Cant. 4. *Fauus diſtillans labia tua, mel & lac ſub lingua tua,* & ſic quantum ad ſecundum ſermonem, quia longa ſolent ſperni, &c.

DOMINICA EADEM POST PASCHA.

Sermo ſecundus.

Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Ioan. 16.

PLinius in ſpeculo naturali: Fortis odor rutæ conſueuit roſas aperire, cum ipſa fuerit inter roſas plantata, quapropter hoc ſcientes hortulani ſagaces, qui in Maio citò maturas roſas habere volentes pro crinalibus ſiendis plantant rutas infra roſas; & cum velint vt roſæ aperiantur mouent rutam, ex cuius motione odor aſcendit & facit roſas aperiri. A

A Odor rutæ facit roſas matureſcere

MORALITER per rutam intellige orationem propter tria. *Primò* ratione *ignitionis*, quia *ruta eſt natura fermentiſſima*, & plus agreſtis quàm domeſtica: habet enim virtutem calidam & ſiccam; vt inquit Plinius in Spec. natur. Sic oratio debet eſſe feruida per deuotionem, vt mentem calefaciat & inflammet ad dilectionem, vt deſiccet humorem, id eſt fluxum cogitationum malarum, vt dicit Anſelmus lib. ſimilitudinum 3. cap. 44. *Secundo* ratione *nutritionis*, quia *ruta gaudet ſiccitate*, & nutritur cinere, vt erucis poſſit carere. Amicitia quidem magna eſt ſibi cum ficu, ſic oratio gaudet abſtinentiæ ſiccitate, & nutritur cinere humilitatis. Propter *primum* dicit Chryſoſt. ſuper Matth. quod antiqui patres, quoties orare voluerunt ieiunium cum oratione iunxerunt. Quia Tob. 12. *Bona eſt oratio cum ieiunio.* Propter *ſecundum* dicitur Eccleſiaſt: 35. *Oratio humiliantis ſe, cœlos penetrabit, & donec appropinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec aſpiciat altiſſimus.* Ibi dicit Gloſ. quod quãto humilior eſt oratio, tanto maiorem effectum habebit apud Deum. Diligit etiam ſocietatem & amicitiam ficus, per ficum intellige eleemoſynam, quia ſicut ficus eſt fructus mitis, & dulcis, ſic eleemoſyna debet dari cum mititate & dulcedine pietatis, ideo dicit Moralis.

Oratio per rutam intelligenda propter tria.

Oratio nutritur abſtinentia & humilitate.

Ficus deſignat eleemoſynam.

Omni te tribue pro laude Chriſti petenti.
Si tibi res deſunt, da verba benigna roganti.

Quod autem oratio debet eſſe ſocia cum eleemoſyna, dicit Chryſoſt: ſuper Matth. Infirma eſt oratio, quæ eleemoſynarum largitioni eſt inimica. *Tertio* ratione *munitionis*, quia *ruta munit & defendit contra animalia venenoſa.* Et ideo dicit Plinius in Spec. natur. quod antiqui Romani bibebant muſtum rutatum contra venenum, & venenoſa & alias paſſiones, ſic oratio munit & defendit contra ſerpentes infernales. Quia ſecundum Auguſtinum, Oratio eſt Diabolo ſupplicium. Ideo dicit Hieronymus in quadam epiſtola. Egredientes de hoſpitio armet oratio, regredientibus de platea occurrat oratio; & ideo congrue per rutam intelligitur oratio.

Oratio eſt ſupplicium Diaboli.

Sed-

Sed per rosam intellige virginale cor Christi Domini nostri, quia sicut rosa sua pulchritudine visum pascit, sic virginale cor pascit visum mentis nostræ. Iuxta illud. *Qui pascis inter lilia.* Illud quidem virgineum cor Christi Iesu aperit odor fortis nostræ orationis, & in tantum sibi placet nostra deuota feruidaque oratio, vt quicquid petierimus patrem in nomine ipsius hoc dabit nobis, vt dicunt verba præassumpta, *Amen, amen dico vobis.* In quibus principaliter duo tanguntur, videlicet exauditionis securitas, ibi. *Amen, amen dico vobis*, Petentis habilitas, ibi. *Si quid petieritis patrem.*

B Titi Imperatoris liberalitas commendatur.

Pro quo est NOTANDVM. experientia docuit in multis, quod apud liberales dominos securus est pauper in suis petitionibus, vt exaudiatur citius. Nam refert Suetonius de Tito Imperatore, quod adeo benignus fuit & liberalis, vt neminem à se sine spe aut munere dimitteret abire. Et cum aliquando admoneretur, ne tanta petentibus promitteret. Non oportet, inquit, à sermone principis quenquam tristem abscedere. Et licet aliquando domini sint adeo liberales, vt securè possit ad eos quisque accedere spe exauditionis, videmus tamen, quod quilibet volens ab eis aliquid impetrare, aliquos de familia Domini consueuit secum sumere, quibus habitis habilis precator accedat. Spiritualiter Deus Pater est Dominus omnium liberalissimus, cuius quidem liberalitatis aliqua sunt signa.

Signa liberalitatis Dei erga hominē.

I. PRIMVM, quod *plus reddit homini quàm abstulit*, quod patet in Iob. cap. 1. *Cui Deus abstulit tam prolem quàm substantiam*, videlicet septem filias & tres filios, & septem millia ouium, & tria millia Camelorum, quinquaginta boum iuga, & quingentas asinas: & cum probasset patientiam eius addidit quæque ei duplicia præter filios. Iob. vlt. quia dicit. *Fuerunt ei septem filij, & tres filiæ.* Ex quo patet, quod proles non fuit duplicata, qui tot habuit quot ante.

II. SECVNDVM signum diuinæ liberalitatis est, quod *tribuit plus promissum implendo*, quàm expressit promittendo. Sicut patet Num. 17. vbi Dominus promisit Moysi, cum esset dissensio de Sacerdotio, quod virga illius quem elegisset pro officio Sacerdotis, in crastino post allationem in templum germinaret; & plus tribuit, quia virga non solum germinauit, sed floruit, & folijs dilatatis amigdala protulit.

III. TERTIVM signum est, quod *plus tribuit, quam rogatur*; sicut patet 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. de Salomone, qui cum promotus esset in regem, & hostias Deo immolasset, & nocte sequenti apparuit sibi Dominus dicens. *Postula quod vis, vt dem tibi.* Et ait Salomon. *Domine Deus ego sum puer parvulus, & ignorans egressum & introitum meum, & tu elegisti me regem super populum tuum, qui innumerabilis est sicut arena maris, da ergo Domine mihi cor docile, vt discernere possim inter bonū & malum.* Et sequitur. *Quod placuit ista petitio, & respondit ei per seipsum. Quia postulasti verbum hoc, & non petisti dies multos, nec diuitias, nec animas inimicorum tuorum, sed sapientiam ad discernendum iudicium. Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, ita quod nullus ante te fuerit similis tui, nec post in futuro sit. Insuper, quæ non petisti, concessi tibi diuitias, & substantiam & gloriam. Et si in præceptis meis ambulaueris, longos statuam dies tuos.* Ex hac historia patet liberalitas Dei, quod benignè, quando petimus iustè imò dat amplius, quam petamus, propter quod securè possumus accedere ad ipsum, & rogare in nomine Iesu Christi, qui dicit hoc. *Amen, amen dico vobis, quod quicquid petieritis iustè Patrem in nomine meo dabit vobis.*

Sed

Sed licet Deus Pater ſemper petitionem noſtram audiat ex ſua liberalitate, cum iuſtè petimus, neceſſario tamen aliqua habemus nobiſcum ſumere, quæ diligit ipſe, & quibus habitis; quilibet habilis & idoneus precator ad ipſum accedet. *Primum*, eſt peccati immunitas. Omne enim peccatum mentem aggrauat. Sicut figuratum eſt Zachar. 5. vbi vidit mulierem ſedentem in amphora, habentem in ore ſuo maſſam plumbi. Et dictum eſt Prophetæ, *hæc eſt impietas*, inſignum quod omnis impietas ſeu iniquitas grauis eſt. Iuxta illud Pſal. 37. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Sed è contra dicit Damaſc. quòd oratio eſt acceſſus intellectus in Deum. Nam qui vult orare, primo debet defectus ſuos conſiderare, deinde aſcendere ad eius liberalitatem, quæ hoc poteſt complere. Nam ſicut legitur 3. Reg. 8. quod Sálomon ædificato templo dixit; *Si quis cognouerit plagam ſui cordis, & extenderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cœlo Domine.* Ideò aliter deſcribitur oratio. Oratio eſt pius mentis affectus in Deũ directus. Et iſte quidem affectus deſiderium eſt. Nam gloſ. ſuper illud 1. Theſ. vlt. *Sine intermiſſione orate*, dicit ipſum deſiderium bonum, oratio eſt. Et ſi continuum eſt deſiderium continua eſt oratio: affectus qui eſt oratio in Deum, dicitur dirigi ad modum nuntij, quia eſt velut nuntius ab homine in Deum miſſus. Quod etiam probat gloſſa ſuper illud Pſal. 87. *Intret oratio mea in conſpectu tuo*, dicens. Virtus magna puræ orationis hic notatur, quæ quaſi perſona quædam ad Deum intrat, & mandata peragit, quò caro peruenire nequit. Modo ad propoſitum oratio eſt aſcenſus mentis in Deum. Et per Aug. in lib. de Spiritu & anima. Oratio eſt mentis conuerſio in Deum per purum & humilem affectum. Sed peccatum grauat & deprimit, patet ergò, quod peccatis grauati non poſſunt aſcendere in oratione, quia ſimilantur auibus volare cupientibus mole corporis aggrauatis, quarum vna eſt ſtruthio. De qua dicit Magiſter lib. 12. proprietatum, quod ad volatum alas erigit, ſed propter ponderoſitatẽ corporis à terra nullatenus ſe ſuſtentat, quia paucis pennis induitur, & magno corpore prægrauatur.

Peccati immunitas neceſſaria, ad obtinendũ quæ à Deo petimus.

Bonum deſiderium continuum, oratio eſt continua.

Oratio eſt aſcenſus mentis in Deum.

Peccatis grauati, ſtruthioni ſimiles.

Sic ſunt aliqui peccatis grauati, & tamen per orationem ſe in altum erigunt. Ideò talibus dicitur Iac. 4. *Petitis & non accipitis, eò quod malè petatis*, & hoc *primo* ex parte orationis. *Secundo*, ex parte acceptationis eius qui petitur. Nam vt dicit Greg. 3. q. 7. cap. In grauibus. Cum is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. Et Prou. 15. dicitur. *Victimæ impiorum abominabiles Domine, & vota iuſtorum placabilia.* Et Chryſoſt. Qui orat & peccat, non honorat Deum, ſed deludit. Nam tales ſimilantur militibus, qui genua Chriſto flectebant, & alapas ſibi dabant. Ioan. 19.

C

Sed diceret aliquis, Nunquid orantes peccatores Deus exaudit? Et videtur quod non ex dicto cæci nati, Ioan. 9. qui ait. *Scimus, quia peccatores non exaudit Deus.* Sed contra hoc arguit. Gorra. ſuper Ioannem dicens Nonne exaudiuit Publicanum, Lucæ 18. Alexandrum paganum de decem tribubus Iudæorum, quaſi diceret, ſic. De Alexandro vide ſupra parte 1. feria 6. Iudica. BB. D. Ad hoc reſpondetur ex gloſſa dupliciter. PRIMO, Deus non exaudit peccatores ad ſalutem. Alio modo Deus exaudit peccatores propter triplicem rationem. *Primo*, propter eorum faciliorem conuerſionem. *Secundo*, propter proſperiorem ſucceſſum rerum temporalium, ita vt eis eò proſperius ſuccedat in temporalibus, & per hoc priuabuntur æternis. *Tertio*, propter maiorem alleuiationem æternæ damnationis, quam habebunt in futuro.

D

An Deus peccatores exaudiat.

Quare Deus peccatores exaudiat.

Digitized by Google

Ex hoc elice, ad quid profit malis oratio sua, videlicet vt facilius conuertantur, vt bona temporalia augmententur, vt pœnæ in futuro alleuientur. Sed S. Thom. 2. 2. q. 83. artic. 16. dicit, quod Deus orationem peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem audit. Quia in peccatore sunt duo considerandà, scilicet natura, quam diligit Deus, & culpa quam odit. Si ergo peccator orando aliquid petit vt peccator, id est, secundum desiderium peccati, hoc à Deo non exauditur, ex misericordia, sed quandoque exauditur ad vindictam, quando permittit Deus peccatorem adhuc amplius viuere in peccatis. Deus enim negat quædam propitius, quædam concedit propitius, vt dicit Aug. Orationem verò peccatoris ex bono naturæ procedentem Deus exaudit, non quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia: obseruatis tamen quatuor conditionibus, vt videlicet pro se petat ad salutem necessaria, piè deuotè & perseueranter, vnde Aug. Deus non hortaretur nos vt peteremus, nisi dare vellet. Et Chrysost. Nunquam oranti beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant, sua pietate instigat.

Natura & culpa in peccatore considerãda.

Quare orationem peccatoris Deus exaudiat.

Ad dictum cæci nati dicit glos. quod ipse nondum iniunctus erat, nec interius illuminatus, & ideò falsum dixit, licet se crederet verum dixisse. Vel sic, quod ineffabiliter verum est quod Deus peccatores non exaudit, in quantũ sunt peccatores. Iuxta illud quod dicit Isidorus. Sicut nullum proficit vulneri medicamentum, si adhuc ferrum in eo sit: ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc peccatum in mente vel odiũ manet in pectore. Peccator autem orans Deum pro remissione peccatorum suorum, cum contritione iam eo ipso non est peccator. Iuxta illud Psal. 31. *Dixi confitebor aduersum me iniquitatem meam Domine, & tu remisisti iniquitatem peccati mei*, & vt sic peccatores sæpe exaudiuntur.

Sed diceret quis, ex quo dicit superius Chrysostomus. Qui orat & peccat, &c. videtur, quod peccatores orando peccent, cum deludere Deum graue sit peccatum. Respondeo. Verbum Chrysostomi intelligendum esse de persistentibus in peccato, cum proposito persistendi, & de orantibus propter honores & propter quæstum, illi deludunt Deum, ideò est documentum, quod qui orare voluerit, debet prius in corde de peccatis compungi, saltem contritione generali. De hoc in collatione Patrum dicitur. Si volumus oratione in cœlum ascendere, & super cœlestia penetrare, curemus, vt mentes nostræ ab omnibus terrenis & carnalibus depurentur, ita vt nostra oratio ad Deum possit ascendere, nullo vitiorum pondere prægrauata.

An peccatores orando peccent.

E SECVNDVM, quod facit hominem idoneum peccatorem, est animi humilitas, quæ ornat orationem, quantò enim se homo magis humiliat, & necessitates suas declarat, tantò facilius impetrat, quod implorat. Sic quando nos coram Deo fragilitatẽ nostram & defectus nostros humiliter fatemur, facilè expedimur. Exemplum habemus Gen. 18. de Abraham, qui supplicare Domino proponens, præmisit humilitatẽ, se pulueri similando dicens. *Loquar ad Dominum Deum meum cum sim puluis & cinis.* In huius ergo figuram Iudæi orare volentes, se prius humiliauerunt, & cineres super capita eorum sparserunt, sicut in multis locis sacræ scripturæ reperitur. Ideo exauditi fuerunt. Ideo dicit B. Gregor. 3. moral. Ille Deo veram orationem exhibet, qui seipsum quasi pulueris sit, videt, qui sibi nihil virtutis tribuit, qui bona quæ agit esse de misericordia creatoris cognoscit. Quod attendens Iudith dixit 9. c. *Tu Domine cui humilium & mansuetorum semper placuit deprecatio.* Et Psal. 101. *Respexit in orationem humi-*

Humilitas ornat orationem.

Orationem veram quis Deo exhibeat.

Digitized by Google

humilium, & non ſpreuit precem eorum. Vnde tam pronus eſt Deus ad exaudiendum tales humiles, quod eorum preces expectat, ſed etiam ad ſola eorum deſideria inclinatur. Iuxta illud Pſal. 9. *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Et intelligitur pauperum, id eſt, humilium. Quia dicit Auguſt. Pauperes ſpiritu ſunt homines humiles, & timentes Deum, & non habentes inflantem Spiritum.

F Humilibus quænam oratio neceſſaria Chriſtus & Apoſtoli vocaliter orarunt.

Sed diceret aliquis, ex quo dicit Pſal. *Deſiderium pauperum*; nunquid tenentur homines humiles vocaliter orare, vel an ſufficit eis ſolum deſiderare? Ad quod dixerunt quidam. quod ſufficit eis deſiderare, imò imperfectionis eſſet vocaliter orare, ſumentes pro ſe illud Pſal. 9. prælibati. *Deſiderium pauperum.* Et talibus non eſſet dicendum ora pro me, ſed deſidera pro me. Sed hoc eſt erroneū, eò quòd Chriſtus legitur, vocaliter oraſſe, & Apoſtoli poſt repletionem Spiritus ſancti orationibus inſiſtebant. Sed verum eſt pro illo inſtanti, quo mens rapitur in contemplationem, & guſtum diuinæ dulcedinis, tunc lingua conquieſcat, & poſtea rediens ad ſe, debet orare in voce ſicut Dauid, qui ait. *Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me.* Pſalm. 3. Dicit S. Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt. 83. Vox adiungitur orationi tripliciter. *Primo*, ad excitandum interiorem deuotionem, quia mens in Deum eleuatur orantis. *Secundo*, ad reddendum rationem debiti, vt videlicet homo Deo ſeruiat ſecundū illud totum quod habet, id eſt, non ſolum mente, ſed ore. Iuxta illud Oſeæ 14. *Omnem aufer à me iniquitatem & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.* *Tertio*, ex quadam redundantia ab anima in corpus, & ex vehementi affectione. Vnde Pſal. 15. *Lætatum eſt os meum, & exultabit lingua mea.*

Vox adiungitur orationi tribus de cauſis.

G Fructus diligenter audituverbi Dei.

TERTIVM, quod facit idoneum precatorem, eſt verbi Dei ſedulitas. Congruum eſt, vt qui vult à Deo in oratione exaudiri, quod ipſe libenter audiat Deum, quia dicitur Prou. 8. *Ego diligentes me diligo.* Sic à ſimili ipſe audientes ſe audit, quia ipſe dixit prædicatoribus, Lucæ 10. *Qui vos audit, me audit*, & è contra, qui verba Dei non audit, nec oratio eius à Deo exauditur. Teſte Sapiente Prou. 18. *Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.*

Quid debeat homo à Deo petere, vt exaudiatur.

Habitis ergò illis, quibus homo fit idoneus precator, quæritur quid debeat petere, vt à Deo audiatur. Ad hoc reſpondetur primo, quod in oratione petendi eſt gloria æterna, gratia, ſiue Regnum & iuſtitia regni. Et hoc innuit Dominus in hoc. *Si quid petieritis Patrem.* Quod videlicet ponderans Aug. in originali dicit. Illud enim dicitur eſſe quid, quod eſt aliquid, tale autem eſt res ſpiritualis. Temporalia enim & corporalia reſpectu ſpiritualium quaſi non ſunt. Sic ergo vult Dominus dicere, quod ſi ſpiritualia petierimus, conſequimur. Ideò dicit, Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.*

H Temporalia non petenda, propter tria.

Non monet Dominus vt temporalia quærantur propter tria. PRIMO, quia non ſunt digna peti, bona enim infima ſunt, & incuruantur, qui amant, & quærunt ea, quæ incuruatio dæmonibus placet. Iuxta Iſa. 51. *Incuruare vt tranſeamus.* Super quo dicit Bern. Noli acquieſcere dicenti incuruare vt tranſeamus non enim eſt tranſiturus, ſed grauiter te oppreſſurus. Sed certè qui ſibi acquieſcunt, in hoc poſſunt dicere ſeorſum. Illud Pſal. 37. *Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finem.* Ideò dicunt verba Apoſtoli ad Coloſ. 3. *Quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram.* SECVNDO, quia temporalia debentur his, qui habent iuſtitiam regni. Iuſtitia enim regni filios facit, filijs enim debetur prouiſio. Vnde ſuper illud. *Et hæc omnia adijcientur vobis*, dicit

Quare Deus quandoq; temporalia subtrahat.

glossa, quod omnia sunt filiorum, Lucæ 15. *Omnia mea tua sunt*, & ideo hæc omnia adijcientur etiam non petentibus & quærentibus, quibus si subtrahantur ad probationem prosunt, si addantur ad gratiarum actionem. TERTIO, nescit homo vtrum expediat temporalia habere, cum frequenter possessoribus suis noceant. Quia dicit Sapiens Prou. 1. *Vsq; quo stulti, quæ sibi noxia sunt, rapiunt?* Et super illud 2. Cor. 12. *Virtus in infirmitate perficitur*. dicit glos. Aug. Cum ea, quæ Dominus laudat & promittit, petitis, ab illo securè petite, illa enim propitio Deo conceduntur. Cum autem petitis temporalia, cum modo petite, & cum timore illud committite, vt & si prosint, det, si scit obesse, non det. Quid enim prosit vel obsit, medicus nouit non ægrotus. Ideo etiam dicit S. Thomas secunda secundæ q. 83.

Temporalia bona absolutè petere possumus.

I

Si loquamur de bonis spiritualibus, vt de virtutibus, gratia & gloria, quibus nec potest homo malè vti, nec de se malum euentum possunt habere, talia absolutè sancti petunt, sicut illud. *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.* Et iterum. *Deduc me in semita mandatorum tuorum.* Sed si loquamur de temporalibus, dicendum secundū Augustinum ad Probam de orando Deum. Hoc licet orare, quod licet desiderare. Temporalia autem licet desiderare non quidem principaliter, vt in eis finem constituamus. Sed sicut quædam adminicula, quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinem, in quantum pro ea vita sustentatur, & in quantum nobis organicè deseruiunt ad actus virtutum, vt Philosophus dicit 1. Ethic. Et ideo pro temporalibus licet orare. *Secundo*, respondetur ad hoc per glos. super illud Matth. 26. *Orauit tertio eundem sermonem*, dicit tria à nobis petenda. tribus enim vicibus orauit Christus, vt & nos à præteritis peccatis veniam, & à præsentibus malis tutelam, & à futuris periculis cautelam oremus. De *primo*, Eccl. 38. *Fili*, inquit, *in infirmitate*, scilicet spirituali, *ne despicias teipsum.* Glos. negligendo quærere remedium, sicut negligunt aliqui. Sed ora Deum deuotè, & ipse curabit te, scilicet vnguento gratiæ. De *secundo*, Matth. 26. *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.* De *tertio*, Luc. 21. *Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere.* *Tertio*, ad hoc respondetur, quod in oratione petere possumus, vt Deus custodiat nos ab occasione peccandi, exemplo Salomonis dicentis Prou. 30. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus ad negandum illiciar, & dicam, Quis est Dominus? Et egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.*

Temporalia quatenus liceat desiderare.

Tria à Christo petenda.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo III.

Vsque modo non petistis quicquam, petite & accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit. Ioan. 16.

Alexandri Magni in mendicum liberalitas.

NAturale est, quod animalia larga largiter impartiuntur ab eis rapta, sicut Aquila & Leo, qui prædam raptam alij animalibus diuidunt. Sic etiam largi homines, larga dant munera. Sicut patet de Alexandro Magno, quem cum quidam mendicus petisset pro eleemosyna, dedit ei vnam ciuitatem. Et redargutus cur hoc faceret? Respondit, non attendo quid ei recipere competit, sed quid dare conuenit. Iste quidem liberalis

Digitized by Google

lis rex, non ſolum petentibus dedit, ſed etiam ad petendum monuit, ſicut de hoc habetur in Vitas Philoſophorum. Cum quodam tempore Diogenes occurreret Alexandro, & eum tanquam ſpernens pertranſiret, dixit ei Alexand. O Diogenes, cur me ita deſpicis, quaſi mei non indigeas? Reſpondit ille, ad quid inquit, indigeo ſeruo mei ſerui? Alexander reſpondit, quomodo ſum ſeruus ſerui tui? Reſpondit, ego refrenans cupiditates ſubijcio eas, vt mihi ſeruiant, tibi autem cupiditates dominantur, & ſeruis eis, ergo ſeruus es his, qui mihi ſeruiunt. Cui Alexander, Pete à me quid vis, & dabo tibi; Reſpondit ille; Qualiter, inquit, à te petam, cum ſim ditior te, nam modicum, quod habeo magis ſufficit mihi, quàm tibi multum, quod habes. Spiritualiter Alexander interpretatur alleuians tenebras, & ſignificat Chriſtum, qui per ſuam benedictam paſſionem alleuiauit, vel abſtulit tenebras peccatorum, & illuminauit limbum electorum, vt impleretur, illud Iſa. 9. *Populus gentium, qui ambulauit in tenebris vidit lucem magnam.* Et quia per interpretationem aſſimilatur Alexãdro, & ideò etiam per largitatis imitationem. Nam qui dixit Actor. 20. *Beatius eſt dare, quàm accipere*, & hoc, quod dixit opere impleuit. *Nam ipſe dat eſcam omni carni*, vt inquit Pſalm. 135. & in Pſalm. 146. dicit. *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Nam vt dicit Gloſſ. Pulli coruorum, quia ante plumationem albi ſunt non nutriuntur à parente, ſed ſpernuntur. Deus autem rore cœli in ore eorum miſſo, nutrit eos. Et Deus noſter Ieſus Chriſtus ex ſua liberalitate, magna dat etiam ad ſimilitudinem Alexandri. Quia ad petendum inſtigat & informat, ſicut patet in verbis ſancti Euangelij præaſſumptis. *Vſque modo non petiſtis, &c.* In his verbis Saluator tria tangit principaliter. *Primo*, negligentiam petitionis, ibi; *Vſque modo. Secundo*, confidentiam exauditionis, ibi; *Petite & accipietis. Tertiò*, finem intentionis, ibi; *Vt gaudium veſtrum.* Circa PRIMVM notandum eſt, quod homines negligentes ſunt in diſcendo morum ſanctitatem, in diſcutiendo propriam peruerſitatem; in ſufferendo proximorum neceſſitatem, in reuerendo Dei maieſtatem, & in petendo neceſſariam ſalubritatem.

De Diogene occurrente Alexandro.

Chriſtus per paſſionem ſuam abſtulit tenebras peccatorũ.

Hominum negligentia in quo conſiſtat.

PRIMO ergò ſunt negligentes in addiſcendo morum ſanctitatem, vnde inueniuntur quidam aſſidui ad diſcendum artium ſubtilia propter curioſitatem & vanitatem, de his dicit Propheta Hieremias cap. 2. *Ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt.* Et B. Hieronym. loquens de ſubtilitate artium; In his, inquit, nulla ſecuritas veritatis, nulla iuſtitiæ refectio reperitur. Qui enim in humanarum ſcientiarum ſtudio vacat, in infamia perſeuerat. Hæc ille. Quidam etiam inueniuntur aſſidui ad diſcendum iura ciuilia propter vtilitatem, quæ tamen ſunt mobilia & humana, tumultuoſa & inflatiua & ſine refectione. Ciuilia enim iura ſimiliter & Canonica mobilia ſunt; quia per ſimilitudines remotas procedunt, propter quod dicit Auguſt. Leges noſtræ ſunt tela aranearum, quæ fortia animalia tranſmittunt, minus fortia & debilia retinent. Ad hanc mobilitatem refertur illud, Hierem. 2. *Duo mala fecit populus meus, & dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ aquas continere non valebant.* Moraliter fons aquæ viuæ eſt ſcriptura ſacra, in qua continetur viua aqua, videlicet benè viuendi & ſeruiendi Deo, quam dimittunt quidam, & fodiunt ſibi ciſternas, &c. Ciſterna non valens continere aquas, eſt ius ciuile & Decretum, quæ hodie aquas ſapientiæ continent, & cras non continebunt, quia cras abrogata erunt, & ſic non ſunt de lege diuina, de qua Dauid in Pſal. 118.

In artium ſubtilitate nulla ſecuritas veritatis.

Iura ciuilia & Canonica ſunt humana, mobilia, &c.

Ius ciuile & decretum ſunt ciſterna aquam non continens.

Iustitia tua, iustitia in æternum, & lex tua veritas. Terrena etiam est scientia iuris ciuilis & canonum, & sicut terra aquæ commixta impedit, ne clarè per eam videatur. Ita terrenitas multos vtriusque iurisperitos impedit, ne rectè iudicent, & vitam suam negligant, quod non fit in lege Dei & sacra scriptura, ideò dicitur illi, qui tales lucratiuas scientias studet & sectatur. Hiere. 2. *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?* Est etiam scientia illa tumultuosa & inflatiua. Nam intelligitur per siliquas porcorum, quibus filius prodigus saturare cupiebat ventrem suum Luc. 15. Nam siliquæ porcorum inflant. Quidam insuper assidui sunt ad discendum artem bellandi, propter sui enuitatem & nesciunt quod varius est exitus belli. 2. Reg. 11. Quidam verò artem negotiandi propter paupertatem. Sed ibi abundant mendacia, periuria & furta.

Iurisperiti multi vitam suam negligunt.

L

De *primo* & *secundo* dicit Chrysost. 88. distin. c. eijciens. Mercator sine mendacio, & sine periurio esse non potest. Et eadem dist. c. quoniam non cognoui, dicit Augustinus. Sed ait mercator vel negotiator, affero ex longinquo merces, meredem laboris mei, vnde viuam peto, quia dignus est mercenarius mercede sua. Respondit Augustinus, de mendacio & periurio agitur non de negotio; ego enim mentior, non negotium. Hæc ille. TERTIO de furto quod fit præcipuè per fraudes quas faciunt circa stateras, pondera, & mensuras. Contra quod Prou. 11. *Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum voluntas eius.* Et sic habes, quod quidam inueniuntur assidui circa artium subtilia, propter curiositatem, iura ciuilia propter vtilitatem, artem bellandi propter strenuitatem, artem negotiandi propter paupertatem, quæ ad vitæ præsentis promotionem & administrationem spectant. Sed ad discendum artem benè viuendi, & artem Deo seruiendi, artem peccata cauendi, omnes quasi se exhibent negligentes. De quibus Bernardus lib. meditationum, in principio: Multi multa sciunt & seipsos nesciunt, alios inspiciunt, & seipsos deserunt: Deum quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, in quibus est Deus: idcirco ab exterioribus accedam ad interiora, ab interioribus ad superiora ascendam, vt possim cognoscere vnde venio, aut quò vado, quid sum, vnde sum, & ita à cognitione mei peruenio ad cognitionem Dei. Hæc Bernard. Et talibus qui negligunt discere benè viuere, dicit Apostolus. 1. Timoth. 4. *Noli negligere gratiam quæ in te est.* Figura habetur Gen. 42. *Audiens Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis suis: Quare negligitis? audiui quod triticum venundetur in Ægypto.* vult figurare, quod vbicunque alimenta animæ sunt venalia, quæ propter nullam difficultatem debet homo negligere, quia scientia salutis non est nisi in Ægypto. Ægyptus interpretatur tenebræ, & significat theologiam tenebrosam & obscuram. De qua Psalm. 8. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris,* vbi dicit glossa, id est obscura doctrina in propheris & prædicatoribus. Sed hanc doctrinam, quasi nullus petit & addiscit, ideo potest dicere Dominus, *Vsque modo non petistis quicquam* quasi dicat. artes subtiles, leges vobis vtiles, bella & negotiationes petiris, quæ tamen quasi nihil sunt. Sed artem benè viuendi, quæ reperitur in theologica doctrina, quæ aliquid est, non petistis.

Mercator sine periurio non potest.

Varia hominum studia.

Negligentia multorum ad discendū artem benè viuendi & Deo seruiendi.

A Egyptus significat Theologiā tenebrosam & obscurā.

M

SECVNDO sunt homines negligentes in discutiendo propriam peruersitatem, & similes sunt cuidam optimo Senascalco in ordinando familiam alienam & magnorū Dominorum. Sed pessimè sciuit de regimine domus suæ, vt dicit Holkot lect 37.

Negligentia hominum

Et

Digitized by Google

Et subdit: Tales sunt plerique qui diligenter alios emendant, & tamen semper negligunt seipsos Quantas, inquit, sollicitudines habemus ad discutiendas conscientias alienas, pro quibus non habemus respondere, nisi simus eorũ prælati, & quantam pigritiam ad discutiendas proprias conscientias? Conscientias nostras discutimus vna die in quadragesima, conscientias verò proximorum per multos annos: quod tamen nihil est, quia peccatum est, quod nihil est. Ideo Dominus dicit nobis in verbo præallegato, *Vsque modo non petistis quicquam*, quasi diceret, quia solum conscientias aliorum petitis & discutitis. Sed vestras discutere negligitis, ideo nolite negligere, nolite cessare. Iud. 18. quasi diceret, nolite negligere conscientias proprias, nolite cessare propriam peruersitatem expurgare.

in seipsis discutiendis

NOTA.

Negligentia in comparicendo necessitati proximi.

TERTIO negligentes sunt homines in sufferendo proximorum necessitatem, contra quos dicitur Deut. 22. *De omni re fratris tui si perierit, & inueneris eam, non negliges quasi alienam.* Dicit enim glossa, res fratris nostri perit, si incidit in latrones. Si est depauperatus fortuna, si indiget pro amore Christi, vnde nullo modo negligere tales debent, qui eos iuuare possunt. Sed respondent seculares: se tales iuuare posse, sed non sine damno. Sed nunquid Deus non est potens recompensare damnum? Constat quod sic, quia iustus est: & Prouerb. 12. *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est*; Ergo talem iustum necessario Deus remunerabit, quia dicit Psalm. 36. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem.* Sed quia nonnulli sunt negligentes in subuentione proximorum, quæ aliquid est & apud DEVM magna, ideò dicit hic Saluator. *Vsque modo non petistis*, id est, desideraſtis quicquam, id est, vitam æternam, scilicet dando eleemosynam, quia per eleemosynam peruenitur ad vitam, quia secundum Ambros. sola eleemosyna est comes defunctorum.

Secularium friuola excusatio.

QVARTO, sunt homines negligentes in reuerendo Dei maiestatem, & hoc habent timere curati & specialiter prælati, & quicunque alij in ministerio dediti, cuiusmodi sunt omnes clerici, & quicunque religiosi, & tamen si consideremus, hi sunt qui negligentius agunt. Iuxta illud 2. Paralip. 24. *Leuita & Sacerdos egerunt negligentius.* Istis tamen præcipitur. Deut. 8. *Obserua, & caue ne aliquando Domini Dei tui obliuiscaris, & negligas mandata eius atque iudicia.* Negligentiam causat in istis, nimia frequentia assistendi Deo, quia nimia familiaritas contemptum parit. Attamen contra tales dicitur 2. Paralip. 29. *Nolite negligere filij mei, vos elegit Deus vt stetis coram eo.* Et nota quod non solum clerici sunt negligentes in reuerendo Dei maiestatem, imò & laici; ideò negligentiam talem expellit Dominus, aliquando flagello percussionis, aliquando subtractione substantiæ temporalis. Dicit enim Aristot. lib. 6. animalium, quod aquila pullos suos iam adultos, prouocat ad volandum, super eos volitando, & si ad exeundum pigritauerint, eos rostro percutit cibum subtrahendo, & exire eos deinde sic expellit. Sic Aquila Christus, qui prouocat ad volandum pullos suos. Deut. 32. Pulli enim sui, sunt homines à se creati, vel fideles baptismate regenerati, quos tam verbis, quàm exemplis prouocat ad volandum, id est, ad Deum reuerendum & amandum. Verbis quidem cum dicit. *Vsque modo non petistis quidquam*, quasi dicat, vsq; modo non reueriti estis patrem meum, & hoc etiam nobis obijcit pater Malach. 1. *Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* Quod autem negligentes hactenus fuimus in reuerendo

N

Neglectus reuerentiæ diuinæ maiestatis.

Tam clerici quàm laici negligunt reuereri Deũ.

Dei

Dei Patris maieſtatem, patet ex illo, quod dicit, *non petiſtis quicquam.* Nam reuerentia quid eſt, id eſt, aliquid, quia glorificationem acquirit, ſecundum illud 1. Reg. 2. *Quicunque honorificabit me, glorificabo eum, & qui contemnet me, erit ignobilis*, & hanc glorificationem verendo Patrem hucuſque non petiuimus, ideò Chriſtus nos interdum flagello infirmitatis, vel aduerſitatis percutit & bona temporalia ſubtrahit, vt qui DEVM in proſperitate reuereri noluimus, ſaltem in aduerſitate reuereamur.

Aduerſitate cõpellimur Deum reuereri.

QVINTO, homines ſunt negligentes in petendo neceſſariam ſalubritatem. Cum ſeruus aliquis ſeruit alicui Domino liberali, qui eſt pronus ad petita audienda, talis non debet eſſe negligens in petendo, & præcipue debet hoc facere in meridie, poſtquam Dominus prandiderit, iam quieuerit, iucundique animi fuerit, quia talis hora eſt congruentior ad petendum, & ſi tunc non petierit, ſed negligenter ſe habuerit, in damnum ſuum cedit. MORALITER, quilibet homo à Deo creatus, eſt ſeruus Dei factus ad Deo ſeruiendum. Sicut de hoc dicit Magiſter lib. 2. diſt. 1. Et ſi, inquit, queritur propter quid, id eſt, propter quam cauſam finalem creata ſit rationalis creatura? Reſpondetur ad laudandum Deum, vel ad ſeruiendum ei, vel ad fruendum eo. *Et infra*: Factus Angelus ſiue homo propter Deum dicitur eſſe. Non quia creator Deus, & ſummæ bonus alterutriusque, id eſt, angeli, vel hominis indiguerit officio, quia bonorum noſtrorum non eget, ſed vt ſeruiret ei & eo frueretur, cui ſeruire regnare eſt: in hoc enim proficit ſeruiens, non ille cui ſeruitur: & Dauid hoc perpendens ait in Pſalm. 118. *Seruus tuus ego ſum da mihi intellectum Domine.* Iſte, inquã, ſeruus videlicet homo ſeruit largo Domino, videlicet Deo glorioſo, de quo loquens Chryſ. 26. q. 7. c. Alligant. Vbi Paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax; vbi per Patremfamilias poteſt intelligi Deus Pater, ſed per diſpenſatorem Chriſtus Ieſus, quaſi dicat: Ex quo Pater largus eſt, & filius largus eſt, quia ſequitur patrem ſua proles. Modo quia ille Dominus eſt largus, ſequitur, quod ad dandum eſt pronus, & certè pronior ad tribuendum, quàm nos ad petendum, quare non debemus eſſe negligentes in petitionibus, ne nos arguat quaſi negligentes, & dicat, *Vſq; modo non petiſtis quicquam.*

Negligentia hominũ in neceſſaria ſalubritate petenda.

Homo creatus eſt ad laudandum Deum, &c.

Patrisfamilias largitas non debet impediri.

Accedamus ergo ad dominum gloriæ & petamus in meridie. Moraliter per meridiem, in quo ſollucet feruentius, intelligitur tempus gratiæ, in quo verus ſol ſplendet nobis clementior, in hoc meridie gratiæ debes veniam petere, quia iam Dominus ab ira ſuã quieuit & iucundi animi exiſtit. Ideò Sapiens hortatur, Eccli. 38. quemlibet, vt in præſenti Deum procurandis peccatis petat, cum dicit, *Fili, in tua infirmitate*, ſcilicet ſpirituali, qua infirmus es à peccatis tuis in anima, *non deſpicias*, ſcilicet negligere *teipſum, ſed ora Deum & curabit te.* Et beatus Hieronym. 13. quæſt. 2. cap. in præſenti. In præſenti, inquit, ſeculo ſcimus, ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem nos poſſe adiuuari. Cum autem ante Tribunal Chriſti venimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noë rogare poſſe pro quocunque, ſed vnumquemque portare onus ſuum. Per Iob intelligit Gloſſa coniugatos, per Danielem virgines, per Noë Prælatos Eccleſiarum, quaſi dicat; neque coniugati, neque virgines, neque Prælati poſſunt iuuare poſt mortem quenquam orationibus ſuis, ſi in peccato mortali abſceſſerit. Et certè illis, qui hic pro peccatis ſuis delendis Deum non petunt, ſed in eis decedunt, dicit Dominus, *Vſque modo non petiſtis quicquam*, ideò nunc petentes non

Tempore gratiæ venia nobis perenda eſt.

Morienti in peccato mortali, nullæ orationes proſunt.

Digitized by Google

non exaudiam. *Ite maledicti in ignem æternum*, ideo petamus hic potiùs curari, & peccata noſtra per tribulationem ablui, quàm ibi æterno ſupplicio damnari.

De Mauritij Imperatoris conuerſione & morte, &c.

Sic quidam Imperator nomine Mauritius ſicut refert Vincent. in ſpe. Hiſt. lib. 23. cap. 18. & Hugo Floriacen. Mauritius Auguſtus, inquiunt, malebat in hoc ſeculo facinorum ſuorum corporali ſupplicio vindictam perſoluere, quàm tormentis infernalibus ſeu gehennalibus cruciari, & hoc quotidiè in orationibus ſuis precabatur. Quadam nocte dum in ſtratu ſuo eſſet, vidit per ſomnium ſuum ante ſe ſtare æneam Saluatoris effigiem, quæ erat ante portam palatij. Ex qua miſſa eſt vox; Date Mauritium, & exhibuerunt eum quidam iudiciarij miniſtri, tunc ad eum Saluatoris imago: Vbi vis, reddam tibi mala quæ meruiſti, hic an in futuro? Et ille ô curator inquit hominum domine, hic potius quàm in illo. Tunc iuſſit diuina vox tradi eum, & Conſtantiam eius vxorem, & omnem cognationem eorum Phocæ militi. Expergefactus autem miſit accerſendum Philippum generum ſuum. Cui dixit Sis inter agmina noſtra aliquem militem nomine Phocam⁀? Et ille; Scio vnum. Et Imperator cuius eſt qualitatis? Qui ait. Iuuenis eſt tumidus & temerarius, & ſic reſeruauit Philippo ſomnium quod viderat. Poſt hoc Mauritius in hoſtili terra poſitus cum milites ſuos à rapinis abſtinere compelleret, Phocam rogare cœperunt, vt Imperij regimen ſuper eos acciperet, qui regalem purpuram aſſumpſit. Quod audiens Mauritius, ceſſit, & in quandam ſiluam mari contiguam fugit, in qua cum vxore ſua & quinque filijs, iuſſu Phocæ Cæſaris eſt interemptus.

Confidentia quod Deus orantes exaudiet.

Quantum ad SECVNDVM ponit *confidentiam* exauditionis, cum hortatur ad petendum, & promittit petitores exaudire dicens, *Petite & accipietis*. In veritate ſic eſt, quod vnuſquiſq; hominum libentius faceret laborem iſtum, quem poſſet complere in vna hora ſine graui ſudore, de quo daretur ſibi vnus groſſus, quàm illum laborem grauem, quem vix poſſet perficere integra die, de quo ſibi daretur dimidius groſſus.

Orationis deuotæ cõmendatio.

MORALITER inter corporalia opera exteriora, oratio eſt facillima, quia facilius eſt orare quàm ambulare, fodere vel arare. Si autem priuaretur quis lingua, adhuc poſſet mentaliter petere vel orare. Sic licet inter corporalia ſit opus facillimum, habet tamen maius præmium, quod patet ex verbis Bernardi, qui ſic ait. Quid oratione pretioſius, quæ Deo eſt ſacrificium, angelis organum, ſanctis conuiuium, orantibus præſidium, contritis vngentum, reis ſcutum, pœnitentibus remedium, hoſtibus iaculum⁀? Et intellige tàm viſibilibus, quàm inuiſibilibus, quia hoſtes viſibiles etiam fugant deuotæ orationes, vt triumphent orantes. Nam Exod. 17. *Orante Moyſe, & manus deuotè eleuante, vicit populus Iſraël.* Sic etiam Ioſaphat Rex Iuda, videns contra ſe filiorum Moab multitudinem & Ammon venientem, timore perterritus, ſe ad orationem contulit, & victoriam obtinuit. 2. Paral. 20. Sic ſancta mulier Iudith intendens vincere & decapitare Holofernem Principem, Iudæorum hoſtem, prius orauit pro victoria. *Confirma*, inquit *me Domine Deus Iſraël, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, & hoc quod credens per te fieri poſſe cogitaui, perficiam⁀.* Et propter hanc orationem Dominus ſibi victoriam dedit, & hoſti ſuo caput ſuum amputauit, Iudith. 13. Vt ergo nos & hoſtes noſtros ſuperemus, docet nos Dominus in verbis prædictis, vt oremus vel petamus, dicens. *Petite & accipietis.* In quo quidem verbo ad duo hortatur, *primo*, ad inſtantiam orationis, ibi, *Petite. Secundo*, ad fiduciã impetrationis, ibi, *& accipietis.* De *primo* eſt notandum. Holkot ſuper librum ſapien-

Ioſaphat oratione obtinuit victoriam.

Digitized by Google

tiæ lect. 203. Oratio deuota est moraliter scala nostræ ascensionis, scutum nostræ defensionis nuntius nostræ legationis, & redditus nostræ subiectionis.

I. Oratio est scala ascensionis ad Deum.

PRIMO enim est scala nostræ ascensionis, per hanc enim ascendimus ad Deum, & à terrenis ad cœlestia nos eleuamus, de hoc B. August. in tract. de oratione in fine; Quid oratione præclarius, quid vitæ nostræ vtilius, quid in tota religione nostra sublimius? Oratio est, quæ nos Christianos prouocat. Oratio qua cum Deo loquimur, qua Patrem dicimus, qua vniuersa desideria nostra in conspectu maiestatis eius effundimus. Oratio est, quæ cœlos penetrat, nubes transit, Dei aures attingit. Ideo Sapiens Eccles. 35. *Oratio humiliantis se, cœlos penetrat.*

P Quid intendimus cum Deum oramus. Vt mereamur accipere, quod Deus nobis ante secula dare constituit. Similitudo de catena & naui.

Sed dubium potest esse, quid intendimus cum Deum oramus? Respondet sanctus Thomas, secunda secundæ quæst. 83. Deum oramus, vt non diuinam dispositionem immutemus: Sed quod impetremus, quod Deus disposuit per orationes Sanctorum esse implendum; scilicet, quod homines postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus disposuit ante secula dare. Et ad hoc sonat Robertus, quod non intendimus dispositionem diuinam immutare, sed magis instare vt compleatur. Non ergo cum oramus, Deum mutare proponimus, vel ad nos inclinare: Sed magis nos ad Deum leuare, & nostram voluntatem suo beneplacito conformare. Et hoc pulchrè declarat S. Dionysius de diuinis nominibus, sub duobus exemplis. *Primum* est tale. Si imaginemur vnam catenam luminis de cœlo pendentem, & nos extendamus manus nitamur illam ad nos trahere, non faceremus eam descendere ad terram, quia sursum esset & deorsum æqualiter. Sed per eam nosmetipsos ad superna traheremus. Sic est in proposito de oratione. *Secundum* exemplum est tale. Si essemus in naui existente in aqua, & teneremus funes fortes, ex quadam petra immobili ad nos extensos, & sit nobis in auxilium, non ad nos petram, sed nosmetipsos & nauem ad petram traheremus. Sic cum oramus, non trahimus ad nos immobilem Dei virtutem, sed nos potius trahimur ad Deum.

Q *II.* Oratio est scutum defensionis. Rex Arturus in belli necessitate ad imaginem B. Virg. confugit.

SECVNDO, oratio est scutum nostræ defensionis. Narrant historiæ Britonum, quod Rex Arturus illustris depictam habuit infra scutum imaginem Virginis Mariæ benedictæ filium suum in brachijs baiulantem. Ad hanc ergo imaginem quoties in pressura belli inciperet fatigari, respexit, & ex eius intuitu statim recenter vires recepit. Nam in lib. 7. cap. 5. dicitur, quod Clypeus Præsten vocabatur, in quo imago sanctæ Dei genitricis depicta habebatur.

MORALITER isto modo debet scutum nostræ orationis ornari, vt videatur intrinsecus habere imaginem Virginis Mariæ benedictæ. Si enim imaginemur Virginem Mariam benedictam in interiori parte scuti stantem, ipsa videtur, quasi scutum deferre, hoc est, quasi scutum orationis sibi imponere, vt ipsa dignetur orationem nostram portare, & Christo præsentare. Nam quicquid ipsa filio suo offert, necessario est acceptum. Ideo dicit B. Bernardus super missus est. Certè, frater, quicquid est illud, quod Deo offerre putas, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratiæ supra cedat, quo tibi influxit. & addit Robertus Holkot lect. 203. Orationem nostram duo debent complere, videlicet Christus & Maria: quia dicunt Grammatici, quod inter partes orationis principaliores sunt Nomen & Verbum. Inter Nomen & Verbum talis differentia est, quia nomen significat substantiam cum qualitate & sine tempore. Verbum autem significat personam agere, vel pati aliquid

cum

Digitized by Google

cum tempore. De natura etiam nominis est reddere suppositum ipsi verbo. De ratione verbi est nomen regere sibi in oratione supponens.

MORALITER, quod nostra oratio inueniatur congrua & perfecta, necesse est, quod ex nomine & verbo componatur. Verbum autem quod nostræ orationi coniungi debet, est illud *Verbum, quod caro factum est*, Ioan. 1. Istud Verbum personam significat, scilicet filij Dei. Signat etiam cum tempore, quia cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, ad Galat. 4. Et Magister idem ponit 3. sen. dist. 1. cap. 1. Similiter illud verbum tàm actionem quàm passionem importat. Istius enim verbi actione sunt cuncta creata, sed ipsius passione sunt omnia reformata. Nomen autem etiam nostram orationem ingredi debet. Sed quid est illud Nomen, quod verbo in nostra oratione debet coniungi. Reuera non inuenitur nomen sub cœlo quod isti verbo conuenientius coniungi possit, quàm illud de quo Lucæ 1. *Et nomen virginis Mariæ*. Maria, ecce substantia: Virgo, ecce qualitas, & significat sine tempore cuius causa est ista, quia Arist. 4. Physico. dicit, quod tempus est causa corruptionis, & omnia corrumpuntur & labuntur in tempore. Istæ enim mulieres, quæ primo sunt virgines, & postea fiunt matres, sed non sine corruptione & generatione, certè istæ sunt Virgines in tempore. Sed hæc benedicta & singularis Virgo, quæ Virgo peperit, & post partum Virgo permansit, ipsum quem genuit adorauit. Reuera ipsa est Virgo sine tempore. Sicut testatur Metrista.

Verbi actione sunt omnia creata, passione verò eius omnia reformata.

Tendit ad æthera virgo puerpera, virgula Iesse,
Non sine corpore, sed sine tempore transit ad esse.

Habemus ergò Nomen & Verbum pro nostra oratione formanda. Sed vt inter hoc Nomen & Verbum omnimoda congruitas ostendatur, restat videre, quomodo & quando illud Nomen huic verbo suppositum reddit, & quomodo Nomen ab eodem verbo regimen recipit.

Reuera charissimi, quando ista benedicta virgo Maria ab æterno prædestinata, præsanctificata, & Dei filio consecrata, & cunctis creaturis præposita, & ab angelo extitit salutata, & hoc non obstante ipsa quasi vniuersis supposuit semetipsam, sed tunc reddidit suppositum, quando dixit *Ecce ancilla*, &c. Et certè eadem humilitate, qua sic suppositum reddidit regi, à Verbo conuenienter petiuit, quando subdit. *Fiat mihi secundum verbum tuum*. Ex istis habetur quod Christus & Maria tanquam Nomen & Verbum complent orationem. Ideo statim post Christum, cum dicitur Saluator mundi adiua nos, subditur, Sancta Maria ora pro nobis.

Mariæ virginis humilitas.

TERTIO, oratio est nuntius nostræ legationis, iuxta illud Augustini super Psalmos: Orationis puræ magna est virtus, & velut nuntius fidelis mandatum peragit, & illuc penetrat, quo caro nequit peruenire. Hæc August. Et quia oratio est nuntius, ideo aliqua sunt necessaria, quæ cuilibet nuntio necessaria etiam esse videntur. PRIMVM est familiæ Domini, ad quem mittitur dilectio. Si enim familia Domini diligit nuntium, facilius ducit eum ad Dominum, vt suum expediat negotium: sicut patet de familia imperatorum, regum, principum, atq; baronum. Moraliter, familia regis sunt pauperes, secundum illud Psal. 9. *Tibi enim derelictus est pauper*, scilicet in familiam. Qui enim illis dat munera eleemosynarum facilè perducitur ad Deum, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matth. 5. & sic facilè in oratione sua exauditur, ideo hortatur nos Isaias 58. dicens. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in*

R III.

Nuntius nostræ legationis est oratio I.

Familiæ domini necessaria est dilectio.

Christi familia sunt pauperes,

Digitized by Google

domum tuam, operi nudum, & carnem tuam ne deſpexeris, & tunc inuocabis & Dominus exaudiet, clamabis & dicet, ecce adſum. E contra Prou. 21. *Qui obdurat aurem ſuam ad clamorem pauperum, & ipſe clamabit, & non exaudietur,* ſuper quo dicit Petrus Rauena: Quis immiſericors miſericordiæ dignus? aut quomodo miſericordiam conſequitur quis, qui hanc non exhibuerat miſerandis?

II. Chirographi allatio.

SECVNDVM eſt Chirographi allatio, quia legitur Tob. 5. quod Tobias iunior, quem mittebat Pater quaſi nuntium in Rages ciuitatem Medeorum ad Gabelum *accepit ſecum Chirographum pro pecunia repetenda.*

MORALITER. Tobias interpretatur ductus ad luctum, & ſignificat quemlibet Chriſtianum hominem, qui ductus eſt in luctum huius mundi, *vbi riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Prou 14. Hic, inquam, mittit orationem ſuam quaſi nuntium ad Gabelum, qui interpretatur vallis Domini vel collis diuinus, & ſignificat cœlum, ideo recipere debet ſecum Chirographum, & illud Chirographum eſt innocentia baptiſmatis, vel peccatorum immunitas, de qua ſupra N C. Et hanc ſi habuerimus, citò exaudiemur, aliàs non. Quia ſicut dicit Pſal. 65. *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet Deus*, ſcilicet orationem meam. Ideo dicit Auguſt. *Oratio ſi pura fuerit, cœlos penetrat, & vacua non redibit.*

III. Pacis certitudo.

TERTIVM eſt pacis certitudo, quia ſi cum nuntio etiam mitteretur diſcordia, palam eſt quod petitio proceſſum non habebit. Sic etiam ſi homo habet diſcordiam cum proximo, & mittit ad Dominum orationem ſuam quaſi nuntium, notum eſt quod Deus ipſum non exaudit, quia dicit Hugo de S. Victore. Ibi omnis aufertur gratia, vbi ſcelerata regnat diſcordia. Ideo debet homo concors eſſe cum proximo, vt ſic concordet cum Deo, & ſic exauditionis ſpes eſt. Ideo dicit Sapiens Eccli. 28. *Dimitte proximo nocenti te, & nunc deprecanti tibi peccata ſoluentur.* Et Mar. 11. dixit Dominus. *Dum ſtabitis ad orandum dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt pater veſter qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra: Quod ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.* Ideo in oratione Dominica Matth. 6. dicimus orando. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, quaſi dicat, Domine ſi concordamus benè cum proximo noſtro & ex conſequenti cum Deo, ideò dimitte nobis debita noſtra.

Concordiã habeat cum proximo, qui vult à Deo exaudiri.

IV. Diſcretio in petendo. Indiſcreta petitio non exauditur.

QVARTVM eſt petendi diſcretio. Si enim nuntius diſcretè petit, Dominus ad quem miſſus eſt, eò citius exaudit. Sic, ſi nuntius noſtræ legationis iuſtè & diſcretè peteret, eum altiſſimus vtiq; exaudiret. Si autem indiſcretè petit, Deus non exaudit. Sicut patet de petitione Zebedæi filiorum, qui petierunt per matrem, vt vnus ſederet ad dexteram, & alius ad ſiniſtram in regno ſuo, ſcilicet temporali, idcircò non ſunt exauditi, ſed merebantur audire, *neſcitis quid petatis*, ſicut patet Matt. 20. Similiter habetur de Paulo 2. Cor. 12. Qui petijt, vt auferetur ab eo ſtimulus carnis ſuæ, & quia indiſcretè petijt, & ſaluti ſuæ contrarium, ideo non fuit exauditus, ſed dixit ſibi Dominus. *Sufficit tibi gratia mea.* Ideo dicit Greg. Dignè in ſua petitione non exauditur, qui hoc petit, quod ſaluti ſuæ non expedit. Quapropter dixit & Saluator in præſenti Euangelio. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis*, quod exponit Gregorius. In nomine Chriſti petit, qui ſaluti ſuæ neceſſaria petit, & quid hoc ſit innuit cum dicit. *Vt gaudium veſtrum plenum ſit*, vbi dicit Gregorius. Qui gaudium plenum deſiderat, illud petat, quod finem non habet, & cui nullus mœror appropiat.

QVIN-

Digitized by Google

QVINTVM est petitionis continuatio, sicut fecit Chananæa, Matth. 15. quæ toties repulsa clamare non cessabat, sic Christus tandem eam exaudiebat dicens. *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Ideò dicit Dominus Lucæ 11. *Si perseuerauerit pulsans dico vobis, si non dabit surgens, eò quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.* Super quo dicit Augustinus; Ne deficias in oratione, Deus quod concessurus est, non negat, si differt. *V.* Continuatio petitionis.

QVARTO ideo est petendum & orandum, quia Oratio est redditus nostræ subiectionis, Cadit enim oratio sub præcepto. Et dicit Vlricus, quod ad orationem mentalem homo tenetur ex iure naturali quod arctat hominem, vt disponat se ad ea sine quibus non est salus. Et ad hoc ius accedit auctoritas Christi dicentis Luc. 18. *Oportet semper orare*, super quo dicit Chrysost. Oportet, necessitatem dicit, ad vocalem verò orationem seu cum cantu, non tenetur quis ex præcepto diuino, sed ex statuto Ecclesiæ, quæ missas & horas Canonicas indixit ministris Ecclesiæ, vel ex iniunctione confessoris pro satisfactione pœnitentiæ. Concordat Thomas in 4. dist. 15. Et dicit Holkot vbi supra. Quod oratio cadit sub præcepto determinate quidem, quãtum ad ministros ecclesiæ, qui ad horas Canonicas obligantur, quia secundum Guilhelmum idcirco à laicis dati sunt redditus clericis, vt in officio ipsas vices suppleant laicorum: & ideò beneficiati tenentur ad horas, non solum ex statuto Ecclesiæ, sed etiam ex obligatione iustitię. Et quia ordinem sacrum nullus debet conferre nisi beneficiato, vel ei, qui ad suum patrimonium loco Ecclesiasticorum reddituum voluerit ordinari: Extra de præbend. Episcopus, & c. Cum secundum. Ideo quilibet habens ordinem sacrum tenetur ad horas Canonicas, quia ecclesia ordinando ipsum intendit eum ad ministerium obligari. Et ex hoc sequitur quod omnis ordinatus ordinibus maioribus tenetur ad horas, etiam si beneficium non habet, ex quo recepit ordines & potestatem spiritualem, tenetur etiam ex spirituali Deo seruire & ministrare, hoc autem facit dicendo horas, nisi habuerit legitimum impedimentum, puta propter defectum visus vel infirmitatis, vel paupertatem, quia libro caret, recompenset tamen per æquiualens per Psalmos vel orationem Dominicam. Et si nullum impedimentum habuerit peccat mortaliter, si omiserit horas canonicas, vt dicit Innocentius in Extrau. de celebrat. Miss. c. Dolentes. *Et addit:* Presbyter Diaconus vel Subdiaconus, vel quicunque beneficiatus tenetur dicere horas Canonicas. Et dicitur beneficiatus secundum aliquos, quando cum effectu percipere potest fructus beneficiorum suorum, in toto vel in parte. Secundum verò alios intelligitur, quando Ius habet repetendi. Hæc Innocen. Concordat etiam Henricus de Gandauo in quodlibeto, quod tales tenentur dicere aliàs peccant mortaliter, omittendo, nisi ratione infirmitatis, vel alterius causæ legitimæ impediti. Quia in c. dolentes, districtè præcipitur, cum dicitur: Districtè præcipimus in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum Dominus eis dederit, studiosè & deuotè celebrent, præceptum autem obligat ad mortale. *S IV.* Orandum & petendum propter subiectionem. Beneficiati & in maioribus ordinibus constituti, tenentur ad horas Canonicas recitandas. Omittens sine iusta causa horas Canonicas, peccat mortaliter.

Sed dicitur, vtrum clerici tenentur horas dicere deuotè, ad hoc dicunt Doctores, deuotio potest tripliciter intelligi. *Vno modo* suauitas mentis reuelatæ in Deum per cognitionem & feruentem dilectionem, & hanc generat Charitas, vel donum sapientiæ, & hæc est rara. *Alia* dicitur habitualis relatio boni operis in Deum, vt cum quis faciens aliquod bonum considerat, vt illud faciat propter Deum. *Tertio* dicitur habi- Quæ deuotione tenẽtur clerici dicere horas.

habitualis relatio in Deum, vt cum quis non cogitans de Deo facit aliquod bonum, requisitus tamen qualiter hoc faceret, diceret quod propter Deum. *Prima* deuotio est *perfectionis: Secunda* est *congruitatis: tertia* est *necessitatis*, vnde qui tenentur horas dicere, tenentur eas dicere deuotè, saltem loquendo de tertia deuotione, & sic intelligi potest ly, deuotè in c. Dolentes. Et licet clerici in sacris ordinibus beneficiati, siue non beneficiati sint, tenentur ad horas Canonicas determinatè. Omnes tamen Laici tenentur ad orandum indeterminatè, quia omnis homo tenetur suam salutem procurare, quod sine oratione adulto non conceditur, & ideò orare vocaliter, vel mentaliter, est de iure naturæ, & reducitur ad tertium præceptum primæ tabulæ. *Memento vt diem Sabbathi sanctifices.* Tempus verò orandi instituitur Laicis ex statutis Canonum diebus festiuis, quando tenentur diuinis officijs interesse, vt ministris pro populo orantibus suam intentionem confirment, vt dicit Thom. in 4. distinct. 15. Et quia oratio est scala nostræ ascensionis, scutum nostræ defensionis, nuntius nostræ legationis, & redditus nostræ subiectionis: Idcircò Dominus hortatur hic ad orationem, cum dicit, *Petite.*

Deuotio triplex.

Laici etiam tenentur ad orandum vi tertij præcepti.

Vbi est orandum? Sacer locus idoneus ad orandum.

Sed hic quæritur vbi sit orandum? Ad hoc dicunt Doctores, quod vbique orandum est, cum vbique fiunt pericula, & vbique Dei indigemus auxilio: propter quod dicit Apostolus 1. Timoth. 2. *Volo ergo viros orare in omni loco leuantes puras manus.* Spiritualiter tamen locus idoneus ad orandum est locus sacratus, quia dicit Isidorus de sum. bon. Oratio priuatis locis oportunius dicitur. Ideò dicit Dominus Matth. 6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.* Et hoc, quod Christus de loco orationis docuit exemplo, opere ostendit. Nam Matth. 14. habetur, quòd ipse dimissa turba *ascendit in montem solus orare.* Et Marci 1. dicitur, quod *abijt in desertum locum ibiq; orabat.* Et Luc. 22. *Auulsus est a discipulis, quantum est iactus lapidis & positis genibus orauit.* Sed magis spiritualis locus & idoneus ad orandum est templum materiale dedicatum. Iuxta illud Isa. 56. Matt. 21. *Domus mea domus orationis vocabitur.* Et 2. Paralip. 27. *Oculi mei erunt aperti & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui orauerit in loco isto: elegi enim & sanctificaui locum istum, vt sit ibi nomen meum in sempiternum.*

Impedimenta orationis.

Sed diceret aliquis, quæ & quot sunt impedimenta orationis, respondet quod sunt multa. *Primum* est peccatum orantis Isa. 1. *Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam, manus enim vestræ sunt plenæ sanguine*, vbi per sanguinem intelligitur peccatum. Versus.

1. Peccatum orantis.

Sanguis peccatum, sanguis quoq; dicitur humor. Et Isa. 59. *Peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.* Et Thren. 3. Nos *iniq; egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcircò tu inexorabilis es. Secundum* est orantis dubietas, quia de dubio dicitur. Iac. 1. *Non æstimet ergo homo ille, quod accipiet aliquid à Domino.* Nam Bernardus dicit. Indignus cœlesti benedictione conuincitur, qui Deum quærit dubio affectu. Ideò consulit Iacob. 1. *Postulet in fide, nihil hæsitans. Tertium* quod impedit est indignitas, ideò dicit Hierem. 7. & 9. Dominus *Noli orare pro populo isto, nec assumas pro eis orationem, quia non exaudiam te.* Et Hierem. 15. *Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* In Vitispat. etiam legitur. *Ex lib. sent. Patrum*, §. 12. Quidam frater patiebatur molestiam à spiritu fornicationis, & abijt sæpè ad seniorem vt pro se oraret. Cumque frequens ora-

2. Dubietas orantis.

3. Indignitas orantis.

De negligenter repugnãte tentationibus in oratione.

tio

tio ſenioris non mutaret, Dominus nocte oſtendit ſeniori, negligentiam fratris eſſe in cauſa, quare non exaudiretur: Vidit ſenior Monachum ſedentem, & Spiritum fornicationis in diuerſis formis mulierum ludentem apud ipſum, cum eisque delectari; vidit etiam angelum Domini aſtantem, & grauiter contra eundem fratrem indignatum, quia non ſurgebat, nec ſternebat ſe in orationibus ante Deum, ſed magis delectabatur in cogitationibus ſuis. Cognouit ergo Senior culpam fratris eſſe, quod ipſe non exaudiebatur pro eo. Et dixit fratri; Impoſſibile eſt à te diſcedere ſpiritum fornicationis alijs pro te orantibus, niſi tu ipſe laborem aſſumas, ieiunijs, orationibus & vigilijs orans Dominum cum gemitu. Audiens frater ſermones ſenioris compunctus eſt corde, & per afflictionem corporis meruit miſericordiam Dei.

Aliud exemplum.

Ad quod idem refertur, quod legitur ibidem quod quidam frater dixit beato Antonio. Ora pro me Pater. Ad quod dicit Antonius. Ego nec tui miſereor, nec Deus, niſi pro te ipſo ſollicitus ſis in orationibus. Qui pro ſeipſis nolunt orare, ſimiles ſunt cuidam quadrigario, cuius quadriga cum cecidiſſet, & ipſe ſedens in luto à tranſeuntibus petijt adiutorium. Quidam nobilis manum extendens, vt ipſum iuuaret. Sed cum miſer nec vellet ſurgere, nec ad quadrigam leuandam manum attingere, ſed differebat, receſſit nobilis indignans dicens. Ex quo tu miſer non iuuas te: nec ego curo de te.

Similitudo de auriga.

MORALITER iſte quadrigarius eſt quilibet homo ex anima & corpore compoſitus, cuius quadriga eſt corpus ex quatuor elementis compoſitum tanquam quatuor rotis, & hoc interdum cadit in lutum peccati luxuriæ vel gulæ. Quod videns ſpiritus petit, vt alij pro eo orent, vt eum ſubleuent, ſed quia nec per ſe orat, nobilis ille homo Chriſtus, qui abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, quamuis aliàs ſibi apponeret manum ſui auxilij, auxilium ſubtrahit, & ipſum iacere in luto peccati permittit. Quia ſecundum Auguſt. Qui te creauit ſine te, non te iuſtificabit ſine te. *Quartum* eſt deſiderij paruitas, de quo dicit Auguſt. Seruat tibi Deus quod non vult citò dare: vt diſcas magna magis deſiderare.

4. Paruitas deſiderij.

QVANTVM ad ſecundum articulum ſubiungitur fiducia exauditionis, cum dicit, *& accipietis.* Vbi nota, hæc fiducia datur nobis ex tribus. *Prima* ex Dei ad nos pia dignatione, quæ maximè relucet ex hoc, quod ipſe incitat ad orandum, & ſi dare vel exaudire nollet, nullo modo ad petendum incitaret. Dicit enim in præſenti Euangelio. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et iterum. *Petite & accipietis.* *Secundo* hæc pia dignatio relucet ex hoc, videlicet quia in oratione conceſſit ſe Patrem nominandum. Matth. 6. *Sic orabitis. Pater noſter, qui es in cælis.* Vult ergò à nobis orari tanquam pater à filijs, quod eſt maximæ dignationis. De quo Auguſtin. in ſermone Domini in monte. Magna, inquit, præſumptio data eſt, quia priuſquam aliquid petimus tam magnum donum recipimus, vt dicere Pater noſter audeamus. Quid enim filijs petentibus non dabit, cum hoc ante dedit vt pater eſſet, gratia eius minimè hoc à nobis exigit, vt pater noſter ſit, quod nullo ſumptu comparari poteſt, ſed ſola bona voluntate. *Tertio*, hæc dignatio ex hoc lucet, quod deuotè orantes extollit ad clarificandum, ſicut hoc declaratur de quodam nobili. Nam legitur, quod erant duo germani nobiles, ſed fide nobiliores, videntes multas mundi fallacias dixerunt. Ecce pater noſter magnus

V. Deus incitat nos ad orandum.

Vult à nobis pater nominari.

Extollit orantes ad clarificandum.

fuit.

Digitized by Google

fuit in auro, ſeruis & ancillis, & tamen mortuus eſt, eamus & ſeruiamus Deo, qui nobis hæc dona confert, quæ non deficiunt. Et iuerunt ad quendam Abbatem, qui ſanctus ab omnibus dicebatur: petentes ordinem. Sed Abbas fratrum vſus conſilio indixit eis, vt irent ad eremum, & ibi vno anno manerent, victum de operibus manuum quærentes: volens eos probare, ſi in propoſito vellent permanere. Qui humiliter iuſſa exequentes, ad locum ſibi oſtenſum tranſierunt. Poſt annum reduxit Abbas ad memoriam ipſorum petitionem, & ait: Vado, & videbo ſi in propoſito perdurauerunt. Et dum iuiſſet, inuenit eos in horto laborantes, humiliterque eos ſalutauit, & deuotè eum receperunt, & nocte miniſtrabant ei de his, quæ habebant. Cum autem crederent Abbatem dormire, ſurgunt, & ſecundum conſuetudinem ſuam deuotè orabant. Et poſt noctis medium, vidit Abbas ſeniorem lucentem tanquam ſolem, & angelos deſcendere ad eum, & eleuare à terra, adeò altè, vt vix poſſet eum Abbas videre. Ecce quanta dignatio Dei erga deuotè orantes extat, quos adhuc in terra poſitos claritate corporis glorificauit. Super minorem verò vidit multitudinem dæmonum deſcendere, in ſpecie vermium, qui volebant in os orantis intrare, donec multitudinem dæmonum effugauit. Seniorem autem Angeli in locum priſtinum repoſuerunt, & lux mox receſſit. Facto manè, feſtinauerunt ambo ad confeſſionem, & cognouit Abbas, quod ſenior deuicerat potenter tentamenta dæmonum, ac propter ipſius contemplationem eleuabatur à terra, vt recrearetur de auditu angelicæ harmoniæ. Iuuenis vero adhuc non deuicerat, ſed viriliter reſiſtebat, & accepit eos in congregationem, qui Deo ſeruientes, multorum factores miraculorum exiſtentes, in Domino quieuerunt.

Dei dignatio erga nos vnde proueniat.

Sed diceret aliquis. Ex quo conſurgit hæc paterna dignatio Dei ad nos? Dicunt Doctores, quod conſurgit ex affinitate noſtræ naturæ ad filium ſuum vnigenitum, quia caro & frater noſter eſt. Gen. 37. Qui, inquam, poſtquam à mortuis reſurrexit apparens Mariæ Magdalenæ dignatus eſt diſcipulos ſuos fratres nominare & dicere, *Vade ad fratres meos, & dic eis; Aſcendo ad Patrem meum & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.* Ioan. 20. Accepta ergo hac fiducia Deo Patri audemus dicere. *Pater noſter qui es in cœlis:* vnde etiam ipſe vnigenitus docet nos orare Patrem in nomine ipſius dicens. *Si quid petieritis Patrem nomine meo*, hoc attendens ſancta mater Eccleſia omnes orationes concludit, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel aliàs in nomine eius.

X

Intentio orãtis debet eſſe triplex.

SECVNDO, fiducia orationis datur exorantis debita intentione, quæ quidem intentio debet triplici eſſe modificata circumſtantia, videlicet vt ſit pura, concors atque recta. *Primo*, debet eſſe pura; dicunt enim naturales, Sapphirus maximè Orientalis, qui eſt purus & perlucidus ſuper omnia, ſordes oculorum purgat. Iuxta illud Metriſtæ. *Tollit ex oculis ſordes de fronte dolorem.* Et vt dicit Hermes. In honore exultat coram rege, & principibus gratificat. Moraliter per Sapphirum Orientalem purum & perlucidum intellige orationem, quæ debet eſſe Orientalis, quia debet referri ad eum. De quo dicitur Zachar. 6. *Ecce vir oriens nomen eius.* Et Lucæ 1. *Viſitauit nos oriens ex alto.* Vel debet eſſe de rebus, quæ ſemper oriuntur & nunquam moriuntur, quantum ad petendorum honeſtatem. Item debet eſſe pura & perlucida. Vt autem oratio fiat pura iuuant principaliter duo. PRIMO tributio eleemoſynarum. Luc. 21. *Date eleemoſynam & omnia munda erunt vobis.* Ideo dicitur Tob. 12.

Sapphirus orientalis deſignat purã orationem.

Orationem iuuant duo.

Bona

Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Super quo dicit Iſidorus. Qui ieiunio corpus ſuum maceret, dum miſeriam aſſumit, Dei miſericordiam prouocat, & ſic orationem iuuat & purificat. Et quia non ſolum eleemoſyna, ſed & ieiunium orationem puram reddit, ideo ſtatutum fuit, de conſecr. diſt. 3, c. Rogationes, quod ieiunandi ſunt tres dies rogationum ante Domini aſcenſionem. Et quare hoc, quia ex ieiunio Chriſti fidelium orationes fierent puriores & citò exaudibiliores, quia ſecundum Aug in ſermone 2. de Oratione. Oratio pura cœlorum altitudinem penetrat, & vſque ad conſpectum diuinæ maieſtatis aſcendit'. Ideò B. Gregorius in collat. quam fecit Romanis tempore peſtis inguinariæ, dicit: Mutemus ergo corda, & præſumamus nos iam percepiſſe, quod petimus; citiùs ad pietatem iudex flectitur, ſi à prauitate ſua petitor corrigatur.

Quare tribus diebus Rogationũ ieiunandum ſit.

Sed diceres, tamen non eſt ieiunandum tempore Paſchali vſque ad Pentecoſten, vt habetur diſt. 76. cap. ieiunium. §. Non autem vbi dicitur: A die reſurrectionis vſque in diem Pentecoſtes, non indicuntur ieiunia, & quare tunc dictum eſt, quod tres dies rogationum ſunt ieiunandi. Ad hoc dicit gloſ. Bartho. Brix. de ieiunio, quod hic ſtatuitur non præcipitur, ſed ſuadetur. Nam tempore illo ſcilicet rogationum quæque prouincia abundat in ſuo ſenſu, vt dicit Hieronymus, 76. diſt. cap. vtinam, quaſi diceret, vbi eſt conſuetudo, quod illi tres dies ieiunantur, debent homines morem in ieiunio obſeruare. Sed vbi non eſt, ſeruetur voluntas ieiunantis, quia vt dicit Guilhel. in rationali diuinorum lib. 6. quod hoc ieiunium non eſt neceſſitatis, ſed voluntatis. Videtur tamen hoc eſſe neceſſarium, vt per ieiunium trium dierum homo fieret purior, & oratio eius exaudibilior à Deo, ideo conſonum eſſet & congruũ, vt his diebus homines ieiunarent'.

Cur à Paſchate vſque ad Pentecoſten non eſt ieiunium.

Ieiunium rogationũ ex conſuetudine ſeruandum.

Sed hic incidit vna dubitatio. Ex quo per orationem & ieiunium & eleemoſynam ſatis facimus pro offenſis & peccatis, præcipuè his tribus diebus Rogationum, quæ iſtarum eſt potior ad ſatisfactionem pro peccatis ad mitigandum iram omnipotentis Dei? Ad hoc dixerunt aliqui, quod oratio eſſet efficacior, ſed S. Thomas in 4. diſt. 17. dicit, quod eleemoſyna eſt potior, quia includit in ſe ieiunium & orationem, & hoc facit dupliciter, quia eleemoſyna hunc, cui tribuitur, conſtituit ad orandum, ieiunandum, & aliorum bonorum operum debitorem, etiam quia eleemoſyna propter Deũ data eſt, quaſi quædam oblatio Deo facta. Nam dicit Philoſophus 4. Ethic. Dona habent ſimile aliquid dijs ſacratis, oblatio autem Deo facta vim habet orationis, idem etiam tenet Robertus Holkot lect. 203. quod eleemoſyna continet in ſe virtutem, tàm orationis quàm ieiunij. Et ideo ſicut anima intellectiua eſt nobilior ſenſitiua & vegetatiua, quas virtualiter continet. Ita eleemoſyna efficacior eſt ad ſatisfaciendum quàm ieiunium, vel oratio de natura ſua ceteris paribus.

Quænam opera in rogationibus exercenda. Eleemoſyna ceteris potior.

SECVNDVM, quod iuuat puritatem, orationis eſt effuſio lacrymarum quia lacrymæ lauant delictum, & dicit Chryſ. de pe. diſt. 1. menſuram. §. lauant lacrymæ. Sed effuſio lacrymarum prouenit ex conſideratione culparum. Iuxta illud Iſidori: Peccatorum redargutio, mœrorem gignit luctus verò mentem puriorem reddit, & ſic valet ad hoc, vt oratio exaudiatur. Ideo dicit Auguſt. Munda tantum cubiculum cordis, intus eſt qui exaudiet. Et ſuper illud Pſal. 65. *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Dicit gloſ. Puritas orationis auditur.

Lacrymarũ effuſio promouet orationis puritatem.

ET NOTA, quod hæc pura oratio multa bona facit homini. PRIMO, purgat ſor-

Digitized by Google

Oratio purgat sordes, intellectus, & affectus.

des interiorum oculorum, scilicet intellectus & affectus, quantum ad puritatem, de qua dicit Bernardus. Admonendum est, quanta puritate cordis potest intendere in eum, cui sacrificium orationis offertur, seipsum intendere, qui offert, intelligereque debet, quid offert: quantum enim valet, videt, vel intelligit illum cui offert, tantum ei in affectu est, sicut secundum ligna siluæ exardescet ignis, Eccli. 18. Sic secundum diuersas meditationes de Deo sequuntur diuersæ affectiones.

Confirmat hominem in bono.

SECVNDO, oratio pura confirmat hominem in bono per constantiæ stabilitatem, sicut patet de pura oratione Annæ viduæ, quæ adeò constans & stabilis facta fuit, quod *non discedebat de templo ieiunijs & orationibus seruiens Deo die ac nocte*, Lucæ 2. Ita & pura oratio Apostolorum adeò facit eos stabiles, *quod erant perseuerantes vnanimiter in orationibus, cum mulieribus & Maria matre Iesu*. Act. 1. Ex hoc trahe, quod homines, qui non possunt in Ecclesijs manere per vnam missam in orationibus, quod oratio eorum non est pura nec Deo accepta, & hoc fit cooperatione Diaboli. Sicut

De Monacho quem dæmon orationis tempore ex Ecclesia extraxit.

refert Greg. lib. 2. c. 5. dialogorum, de quodam Monacho, qui erat in ordine S. Benedicti, qui non potuit in oratione & choro persistere, & multoties correptus ab Abbate, se non emendauit, sed semper instabilis fuit, & de choro exiuit. Et ait Abbas, nunquid videtis, quis hunc Monachum extrahit ab oratione? Dixit ergo S. Benedictus Abbati Pontiano & Mauro, vt orarent Deum, vt eis reuelaret causam & impedimenta, & post biduanas orationes vidit S. Maurus Abbas, quod dictus Monachus extrahebatur per fimbriam vestimenti à quodam paruulo Æthiope, & finita oratione, cum S. Benedictus egrederetur, & vidisset dictum Monachum extra Oratorium diuagari, percussit eum virga, & ex tunc in choro mansit. Sic sunt aliqui adhuc instabiles in orationibus, quod non possunt manere in Ecclesijs Dominicis diebus. Sed

Pro Ecclesijs visitant quidam festis diebus tabernas, agros, & campos.

vadunt ad tabernas, agros, & campos, cum tamen haberent his diebus principaliter orare pro sancta matre Ecclesia, pro omniumq; Christianorum defectibus, contra quos B. Gregorius in collatione vbi supra. Nullus nostrum ad terrena opera ad agros exeat, nullus quodlibet negotium agere præsumat, quatenus ad sanctæ Dei genitricis Ecclesiam conuenientes, quia simul omnes peccauimus, simulque omnes mala quæ gessimus deploremus, vt districtus iudex cum culpas nos nostras pœnituisse considerat ipse à sententia propositæ damnationis parcat.

Exaltat hominem ad cœlos.

TERTIO, oratio pura exaltat hominem per desiderij sublimitatem, vt homo vna hora & momento sit in cœlo & in terra, propter quod dicit Gregorius: Magna virtus orationis, quæ in terra fusa, in cœlo operatur.

Reddit hominem gratum Deo & hominibus.

QVARTO, gratificat eum apud summum regem, & apud nobiles principes, scilicet angelos & sanctos per gratiæ amabilitatem. Sicut B. Martinus moriens, spiritum ab oratione non relaxabat, gratus & amabilis Deo factus est. Sic & B. Ioannes in vtero matris sanctificatus, qui ex assiduitate orandi, quam contraxerat in suis genibus duritiam Camelorum, gratificatus est per orationem.

Facit pacem & concordiam.

QVINTO, oratio pura facit pacem & concordiam per amicitiæ familiaritatem, quia oratio figuratur per columbam, quam emisit Noë de arca, Genes. 8. quæ attulit ramum oliuæ virentem. Super quo dicit Glos. Oratio est columba scilicet Spiritus sancti, quæ ramum obtulit oliuæ, dum pacem hominibus impetrat. Nam oratio vincit inimicos, vt pacem habeant. Ideò dicit B. Augustinus in sermone 2. de Oratione. Orationibus liberamur non solum à vitijs, sed etiam à pœnis æternis, orationi-

Oratio liberat à vitijs.

bus

Digitized by Google

bus noſtri proſternuntur inimici, & fideles Deo efficiuntur amici, orationibus vincuntur tentamenta Diaboli, & æternæ beatitudinis dona acquiruntur. Per orationes omnia nobis vtilia tribuuntur, & cuncta nobis noxia procul effugantur. *Secundo*, Oratio debet eſſe concors. Nam intentio debet eſſe concors cum verbis, ſcilicet orationis, vt cum quolibet verbo orationis ſit concors ſenſus orationis, vt dicit Hieronymus de conſecrat. diſtin. 5. Nunquam. Ideò Cyprianus dicit, & ponitur de conſecrat. diſtin. 1. cap. Quando. Quando orationi incumbitur, nequaquam tunc animus aliud cogitat, quàm illud ſolum quod precatur. Et Hugo de S. Victore: Sæpè, inquit, oramus, & alibi corde intendimus, nec ipſum quod dicimus, recolimus. Sed illam orationem Deus non exaudit, cui ipſe, qui orat non attendit.

Orationis intentio debet cum verbis concordare.

Z

Sed hic oritur dubitatio, vtrum in oratione vagatio mentis impediat virtutem orationis. Antequam peruenitur ad reſponſum quæſtionis, ſciendum quod homo raro, vel nunquam poteſt orationes ſuas complere, ſine impedimento & extranea cogitatione. Nam Diabolus nullum opus tantum conatur, quantum deuotam orationem interrumpere. Nam legitur quod S. Bernardus quadam vice iumento inſidens, cuidam ruſtico obuianti, de cordis inſtabilitate in oratione conqueſtus eſt, quod ille audiens, mox eum deſpexit, & in orationibus cor firmum & ſtabile ſe habere dixit. Volens autem B. Bernardus, eum conuincere, dixit. Sequeſtrare pauliſper à nobis & tota, qua poteris intentione, orationem Dominicam inchoa, quam, cum ſine aliqua cordis euagatione finire poteris, iumentum meum ſine dubitatione habebis. Tu autem in fide tua mihi ſpondeas, quod ſi aliquid ibidem cogitaueris, hoc mihi nullatenus celabis: lætatur ille, & quaſi lucratus reputans, audacter receſſit, & ſe ipſum recolligens orationem Dominicam dicere cœpit, vix orationem dimidiam expleuit, & ecce importuna cogitatio cordi ſuo ſe ingerit, vtrum ſellam habere debeat cum iumento. Quod ille aduertens, citò ad Bernardum reuertens, & quid in oratione cogitauerat, indicauit, & de ſe vt prius temerè non præſumpſit.

An mentis euagatio impediat orationis virtutem.

His ergò præmiſſis dicitur ad dubitationem ſecundum S. Thomam ſecunda ſecundæ, quæſt. 83. Si quis ex propoſito in oratione mente euagetur, peccatum eſt & impedit orationis fructum. Et contra hoc dicit Auguſt. in Regula. Pſalmis & hymnis, cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertis ore. Euagatio verò, quæ fit præter intentionem orationis, fructum non tollit. Et hoc eſt, quod Baſil. dicit, in exameron. Si debilitatus à peccato, fixè nequieris orare, quantum potes teipſum exhibeas & Deus ignoſcet, eò quod non ex negligentia, ſed ex fragilitate non potes, vt oportet aſſiſtere coram Deo. *Tertio*, intentio orationis debet eſſe recta, & hoc tũc fit, quando in Deum eſt erecta. Ex quo, ergo, Oratio eſt ſecundum Damaſcenum aſcenſus mentis in Deum, oportet, quod mens orando recto tramite tendat in Deum, propter quod Dñs docens nos orare dicit. *Pater noſter*, adiunxit, *qui es in cœlis*, docens nos per hoc, vt cũ oramus, mentes noſtras à terrenis abducamus, & cœleſtibus affigamus vt dicit Chryſ. Et hoc remedium preſbyter ante præfationem canonis dicit, *Surſum corda*, & habetur de conſe. diſt. 1. quando. Ideo dicit Bernardus. Cum ad orandum Eccleſiam intraueris, fluctuantium cogitationum tumultum exterius relinque curã exterius penitus obliuiſcere, vt ſoli Deo poſſis vacare, fieri enim non poteſt, vt cum Deo aliquando loquatur, qui cum toto mundo etiam tacens fabulatur, intende illi, qui intendit tibi. Audi illum loquentem tibi, vt exaudiat te loquentem ſibi. Qualiter autem

Qui ſtudiò in oratione euagatur, peccat.

Orationis intentio debet eſſe recta.

Qui cum

mundo fabulatur, cũ Deo loqui non poteſt. In oratione quid cauendum.

autem à ſordibus diuerſarum cogitationum & vagationum deputari debeat orantis intentio, docet pulchrè Ioannes Caſſianus in lib. collat. Patrum, coll. 10. Iſaac Abbatis dicens: Vt ea puritate, qua debet, emitti poſſit oratio, hæc ſunt nobis penitus obſeruanda. *Primo*, enim ſollicitudo rerum eſt penitus abſtinenda. *Secundo*, vt nullius negotij curam, imò nec memoriam admittamus. *Tertio*, vt detractiones & vaniloquia & omnes ſcurrilitates ſimul amputemus. *Quarto*, iræ & triſtitiæ tribulatio ſiue turbatio eſt funditus ruenda. *Quinto*, vt fomitem carnalis concupiſcentiæ à corde noſtro radicitus euellamus, & ita quibuſlibet vitijs penitus abſciſſis, iacenda ſunt primum fundamenta humilitatis, quæ turrim illam præcelſam cœlos penetrantem, feruorem, ſcilicet & deuotionem orationis valeat ſuſtinere; deinde ſupponenda eſt virtutum conſtructio, per quam mens ab omni euagatione ire lubrica poſſit cohiberi, & ad contemplationem diuinam & exceſſus theoricos incipiant ſublimari. Quicquid enim mens noſtra ante orationem concepit, neceſſe eſt, vt nobis orantibus per recordationem occurrat. Quapropter quales volumus in oratione inueniri, tales nos ante orationis tempus præparare debemus.

Fiducia quod exaudiemur, ſi rem ſalutarem petamus.

TERTIA fiducia exauditionis datur ex rei petitæ ſalubri ratione. Qui enim pro remiſſione peccatorum, vel pro quacunque cauſa ſalubri exaudiuntur, ſicut patet de Niniuitis, quibus minabatur Dominus per Ionam Prophetam, dicens. *Poſt quadraginta dies Niniue ſubuertetur.* Quod illi audientes ad orationem ſe conuerterunt, & exauditi fuerunt. Ionæ 3. Ita Suſanna in tribulatione flens, aſpexit in cœlum & orauit, & exaudita fuit, Daniel. 13. Sed ſunt pleriq; qui petunt, quod eſt contra rationem ſalutis, & tunc Deus piè non exaudit, quia illicitè petunt, & ſic ſunt indigni exaudiri. De illis dicit Iſaias. *Multi orantes non exaudiuntur, prouidet enim DEVS meliora dare, quàm peterent.* Sic Dauid non fuit exauditus. Nam legitur 2. Regum 12. quod Dominus percuſſit puerum, quem Dauid cum Bethſabeæ extra matrimonium peperit, quod videns Dauid deprecatus eſt Dominum pro puero, nec eum Dominus exaudiuit, licet valdè deuotè oraret ieiunando & affligendo ſe, quia pro tunc non erat dignus, vt eum exaudiret, propter peccatum adulterij & homicidij. Sic nec pueri in ſcholis, qui nè vapulent, Deum orant, exaudiuntur, quia talis exauditio non eſſet eis ad profectum. Sed etiam Eccleſia non frequenter exauditur petendo amotionem tribulationum, quia pro quibus petit, non ſunt digni exaudiri. Ideo dicit tota Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, Iſa. 26. *Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam*, quaſi diceret, non.

Cauſæ cur Deus quoſdam non exaudit orantes.

Orationes tribus modis impediuntur.

Vnde S. Auguſtinus ſermone 2. de Oratione dicit. Tribus modis orationes impediuntur. *Aut cum* quis à Deo petit, quod ſuæ ſaluti reſiſtit; *vel cum orat*, & ab iniquitate non ceſſat; *aut in* ſe delinquenti debita non relaxat. Quod triplex malum, dum à ſe vnuſquiſque ſtudioſius abſterſerit, ſecurius ſtudio orationis incumbet, & ea, quæ petit precibus ſe impetrare libera mente confidet. Vnde legitur in legenda ſancti Seruatij Epiſcopi, quod tempore illo, quo rumor erat Hunnos in Galliã venturos, apud Tungros B. Seruatius oppidũ vigilijs & orationibus munire ſtuduit, crebro lacrymarum fonte Dei implorans miſericordiam, ne vnquam gentem hanc incredulam, ſibiq; ſemper indignam, venire permitteret. Sed per Spiritum ſanctum ſentiens peccata hominum ſuæ petitioni repugnãtia, Romam petijt, ſperans patrocinio beatorũ Apoſtolorum à Deo exaudiri. Veniens ergo ad limen beati Petri, triduo ſe à cibo abſti-

Exemplum de S. Seruatio Epiſcopo oranti, ne Hunni Galliam vaſtarent.

Digitized by Google

abstinuit. Cumque misericordiam Dei sedulo deprecari non cessaret, tale responsum à B. Petro fertur accepisse. Quid me, vir sancte, inquietas? Ecce de liberatione apud Deum sancitum est, Hunnos in Galliam venturos, nullamque vrbem illæsam futuram, excepta vrbe Metensi, reliquias sancti Stephani Martyris seruanti. Ecce, quod petitio sancti huius viri propter peccata populi non exaudita fuit. Ideò debent homines vitam suam emendare: vt orationes Ecclesiæ & bonorum possint eis subuenire.

IN DIEBVS ROGATIONVM.

Sermo I.

Petite & dabitur vobis. Luc. 11.

NArrat Solinus in lib. de mirabilibus mundi, quod in India erat mons magnus & altus, & in illo erat fons de quo exibant riuuli aquarum, ad irrigandam totam terram in circuitu. Et si aliquando contingeret, quòd terra propter ariditatem, aqua indigeret, habitatores vallium, miserunt ad montem pulchram puellam, quæ coram fonte cantaret: & fons talis erat virtutis, quod statim ad vocem puellæ, riuos suos abundanter emanaret, & tantum terram, quantum necesse erat, irrigaret. Spiritualiter, mons iste significat cœlum, de quo dicit Psalm. 67. *Mons Dei mons pinguis.* Et iterum. *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.* Et in Psalm. 23. *Quis*, inquit, *ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* Et sequitur. *Innocens manibus.* Iste mons cœli magnus est & altus, de eius magnitudine miratur Baruch. 3. dicens. *O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.* De ipsius altitudine dicit Dauid in Psalm. 90. *Altissimum posuisti refugium tuum.* Et ab hoc monte alto ipse Deus solus altissimus nominatur in Psalm. 82. *Tu solus altissimus super omnem terram.* Et Eccl. 12. *Altissimus odio habet peccatores.* Et eodem cap. 38. *Altissimus de terra creauit medicinam.* In hoc quidem monte erat ab æterno, & est, & erit in perpetuum fons benedictus sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, de quo scaturiunt riuuli spiritualis vitæ, & gratiarum continuæ exauditionis, & indulgentiarum. Propter quod Dauid loquens de monte cœli, dicit in Psalm. 35. *Apud te est fons vitæ.* Aquæ istius fontis irrigant terram aridam cordis nostri, & sine ea est anima nostra sicut terra arida. Iuxta illud Psalm. 142. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Idcirco, cum aqua gratiarũ eius quotidiè indigemus, & principaliter, quando pro totius Ecclesiæ vtilitate & auersione pestium, conseruatione frugum, & datione pluuiarum postulamus, mittere debemus ad hunc montem cœli pulchram puellam: Per hanc intellige orationem, quæ debet esse ordinata cum virtute abstinentiæ, seu ieiunij, seu cum virtute largitatis & eleemosynæ. Nam his decorata virtutibus puella, hæc est oratio, pulchra est & bona. Iuxta illud Tobiæ 12. *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna.* Addas insuper ei vestem nigram humiliratis. Nam habito hoc decore, ascendit montem sublimitatis & dulciter cantat ante fontem Deitatis, & non descendit donec impetret, & hoc quod optat. Et hoc testatur Sapiens Eccli. 35. *Oratio humiliantis*

A

Montis spiritualis excellentia.

In hoc mõte habitat SS. Trinitas.

Fons aquæ istius irrigat arida corda nostra.

ſe nubes penetrat, & donec appropinquet ad Deum conſequendo effectum, ſcilicet orationis, *non conſolabitur; & non diſcedet donec aſpiciat altiſſimus*, videlicet oculo miſericordiæ, *& Dominus non elongabitur.* Ideò legitur Iudith. 6. quod filij Iſrael cum tribularentur ab Holoferne miſerunt ad cœli montem illam pulchram puellam, quia dicitur ibidem, quod adorauerunt ad Dominum dicentes, *Domine Deus cœli & terræ, intuere ſuperbiam illorum, & reſpice ad humilitatem, & faciem ſanctorum tuorum: attende & oſtende, quia non derelinquis de te præſumentes.* Et ſequitur cap. 13. quod Dominus miſericorditer eos exaudiuit, cum Iudith caput Holofernis amputauit.

Holofernes Diabolum, hæreticos & Eccleſiæ perſecutores ſignificat.

Moraliter Holoſernes interpretatur infirmitas diſcretionis, & ſignificat Diabolum, vel præſertim omnes hæreticos, vel alios malos homines, Eccleſiam Dei tribulantes, vel etiam ſignificat infirmitatem peſtilentiæ, &c. Nam mali infirmam habent diſcretionem, quando tribulant Eccleſiæ ſanctæ congregationem. Cum ergò ab eis tribulamur, vel fortè timemus eorum inuaſionem, & terræ deuaſtationem, vel frugum annihilationem: Mittamus cum filijs Iſrael orationem ad Dominum pulchrã, ornatam abſtinentia, largitate & humilitate, & petamus, vt oculo miſericordiæ ſuæ intueatur noſtram humilitatem, & inimicorum elationem & faciem ſanctorum ſuorum, quos in his tribus diebus ſpecialiter imploramus, attendat, & propter ipſorum dignas, noſtrasque indignas orationes, omnia mala animæ & corporis benignè auertat, & tunc certè Dominus gratiam ſui auxilij & exauditionis nobis mittet, qui in prædictis verbis thematis ad orandum nos monet & inſtigat, cum dicit. *Petite & dabitur vobis*, in quo verbo breuiter duo tanguntur. *Primo*, petendi paterna exhortatio, ibi, *Petite*, *Secundo*, largiendi benigna ſecuratio, ibi. *Et dabitur vobis.*

Cõditiones in oratione.

Circa, quæ notandum, licet pater carnalis hortetur pueros ad petendum, non tamen ſemper pronus eſt ad tribuendum, niſi petita eis videantur expedire. Sic Pater cœleſtis, quamuis moneat nos petere, attamen non ſemper vult tribuere, niſi quatuor conditiones orationis habeamus.

B

Oratio qua forma depingebatur.

Vnde refert Commentator Iuuenalis, quod Oratio depingebatur ad modum hominis, qui habet corpus, & caput verſum ad cœlum, imago verò hominis fulciebatur quatuor angelis, & quilibet tenebat rotulam in manu eius; picturæ primæ erat iſte Verſus.

Terra, igni, mari, vento peto dominari.

Secundus habuit hunc verſum.

Vir peto ſim præſto, ſi plagas cominus eſto.

Tertius habuit.

Cum precor accedo non poſtulor inde recedo.

Quartus habuit.

Adiuuo conſtanter, non deſero, pugno libenter.

MORALITER, quod imago orationis habuit corpus & caput verſus cœlum, ſignificatur, quod petitor debet ponere in oratione ſua ſpem in Deum, Nam ſpes eſt iuxta fontem miſericordiæ. Ideò miſericordiæ diuinæ beneficia non ceſſant ei influere, ideò petit & ſperans in Domino poteſt orare cum Pſalm. 32. *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.* Oratio enim cum ſpe liberat hominem à tribulatione. Sicut patet de Suſanna, quæ flens ſuſpexit in cœlum & orauit,

Oratio cum ſpe à tribulatione liberat.

Digitized by Google

uit, eratque cor eius fiduciam habens in Domino. Ideò ſuſcitauit Dominus Danielem, qui eam à tribulatione mortis liberauit Dan. 13. Patet etiam de Patribus antiquis de quibus Pſalm. 21. *In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt & liberaſti eos.* Deus enim cum ſit ſummè bonus & miſericors, non minus vult miſeros à miſeria liberare, quàm ipſi liberari. Nam Auguſtin. loquens de illo verbo Ioan. 16. Non, inquit, tantum hortaretur, vt peteremus, niſi dare vellet. Erubeſcat humana pigritia, plus vult ille dare, quàm nos accipere, plus vult ille miſereri, quàm nos à miſeria liberari. Ideò idem in libro confeſſi. Domine ſpes vna, vna fiducia, vna firma promiſſio, tua miſericordia. Dauid, *Domine in tua miſericordia ſperaui.* Sed NOTA, poſt Chriſtum ſpes noſtra eſt benedicta Virgo MARIA, quia in ea eſt omnis ſpes viæ & veritatis, & omnis ſpes vitæ & veritatis, Eccli. 14. Ideo dicit beatus Bernardus. Securum habes, ô homo acceſſum ad Deum, vbi habes filium ante Patrem, & ante filium matrem. Filius oſtendit Patri cicatrices & vulnera, mater oſtendit filio pectus & vbera, nec vlla poteſt eſſe repulſa, vbi tot caritatis incurrunt inſignia: Quaſi diceret, non poſſunt petentibus denegare, qui in ſpe volunt fiducialiter orare.

Deus paratior eſt dare quam nos accipere.

B. Virgo Maria ſpes noſtra poſt Chriſtum.

Sed diceret aliquis. Orationes noſtras debemus cum tota ſpe & fiducia ad Deum dirigere; Nunquid poſſumus etiam ad Sanctos dirigere Orationes? Petendo eos, vt orent pro nobis? Reſpondit Thom. in 4. diſtin. 15. quod illud, quod orando petimus eſt beata vita, vt dicit beatus Auguſtinus, quia omnio alia quæ petimus, non petimus niſi ſecundum quod ad beatam vitam ordinantur, vitam autem beatam ſolus Deus habet dare. Sancti verò pro nobis poſſunt cooperari per preces ſuas, vt meritò nobis donentur, quæ orando petimus. Oratio ergò propriè & directè fit ad ſolum Deum. Fit tamen oratio ad Sanctos, vt eorum precibus vitam æternam poſſideamus. Ideò dicitur Iob. 5. *Voca ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere, ipſum rogans vt oret pro te.* Quapropter in Letanijs orat. Sancta MARIA, Ora pro nobis. S. Ioannes Baptiſta, Ora pro nobis; & ſic de alijs. Petit Eccleſia omnes Sanctos vt orent pro nobis, non ſolum maiores, ſed etiam minores, quia dicit ſanctus Thom. in 4. diſt. 45. Quamuis ſuperiores ſancti ſint Deo accepti, vtile tamen eſt minores aliquando inuocare, quia aliquando habet aliquis maiorem deuotionem ad minorem ſanctum quàm ad maiorem. Ex deuotione autem maximè dependet orationis effectus: etiam propter faſtidium tollendum, aſſiduitas enim vnius rei faſtidium parit, propter quod quando diuerſos ſanctos oramus, quaſi in ſingulis nouus feruor deuotionis excitatur.

Sãcti an ſint rogandi vt orent pro nobis.

Sanctorum precibus impetramus quæ petimus.

In Litanijs inuocamus Sanctos.

Sed iterum diceret aliquis, Nunquid ſancti audiunt vel intelligunt orationes noſtras? Ad hoc dicunt Doctores, quod duplex eſt eorum cognitio. *Vna* veſpertina ſiue naturalis rerum in proprio genere, ex hac ratione non vident ea, quæ circa nos aguntur, aut quæ petimus. *Alia* eſt cognitio matutina, ſcilicet rerum in verbo, hac vident ea, & intelligunt, quæ ad eorum gloriam pertinent & ad laudem. Hoc autem pertinet ad eorum laudem, vt indigentibus auxilium præbeant ad ſalutem animarum, & ſic cognoſcunt in verbo vota, orationes, & deuotiones hominum, qui ad eorum conſilium confugiunt. Simile eſt hoc quod dicunt alij, quod ſancti qui ſunt in patria ſcire poſſunt, ea quæ fiunt in terra: aſpiciendo in ſpeculo diuinæ claritatis. Cum enim ad Beatam Virginem, vel alium ſanctum preces noſtras fundimus,

An ſancti audiant noſtras orationes.

vel

vel eleemoſinas in honorem eorum damus, mox eleemoſinæ & orationes noſtræ, deſideria & vota noſtra in ipſo ſpeculo relucent. Beata autem virgo Maria & omnes alij ſancti iuxta ſpeculum aſſiſtunt, & ſic omnia iſta aſpicientes ibidem pro nobis ad Deum intercedunt.

Num ſancti pro nobis ſemper exaudiantur.

Sed diceret aliquis. Nunquid ſemper in ſuis petitionibus exaudiuntur pro nobis? Reſpondetur, ſanctorum oratio pro nobis dupliciter fit. *Vno modo* ſpiritualiter & expreſsè, & illo modo quicquid petunt obtinent, quia nihil expreſsè petunt, niſi quod ſciunt Deum velle dare. *Alio modo* interpretatiuè, quæ eſt per modum meriti, & ſic etiam ſemper exaudiuntur, quantum de ſe eſt, quantum eſt ex parte meritorũ. Sed non ſemper exaudiuntur, propter noſtra demerita, ſicut patuit ſuperius ſermone præcedenti in fine dè ſancto Seruatio: qui petiuit pro populo ſuo, ſed propter eorum demerita non fuit exauditus.

Sancti quare non ſemper exaudiãtur.

An Chriſtus exorandus, vt Patrem oret pro nobis.

Sed iterum diceret aliquis, Nunquid Chriſtus ſit exorandus, vt oret pro nobis patrem? Ad hoc reſpondent Doctores, quod hoc non eſt ſimpliciter faciendum, quia Chriſtus eſt diuina perſona ſeu ſuppoſitum diuinum & humanum. Si ergo diceretur orando, Chriſte ora Patrem pro nobis. Nihil addendo: tunc huiuſmodi oratio videretur referri ad perſonam Chriſti, & hoc conſonari videretur errori Neſtorij, qui diſtinxit perſonam Chriſti filij hominis, à perſona filij Dei, ita vt perſona filij hominis rogaret perſonam filij Dei, aut ad Deum Patrem: Vel errori Arij: qui poſuit perſonam filij minorem in diuinis Patre. Vnde ad errores hos euitandos Eccleſia non dicit, Chriſte, ora pro nobis, ſed Chriſte audi nos, vel miſerere nobis. Si autem aliquis ſic diceret, Chriſte ſecundum tuam humanitatem ora pro nobis tuam deitatem, hoc poſſet quidem eſſe propter ſimplices, tamen cautius eſt dimittere, qui neſciunt diſtinguere.

Eccleſiæ cõſuetudo ſeruanda.

D

Quare orationis imago cum angelis pingatur.

SECVNDO depingebatur orationis imago cum Angelis. In hoc denotabatur moraliter, quod angeli aſtant orantibus, præſentantque eorum orationes Deo, ſicut patet de Angelo Tob. 12. qui dixit: *Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam coram Domino.* Non debet ergò homini eſſe oneroſum, Xenium illud mittere, quod Angelus non dedignatur Deo offerre vel deferre: immo quod plus eſt, Chriſtus, qui eſt angelus magni conſilij, qui & inquantum homo, eſt ſummus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, illud offert Deo Patri, quod figuratur in hoc, quod Diaconus tradit thuribulum ſacerdoti, & Sacerdos thurificando offert Deo. Sic poſtquam oratio noſtra oblata eſt ab angelis Chriſto, Chriſtus offert eam Deo Patri, quæ oblatio multum facit valere orationes noſtras. Et quomodo à Deo contemnerentur, cum ab Angelis & à Chriſto, tanquam magno mediatore Deo Patri præſententur.

Chriſtus noſtras preces offert Deo Patri.

E

Cõditiones orationis.

TERTIO depingebantur cum quatuor angelis, in hoc ſignificabatur, quod quatuor ſunt conditiones orationis. PRIMA quod in oratione, *res, quæ petitur ſit expediens*, ideo ſcribitur in primo verſu, quem tenebat imago primi angeli, *Terra, igni, mari, &c.* Ex hoc primo verſu elicitur, quod expediens fuit oratio Moyſi, quia terra ſe aperuit, & murmurantes contra Dominum deglutiuit. De hoc legitur Num. 16. quod Chore, Dathan, & Abiron murmurauerunt contra Dominum ſeu Moyſen & Aaron, dicentes. *Sufficiat vobis*, ſcilicet, quod ſitis ſicut alij & non maiores, *quia omnis multitudo ſanctorum eſt*, id eſt, electorum ad Dei cultum, quia toti multitudini locu-

locutus est Dominus in monte Sinai. Vt Exodi 20. *Et in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum*, quasi dicat hoc est ex vestra præsumptione, & non ex diuina ordinatione. Sicq; murmurantes thuribulum sumpserunt & sacrificare voluerunt. Moyses autem ait ad Dominum orando. *Ne respicias sacrificia eorum, tu scis quod nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis*, scilicet populis, *quibus præsum, nec afflixerim quenquam eorum*, quasi diceret, non ideo eleuatus sum super populum, vt raperem eorum bona ab eo, vt vos æstimatis. Cumque orasset ad Dominum, dixit ei Dominus *Precipe vniuerso populo, vt separetur à tabernaculis Dathan, Chore, & Abiron*. Cumque populus recessisset à tabernaculis eorum, *dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperuit os suum, deglutiuit eos cum tentorijs eorum & substantia vniuersa*. Ecce qualiter oratio denominatur terra, & expediens fuit ipsa. Et alij contra Dominum amodò non murmurabant.

F

Oratio Heliæ fuit necessaria.

SECVNDO elicitur, quod Oratio Heliæ fuit expediens & necessaria, qua orauit ignem de cœlo descendere, & holocausta concremare, vt populus cognosceret verum Deum, & à prophetis Baal non deciperetur. Nam legitur 3. Reg. 18. Cum prophetæ Baal ad seducendum populum incensum posuissent & nomina Deorum suorum inuocassent, vt ignem de cœlo mitterent, & incensum concremarent, nec tamen exauditi fuissent. *Posuit Helias holocaustum super altare quod fecerat & ait, Domine Deus Abraham, Isaac & Israël hodie ostende, quod tu es Deus, ego seruus tuus, exaudi me Domine, vt discat populus tuus, quia tu es Deus solus.* Oratione igitur finita cecidit ignis Domini, & vorauit holocaustum. *Quod cum vidisset populus, ait, Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.* Ecce qualiter oratio igni dominatur. Et fuit hæc oratio populo Domini necessaria, ideo fuit exaudita.

Helias orauit & ignis descendit super holocaustum & quinquagenarium.

Sic etiam legitur 4. Reg. 1. quod ad orationem Heliæ ignis descendit de cœlo, & consumpsit quinquagenarium principem, quem miserat Ochozias ad rapiendum Heliam. Nam legitur ibidem, cum Ochozias cecidisset de ambulatorio cœnaculi sui, & ægrotaret, misit nuntios suos ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, vtrum viuere posset. Quibus occurrens Helias dixit. Quamobrem, id est propter hanc infidelitatem, quod quæsiuit Rex vester Deos alienos, de lectulo suo non descendet, sed morietur, quod cum nuntiassent hi ei, misit quinquagenarium principem & quinquaginta, qui cum eo erant ad Heliam sedentem in vertice montis, qui ait. *Homo Dei, præcepit Rex vt descendas.* Helias orans dixit. *Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, deuoret te & quinquaginta tuos*, quod & factum est. Simile contigit secũdo quinquagenario & suis.

Oratio Heliæ facta in vltionem inimicorum.

Sed diceret aliquis. Videtur quod ista oratio qua petiuit ignem de cœlo descendere, & istos comburere fuerit inexpediens, quia facta est in vltionem inimicorum. Quod est contra illud Matth. 5. *Pro persequentibus vos orate, & calumniantibus, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est.*

Heliæ factũ ex reuelatione diuina accidit.

Ad hoc dicendum est ex glossa, quod Helias cognouit per reuelationem diuinam, quod derisoriè vocabant eum hominem Dei & quod consentaneus erat regi in peccato idolatriæ & punitione Heliæ: & similiter illi, qui cum eo erant. Ex hoc ex sententia Dei erant puniendi, propter quod diuinam sententiam orauit impleri, vt eam pronunciauit, dicens. Si homo Dei sum, verè & non irrisoriè descendat ignis de cœlo.

Digitized by Google

G TERTIO ex hoc patet, quod oratio Moysi & filiorum Israël expediens erat, qua facta transierunt mare rubrum, propter quod Deus eos exaudierat. Nam legitur Exodi 14. *Cum nunciatum esset Pharaoni, quod fugisset Israel, omnem populum suum assumpsit secum. Tulitq; sexcentos currus & duces totius exercitus, & persecutus est filios Israel. Quem cum vidissent timuerunt valde, & clamauerunt ad Dominum*, scilicet; deprecantes pro auxilio. *Quibus Moyses; Nolite*, inquit, *timere: state*, scilicet, in oratione, *& videte mirabilia, quæ facturus est hodie Dominus. Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis, Dominus enim pugnabit pro vobis & tacebitis. Dixit enim Dominus ad Moysen. Quid clamas ad me orando? Loquere filijs Israel, vt proficiscantur. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud; vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. Et factum est, quod diuisum est mare, & ingressi filij Israel per medium ficci maris.* Sed postquam ingressi sunt Ægyptij, regressæ sunt aquæ & operuerunt eos, & hoc commemorat Moyses, Exodi 15. *Ingressus est enim Pharao cum curribus & equitibus eius, reduxit super eos Dominus aquas maris. Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio maris.* Ecce quod oratio dominatur mari.

Helias oratione cœlũ clausit, & iterum pluuiam impetrauit.

QVARTO ex hoc elicitur, quod oratio Heliæ expediens fuit, qui orauit, vt non plueret super terram in diebus Achab. Videlicet 3. Reg. 17. Et rursum orauit, & pluuiam copiosam impetrauit. Quia vt legitur 3. Reg. 18. quod nubecula parua descendebat de mari, & facta est pluuia magna super terram, qua multis annis priuata fuit. Et hanc orationem commendat Iacobus in cap. 5. vbi legitur in epistola hodierna, in qua dicitur. *Orate pro inuicem & saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Helias enim erat homo similis nobis passibilis, & orauit, vt non plueret super terram annos tres, videlicet propter malitiam Achab, & menses sex, & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.*

H Oratio fieri debet cum lacrymis & dolore.

SECVNDA conditio, quod oratio fiat cum lacrymis & dolore. De hoc habentur exempla, quia 1. Reg. 1. legitur. *Cum Anna esset amaro animo, orauit Dominum flens largiter.* Secundum exemplum legitur, 4. Reg. 20. Cum Ezechias Rex ægrotaret, & mors sibi per Isaiam nunciata esset, cum dixit. *Dispone domui tuæ, morieris enim & non viues. Quod cum audisset, vertit se ad parietem, & flens orauit dicens. Obsecro Domine, memento quomodo coram te ambulauerim in veritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim: Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrij, factus est sermo Domini ad eum, dicens. Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas, & ecce sanaui te, & addam diebus tuis quindecim annos, sed & de manu Regis Assyriorum liberabo te.* Tertium exemplum Iudith. 8. vbi legitur. *Indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus, &c.* Quartum exemplum est Christi ad Hebræ. 5. *Preces supplicationesq; cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Nam tales orationes cum lacrymarum effusionibus Deus non despicit. Iuxta illud Eccles. 35. *Non despicit preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus.* Et ibidem subditur de lacrymis viduæ, quæ à maxilla vsque ad cœlum ascendunt.

I Oratio debet esse continua.

TERTIA conditio, quod oratio sit continua. Iuxta illud Apostoli, Coloss. 4. & 1. Thessal. vlt. *Sine intermissione orate.* Nam legitur Exodi 17. quod Moyses continuo orauit, leuando manus ad cœlum. Et iterum; Iosue contra Amalechitas triumphauit.

uit. Cum autem ceſſauit ab oratione & manus dimittebat, Amalech vincebat. Ideo de hoc commemorat Iudith. 4. *Memores eſtote Moyſi ſerui Dei, qui Amalech non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis deiecit.* Dicit vna gloſſa ſuper Exod. Plus valet vnus ſanctus orando, quàm innumeri peccatores præliando. Si enim oratio ſancti penetrat cœlos, quomodo in terris hoſtes non vincat.

Vtrum ſit orandum, & an continuè.

Sed diceret aliquis. Videtur quod non ſit orandum, ergò non eſt continuè orandum. Quod non ſit orandum, videtur primo ex hoc, quia oratio non videtur neceſſaria, niſi ad hoc, quod intimemus ei, à quo petimus illud, quo indigemus. Sed ſicut dicit, Matth. 6. *Scit enim Pater veſter, quod his omnibus indigetis.* Et Auguſtinus. Cur petere, quærere & pulſare nos compellit, qui nouit, quid nobis ſit neceſſarium priuſquam petamus? non ergo eſt conueniens orare Deum. Sed contra hoc dicit, Luc. 18. *Oportet orare & non deficere.* Ad hoc dicitur ſecundum B. Thomam ſecunda ſecundæ q. 83. Oratio ſecundum ſe conſiderata non poteſt eſſe continua, quia oportet & alijs operibus occupari. Oratio autem conſiderata ſecundum cauſam ſuam, quæ eſt deſiderium dilectionis Dei ex charitate, ex qua oratio debet procedere, tale autem deſiderium in nobis debet eſſe continuum, vel actu vel virtute, manet tamen virtus talis deſiderij in omnibus, quæ ex charitate facimus. Omnia enim debemus in gloriam Dei facere, vt dicitur 1. Cor. 10. Loquendo ergo de Oratione ſecundum cauſam, ſine intermiſſione eſt orandum & continuè, quia ſine intermiſſione & continuè debet in nobis eſſe deſiderium dilectionis Dei ex charitate procedens. Et hoc eſt, quod dicit Auguſtinus ad Probam... In ipſa fide, ſpe & charitate, continuato deſiderio ſemper oramus. Ad obiectionem dicitur, quod Deus non eſt orandus à nobis, vt ei noſtras indigentias, vel deſideria manifeſtemus, quia *omnia nuda & aperta ſunt oculis eius*, ad Hebr. 4. Sed orare debemus, vt illud conſequamur, quod ipſe nobis per orationes donare diſpoſuit ideo dicit. Gregorius in dialog. Quod homines debent orare quod poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare.

Deſiderium orandi debet eſſe continuum vel actu vel virtute.

Quare Deus à nobis orandus.

Orandum cum perſeuerantia.

QVARTA conditio orationis eſt, quod oratio debet fieri cum perſeuerantia. Ideo dicitur in quarto verſu, *adiuuo conſtanter.* Exemplum habes in præſenti Euangelio, de illo, qui media nocte venit ad amicum accommodandum ſibi tres panes. Et dixit: *Amice accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit ad me de via, & non habeo, quod ponam ante illum. Et ille intus reſpondit & dixit. Noli mihi moleſtus eſſe, oſtium meum clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi. Et dicit Dominus. Et ille ſi perſeuerauerit pulſans, dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens, eò quod amicus ſuus ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit, quotquot habet neceſſarios. Et ego vobis dico, petite & dabitur vobis,* quæ fuerunt verba ſermonis prælibata.

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

Sermo.

Conſurge Domine in requiem tuam. 2. Paralip. 6.

Digitized by Google

K MAre, vt dicit Magiſter propriet. lib. 13. eſt tempeſtuoſum ſiue procelloſum, tumultuoſum & inquietum, vnde & fretum vocatur à feruore motuum, vt dicit Iſid. Etym. lib. 13. Eſt etiam mare periculoſum valdè ſecundum illud Eccl. 43. *Qui nauigat mare, enarrat pericula eius, & audientes auribus noſtris admirabimur.* Et ideo mare nauigantes frequẽti labore premuntur. Secundum illud Pſal. 106. *Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.* Sic itaq; in mari requies haberi non poteſt. Volenti igitur requiem inuenire, neceſſarium eſt, vt conſurgat & terram aſcendat, quam quãtò altius conſcenderit quis, tantò maiorem requiem inueniet: propterea montes altiſſimi mediam regionem aëris tranſcendẽtes, aptiores ſunt ad contemplandum aut quieſcendum, eò quod ibi nulla eſt commotio ventorum vel aliarum impreſſionum. Cuius ſignum adducit Ariſt. in 1. Metheororum. Sacrificantes enim in montibus illis, inuenerunt cineres ibidem dimiſſos, anno reuoluto illæſos & immotos. Refert etiam Magiſter in hiſtorijs, quod Philoſophi curſus ſiderum inuenire & contemplari cupientes, Olympum altiſſimum Macedoniæ montem aſcendebant, veruntamen propter aëris ſubtilitatem & quietem aſcendere non poterant, niſi allatis ſecũ ſpongijs aqua repletis, per quas aërem virtute aquæ ingroſſatum, attrahendo reſpirarent. Dicitur præterea, quod literas pulueribus illic inſcriptas eis redeuntibus poſtea inuenerint illæſas; quod certum indicium eſt, quietis aut tranquillitatis ibidem. Ideo Saluator noſter Chriſtus, volens inſtruere diſcipulos ſuos, videns turbas, aſcendit in mõtem, *& cum ſedisſet docebat diſcipulos ſuos.* Matt. 5. Sic etiam cum volebat reficere turbas, & ſpiritualibus & corporalibus alimentis, ſubijt in montem Ioan. 6. Item volens orare & contemplari, dimiſſa turba *aſcendit ſolus in montem.* Matt. 14 Præterea volens manifeſtare claritatem gloriæ ſuæ, *aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Ioannem, duxit eos in montem excelſum, & transfiguratus eſt ante eos.* Matt. 17. Poſt reſurrectionẽ quoq; manifeſtaturus ſe diſcipulis, conſtituit eis montem in Galilæa, & ibi eis apparuit. Tandem deniq; ad Patrem reuerſurus, duxit diſcipulos ſuos foras in Bethaniam in montem oliueti. Lucæ vlt. de quo monte in cœlum aſcendit. Actor. 1.

Montes altiſſimi ad contemplandum apti, & quare.

Chriſtus volens diſcipulos ſuos inſtruere, aſcendit in montem.

L Spiritualiter per mare hic mundus intelligitur, ſecundum illud Pſal. 103. *Hoc mare magnum & ſpatioſum,* & in quo eſt magna inquietudo & commotio, Matt. 8. *Factus eſt motus magnus in mari.* Vnde & Daniel videbat in viſione ſua quatuor ventos cœli, qui pugnabant contra ſe in mari magno, vt habetur Daniel. 7. Ventum videlicet Auſtralem præſentis proſperitatis, ventum Borealem imminentis aduerſitatis, ventum Orientalem inſpirationis gratiæ, ventum Occidentalem ſuggeſtionis malitiæ. Hoc mare magnum multum tempeſtuoſum eſt, bellis, guerris, litibus, iurgijs, contentionibus, & cæteris huiusmodi; multum procelloſum infortunijs, tribulationibus, aduerſitatibus, afflictionibus; multum quoque tumultuoſum iniquitatibus, vitijs, ſceleribus & criminibus, teſtante ſcriptura, Sap. 14. *Omnia,* inquit, *commixta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus, bonorum Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.* Quæ ſi quis luculentius capere velit, audiat B. Cyprianum ad Donatum * ita ſcribentem.

* Lib. 1. Epiſt. 2. NOTA hæc Cypriani verba.

Pauliſper, inquit, te crede ſubduci in montis ardui verticem celſiorem ſpeculare inde rerum infra te iacentium facies, & oculis in diuerſa porrectis, ipſe à terrenis con-

contactibus liber, fluctuantis mundi turbines intuere. Iam seculi & ipse misereberis, tuique admonitus, & plus in Deum gratus, maiore lætitia, quod euaseris gratulaberis. Cerne tu itinera latronibus clausa, maria obsessa prædonibus, cruento horrore castrorum bella vbique diuisa; madet orbis mutuo sanguine, & homicidium cum admittunt singuli crimen est, virtus vocatur, cum publicè geritur, impunitatem sceleris acquirit non innocentiæ ratio, sed sæuitiæ magnitudo. Iam si ad vrbes ipsas oculos tuos atque ora conuertas, celebritatem offendes omni solitudine tristiorem. Paratur gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribus corpus, & aruinæ toris membrorum moles robusta pinguescit, vt saginatus in pœnam carnis pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem, & vt quis possit occidere, peritia est, vsus est, ars est, scelus non tantum geritur, sed & docetur, &c. *Et paulo post.* Sed tibi post hæc forum fortasse videbitur imminere, quod ab iniurijs lacessentibus liberum, nullis malorum contactibus polluatur. Illuc aciem tuam flecte. Plura illic, quæ detesteris inuenies, magis oculos tuos inde diuertes. Incisæ sint licet leges duodecim tabulis, & publicè ære præfixo iura præscripta sint, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur. Innocentia nec illic vbi defenditur, reseruatur. Sæuit inuicem discordantium rabies, & inter togas pace rupta, forum litibus iungit insanum. Hasta illic & gladius, & carnifex præsto est. Quis inter hæc vero subueniat? Patronus? sed præuaricatur & decipit. Iudex? Sed sententiam vendit. Qui sedet crimina vindicaturus, admittit, & vt reus innocens pereat, fit nocens iudex. Flagrant vbique delicta, & passim multiformi genere peccandi, per improbas mentes nocens virus operatur. Hic testamentum subijcit: ille falsum capitali fraude conscribit: hic arcentur hæreditatibus liberi: illic bonis donantur alieni. Inimicus insimulat, calumniator impugnat, testis infamat, vtrobique grassatur in mendacium criminum prostitutæ vocis venalis audacia; cum interim nocentes, nec cum innocentibus pereunt. Nullus de legibus metus est, de quæstore, de iudice pauor nullus: quod potest redimi, non timetur: Esse iam inter nocentes innoxium crimen est: malos quisquis non imitatur, offendit. Consensêre iura peccatis, & cœpit licitum esse, quod publicum est. Quis illic rerum pudor? quæ esse possit integritas? vbi qui damnant improbos desunt, soli tibi qui damnentur, occurrunt. Hæc Cyprianus, Ecce quam tempestuosum, procellosum, tumultuosum, & inquietum est mare huius seculi.

M
Mare huius mundi periculis plenū.

Est præterea hoc mare periculis plenum. *Illic enim*, dicente propheta Psalm. 103. *reptilia*; hoc est, mali spiritus quorum insidiæ serpunt: *quorum non est numerus. Illic animalia pusilla cum magnis*, id est animales & bestiales homines magni & parui. *Illic draco, qui firmatus est ad illudendum homini.* In hoc mari pisces magni & potentes, deuorant minores & innocentes. Sic enim statim ab origine mundi factum est, vt ad Fortunatum Cyprianus scribit, *De exhortatione Martyrum. cap. 11.* Nam Abel iustus à fratre primus occiditur: Iacob fugatur, & Ioseph venundatur: & Dauid misericordem Saul Rex persequitur, & Heliam maiestatem Dei constanter ac fortiter asserentem rex Achab opprimere conatur. Zacharias Sacerdos interficitur in medio templi & altaris. Tot denique martyria iustorum sæpe celebrata: tot edita in posterum fidei & virtutis exempla. Tres pueri Ananias, Azarias, Misael, ætate compares, dilectione concordes, fide stabiles, virtute constantes, flammis ac pœnis vrgen-

Gen. 4. 27. & 37. 1. Reg. 14. 3. Reg. 19. Matth. 23.

Dani. 3.

Digitized by Google

Dani. 14. Tob. 13. tibus fortiores, in caminum ignis missi sunt. Sic Daniel, sic Tobias, sic innumeri alij persecutiones perpessi sunt. Nec solum hæc, sed & alia plurima in hoc mari sunt pericula. Vnde Robertus Holkot lectione 64. post pericula maris, ratione scopulorũ, fluctuum & voraginum, tria commemorat præcipuè metuenda, quæ sunt Syrenarum cantica: Circis pocula, & Ceti fallax insula, per quæ, vt idem exponit, figurantur illecebræ corporales, seculi cupiditates, honores & dignitates.

Albertus vero magnus de laudib. Virginis, lib. 11. quinque dicit esse pericula principalia maris huius mundi. Hæc sunt Syrtes auaritiæ; Scilla luxuriæ; acroceraunia aduersitatis & detractionis; Syrenæ voluptatis, prosperitatis & adulationis; Charibdis gulæ & voracitatis. Periculositatem huius maris Bernardus in quodam sermone probari dicit extranseuntium raritate, & pereuntium multitudine. In mari, inquit, Marsiliæ, de quatuor nauibus non perit vna, in mari huius mundi de quatuor animabus vix euadit vna. Vnde Chrysostomus in quodam sermone: Cum mare quis, inquit, nauigaturus ingreditur, timent omnes, qui diligunt illum & amarè plorant, cum tamen ei nullum periculum nisi vnum solum ex hoc negotio videatur imminere, scilicet naufragium. Quantò magis timendum & dolendum est pro eo, qui mundum istum ingreditur, quod fit cum quis nascitur in hunc mundum. Fieri enim non potest, vt ingrediens mare pericula marina euadat. Impossibile est autem vt mundum ingrediens, euadat pericula mundana. Quæ quot sint, quis enumeret, vbi signanter videri potest infelicitas hominum. Cum enim volunt pericula fugere, à periculis se reseruant. Qui enim putat febrem euasisse, paralisi vel podagra, vel alio quocunque morbo cruciandus reseruatur, Hæc ille. Propter huiusmodi istius maris pericula nemo in eo quietus consistere potest, necesse est igitur, si quis quiescere velit, vt hinc in montem consurgat, hortante propheta Mich. 2. *Surgite*, inquit, *& ite, quia non habetis hic requiem.*

Mundi huius pericula principalia sunt quinq. Ex quatuor animabus vix euadit vna periculum.

N Per montem mysticè cœleste regnum significatur, secundum illud Psalm. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo.* Et Psal. 23. *Quis ascendet in montem Domini?* Hic est mons pinguis *in quo Dominus exercituum omnibus populis faciet conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemia defecatæ.* Isa. 25. *In isto monte sedebit populus Domini in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta.* Isa. 32. Iste est mons veræ & sempiternæ requiei. Nam ibi, vt dicit B. August. in Manuali c. 7. est vita vitalis, vita sempiterna, & sempiternè beata. Ibi gaudium sine mœrore, requies sine labore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abundantia sine defectione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate. Ibi non est paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas, ibi nemo læditur, nemo irascitur, nemo inuidet, cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris & potestatis pulsat ambitio, nullus ibi diaboli metus, insidiæ dæmonis nullæ, terror gehennæ procul, mors neque corporis neque animæ, nulla ibi mala, nusquam discordia, sed cuncta consona, cuncta conuenientia, quia sanctorũ vna concordia, pax cuncta & lætitia continet, tranquilla sunt omnia & quieta.

Mons cœleste regnum significat.

Animæ beatæ in cœlo priuilegia.

Ad hunc montem vt perducatur, & ab illo mari vt eripiatur, idem Augustinus Christum precatur in Soliloq. c. 35. ita dicens: O Patria nostra inquit, patria secura, à longè te videmus ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur

B. Augustini ad Deum precatio.

mur cum lacrymis ſi quo modo ad te perueniamus. Spes humani generis, Chriſte, Deus de Deo, refugium noſtrum & virtus, guberna nauem noſtram dextera tua, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat nos profundum, ſed virtute crucis tuæ trahe nos ab hoc pelago. En ad te clamamus redempti tui, ſed & nunc exules tui. Exaudi nos Deus ſalutaris noſter ſpes omnium finium terræ & in mari longè. In mari turbulento verſamur, tu in littore ſtans aſpicis pericula noſtra. Saluos nos fac propter nomen tuum. Da nobis Domine inter ſcillam & charibdim ita tenere medium, vt vtroque periculo euitato, ſalua naue & mercibus ſecuri perueniamus ad portum. Hæc Auguſtinus. In illud impetuoſum mare Chriſtus Saluator noſter, pro noſtra ſalute deſcendens, & ab eius tempeſtatibus ſemel demerſus, per amantiſſimum ſibi ſponſam ſanctam & immaculatam eccleſiam reuocatur dum clamat. *Conſurge Domine in requiem tuam.*

O

Circa aſcenſionem quæ conſideranda

In quibus verbis Eccleſia ſponſum Chriſti, quem ad dexteram patris in regno ſuo conſeſſurum videre deſiderat, ad duo hortatur, primum vt conſurgat, ſecundum vt requiem intret: Sunt autem duo neceſſaria in omni motu, ſcilicet receſſus à termino à quo, & acceſſus ad terminum ad quem. Circa aſcenſionem igitur Chriſti tria occurrunt conſideranda. *Primum* vnde aſcenderit, quantum ad terminum à quo. *Secundum*, cur & quomodo aſcenderit, quantũ ad motum ipſum. *Tertium* quo aſcenderit, quantum ad terminum ad quem. Pro quibus omnibus prænotandum, quod ſicut omne agens agit propter finem, 2. Phyſicorum: Ita omne agens agit propter quietem, & omne mobile propter quietem mouetur. Habito namque fine, ceſſat motus & quieſcitur. Nec valet inſtantia de corporibus cœleſtibus, quia ſecundum veritatem Catholicam poſt diem extremũ quieſcent, vt habetur ex Gloſſ. Ambroſij circa illud Roman. 8. *Omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc.* Omnia, inquit, elementa cum labore ſuo complent officia, ſicut ſol & luna non ſine labore ſtatuta ſibi implent ſpatia, quod eſt cauſa noſtri, vnde quieſcent nobis aſſumptis. Inde eſt, quod quemadmodum omnia appetunt vltimum finem, ita & omnia appetunt quietem, in qua, vt Auguſt. narrat, 19. de ciuitate Dei, multi philoſophorum felicitatem poſuerunt. Hoc autem per ſingulorũ inductionem demonſtrari poteſt. Nam conditor naturæ Deus, poſtquam opus ſuum perfecit, requieuit, vt habetur Gen. 2. Sic *Saluator noſter Chriſtus ex itinere fatigatus, ſedebat ſupra fontem & quieuit.* Ioan. 4. *Sic conſolator Spiritus Domini ſuper eum deſcendit, & manſit ac quieuit*, Ioan. 1. *Sic ſapientia diuina in omnibus requiem quæſiuit.* Eccl. 24 *Sic ſponſa quærit de dilecto vbi cubet in meridie.* Cantic. 1. *Sic Spiritus immundus cum exierit, de homine ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem.* Sic ſancta Eccleſia pro filijs ſuis defunctis requiem precatur. Requiem, inquit, æternam dona eis Domine. Sic etiam pro viuentibus. Feſſa inquit, corpora noctis quiete recrea. Et alibi. Sit nobis in te requies, quietam noctem tribue Sic ſancti Viri requiem deſiderauerunt, vt Iob. 17. *Putáne ſaltem*, inquit, *ibi erit requies mihi?* & Dauid. *In pace in idipſum, dicit, dormiam & requieſcam.* Pſ. 4. & 115. *Conuertere*, inquit, *anima mea in requiem tuam.* Et 26. *Vnam petij à Domine hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini* ad quieſcendum ſcilicet. Sic omnia grauia & leuia loca ſua appetunt, vt ibi quieſcant. Sic arbores & plantæ hieme quieſcunt. ſic omnia alia quandoq; ſomnũ quærunt vt quieſcant. Sic etiam in genere humano ſinguli requiem quærunt, vt negotiatores, nautæ, peregrini, manu artifices, ope-

Corpora cœleſtia poſt iudicium extremum quieſcent.

Totũ genus humanũ requiẽ quærit.

operarij reliqui, & similiter omnes filij Adam. Omnis enim laborans vt dicit Aristot. 8. Politicorum, indiget requie.

P Quanquam autem omnes mortales appetunt requiem sicut & beatitudinem & finem vltimum, tamen quemadmodum magna reperitur diuersitas quærentium beatitudinem, quantum ad ea in quibus consistere reputatur. ita etiam maxima diuersitas inuenitur eorum, qui requiem quærunt & cupiunt. Circa quod NOTANDVM quod duplex est requies, vna est falsa, altera vera. *Falsa* est, aut corporis in ociositate, aut mentis in voluptate, aut vtriusque in vtroque. De qua Hierem. 47. *Moab requieuit in facibus suis. Vera* duplex est, *Prima* temporalis & imperfecta, vt cum corpus à tumultibus seculi vel animus à commotionibus illecebrarum conquiescit, de qua Saluator Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui concupiscitis rem & inuenietis requiem animabus vestris. Secunda* est æterna & perfecta, de qua Isaiæ 66. *Erit Sabbatum ex Sabbato*, vbi Sabbatum requies interpretatur: & eius vbi supra, *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &c. & in requie opulenta.* Requiem vanam ac falsam filij huius seculi, & filij perditionis quærunt in rebus transitorijs & præsentis vitæ, sed tamen differenter. Quia quidam in diuitijs, vt ille, qui dum ager eius vberes fructus artulisset, *cogitabat intra se dicens: Quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos. Et dixit, hoc faciam: destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Luc. 12.

Requies est duplex, vera & falsa. Vera requies, duplex.

Falsam requiem filij seculi & perditionis quærunt.

Quidam verò in delitijs, vt ille qui dixit in corde suo, *Vadam & affluam delitiis & fruar bonis.* Et infra: Feci *mihi cantores & cantatrices, & delitias filiorum hominum*, Et paulo post, *Nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in eis, quæ præparaueram, & hanc ratus sum partem meam.* Eccles. 2. Sic & illi qui dixerunt cogitantes apud se non rectè. *Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ.* Et infra. *Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt.* Et paulo post: *Vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra.* Sapient. 2. Alij autem requiem illam in honoribus quærunt, vel gloria, vt Rex ille super vniuersos filios superbiæ, qui dicebat in corde suo, *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti &c.* Isai. 14. Hi, prô dolor, quam plurimos habent imitatores, nec mirum, quoniam *omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ.* 1. Ioan. 2.

Nonnulli requiem in delicijs quærunt.

Alij in honoribus vel gloria requiem quærunt.

Q *Sed omnes isti* erant & multipliciter falluntur. PRIMO quidem quia requiem quærunt in carcere præsentis vitæ, vbi non potest inueniri, *Homo namq; ad laborem nascitur.* Iob. 5. *Et militia est vita eius super terram*, Idem cap. 7. *Nec habetur hic requies.* Micheæ 2. Vnde contra illos beatus Augustinus 4. confessio: cap. 12. ita scribit. Redite, inquit, præuaricatores ad cor, & inhærete illi, qui fecit vos. Requiescite in eo, & quieti eritis. Quo vobis adhuc, & adhuc ambulare vias difficiles & laboriosas? Non est requies vbi quæritis eam. Quæritis quod quæritis, sed ibi non est, vbi quæritis. Beatam vitam quæritis in regione mortis: non est illic. Hoc etiam testatur beatus Gregorius 23. moralium. In hac, inquit, vita homo positus in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu, viuere sine tentationibus nullatenus potest, plerumque in eo, quod ad requiem construitur, maior dolor tentationis inuenitur. His scriptura consonat, Ecclesiastes. 2. *Quid*, inquit, *proderit homini de vniuerso labore*

Errant qui quærunt requiē in præsenti vita.

Vita beata non est in regione mortis.

bore

Digitized by Google

bore ſuo, & afflictione Spiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt. Cunctis dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit. Et Eccleſiaſtici 40. *Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentio exſpectationis, & dies finitionis.* Et paulò poſt: *Furor, Zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perſeuerans & contentio, & in tempore refectionis, in cubili ſomnus noctis immutat ſcientiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie.*

Errant qui quærunt requiem in diuitijs, delitijs, &c.

SECVNDO errant, quia requiem quærunt in illis rebus, in quibus inueniri non poteſt. Neq; enim diuitiæ, neq; delitiæ, neq; honores huius ſeculi animum quietare poſſunt, cum non poſſunt eum ſatiare quod de diuitijs naturali perſuaſione oſtendi poteſt. Sic namque res diuerſarum naturarum ſe habent ad inuicem, quod vna alteram ſatiare & implere non poteſt. Vnde ſicut corpus non paſcitur, nec ſatiatur ſpiritu, vel aura, ſic neque animus corpore, quod declarat Ioannes Salisberienſis de nugis Curialium lib. 7. cap. 16. Cum enim, inquit, natura ſpiritualis, virtute propria ſic corporalia comprehendat, vt nulla quantitate diſtendatur, nec res vna loco præoccupato alterius impedimento ſit, quo minus illa comprehendatur, & quo plura concipiuntur, eò pluribus locus eſt, luce clarius eſt, quod res corporalis animam, quæ ſpiritus eſt, implere non poteſt. Totus enim mundus auguſtus eſt ad animæ quantitatem, ex quo patet, quod in eo tota anima non quieſcit. Vnde Eccleſ. 5. *Auarus non implebitur pecunia.* Et capit. 4. *Nec ſatiantur oculi eius diuitijs.* Et Auguſtinus. Diuitias inquit, inueniſti, requiem perdidiſti. Cùm enim vigilas, eas augere deſideras, cum dormis, latrones ſomnias, ſemper ſollicitus, in nocte pauidus, & ſemper & vbiq; mendicus. Item rerum diuerſarum figurarum vna alteram replere non poteſt. Anima autem humana triangularis eſt, eò quod ad imaginem & ſimilitudinem beatæ Trinitatis creata eſt. Totus autem mundus, cœlum aſtra & elementa ſunt ſphæricæ figuræ.

Auarus ſemper mendicus.

R

Anima in ſolo bono quieſcit.

De diuitijs ſimul & delitijs ac honoribus patet, quia anima in ſolo bono quietari poteſt, Iſta autem bona non ſunt, vt oſtendit Seneca epiſtola 76. Aut enim, inquit, iſta bona non ſunt, aut homo felicior Deo eſt, quoniam quidem quæ parata ſunt nobis, non habet in vſu Deus. Nec enim libido ad illum nec epularum lętitia, nec opes, nec quicquam ex his hominem ineſcantibus & vili voluptate ducentibus pertinet'. Ergò aut incredibile eſt bona Deo deeſſe, aut hoc ipſum argumentum eſt, bona non eſſe, quæ Deo deſunt'. Adijce, quod multa quæ bona videri volunt, animalibus pleniora quàm hominibus contingunt. Illo cibo auidius vtuntur, Venere non æquè fatigantur. Virium illis maior eſt & ęquabilior firmitas, ſequitur, vt multa feliciora ſint homine. Nam ſine nequitia, ſine fraudibus degunt, fruuntur voluptatibus, quas & magis cupiunt, & ex facili ſine vllo pudoris & pœnitentiæ metu. Hæc ille. Ad idem Auguſt. in ſoliloquijs. Anima, inquit, cum creaturam deſiderat, continuò ſaniem habet, quia licet, quod deſiderat, de creaturis adipiſcatur, vacua tamen remanet quia nihil eſt, quod eam impleat, niſi ad cuius imaginem facta eſt. Cuius rationem inſinuat ibidem, Anima namq; ita facta eſt, vt ſit capax diuinę maieſtatis, quæ infinitum bonum eſt, vnde conſtat, quod nullo bono finito ſatiari & quietari poteſt.

Addi poteſt & hæc ratio, quod enim caducum & tranſitorium eſt, quietare & ſatiare non poteſt id, quod perpetuò manſurum eſt, ea autem quæ propoſuimus, cum tempore tranſeunt. Anima autem immortalis eſt & ſemper victura, vnde iam patet

Anima im-

Digitized by Google

mortalis sa-
tiari non po-
test nisi re-
us insipiens.

tertius error prædictorum. Multum enim errare conuincuntur, qui propositis sibi veris ac perpetuis bonis, & cum his temporalibus & apparentibus solum bonis, vtpote vera & perpetua requie, & temporali falsa ac apparenti quiete, eligunt & quærunt apparenti im solum, veris bonis contemptis, Augustino teste in libro de triplici habitaculo ita scribente. Quid, inquit stultius, quid insanius est quàm vmbra & imagine, & similitudine veræ gloriæ, & veræ delectationis, veræ pulchritudinis, veri decoris, veri honoris more infantium accipiet superari, & ipsam gloriam non quærere, non desiderare? Quis imaginem auri in aqua, ipso auro neglecto eligeret? & non statim à cunctis fatuus & insanus crederetur? Quis orbem solis in speculo redditum, vel in qualibet materia formatum, plus diligeret quàm ipsum solem; & non ab omnibus derideretur? Sic irridendus, sic existimandus est, quisquis mundi huius caducam fragilitatem, & inutilem carnis voluptatem diligit, quærit, contendit, æterna gloria contempta, & neglectis regni cœlestis ineffabilibus gaudijs. Hoc commerciũ insipientium valdè est & miserorum, & cor non habentium sanum, etiamsi plagæ inferni non sequerentur, quæ nec dici nec cogitari possunt. Hæc ille.

Errant qui in supradictis requiem se inuenturos sperant.

QVARTO errant quia dato quod quantulacunque requies in prædictis inueniatur, tamen inuenta nihil proderit, quinimo oberit plurimum, vanissimum autem est huiusmodi quærere. Vnde de nugis Curialium lib. 1. cap. 5. is qui suprà. Nihil, inquit, infeliciùs, quàm in eo, in quo minimum proficias, plurimum laborare. Est enim inutilis importunitas deprecantis, qua inutilia acquiruntur, & quærendi inanis est diligentia, cum inuenisse non proderit. Quod autem requies in illis non prosit, per singula potest ostendi.

S

Diuitias & delitias ad animæ quietem non prodesse docet scriptura

De diuitijs namque dicit scriptura, *qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Eccles. 5. & Prouerb. 10. *Nil proderunt thesauri impietatis*, & cap. 11. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis.* Et infrà. *Qui confidit in diuitijs corruit*, & Psal. 48. *Relinquent alienis diuitias suas*, & Apocal. 3. *Incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus.* De delitijs Apostolus, Rom. 6. *Quem fructum* inquit, *habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis.* De honoribus & gloria, Isa. 40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini superflauit in eo.* Ecce quomodo non prosunt ista, & ita neque requies in eis.

T

Prouer. 14.

Sed quod etiam plurimum obsit, huiusmodi requies patet primo de diuitijs. *Est enim*, inquit Ecclesiastes *alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui: pereunt enim in afflictione pessima.* Et Aristot. 1. Ethicorum, propter diuitias multi pereunt. Vnde Saluator æternum væ illis comminatur, Lucæ 6. *Va*, inquit, *vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.* Et Iacobus in Canonica sua miseriam eorum expressius describit, *Agite nunc*, inquit, *diuites plorate vlulantes in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt, aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.* De delitijs clarum est, Nam sicut risus dolore miscebitur, ita & quies in illis timore & languore: & quemadmodum extrema gaudij luctus occupat, ita & extrema illius quietis labor & dolor. Finis enim illius mors est, Rom. 6. Vnde de deliciosa Babylone, in Apocalypsi scribitur. *Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum*

tum date illi tormentum & luctum. Et paulò post. *Et flebunt*, inquit, *& plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delitijs vixerunt.* Non est autem existimandum, quod æqualis sit mensura pœnarum & delitiarum, quo ad durationem, quin potius pro delitijs vnius horæ perpetua tormenta irrogantur.

Pro vnius horæ delitijs, tormenta perpetua irrogantur.

Propterea B. Augustinus illorum errorem ac stultitiam exprobrat, vbi suprà, ita dicens: Quis cum sano sensu pro vnius diei delitijs centum annorum pœnam eligeret? & miseri tamen & sine vlla sapientia voluptatem carnis sequentes, non vitant, non effugiunt intolerabiles pœnas, non centum annorum, non millies mille, sed omnium sine fine seculorum, pro quadraginta vel sexaginta annorum delitijs, vel qualibet corruptibili delectatione. Quantum autem est inter vnum diem & centum annos non tantum vtique, sed plus inter quadraginta vel sexaginta, vel centum annos & æternitatem, siue in bono siue in malo futuram. Vnus enim dies aliqua portio est centum annorum, spatia quamuis modica valdè. At verò centum annorum spatium nulla portio est in illa æternitate. Si enim, verbi gratia centesima vel millesima pars esset æternitatis, prædictum eius spatium plus centuplum, eius spatium vel milluplum, æternitas esse desineret. Hæc ille. De gloria Apostolus, Philip. 3. *Gloria*, inquit, *in confusione eorum qui terrena sapiunt.* Et Ioannes in Apocalypsi, vbi suprà. *Quantum glorificauit se in delitijs, &c.*

Multum inter centum annos & æternitatem interest.

V

Ex quibus omnibus concluditur stultitia atq; insania eorum qui vanam atque falsam requiem in prædictis quærunt, quod proprijs ipsorum exemplis omnibus manifestum fieri potest. Quærenti namq; requiem in diuitijs & dicenti animæ suæ. *Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, &c. Dixit Dominus Deus. Stulte hac nocte repetent animam tuam, quæ autem parasti, cuius erunt?* Sic etiam diuiti epuloni sepulto in inferno, & misericordiam postulanti dictum est. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, nunc verò cruciaris.* Ille verò, qui requiem quæsiuit in delitijs dicens, Eccles. 1. *Vadam & affluam delitijs*, confessus est vanitatem esse in istis. *Cum*, inquit, *conuertissem me ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi.* Similiter & illi qui dixerunt, Sap. 2. *Venite & fruamur bonis, &c.* Postea errorem suum confessi sunt, *gementes præ angustia spiritus & intra se dicentes. Ergo errauimus à via veritatis & iustitiæ, lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non ortus est nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Sap. 5. Et de illo qui gloriabatur dicendo, *In cœlum conscendam, &c.* Scriptum est, *detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, quomodo cecidisti de cœlo Lucifer? qui manè oriebaris, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, in cœlum conscendam, &c.* Et de eodem Ezechiel. 28. *Eieci te de monte sancto tuo, & perdidi te ô Cherub, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te, ante faciem regum dedi te, vt cernerent te. Producam ergò ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram, &c.* Et Saluator Lucæ 10. *Videbam*, inquit, *Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem.* Ecce finem illorum, qui vanam falsamq; requiem hic in illis caducis & transitorijs quærunt.

Finis eorum qui falsam vanamq; requiem in rebus caducis & transitorijs quærunt.

Propterea filij lucis & regni non istam nec in illis requiem quærunt, sed ad veram perfectamque peruenire contendunt, in qua sponsa, vt diximus, sponsum Chri-

X

Digitized by Google

Christum non ducebat in hoc mundo manere.

ſtum conſpicere cupiens, admonet, vt conſurgat & ab iſto mundo recedat. VBI NOTANDVM quod non fuit conueniēs, Chriſtum manere in hoc mundo propter quatuor rationes. PRIMA, quia non fuit de hoc mundo. Ioan. 16. *Ego*, inquit, *non ſum de mundo*, & eodem 18. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, ſed venit in mundum tanquam peregrinus & legatus, ideo conueniens erat, quod expleta legatione ſua ad eū rediret, à quo miſſus fuit. Hanc rationem ipſe inſinuauit, Ioan. 16. dicens. *Exiui à Patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad patrem.* Hoc propheta longè ante prænunciauit. Pſal. 18. *A ſummo cœlo*, inquit, *egreſſio eius & occurſus eius vſq; ad ſummum eius, vnde &* ſancta mater Eccleſia de eo cantat. Egreſſus eius à Patre, regreſſus eius ad Patrem.

I. Quia non fuit de hoc mundo.

II. Mūdus non fuit locus conueniens Chriſto.

SECVNDA ratio, quia locus conueniens alicui debet eſſe proportionatus ei, ſed mundus iſte non fuit proportionatus Chriſto. Nam hic eſt locus generationis & corruptionis. Chriſtus autem poſt reſurrectionem habuit vitam immortalem & incorruptibilē, non fuit igitur conueniens, vt in hoc mundo maneret. TERTIA ratio, quia non expedit aliquem manere apud illum, à quo odio habetur, mundus autem Chriſtum odio habuit ſecundum illud Ioan. 15. *Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.* Cauſam huius ipſe allegat, Ioan. 7. dicens. *Me autem odit, quia teſtimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala ſunt.* Veritas enim odium parit, vt Comicus dicit. Chriſtus autem veritatem mundo dicebat.

III. Quia mundus Chriſtū odio habuit.

QVARTA ratio, quia decebat quod Chriſtus poſt tot labores, fatigationes, & dolorū perpeſſiones, haberet locū gaudij & requiei ſecūdum quod per ſponſam admonetur vt cōſurgat in requiē. In hoc autem mundo non eſt locus gaudij & quietis, ſed triſtitiæ & turbationis, non igitur conueniebat Chriſto, vt in hoc maneret, quin potius conſurgeret & recederet.

IV. Chriſtum decebat poſt tot labores, locus gaudij

Y

MORALITER hic inſtruimur, quod ſi volimus ſequi Chriſtum, & ad veram requiem peruenire, neceſſe eſt, vt etiam mundum relinquamus & ab eo recedamus, exemplo Chriſti, non ſolum propter vltimas duas rationes, ſed & propter alias ſeptē. Quarum PRIMA eſt. Quia mundus ipſe à Chriſto odio habetur, *totus enim mundus in maligno poſitus eſt.* 1. Ioan. 5. *Iniquos autem Chriſtus odio habet.* Pſal. 118. *Vnde quicunque vult eſſe amicus huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur*, vt dicitur Iac. 4. Talis igitur non poteſt habere hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

Chriſtus mundum odit.

SECVNDA ratio, quia Chriſto recedente mundus fuit diuino interdicto ſuppoſitus & excommunicatus, quia priuatus Sacramentis, quod ex hoc patet, quia nemo participat de Sacramentis, niſi Spiritum ſanctum accipiat, ſed mundus Spiritum ſanctum accipere non poteſt, ſecundum illud Ioan. 14. *Ego rogabo patrem & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum.* Ex quo ſequitur.

Chriſto recedente mūdus fuit excommunicatus.

Pro mundo non eſt rogandum.

TERTIA ratio, quia ſcilicet pro mundo non eſt rogandum, prout notatur in his Verſibus.

Si pro delictis Anathema quis efficiatur.
Os, orare vale, communio, menſa negatur.

Vnde nec Chriſtus pro mundo voluit rogare, vt habetur Ioan. 17. *Ego*, inquit, *pro eis rogo, non pro mundo rogo.* Ecce magnam excommunicationem. Chriſtus pro crucifixoribus orabat Patrem dicens, *Pater dimitte eis*, & pro mundo noluit rogare, nec etiā in ſuo receſſu oſculum Pacis mundo dedit. *Pacem meam*, inquit, *do vobis*, Ioan. 14. non dixit mundo. Neque valedixit mundo, imò maledixit, & Væ dixit mundo, hoc eſt mundi amatoribus, *Væ*, inquit, *mundo à ſcandalis.* Matth. 18. & Luc. 6. *Væ*, inquit,

vobis

Digitized by Google

vobis diuitibus, va vobis, qui saturati estis, Va vobis qui ridetis, Va vobis, cum benedixerint vobis homines &c. & per Ioan. in Apocal. *Va va va habitantibus in terra*, eodem 8. QVARTA ratio, quia mundus pessimo dominio subiectus est, secundum illud Iob. 9. *Terra posita est in manus impij: qui est rex super vniuersos filios superbiæ*, Idem cap. 41. Et Ioan. 14. *Venit princeps mundi huius.* & Ephes. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & mundi rectores tenebrarum harum.* QVINTA, quia mundus Deum non cognoscit. Ioan. 1. *Mundus eũ non agnouit*, & eodem 17. *Pater iuste, mundus te non cognouit, qui* autem *Deum non agnoscit non cognoscetur ab eo. Nam qui ignorat, ignorabitur.* 1. Corinth. 14. SEXTA, quia omnes amatores suos fallit. Refert enim Fulgentius, quod antiqui mundum descripserint sub forma pauonis cum cauda recuruata, faciem ornantem & posteriora turpiter nudantem, cuius causa fuit, quia viderunt, quod hominem in principio ornat, ditat, & honorat, & in fine spoliat & denudat.

Mũdus quali dominio subiectus.

Mundus Deum non cognoscit.

Mundus amatores suos fallit.

Fallit autem multipliciter. PRIMO ad modum vmbræ, quæ sequentem fugit, & fugientem sequitur: frequenter enim videmus, quod illi qui plus sunt dediti mundo, quantò ei magis complacere nituntur, tantò peiores gratias reportant, & ita sequentes se fugit. Et vice versa, quantò aliqui mundum plus fugiunt, tantò magis ad ipsum trahuntur. Et ita fugientes sequitur. SECVNDO ad modum astuti tabernarij, qui potatoribus facit prærogatiuam, dando eis carnes salsas, vel alia, quæ sitim prouocant, vt eò plus bibant, & nihil petit donec bibere cessent, tunc autem valde carè computat. TERTIO ad modum nebularij, qui super conuiuantes intrans nebulas proijcit super mensam, quasi gratis dare velit, sed tamen valdè carè vendit. Sic mundus amatoribus suis, videtur honores & delectationes, & alia huiusmodi gratis velle dare, sed in fine carè vendit quia pro animabus illorum: propterea fallit. QVARTO ad modum Iudæ proditoris faciens pactum cum dæmonibus, qui sunt mundi rectores, sicut Iudas cum ministris principum, dicens eis, *Quemcunque osculatus fuero* dignitate aliqua scilicet vel prosperitate, *ipse est*, quem trado vobis vt vestrum, *tenete eum, & ducite eum cautè*, ne si eum molestaueritis, vobis euadat. Vnde beatus Augustinus, in istum fallacem mundum, in sermone quodam ad fratres eremitas ita exclamat, O munde, inquit, immunde, qui homines illaqueare non desinis, quiescere non permittis: Væ qui tibi credit, beatus qui tibi resistit, quia promittis gaudium, & largiris mœrorem. Non es diligendus, promittis enim stare & casum ministras: dicant omnes: loquantur vno ore. Surgat venerabilis Pater Adam cum filijs suis, & omnes vno ore loquantur. Vtrum in hac vita habuerit gaudium sine mœrore, quietem sine motu vel labore, pacem sine discordia, sanitatem sine infirmitate, lumen sine tenebris, risum sine fletu? O fallax proditor, nunquid periculosior blandus, quàm molestus? Nunquid magis timendus quando allicis, quàm quando spernis? Nunquid magis odiendus, dum diligere dissimulas, quam dum odire ostendis? In te habitare & non dolere, difficillimum est: in te sperare & non timere vanum est: in te tua amare, & non periclitari, impossibile est: Hæc ille. SEPTIMA ratio, quia mundus sententiam æternæ damnationis expectat. In eandem enim sententiam incidunt princeps & subiecti eius, sponte sibi adhærentes. Sed in principem mundi, quantum ad damnationem lata est sententia, & expectat adhuc iudicium quoddam. Vnde Iob. 40. de Behem ordicitur, *Videntibus cunctis præcipitabitur.* & 2. Pet. 2. *Re-*

Fugit velut vmbra.

Vtitur fraude hospitis astuti.

Imponit cõuiuantibus fucum.

Facit cum dæmonibus pactum.

Mundus æternam damnationem exspectat.

Digitized by Google

dentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari. Igitur & mundus, & omnes qui sunt ex parte eius, sententiam eandem expectant, secundum illud Matth. 20. *Discedite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo & angelis eius.*

Z QVANTVM ad secundum principale, Considerandum est, Primo, cur Christus ascenderit. Vbi notandæ sunt aliquæ causæ ex parte congruentiæ Christi ascendentis, & aliquæ ex parte nostræ vtilitatis.

Causſæ assēsionis ex parte Christi, quatuor.

Ex parte Christi quatuor assignantur causæ. PRIMA fuit *corporis sui dignitas*, cum enim locus debeat esse proportionatus locato, vt supra dictum est, & corpus Christi fuerit glorificatum & incorruptibile, decuit, vt à loco corruptionis ascenderet in

I. locum incorruptibilitatis. SECVNDA *insuperabilis eius potestas.*

II. Ipse enim est, *cui data est omnis potestas in cœlo & in terra.* Matth. vlt. Cùm itaque ostenderit, se esse Dominum terræ, in motu ipsius tempore passionis & aquarum cùm super eas ambulauit; & inferni, cum ipsum spoliauit, decuit, vt in ascensione se Dominum aëris &

III. cœlorum ostenderet. TERTIA, *retributionis praemij sibi debiti* iustitia, & æquitas: iustum enim & æquum est, vt quantò quis se plus humiliauerit, tantò amplius exaltetur, secundum istam regulam Christi Lucæ 14. *Omnis qui se humiliat exaltabitur.* Cum itaque Christus maximè *humiliauerit seipsum factus obediens vsque ad mortem crucis* debuit meritò exaltari in cœlum, secundum illud Apostoli Ephes. 4. *Qui autem descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos.* Item dignum & iustum est, vt qui multos labores & dolores pertulerit, per illos ad requiem & lætitiam perueniat. Christus autem plurimum in hoc mundo laborauit, & maximos dolores pertulit, debuit igitur ascendere ad lætitiam, & quietem, secundum illud Ps. 15. *Delectationes in dextera tua vsq; in finem.* vbi dicit glossa. Delectatio & lætitia erit mihi in consensu tuo

IV. humanis obtutibus subtracto. QVARTA *diuina ipsius maiestas* decuit enim vt qui verus Deus erat, suam diuinitatem in cœlum scandendo manifestaret, secundum illud Isa. 52. *Exaltabitur, eleuabitur, & sublimis erit valde.*

A Ex parte autem nostri decem redduntur causæ PRIMA vt *fidem nostram* quæ est,

Ex parte nostri decem causæ ascensionis Christi

de non visis, *augmentaret*, vnde ipse dixit, Ioan. 16. *quod spiritus sanctus aduenies arguet mundum de iustitia eorum*, scilicet qui credunt, vt Augustin. dicit. Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio: vnde subdit: *Quia ad Patrem vado,*

I. *& iam non videbitis me. Beati namq; qui non viderunt & crediderunt*, erit igitur vestra

Ioan. 20. iustitia, de qua mundus arguitur, quia in me, quem non videtis, creditis. SECVNDA,

II. *vt spem nostram subleuaret*, vnde & ipse dixit, Ioan. 14. *Si abiero & praparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt, vbi ego sum & vos sitis.* Per hoc enim, quod Christus humanam naturam assumptam in cœlo collocauit, dedit nobis spem illuc perueniendi, quia *vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ*, vt di-

III. citur Matth. 24. TERTIA *vt charitatem inflammaret*, secundum illud Apostoli Colos. 3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram*, vt enim dicitur Matth. 6. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Et quia Spiritus sanctus est amor in cœlestia nos rapiens, ideo Christus dixit discipulis Ioan. 16. *Expedit vobis, vt ego vadam, si enim non abiero, paracletus non ve-*

IV. *niet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos.* QVARTA, vt per hoc *reuerentiam nostram ad ipsum ampliaret* Dum enim in cœlum ascendit iam non existimamus cum si-

cut

Digitized by Google

cut hominem terrenum, ſed ſicut Deum cœleſtem, ad maiorem ſibi reuerentiam exhibendam prouocamur. QVINTA, vt *viam eundi in cœlum nobis demonſtraret*, ſecundum illud Micheæ 2. *Aſcendit iter pandens ante eos.* SEXTA, vt *cœlum nobis reſeraret.* Deut. 28. *Aperiet tibi Dominus theſaurum ſuum optimum*, id eſt, cœlum. SEPTIMA, vt *locum nobis in regno Patris ſui præpararet*, ſecundum quod ipſe promiſit Ioa. 14. *Vado*, inquit, *parare vobis locum, &c. vt vbi ego ſum & vos ſitis.* In ſignum cuius, animas ſanctorum quas de inferno eduxerat, in cœlum traduxit, ſecundum illud Epheſ. 4. *Aſcendens Chriſtus in altum, captiuam duxit captiuitatem*, quia ſcilicet eos, qui fuerunt à diabolo captiuati, ſecum duxit in cœlum, quaſi in locum peregrinum humanæ naturæ, bona captione captiuos vtpote per victoriam acquiſitos. OCTAVA vt *patrem pro nobis interpellaret*, ſecundum illud 1. Ioan. 2. *Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Sicut enim Pontifex in veteri teſtamento intrabat ſanctuarium, vt aſſiſteret Deo pro populo. Ita & Chriſtus intrauit ad cœlum *ad interpellandum pro nobis*, vt dicitur Hebr. 7. Ipſa enim repræſentatio ſui, ex natura humana, quam in cœlum intulit, eſt quædam interpellatio pro nobis, vt ex quo Deus humanam naturam ſic exultauit in Chriſto, etiam eorum miſereatur pro quibus filius Dei humanam naturam aſſumpſit. NONA vt in cœlo ſedens quaſi Deus, & Dominus *nobis inde Spiritum ſanctum & diuina dona donaret*, vnde dixit Ioan. 16. *Niſi ego abiero, paracletus non veniet ad vos, & dum aſſumptus fuero mittam eum vobis.* Apoſtolus Epheſ. 4. Aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia, ſcilicet, donis ſuis, ſecundum gloſſam. DECIMA, vt ipſe *aſcendens in cœlum deſiderium noſtrum poſt ſe traheret* & prouocaret, ſicut aquila prouocat pullos ſuos ad volandum poſt ſe. Deut. 32. Aquila namque ſecundum Phyſicos, vt notat Gloſſ. ibidem, pullos plumeſcentes alis verberat, & ad volandum prouocat, ſic Chriſtus dictis & exemplis exhortans ad alta prouehit, vt ſequamur, quo præceſſit. Dicitur etiam de ea, quod ad prouocandum pullos ad volandum, primò aſcendit ſuper aliquam arborem ante eos, deinde eleuat ſe in aëre verſus cœlum, & tunc pulli eam ſequuntur. Sic Chriſtus primò aſcendit ſuper arborem crucis, deinde in altum aëris vſque ad cœlum, vt nos ad ſequendum prouocaret. Quod ſi facere voluerimus, oportet vt aſcendamus primò arborem pœnitentiæ, & deinde cordibus ſurſum moueamur. Aquila denique vt notat gloſſa, vbi ſuprà, ab acumine oculorum vocata, tàm acutè videt, quod cum ſuper maria immobili penna feratur, nec humanis viſibus pateat, piſciculos in mari natare videat ad inſtar momenti deſcendens receptam pennis prædam ad littus pertrahit. Sic Chriſtus ſuper cœlos exaltatus, & humanis ſubtractus aſpectibus, in mari huius mundi natantes, oculis miſericordiæ videt, & pennis amoris pertrahit ad littus æternæ ſecuritatis, ipſo teſtante qui dixit. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Ioan. 12. vt Auguſtin. 4. confeſſ. Chriſtus, inquit, noluit nobiſcum diu eſſe, & tamen non reliquit nos: abſceſſit enim, & ecce hic eſt; & diſceſſit ab oculis, vt redeamus ad cor, & inueniamus eum. Aſcendamus igitur, & ſi nondum corpore, corda tamen leuemus ad Dominum. Hæc eſt enim cauſa præcipuè, cur Chriſtus propter nos cœlum aſcendit.

V. VI. VII. VIII. IX. X.

Aquila pullos ſuos ad volandum prouocat.

Ad cœlum venire deſiderans, arborem pœnitentiæ aſcendat.

Quanquam autem Chriſtus tam amoroſè nos prouocare ſtuduerit vt eum ſequamur, heu pauciſſimi tamen eum ſequi conantur, propter duo quæ maximè aſcen-

B

Pauci Chriſtum ſequũ-

tur, propter duo impedimenta.

aſcenſum impediunt. *Primum* eſt *vitiorum abundantia*, hæc enim cor aggrauant, ne ſurſum leuari poſſit, nullum namque vitium cum medico noſtro aſcendit, vt dicit Auguſt: *Secundum* eſt *amoris penuria*, amor enim ſurſum trahit. Vnde Auguſtinus Amor meus pondus meum, eo feror, quocunque feror: dono tuo, Domine accendimur & ſurſum ferimur, cuius cauſa in natura fundata eſt. Videmus namque quod res ardenter dilecta, trahit ad ſe cor & cogitationes amantis, ſicut ſol calore ſuo vapores ſurſum trahit, & lumen in lampade oleum ad ſe aſcendere facit. Vnde cum parentes vel amici, ſe elongant, filij & amantes eos corde ſequuntur, frequenter de eis cogitando, rumores libenter audiendo, eos videre, & cum eis loqui deſiderando. Vbi ergo deficit amor, deficit & conatus ſequendi propterea quod pauciſſimi Chriſtum toto corde amant, quaſi nulli eum ſequuntur. Qui autem perfectè eum diligunt, etiam eum ſequi contendunt. Sic ſecutus eſt eum miles ille, qui in partibus vltra marinis omnia loca in quibus Saluator noſter fuerat, ſollicitè cum lacrymis viſitauit, & dum omnia loca ſancta deuotè perquiſiſſet, venit in montem oliueti, vnde Chriſtus cœlum aſcenderat, vbi poſt longam orationem cum lacrymis dixit: Ecce Domine, vbique te diligenter quæſiui, vſque dum venerim ad locum, vnde cœlos aſcendiſti, neſcio vbi amplius te requiram, iube ergo ſpiritum meum ſuſcipi, vt ad dexteram patris videam te ſedentem in gloria, qui his dictis ſine dolore ſtatim ſpiritum cœlo reddidit.

Exemplum de monte, qui perfectè Chriſtum ſecutus eſt.

Ita nos eum ſequi debere, B. Gregor. in hodierna Homilia tractans illud Salomonis Cant. 2. *Ecce hic venit ſaliens in montibus, tranſiens colles*, hortatur dicens: Vultis, inquit, fratres chariſſimi ipſos eius ſaltus cognoſcere. De cœlo venit in vterum, de vtero venit in præſepe, de præſepio venit in crucem, de cruce in ſepulchrum, de ſepulchro redijt in cœlum. Ecce vt nos poſt ſe currere faceret, quos pro nobis ſaltus, manifeſtata per carnem veritas dedit, quia *& exultauit vt gigas ad currendum viam*, vt nos ei ex corde diceremus. *Trahe me poſt te, curremus in odore vnguentorum tuorum.* Vnde fratres chariſſimi oportet vt illuc ſequamur corde, vbi eum corpore aſcendiſſe credimus. Deſideria terrena fugiamus, nihil nos delectet in infimis, qui patrem habemus in cœlis. Et hoc nobis magnopere eſt perpendendum, quia is, qui placidus aſcendit, terribilis redibit; & quicquid nobis cum manſuetudine præcipit, hoc in nobis cum diſtrictione exiget, &c. *Et paulo poſt.* Ecce in cœlum, inquit, aſcendiſſe Dominum audiuimus. Hoc ergo ſeruemus in meditatione, quod credimus, etſi adhuc hîc tenemur in infirmitate corporis, ſequamur eum tamen paſſibus amoris. Hæc Gregor: Ab hac ſequela non terreat nos difficultas aliqua, facile namque ſequi poterimus, ſi nos membra fuerimus capiti noſtro Chriſto charitatis vinculo colligati, *quod eſt vinculum perfectionis.* Coloſſ. 3. Exemplum huius habemus à B. Ambroſio in Hexamero: Sicut enim, inquit, aqua in tantam altitudinem in conductu aſcendit, à quanta principium trahit, & ſi aliquid leue, vt penna vel lana, vel ſimile huiuſmodi in ea ponatur, illud etiam ſecum aſcendere facit. Ita Chriſtus natura diuina, de quo Eccleſ. 24. *Sicut aquæ ductus exiui de Paradyſo* ad eundem locum redit portans ſecum leues, ponderoſitate peccati non grauatos. Ecce Chriſti aſcenſionis cauſas.

Pſal. 18. Cant. 1.

Chriſti ſaltus.

Charitatis vinculo colligati, facilè Chriſtum ſequimur.

C

Secundo circa illam conſiderandus eſt aſcenſionis modus. Vbi notandum quod Chriſtus multiplici modo aſcendit. PRIMO namque aſcendit *potenter*, quia propriis viri-

Chriſtus aſcendit.

viribus, *Paulus enim fuit raptus in cœlum.* vt dicitur 1. Cor. 12. *Enoch translatus.* Eccl. 44. *Helias per currum igneum eleuatus.* 4. Reg. 2. *Sed Christus propria virtute.* Vnde circa illud Ioan. 3. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit,* dicit glossa, virtute propria. Et ideo virtutem suam admirantes angeli dicebant illud Isa. 63. *Quis est iste qui venit de Edom,* id est de mundo. Edom enim interpretatur sanguineus, & significat mundum, in quo vt habetur Os. 4. *Maledictum mendacium, & furtum, & homicidium, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Quærebant Archangeli, *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus?* id est, membris corporis aspersis sanguine? Et iterum, *Quis est iste, qui venit de Bosra,* id est ciuitate firma & munita, scilicet inferno, vbi animæ firmiter detinebantur, ita quod nulla egredi poterat, & sequitur. *Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis suæ.* Et respondet ipsemet ibidem. *Ego,* inquit, *qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.*

1. Potenter.

SECVNDO ascendit *patenter* & manifestè, vnde Actor. 1. dicitur. *Videntibus illis eleuatus est in cœlum.* Et Ioan. 16. *Vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis,* dicit glossa, ita palam ascendam, vt nemo interroget, quod visu corporali cernat. Ideo autem illis videntibus ascendere voluit, vt ipsi ascensionis testes existerent, & naturam humanam ferri in cœlum gauderent.

2. Patenter & manifestè.

TERTIO ascendit *lætanter*, secundum illud Psal. 46. *Ascendit Deus in iubilatione, Dominus in voce tubæ.* Vnde Augustinus, Ascendente Christo pauet omne cœlum, mirantur astra, plaudunt angelorum agmina, tubæ sonant, & lætis immiscent blanda modulamina chori.

3. Lætanter.

Fuit autem ascensio eius iubilosa & lęta. PRIMO sibiipsi, propter operis sui consummationem. Solent enim homines lætari multum, quando opera magna laudabiliter perfecerunt. Sic Christus opus maximum à Patre sibi commissum fortiter & magnificè expleuerat de quo Ioan. 17. *Opus consummaui quod dedisti mihi,* & eodem 19. *Consummatum est.* Mundum namque per paupertatem vicerat, Ioan. 16. *Ego vici mundum;* Diabolum per humilitatem expulerat; ibidem. *Princeps huius mundi iam iudicatus est.* Hominem perditum per amaritudinem mortis redemerat, Lucæ 15. *Congratulamini mihi, quia inueni ouem perditam,* meritò igitur lætanter ascendit. SECVNDO, fuit læta angelis propter *ruinæ suæ reparationem,* de quo Ephes. 4. *Christus, qui descendit ipse est, qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia,* id est, omnem ruinam angelorum, ex omnibus enim choris aliqui ceciderunt Lucifero consentiente. Hanc Christus in sua ascensione reparare cœpit secundum illud Psal. 109. *Iudicabit in nationibus implebit ruinas. Cum igitur gaudium sit angelis super vno peccatore pœnitentiam agente,* quantum gaudium ipsis fuisse existimandum est, cum tot milia sanctorum cum Christo ascenderunt. TERTIO, læta fuit *Patribus captiuis,* quos de limbo eduxerat, propter infernalis carceris ereptionem propter regni cælestis adeptionem, & propter ipsorum & angelorum delectabilem associationem. Vnde Isaiæ 52. *Leuauerunt vocem suam,* scilicet propter carceris euasionem, simul laudabunt propter regni cœlestis adeptionem, quia oculo ad oculum videbunt, Dei scilicet, angelorum & hominum delectabilem associationem. QVARTO, fuit læta *Apostolis & cæteris fidelibus,* vnde Ioan. 14. *Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem.* Ascendit enim pro nostra vtilitate, vt supra dictum est. Si namque duo fratres essent in exilio, & vnus reuocaretur ad patriam, altero in exilio remanente, frater exul vtiq; rogaret

D Christi ascensio lęta, propter operis consummationem.

Ruinæ reparationem.

Lucæ 15.

Patribus captiuis, quos de limbo eduxit.

Apostolis & cæteris fidelibus.

Digitized by Google

fratrem reuocatum, vt oraret pro eo, sic Christus nobiscum fuit in exilio, Psalm. 119. *Habitaui cum habitantibus Cedar*, id est, in tribulatione sed hodie reuocatus est ad patriam secundum illud, Ioan. 20. *Ascendo ad Patrem meum, & ad Patrem vestrum*, meũ quidem per naturam, vt dicit Greg. vestrum autem per gratiam. Vnde sperandum est, vt pro nobis interpellat secundum illud, 1. Ioan. 2. *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum*.

4. Festinanter. QVARTO, ascendit *festinanter*, vnde Psal. 17. *Ascendit super Cherubin & volauit, volauit super pennas ventorum*; Super Cherubin potuit ascendere & volare, quia ferebatur non virtute naturæ sicut venti, sed virtute gloriæ, per quam corpus suum habebat dotem agilitatis, quod autem festinus & velox fuerit eius ascensus, patet ex hoc, quia vt dicit Rabi Moyses, à terra vsque ad cœlum supremum tantum spatium est, quantum vnus transiret de via plana in septem millibus & septingentis annis, ita tamen, quod quilibet die iret quadraginta miliaria. Et B. Bernardus dicit, tantam esse distantiam à cœlo empireo ad terram, quod in quingentis annis vix lapis per ipsam descendere posset.

5. Honoranter. QVINTO, ascendit *honoranter*, quia cum magno & honesto comitatu. *Honor enim regis multitudo populi*. Prouer. 20. Cum honesto etiam obuiatu: Vnde Hieronymus: Omnes virtutes angelicæ Christo venerunt obuiam, decantantes gloriam Deo, & præcedentes eum ad alias virtutes cœlestes clamabant. Parate viam Domino venienti, & illi occurrite, referate cœlestes aditus, & æternalis egressus pateat, aperiantur æthereæ ianuæ, & æternarum ædium valuæ, & introibit rex gloriæ. *Et* Psal. 23. quæsierunt angelicæ virtutes. *Quis est iste rex gloriæ?* & responderunt alij, *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ*.

Circa hunc articulum de causis & modo ascensionis Christi. MORALITER primo docemur, quod ad habendam requiem cum eo, non satis est nobis, vt mundum relinquamus, sed & necessarium est, vt sicut ipse ambulauit, & ad quietem peruenit, ita & nos ambulemus. Ipse autem per labores & dolores ad requiem ascendit & peruenit, secundum illud Lucæ 24. *Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* Ideo & nos *per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei*, Actuum 14. Ad gaudium namque per dolorem, & ad requiem non nisi per laborem peruenitur. Pater namq; fecit vocari non otiosos, sed operarios, & illis reddere mercedem, Matth. 20. Vnde scriptum est. *Nemò coronatur nisi qui legitimè certauerit*, 2. Tim. 2. *Et qui non vult operari, non manducet*, 2. Thessal. 2. Ex quibus hæc regula iuris sumpta est. Qui sentit onus, sentire debet & commodum: & è conuerso. De reg. in libro 6. Sic creator omnium Deus, postquam sex diebus operatus fuit, quieuit die septimo, sic laborat agricola, *exspectando fructum post laborem*, Iacob. 5. Sic currit Athleta, *vt accipiat brauium*, & contendit agonista, vt habeat coronam, 1. Corinth. 9. Sic nauta fert fortunas & tempestates, vt ad portum perueniat. Sic pugnat miles, & vulnera ac plagas non horret, vt præmium consequatur. Sic arbores & plantæ æstate laborant, folia flores & fructus producendo, ventos, pluuias, & tempestates patiendo, vt hyeme quiescant. Sic *qui congregat in messe filius sapiens est, qui autem stertit æstate, filius est confusionis*. Prou. 10. Propterea vt in fabulis fertur facetè, derisa fuit, à formica alauda. Nam cum in hyeme hæc venisset ad formicam rogans vt grana, æstate collecta sibi impartiretur, quæ fuit formica: Tu quid æstate fecisti, & respondente alau-

Per labores & dolores peruenitur ad requiem.

Industria formicæ.

alauda, Cantaui: concluſit formica, Si æſtate cantaſti, nunc ergo ſalta, & tripudia, nam granis, quæ æſtate laboriosè collegi, hac hyeme ſola fruar delitiosè. Narrat uelius Sextus, quod Cyrus rex Perſarum volens animos exercitus ſui concitare ad bellum contra Medos, tali vſus eſt cautela. Duxit enim exercitum ſuum in quandam ſiluam, vbi maximis eum fecit vexari laboribus, in arborum ſucciſione: in craſtino verò fecit lautiſſimas epulas præparare, & exercitum cum gaudio & tripudio conuiuari: quo facto ipſe tranſiens per ſingulas turmas, interrogauit: Quis iſtorum dierum eis magis placeret? qui omnes reſponderunt, quod longè plus ſecundus dies placeret quàm primus. Quibus ipſe ſubiunxit: Sicut, inquit, per heſternum laborem ad hodiernum conuiuium peruenistis, ſic felices beatiq; eſſe non poteritis, niſi prius alendos inimicos veſtros viceritis. Sic moraliter, ſi ad veram requiem peruenire voluerimus, neceſſe eſt, vt cuncta nobis aduerſa prius laborando & ſufferendo vincamus. Figura habetur 3. Reg. 2. in aſcenſione Heliæ per turbinem, per quem tribulatio præſentis vitæ ſignatur.

Cyrus exercitum ad fortiter pugnãdũ induxit.

Docemur SECVNDO, quod ſi ad terminum velimus peruenire, neceſſe eſt nos modum Chriſti in aſcenſione ſeruare: potenter namque fortiter ac conſtanter laborandum eſt, ſecundum illud 2. Tim. 2. *Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti*, Item potenter. *Sic inquit Saluator, luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Matth. 5. *Tertio* lætanter *Seruite inquit propheta Domino in lætitia, introite in conſpectu eius in exultatione.* Pſal. 99. Sicut fecerunt illi de quibus Geneſ. 47. *Reſpiciat* inquiunt, *nos tantum Dominus noſter & lati ſeruiemus Regi. Quarto* feſtinanter. Vnde Saluator, Lucæ 13. *Contendite* inquit, *intrare per angustam portam*, & Apoſtolus Hebr. 3. *Feſtinemus*, inquit, *ingredi in illam requiem*. *Quinto* honoranter, multos verbis & exemplis noſtris ad aſſociandum nos prouocando, dicentes illud Iſaiæ 2. *Venite aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob.*

F
Laborandũ fortiter & conſtanter.
Potenter.
Lætanter.
Feſtinanter.
Honoranter

G

Circa TERTIVM principale ſcilicet terminum, ad quem Chriſtus aſcendit, tria ſunt notanda. PRIMVM, quod Chriſtus aſcendit ſuper omnes cœlos, ſecundum quod dicitur, Epheſ. 4. *Aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia.* SECVNDVM, quod aſcendit ſuper omnem creaturam ſpiritualem, Epheſ. 1. *Conſtituens illum in cœleſtibus, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.* TERTIVM, quod ſedet & quieſcit ad dexteram Dei Patris, ſecundum illud Marci vltimo. *Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum & ſedet à dextris Dei.* Ratio *primi* eſt, quia quantò aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tanto ſunt ſuperiora corporali ordine, qui eſt ordo localis. Vnde videmus quod corpora, quæ ſunt magis formalia, ſunt naturaliter ſuperiora, vt patet per Philoſophum in 4. Phyſicorum, & in 2. de cœlo per formam enim vnumquodq; participat diuinũ eſſe, vt patet ex 5. Phyſicorum. Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriam, quàm quodcunq; corpus naturale per formam ſuæ naturæ, & inter cætera corpora glorioſa Manifeſtum eſt autem, quod corpus Chriſti maiori refulget gloria, vnde maximè ſibi conuenit quod ſit ſuper omnia corpora conſtitutum in altum. Ideo circa illud, Epheſ 4. *Aſcendens in altum*, dicit gloſſa loco & dignitate.

NOTA.
I.
II.
III.

Cur Chriſtus ſuper omnes cœlos aſcenderit.

Ratio, *ſecundi* eſt, quia quantò res aliqua nobilior eſt, tanto altior ſibi locus debetur,

Cur ſuper

omnem creaturam ſpiritualem.

tur, ſicut videmus hic in curijs principum obſeruari. Corpus autem Chriſti licet conſiderando conditionem corporeæ naturæ ſit infra ſpirituales ſubſtantias, conſiderãdo tamen dignitatem vnionis, qua eſt perſonaliter Deo coniunctum, excellit dignitatem omnium ſpiritualium ſubſtantiarum. Et ideo ſecundum hoc locus Tibi debetur altior vltra, omnem creaturam, etiam ſpiritualem. Vnde Gregorius in Homilia Aſcenſionis. Qui ſecerat, inquit, omnia ſuper omnia ſua virtute ferebatur.

Cur ſedeat ad dexteram Patris.

Ratio *tertij*, quia nomine ſeſſionis quies intelligitur ſecundum illud Lucę vltimo. *Sedete hic in ciuitate*. Vnde ſeſſio debetur alicui poſt laborem, Chriſtus autem, vt ſupra dictum eſt, quàm diu fuit in hoc mundo, multum laborauit. Vnde Iſa. 1. *Laborauí ſuſtinens*. Et ideo modo ſibi quies debetur in cœlo: Vnde & ipſe dicere poteſt illud, Eccleſ. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem*. Licet enim labor paſſionis ſuæ, ratione acerbitatis, pœnarum fuerit maximus, modicus tamen dici poteſt ratione durationis per comparationem ad æternitatem. Sed multam requiem inuenit in ſeſſione ad dexteram patris, ſecundum illud Pſal. 11. *Delectationes in dextera tua vſq; in finem*. Vnde Auguſtinus in Symbolo. Sedet ad dexteram Patris. Sedêre, inquit, habitare intelligite: quomodo dicimus de quocunque homine, in illa patria ſedet per tres annos; ſic ergo credite Chriſtum habitare in dextera Dei Patris. Beatus enim eſt, & ipſius beatitudinis nomen eſt dextera patris. Ibi eſt requies illa, ad quam ſponſa Chriſtum hortata eſt, vt aſcendat, *Conſurge*, inquiens, *Domine in requiem tuam*.

H

Requies in Chriſto quærenda.

VBI NOTANDVM eſt, omnibus cum Chriſto in æternum requieſcere cupientibus, quod ibi ſolum quærenda ſit requies, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Vnde Auguſtinus in confeſſ. Quis eſt apud te Deus meus? valde magna & imperturbabilis vita: quæ intrat in te, intrat in gaudium Domini, & non timebit, ſed habebit ſe optimè in optimo. Cùm enim mens humana per nullam creaturam ſatiari poſſit, nec in aliqua quietari reſtat, vt in ſolo ſummo & vero bono poſſit habere quietem. Quod patet, PRIMO, ratione *inclinationis naturalis*. Vnumquodq; n. naturaliter inclinatur & appetit coniungi ſuo principio & ſuæ origini, vt declarat Boëtius in li. de Conſola.

Humana mens tantũ in ſummo bono quieſcit.

Ratio 1.

Repetunt, inquit *proprios quaq; recurſus*
Reditúq; ſuo ſingula gaudent,
Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi qui fini iunxerit ortum,
Stabilemq; ſui fecerit orbem.

Igitur cum anima à ſolo Deo immediatè habeat originem, ſequitur quod in eo ſolo quietare poſſit. Cuius ſignum inuenitur in motu cordis humani. Illud namq; continuè mouetur abſq; omni interpellatione, innuens, quod quieſcere non valeat, quamdiu agitur ſpiritu naturali creato. Vnde ſi Deus interrogaret animam rectè ratione vtentem. Cur cor eius ſic continuo pulſu moueretur? Reſponderet, quia, Domine, in nullo præterquam in te poſſum quietari, ideo continuè ad te anhelo: quod Propheta teſtatur, Pſal. 26. *Tibi*, inquit, *dixit cor meum*, motu ſcilicet ſui hoc indicando, & quid? *exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram*. Vbi B. Auguſtinus. Quicquid inquit, mihi præter Deum eſt, dulce mihi non eſt. Quicquid mihi vult dare Dominus meus, auferat, & ſe mihi det. Rationem aſſignat in 1. Confeſſ. Inquietum eſt, inquit, cor noſtrum, donec requieſcat in te. Figura huius habetur, Geneſ. 8 in colum-

Cor hominis in ſolo Deo quietari poteſt.

Digitized by Google

columba per Noë emissa: illa namque in toto orbe non inuenit vbi quiesceret pes eius, donec reuersa fuit in arcam vnde recesserat.

SECVNDO patet hoc ratione *ponderositatis* animæ. Ponderibus namque suis agun- Ratio 2.
tur, & loca appetunt singula, vt dicit Augustin. 13. Confess. & subdit post pauca. Pondus meum, amor meus, eò feror quocunque feror. Sicut igitur grauia non sunt quieta, nisi sint deorsum, nec leuia, nisi sint sursum, ita nec anima nisi sit in Deo. Vnde Bernardus. Omnis, inquit, creatura siue corporalis, siue spiritualis, & certum locum habet quo fertur & certum habet pondus, quo naturaliter fertur. Vnde in homine corpus fertur dorsum, & spiritus sursum. Nam terra locus est corporis. Vnde scriptum est, Gen. 3. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* De spiritu verò, Eccl. vlt. *Quia reuertetur spiritus ad Dominum qui dedit illum.*

TERTIO patet ratione *capacitatis*, vt supra tactum est. Cum enim anima capax sit Ratio 3.
infiniti boni, non potest quietari nisi in bono infinito, vnde Augustinus in Soliloq. c. 30. ad Deum ita loquitur. Anima enim, inquit, quam creasti non de te sed per verbum tuum non ex qualibet elementorum materia, sed ex nihilo, quæ quidem rationalis, intellectualis, spiritualis, semper viuens, semper in motu, quam signasti lumine vultus tui, & consecrasti virtute lauacri tui, ita facta est capax maiestatis tuæ, quod à te solo, & à nullo alio, possit impleri. Quando autem te habet, plenum est desiderium eius, & iam nihil aliud, quod desideretur, exterius restat. Hæc ille.

QVARTO patet ratione *dignitatis*; vnde Augustinus in manuali. Cor, inquit, hu- Ratio 4.
manum in desiderio æternitatis non fixum, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit, quærens requiem vbi non est. In his autem caducis & transitorijs, in quibus eius affectus captiuus tenetur, veram requiem inuenire non valet, quoniam tantæ est dignitatis, vt nullam bonum præter summum bonum ei sufficere possit.

QVINTO, patet ratione *vniuersalitatis* ipsius quietis. Solum ibi namque est requies Ratio 5.
vniuersalis, omnem excludens perturbationem & inquietudinem. *Primo* enim est 1.
ibi requies ab omni *vano amore*, *quia charitas non excidit*. 1. Corinth. 13. Vnde solum est ibi amor castus & verus. *Secundo*, requies ab omni *labore*, secundum illud Apoc. 2.
14. *Amodo dicit Spiritus vt requiescant à laboribus suis. Tertio*, ab omni *dolore*. Apoc. 3.
21. *Nec vllus dolor. Quartò*, ab omni *mœrore*. Isa. vlt. *Videbitis & gaudebit cor vestrũ*, 4.
& ossa vestra quasi herba germinabunt. Quinto, ab omni *clamore*. Apoc. 21. *neq; cla-* 5.
mor. Sexto, ab omni errore, *quia agnus qui in medio throni est reget illos, & deducet eos* 6.
ad vitæ fontes aquarum. Apocal. 7. *Septimo*, ab omni *caloris feruore*. Ibidem. *Neque* 7.
cadet super eos Sol, neque vllus æstus. Octauo, ab omni *horore*, *quia videbunt regem in de-* 8.
core suo. Isa. 33. *Nono*, ab omni *rancore*, *quia ædebit ibi populus in pulchritudine pacis*, 9.
eodem 32. *Decimo*, ab omni *timore*; *Primo* inimicorum. Tobiæ 7. *Exclusisti a nobis* 10.
inimicum persequentem nos. Secundo tribulationum *quia flagellum non appropinquabit* Requies à timore inimicorum.
tabernaculo tuo. Psalm. 90. *Tertio* dæmonum, *quia non timebis à timore nocturno*. Ibi- Tribulationem.
dem. *Quarto* mortis, *quia mors vltra non erit*. Apoc. 21. *Quinto* amissionis requiei, Dæmonum.
quia *ibi securitas vsq; in sempiternum*. Isaiæ 32. Vnde beatus Cyprianus ad Donatum. Mortis.
Vna est igitur, inquit, placida & fida tranquillitas, vna solida & firma & perpetua Amissionis requiei.
securitas. Si quis ab his inquietantis seculi turbinibus extractus, salutaris portus statione fundatus, ad cœlum oculos tollit à terris, & ad Domini munus admissus, ac

Deo ſuo mente iam proximus, quicquid apud cæteros in rebus humanis ſublime ac magnum videtur, intra ſuam conſcientiam tacere gloriatur. Nihil appetere, iam nihil deſiderare de ſeculo poteſt, qui ſeculo maior eſt. Quàm ſtabilis, quàm inconcuſſa tutela eſt, quàm perennibus bonis cœleſte præſidium, implicantis mundi laqueis ſalui in lucem immortalitatis æternæ, de terrena fæce purgari. Hæc ille. O vtinam Domine Ieſu Chriſte tecum in iſtam requiem tuam conſurgamus.

DOMINICA INFRA OCTAVAS ASCENSIONIS.

Sermo primus.

Eſtote prudentes & vigilate in orationibus veſtris; ante omnia autem mutuam in vobismetipſis charitatem continuè habentes; quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. 1. Pet. 4.

SCholares aut ſtudentes in ſtudijs vel in ſcholis priuilegiatis, qui exiſtunt, ſi lectiones magiſtrorum benè retinent, vel benè ſtudent, in Baccalaureos eò citius promouentur, & à magiſtris diliguntur, & ſi ibidem perſeuerauerint & prudenter ſe habuerint, exaltantur deinceps in Magiſtros, & adepto Magiſterio, informant alios doctrinis, quas à magiſtris didicerunt. Cuius probatio habetur in geſtis Philoſophorum.

K Scribit enim Eudoxus de Ariſtotele, qui cum eſſet octodecim annorum, ductus eſt Athenas, vt ibi literas diſceret. Exiſtens enim iuuenis doctrinam eloquentiæ didicit, & Socrati tribus annis adhæſit, vſque ad mortem ſiue terminum ipſius, à quo tantam eſt adeptus philoſophiæ diligentiam, vt eum multum diligeret, & domum eius, domum Lectoris vocaret, & ſæpè diceret Plato, Eamus ad domum Lectoris: ipſo vero abſente dicebant, intellectus abeſt, ſurdum eſt auditorium. Et quia lectiones magiſtrorum benè retinuit, in Magiſtrum, imo in Doctorem eximium, & philoſophum promotus fuit. Et viginti tribus annis viuens poſt mortem Platonis multos docuit has lectiones, quas à magiſtris acquiſiuit.

Chriſtus habet duas ſcholas, vnã in cœlo.

SPIRITVALITER Chriſtus Dominus noſter habet duo ſtudia, vel duas ſcholas. *Vnam* in cœlo, in qua ſunt ſtudentes & ſcholares eximiæ intelligentiæ & ſcientiæ, quia ipſi omnia ſciunt, quæ ad eorum beatitudinem videntur pertinere. Et quo ad hoc dicit Gregorius 4. Dialogo: Quid eſt, quod non vident beati? quoniam videntes omnia vident, quaſi dicat nihil. Ideo legitur in legenda ſancti Bernardi, quod idem ſanctus Bernardus cuidam Abbati in monaſterio apparuit, eum vt ſequeretur admonuit, qui cum ſequeretur, dixit ei. Ecce ad montem Libani venimus, & tu hic manebis, ego autẽ illuc aſcendam. Interrogatus autem ab eo, ad quid vellet aſcendere, ait diſcere volo. Miratus ille: Quid, inquit vis diſcere, cui hominem in ſcientia nullum credimus eſſe ſecundum? Cui Bernardus: Nulla hic ſcientia, nulla cognitio: ſurſum ſcientiæ plenitudo, ſurſum vera notitia veritatis. Secundam ſcholam habet in mundo in qua Spiritus S. per ſuam gratiam ſummus magiſter eſt & doctor. Quia dicit Remigius in Homil. Niſi gratia Spiritus S. doceat interius, fruſtra omnis magi-

Exemplũ de S. Bernardo.

Alia ſchola Chriſtus eſt in mundo.

Digitized by Google

magiſter exterius docet vel laborat. In hac quidem ſchola Chriſtus olim per ſe fuit magiſter habens principaliter 12. ſcholares, ſcilicet Petrum & Andream &c. Quibus continuè lectiones legit & doctrinas.

Interdum prudentiam. Matth. 10. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Nonnunquam autem de Vigilia. Matth. 24. *Vigilate ergo, quia neſcitis quando Dominus veniet.* Et Matth. 16. *Vigilate & orate:* Quandoque legit eis lectionem de charitate Ioan. 13. *Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem:* interdum de hoſpitalitate. Matt. 25. *Hoſpes eram & collegiſtis me.* Interdum de humilitate, Matth. 11. *Diſcite à me*, ſcilicet humilitatem, *quia mitis ſum & humilis corde.* Has lectiones & doctrinas beatus Petrus inter ceteros retinuit, & promotus poſtea in Magiſtrum & Doctorem ſanctæ Eccleſiæ, eas alios docuit, cum in verbis epiſtolæ dixit. *Eſtote prudentes*, quoad primam lectionem: *Et vigilate*, quoad ſecundam, & ſic de alijs. Et ſic quantum ad propoſitum ſufficit, hortatur diſcipulos ad aliquas virtutes. *Primo* ad prudentiæ diſcretionem, ibi. Eſtote prudentes *quo ad primam lectionem. Secundo* ad orationis deuotionem, ibi, *vigilate in orationibus. Tertio* ad charitatis perfectionem, ibi, *ante omnia mutuam charitatem continuam. Quarto* ad hoſpitalitatis ſectationem, ibi, *hoſpitales inuicem.*

Quantum ad PRIMVM dicit beatus Auguſtinus lib. 2. de Trinit. Adeo eſt admiranda in brutis quædam prudentia, in quibus cum nulla ſit propriè loquendo ſcientia, quædam tamen in eis ſimilitudo ſcientiæ inuenitur. *Et ſubdit:* Euidentem enim habent ſolertiam in fœtuum educatione, in nutrimentorum acquiſitione, in vulnerum medicatione, in mutationis temporum præcognitione, & in ſuorum comparium dilectione. *Primo* habent bruta prudentiam in fœtuum educatione vel nutritione, quia valde ſolerter nutriunt eos & cuſtodiunt. Et hæc ſolertia patet, quod cibis congruentibus paſcunt eos: quia columba paſcit pullos ſuos paucis granis. Sed Ciconia, quia ſerpentibus paſcitur, ex eis gratiſſimam eſcam defert pullis ſuis, vt dicit Iſido. lib. 12. Alij etiam inſtruunt pullos ſuos, vt quærant ſibi cibos. In hoc hiſtorialiter docent parentes carnales prudentes eſſe in nutritione filiorum carnalium, vt quibus dederunt naturæ fundamentum, dent etiam eis vitæ alimentum. Sed duplices ſunt parentes boni & mali. Boni ſignificantur per columbas, quia ſicut columbæ per ſe pura grana legunt, & pullis ſuis deferunt nutrimentum, ſic boni parentes & homines labore manuum ſuarum quærunt neceſſaria vitæ, pura & iuſta, quibus nutriunt pueros ſuos, ſicut legitur Tob. 1. de Tobia ſeniore, qui *diuidebat vnicuique prout potuit, de facultatibus ſuis*, ſcilicet iuſtè acquiſitis non raptis, non furatis, vel vſura acquiſitis. Nam & capite 2. legitur, poſtquam ipſe excæcatus eſſet ex ſtercore hirundinis, *Anna vxor eius ibat ad textrinum opus quotidie, & de labore manuum ſuarum victum, quem conſequi potuit, deferebat. Vnde factum eſt, vt hœdum caprarum accipiens detuliſſet domi. Cuius cum vocem balantis vir eius audiſſet, dixit. Videte ne fortè furtiuus ſit, ſed reddite eum dominis ſuis, non enim licet nobis edere aut contingere aliquid ex furto.* Ecce iſte ad inſtar columbę voluit filium ſuum ex benè acquiſitis nutrimentis, velut ex puris granis, enutrire. Inſuper iſti boni parentes velut homines prudentes, ſi non habent vnde pueros ſuos enutriant: vt ſe ſaltem enutrire in futurum poſſint, artificium eos inſtruant, iuxta præceptum Catonis, cum dicit.

Bruta habẽt prudentiam in fœtuum educatione & nutritione.

Officium bonorum parẽtum erga filios.

Cum

Cum tibi sint filij nec opes, tunc artibus illos.
Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

M Sed diceret aliquis: In quibus artibus sunt filij instruendi? Vult Ægidius Romanus in de Regimine principum 2. parte lib. 2. cap. 6. quod omnes homines decet cognoscere litteras: vt per eas prudentiores effecti possint illicita præcauere: Per hoc videtur velle, quod pueri sunt instruendi in artibus liberalibus. *Et subdit.* Videntur tamen aliqui licitam habere excusationem, si studio literarum non insudant Huiusmodi sunt pauperes non habentes necessaria vitæ, hi videntur esse excusabiles propter paupertatem, quia dicit Philosophus, Impossibile est literis vacare, non existentibus prouentibus. Nobiles autem & diuites, & maximè reges & principes, in diuitijs abundantes, omnino existunt irreprehensibiles circa regimen filiorum: si ab ipsa infantia artibus aut disciplinis liberalibus imbuantur. Et cap. 7. dicit, quod olim solum filij nobilium artes liberales addiscebant. Hæc ille. Sed certè quod olim solum erat commune nobilibus & diuitibus, scilicet studere artibus, hoc nunc datum est pauperibus etiam non solum nobilibus, quia tam pauperes quàm diuites & nobiles, artibus studeant liberalibus. Si tamen parentes nollent quod filij eorum his artibus studerent liberalibus, prudenter agerent, vt eos ad alias artes manciparent. Quia legitur de Octauiano Imperatore, qui cum posset filijs suis sufficere hæreditaria possessione vel portione, voluit tamen eos instrui: vt si bona sua retinere non possent, & aliena nequaquam acquirere scirent, tamen sibiipsis suo labore subuenire: vnde eos ad gradum militarem, ad cursum, saltum, ad vsum natandi, & iaciendi missilia & lapides manu vel funda, fecit exerceri. Quia vt Plato dicit in suis Prouerbijs. Si Pater non studet instruere filium artem vel scientiam, quibus alatur, proficiatur, vel lucretur, filius non tenetur in necessitatibus patri prouidere.

Filij applicãdi ad studia.

Filij à studijs abhorrentes reuocandi ad alias artes.

Quibus artibus instruendæ filiæ.

Sed diceres. In quibus artibus sunt filiæ instruendæ, vt sibi possint necessaria prouidere? Respondet Ægidius vbi supra, cap. 7. Oportet in talibus differenter loqui secundum diuersitatem personarum. Texere enim, & filare, & operari sericum, satis videntur opera competentia fœminis. Ideò scribit Valerius in policrat. libr. 6. Quod Octauianus filias suas lanificio fecit instrui, vt si eas ad extremam necessitatem vel paupertatem, nubila fortuna proijceret, se saltem per artem possent enutrire. *Et subdit Ægidius.* Si fœmina instruenda in tam esset alto gradu, quod non esset dignum vel consuetum, vt se circa talia exerceret, adhuc non esset admittenda, quod viueret otiosa, sed tradenda esset studio literarum, vt sic non vacaret otio, sed sæpius librum accipiens se lectionibus occuparet. Legitur tamen, quod Constantinus Imperator præcepit, vt filiæ suæ artem & consuetudinem manibus operandi haberent, vt per exercitia operis vitia vitarent, vt, si fortuna eis non arrideret, scirent laboribus manuum victum sibi quærere & amictum. Hæc enim omnia ad prudentiam pertinent, & innuuntur in hoc, quod quædam animalia bruta filios suos instruunt, vt cibos sibi quærant.

N Sed per Ciconiam, quæ immundis vescitur, & hæc immunda quasi gratam escã pullis suis defert, significantur mali parentes, qui immundis cibarijs, vt per rapinam, furtum vel vsuram acquisitis vtuntur, & filijs suis illa deferunt & relinquunt, quæ vertuntur eis in venenum aspidum insanabile, æternæ videlicet maledictionis.

Ciconia significat malos parẽtes.

Nam

Digitized by Google

Nam vſurarij & filij eorum, ſe inuicem in inferno maledicunt. Iuxta illud Sap. *De patre impio quæruntur filij, quoniam propter illum ſunt in opprobrio.* Eccl. 41. De hoc habetur exemplum * de quodam Eremita, qui Patri & fratri noluit ſuccedere in malè acquiſitis, confugit ad eremum, ſed his mortuis orauit Deum, vt ei ſtatum illorum dignaretur reuelare: Qui ductus ad infernum, & eos ibi non inueniens, ad vltimum exierunt de quodam puteo in flãma ignis mordentes ſe inuicem: Pater de filio dixit: Maledictus ſis tu, quia pro te vſurarius factus ſui. Reſpõdit filius Patri: Maledictus tu ſis, quia ſi tu iniuſtè non acquiſiuiſſes, ego non tenuiſſem. Ideo chariſſimi quærite cũ columba grana pura iuſtæ & puræ ſubſtantiæ, & de illis filios filiaſq; veſtras enutrite.

* Apud Guliel. de Lug. in ſumma vitiorum, c. de Auaritia rubrica 2. Pater & frater damnati, propter bona malè acquiſita.

MORALITER autem parentes debent grana pura cum columbis colligere, & filijs ſuis deferre. Per granum purum *vno modo* intelligitur humanitas Chriſti. Iuxta illud Ioan. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet.* Hoc quidam tunc colligunt, quando articulos fidei de humanitate Chriſti de cophino prædicatorum addiſcendo aſſumunt, ſed eos filijs deferunt, quando eos in illis inſtruunt. Et articuli de humanitate Chriſti ſunt ſeptem, vt dicit gloſ. ſuper c. Firmiter, de ſum. Trinit. & fide Cathol. ſcilicet incarnatio, natiuitas, baptiſmus, paſſio mors, deſcenſus ad inferos, reſurrectio, aſcenſus ad cœlum, aduentus ſecũdus ad iudicium. Et ponitur hic *incarnatio & natiuitas* pro vno articulo, & *paſſio Chriſti & mors* etiã pro vno, & ſic erunt ſeptem. Hi articuli ſunt quaſi ſeptem grana pura tritici, ſcilicet humanitatis Chriſti, quos debent parentes filijs deferre, & eos cum eiſdem ſpiritualiter enutrire. *Alio modo* per granum intelligitur verbum Dei, in quo mores boni diſcuntur, & hoc idem parentes debent à prædicatoribus colligere, & filijs deferendo dicere, & eos mediantibus illis inſtruere. Quia dicit Bernardus. Sicut tenentur filijs parentes in educatione corporali, ſic etiam in diſciplinis morum, & ſi hoc non ſeruant, & fidelitatem naturalem deſerunt, ſunt deteriores eis, qui licet non ſint ſub lege gratiæ, tamen ſeruant illud inſtinctu legis naturæ. Vnde Apoſtolus 1. Tim. 5. *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negat, & eſt infideli deterior.* Et ponitur diſt. 47. c. ſicut hi §. neceſſe eſt.

O

Granum purum, humanitas Chriſti. Articuli de humanitate Chriſti.

Granum verbum Dei.

Sed diceret aliquis. In qua ætate debent filij & filiæ inſtrui in morum diſciplinis. Reſpondet Ægidius, vbi ſuprà ex dicto Ariſtotelis, quod à decimo quarto anno, quia tunc perfectius incipiunt habere vſum rationis, & tunc videndum eſt, quod ſint prudentes, & quod benè illuminatum intellectum habeant. Et ex tunc poſſunt inſtrui in illis ſcientijs, per quas poſſunt fieri prouidi & prudentes. Vt ſunt ſcientiæ morales, quia per eas ſcire poterunt quomodo ſe & alios poſſunt gubernare; Sed ante hãc ætatem ſcilicet quatuordecim annorum iuuenibus, qui ſunt paſſionum ſecutores, & non ſufficientes moralium auditores, non ſunt moralia dicenda. Sed poſt hos annos, vt ſe refrænent, ne paſſiones & laſciuias inſequantur.

Filij & filiæ quando diſciplinis inſtruendi.

SECVNDO, bruta animalia ſunt prudentia in latibulorum ædificatione. Et hoc patet PRIMO de apibus, quæ miro modo ædificant regi ſuo ſine apiaſtro domunculam in aleuari, in qua debeat habitare, quod etiam vix manus hominum ſufficeret ad hanc parandam; deinde faciunt domos, in quibus habitant aliæ apes, vt dicit Ariſtot. lib. 10. de Animal. Eo modo moraliter & nos Chriſtiani ſecundum exhortationem Apoſtoli. *Eſtote prudentes*, vt primũ & præ omnibus regi pio & benigno Ieſu Chriſto domum regis cordis veſtri ædificetis de cæra, virginea, videlicet, continentiæ & caſtita-

P

Prudentia apum.

Digitized by Google

ſtitatis, & de melle dulcedine charitatis, quia qui voluerit Chriſtum in ſuo ſacramẽto ad futurum tempus Pentecoſtes in domũ cordis ſuſcipere, neceſſe habet illud primo præparare, & hæc præparatio fit per continentiam à vitijs & charitatem, *quæ operit*, vt dicit Apoſtolus, *multitudinem peccatorum*, & etiam hominem cum Deo vnit; quia dicitur, 1. q. 1. c. multæ autem operationes, Charitas quæ operit multitudinem peccatorum proprium donum eſt Catholicę vnitatis. SECVNDO, patet hoc de hirundinibus, quæ nidum tàm artificiosè componunt, quod vix ſufficeret humana induſtria de quauis materia facere, quod facit hirundo ſolo roſtro de argilla, propter quod quidam crediderunt eas habere intellectum. Sicut Philoſophus dicit 2. Phyſicorum, quod licet non ſit verum, docent tamen nos eſſe prudentes, vt videlicet domum conſcientiæ virtutibus conſtruamus, in qua reſideat & inhabitet Deus quia dicit Sap. 8. *Intrans in domum meam, quieſcam in illa.* Non enim habet amaritudinẽ conuerſatio illius, vbi per domum gloſ. intelligit conſcientiã, in qua ſi munda eſt, requieſcit Deus; Ideo hanc tenemur ei ædificare per ſanctam conuerſationem, *quia domum tuam Domine decet ſanctitudo in longitudine dierum.* De ſecuritate conſcientiæ & tranquillitate loquitur B. Greg. ſuper Ezech. hom. 9. In omni, inquit, quod dicitur, ſemper recurrere debemus tacitè ad mentem & interiorem teſtem & iudicem requirere. Quid enim prodeſt, ſi homines laudent & conſcientia accuſat? Aut quid poterit obeſſe, ſi omnes derogent, & ſola conſcientia defendat? Quaſi diceret, nihil. Qualis autem ſit bona conſcientia docet Hugo de S. Victore lib. 2. c. 6. Tranquilla conſcientia eſt dulcis, nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiã, cunctis ad beneuolentiã, quibus poteſt ad beneficentiam: cui Deus nec ſua peccata imputat, quia non fecit: nec aliena, quia non approbauit: nec negligentiam, quia non tacuit: nec ſuperbiam, quia in humilitate permanſit. Hęc ille. Iſtam domum conſcientiæ debemus benè fundare, aut ædificare, aut honeſtè mundare quia hirundo domunculam ſuam non ſolũ ſolerter ædificat, ſed etiam ſæpius mundat, & hæc mundatio debet fieri per frequentẽ confeſſionem, qua mundata poteſt in ea quieſcere, tàm Deus quàm homo.

Prudentia hirundinum

Tranquilla conſcientia, quid?

Sed dicit Holkot, lect. 115. In iſta domo conſcientiæ, malè parant ſibi quietẽ multi homines mundani, quia illud quod durius, ponunt ſibi ſub capite, & quod mollius eſt, ponunt ſub pede. Moraliter. Conſcientia in mente eſt, ſicut caput in homine, & ſenſualitas eſt ſicut pes. Qui ergo ponit in ſenſualitate delectationem, & peccatum in conſcientia, quæ murmurat contra peccatum, durè reclinat caput ſuum. *Et ſubdit:* Iſtam domum fundant quidam ſuper aquas voluptatis, quidam ſuper arenas cupiditatis, & ideo conſcientiæ talium ſtare non poſſunt, eo quod carent ſolido fundamento. De hoc etiam dicitur, Matth. 7. *Vir ſtultus ædificat domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia & flauerunt venti, & cecidit domus*, ideo vt idem dicit, Domus conſcientiæ, vt benè ædificetur, debet habere quatuor.

Mala conſcientia, quid?

Bonæ conſcientia debet habere quatuor.

Primum, eſt ſolidum firmamentum. *Secundum*, honeſtum ornamentum. *Tertium*, frequens purgamentum. De his tribus vide prima parte, feria quarta Iudica AA. T. V. X. *Quartum*, eſt aptum tegumentum. Cooperimentum enim conſcientiæ bonæ & honeſtas conuerſationis virtuoſæ, vt ſic boni viri, quod dicerent interius, oſtendant exterius, vt dicitur Matth. 5. *Et ſic luceat lux eorum coram hominibus, vt videant opera bona, & glorificent patrem eorum, qui in cœlis eſt.* Ideò dicitur Matth. 10. *Quod in aure auditis prædicate ſuper tecta*, id eſt, per honeſtam conuerſationem. Sed

ſunt

ſunt certè quidam homines, qui de domo conſcientiæ ſuæ & eius ædificatione quaſi per totum annum nihil curant, ſed eam permittunt ruere in diuerſa peccata, vt exponatur de ipſis illud Prouerb. 2. *Inclinata eſt ad mortem*, id eſt, ad mortale peccatum, *domus eius, & ad inferos ſemitæ eius*. Quia domus, quæ non inhabitatur, nec continuè reformatur, ad caſum tendit, & ibi multitudo vermium venenoſorum conquieſcit. Sic eſt de domo conſcientiæ, quæ ſi non inhabitatur per frequentem peccatorum meditationem, nec reformatur per ſedulam contritionem & confeſſionem, talis ad mortem æternam continuè ruit, & multitudo peccatorum, quæ quaſi vermes mordent, ibi conquieſcit. Sed tamen homo hoc non percipit, niſi cum in quadrageſima ad pœnitentiam venerit, & conſcientiam ſuam benè examinauerit, tunc inueniet remorſum peccatorum veterum. Et certè adhuc beatus ille erit, cui tunc Dominus ſua peccata dat cognoſcere, vt ea poſſit per confeſſionem expellere & deflere: ſed è contra in æternum infelices erunt, qui peccata ſua non cognouerunt, nec ea confeſſi fuerunt, quia *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. Iſa. vlt.

Quidam per totum annũ nullam conſcientiæ curam habent.

Damna malæ conſcientiæ.

TERTIO, animalia bruta ſunt ſolertia in nutrimenti procuratione, quod patet in formicis, quæ docent nos prudentiam. PRIMO, in prouidendo neceſſaria. Nam ſecundum Iſidorum lib. 12. Formicæ prouident ſibi in futurum. Nam in æſtate congregant, vnde in hyeme viuant. Congregat autem triticum, & non curat hordeum, de hoc dicit Phiſologus.

R

Solertia formicæ in procuratione nutrimenti.

Hæc frumenta legit, ſi reperit hordeum, ſpernit.

MORALITER per tempus æſtatis, intellige tempus gratiæ in præſenti. Sed per hyemem intelligitur tempus tribulationis & iudicij futuri. In tempore ergo gratiæ, in præſenti prouidere debemus nobis neceſſaria, in futurum congregando ſpiritualia & æterna, videlicet virtutes & verba Dei audiendo, quo cibatur anima, & non curare debemus temporalia, quia ſpiritualia ſunt velut triticum, quod eſt in horreum cœleſte præmittendum. Iuxta illud Matt. 13. *Triticum congregate in horreum meum*. Sed temporalia ſunt velut hordeum, & ſunt continenda, niſi quantum ad vſum, vel non ſunt deſideranda, quia dicit Auguſt. Orando Deum, hoc licet orare, quod licet deſiderare. Sed hoc magis diſtinguit S. Thomas dicens. Temporalia deſiderare non quidem principaliter, vt in eis finem cõſtituamus, ſed ſicut quædam adminicula quibus adiuuamur, ad tendendum ad beatitudinem in quantum per ea ſuſtentatur vita corporalis, & in quantum nobis inſtrumentaliter deſeruiunt ad actus virtutum. Sed Phiſologus per triticum intelligit nouum teſtamentum, & per hordeum vetus, cum dicit Iudæ. Nouam legem collige non veterem, quaſi diceret, colligendum eſt Euangelium Chriſti in armario cordis recondendum per meditationem. Sed vetus lex, quæ eſt figura nouæ legis, eſt ſpernenda, quia ſi literaliter intelligitur, occidit. Iuxta illud Apoſtoli 2. Cor. 3. *Litera occidit, ſpiritus autem viuificat*. Et hoc habes, quod ſpiritualia potiùs quàm temporalia, & legem Euangelij debemus eligere magis, quàm legem Moyſi: quia ſpiritualia & lex Euangelij ſunt cibus animæ, quem cibum colligere exemplo formicæ debet prudens quilibet in hoc tempore gratiæ. Ideo ſapiens dirigit quemlibet noſtrum ad formicam ad diſcendum eius ſapientiam. Cum dicit Prouerb. 6. *Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam, quæ cum non habeat nec ducem nec præceptorem, tamen in æſtate cibum ſibi congregat, quod in hyeme comedat*, quaſi diceret, in hoc ſunt homines quidã imprudentiores quã formica, quia

habent prædicatores, qui eos ad hoc hortantur, & tamen negligunt profectum proprium & salutem.

Formicæ prudentia in conseruandis rebus.

SECVNDO, formicæ docent nos prudentiam necessaria conseruando. Nam dicit Solinus de mirabil. mundi Quod formicæ grana quæ colligunt, solerter decorticant, & in secretis locis domuncularum cautissimè deponunt, nè ab auibus rapiantur, vel à vento dispergantur.

Intentio triplex,

MORALITER grana sunt bona opera vel eleemosynæ, ieiunia & orationes, & sic de alijs, quæ tunc decorticantur, cum qua intentione fiant, inspiciántur, quia aliqua est intentio peruersa fauore hominum & amore carnali, alia mercenaria, quæ fit propter vitæ necessaria, altera recta, quæ tendit in Deum. Ideo dicit Bern. ser. 4. super Cant. Si amans turpia appetit, intentio turpis est, & fœdans faciem animæ & corpus. Sed si honesta appetit, intentio sua erit honesta ideo decortica opera tua, quæ facis, & vide, qua intentione ea perficis, quia intentio mala, facit opus bonum non valere,

Bona opera sunt occultanda.

vt 32. quæst. 5. cum minister, cum se. Decorticatis igitur bonis operibus & inspectis, si bona intentione fiant, absconde ea per humilitatem in domunculam cordis tui, ne à dæmonibus rapiantur, qui dicuntur aues cœli, quæ partem seminis, quod in viam cecidit, comederunt, Lucæ 8. Vel ne à vento iactantiæ dispergantur quia dicit Augustin. contra Faustum. Quicquid ergò bonum fuerit, de quo te iactaueris totum, frustra friuolum & inanè est oculis omnium conditoris. Cui concordant Sixtus Pythagoricus. Quantumcunq; inquit, quis benè egerit, si tamen se sic peracto opere iactat vel eleuat, nullam inde mercedem meritumq; reportat. De hoc quære plura supra parte 1. feria 6. in Quinquagesima 1, serm. 2. S. T.

Formica docet prudentiam in exsiccandis granis.

TERTIO, docent nos prudentiam in grana desiccando, quia dicit Isidorus lib. 12. quando pluit super triticum coaceruatum, totum eijcit, & soli exponit, vt iterum exsiccetur. MORALITER pluuia est tentatio, vel diabolica corruptio, iuxta illud Matt. 7. *Pluuiæ venerunt, & flauerunt venti*, quasi diceret, Venerunt tentationes, & mouerũt propositum infirmi hominis. Hęc quidem tentatio, quando in nobis accidit, quæ triticum, id est, nutrimentũ nostrum spirituale corrumpere & perdere possit, debemus illa reparare calore solis & feruore contritionis, vel manifestatione confessionis, quia illud, quod soli exponitur in lucem progreditur. vt dicit Anselmus lib. 5. cap. 102.

Formicæ prudentia in custodiendis granis.

QVARTO, formicæ sunt prudentes in custodiendo. Dicit enim Plinius in spec. natu. & Aristot. Quædam sunt formicæ in India magnæ & cornutæ, quæ mira auiditate gemmas & aurum custodiunt, sed hoc Indi furantur æstiuo tempore, quando formicæ in cumulis propter feruorem nimium absconduntur. Sed formicæ sunt valdè sollicitæ, peruolant enim, & aurum deferre cupientes crebrò lacerant. Tanta q; est in eis pernitiosa feritas amore auri quod auferentes grauiter lædunt.

MORALITER per aurum intelligitur fulgur cœlestis patriæ, iuxta illud Apocal. 21. *Ipsa ciuitas ex auro mundo constructa est*, Vel per aurum virtus caritatis intelligitur iuxta illud Apoc. 1. *Precinctum ad mamillas Zona aurea* id est, ligatum in interioribus vinculo caritatis. Vel per aurum virtus patientiæ designatur, iuxta illud Iob 23. *Probauit quasi aurum, quod transit per ignem.* Illud, inquam, aurum splendoris cœlestis patriæ, caritatis & patientiæ ad instar formicarum, quilibet homo debet diligenter custodire, vt per virtutem caritatis & patientiæ possit venire ad splendorem cœlestis patriæ. Sed notabile est, quod Indi furantur formicis aurum, quia Diabolus cuius

mens

Digitized by Google

mens obſeſſa eſt duobus vitijs, ſuperbia videlicet & inuidia, vt dicit Bonauentura ſupra Magiſtrum 2. ſentent. nititur furari homini caritatem & patientiam, ne poſſit venire ad cœleſtem, quam ipſe perdidit, patriam. Ideò cum magna ſollicitudine hoc aurum conſeruare debemus & cuſtodire, quia dicit Dominus Apoc. 3. *Ecce venio citò*, ſcilicet ad te puniendum, *tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam*.

V

Canis vulneratus ſe ſua lingua ſanat

QVARTO, animalia bruta ſolertia ſunt in vulnerum medicatione vel curatione, ſicut patet de cane, qui cum vulneratus fuerit, lingua ſua vulneri adhibet medicamen, quia dicit Ambroſius in Hexam. Lingua canis liniendo vulnus corruptionem vulneris ſibi attrahit, & imbibit. Et Auicen. lib. 6. medicinalium. Lingua, inquit, canis medicinalis dicitur, non quod aliquam vulneri conferat medicinam, ſed quia vulneris extrahit putredinem.

MORALITER homo vulneratur per peccatum in anima ſua, ſicut figuratum eſt. Luc. 10. de illo, *qui tranſiens ab Hieruſalem in Hiericho incidit in latrones, qui vulnerauerunt eum, & ſemiuiuo relicto abierunt*. Hieruſalem interpretatur timor perfectus, Hiericho verò luna. Tunc enim tranſit homo ab Hieruſalem in Hiericho, quando à *timore, qui expellit peccatum* Eccli. 1. vadit ad ſtultitiam mundi, quæ ſignificatur per lunam, iuxta illud Eccli. 27. *Stultus vt luna mutatur*. Et tunc incidit in latrones, de quibus dicit Greg. in homil. Quod iter noſtrum quaſi quidam latrunculi obſident, & hi vulnerant ipſum per peccatum. Vnde bene dicere poteſt illud Cant. 5. *Percuſſerunt me & vulnerauerunt me*.

Si ergo vult mederi huic vulneri, diſcat prudentiam canis, qui mediante lingua vulnus lingit & curat. Sed quid eſt vulnus lingua lingere, niſi peccatum per confeſſionem detegere. Tunc enim vulnus peccati lingere videtur, cum illud coram Sacerdote detegendo confitetur. Iuxta illud Boe. libr. 1. de conſolat. proſa. 4. Quid fles? quid lacrymis manas? confiteare mihi: ſcilicet tua mala non abſcondas, quaſi diceret, nihil proſunt lacrymæ, niſi ſequatur confeſſio. Si enim operam medicantis expectas, oportet, quod vulnus tuum detegas.

An lacrymæ valeant ſine confeſſione.

Sed contra hoc diceret aliquis. Videtur quod valent lacrymæ ſine confeſſione ad delendum peccata: quia diſt. 1. de pœn. c. Menſuram dicit Chryſ. §. lauant lachrymæ. Lachrymæ lauant inquit delictum, quod pudor eſt confiteri. Ad hoc dicit Barth. Brixien. in gloſſa quod hoc non eſt intelligendum ſine confeſſione, quæ ſemper neceſſariò requiritur, vbi copia poſſit haberi ſacerdotum: ſed ſic intelligendum eſt, ſi peccatum adeò graue eſſet, vt cum pudore confiteamur, vt peccata carnis, ſodomitica, & contra naturam, non ideò eſt deſperandum, quia lacrymæ lauant delictum, quaſi diceret, vbi lacrymæ concurrunt cum confeſſione, ibi eſt ſpes veniæ.

X

Animalia cognoſcunt tẽporis mutationem.

QVINTO, animalia habent prudentiam in mutationis temporum cognitione, præcognoſcunt enim tempus ſui aduentus, ſuique receſſus: ſicut patet de hirundinibus, ciconijs, gruibus, vulturibus atque miluis. Iuxta illud Hierem. 8. *Miluus in cœlo cognouit tempus ſuum, populus autem meus, non cognouit iudicium meum*. Moraliter autem debemus hanc prudentiam diſcere, vt cognoſcamus mutationes temporum, videlicet proſperorum vel aduerſorum, vt in illis nos prudenter habeamus, nè videlicet in proſperis exaltemur, vel in aduerſis deprimamur. Iuxta illud Catonis.

Rebus in aduerſis animum ſubmittere noli, Spem retine, &c.

Quasi diceret, spera in Deo, quia omnia potest citò in prospera transmutare, quia Eccli 11. *Facile est in oculis eius citò pauperem honestare*, ideò idem Eccli. 2. dicit. *Crede Deo, & recuperabit te: dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veteraſce.* Vel alio modo prudenter oportet mutationes cognoscere temporum, quia Eccli. 3. dicit Sapiens. *Est tempus plantandi* scilicet in vere & *euellendi*, scilicet, quando plantatum est, videlicet in autumno. Et iterum. *Est tempus occidendi*, glossa aduersarios iustitiæ vel Reipublicæ *& est tempus sanandi. Est tempus flendi, & est tempus videndi, est tempus amplexandi*, id est, vacandi generationi, *& est tempus longè fieri ab amplexibus*, scilicet, quando est communis afflictio populi, tunc enim debent prudentes homines se à delitijs retrahere, & maximè venereorum: vt Dei misericordia citius impetretur. Vt enim dicunt Hebræi, quod tempore diluuij homines & bruta animalia in arca existentia, continuerunt se à coitu: & satis innuitur, quia egressis de arca dixit Dominus. *Crescite & multiplicamini*, Gen. 9. Et Eccli. 3. *Est, tempus perdendi, & tempus acquirendi*, quia mercatores vno tempore perdunt, & alio tempore lucrantur. Et iterum dicit, *Est tempus custodiendi*, scilicet, res in naui, quando non imminet periculum, *Et est tempus abijciendi*, scilicet, quando imminet maris periculum submersionis, tunc nauta proijcit merces in mare, ne submergantur. Et sic legitur Ioan. 1. quod *facta est tempestas in mari, & timuerunt nauta, & miserunt vasa in mare*, in his omnibus mutationibus temporum prudentes debent esse homines vniuersi. Iuxta exhortationem Apostoli. *Estote prudentes.*

Mutationes temporum prudenter obseruandæ

Vel tertio discere debemus brutorum prudentiam, in cognoscendo tempus aduentus nostri, videlicet vnde aduenimus, tam secundum animam, quàm secundum corpus. Vbi NOTA quilibet homo quo ad animam est à Deo, non quod anima sit de substantia vel essentia Dei, quia dicit August. super illud Gen. 2. *Inspiranit in faciem eius spiraculum vitæ.* Non sunt, inquit, audiendi, qui putant animam esse partem Dei. Si enim hoc esset, non videretur à se, nec ab alio decipi posse, nec ad malum faciendum, vel compelli patiendum, nec in melius, nec in deterius mutari. Idem in lib. 83. quæstionum. Aliud, inquit, est veritas, aliud anima: Veritas enim falsitatem non habet, anima autem falsitatem habet: non est ergò veritas, nec de veritate, licet à veritate sit. Hæc ille. Et sic patet, quod anima non est substantia Dei, vt quidam dixerunt, sed est à Deo per creationem, quia secundum Augustinum anima creando infunditur, & infundendo creatur, quia secundum animam sumus ex genere Dei, cognoscimus nos esse nobiles, quia dicitur Actor. 17. *Ipsius enim genus sumus*, ergò non debemus nos facere per peccatum degeneres, vel ignobiles, nobilitas non est nisi bonitas moralis. Nam omnis virtuosus est nobilis, & omnis vitiosus degener & ignobilis. Sicut testatur Boe. lib. 3. de consolat. Philosoph. metro. 6. Quid genus & proauos strepitis: Si primordia vestra, autoremque Deum spectes, nullus degener extat, in vitijs peiora fouens proprium deserat ortum. Cum ergo sumus nobiles ex parte patris nostri, esse debemus tales in moribus, vt non mentiamur, cum dicimus, *Pater noster, qui es in cœlis* Matth. 6. Et vt de nobis dici possit illud 1. Petr. 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta.* Ecce quando cognoscis aduentum tuum quo ad animam, certe seruare debes in te patris tui nobilitatem. Quantum ad corpus verò de terra sumus, iuxta illud, *terra es & in terram reuerteris.* Gen. 3. Nam secundum Plinium terra est mater nostra. Et si cognoscimus aduentum

Cognoscendum tempus aduētus nostri quo ad animam.

Nobilitas quid?

Cognoscendum est tem

Digitized by Google

tum noſtrum ex parte matris, quæ eſt terra, ſeruemus humilitatem, faciamus ergò vt Brutus, de quo narrat Valerius lib. 7. cap. 3. Qui vt Romanum aſſequeretur Imperium, terram communem matrem omnium oſculatus eſt. Iſto modo moraliter quicunque ad regnum cœleſte aſpirant, neceſſe habent in præſenti ſe humiliare, & terram matrem per frequentem recordationem oſculari, vt ſciat quilibet cuius generis ſit ex parte matris, quia non cœleſtis ſed terreſtris, vt dicat ſibi ipſi illud Sap. 7. *Sum quidem & ego homo mortalis, ſimilis omnibus ex genere terræ, non illius qui prior factus eſt*, ſcilicet Adæ; quia Actor. 17. *Fecit ex vno* ſcilicet Adam *omne genus hominum*.

pus aduersus noſtri quoad corpus.

SEXTO, animalia bruta docent prudentiam in ſuorum comparium dilectione. Nam diligunt ſuos compares. Sicut patet de Cygno, turture, & gallo. Nam gallus zelat & diligit vxores ſuas, & inuento cibo eas conuocat, & ſibi ſubtrahit, vt eas reficiat? Hanc prudentiam debent addiſcere viri, vt compares, ſcilicet vxores ſuas diligant. Iuxta illud Epheſ. 5. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam.* Et poſt pauca, *Viri*, inquit, *debent diligere vxores ſuas, ſicut corpora ſua. Qui vxorem ſuam diligit ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam ſicut Chriſtus Eccleſiam.* Contrà autem ſunt quidam viri ſimiles taxo; dicit enim Phiſologus, eſt quædam ſpecies taxi, qui ſollicitè cibum contra hiemem colligit, vnà cum fœmina reponit, veniente autem algore hiemis, timens cibos collectos ſibi deficere, maſculus fœminam ab eſu reprimit, & ipſam ad ſaturitatem comedere non permittit, quæ pacem ſimulans, & quaſi taxo maſculo cedens cauernam latenter exit, & per partem oppoſitam latibulum intrans, ignorante maſculo fauces aperit, & diu aggregatos cibos conſumit. Sic fit interdum de viro qui ſua bona & cibaria non ſolum per ſe, ſed per vxorem comportata abſtrahit ei atque negat, nec eam ſinit edere ad ſaturitatem, ſicque fit, quod vxor per aliam viam viro neſciente bona conſumit, vt ambo ad vltimam deueniant paupertatem. Et ſic patet vltimatè, quod prudentiam brutorum in condilectione comparium non habuerunt. Ideò illos hic docet Apoſtolus. *Eſtote prudentes*, ſcilicet dilectionem inuicem demonſtrantes.

Bruta docent prudentiam in ſuorum compariũ dilectione.

SEPTIMO, animalia nos docent prudentiam in temporum diuiſione, ſicut probat Ariſtot. de Vulture, qui venatur à meridie vſque ad noctem, & ab ortu Solis vſque ad meridiem in ſilentio requieſcit, ſic & tempora requietionis & venationis diuidit. Sic prudens homo tempora diuidit; quia partem quieti mentis, partem contemplationi & orationi, & partem neceſſitati corporis, per actionis laborem, diſtribuit & concedit, vt dicit Anſelm. lib. 4. cap. 73. Sic refert Vincen. in ſpecul. hiſtor. lib. 7. quod prudentiſſima Virgo genitrix prudenter tempus ſuum diuidebat, & ſibi regulam ſtatuerat, vt à manè vſque ad tertiam orationi inſiſteret, à tertia vſq; ad nonam in textrino opere ſe occuparet, & à nona iterum ab oratione non recedebat, vſque dum ei Angelus Domini appareret, de cuius manu eſcam reciperet. Ita & quilibet prudens homo debet diuidere tempus ſuum, vt de manè oret, quia dicit Dominus Matt. 6. *Primum quærite regnum Dei.* Et principaliter eſt manè orandum. Prou. 8. dicit Dominus. *Qui manè vigilauerit ad me, inueniet me.* Et Iob. 8. *Si diluculo conſurrexeris ad Deum omnipotentẽ, & deprecatus fueris, ſtatim vigilabit ad te, & placatum reddet habitaculũ tuum*, Et Sap. 16, *Oportet præuenire ſolem ad benedictionẽ tuã, &*

Animalia docent nos temporis diuiſionem.

B. Virgo prudenter ſuum tempus diuidit.

Tẽpus quomodo diuidendum.

Digitized by Google

ad-

ad ortum ſolis te adorare. Diuites enim antiquitus primo pauperi qui eis occurrit, conſuerunt eleemoſynam dare. Sic Dominus libentius exaudit eos, & dat eis id quod petunt: qui valdè mane eum exorant. Ideò B Virgo Maria manè orauit, deinde operibus manuum inſudauit, vt & nos poſt matutinas orationes eamus ad manualia opera & labores. Ita & Paulus Doctor egregius tempora ſua diuidebat, vt ſcribit Hay-mo de ipſo, quod à manè vſque ad horam quintam labori manuum inſiſtebat, vt inde victum acquireret; & inde vſque ad veſperam publicè diſputationi intendebat. Sic narrat quidam expoſitor ſuper Iuuenalem lib. 6. quod nobiles Romani ſic depoſuerunt actus ſuos per ſingulos dies, quod ſummo manè omnes ſimul petebant vel adibant actus triumphales, in quibus anteceſſores ſui pingebantur cum armis & cautelis, quibus deuicerant ſuos hoſtes, vt ſic iuuenes viſis illis accederent ad virtutes per imaginationem geſtorum: deinde templum Apollinis petebant. Poſtea iudices ad forum, Senatores ad Capitolium deſcendebant. Iudices vt cauſas tractarent, Senatores vt de communi vtilitate Reipublicæ deliberarent. Et ſic tempus vſque ad horam nonam expendebant. Et ne iuuenes à malis occupationibus impedirentur, per totum tempus ante nonam ordinatum erat, quod meretrices proſtibulum nullo modo egrederentur ante nonam, ne iuuenes à ſuis informationibus, & viri à conſilijs Reipublicæ, per delectationes libidinoſas aliqualiter detraherentur. Et ideò ſecundum Hug. meretrices apud Romanos nonariæ vocabantur, quia ad horam nonam licuit eis egredi de ſuis domibus & non ante.

Quomodo S. Paulus tẽpus diuiſit.

Quomodo Romani diuiſerunt tẽpus.

Z

Octavo, bruta docent nos in exemplorum inſpectione. Dicit enim Iſidorus lib. 12. de ſtruthione, quando venit tempus, quod ponit oua, ad Pleiades oculos leuat: non enim oua ponit, niſi iſta conſtellatio aſcendat. Cum autem hanc ſtellam oriri viderit, arenam fodit, oua ponit, & ſabulo operit, & ſtatim obliuiſcitur vbi ea poſuerit, & nunquam ea vlterius quærit, ſed calefacta arena, calor ſolis oua excoquit, & in ipſa producit pullos, qui cum fracta teſta educti fuerint, tunc mater eos recolligit, & tanquam filios recognoſcit. Sic Moraliter per Pleiades intelliguntur exempla beatorum, quæ debet quilibet prudens homo inſpicere, quia dicit beatus Gregorius in Commentario ſuper Ezechielem. Exempla bonorum ſæpe quærimus, vt in moribus proficiamus. *Et ſubdit.* Si mentis munditia cum coniugali copula quæritur, Enoch debet imitari, qui in coniugio poſitus ambulabat cum Deo, & non inueniebatur, quia tranſtulit eum Dominus. Gen. 5. Si ſubire obedientiæ virtutem nitimur. Abraham debemus inſpicere, qui relicta domo, cognatione, patria, obediuit exire in locum, quem accepturus eſſet in hæreditatem, & exiuit neſciens, quò iret. Gen. 12. Si conamur carnis illecebras vincere, Ioſeph ad memoriam redeat, qui tentante ſua domina ſtuduit carnis continentiam cum vitæ periculo cuſtodire. Gen. 39. Manſuetudinem atque patientiam obtinere ſi quærimus Moyſen ante oculos deducamus, qui exceptis paruulis ac mulieribus ſexcenta millia armatorum regens, mitis fuiſſe deſcribitur, ſuper omnes homines, qui habitant ſuper faciem vniuerſæ terræ. Num. 12. Rectitudinem zeli contra vitia ſi attendamus, Phinees ante oculos deducatur, Num 25. Qui coëuntes cum gladio transfigens, caſtitatem populo reddidit, iram Domini iratus placauit, cum ſubijt. Cùm mortis appetitum diſponere, aduerſa contemnere, Paulum ante oculos deducamus, qui non ſolum alligari, ſed & mori pro Chriſto paratus fuit, non faciens pretioſiorẽ animam ſuam

Bruta docẽt nos prudentiam.

Sanctorum exẽpla ſunt imitanda.

quàm

quàm se. Act. 21. Succendi nostrum igne caritatis si quærimus, Ioannis verba pensemus, cuius os quod loquitur, caritatis igne vaporatur. Hæc Gregorius. 1. Ioan. 2. 3. 4. 5.

Quod etiam exempla beatorum inspicere debeamus, & ea imitari hortatur Apostolus 1. Cor. 12. *Æmulamini*, inquit, id est, sequamini, vel desiderate *charismata meliora*, id est, exempla vtiliora sanctorum, quia eorum exempla sunt clara more Pleiadum stellarum fulgentia. Hæc, inquàm, cum viderimus, vel de ipsis audierimus, tunc ad similitudinem struthionis, qui ponit in arena maris oua sua, debemus in pœnitentia graui & amara perficere opera nostra & ea operire sabulo, id est, humilitate custodire, & non vlterius illa videre, id est, ad superbiendum vel ostendendum aspicere, calefacta arena id est feruescente pœnitentia calor solis, id est, amor Dei incendit, & fœtus inde meritorum producit, quæ cum testa fracta, id est, carne fracta, ante conspectum districti iudicij & examinis fuerint producta, tunc ea mater, id est, anima pœnitentis colligit, id est clarius recognoscit, tanquam suos fructus glorioſos.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo II.

Vigilate in orationibus. 1. Pet. 4.

DIcit Magister propriè. Contra cetum pugnat quidam piscis serpentinus & venenosus, qui dicitur Crocodilus, quod videntes alij pisces, fugiunt ad caudam ceti, qui si deuictus fuerit, pisces moriuntur, quod si non poterit piscis ille pestifer deuincere cetum, à faucibus suis fumosis odorem fœtidissimum mittit in aquam. Cetus verò odorifero fumo de ore emisso, pellit odorem fœtidum, & sic se suosq; protegit & defendit.

MORALITER per cetum significatur quilibet homo bonus, qui adhuc natat in aquis marinis pœnitentiæ, videlicet salutaris, vt dicatur de eo illud Habacuc 3. *In mari indignatio*, qui in mari pœnitentiæ existens, indignatur & irascitur contra peccata commissa, & in futurum committenda.

Sed per Crocodilum serpentem & venenosum, intellige Diabolum, qui pugnat contra pœnitentes, & hoc duplici manu, vt dicit Holkot lect. 136. Dæmon, inquit, pugnat contra vos duplici manu, scilicet occulta suggestione, & aperta impugnatione. *Primam*, manum euademus per prudentiam, quæ exitus rerum metitur, vt dicit Boë. lib. 2. Prosa. 1. *Secundam*, per patientiam qua, æquanimiter tribulatio toleratur. Per pisces autem alios, significantur opera viua & meritoria hominis pœnitentis, vt sunt virtutes, quę cum vident, quod Diabolus pugnat contra hominem debent fugere ad caudam id est, ad humilitatem quia ibi tuta sunt, quia vt dicit Aug. Humilitas est conseruatrix bonorum operum & virtutum. Nam sicut pisces seruantur securè circa ceti caudam, sic virtutes circa humilitatẽ infimam. Videns ergo Dæmon, quod vincere non potest hominem pœnitentem, tunc emittit in aquam pœnitentiæ suæ odorem fœtidissimum, scilicet carnalis concupiscentiæ & mentalis luxuriæ. De quo Iob 41. *De naribus eius procedit fumus sicut olle succense*, & hoc ideo facit vt hominem cum operibus suis bonis interficiat, & spiritualiter necet. Sed cum homo sentit hunc odo-

Dæmon pugnat contra nos duplici manu.

odorem fœtidum carnis, emittere debet è contra de ore & corde suo odorem odoriferum, orationis suæ deuotæ, quæ hunc fœtidum odorem carnalis concupiscentiæ repellit. Sicut patet * in Vitas pat. lib. 2. cap. 12. de fratre, qui molestiam sustinuit à Spiritu fornicationis, & deprecatus est alium senem probatissimum, vt pro eo oraret, nec tamen fuit ille exauditus, quia frater ille nec pro se orauit, sed in cogitationibus malis delectabatur, ideo senex dicit ad eum: Impossibile est à te discedere spiritum fornicationis, nisi & tu cum gemitu deprecatus fueris Dominum. Cum autem ille cum ieiunijs & orationibus se affligeret, spiritus fornicationis inuitus ab eo receſſit. Vt habes etiam idem supra Dominica præcedente. I S. T. Et quia in hoc tempore vt communiter omnibus immittit hunc fœtidum fumum concupiscentiæ carnalis, debet è contra homo emittere odorem orationis diligentis, ad quam hortatur nos Apostolus cum dicit, Vigilate. In quibus duo facit principaliter, vel ad duo hortatur. *Primo*, ad Vigiliæ frequentiam ibi Vigilate. *Secundo*, ad orationis diligentiam, ibi In orationibus vestris. PRIMO ergo hortatur nos ad vigiliæ frequentiã, cum dicit, *Vigilate.*

* Ex lib. sent. Patrum. §. 12. De fratre, à spiritu fornicationis tentato.

B

Pro quo NOTA, triplicibus hominibus necesse est, vt vigilent. PRIMI sunt in bellis existentes, quando enim aliquis dominus bellum intrat contra hostes, talis non dormit, nec populum suum dormire permittit, sed ad vigiliam sollicitat & inducit, ne fortè ab aduersarijs opprimatur. Nam legitur 1. Reg. 26. *Cum Rex Saul esset in campis volens persequi Dauid, accidit, vt vna nocte dormiret in tentorio, & omnis populus suus in circuitu: quod videns Abisai, dixit ad Dauid, Conclusit hodie Dominus inimicum tuum in manus tuas, nunc ergo perfodiam eum lancea: Et dixit Dauid, Ne occidas eum, sed tolle hastam eius, quæ est ad caput eius, & Cyphum aquæ, & abeamus.* Ecce, quod non vigilantem regem cum toto populo potuisset opprimere & necare, quare in bellis existentibus necesse est, vt vigilent in toto vel in parte.

Quibus hominibus vigilia necessaria.

I. Militibus.

A

MORALITER nos sumus Domini nostrarum operationum à principio vsq; ad finem, vt dicit Philosophus in Ethicis sed intramus in campum huius mundi, contra hostes tres sæuissimos pugnaturi. *Primus* hostis, est caro nostra. *Secundus* est mundus, qui pugnat contra nos duplici manu, videlicet ambitione honoris & amore diuitiarum. *Tertius* est diabolus, qui pugnat similiter duplici manu, vt patuit in Arenga: ideo non est nobis negligenter dormiendum, sed sobriè vigilandum, vt vigilando his hostibus resistamus & eis manus, quibus contra nos pugnat amputemus. Nam secundum *Holkot in lib. Sap. Lect. 136. primam* manum carnis, quæ est *gula*, amputare debemus per abstinentiam. *Secundam*, quæ est *luxuria* per continentiam. Sed illa manus, quæ pugnat contra nos, mundus scilicet ambitio honoris amputanda est per timorem iudicij, cogitantes videlicet quod qui in honoribus alijs præponuntur in fine strictius iudicabuntur. Iuxta illud Sap. 6. *Iudicium in his qui præsunt durissimum fiet.* Aliam autem manum amputemus per Christi amorem, considerando eius paupertatem nascendo, viuendo, moriendo. Qualiter autem manus tertij hostis amputetur, dictum est supra. Hunc hostem Diabolum oportet vigilando superare, quia 1. Petri 5. dicitur. *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* Sed quem nos superamus vigilando, ipse nos vincit dormiendo. Propterea facit nos dormire, vt nos possit superare.

Pugnandũ contra tres hostes.

Hostibus manus amputandæ.

C

Est enim de isto nostro aduersario sicut de duce quodam Carthaginensi. Holkot in lib. Sap. lect. 82. de quo refert Iulius Sextus. Front. lib. 2. cap. 5. quod est de insi-

Exemplum.

diis.

Digitized by Google

dijs. Dux enim iſte habuit bellum contra quoſdam de Africa, qui Carthaginenſibus rebellabant. Fuerunt autem iſti de Africa nimis auidi ad bibendum vinum: quod intelligens dux ille, vſus eſt contra illos tali cautela. Accepit multa dolia vini, & miſcuit cum vino ſuccum cuiuſdam herbæ, quæ dicitur Mandragora, quæ quidem herba eſt multum ſomnifera, ſicut dicit Ariſtot. in 1. de ſomno & vigilia. Facit enim homines ita profundè dormire, quod fiunt inſenſibiles: & ideo ſolet dari hominibus, qui propter aliquam infirmitatem ſunt ſecandi, vt poſſint ſine dolore ſecari. Dolia ergo vini ſic infecti, dimiſit ille princeps in tentorijs ſuis, & fugit ad cautelam, tentoria relinquens, Africi ergo gaudentes inuaſerunt tentoria, & inuenientes victualia cum vino in abundantia, & comederunt & biberunt de iſto vino infecto, & ſic oppreſſi ſunt ſomno, quod nullo modo iuuare ſe poterant. Hoc explorans dux prædictus, de nocte redijt ſuper eos, & miſeros, vt voluit, trucidauit. de duce Carthaginenſi.

MORALITER Carthago interpretatur ſuſcitatio. Inde Carthaginenſis dux ſignificat dæmonem, qui ſuſcitauit diuerſa prælia & peccata in homine, hic vtitur tali cautela contra homines. *Vinum enim quod lætificat*, Pſalm. 103. & Eccleſ. 40. ſignificat lætitiam vel laſciuiam ſecularem, quæ non eſt permanens: eò quod hic *riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat*. Prouerb. 14. Iſtam quidem lætitiam, ſiue mundi iucunditatem, Diabolus ſic commiſcuit cum ſucco Mandragoræ, id eſt, delectatione luxuriæ, quod homines ex eo bibentes, fiunt quaſi inſenſibiles. Eſt enim Mandragora herba habens maſculum & fœmellam, & omnia lineamenta humani corporis in ſe præfert, & ad generationis fœcunditatem confert: ideo meritò voluptatem carnis ſignificat. Quia ergo tota humana iucunditas inter homines, his diebus diabolo procurante, qui nos ſemper cautelosè debellat, de ſucco voluptatis eſt infecta. Ideo homines vitioſi dormiunt in peccatis, & ad correctionem Prælatorum & prædicationes doctorum reperiuntur inſenſibiles, vt dicat quilibet, Prouerb. 23. *Verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non ſenſi*, & ſic vltimatè cruciabit eos diabolus pro ſua voluntate. Nam dicit Amandus lib. 1. cap. 10. Quod in ſpiritu vidit pœnas damnatorum, & ibidem vidit, quod hi qui carnaliter terreno amori dediti erant, vtriuſque ſexus, terram infernalem præ dolore mordebant, quoniam eos dæmones nimium affligebant. Nam ſpicula ignea habentes, & æſtu vehementiſſimo eos inſequentes, vulneribus ſæuiſſimis eos repleuerunt: ideo neceſſarium eſt valde nobis, vt in caſtitate vigilemus, ne diabolo procurante, in dilectione carnali finaliter obdormiamus. Sed quilibet roget dominum cum Pſal. 12. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*, id eſt, in mortali peccato carnalis voluptatis, *ne quando dicat inimicus meus, prænalui aduerſus eum*. Deſcriptio Mandragoræ.

SECVNDI, quibus neceſſe eſt vt vigilent, ſunt populis præſidentes: Vt ſunt Prælati Eccleſiæ & domini terreni. Nam dicitur in libro de naturis rerum. Quod ſi Leo dormiat in naui tranſeunte in mari, nauis incipit periclitari & ſubmergi, cum verò vigilat tranquillitas, redditur mari. D Holkotus lib. Sap. lect. 134.

MORALITER per Leonem qui Græcè dicitur, rex Latinè, eo quod rex ſit omnium animalium ſecundum Iſidorum lib. 12. ſignificat quemlibet Prælatum Eccleſiæ vel populis præſidentem. Sed per nauem intellige ſanctam Eccleſiam, quæ nihil aliud eſt, quàm congregatio omnium fidelium. Quando autem Prælatus dormit per negligentiam in fidelium congregatione, tunc congregatio incipit periclitari. Leonis dormientis in naui ſignificatio.

Iuxta illud Prouerb. 11. *Vbi non est gubernator nauis, populus corruet.* Gloſſa, Sicut nauis carens gubernatore periclitatur: *Salus autem populi, vbi multa consilia*, vt dicit Paſcaſius in gloſſa. Vbi non eſt gubernator, ſcilicet Prælatus, Doctor vel Conſiliarius verbo & opere populus corruet in peccata multa, ideo tali Prælato dicitur, Prou. 23. *Eris sicut dormiens in medio maris, & sicut gubernator amisso clauo.* Ad hoc ergo vt ſalus congregationi fidelium reddatur, oportet talem Prælatum vigilare. Cuius figuram habemus, Matth. 8. vbi legitur, quod Chriſtus in naui dormiente, tantas ſuſtinuit nauis tempeſtates, vt cepit periclitari, quod diſcipuli compellebantur Dominum excitare & dicere, *Domine ſalua nos, ne pereamus.* Eccleſia eſt in mundo ſicut nauis in mari, vnde etiam vocatur nauicula Petri, quando in iſta naui dormit Prælatus per negligentiam & remiſſionem, excitandus eſt. vt populum ſuum regat, ne in peccatum cadat. Sed per quid eſt excitandus? Ad hoc reſponde, quia malitia ſubditorum pro maiori parte vertetur in caput Prælatorum vel malorum dominorum. Iuxta illud Sap. 4. *Ex iniquis enim omnes filij, qui nascuntur testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.*

Eccleſia cur vocetur nauicula Petri.

E. Ideo notabiliter beatus Auguſtinus non ſolum Prælatos, ſed & omnes Laicos monet virtuosè curare de ſubditis, in quadam Epiſtola ad Comitem chariſſimum ſic dicens: Quæſo, mi frater quæſo omnibus ſubiectis & bonæ voluntatis in domo tua, à maiore vſque ad minimum, amorem & dulcedinem regni cœleſtis, amaritudinem & timorem gehennæ annunties, & de eorum ſalute ſollicitus & vigil exiſtas, quia de omnibus ſubiectis tibi, qui in domo tua ſunt, rationem Domino reddes. Hæc ille.

Vnicuiq; de proximo ſuo commiſſum eſt.

Sed diceret aliquis: Sufficit mihi ſoli prouidere; de me redditurus ſum rationem, non ſalutem alterius quærens periclitari; non ſum eruditus in ſcripturis nec expeditus in verbis modicum ſcio, ideo corripere non ſufficio. Audi quicunq; es, non ſufficit tibi ad ſalutem ſoli prouidere, quia dicit Aug. 23 q. 4. duo. Cuicunq; regenti apta & accommodata eſt diſciplina, videlicet Epiſcopo regenti plebem ſuam, pauperi regenti domum ſuam, patri prolem ſuam, diuiti regenti familiam ſuam, marito coniugem ſuam, iudici prouinciam Regi gentem ſuam. Nulli inquit homini claudenda eſt miſericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda. Ideo dicitur in allegoria hiſtoriarum ſuper illo Matth. 25. *Homo quidam peregrè proficiscens.* O Prælate audi & rector quilibet, namq; quantum ad ſe pertinet, poteſt prodeſſe ſuæ familiæ & vicinis. Nam qui multa nouit, multa dicat, qui pauca nouit, pauca dicat, & quantum quiſq; nouit, tantum quiſq; dicat. Qui ſcit vel vnum Euangelium, vel vnum virtutis exemplum, quotquot ſcit per cognitionem alijs tribuat per prædicationem. Non conſideret ſexum, ætatem vel perſonam, tempus & locum ſed prædicet omnibus vbiq;, maſculis, fœminis, ſenibus, iuuenibus, diuitibus, pauperibus, in proſperitate, in aduerſitate, die ac nocte, meridie, veſpere in Eccleſia, in platea, in via, in agro, in mari, in terra, in omnibus ſemper vbiq; bonum dicat, quod nouit, ſi aſſit qui audire poſſit. *Et infra.* Erubeſcant ergo Eccleſiarum rectores & miniſtri inſcij, inutiles & ignari, torporem excutiant, libros legant, talentum impendant, tempus redimant, quoniam dies mali ſunt, ad Epheſ. 5. Ideo illis etiam dicit B. Apoſtolus, *Vigilate.*

Officium boni Prælati.

F. TERTII, quibus neceſſe eſt vigilare, ſunt peccatis reſiſtentes, ideo ad vigiliam hortatur Cato ſapiens,.

Plus

Digitized by Google

Plus vigila semper, nec somno deditus esto.
Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.

Et NOTA, quod in somno principaliter tres passiones accidunt. PRIMA est altorum ascensio, & in somnis deambulatio. Nam dicit Aristot. in lib. problem. Multi dormientium surgentes in somnis, ac si vigilent ambulant, ascendunt scalas altaque domorum & descendunt, sed si ab aliquo excitantur, confestim quidam cadunt. Per hos significantur superbi, qui in somno peccati semper alta ascendunt: vt sic grauius cadant, quia dicit Alanus in Anticlaudiano. Ima tolluntur in altum, vt casu grauiori ruant. Isti enim, qui sic petunt alta superbiæ, si à prædicatoribus excitentur: vel à suis Confessoribus exhortentur, vt à superbia dimittant, sæpè in desperationem labuntur, & corrigi nolunt, & sic tandem cadunt in abyssum, sicut de ipsis loquens beatus Augustinus in Epistola ad Volusianum. Peruersi quidam homines super suo in confessione correpti scelere, in desperationem sæpè ruunt salutis propriæ: iucunditatem illam nihil penitus affectantes beatitudinis sempiternæ. Et præcipuè dictum est de superbis, quia rarò de superbia sua curantur, quia dicit Iob 15. Cunctis diebus suis superbit impius. Quando enim aliquis peccator infirmatur, si est in peccato odij, inuidiæ, ipse confitetur & dimittit illud. Peccatum verò superbiæ, nec confitetur, nec proponit dimittere. Ideò dicit Sapiens. *Synagoga superborum non erit sanitas.* Eccle. 3. Ideò talibus summè necesse foret, vt semper in humilitate vigilarent, ne in somnum peccati superbiæ caderent, à qua grauiter aut nunquam resurgunt.

Tres malæ passiones somni.

Superbi corrigi nolunt.

SECVNDA passio est peccatoris suffocatio, & hanc passionem in somno accidentem vocat Augustinus in lib. de spiritu & anima, Ephialtes, quæ publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, ac pondere suo pressos ac sentientes grauare, quia est talis passio faciens hominem in somno apparere, quod aliquis eum opprimere videtur, siue nititur suffocare. Nam illis qui hanc passionem patiuntur, videtur, quod vna vetula incumbat super eos, & eos nitatur suffocare: & sic nihil aliud est, vt dicit Augustin. vbi suprà, quam quædam fumositas à stomacho, vel à corde ad cerebrum ascendens, & ibi vim animalem opprimens: & hoc euenit, vt dicunt medici, quando homo primo dormit super latus sinistrum. Nam ex quo in illo latere est cor, tunc sanguis & alij humores grossi ad cor concurrunt ipsum aggrauando, ita quod quandoque ex tali aggrauatione apparet magnum pondus iacere super pectus, quod Laici propriè vocant Ephialtem vulgariter Alp oder Trutt, ideò consulunt vt homo primò super latus dextrum, deinde in sinistro dormiat aut quiescat.

Holkot in lib. Sap. lect. 82.

Ephialtes quænam sit passio.

Somniorum deceptio.

MORALITER per hunc morbum aut passionem significatur luxuria, quæ est velut vetula ex carne corrupta procedens, & quasi totum mundum premens & suffocans, nam premit, tam religiosos, quam Sacerdotes seculares, quàm etiam Laicos quasi vniuersos, reges, principes ac barones. Iuxta illud Gregor. In serico & pannis libido eadem dominatur, nec regis purpuras nec meditantium spernit squalorem. De hac muliere & vetula loquitur Prouerb. 7. *Multos vulnerauit & dejecit, & fortissimi quique ab ea interfecti sunt.* Quicunque enim non vult ab hac vetula, id est, luxuria finaliter occidi, & opprimi, moueat linguam in confessione, quia dicit Constantinus de naturis morborum, docens qualiter prædicta suffocatio pectoris curetur.

Ephialtes moraliter significat luxuriam.

Quidam, inquit, in nocte dum dormiunt quandam suffocationem atque graue di-

Digitized by Google

nem pectoris patiuntur, quibus quidem talis sui cordis suffocatio vitam extingueret, nisi ipsi in somnis linguam mouerent, aut aliquem sibi loquentem audirent. Et ratio motionis est: quia quidam lacerti arteriæ quoque subtiles, tenduntur de regione linguæ per ysophagum versus pectoris regionem, qui vtique lacerti & arteriæ motu linguæ laxantur, quibus laxatis, mox patebit ingressus virtutis & caloris naturalis, & tunc per consequens talis suffocatio cordis pellitur & fugatur, & hoc est, quod dicunt laici, quod cum lingua crux est fienda, vt sic Ephialtes propellatur.

Ad fugandā luxuria duo facienda.

Sed moraliter in hoc significatur, quod ad fugandam luxuriam prementem duo sunt facienda. *Primum* vt in confessione linguæ moueatur, quia nisi quis in confessione peccati luxuriæ recordetur, nequaquam remittetur. *Secundum* est, vt aliquis loquens sibi bonum & vtile audiatur. Et quis est ille qui loquitur luxuriosis bonum & vtile, hic est certè B. Paulus 1. Corinth. 6. qui dicit eis vtilissimum, quod potest haberi: *Fugite*, inquit, *fornicationem*; super quo dicit Ambros. Cum alijs nempè vitijs potest

Luxuria nō potest melius vinci quā fuga.

expectare conflictus, hanc fugite ne approximetis, quia non potest aliter melius vinci. Et B. Hieronymus: Rete, inquit, diaboli luxuria est. Si quis huiusmodi capitur, non citò soluitur. In isto tam graui & periculoso prælio nemo potest vincere nisi fugiat. Et metrista.

Si vitare velis Venerem, loca, tempora, vita,
Nam locus & tempus pabula præbent ei.
Prosequitur si tu sequeris, fugiendo fugatur.
Si cedis cedit, si fugis ipsa fugit,
Ergò fuge tactum, ne restibi cedat in actum.

Ideò legitur, Gen. 39. de Ioseph. ad quem cum dixisset Domina sua, vxor Putipharis, Princeps *dormi mecum* & tenuisset eius pallium, ipse in manu eius relicto pallio fugit, & egressus est foras; hoc ergò si quis luxuriosus de fuga audierit ab hac turpi vetula videlicet carne corrupta opprimi & extingui non valebit. Est autem fugienda, vt ignium conflagratio, vermium intoxicatio, & fluminum inundatio. De hoc vide supra Dominica 4. post Pascha. I. L. B.

H TERTIA passio, quæ euenit in somno, est Lethargia, & est morbus inducens obliuionem, propter oppressionem cerebri, ex continuo somno facto, & dicitur alio modo Lethargus. De quo loquebatur Boëtius lib. 1. de consolat. Philosophiæ prosa. 2. Lethargum patitur, communem illusarum mentium morbum. Per hunc morbum moraliter significatur auaritia, quæ inducit obliuionem Dei & sui ipsius & pauperis, Nam auarus non recordatur Dei. Quia dicit Glossa super 62. Psalm. *Deus, Deus meus ad te de luce vigilo.* Ad Deum vigilat, qui verè Dei memor est, ad Dominum dormit qui Deum obliuiscitur. Item sui ipsius obliuiscitur, quia non curat de salute sua, sed solum vt pecuniam in detrimentum animæ suæ per fas & nefas possit congregare, nec recordatur pauperis, sicut ille diues Luc. 16. Cuius cor induratum fuit quasi lapis, Iob. 41. & 1. Reg. 25. Et idem Nabal stulto hoc dicitur. Ideò de auaris Amos 6. *Bibentes in phialis, & optimo vnguento delibuti, nec compatiebantur super contritione Ioseph*, & ideò, qui voluerit hac tres infirmitates euitare, debet secundum exhortationem Apostoli vigilare, cum dicit, *Vigilate.*

DE

DE EADEM DOMINICA.

Sermo III.

Hospitales inuicem sine murmuratione. 1. Pet. 4.

ISidorus lib. 12. dicit, quod miluus est auis pia erga aues alieni speciei: Nam cuculos in spatulis suis suscipit, & ne deficiant in via propter longa itineris spatia à partibus Hispania secum ducit. MORALITER. Hæc auis docet nos, vt peregrinis & alijs pauperibus pietatem exhibeamus, & eos nobiscum in hospitia nostra inducamus. Iuxta illud Isa. 58. *Frange esurienti panem tuum & egenos vagosq; induc in domum tuam*, quasi diceret. Si milui auibus illis hoc faciunt, quæ secum eiusdem speciei non sunt, quanto magis debet facere homini hoc, homo, & Christianus Christiano, vt videlicet hominem Christianum portet secum de Hispania exemplo milui. I

Miluus docet nos pietatem in peregrinos & pauperes.

Hispania interpretatur vno modo actio, & significat opus bonum peregrinationis, quod cum peregrinus vno die exegerit hospitio indiget, quia dicit Seneca in Epistola ad Lucillum, Peregrini multa habent hospitia & nullas amicitias. Ideò debent boni Christiani tales in domibus suis recipere, & propter Deum hospitare: ad quod hortatur nos B. Gregorius in hom. Euangelij quod legitur secunda die Paschę. Pensate fratres quanta hospitalitatis virtus sit, ad mensas vestras Christum suscipite, vt vos ab eo suscipi ad conuiuia æterna valeatis. Prębete domum peregrino Christo, vt vos in iudicio non quasi peregrinos suscipiat, sed vt proprios ad regnum recipiat. Quod autem Christus in peregrino suscipitur, probat idem Gregorius in homilia prædicta. Quod quidam Paterfamilias multum fuit hospitalis, cum autem quadam die, cum peregrinos suscepisset, & aquam dedisset manibus eorum, ex humilitate vnus fuit inter eos, in cuius manu ex humilitate aquam fundere voluit, & cum reuersus vrceum accepisset, non eum inuenit. Cumque hoc factum apud se miraretur, eadem nocte Dominus ei per visionem dixit: Cæteris diebus me in membris meis recepisti, hesterno autem die etiam meipsum suscepisti.

Hospitalitas cōmendatur

Hospitalitas quantū placeat Deo.

Alio modo Hispania interpretatur expeditio, & significat quamlibet licitam legationem, quæ iniungitur nuntijs, quam cum vna die expedierint, in hospitijs à bonis Christianis recipiendi sunt, vt Christus qui fuit nuntius summi Patris quem misit in mundum, Ioan. 16. eos in hospitio cœlesti recipere dignetur. Ideò ad talem hospitalitatem hortatur B. Petrus in verbis præassumptis, cum dicit. *Hospitales inuicem*, in quibus duo facit. *Primo*, monet ad hospitationem, ibi, *Hospitales*. *Secundo*, inhibet murmurationem, ibi, *Sine murmuratione*.

De quibus NOTANDVM, quod inter omnia misericordiæ & pietatis opera magis gratum est Deo, & placidum opus hospitalitatis, quia per hanc quidam placuerunt angelis hospitio receptis. Ad Heb. 13. Vnde quod hospitalitas grata sit Deo, quatuor debet habere cōditiones. PRIMO debet habere hilaritatē sine murmuratione: nam miles hilarē se ostenderet, si rex ad suum manerium reclinaret. Rex noster Christus hospitio recipitur, quoties qualiscunq; in nomine eius recolligitur, iuxta illud Matt. 10. quod K

Hospitalitas requirit.

I. Hilaritatem sine murmuratione.

quod dixit Dominus discipulis, *Qui recipit vos, me recipit.* Et iterum c. 18. Statuit Christus paruulum in medio discipulorum & dixit. *Qui suscipit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.* Et Ioan. 13. *Amen, amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.* Ecce ô hospitalitas, quàm magnos accipis hospites, videlicet Christum & Patrem, cum in nomine Christi hospitas pauperem. Gaude ergo & lætare, & cum hilaritate vtere hospitalitate. Nam Christus in nouissimo iudicio dicet omnibus hospitalibus. Matth. 25. *Hospes eram & collegistis me*: & quomodo eis denegabit mansionem in cœlis, qui dederunt ei habitationem in terris? Vnde dicit eis. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnũ, quod vobis paratum est ab origine mundi.*

Hospitio suscipiens pauperem Christum suscipit.

Ad tam glorioſum igitur regnum acquirendum, cuius dominatio non habet finem, nec regimen ſollicitudinem, quod acquiritur per peregrinorum & pauperum ſuſceptionem, non ſolum ſunt ipſi hilariter ſuſcipiendi, ſed etiam trahendi: Quia ſuper illud Luc. vlt. quod dicitur de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, qui coëgerunt Chriſtum dicentes, *Mane nobiſcum Domine*, dicit gloſſa quo exemplo docemur, quod peregrini non ſolum ad hoſpitium ſunt vocandi, ſed etiam trahendi & fogandi. Exemplo etiam Loth. Gen. 19. Qui ſedebat in foribus domus ſuæ peregrinos expectando, & cum vidiſſet duos angelos in ſpecie hominis compulit eos opido, vt diuerterent ad eum, dicens. *Obſecro domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi.* Et certè non duntaxat ſunt trahendi, ſed tracti & coacti cum reuerentia ſuſcipiendi. Quidam enim vir religioſus dicebat, fratres aduenientes adorari debere, cum certum ſit aduentum eorum eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum. Et hoc habemus exemplo illius magni Patris Abrahæ Gen. 18. Qui videns tres Angelos credidit eſſe homines, occurrit eis obuiam de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit pronus in terra. Sic & Loth 19. Contra quod iam dictum inueniuntur multi, qui nullum peregrinum ſuſcipiunt, nec egenum, niſi ab eis habeant emolumentum.

Peregrini hilariter ſuſcipiendi.

Loth ſuſcipit duos angelos.

Abrahã tres angelos adorat & hoſpitio ſuſcipit.

Sunt etiam multi, qui licet ſolent eos ſuſcipere, mala tamen videntur facere voluntate, vt videlicet poſſint eos rebus ſpoliare. Sunt & alij, qui quamuis ſolliciti ſint eos hoſpitio recipere, tamen receptos laboribus ſolent affligere, & hi omnes ſimiles ſunt incredulis Ægyptijs. De quibus Sap. 19. dicitur. *Iuſtè enim patiebantur, ſecundum ſuas nequitias. Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt: alij quidam ignotos non recipiebant, nec aduenas: alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebant.* Ideò omnes tales regnum cœlorũ non poſſidebunt, quia dicit eis Chriſtus, Matt. 25. *Hoſpes eram, & non collegiſtis me*, videlicet vt decet propter Deum. Ideò *ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius.*

Peccant multi contra hoſpitalitatem

L II.

SECVNDO, Hoſpitalitas debet habere ſecuritatem ſine turbatione: defendebant enim homines antiquitus hoſpites ſuos ſub periculo proprio. Sicut narratur in Polycrate lib. 8. cap. 13. vbi dicitur, quod notam criminis incurrebant, qui hoſpiti, id eſt, peregrino humanitatis hoſpitium denegabant. Ideò legitur Gen. 19. Poſtquã angeli ingreſſi ſunt in domum Loth, *viri ciuitatis* eos concupierunt, *domum eius vallauerunt dicentes. Educ eos vt cognoſcamus eos*, ſcilicet concubitu nefario. *Egreſſus ad eos Loth poſt tergum occludens oſtium*, Gloſſa, ne intrarent domum, & raperent hoſpites ſuos, quos adhuc credebat eſſe homines & illi vim faciebant ſibi. Quibus dixit:

Securitatem ſine turbatione.

Digitized by Google

dixit: *Habeo duas filias, hic abutimini*, hoc ſecundum gloſſam, dixit, vt euitaret maius malum, ſcilicet peccatum contra naturam & violentiam hoſpitum ſuorum. Hic dicit Gloſſa, quod illicitum fuit ſibi concedere abuſum filiarum ſuarum, charitas enim eſt ordinata. Et ideò nullus debet committere aliquod inordinatum, vt præcaueat maiori peccato alterius. Et dicit Holkot lect. 210. Quamuis ex pietate animi, non ſano tamen vſus conſilio, hoc dixit, ideò nec in hoc imitandus eſt, quia ſecundum Apoſtolum Rom. 3. & ſecundum S. Thomam 2. 2. quæſt. 64. *Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona.* Hoc tamen ideo fecit, quia mos erat fidelium hoſpites ab omni iniuria defenſare, vt dicit Magiſter in hiſtorijs.

An Loth peccauerit.

Sed diceres: Nunquid peccauit hic Loth, quod tradidit filias ſuas Sodomitis? Dicit Gloſſa; quod erat peccatum de genere non ſolum veniale, ſed & mortale, tamen exoneratus fuit à tanto etſi non à toto, tum ratione perturbationis mentis, tum quia vitio peſſimo in ſuis conciuibus, & violentiæ in ſuis hoſpitibus occurrere intendebat: Tenetur enim quilibet hoſpites ſuos tueri, quantum poteſt per modum licitum non debet tamen peccare ad earum tuitionem, propter ordinem caritatis. Hæc Nicolaus de Lyra.

III. Saturitatem ſine diminutione.

TERTIO, hoſpitalis debet habere ſaturitatem ſine diminutione, vt omnia neceſſaria homini miniſtret. Vnde legitur. Leuita quidam dixit cuidam ſeni: *Nullare indigemus niſi hoſpitio. Reſpondit Senex: Pax tecum ſit, ego præbebo omnia, quæ neceſſaria ſunt tibi; tantum quæſo, vt in platea non maneas*, Iud. 19. Exemplum in hoc de hoſpitalitate mulieris, 4. Reg. 4. quæ dixit viro ſuo: *Animaduerto, quod vir Dei ſanctus eſt iſte, qui pertranſit nos frequenter: Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, menſam, & ſellam, & candelabrum*: Ecce, quod omnia neceſſaria ei miniſtrabant; *Vt cum venerit ad nos, maneat ibi.*

Ita legitur in Vitas patrum, quod quidam ſenex in Syria multum hoſpitalis, faciens manducare omnes ad ſe venientes, & eis id quod habebat miniſtrabat: Venitque ad hunc quidam ſolitarius, volens refici, dicens ſe ieiunare. Cui ſenex: exeamus inquit, vt oremus ſub arbore, & cui fuerit arbor inclinata ipſum ſequamur. Orante ſolitario, arbor non eſt inclinata. Orante hoſpite, arbor inclinata eſt, & ſic ille ſecutus eſt hoſpitem, & comedens ſe refecit. Illud autem eſt contra multos, qui faciunt ſuis hoſpitibus pulchrum vultum ſecundum dictum moralis.

Hoſpitibus latum debes oſtendere vultum,
Vultus enim latus dandi duplicat tibi cultum.

Sed de peiori potu quem habent, eis adminiſtrant. Sunt etiam qui verbis hoſpites alliciunt, & eis benè facere promittunt. Sed vt dicit Sapiens: *Vbi verba plurima, ibi frequenter egeſtas.* Prouerb. 14.

IV. De dolio vino miraculosè repleto.

QVARTO, hoſpitalitas debet habere pietatem ſine negotiatione, vt fiat pro Dei amore, & non pro nummo vel lucro: tales enim habebunt mercedem ſuam. Nam refert Thomas Cantipratenſis, lib. 2. Apum cap. 25. part. 11. Quod Prior fratrum prædicatorum in Traiecto Guiardus nomine, domum hoſpitis poſt prandium introiuit, dicens Cellario. Vade in cellarium affer fratribus & mihi cyphum vini, ſi potes. Ait ille. Verè tres dies ſunt, quod eleuato dolio vinum totaliter eſt extractum. Quid plura? Iubente Priore, redit ad dolium Cellarius, & repletum inuenit. Et vltra ſpem fratribus diu poſtea miniſtrauit. Idem refert ibidem, part. 12. de alio Viro quodam

De Leguncu-

Digitized by Google

la vino repleta.

nomine Iordano, qui fuit in rebus tenuis, sed eleemosynis deditus super vires. Anno Domini Millesimo, ducentesimo, tricesimo primo, super Rhenum & Mosellam in Teutonia, caristia habebatur. Et accidit, vt duo fratres ordinis Prædicatorum ad dicti Viri hospitium declinassent: quibus hilariter introductis, filium cum laguncula pro vino misit. Quo reuerso, dixit filio suo mater. Defectum cordis frequenter in mane patior: tu autem mihi nocte hac haustum vini reserues de laguncula. his dictis consederunt ad cœnam omnes qui erant in domo. Ebibito autem vino ferè de laguncula, filius in aure patri matris verba susurrat. Sed ille dissimulans cum hospitibus vinum ebibit. Manè illis recedentibus, cœpit mulier defectum cordis pati, & vocato filio suo, quæsiuit si quid esset in vasculo. Et ille, nihil inquit. Cui mater, Versa igitur, inquit, in manu mea, vt saltem in tribus guttis, sumpta buccella panis, cordis mei debilitas releuetur. Accessit itaque puer, & vasculum plenum inuenit.

M Thom. Cantiprantanus vbi suprà, part. 13.

Ibidem narrat idem de venerabili Alheide de Belomeir, quæ propter suam hospitalitatem tale miraculum digna est videre. Recedente ergo Viro suo nobilissimo milite, quasi diebus plurimis non redituro, petente leproso hospitium, est receptus. Illo ergò gemente & causante infirmitatem cordis fatigati, petijt in lectum suauissimum se deponi. Domina autem nullum cernens, vel credens lecto sui Domini molliorem, in eo leprosum hominem mox deponit. Nec mora, ex insperato Dominus rediens, petens se in thalamum intromitti. Dissimulante ergo Domina, coniecturauit ille aliquem esse in lecto, & irruptione facta, hoc hyemali tempore lectum suum rosis fragantissimis coopertum inuenit. Admiratus igitur, quærit quid factum sit, indicat vxor. Nec mora, in laudem Christo ambo cum lacrymis resoluuntur. Ex his miraculis patet, quod etiam Dominus dignatur hospitalibus mercedem hic dare in terris, & multò maiorem tunc in cœlis. Ideo Apostolus hortatur nos ad hospitalitatem ad Hebr. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuiscì: talibus enim hospitibus promeretur Deus.* Hoc est dictum de hospite actiuo, qui peregrinum recipit, vel egenum.

N Hospites notent.

Nunc de hospite passiuo, scilicet, qui recipitur, hæc sunt notanda. PRIMO, debet esse contentus acceptatione, videlicet acceptando, quæ sibi spontaneè adferuntur. Hanc curialitatem docuit Christus discipulos suos, Luc. 10. *In quamcunq; domum intraueritis, in eadem manete, edentes & comedentes, quæ apud illos sunt, dignus est enim mercenarius mercede sua.* Et iterum. *In quamcunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis.* Eo modo contentus fuit princeps clarus Timotheus ciuitatis Athenis, qui cum apud Platonem Philosophum Athenienſem cœnasset, eiusque conuiuio delectatus fuisset, quia cum moderamine fuit peractum, ait ei, vt scribit Tullius: Post triduum cœnæ tuæ, non solum in præsentia, sed etiam postero die sunt iucundæ, quasi diceret. Ex cœnis tuis homines non sunt grauati crapula, nec ebrietate impediti. Sunt autem è contra quidam, qui hospitibus suis improperant & de cibarijs appositis murmurant. Sicut refert Seneca: Cum Socrates hospites suos satis cibo tenui refeciſſet, amicus eius hoc sibi improperauit; respondit Socrates. Si boni sunt, æquanimiter ferent; si mali, tunc cruciabuntur. Ideo dicit Tullius moralis.

I. Vt sint contenti acceptatione. Platonis in conuiuio apparando frugalitas.

Noli culpare dapes quas sumere debes,
Nec quid præponat inuitans tu tibi quæres.

De

De hoc etiam dicit Apoſtolus. *Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.*

O

SECVNDO, debet hoſpiti ſuo eſſe gratus, ſicut de hoc narrat Dares Phrygius de bello Troiano, quod Telephus impediuit ſocium ſuum Achillem, ne regem Teucratem occideret: memor eſto, ſcilicet quod tu cum Patre ſuo Hercule olim apud Teucratem hoſpitatus fuiſti. In hiſtoria etiam Eccleſiaſtica cap. 34. narratur, quod cum Gregor. Epiſcopus vrgente temporis & procellæ auguſtia in alpibus, in fanum Apollinis diuertiſſet, à ſacerdote licet prophano officioſiſſimè eſt receptus. Poſt cuius digreſſum acceſſit Sacerdos ex more conſilia poſcere & reſponſum... Sed nullo modo reſponſionem inueniebat: iterum & iterum Sacerdos victimas offerebat, ſed nihilominus ſemper ſilentium permanebat. Cumque Sacerdos ſtupore æſtuaret per noctem in ſomnis dæmonium aſſiſtens, dixit ſe nihil poſſe: percunctanti cauſam, ait: Se per aduentum Gregorij Epiſcopi eſſe expulſum... Et cum requireret Sacerdos, quid ſibi remedij deberet exhibere. Reſpondit: Non ſibi ingredi licere, niſi Gregor. permiſiſſet. Quibus auditis, Sacerdos ſecutus eſt B. Gregor. ad eumq; perueniens, rem pandit ex ordine humanitatis ſuæ, atq; hoſpitalitatis eum, admonuit, adiecit querelam expulſi, & facultatem ſui quæſtus deplorat, atque reddi ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit. Scripſit ergo Epiſtolam B. Gregorij in hac forma. Gregor. Apollini. Permitto te redire in locum tuum, & agere quæ conſueuiſti. Quam cum Sacerdos iuxta ſimulacrum poſuiſſet, affuit dæmon, poſcenti reſponſa præbuit. Quod ille admirans, & dicens intra ſe, quod Gregorius maior eſſet dijs ſuis. Clauſis ianuis fani adiuit Gregorium, & proſtrauit ſe ad pedes eius, rogans, vt Deo ſe offerat, cuius virtute Gregorius dijs gentium imperabat. Quod cum feciſſet Gregorius Cathecuminus prius factus eſt ab ipſo, & poſtea baptiſmi gratiam conſecutus, in tantum vitæ meritò ac fidei virtute profecit vt ipſe B. Gregorio in Epiſcopatu ſucceſſor extitit. Et dicit Holkot lect. 210. Laudanda eſt ergo hoſpitalitas ſacerdotis infidelis, veneranda eſt ſanctitas Pontificis, Commendanda eſt mirifica pietas Saluatoris, Sacerdotem iuſtificans infidelem. Ecce, quod B. Gregorius ſuo hoſpiti fuit fidelis & gratus.

II. Vt ſint grati in ſuos hoſpites.

Sacerdotis gentilis hoſpitalitas.

Dæmon ſine Gregorij conſenſu non dat reſponſa.

Idolorum Sacerdos conuertitur & fit Chriſtianus.

E contra ſunt quidam ſuis hoſpitibus ingrati, ſicut narrat Seneca lib. 4. de beneficijs. Miles quidam naufragus litori eſt apulſus, & in hoſpitio cuiuſdam per tres dies refocillatus, tandem licentiam recipiens, ait: Gratias tibi referam ſi Imperatorem me videre contingat. Veniens ad Philippum regem Macedonum, prædia illius, apud quẽ fuit hoſpitatus popoſcit, annuit Philippus: Vir ille expulſus, non vt iners, vel vt ruſticus illud tulit, ſed ad curiã Imperatoris acceſſit, & ingratitudinem militis expoſuit. Philippus hoc audiens iuſſit, vt improbiſſimo militi & ingratiſſimo hoſpiti ſtigmata infigerentur, quæ eius ingratitudinem perpetuò teſtarentur, & hoſpiti omnia redderentur. Et ſic ſtatutũ fuit, vt hoſpitibus ingratis ſtigmata infigerentur, vt dicit Seneca.

P

Holkot in lib. ſap. lect. 186.

Pœna ingratorum hoſpitum.

TERTIO, caueat hoſpes nimiam dominationem in domo vel familia ſui hoſpitis exercere, ſed minimo domeſtico ſtudeat obtemperare diligenter. Eſt enim nimis reprehenſibile, ſi ordinatum dominum domus hoſpes præſumpſerit reprobare, qui tenetur in omnibus modeſtiam obſeruare. Ideò metrice dicitur.

III. Ne dominentur patrono aut familiæ.

Cum facis ingreſſum ſtudeas ſic eſſe modeſtus,
Vt poſt deceſſum de te ſit rumor honeſtus.

QVARTO, caueas nimiam frequentationem. Iuxta illud Prou. 25. *Subtrahe pedem de domo proximi tui, ne fortè ſaturatus oderit te.* Et propter eandem cauſam cauenda eſt magna mora.

IV. Nec ſint nimis frequentes.

Digitized by Google

Post tres dies vilescit piscis & hospes,
Nisi sale conditus, vel sit spiritualis amicus.

Q Similiter considerandum est, quod hospitalitas diligenter exercenda est propter quatuor emolumenta. PRIMO, quod disponit ad Dei recognitionem. Sicut patet de illis duobus discipulis euntibus in Emaus, qui coëgerunt dominum, vt cum eis in hospitium declinaret, dicentes. *Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et factum est, cum ederet cum eis, cognouerunt eum in fractione panis.* Lucæ vltimo. Sic nonnunquam diuina cognitio alicui infunditur occasione, videlicet in hospitio suscepti.

Emolumenta hospitalitatis.

1. Cognitio Dei.

2. Temporalium multiplicatio.

SECVNDVM emolumentum quod confert temporalium multiplicationem. Sicut 3. Reg. 17. de vidua, quæ Heliam in hospitio suo suscepit, *cui farina non defecit, nec lecythus olei diminutus est.* Idem patet in Annulo cap. 24. de quodam fabro, qui gratia hospitalitatis nulli panem vel hospitium denegabat, & iuxta magnum fluuium residebat. Iuxta eandem aquam ditissimus morabatur tenax & auarus. Contigit, vt vxorem mitteret, vbi pecuniam suam posuerat, & audiuit vocem terribilem dicentem. Discedite, quia hæc pecunia non est, nec erit vestra. Territa vxor, marito narrauit. Sæpius talia audierunt, nec vltra accedere audebant, hæc pecunia in trunco ad domum fabri natauit, & ibidem longo tempore latuit. Tandem truncus pro incude paratur, & pecunia inuenitur, & faber ditatur. Quodam autem tempore contigit, auarum venire ad domum fabri, & narrare euentum de pecunia. Faber conscientiam habens, in quodam pane magnam summam pecuniæ sibi dedit: Sed ille offert eum sutori pro suorum calceamentorum reformatione, aliud non habens: postea deficiente pane in domo fabri, prædictus panis à sutore sibi remittitur; & sic Dei nutu ad verum cedit possessorem. De hoc quære exemplum supra valdè notabile *part. 1.* Dominica 1. post Epiphaniæ serm. 1. M. C.

Fabri hospitalitas remunerata.

R TERTIVM emolumentum, quia excludit diuinam vltionem. Sicut patet Iosue 6. de Raab, de qua dicitur. *Sola Raab meretrix viuat & vniuersa, quæ cum ea in domo sunt,* eo quod exploratores in hospitio recepissent, & eos cum quærerentur, abscondisset dicens. *Fateor, venerunt ad me,* scilicet tanquam ad hospitalariam communem, *cumq; porta clauderetur, pariter exierunt.* Sed NOTA, quod hoc nomen meretricem & venditricem victualium, quod proprium est hospitalarium, nec fuit actu meretrix publica, nec fuit antè, vt quidam dicunt. Quia ipsa mulier fuit postea coniuncta matrimonio ipsi Salomon, qui fuit princeps nobilioris tribus Iudæ. Propter quod non est verisimile, quod accepisset in vxorem talem mulierem, quæ esset actu infamis, vel fuisset. Et ideo translatio Chaldaica, vbi nos habemus meretricis, habet mulieris hospitalariæ, & sic dicunt etiam Hebræi.

3. Eripit è diuina vltione.

Meretrix, nomen est æquiuocum.

4. Dei & Angelorum susceptio.

QVARTO, quod meretur Dei & angelorum susceptionem. Sicut patet de hoc Matth. 10. *Qui vos recipit, me recipit,* vt supra patet in Arenga. Et Genes. 18. de Abraham, & 19. de Loth, qui propter hospitalitatem angelos suscipere meruerunt.

DOMINICA POST ASCENSIONEM DOMINI.

Ser-

Digitized by Google

Sermo IV.

Abſque ſynagogis facient vos. Ioan. 16.

DIcunt naturales experti, quod cultelli perforatio & aquæ coloratæ infuſio, immutat fructus arborum.

S
Arborum in fructuoſarū curatio.

Nam ſi eſſet arbor infructifera, fructus malos faciens, hæc ita poſſet immutari, vt fructus dulces produceret & coloratos. Faciendum eſt foramen cum cultello in arbore, & quemcunq; odorem, vel ſaporem, vel colorem vis inducere, diſtempera cum aqua & infunde, & colorabitur fructus eodem colore, vel ſapore. Sic etiam dicit Petrus de Creſcentia lib. 5. Quod arbor debet perforari vſque ad medullam, & ſpecies aromaticæ debent imponi, vt Zinziber, muſcatum, vel quaſcunque ſpecies volueris, & foramen debet obſtrui clauo de ramo facto, & ſic fructus contrahunt odorem ab alijs ſpeciebus & ſaporem, & fructus aromatici nuncupantur. Moraliter per arborem quo ad præſens intelligo malum hominem, fructus malorum operum afferentem. De quo dicit Dominus Matt. 6. *Mala arbor, fructus malos facit.* Et infra, *Non poteſt arbor mala, fructus bonos facere*, vbi dicit Gloſſ. Per malam arborem intelligitur homo radicatus in iniquitate, per cultellum autem *vno modo* intellige excommunicationem, quæ intelligitur per cultellum quem Petrus habuit in cœna, cum quo Agnus diuidebatur. Et dicitur alio nomine gladius Luc. 22. *Ecce duo gladij hic. Alio modo* per cultellum ſubaudi proſcriptionem, quàm faciunt reges & iudices ſeculares transgreſſoribus & inobedientibus, quæ ſimilis eſt excommunicationi: quia dicitur libro Feudorum, quod bannitus à rege, vel excommunicatus æquiparatur, & ſignificatur per ſecundum cultellum vel gladium, quem Ioannes in cœna habuit. Igitur ſi talis homo malus debet de ſua malitia, vel contumacia immutari, & fructus bonorum operum afferre, neceſſe eſt vt vel per Prælatos Eccleſiæ perforetur cultello excommunicationis, quæ penetrat vſque medullam, quia ferit animam, & magnam affert ei pœnam. Quia dicit lex C. Ne ſanctum baptiſma iteretur, l. Hi qui ſanctum: quod maioris pœnæ viſum eſt, non verſari inter homines, & hominum carere ſuffragijs, quàm eijci extra ciuitatem puta in exilium deſerti nemoris, vel per reges aut principes, &c. perforari debet cultello proſcriptionis, vel aliàs iuſtæ punitionis. Et poſtquam homo malus ita eſt excommunicatione perforatus, vel mulctatus, debet ſibi infundi aqua colorata, quæ nihil aliud niſi prædicantis, vel exhortantis doctrina diſcreta, quæ debet moueri, ne in tali excommunicatione diu maneat, ſed obedire ſtudeat, & pro abſolutione laborare feſtinet. Quia dicit beatus Auguſtinus de verbis Apoſtoli. Omnis Chriſtianus qui à Sacerdote excommunicatur Sathanæ traditur: & ponitur 11.q.3.c. Omnis. Et ſi hoc perpendit homo malus, de malo fit bonus, & faciet fructus coloratos, id eſt, opera honeſta & virtuoſa. Ideò de talibus malis quomodo ſeparantur à communione Chriſti fidelium, dicit Dominus ad ſenſum moralem; *Abſq; ſynagogis facient vos.* In quibus verbis duo tanguntur. *Primo* excluſio excommunicatorum, ibi, *Abſq; ſynagogis*. *Secundo*, iuſſio prælatorum, ibi, *Facient vos*.

Arbor, malus homo.

Cultelli duplex ſignificatio.

Excommunicatus quo modo iuuādus.

T
Canes quare interdum fiant rabidi.

Circa quod NOTA. Dicunt naturales, Canes patiuntur boliſmum continuum, id eſt, appetitum immoderatum, & tamen aliquando per famem cruciantur, quod inſaniunt & rabidi fiunt, & omnia animalia quæ ab eis mordentur, in furiam rapiuntur

Digitized by Google

tur præter hominem, qui aliquando euadit beneficio medicinæ. Eſt autem medicina contra eius morſum, alliũ cum ſale & nucibus addita herba rutæ, hæc enim quatuor ad inuicem terentur, ad quantitatem magnæ nucis, ei patienti ſæpius offerantur, & hoc cum vino. Eadem autem confectio ſuper morſum exterius ponatur, vulnus enim ſanat & venenum extrahit & conſumit, & à periculo liberat & præſeruat, ita efficaciter ſicut theriaca, vt dicit Magiſter lib. proprie. 17. Aliam curam ponit Iſaac in dietis dicens. Caſtanea cum modico ſale vel cum melle tria & temperata, rabidi canis vel hominis morſus ſunt optimè ſanatiuæ. Cauſa autem quare canis fit rabidus ponit Conſtantinus dicens. Quia naturaliter eſt frigidus & ſiccus, & nigra colera ipſi dominatur & ſuperabundans, & putrefacta, & hæc ipſum rabidum facit: & hoc contingit maximè in autumno & in vere. Et Plinius lib. 30. dicit, quod ſub lingua canis iacet aliquando vermiculus, qui Græce dicitur λύσσα, qui facit canes rabidos, quo extracto, ceſſat moribus.

Morſus canis vel hominis rabidi quomodo curetur.

MORALITER. Excommunicati vt dicit Anſelm. lib. 5. cap. 48. Aſſimilantur morſui canis rabidi: quia omnia animalia morſa à cane rabido, efficiuntur rabida & furioſa. Sic omnes participantes excommunicato, in caſibus non conceſſis, efficiuntur excommunicati ſaltem minori excommunicatione. Et hæc peſtis ſpiritualis, ſcilicet excommunicationis maioris, procedit vel infligitur pro contumacia, vt patet 11. q. 3. ſi Epiſcopi. Ibi Gloſſa. Et hæc contumacia ſignificatur per vermiculum, qui eſt ſub lingua canis, faciens ipſum rabidum. Sic & contumacia facit excommunicatum.

Excommunicati rabidis canibus ſimiles.

ET NOTA, quod aliquis ſit contumax multis modis, *vel quia vocatus non venit*, vel quia malitioſè ſe occultat vel quia impedit, quod citatio non poteſt ad eum venire. *Alio modo* ſi venit, non vult iudicio parere. *Tertio* ſi illicentiatus recedit, illa patent, 11. q. 3. certum. *Quarto* quando offenſa eſt manifeſta, & iuſſus à iudice non vult ſe emendare, vt extra, vt lite non conteſtata. C. Quoniam frequenter. Quandocunq; aliquis vocatus fuerit & admonitus tribus edictis, vel vno peremptoriè, pro omnibus poteſt, ſi contumax fuerit, excommunicari, non diſtinctè, vtrum pro modica vel magna cauſa fuerit & fiebat vocatio, quia ſemper eſt eadem contumacia, vt dicit Raymundus. Tolle ergo vermiculum à cane & non erit rabidus, tolle contumaciam ab homine, & non erit excommunicatus. Et ſic canis rabidus, quæcunque animalia momorderit rabida fiunt: Sic excommunicatus omnes quibus communicat, excommunicatos facit, ſed differenter.

Excommunicatus fit multis modis contumax.

Ablata contumacia, tollitur excommunicatio.

V

Quia ſic diſtinguendum eſt, aut ille qui communicat alicui, erat excommunicatus cum omnibus autoribus, ſcilicet qui ipſum defendunt & fouent in crimine, aut communicant in locutione, aut ſalutatione. De quibus metriſta.

Si pro delicto anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

Quinam eũ excommunicatis conuerſantes contrahant excommunicationem.

Vt 11. q. 13. Sicut etiam C. Excommunicatos, ſi primum tunc erunt excommunicati maiore excommunicatione ſibi communicantes. Vt 11. q. 3. Rogo, vt extra de Sen. excom. Quod in dubijs. Aut erat excommunicatus ſimpliciter, non adiecto aliquo de fautoribus vel ſibi communicantibus, & tunc ſi communicant excommunicato in crimine, pro quo eſt excommunicatus, idem eſt. Si vero non communicant ei in crimine, ſed ſolum in locutione oſculo, ſimplici oratione, vel menſa, contra-

Digitized by Google

trahitur minor excommunicatio, vt dicit Bernard. in gloſſa Excipiuntur tamen aliquæ perſonæ, quæ ſi excommunicatis communicant, non contrahunt excommunicationem. *Prima* perſona eſt Vxor, quæ poteſt communicare cum viro in menſa. Si tamen vir vocat alium excommunicatum ad menſam ſuam, debet vxor talem vitare, vt dicit Guil. *Secundæ* perſonæ ſunt filij & filiæ, ſi non ſunt emancipati, ſi autem ſunt, tenemus vitare. *Tertio* autem ſunt familiæ, mancipia & ruſtici, qui colunt terras dominorum, qui habent reddere rationem de perceptis, & ſeruientes, qui ſunt de familia excommunicatorum. Et per hoc excluduntur vaſalli dominorũ, qui tenentur eos vitare ſi ſunt excommunicati, vt 15. quæſt. 6. Nos ſanctorum. Similiter excluduntur Clerici qui tenentur vitare prælatos ſuos excommunicatos 93. di. miratus, & de exceſ. præla. c. fi. *Quarta* perſonæ ſunt ignorantes excommunicatos. Si ignoranter communicant eis, non contrahunt excommunicationem. *Quinta* perſonæ ſunt peregrini, qui habent licentiam emendi ab excommunicatis, ſi aliàs non habent, de hoc vide ſupra. Metra.

Excipiuntur Vxor, filij, filiæ, & familia.

Vaſalli tenẽtur vitare dominos ſuos excommunicatos.

Vtile, lex, humile, res ignorata neceſſe,
Hæc anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe.

Per *vtile* excuſantur illi, qui loquuntur cum excommunicato de his, quæ pertinent ad ſalutem eorum. Et licet alia verba incidentaliter proponant, non nocent, vt de ſent. excom. Reſponſio, & C. Cum voluntate 11. quæſt. 3. Cum excommunicato. Et addit *lex*, ſcilicet coniugij, quæ etiam excuſat. Per *humile* intelligit ſeruientes. In alijs caſibus tenentur vitare excommunicatos. Quia ſicut canem rabidum fugiunt alij canes tanquam peſtem, vt dicit Conſtantinus, ſic omnes homines fugere debent excommunicatum, ne ab eo maculentur, vel inficiantur. Et debent ipſum excludere à ſuis communitatibus & congregationibus, propter multas rationes, propter quas excommunicatio valdè timenda eſt.

Excommunicati vt rabidi canes fugiendi.

X

Excommunicatio propter multas cauſas timẽda.

PRIMA, quia ictus eſt gladij ſpiritualis, qui magis eſt timendus quàm mare. Quia dicit Auguſt. de illo qui eſt excommunicatus, quod grauius ſit hoc illi, quam ſi feriretur gladio, ſi à feris deuoraretur, ſi in flammis exureretur.

SECVNDA eſt, quia excommunicatus eſt homo valdè infirmus, qui nullum remedium vel medicinam poteſt habere. Nam ſeparatus eſt à ſacramentis Eccleſiæ, quæ ſunt quaſi medicinæ animæ languidæ. De quibus medicinis dicit Sapiens Eccleſ. 38. *Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones ſanitatis conficiet.*

TERTIA, excommunicatio eſt velut homo captus ab hoſtibus ſuis, omni auxilio deſtitutus & omni ſuccurſu; quia priuatus eſt communione fidelium, nec partem habet in aliquibus bonis, quæ fiunt ab Eccleſia. Ipſe eſt ſimilis illi, qui cecidit in foueam, vel ſub onere, nec habet qui ſubleuet. Ideò benè dicitur Eccleſ. 4. *Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſublevantem.*

QVARTA, quia excommunicatus eſt velut infirmus, habens morbum infectiuũ, qui à conſortio hominum excluditur, quia excommunicatio eſt ſimilis lepræ infectiuæ, quia eſt lepra ſpiritualis, figurata in lepra Mariæ. Num. 12. Et verè multi ſunt, qui dicunt, alias infirmitates det mihi Deus, ſi placuerit ſibi, à lepra autem me cuſtodiat. In hoc patet quod excommunicatus deterior eſt cæteris peccatoribus: quia ſi alij peccatori loquar, vel alteri communico: qualiscunque ſit, ex quo non eſt excommunicatus, non eſt mihi periculum. Si autem cum excommunicato communi-

Excommunicatio, lepræ ſimilis.

Excommunicatus eſt deterior alijs peccatoribus.

Digitized by Google

tur præter hominem, qui aliquando euadit beneficio medicinæ. Est autem medicina contra eius morsum, alliũ cum sale & nucibus addita herba rutæ, hæc enim quatuor ad inuicem terentur, ad quantitatem magnæ nucis, ei patienti sæpius offerantur, & hoc cum vino. Eadem autem confectio super morsum exterius ponatur, vulnus enim sanat & venenum extrahit & consumit, & à periculo liberat & præseruat, ita efficaciter sicut theriaca, vt dicit Magister lib. proprie. 17. Aliam curam ponit Isaac in dictis dicens. Castanea cum modico sale vel cum melle tria & temperata, rabidi canis vel hominis morsus sunt optimè sanatiuæ. Causa autem quare canis fit rabidus ponit Constantinus dicens. Quia naturaliter est frigidus & siccus, & nigra colera ipsi dominatur & superabundans, & putrefacta, & hæc ipsum rabidum facit: & hoc contingit maximè in autumno & in vere. Et Plinius lib. 30. dicit, quod sub lingua canis iacet aliquando vermiculus, qui Græce dicitur λύσσα, qui facit canes rabidos, quo extracto, cessat moribus.

Morsus canis vel hominis rabidi quomodo curetur.

Excommunicati rabidis canibus similes.

MORALITER. Excommunicati vt dicit Anselm. lib. 5. cap. 48. Assimilantur morsui canis rabidi: quia omnia animalia morsa à cane rabido, efficiuntur rabida & furiosa. Sic omnes participantes excommunicato, in casibus non concessis, efficiuntur excommunicati saltem minori excommunicatione. Et hæc pestis spiritualis, scilicet excommunicationis maioris, procedit vel infligitur pro contumacia, vt patet 11. q. 3. si Episcopi. Ibi Glossa. Et hæc contumacia significatur per vermiculum, qui est sub lingua canis, faciens ipsum rabidum. Sic & contumacia facit excommunicatum.

Excommunicatus fit multis modis contumax.

Ablata contumacia, tollitur excommunicatio.

ET NOTA, quod aliquis fit contumax multis modis, *vel quia vocatus non venit*, vel quia malitiosè se occultat, vel quia impedit, quod citatio non potest ad eum venire. *Alio modo* si venit, non vult iudicio parere. *Tertio* si illicentiatus recedit, illa patent, 11. q. 3. certum. *Quarto* quando offensa est manifesta, & iussus à iudice non vult se emendare, vt extra, vt lite non contestata. C. Quoniam frequenter. Quandocunq; aliquis vocatus fuerit & admonitus tribus edictis, vel vno peremptorie, pro omnibus potest, si contumax fuerit, excommunicari, non distinctè, vtrum pro modica vel magna causa fuerit & fiebat vocatio, quia semper est eadem contumacia, vt dicit Raymundus. Tolle ergo vermiculum à cane & non erit rabidus, tolle contumaciam ab homine, & non erit excommunicatus. Et sic canis rabidus, quæcunque animalia momorderit rabida fiunt: Sic excommunicatus omnes quibus communicat, excommunicatos facit, sed differenter.

V

Quinam eũ excommunicatis conuersantes contrahant excommunicationem.

Quia sic distinguendum est, aut ille qui communicat alicui, erat excommunicatus cum omnibus autoribus, scilicet qui ipsum defendunt & fouent in crimine, aut communicant in locutione, aut salutatione. De quibus metrista.

Si pro delicto anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Vt 11. q. 13. Sicut etiam C. Excommunicatos, si primum tunc erunt excommunicati maiore excommunicatione sibi communicantes. Vt 11. q. 3. Rogo, vt extra de Sen. excom. Quod in dubijs. Aut erat excommunicatus simpliciter, non adiecto aliquo de fautoribus vel sibi communicantibus, & tunc si communicant excommunicato in crimine, pro quo est excommunicatus, idem est. Si vero non communicant ei in crimine, sed solum in locutione osculo, simplici oratione, vel mensa, contra-

Digitized by Google

trahitur minor excommunicatio, vt dicit Bernard. in gloſſa Excipiuntur tamen aliquæ perſonæ, quæ ſi excommunicatis communicant, non contrahunt excommunicationem. *Prima* perſona eſt Vxor, quæ poteſt communicare cum viro in menſa. Si tamen vir vocat alium excommunicatum ad menſam ſuam, debet vxor talem vitare, vt dicit Guil. *Secunda* perſonæ ſunt filij & filiæ, ſi non ſunt emancipati, ſi autem ſunt, tenemus vitare. *Tertio* autem ſunt familiæ, mancipia & ruſtici, qui colunt terras dominorum, qui habent reddere rationem de perceptis, & ſeruientes, qui ſunt de familia excommunicatorum. Et per hoc excluduntur vaſalli dominorũ, qui tenentur eos vitare ſi ſunt excommunicati, vt 15. quæſt. 6. Nos ſanctorum. Similiter excluduntur Clerici qui tenentur vitare prælatos ſuos excommunicatos 93. di. miratus, & de exceſ. præla. c. fi. *Quarta* perſonæ ſunt ignorantes excommunicatos. Si ignoranter communicant eis, non contrahunt excommunicationem. *Quinta* perſonæ ſunt peregrini, qui habent licentiam emendi ab excommunicatis, ſi aliàs non habent, de hoc vide ſupra. Metra.

Excipiuntur Vxor, filij, filiæ, & familia.

Vaſalli tenẽtur vitare dominos ſuos excommunicatos.

Vtile, lex, humile, res ignorata neceſſe,
Hæc anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe.

Per *vtile* excuſantur illi, qui loquuntur cum excommunicato de his, quæ pertinent ad ſalutem eorum. Et licet alia verba incidentaliter proponant, non nocent, vt de ſent. excom. Reſponſio, & C. Cum voluntate 11. quæſt. 3. Cum excommunicato. Et addit *lex*, ſcilicet coniugij, quæ etiam excuſat. Per *humile* intelligit ſeruientes. In alijs caſibus tenentur vitare excommunicatos. Quia ſicut canem rabidum fugiunt alij canes tanquam peſtem, vt dicit Conſtantinus, ſic omnes homines fugere debent excommunicatum, ne ab eo maculentur, vel inficiantur. Et debent ipſum excludere à ſuis communitatibus & congregationibus, propter multas rationes, propter quas excommunicatio valdè timenda eſt.

Excommunicati vt rabidi canes fugiendi.

X

Excommunicatio propter multas cauſas timẽda.

PRIMA, quia ictus eſt gladij ſpiritualis, qui magis eſt timendus quàm mare. Quia dicit Auguſt. de illo qui eſt excommunicatus, quod grauius ſit hoc illi, quam ſi feriretur gladio, ſi à feris deuoraretur, ſi in flammis exureretur.

SECVNDA eſt, quia excommunicatus eſt homo valdè infirmus, qui nullum remedium vel medicinam poteſt habere. Nam ſeparatus eſt à ſacramentis Eccleſiæ, quæ ſunt quaſi medicinæ animæ languidæ. De quibus medicinis dicit Sapiens Eccleſ. 38. *Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones ſanitatis conficiet.*

TERTIA, excommunicatio eſt velut homo captus ab hoſtibus ſuis, omni auxilio deſtitutus & omni ſuccurſu; quia priuatus eſt communione fidelium, nec partem habet in aliquibus bonis, quæ fiunt ab Eccleſia. Ipſe eſt ſimilis illi, qui cecidit in foueam, vel ſub onere, nec habet qui ſubleuet. Ideò benè dicitur Eccleſ. 4. *Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem.*

QVARTA, quia excommunicatus eſt velut infirmus, habens morbum infectiuũ, qui à conſortio hominum excluditur, quia excommunicatio eſt ſimilis lepræ infectiuæ, quia eſt lepra ſpiritualis, figurata in lepra Mariæ. Num. 12. Et verè multi ſunt, qui dicunt, alias infirmitates det mihi Deus, ſi placuerit ſibi, à lepra autem me cuſtodiat. In hoc patet quod excommunicatus deterior eſt cæteris peccatoribus: quia ſi alij peccatori loquar, vel alteri communico: qualiscunque ſit, ex quo non eſt excommunicatus, non eſt mihi periculum. Si autem cum excommunicato communi-

Excommunicatio, lepræ ſimilis.

Excommunicatus eſt deterior alijs peccatoribus,

munico vel comedo vel bibo, periculum est in mora: quia in veritate melius est comedere cum porco, quam cum excommunicato. Nam deterioris in hoc conditionis est excommunicatus quàm infidelis, quia cum infideli licet comedere. Iuxta illud 1. Corinth. 10. *Si quis infidelium vocat vos ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis appositum fuerit manducate.* Sed cum excommunicato nulli licet manducare, in casu non concesso.

Sed diceret aliquis. Quid si inuitatus sum ad mensam in aliqua domo, & superuenit excommunicatus & iungat se mensæ, nunquid teneor fugere? Respondet Guilelmus: Si est publicè excommunicatus, tenetur fugere, non obstante cuiuscunque scandalo. Si verò occultus & non possum sine eius nota, fugere non teneor.

Publice excommunicatus, est omnino fugiendus.

QVINTA, quia excommunicatus est velut canis immundus, cui non licet intrare Ecclesiam. Et in veritate magis offenditur Deus, quando ipse intrat Ecclesiam Dei, quam si vnus canis intraret. Quia legitur quod vnus excommunicatus & contumax Ecclesiam beatæ Mariæ virginis intrauit, quem fulgor, mox cæteris illæsis interfecit. De Sacerdote etiam concubinario legitur, apud Godtschalcum Holen, parte Hiemal. Serm. LXII. lit. C. quod contempsit suspensionem & excommunicationem, & quam citò accessit ad celebrandum, diabolus suffocauit eum. Ideo dicitur de excommunicatis Apoca. vlt. *Foris canes & venefici*, quia dicitur Ecclesiast. 13. c. *Quæ communicatio sancto homini*, quasi diceret, nulla.

SEXTA, quia excommunicatus est velut membrum abscissum à corpore, quod nullius valoris est. Quid enim valet manus abscissa à corpore? certè nihil. Et certe sicut super omnia timenda est abscissio membri à corpore eius; Sic nihil debet timere magis Christianus, quàm à corpore Christi separari, quod est Ecclesia. Ideo dicit B. August. super Ioan. Nihil sic debet, quam separari à corpore Christi formidare Christianus. Si autem separetur à corpore Christi, iam non est membrum eius, si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Idem Augustin. 24. q. 4. c. Si quis ab Ecclesia, dicit: Si quis à Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se viuere æstimet, quia à Christianitate seiunctus est, vitam non habebit, sed ira Dei manet super eum.

Separatio à corpore Christi super omnia timēda.

Y Ideo refert Petrus Damiani, Epist. 2. ad Hildebrandum Papam. & Vincen: Specul: histor. lib. 25. cap. 61. Quod quidam nobilis genere, sed degener moribus, duxit consanguineam suam in Clauomiaco regno, excommunicatus est ab Episcopo. Sed ille excommunicationis sententiam contemnens, ad diuina ire non prætermisit. Contigit autem vt is panem, de nuptiali mensa, in plateas ante canes proijceret, sed canes solo odore polluti panis exterriti, fugerunt, & eum nullatenus tangere voluerunt: non multò ille pòst in cubiculo dormiens fulminatus est. Ecce quàm manifestè venit ira Dei super eum. Nam fulminationem Episcopi si non timuit, à Deo in corpore grauiter fulminatus est, & exustus fulminationem æternam non euasit.

SEPTIMA, quia ille qui excommunicatur Sathanæ traditur. Sicut enim Ecclesia hæreticos conuictos relinquit seculari potestati: Ita & illos qui excommunicantur potestati Sathanæ tradit; sicut testatur beatus Augustinus 11. q. 3. cap. Audi. & c. Omnis, & tactum est suprà. Nam extra Ecclesiam Diabolus regnat, qui ergò ab Eccle-

Digitized by Google

Ecclesia diuiditur, per hoc Diabolo traditur, Sicut patet de quodam fornicatore, qui vxorem Patris sui habuit, quem Apostolus *tradidit Sathanæ*, eum excommunicando. 1. Corinth. 5.

OCTAVA, quia peccato isto diabolus multos lucratur. Nam legitur, quod diabolus locutus est de quodam dæmoniaco, pōst multas coniurationes quidam bonus vir quæsiuit ab eo, per quod peccatum plures animas lucretur? Respondit, per excommunicatos. Quia vnus excommunicatus, vno die quandoq; facit peccare centum personas, dum facit eas sibi communicare. Propter quod nullus homo sanæ mentis deberet cum excommunicato communicare: Quia qui ei communicat, peccat in se, & in eum cui communicat, & in eum pro cuius iniuria lata est, & in matrem suam Ecclesiam, & in patrem spiritualem qui fert sententiam in patrem cœlestem. In se peccat quia non cauet ab eo, qui morbum habet contagiosum. In eum etiam, cui communicat peccat, quia cum ipse sit infirmus ad mortem, aufert ei remedium, vel saltem minus efficax reddit, dum confusionem suam minuit, per quam corrigi deberet vel debuit, quia dicitur Eccles. 4. *Est confusio adducens gloriam & gratiam*. Ideo petit Dauid in Psal. 82. *Imple faciem eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*. In hoc enim quia tales coram populo excommunicantur, ipsi confunduntur, & de ciuitatibus expelluntur, per quod cruciantur. Sicut probat Micheas 4. loquens de excommunicato. *Egredieris de ciuitate, & venies in Babylonem*, id est in confusionem, *ibiq; curaberis*. Peccat etiam in eum, pro cuius est iniuria excommunicatio lata, quia aufert rem suam. Peccat etiam in Ecclesiam, quam malo exemplo corrumpit, & cuius societati præponit societatem eorum, qui sunt quasi leprosi, imò vt canes & porci. Peccat etiam in Patrem spiritualem cuius sententiam contemnit. Peccat in Deum, quem in ministro suo spernit. Quia dicit Christus, Lucæ 10. *Qui vos spernit, me spernit*. Ecce in quot peccat, qui excommunicato communicat. Ideo per hoc peccatum multa lucratur diabolus, & stultior homo communicans excommunicato, animalibus irrationalibus reputatur. Nam legitur apud Gotschalcum Holen, part. 1. Hiemal. Serm. LXII. lit. C. quod B. Papa Gregorius IX. ante Papatum quendam ciuem excommunicauit, qui excommunicationem contempsit, quem statim Ciconiæ vitauerunt, cum nidos suos de domo illius transtulerunt ad aliam domum, & postquam humiliter petijt absolutionem, redierunt.

Lucrum diaboli per excommunicatos.

Communicans cum excommunicato, peccat quinque modis.

I.

II.

III.

IV.

V.

NONA, quia excommunicatus cœlesti Paradyso spoliatur. Sicut testatur Beda super Matthæum, & ponitur 14. q. 1. c. Quicunque ab vnitate fidei seipsos segregauerint, scilicet per suam cōtumaciam, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuā possunt regni cœlestis ingredi. Ideo dicit Ansel. lib. 7. c. 23. Quod excommunicatus assimilatur Adæ, qui fuit expulsus de Paradiso, & separatus ab angelorum consortio, & priuatus eorum colloquio, & etiam priuatus est esu ligni vitæ. Gen. 3.

Excommunicatus similis Adæ, qui fuit è paradiso eiectus.

Per *primum* significatur, quod excommunicatio excludit à regno cœlorum, quia si rectè feratur, ligat quo ad Deum qui dixit Matth. 16. Petro. *Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis*. Ex eo verò quod separatus fuit ab angelorum colloquio, ostenditur quod excommunicatio separat ab hominum consortio, vt 11. q. 3. Nemo. Et etiam à qualibet licita actione, quia excommunicatio nihil aliud est, quàm à qualibet licita communione & legitimo actu separatio 11. q. 3. c. ad mensam. § euidenter. Cuius duæ principaliter sunt species, *Vna* quæ separat à Sacramentis, & ab ingres-

Z

Excommunicatio, quid?

Excommu-

Digitized by Google

nicatio duplex, maior & minor.

ingressu Ecclesiæ, & à communione fidelium, & hæc dicitur maior excommunicatio vel anathema, de qua intelligitur thema, *Abs͞q; Synagogis facient vos*, quasi diceret, per excommunicationem maiorem, separabunt vos contumaces & inobedientes, à consortio Christianorum: licet hoc ad literam Christus dixit de discipulis suis, quos Iudæi, cum prædicarent fidem Christi, de Synagogis suis expulerunt. *Alia* est, quæ separat à Sacramentis tantum, & contrahitur peccato mortali, aut participatione cum excommunicatis, & dicitur minor: de qua non intelligitur verbum thematis assignatum. Et figurata est hæc in hoc, quod Adam priuatus fuit esu ligni vitæ, per quod intelligitur Sacramentum corporis Christi, & alia Sacramenta à quibus separat excommunicatio, tàm maior quàm minor. Vt patet 11. q. 3. Nemo.

Excommunicationem timendam esse, exemplis demonstratur.

Et NOTA, quod timenda sit excommunicatio, & potest in exemplis demonstrari. Nam legitur cum quidam comes excommunicationem contemneret, quidam Abbas in aspectu illius excommunicauit panem album, & statim niger & mucidus est effectus. Quidam etiam Episcopus excommunicauit passeres, qui Ecclesiam S. Vincentij maculabant, & statim passer moritur, quàm citò ab aliquo importatur. Cum etiam nobilis domina, mater Ducis Burgundiæ, emisset viridarium valdè pulchrum à quodam sacerdote, cum essent arbores pulchræ, & terra bona & pinguis, nullum tamen fructum faciebat. Cum autem quæreret ab incolis, quæ poterat esse causa, dixerunt ei, quod cum sacerdos in Dominicis diebus celebraret missam tempore fructuum, iuuenes relicta missa & Ecclesia colligebant fructum, & clausuras & arbores dissipabant. Cumq; Sacerdos de hoc monuisset, nec vellent cessare, excommunicauit viridarium, ne de cætero fructum ferret, nec ferebat. Tunc prædicta Ducissa fecit viridarium præcipiente prædicto sacerdote absolui, & deinde fecit fructum consuetum. Et potest esse exemplum, quod homines qui significantur per arbores, si à Prælatis suis excommunicantur, nullum fructum dignum faciunt ad vitam, nisi è contra ab eisdem Prælatis, vel iussu ipsorum à Sacerdotibus inferioribus absoluantur.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES.

Sermo Primus.

Ignem veni mittere in terram. Lucæ 8.

PTolomæus, Almagesti primo dicit, Ignis quidem regionis æthereę, nequaquam descendit in Orizontem hemisphærij mundanæ, nisi videlicet roræ & lumine mediante, sicut patet de igne fulminis.

A Quia dicit Auerrois super 3. metheor. Sicut ignis materialis aquis extinguitur, sic ignis cœlestis humore roris & nubis validius inflammatur. Et eadem de causa, vt dicit Architas Tarentinus in lib. euen. In natura fulmen accendit retia piscatorum subter aquas, extra aquas verò minimè. Nam nutrimentum fulminis vapor est & aqua: namq; à Philosopho propria fulminis regio nuncupatur. In regione ergò sua est vigorosior omnis actus.

MORA-

MORALITER per rorem intellige Spiritus ſancti gratiam propter certas cauſas. *Primo*, quia ros ex alto mānat. generatur enim ros in alto, flante auſtro vento calido. Sic gratia Spiritus ſancti generatur in alto, & infunditur nobis à Spiritu ſancto. *Secunda*, ros temperiem & ſerenitatem amat, quia niſi in ſereno & temperato aëre generatur. Sic gratia Spiritus ſancti nequaquam in anima, niſi ſit à peccato pura & ſerena inuenitur. *Tertia*, quia ſicut ros terram inebriat: ſic gratia Spiritus ſancti mentes à terrenis delitijs alienat. *Quarta*, ſicut in ſeminibus ros medullam ampliat, & augmentat: Sic gratia Spiritus ſancti omnia bona noſtra mollificat. *Quinta*, ſicut ros in mari Oſtreas & piſces impinguat: Sic gratia Spiritus ſancti mentes noſtras per amorem charitatis dilatat. *Sexta*, ſicut ros dulcedinem cauſat: Sic & gratia Spiritus ſancti. Quia dicit Oroſius ſuper Cant: Nullus homo in hac vita excogitare poterit veriorem felicitatem, ſuauitatem dulciorem, quàm dum mens ſibi per gratiam Spiritus ſancti aduenisſe ſenſerit Creatorem. Ideo dicit Auguſtinus libro ſoliloq. Tantam interdum in aduentu Spiritus ſancti dulcedinem deguſtaui, quod præ gaudio inenarrabili quod intus habui, me fore hominem penitus ignoraui. Sed per ignem ſubaudi Spiritum ſanctum, vt in proceſſu ſermonis patebit. Ille quidem æthereus ignis, videlicet Spiritus ſanctus, nunquam deſcendit in corda humana, niſi mediante rore gratiæ: quia quàm citò Spiritus ſanctus menti aduenerit, gratia ſua mox aderit: Et quia ſine gratia Dei homo nihil poteſt, ideo miſit Chriſtus hodie Spiritum ſanctū, vt eo veniente pariter veniret gratia ſua, quapropter dixit. *Ignem veni mittere in terram.* In quo ponit duo principaliter, *Primo*, Spiritus ſancti gratiam, qua inflammamur, ibi. *Ignem veni mittere. Secundo*, eius miſſionis influentiam, qua mundamur, ibi. *Et quid volo, niſi vt accendatur.* Primo, ponit Spiritus ſancti gratiam, qua inflammamur cum dicit ignem. Pro quo notandum, quod Spiritus ſanctus apparuit in linguis igneis hodie diſcipulis ſuis, ſicut habetur, Actorum 2. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum Spiritus ſanctus*, quia vt dicit Magiſter in hiſtor. quod oculis corporalibus viderunt, quoſdam radiolos igneos ad modum linguarum & habentium calorem igneum. Et ideo Spiritus ſanctus aſſimilatur igni, propter quatuor.

Rori aſſimilatur gratia Spiritus ſancti propter certas cauſas.

Spiritus ſanctus comparatur igni propter quatuor.

PRIMO, propter ſeptem donorum gratiam, habet enim ignis duodecim virtutes, ſeptem dona Spiritus ſancti deſignantes. PRIMA proprietas ignis eſt, quod alta comburit, humiliat & inclinat. Sic Spiritus ſanctus & donum timoris, altos in potentatibus humiliat, alijſque coæquat, ſicut figuratum eſt de ſuperbo Nabuchodonoſor, qui ſe vltra Deum extulit, quando dixit, Dan. 3. tribus pueris quos miſit in fornacem ignis. *Quis eſt Deus, qui eripiat vos de manu mea?* quaſi diceret non eſt talis, neque in cœlo, neque in terra, ſed adeo poſt humiliatus fuit, quod ab hominibus eiectus, in ſilua vt bos fœnum comedit, Dan. 4. Ideo dicitur 3. Reg. 19. *Ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis, ſubuertens montes & conterens petras.* Per montes intelligit in dignitatibus eleuatos, ſed per petras, ſuperbos & induratos, qui per Spiritum ſanctum etiam vſque ad vltimum humiliantur. Nonne ſuperbus & induratus fuit rex Antiochus, qui ſuperbè contra Deum loquebatur, & tamen humiliauit eum in tantum quod ait. *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo*, 2. Machab. 9.

B

Ignis proprietates.

I.

Alta comburit.

SECVNDA proprietas ignis eſt, quod dura emollit, vt eſt de glacie, quæ cum apposita fuerit igni, ſtatim liqueſcit, Sic etiam de cæra, quam ignis liquefacit. Quid

II.

Dura emollit.

Glacies mũdi gloriam designat.

moraliter per glaciem, nisi mundi gloriam, ad quam multi aspirant, intelligo, quo ad instar glaciei indurantur, vt nulli pauperi per misericordiam inclinentur: quod congruè exponitur de eis illud, quod dicitur Iob 41. *Cor eorum indurabitur quasi lapis.* Sed cum venerit Spiritus sanctus cum dono pietatis, liquefaciet cor talium ad compatiendum proximis, sicut patet de Petro Telonario, suprà parte 1, Dominica in Sexagesima Sermo II. K. L. Sed quid per cæram nisi peccatorem. Iuxta illud Psal. 67. *Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereunt peccatores a facie Dei.* Sed isti peccatores, per donum secundum spiritus, videlicet pietatis, ita loquuntur, quod etiam in lacrymas resoluuntur. Sicut patet de Petro, qui peccata trinæ negationis *defleuit amare.* Matth. 26. Et Maria Magdalena septem dæmonia de corde suo lacrymis expurgauit, Lucæ 7. Hoc non nisi ex dono pietatis Spiritus sancti processit: ideo dici potest de ipsis, & alijs, illud Psal. 74. *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.*

Cæra peccatorem designat.

III. Obscura illuminat.

TERTIA proprietas ignis, quod obscura illuminat, Sic Spiritus sanctus per tertium donum scientiæ illuminat cor interius, ad cognoscendum viam veritatis. Sicut illuminatus fuit hoc dono Tobias, qui licet excæcatus fuit, tamen filium suum viam vitæ docuit Tobiæ 4. *Si multum tibi fuerit, multum tribue.* Ideo dicit B. August. lib. 4. Confess. O lux quam videbat Tobias, quando oculis clausis docebat filium vitæ viam, & ei præibat pede charitatis nunquam errans.

C

IV. Restringit fluida.

QVARTO, ignis restringit fluida, & hoc facit Spiritus sanctus per donum consilij, quia sicut ignis fluidam pellem & constringit, sic Spiritus sanctus viam gulosam dissuadet, Lucæ 21. *Attendite ne corda vestra grauentur in crapula & ebrietate.* Et ratio est, quare restringit gulam, quia cor hominis templum est Spiritus sancti, & ideo illud non vult esse fluidum per gulam, quia dicit, Gen. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*, id est, carnaliter viuens. Super quo dicit Hieron: Ab exordio conditionis humanæ, nec carnaliter vescebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur, in signum quod hoc cursu vsque ad diluuium peruenimus. Post diluuium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes indigestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa & præputia, & cultellus circumcisionis appositus, quia Dei munus plus in nobis creauit, quàm necesse est, postquam Christus venit in fine temporum, O reuolauit ad A & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes dicente Apostolo. *Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.* Glossa ex gula. Vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est, id est, in vsum assumptum.

Carnium vsus post diluuium concessus.

V. Mollia consolidat.

QVINTA proprietas ignis est, quod mollia consolidat sicut patet de testa limosa. Sic Spiritus sanctus per donum fortitudinis, fructificauit & consolidauit electos suos: sicut patet de Samsone, quem adeò confortauit & fortificauit, vt ambas columnas domus, in qua erant Philistæi nomen Dei blasphemantes, apprehenderet, & domum deijceret, & se cum ipsis interficeret. Iudic. 16. vt dicit B. August. lib. de ciuit. Dei. Et habetur 23. q. 5. c. Si non licet. Non Samson aliter excusatur, quod seipsum cum ruina domus hostibus oppressit, nisi quia Spiritus sanctus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat.

Spiritus sanctus per Samsonem miracula faciebat.

VI. Metalla clarificat.

SEXTA virtus ignis, quia metalla clarificat, sicut de auro vel electro tollendo rubiginem. Sic Spiritus sanctus, per donum intellectus, clarificat animam vt scire

pos-

Digitized by

possit, quanta sit rubigio, scilicet luxuria corrodens & maculans eam: quia inter omnia peccata luxuria est magis infamis. Sed hanc tollet Spiritus sanctus per intellectum, qui fit per auditionem verbi, sicut patet de Palæmone de quo refert Valerius Maximus lib. 6. cap. vlt. qui post multam voluptatem carnis scholam intrauit semel Xenocratis, qui vultum in eum continuit, & omissa rede qua disserebat, de modestia ac temperantia loqui cœpit. Cuius grauitate sermonis coactus resipiscere Polemo, primùm coronam detractam de capite deiecit: Paulò pòst brachium inter pallium reduxit, procedente tempore oris hilaritatem deposuit; ad vltimum totam luxuriam exuit, vniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus Philosophus euasit. Ideo interrogat Psalm. 118. *In quo corrigit adolescentior viam suam?* Et inspiratus Spiritus sanctus respondit, *In custodiendo sermones tuos.*

Exemplum de Polemo mutato.

SEPTIMA proprietas ignis est, quod sursum tendit. Sic Spiritus sanctus per donũ Sapientiæ, quæ dicit Eccles. 24. *Ego Sapientia in altissimis habito*, semper facit ascendere & altissima comprehendere, & hoc contra iram quæ motu irrationabili conturbat sensitiuam, intellectiuam & irrationabilem, nec sapiat quod velit Spiritus, sed intima detrahit, quia

VII. Sursum tendit.

Impedit iram animum, ne possit cernere verum.

vt dicit Cato.

SECVNDO Spiritus sanctus igni assimilatur propter excellentiam, ignis enim excedit omnia elementa in tribus: in specie, in altitudine, & in virtute. In *specie* quidẽ, id est, in pulchritudine ratione lucis in aspectu. In *altitudine* ratione sublimitatis in situ. Et in *virtute* ratione virtutis in actu.

Spiritus sanctus igni assimilatur, & quare.

Similiter Spiritus sanctus in his tribus excedit. *Primo* in pulchritudine lucis, quæ quidem pulchritudo lucis est ornamentum cœli, ideo dicit Iob. 26. *Spiritus eius ornauit cœlos. Secundo* in altitudine originis, quia de alto cœlorum venit. Iuxta illud Thren. 1. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Tertio* in altitudine virtutis. Quia dicit Psal. 32. *Spiritu oris eius omnis virtus eorum.*

Spiritus S. in tribus excedit.

TERTIO assimilatur igni propter violentiam. Nam ignis ex violentia sua habet alta inclinare, grauia eleuare, & fluida coadunare. Et hæc tria facit Spiritus sanctus, quia inclinat excelsos ad humilitatem, eleuat infimos per superiorem auiditatem, coadunat vniuersos per conformitatem. De *primo* patuit supra de Nabuchodonosor, qui ex spiritu suo fuit eleuatus, cum dixit: *Nonne hæc est ciuitas Babylon, quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Dan. 4. Sed per Spiritum sanctum fuit ad humilitatem inclinatus, quando ab hominibus fuit eiectus donec confideretur humiliter, quod solum altissimus dominaretur. Sicut patet ibidem. De *secundo* dicit Fontonius in descriptione vniuersi, quod lumen solis, sursum eleuat & trahat pulueres, atomos & vapores. Cuius ratio est. Nam virtus attractiua & eleuatiua, in omni lumine latitat ex natura, vt dicit Commentator.

Assimilatur igni propter violentiam.

SPIRITVALITER per lumen intelligitur Spiritus sanctus, qui dicitur *lumen cordium*. Et de ipso canit Ecclesia, *O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.* Et Gregorius super Iob dicit. Spiritus sanctus cor humanum illustrat subito, & immutat, & abnegat homo repentè, quod erat, & exhibet repentè, quod non erat. Illud bea-

D Spiritus S. lumen cordium.

beatissimum lumen, eleuat sursum ad cœlestem patriam puluerem & vaporem. Quid per puluerem aut vaporem intelligit, nisi hominẽ, quia de ipso dicitur. Gen. 3. *Pulvis es, & in pulverem reuerteris.* Et Iac. 4. *Quæ*, inquit, *est vita vestra? Vapor ad modicum parens*, id est, valde citò transiens, *& deinceps exterminabitur.* Ideo dicit Fortunatus in Homil. Eos quidem quos Spiritus humiles inuenerit, sursum ad alta felicitatis beatitudinisque sustulit. De *tertio* verò canit Ecclesia de Spiritu sancto. *Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, qui per diuersitatem linguarum cunctarum, gentes in vnitate fidei congregasti.*

Assimilatur igni propter munificentiam.

QVARTO, assimilatur igni propter munificentiam. Est enim ignis munificus, & liberalis in communicando se & sua, nam communicat suam formam, id est igneitatem. Et sic Spiritus sanctus per gratiam quodammodo communicat suam deitatem. Nam *qui Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt*, ad Roman. 8. Item: Ignis communicat suam potentiam, id est, caliditatem, quæ est virtus actiua. Et Spiritus S. communicat suam charitatem, per quam magna operatur in nobis, ideo dicitur ad Roman. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Item: Ignis nobis communicat suam operationem, quæ est multiplex, & Spiritus sanctus communicat nobis suas operationes, quæ multæ sunt. De quibus 1. Corinth. 12. *Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem: Alij quidem per Spiritum datur sapientiæ sermo: alij sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: alij fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in eodem Spiritu: alij operatio virtutum: alij discretio Spirituum alij prophetia: alij genera linguarum*, sicut de Apostolis hodie, *Loquebantur variis linguis*, Actor. 2. *alij interpretatio sermonum: Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens vnicuiq; prout vult.*

Operatio Spiritus S. multiplex.

ET NOTA quod ignis habet diuersas operationes, quæ Spiritui sancto adæquantur. PRIMO quod habet alterare, scilicet calefaciendo, desiccando, denigrando, & multis alijs modis transmutando, per virtutem suam actiuam. Et similiter Spiritus sanctus secundum diuersas qualitates siue virtutes, homines in quos venit alterat & transmutat. Sicut legitur 1. Reg. 10. Postquam Samuel vnxisset Saul in regem super Israel, dixit sibi inter cætera. *Cum abieris hodie à me, venies in collem, vbi est statio Philistinorum: & cum ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos tympanum, psalterium, & tybiam & Cytharam, ipsosque prophetantes. Et insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & in virum alterum mutaberis.* Et sequitur post pauca, quod peruenit in prædictum collem. *Et ecce cuneus prophetarum obuius ei: & insiliit Spiritus Domini in eum, & prophetauit in medio eorum. Videntes autem qui nouerant eum heri & nudius tertius, quod esset cum Prophetis & prophetaret, dixerunt ad inuicem. Quanam res accidit filio Cis? Num & Saul inter Prophetas?* Ecce quàm subito Spiritus sanctus de homine ignaro fecit prophetam, eum in virum alterum transmutando.

E

Ignis habet varias operationes.

1. Alterat & transmutat.

SECVNDA operatio ignis quod habet renouare, sicut patet principaliter de Salamãdra, de qua refert Magister lib. 14. proprietatum, quod est genus Salamandræ, cuius pellis est villosa & pilosa, sicut pellis vituli marini, ex qua fiunt aliquando cingula ad vsus regum, quæ post longam vetustatem in ignem proiecta, non exuruntur, sed post diuturnam inflammationem, illæsa & renouata extrahuntur. Sic Spiritus sanctus ad quemcunque peruenerit, animam eius renouabit. Iuxta illud Ezech. 36. *Ecce dabo vobis*

2. Renouat.

vobis cor nouum, & Spiritum nouum. Ideo petebat Psalm. 50. *Spiritum rectum innoua in visceribus meis*, Et in Psalm. 103. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.*

TERTIA operatio ignis est, quod habet augmentare. Nam ignis, vt dicit Philosophus, per appositionem combustibilium, crescit in infinitum. Ideo dicit Diony. ca. vlt. cœlestis hierarchiæ, quod ignis est latenter augmentatiuus sui ipsius; sed hoc intellige addito combustibili. Sic & Spiritus sanctus quamuis ex se naturam non habeat vt crescat vel minuatur, tamen in nobis crescere dicitur: quia ad quoscunque venerit, crescere in gratia facit. Sicut dicitur de Christo. Luc. 2. *Puer autem crescebat & confortabatur spiritu.* 3. Augmentat.

QVARTA, quia ignis habet segregare. Nam dicit Diony. vbi suprà, quod ignis est distinctiuus, distinguit enim & segregat in metallis purum ab impuro, & grossum à subtili, plumbum ab argento. Assumit enim subtilia ad se similia sibi, & reijcit grossiora: congregat enim homogenia sibi. Vnde patet, quod ignis habet congregare & segregare: Habet enim congregare similia, & dissimilia disgregare: vtraque autem operatio, Spiritui sancto attribuitur. Nam illos quos sibi elegit hos segregare solet ab alijs, sicut patet Acto. 13. quod dixit Spiritus sanctus. *Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ministerij, ad quod assumpsi eos.* 4. Segregat.

QVINTA operatio ignis, quod habet penetrare. Nam secundum Dionys. lib. cœlestis hierarchiæ: Ignis est acutè pergens: illud enim, quod est acutum, pergit penetrando. Vnde secundum Gregorium in Homil: Ipse Spiritus sanctus amor est, amor autem facit penetrare amantem ad intima amati, & eius discretiora perscrutari. Ideo dicitur 1. Corinth. 2. *Spiritus omnia perscrutatur etiam profunda Dei*, id est, intima. 5. Penetrat.

SEXTA quod ignis habet se alijs incorporari, siue alia sibi vnire, sicut patet in ferro ignito & carbone inflammato, in quibus ignis secundum omnes suas partes, partibus carbonis siue ferri coniungitur, quod inter vnius & alterius substantiam, sensibilis differentia non habetur: vnde & talia corpora dicuntur ignis materia, vt dicit Philosophus 4. Meraph. Sic etiam Spiritus, quos per suam gratiam ad se trahit, secum vnum facit. Ideo dicit Apostolus 1. Corinth. 6. *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo.* 6. Incorporat & vnit.

SEPTIMA operatio quod habet eleuare. Quia dicit Dionysius quod ignis est sursum ferens, scilicet alia, & hoc in quantum cogit aliqua, in quibus habet victoriam, sequi motum suum. Sic & Spiritus sanctus, quibus formam suæ gratiæ tribuit, leuat & post se trahit. Iuxta illud Ezech. 1. *Quocunq; ibat spiritus, illuc eunte Spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant: & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur.* Vnde attende, quod Spiritus sanctus facit ire proficiendo, stare perseuerando, & leuari à terra cœlestia contemplando. 7. Eleuat.

Quantum ad SECVNDVM, ponit eiusdem missionis influentiam, qua consolamur cum dicit *Veni mittere in terram.* Pro quo nota quod Spiritus sanctus missus est propter multa. PRIMO vt lacrymantium consolator. Quando enim nutrix recedit à puero, puer tristatur & plorat, & licet ipsa puerum hortetur & moneat, quod non ploret nec doleat, puer tamen cum recesserit, statim plorat & clamat, quantumcunq; F

Pars secunda cõcionis.

I. Vt lacrymantium consolator.

Digitized by Google

cunque ipse se citò redituram promittit, nec cessat à fletu, donec nutrix mamillam in os eius ponat vel mittat.

Christus fuit Apostolorum nutritius.

Isto modo MORALITER Christus fuit nutritius Apostolorum suorum, quos tanquam filios iuuenes & teneros diligebat & nutriebat. De dilectione dicitur Ioan. 13. *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Sed de nutritione dicitur Oseæ 3. *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis.* Ephraim frugifer interpretatur, & significat Apostolos, qui fruges doctrinæ ferebant, quibus totus mundus fuit postea saturatus. Iste nutritius, scilicet Christus, recepit licentiam ab Apostolis, & dixit eis, quod non turbarentur de recessu suo. Ioan. 14. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet. vado & venio ad vos.* Et iterum: *Modicum non videbitis me.* Et multa talia dixit eis. Et tamen illis omnibus non obstantibus, non poterant se à tristitia continere, aut à fletu. Ioan. 16. *Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum.* Et infra in eodem capite, prædixit fletum dicens. *Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini.* Et ideo Christus volens eos consolari perfectè, mamillam suæ dulcedinis, videlicet spiritum, posuit in ore eorum, sicut de hoc prædixit Isa. 60. *Lac gentium suges, & mammilla regum lactaberis.* Mamilla regum est Spiritus sanctus, vt dicit Holkot lectione 124. qui est mamilla dulcedinis clementiæ & suauitatis totius Trinitatis. Ista mamilla habet in se lac dulcissimum nutrimenti. omnia enim dulcia nutriunt secundum Philosophum. Et de Spiritu sancto scribit Ecclesiast. 24. *Spiritus enim meus super mel dulcis.*

G Diuersitas sugentium.

Sed inter sugentes istam mamillam differentia magna est, vt dicit Holkot, vbi suprà. Quidam namque sicut pueri dissoluti, postquam suxerunt, mordent dentibus: Quidam pellunt manibus: Quidam lacerant vnguibus. Hi omnes sunt ingrati Christiani, qui postquam Spiritum sanctum receperunt, per Sacramentum pœnitentiæ, redeunt ad ingratitudinem per peccatum, quorum quidam mordent per detractionem, & lædunt charitatem, quæ est amor Spiritus sancti. De hoc morsu dicit Apostolus ad Galat. 5. *Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini*, quasi diceret, aduertere debetis, quod ad hoc sequitur detractio vestra in corpore & anima, ideo detractionis corrosionem dissuadet moralis cum dicit. *Obliquè nullum debes corrodere dente*, vbi inhibet detractionem. Quia dicit Raymundus. Detractio est, cum quis vitam vel mores bonos aliorum nititur corrodere, minuere, vel corrumpere, quod est valde graue peccatum, & à Deo grauiter punitum. Nam legitur Numer. 12. de Maria sorore Moysi, quæ detraxit ei dicens. *Num per Moysen solum locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quod audiens Dominus iratus est valde, eo quod vir erat Moyses mitissimus, super omnes homines qui in terra morabantur. Et dixit ad Mariam & Aaron. Quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi? & percussit eam Dominus lepra, quæ apparuit cadens sicut nix, & iussit eam Dominus manere septem diebus extra castra.* Quidam autem pellunt per rebellionem, qui Ecclesiæ resistunt & doctrinæ verbi Dei, quales fuerunt Iudæi Actu. 7. quibus dixit Stephanus. *Vos semper spiritui sancto resistitis: sicut Patres vestri, sic & vos.* Et propter hanc rebellionis resistentiam indignos regno Dei se fecerunt. Iuxta illud Actu. 13. dicit Paulus. *Vobis* scilicet Iudæis *oportebat primum loqui verbum Dei. Sed quoniam illud spreuistis, & indignos vos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes.*

Detractionis definitio

Alij

Alij lacerant vnguibus, ſicut raptores, qui bona Eccleſiæ auferunt, rapiunt, & prędantur, & iſti ſunt mali militares, qui per iſtam beſtiam deſignantur, Dan. 7. quæ erat terribilis nimis, dentes & vngues eius ferrei, comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus ſuis conculcabat. Et dicitur notanter ſuperius, quod Spiritus ſanctus eſt lacrymantium conſolator. Vbi NOTA, quòd lacrymantes ſunt in triplici differentia, ſecundum triplicem ſtatum fidelium. Omnes enim fideles cuiuſcunq; ſtatus quamdiu in hoc ſæculo viuunt, ſemper lugent & triſtantur.

Lacrymantium triplex genus.

H

INCIPIENTES enim ſunt *primi*, qui hic lacrymantur & triſtantur de peccatis, quæ commiſerunt. De quorum triſtitia dicit Apoſtolus, 2. ad Cor. 7. *Quæ ſecundum Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur*, vbi dicit gloſſa. Dum peccator triſtis eſt, quia peccauit, dum dolet, quia fecit quod Deus odit, talis triſtitia eſt in ſalutem æternam. Hos conſolatur Spiritus ſanctus à peccatis purgando, & compunctionem cordis infundendo. Vnde ipſis dicitur Acto. 1. *Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu ſancto*, id eſt, purgabimini & abluemini. Nam per Spiritum ſanctum ſordes abluuntur. Iuxta illud 2. Cor. 6. *Si abluti eſtis, ſanctificati eſtis in nomine Domini, & in ſpiritu Dei noſtri.*

Incipientes deflent ſua peccata.

Secundi PROFICIENTES, & iſti hic lugent & contriſtantur, quia propter infirmitatem carnis non tantum bonum operantur, quantum libenter vellent, ſicut conqueritur Apoſtolus ad Rom. 7. *Velle adiacet mihi, proficere autem non inuenio.* Et B. Auguſtinus in ſoliloq. idem conqueritur. Quod magis per me poſſe credidi, minus ſemper potui. Dicebam enim, hoc faciam, illud perficiam, fiebatq; pòſt nec hoc, nec illud; aderat voluntas, ſed defuit facultas. Et Matth. 26. dixit Dominus. *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Hoc etiam conſolatur Spiritus ſanctus, ipſis auxilium & robur præſtando, iuxta illud Iſaiæ 44. *Noli timere ſerue meus Iacob, effundam ſuper te ſpiritum meum.* Iacob interpretatur luctator, & ſignificat eos qui contra carnem luctantur, quod maximè pertinet ad proficientes. Semen Iacob ſunt illi, qui eum in hoc imitantur, & iſtis promittitur Spiritus ſanctus, vt in luctu roborentur, ideo dicit Apoſtolus ad Rom. 8. *Ipſe ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.*

Proficientes quare lugeant.

Tertij ſunt PERFECTI, qui etiam hic lugent & triſtantur, quod tamdiu exilium eorum prolongatur, ſicut luxit Dauid, Pſalm. 119. qui dixit. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.* Et Pſal. 41. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini; Fuerunt mihi lacryma.* Sic lacrymabatur Auguſtinus in ſoliloquio, cum dixit. Heu mihi quamdiu dicitur mihi vbi eſt Deus tuus? quamdiu dicitur mihi exſpecta, & te exſpecta? & nunc quæ exſpectatio mea eſt? Nonne Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus ſanctus, qui omnes eum exſpectantes & deſiderantes conſolatur, quaſi diceret, ſic.

Perfecti lugent prolongationē exilij ſui.

Aliter etiam lacrymantur & lugent perfecti & contemplatiui, quando videlicet eis contemplatio diuina ſubtrahitur, & tunc ſemper lugent donec redeant in ipſam. Hos etiam conſolatur Spiritus ſanctus & hoc tripliciter. *Primo*, eos in virtutibus & bonis operibus confirmando. Quia dicitur Rom. 5. *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Ideo Dauid orat in Pſalmo. *Spiritu principali confirma me.* Pſalm. 50. *Secundo*, conſolatur eos, vitam æternam ipſorum eſſe teſtificando; iuxta illud Roman, 8. *Ipſe ſpiritus reddet teſtimonium ſpiritui noſtro, quod*

Contemplatiuos tripliciter conſolatur Spiritus ſanctus

Digitized by Google

sumus filij Dei: Si autem filij & heredes. Tertio, consolatur eos cœlestes eis delectationes immittendo. Ideo dicit Haymo super Apocalyp. 5. Mihi consolatio aduenit per aduentum Spiritus sancti, & influxum, hoc nunquã mea lingua exprimere, nec mens concipere poterit in æternum.

I II. Vt ignorantium informator.

SECVNDO, Spiritus sanctus missus est sicut ignorantium informator. Christus enim Dei filius prædicauerat Iudæis verba sapientiæ suæ, ita quod fatebantur, Ioan. 7. *Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur.* Fecerat etiam inter eos opera potentiæ suæ, Ioan. 16. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Dederat insuper exempla eis sanctitatis & bonæ vitæ, Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et istis non obstinantibus, verba Dei sapientiæ dicebant Iudæi esse falsa, Ioan. 8. *Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum.* Miracula suæ potentiæ dicebant fieri virtute diabolica, Matt. 12. *Hic non eijcit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Exempla suæ sanctitatis dicebant facta esse hominis peccatoris, Ioan. 9. *Nos scimus, quia homo hic peccator est.* Istis ergò visis, quando Christus dicit discipulis, Marci vltimo. *Euntes in mundum vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ*, poterant ipsi respondere. Domine, quomodo nos derelinquis, & ad Iudæos transmittis, qui verba tua falsa dixerunt, quia miracula tua dæmonibus ascripserunt, qui tuam sanctitatem in scandalum peruerterunt? Quid inter eos facere poterimus, nos ignari, qui habemus paruam sapientiam: nos infirmi, qui habemus paruam potentiam: realiter peccatores, qui habemus læsam conscientiam. Et ideo missus est ad eos Spiritus sanctus pro omnibus istis, sicut ignorantium informator, Ioan. 14. *Paraclitus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis.*

K Spiritus sanctus missus est in specie: Ignis. Linguæ.

In huius figuram missus est Spiritus sanctus in trina specie, ignis, linguæ, & columbæ. In igne consistit relucentia claritatis, in lingua eloquentia veritatis, in columba patientia suauitatis. Iuxta illud Sap. 12. *O quam bonus & suauis est spiritus tuus in nobis.* In igne igitur designatur potentia, quia inter omnia elementa nullum est ita actiuum: & hoc patet per calorem, qui in igne designatur & splendore. In lingua designatur eloquentia, per vocem & clangorem. Modò ita fuit, quod licet Apostoli habuerunt prædicare principibus, qui fidem impugnabant per potentiam; philosophis, qui eam impugnabant per sapientiam; & populis, qui Apostolos non intelligebant, propter idiomatis differentiam. Ideo Christus dedit eis Spiritum sanctum in specie ignis, vt vincerent eos per Spiritus sancti potentiam. Columbæ. In specie columbæ, vt vincerent eos per patientiam. In specie linguæ, vt instruerent eos per sapientiam, & haberent omnis idiomatis differentiam. Nam dicitur Actu. 2. *Cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* De ista etiam informatione dixit Christus, Ioan 16. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Veritas triplex. Est autem triplex veritas, quam docet Spiritus sanctus.

L 1. Veritas iustitiæ.

PRIMA est veritas iustitiæ, quam credimus, & hæc ipse est Deus, qui dixit Ioan. 14. *Ego sum via, veritas, & vita.* Hanc veritatem qualiter credere debeamus, ignoramus, nisi per Spiritum sanctum doceamur. Ideo de Spiritu sancto dixit Christus, Ioan. 16. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.*

2. Veritas doctrinæ.

SECVNDA veritas est doctrinæ, quam loquimur, quæ consistit in adæquatione sermonis ad intellectum, vt scilicet, quæ sentimus in corde, proferamus ore. Iuxta illud

illud Matt. 5. *Sit sermo vester est, est, non, non*. Hanc veritatem Doctores habere non possunt, nisi eis à Spiritu sancto infundatur. Ideo Doctoribus Ecclesiæ conuenit illud Matth. 10. *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*. Sed hunc scilicet Spiritum veritatis non habent hæretici, falsam doctrinam seminantes. Sicut de quibusdam dicit Apostolus, 1. Timoth. 4. *Attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum*. Hunc etiam spiritum non habent hypocritæ, sanctitatem simulantes Quia dicitur Sap. 1. *Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum.*

An Spiritus sanctus omnem fictionem fugiat.

Hic incidentaliter incidit vna dubitatio. An Spiritus sanctus fugiat omnem fictionem. Et videtur quod non, quia dicitur Lucæ vlt. quod *finxit se longius ire*, & tamen proposuit cum eis manere, ergo simulauit vnum exterius, & aliud prætendebat interius. Ad oppositum est sacra scriptura his. Ad istam quæstionem aliter respondendum secundum vsum loquendi modernorum & aliter secundum modum loquendi sanctorum. Apud modernos enim ex communi vsu loquendi, iste terminus *fictio*, de ordinationem importat & falsificationem, & secundum hoc notum est, quod Spiritus sanctus effugiet omnem fictionem. Sed secundum vsum loquendi sanctorum, ille terminus *fictio*, non necessario importat, siue connotat falsitatem, siue deordinationem, sed possibile est, quod fictio significat sicut est, tunc fictio non est falsum. Et secundum hunc modum dicit August. lib. de quæstionibus Euangelij. Non omne quod fingimus mendacium est, sed quando illud quod fingimus nihil est, tunc est mendacium. Cum autem fictio nostra referatur ad aliam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Hæc ille. Ideo dicendum est ad quæstionem, quod Spiritus sanctus quamlibet fictionem deordinatam fugit, & non aliam. Ad argumentum autem dicitur, quod illa fictio non fuit deordinata sed fuit figura signans, quales fuerunt illi discipuli amando & dubitando secundum Gregorium.

Vox hæc (fictio) an connoter falsitatem.

TERTIA est veritas vitæ, quam facimus, quæ consistit in vitæ sanctitate & operum luminositate. De qua Ioan. 3. *Qui facit veritatem, venit ad lucem*. Hanc etiam veritatem habere non possumus nisi Spiritu sancto docente. De his iam dictis dicit Bernardus in Sermone Pentecostes. Porrò ad faciendum bona, quod in nobis Spiritus sanctus operatur, profecto monet, docet & mouet. MONET memoriam, docet rationem, & mouet voluntatem. In his enim tribus tota consistit nostra anima. Memoriæ suggerit bona in sanctis cogitationibus, atque ita ignauiam nostram torporemq; repellit, propterea quoties huiusmodi suggestionem senseris in corde tuo, da honorem Deo, & age reuerentiam Spiritui sancto, cuius vox sonat in auribus tuis, ipse namq; est qui loquitur iustitiam & hoc quantum ad primam veritatem scilicet iustitiæ. *Et subdit*. DOCET rationem: multi siquidem mouentur, vt benè faciant, sed minimè sciunt, quid agendum sit, nisi assit denuò gratia Spiritus sancti, quæ inspirat & cogitationem doceat in opus proferre, ne sit vacua in nobis gratia Dei, & hoc quãtum ad secundam veritatem, scilicet doctrinæ. *Et subdit*. Si quid scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi, propterea non solum moneri & doceri, verumetiam MOVERI, affici bonum necesse esse ab eo vtiq; Spiritu, qui adiuuat infirmitatem nostram, per quam charitas Dei in cordibus nostris infunditur, quæ est bona voluntas ad opus & hoc quantum ad tertiam veritatem, scilicet, vitæ.

3. Veritas vitæ.

Spiritus sanctus Monet.

Docet.

Mouet.

TERTIO, Spiritus sanctus missus est sicut vacillantium confirmator, quia de ipso dicitur, Iob 4. *Vacillantes confirmauerunt sermones tui & genua tremencia corroborasti.*

M III.

Digitized by Google

Vt vacillantium confirmator.

Vas enim luteum quando est recens, & non habet aliam qualitatem quàm luti, cedit omni tactui & omni impulsui. Sic Apostoli & similiter omnis homo, qui est vas luteum per naturam, iuxta illud Iob 10. *Memento quaeso, quod sicut lutum feceris me:* nullo modo potest perfectè resistere tentationibus seculi, ex sua propria qualitate: sed si vas exiccetur, & comburatur ad ignem, fit solidum, durum, & sonorosum. Et ita Apostoli se habebant, & alij viri sancti se habent in Ecclesia, quando accenduntur igne Spiritus sancti, fiunt firmi, solidi, & sonorosi. Et hoc patuit in B. Petro, qui adeo mollis fuit, quo ad vocem ancillæ à proposito recessit, Christum negauit, nec Christianum se esse affirmauit. Sed postquam Spiritum sanctum accepit, quasi ex igne firmatus, & solidatus, & sonorosus, quod Imperatorem & Dominum totius mundi non timuit, sed Christum esse redemptorem generis humani constantissimè asseruit. De hoc dicit Bernardus in quodam sermone. Indutos virtute ex alto esse, qui de tanta pusillanimitate ad tantam venerunt constantiam; denique mutationem illam dextræ excelsi, manifestè declarat princeps Apostolorum, in quo prius inter ancillæ verba formido, postea inter principum verba fortitudo aderat, quis dubitat non aduenisse spiritum vehementem, qui mentes eorum inuisibili potentia illustrauit? Ideo dicitur Actor. 1. *Accipietis virtutem Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem.*

In teste tria considerauda.

In teste secundum Isidorum tria considerantur, scilicet natura, conditio, & vita. *Natura*, vt sit vir, & non mulier: quia sexus ille falsitatem & instabilitatem solet annexam habere. Consideratur *conditio*, vt sit liber non seruus: quia seruus metu Domini sui facilè soler à veritate abduci. Consideratur *vita*, ne sit infamis. Propter ista tria Prælati Ecclesiæ, qui vel sunt effœminati, libidinosè viuendo; vel seruilis conditionis, mundo vel mammonæ seruiendo; vel sunt *læsi* in bona opinione publicè delinquendo, non sunt conuenientes testes Christi, nisi sint Spiritu sancto confirmati: Sed Apostoli fuerunt viri propter cordis constantiam; liberi & sine timore, per virtutis abundantiam: famosæ & bonæ opinionis, per sanctitatis redolentiam. Et ideo de eis scribitur, Actor. 4. *Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi.*

Operatio gratiæ spiritus sancti.

Et ista tria tangit Augustinus. Talis est, inquit, gratia Spiritus sancti, quod si tristitiam inuenerit, dissoluit: si desiderium pernitiosum, consumit: si trepidationem, abijcit. In hoc autem quod dissoluit tristitiam, dat cordis firmitatem: in hoc quod desiderium pernitiosum consumit, dat vitæ sanctitatem: in hoc quod trepidationem abijcit, dat constantiam & libertatem. Vnde Gregorius 4. super Ezech. Considero Patres noui & veteris testamenti, Dauid, Danielem, Amos, Petrum, Paulum, Matthæum, & apertis oculis intueor fidem. Impleuit enim gratia Spiritus sancti puerum citharœdum & Psalmistam fecit: impleuit abstinentem, & iudicem senum fecit: impleuit Pastorem armentarium, & prophetam fecit: impleuit piscatorem, & principem Apostolorum fecit: impleuit persecutorem, & doctorem gentium fecit: impleuit publicanum, & primum Euangelistam fecit. Hæc Gregorius. Ideo signanter petiuit Dauid, Psal. 50. *Spiritu principali confirma me*, & tunc constanter, *docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.*

N IV. QVARTO, missus est Spiritus sanctus sicut errantium prædecessor. Dicit enim Basilius in Hexameron, quod nimia distantia facit errare circa tria. *Primo*, circa quan-

Digitized by Google

quantitatem, & ponit exemplum de ſole, qui propter magnam diſtantiam nobis apparet vix pedalis in diametro. *Secundo* circa qualitatem, & ponit exemplum de velis nauium, quæ ſi ſint alba apparent multum diſtantibus nigra. *Tertio* circa figuram, quia quadrata propter diſtantiã apparent eſſe rotunda. Iſto modo peccatores elongati à cœleſtibus errant circa futuram gloriam tripliciter. *Primo*, circa eius quantitatem, non conſiderantes quam magna ſit, & inenarrabilis. Sic & eam miratur Dauid in Pſalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Secundo*, circa eius qualitatem, non conſiderantes, quod *nec auris audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcendit*, videlicet gloriam, *quam Deus præparauit diligentibus ſe.* Iſaiæ 64. *Tertio*, circa eius figuram, non conſiderantes quàm ſtabilis ſit & æterna. Eſt enim in quadro poſita Apocalyp. 21. vbi dicitur, *Ciuitas in quadro æquilatere poſita eſt*, ipſi autem credunt eam eſſe volubilem & rotundam. Et quia circa ipſam errant, ideo ad eam non perueniunt, niſi Spiritus ſanctus veniens eos præceſſerit, & viam ad hanc gloriam monſtrauerit: Quia iſte figuratus eſt per columnam nubis, quæ præcedebat filios Iſrael de Ægypto exeuntes, Exod. 14. & Sapient. 18. *Ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ.* Ideo dicit Dauid Pſal. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Via autem per quam ducet, eſt obſeruantia mandatorum; iuxta illud Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.* Hæc eſt via breuis & facilis, de qua dicit Spiritus ſanctus Prouerb. 4. *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris non artabuntur ingreſſus tui:* Quaſi diceret, non eſt difficilis via iſta præceptorum, & currens nõ habens offendiculum, quaſi diceret: Si ambulabis in vijs præceptorum, & in ſemitis conſiliorum, recto greſſu peruenies in regnum cœlorum, ad quam perducat nos Deus Pater, &c.

Vt errantiũ prædeceſſor.

Peccatores errant à gloria cœleſti tripliciter.

1. Cor. 2.

DE EODEM.

Sermo ſecundus,

Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Sap. 1.

AVguſtinus refert, quod mos antiquitus erat, quod corda Imperatorum, aut Regum, poſt mortem ipſorum comburebantur, & cineres in eminentiori loco collocabantur. Contigit autem, quod quidam moriebatur, cuius cor non potuit concremari, multis autem ſuper hoc mirantibus, omnes ſapientes prouinciæ citauerunt, & ab eis cauſſam quæſierunt. Tandem cauſam inuenientes dixerunt, quod Imperator fuiſſet intoxicatus, & propter latens venenum comburi non poſſet cor eius nec accendi, tunc illi cor de igne extraxerunt & Theriacam impoſuerunt, ſic veneno fugato, cor in ignem poſitum, mox in cinerem eſt redactum. A

MORALITER. Per Reges aut Imperatores intelligi poſſunt Chriſtiani homines, de quibus dicitur 1. Petri 2. *Vos eſtis genus electum* per baptiſmum, *regale ſacerdotium, gens ſancta populus acquiſitionis*, ſcilicet pretioſo ſanguine Chriſti. Sed per ignem in quo cor horum regum debet comburi, ſpiritualiter ſignificatur amor Spiritus ſancti, Ignis corda Regum con-

Lumens, amor Spiritus ſancti.

propter aliquas proprietates ignis. Quia ſicut ignis eſt principiũ omnis leuitatis, vt dicit Commentator ſuper 4. methe: ſi amor Spiritus ſancti, eſt principium & cauſa leuitatis, ad opera bona in agendo. Quia neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia, vt inquit Ambroſius in Homil. Item, ſicut ignis corpora dura mollificat, & mollia indurat, ſic amor Spiritus ſancti, induratos & obſtinatos in peccatis, per pœnitentiam mollificat, imbecilles & infirmos corroborat & confirmat. Ideo petit Pſal. 67. *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.* Item, ſicut ignis omne corpus à putrefactione præſeruat, vt dicit Auerrois ſuper lib. de pomo & morte. Sic ignis diuini amoris vel Spiritus ſancti præſeruat animam ab omni corruptione mortis perpetuæ & à putrefactione pœnalitatis æternæ. Sed per cor veneno infectum ſignificatur cor mortali peccato infectum, & hoc quidem non poteſt comburi per amorem Spiritus ſancti, niſi à peccato fuerit purgatum. Quia ſicut ignis naturaliter inimicatur veneno, ſic Spiritus ſanctus veneno prauitatis. Ideo appone tali cordi Theriacam pœnitentiæ, quæ confici debet ex tribus partibus, ſcilicet contritione, confeſſione & ſatisfactione, & tunc comburi poteſt ab amore diuino, peccato per pœnitentiam à Deo fugato. Quia Sap. 1. dicitur. *In malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corde ſubdito peccatis:* Et hoc eſt quod dicit Sapiens in verbo allegato. *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum* id eſt, hypocritam & peccatorem, qui bonum prætendit exterius, & malitiam gerit interius: in quo duo tanguntur, *Primo*, Spiritus ſancti varia operatio, ibi, *Spiritus ſanctus diſciplinæ: Secundo* peccatorum per dona effugatio, ibi, *Effugiet fictum.* De primo eſt notandum quod diuerſæ ſunt operationes Spiritus ſancti ſecundum diuerſa nomina, quæ appropriantur ſibi, quorum duo ponuntur hic. Alia habentur Sap. 7. vbi dicitur. Eſt enim Spiritus intelligentiæ, ſanctus, multiplex, vnicus, ſubtilis, modeſtus, diſcretus, mobilis, incoinquinatus, rectus, ſuauis, amans bonum actum, &c.

Peccatores ad pœnitentiam corroborat.

A morte perpetua præſeruat.

Spiritus ſanctus prauitatis inimicus.

B

Sanctus.

PRIMO enim dicitur *ſanctus*, & ſanctus idem eſt, quod mundus, firmus, eleuatus, ſeu ſine terra. Et Spiritus ſanctus dicitur mundus, quia per ipſum à peccatis mundamur, ideo de ipſo canitur in Proſa. *Spiritus ſancti aſſit nobis gratia, quæ corda noſtra ſibi faciat habitaculum. Expulſis inde cunctis vitiis ſpiritualibus.* Et infra. *Tu purificatur omnium flagitiorum ſpiritus, purifica noſtri oculum interioris hominis.* Dicitur etiam *firmus*, quia per ipſum in bono confirmamur. Et dicitur *ſine terra.* Nam *ſanctus* in Latino idem eſt, quod ἅγιος in Græco, & Agios ſine terra dicitur, & pro tanto dicitur ſanctus ſine terra, quia per ipſum à terrenis ad cœleſtia eleuamur. Vel, vt dicit Holkot lectione 100. dicitur ſanctus pro tanto, quia eos quos ſanctificat, & ab amore terrenorum purificat & transfert, coniungit ad amorem cœleſtium. Et conuenienter miſſus fuit, non in ſpecie aquæ vel aeris, quæ elementa in diuerſis partibus ſuperficiei terræ cohærent: ſed in ſpecie ignis, qui immediatè corporibus cœleſtibus contiguatur, ſicut patet 1. Metheor. circa principium. In ſignũ, quod illos quos incendit amore, facit neceſſariò terrena paruipendere, & ad cœlum aſcendere, & vocatur Spiritus *ſanctificationis*, Rom. 1. Quia nos ſanctificat ſanctitate, de qua dicit Dionyſ. de diu. nomin. Sanctitas eſt ab omni immunditia perfecta & libera, & ab omni immunditia immaculata.

Sine terra.

Quare Spiritus ſanctus in ignis ſpecie miſſus.

Sanctificatio

SECVNDO dicitur Spiritus *diſciplinæ*, quia ad quamcunque perſonam venerit, ipſam

ipſam in moribus diſciplinatam facit. Quid autem ſit diſciplina, docet Hugo dicens: Diſciplina eſt conuerſatio bona & honeſta, cui ſatis non eſt malum non facere, ſed ſtudet etiam in his quæ benè agit, per cuncta irreprehenſibilis apparere: Diſciplina eſt omnium membrorum ordinatus motus, & diſpoſitio decens, in omni habitu & actione. Et de eadem dicit beatus Bernardus in quadam Epiſtola. O quàm compoſitum reddit homini corporis ſtatum, nec non & mentis habitum: diſciplina ceruicem ſubmittit, deponit ſubtilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnatus cohibet, linguam prohibet, frænat gulam, ſedat iram. Diſciplina quid boni faciat.

TERTIO dicitur *multiplex* propter multiplicia dona quæ præſtat, & ſunt ſeptem quæ figurantur Geneſis 61. vbi legitur, quod Pharao vidit ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues pulcri & craſſi nimis, & paſcebantur in locis paluſtribus. Moraliter hoc exponit Anſelm. lib. 7. cap. 12. quod iſte fluuius eſt Spiritus ſanctus. De quo Apocal. vlt. *Oſtendit mihi Dominus fluuium aquæ vitæ ſplendidum, tanquam Criſtallum procedentem de ſede Dei & agno*, id eſt, de Patre & Filio, iuxta illud quod canitur in ſymbolo Nicæno. *Qui ex Patre filioq; procedit.* Ex hoc reprobatur error Græcorum qui dicunt Spiritum ſanctum procedere à Patre & non à Filio, quorũ error reprobatur per Magiſtrum lib. 1. ſententiarum. diſtin. 11. Etiam per Doctores Græcorum, Cyrillum, Dydimum, & Chryſoſtomum. Et quod etiam procedit à filio, probatur per illud Ioan. 16. quod dicit Chriſtus. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Multiplex.

De hoc quidem fluuio deſcendunt ſeptem boues, id eſt, ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ dicuntur aſcendere & deſignantur in bobus, quia faciunt nos bonorum operum fructibus abundare. Et dicuntur craſſi nimis, eo quod animam mirabili dulcedine & virtutum abundantia replent. Et paſcuntur in locis paluſtribus. Loca autem paluſtria ſunt corda humilium, corda in quibus requieſcunt dona Spiritus ſancti. Iuxta illud Iſai. 11. *Requieſcet ſuper eum ſcilicet* humilem, *Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus ſcientia & pietatis, ſpiritus conſilii & fortitudinis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini.* C Septem boues, dona Spiritus S. deſignant.

Hæc ſeptem dona à propheta enumerata, ſunt ſeptem ſtellæ, in Chriſti dextera. Nam Apoc. 1. & 3. ſcribit beatus Ioannes quod *vidit in medio candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, & habebat in dextera eius ſeptem ſtellas.* Et quidem dici poſſunt ſtellæ, quia noctem illuminant præſentis vitæ. Præſens vita nox dicitur, videlicet propter aduerſitates, quibus plena eſt, & propter tenebroſitatem culpę & ignorantiæ, quæ in ea abundant. In dextera enim Chriſti ſunt hæ ſtellæ, quia Chriſtus donationem horum donorum ad manum ſuam retinuit, & ea in miſſione Spiritus ſancti ſuis fidelibus condiuiſit. Hæc inſuper dona ſunt figurata per ſeptem lucernas. De quibus Exodi 25. *Facies lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum.* vbi dicit gloſſa; Lucernæ ſeptem ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ in Chriſto cuncta ſemper fuerunt, vel manſerunt, & fidelibus ſecundum voluntatem eius diſtributa ſunt. Hæc ſuper candelabrum ponuntur, quia requieuit ſuper Chriſtum *ſpiritus ſapientia & intellectus &c.* Hæc dona ſunt ſeptem lampades ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti. Apocalyp. 4. Hæc ſunt reuera ſeptem oculi Apocal. 5, vbi vidit Ioannes agnum ſtantem tanquam occi- D Dona Spiritus S. varia deſignant. 1. Septẽ ſtellæ in Apocal. 2. Septem lucernæ in Exodo. 3. Septẽ lampades ante thronum.

Digitized by Google

occiſum habentem cornua ſeptem & oculos ſeptem. qui ſunt ſeptem Spiritus Dei,
4. Septem oculi & cornua ſeptem.
Et Zach. 3. *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*, exponit gloſſa de Chriſto, qui eſt lapis angularis coniungens duos parietes in vnum, ſuper quem lapidem ſeptem oculi ſunt. Iſai. 11. *Super eum requieſcit. &c.* Hæc dona Spiritus ſancti ſignantur per ſeptem crines Samſonis Iudic. 16. quibus caput ſponſæ Chriſti debet eſſe ornatum.
5. Septem crines Samſonis.
Hos crines conantur abradere Philiſtæi, qui interpretantur cadentes, & ſignificant dæmones qui de cœlo ceciderunt. Luc. 10. *Vidi Sathanam tanquam fulgur de cœlo cadentem*, Et illis ablatis, homo debilis efficitur & remanet vt Samſon.

Dona Spiritus S. opponuntur ſeptē malis.
Iſta dona ſunt contra mala ſeptem, quæ enumerat Gregor. ſuper illud Iob. 1. *Ventus vehemens irruit a regione deſerti*, his verbis: Spiritus qui mentem ante omnia, prudentia, fortitudine, iuſtitia firmat, eandem contra ſingula tentamenta inſtruit, contra ſtultitiam *ſapientia*, contra habetudinem *intellectu*, contra præcipitationem *conſilio*, contra timorem *fortitudine*, contra ignorantiam *ſcientia*, contra duritiam *pietate*, contra ſuperbiam *timore*. Tria enim illorum malorum ad effectum videntur pertinere. *Vnum* eſt reſpectu Dei ſcilicet ſuperbia, quæ eſt inordinata excellentia animi. *Aliud*, reſpectu proximi, ſcilicet durities. *Tertium* reſpectu inimici, ſcilicet timor vel puſillanimitas. Contra *ſuperbiam* eſt donum *timoris*, quia dicit Gregorius ſuper Ezechielem. Per timorem humiles ſumus: *pietas* eſt contra *duritiem*. Iuxta illud Gregorij ſuper Ezechi: Per pietatem ſumus miſericordes, Sed *fortitudo* eſt contra *puſillanimitatem*. Quatuor vero mala videntur pertinere ad intellectum. *Primum* eſt *ſtultitia*, quæ eſt, quando intellectus ſapore terrenorum impeditur à guſtando ſaporem æternorum. *Secundum* eſt *hebetudo*. quæ eſt groſſities intellectus, qui impeditur ne penetret æterna myſteriorum, & ne cognoſcat creatorem in creaturis. *Tertium* eſt *ignorantia*, quæ eſt defectus diſcretionis, quantum ad ea quæ ſunt communiter agenda. *Quartum* eſt *præcipitatio*, quantum ad deliberationem eorum quæ ſunt ardua, & quæ pertinent ad perfectionem ſalutis. Contra hæc quatuor ſunt, donum ſapientiæ, & donum intellectus, donum ſcientiæ & donum conſilij. Donum *ſapientiæ* lumen eſt, quo agnoſcuntur ſuperiora, Donum *intellectus* lumen eſt à quo agnoſcuntur interiora. Donum *ſcientiæ* eſt lumen, quo agnoſcuntur exteriora. Donum *conſilij* lumen eſt, quo agnoſcuntur periculoſiora.

Ad intellectum quatuor mala pertinent.

Quatuor dona malis prędictis oppouuntur.

E Sed NOTA, quod notanter ſubiungitur in figura Gen. 41. quod aliæ ſeptem boues egrediebantur de fluuio fœdæ confectæque macie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis vberrimis; deuoraueruntque eas, quorum mira ſpecies & habitudo corporum erat.

Septem tenues boues deſignant ſeptē vitia.
MORALITER per ſeptem boues tenues & fœdas, intelliguntur ſeptem vitia, quæ figurantur in bobus qui terram vertunt, quia hæc vitia cor deprimunt, & terrenis actionibus inuoluunt. Hæc emergunt de flumine, id eſt, de inſtabilitate mentis humanæ, quia *ſenſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua*. Geneſ. 8. Dicuntur autem fœdæ, quia mentem hominis maculant, & conuerſationem deformant, & ſunt confectæ macie, quia exacuant pinguedinem gratiæ & virtutum, paſcunturque in ripa amnis continuè fluentis. Amnis continuè fluens eſt vita humana, quæ continuè fluit ad mortem. 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & ſicut aqua in terram dilabimur*. Cuius duæ ripæ ſunt, Spiritus & Caro, & quibus ſunt loca vberrima & vincentia, videlicet diuerſæ potentiæ animæ, & diuerſæ partes corporis,

Vita humana, amnis cōtinuè fluens

Digitized by Google

ris, in quibus viror, & vigor, & virtus, vt in intellectu virtus cognoſcitiua, in voluntate virtus appetitiua, & ſic de alijs. In partibus corporis ſunt vires, vt in oculis vis viſiua. In auribus vis auditiua, & ſic de alijs. Nec eſt aliqua particula corporis, in qua non ſit vis animæ. Ideo iſta ſunt loca virentia, id eſt, viribus ſpiritualibus plena. Sunt etiam loca vberrima per abundantiam actionum. Nam in intellectu abundant cogitationes, in voluntate affectus, & ſic de alijs. In iſtis ergò partibus ſeu viribus paſcuntur ſeptem vitia, quia auaritia paſcitur in viſu, ideo & vocatur *concupiſcentia oculorum*, 1. Ioan. 2. Gula paſcitur in guſtu, luxuria in tactu, ſuperbia in appetitu. Eſt enim ſuperbia appetitus propriæ excellentiæ, & ſic de alijs: hæc vitia deuorant boues ſpecioſos, id eſt, dona Spiritus ſancti. Nam plenitudinem *Sapientiæ* deuorat luxuria, quia facit ſpiritualia deſipere, quia *animalis & carnalis homo non percepit ea, quæ Spiritus Dei ſunt*, 1. Cor. 2. Donum verò *intellectus* deuorat gula, quia generat hebetudinem ſenſus circa intelligibilia, vt dicit Gregorius 31. moral. Deuorat auaritia donum *ſcientiæ*, quæ peruertit rectum iudicium, dum auarus iudicat temporalia eſſe æternis præponenda, in eis finem ſuum conſtituens. Donum *pietatis* deuorat inuidia, beneuolentiam excludens. Donum autem *conſilij* deuorat ira, quæ ad omnia præcipitanter ducit, quod eſt contra conſilium. Sed donum *fortitudinis* deuorat acedia, quæ reddet mentem debilem & grauem. Donum autem *timoris* excludit & deuorat ſuperbiam, quæ præſumptuoſum & audacem facit, vt dicit Anſel. vbi ſuprà. Sed ſecundum Gregor. 10. moral. Sapientiam deuorat ſtultitia, intellectum habetudo, ſcientiam ignorantia, pietatem duritia mentis, conſilium præcipitatio, fortitudinem timor, timorem verò ſuperbia ſiue præſumptio.

Septem peccata mortalia deuorant dona Spiritus ſancti.

QVARTO, Spiritus ſanctus dicitur *vnitiuus*, videlicet formaliter & effectiuè, quia nos vnit de fide, ſpe, & charitate. Iuxta illud Epheſ. 4. *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Vnitiuus.

QVINTO, dicitur *ſubtilis* quia ſanctos viros aut etiam mulieres facit ſubtiles meliorando, docendo, & faciendo dona, quibus ſanctos ſuos exornat, vt dicere poſſit ad quemlibet illud Ezech. 16. *Induite ſubtilibus, & ornani te ornamentis.* F Subtilis.

SEXTO, dicitur *modeſtus*, quia ad quos venerit, hos modeſtus facit. Quia dicitur ad Galat. 5. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas gaudium & pax.* Et infrà: *Modeſtia, continentia, & caſtitas.* Eſt autem modeſtia, vt dicit Tullius in 1. Rhetor. per quam pudor honeſtatis, puram & ſtabilem comparat auctoritatem. Et hæc quidem modeſtia indecentiam cauet in verbo, in riſu, in motu corporis, & membrorum ſitu, in habitu, vel cultu, &c. vt habes ſupra parte 1. Dominica IV. poſt Epiphaniæ, Sermo I. P. I. Modeſtus.

SEPTIMO, Spiritus ſanctus dicitur *diſertus*, quia diſertos facit de balbutientibus & infantibus: quemadmodum hodie fecit Apoſtolos, qui ante Spiritus ſancti miſſionem fuerant valdè rudes. Sed veniente Spiritu ſancto adeo diſerti & ſapientes facti ſunt, vt loquerentur varijs linguis magnalia Dei. Iuxta illud Act. 2. *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & ceperunt loqui, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis*, id eſt, eleganter loqui. Quia dicit Beda: Non ſolum Apoſtoli loquebantur, & intelligebant omnia idiomata, ſed etiam illis loquentibus in vno idiomate quocunque, tunc omnes audientes, quantumcunq; erant diuerſorum idiomatum, ſuum idioma intellexerunt, diuina virtute hoc faciente. Nam ſicut per rebellionem ad Deum in ædificatione turris Babel diuiſæ ſunt linguæ, vt habetur Gen. 11. Sic per infuſionem Spiritus ſancti Diſertus.

Apoſtoli omnium linguas intellexerunt, & ab omnibus ſuerunt intellecti.

Digitized by Google

vnitæ sunt. Tunc impletum est illud Sap. 10. *Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas*, id est, eloquentes. De ista disertione loquitur Augustin. lib. 1. de natura & origine animæ, asserens quod valdè periculosa est eloquentia, si non commiscetur scientia. Ideo dicit Tullius in prologo Rhetoricæ, Sicut sapientia cum eloquentia multum ciuitatibus profuit, ita eloquentia sine sapientia constat plurimum nocuisse.

Holkot in lib. Sap. lect. 100.

G

Mobilis.

OCTAVO, Spiritus sanctus dicitur *mobilis*, quia illos ad quos dignatur venire, facit moueri promptè & obedienter, quamuis in se immobilis est necessario, sicut probatur 8. Physicorum. Isto modo fecit Spiritus sanctus Apostolos mobiles, quod in omnem terram dispersi sunt. Iuxta illud Psal. 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.* Nam tunc impletum est illud, Lucæ 21. *Virtutes cœlorum mouebuntur.* Et Ioan. 15. *Posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Argentum enim viuum est satis mobile. Si autem mortificatur, statim sistitur. Ita prædicatores viui vita gratiæ discurrunt, & circumeunt pro salute proximi procuranda. Iuxta illud Prouerb. 6. *Discurre, festina, suscita amicum tuum.*

In coinquinatus.

NONO, dicitur in *coinquinatus*, & hoc est verum tàm formaliter quàm effectiuè: Honesta enim persona non inhabitat loca turpia & immunda, nec Spiritus sanctus mentes turpes gulosas & libidinosas dignatur inhabitare, quia Sap. 1. dicitur de Spiritu sancto, *quod non inhabitat in corde subdito peccatis*, ideo de Apostolis canitur, quod inuenit in eis habitacula munda, & tribuit eis charismatum dona.

Suauis.

DECIMA, Spiritus sanctus dicitur *suauis*. Iuxta illud. *O quam suauis est Domine Spiritus tuus in omnibus nobis*, Sap. 12. Nam suaues & mites facit, quos inhabitare dignatur, non impatientes, non amaros, non turbidos, non impetuosos. Famuli enim ministrantes Dominis, facilimè recipiunt mores dominorum. Et ideo quando seruientes alicuius sunt benè educati, signum est quod seruierunt alicui nobili. Vnde metrista.

Est Domini facies famulus, speculumq; magistri
Discipulus, monstrat signum moderamina regis.

Si ergo suaues fuerimus ad inuicem, signum est quod sumus de familia Spiritus sancti, ideo dicit Apostol. 2. Cor. 6. *In omnibus exhibeamus non sicut Dei ministros, in multa patientia, in longanimitate, & in suauitate in Spiritu sancto.*

Amans bonum actum.

VNDECIMO, dicitur *amans bonum actum*, facit enim homines de profectu alieno gaudere, & hoc contra inuidos est, qui de bonis alienis tristantur. Charitas verò è conuerso de bono actu lætatur. Et hæc charitas datur per Spiritum sanctum, Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

H

Nihil vetat benefacere.

DVODECIMO, Spiritus sanctus est talis, quod *nihil vetat benefacere*, imò hortatur benefacere, & hoc contra negligentes acedioſos. Et similiter contra malos consiliarios, qui Dominos suos aliquando impediunt à bono proposito, quod intendunt in eleemosynis, & in operibus pietatis. Contra quos dicitur Prou. 3. *Noli prohibere facere benè eum qui potest, quia talis omissio tibi imputatur. Si potes, ipse benefac.*

Humanus.

TREDECIMO, dicitur *humanus* propter duo. *Primo*, quia homines diligit & cum eis libenter existit. Iuxta illud Prou. 8. *Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Secundo*, quia homines humanos facit, non austeros, non bellicosos. Iuxta illud Sap. 12. *Docuisti autem populum tuum talis, quia oportet iustum esse & humanum.*

DECI-

DECIMO QVARTO, dicitur *benignus* quasi benè ignitus, quia benè ignitos efficit, quos benè disponit. Ideo dicitur de Spiritu sancto, Sap. 1. *Benignus est enim spiritus Sapientiæ*: propter quod dicit Apostolus hominibus, ne per iracundiam contristentur Spiritum sanctum, dicens. *Nolite contristari Spiritum sanctum, in quo signati estis.* Ephes. 4. Et infrà. *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis.* Benignus.

DECIMO QVINTO, dicitur *stabilis*, quia quos inhabitat, stabiles facit, & perseverantes in bono proposito: nec obstat quod prius mobilis dicebatur, quia secundum Rabanum. Spiritus quidem qui impleuit omnia, mobilis simul & stabilis dicitur: homo enim qui vbique discurrit, vbiq; obuiam venit, & repentè vbi non creditur, inuenitur. Omnipotens enim Spiritus vbique est, vt signanter stabilis simul & mobilis dicatur. Hæc Rabanus. Similiter facit sanctos proficere in bono de virtute eundo in virtutem, & ideo mobilis dicitur. Iuxta illud 1. Cor. 15. *Itaq; fratres mei dilectissimi, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper.* Stabilis.

DECIMO SEXTO, dicitur *securus*, quia securos nos facit per spem, quæ est certa exspectatio futuræ beatitudinis, veniens ex gratia præcedentibus meritis, vt dicit August. & Magister lib. 3. distinct. 26. cap. 1. Creditor, quando habet pignus sufficiens à debitore, securus est de suis debitis, Dominus autem volens non esse securos de futura beatitudine, dat nobis Spiritum sanctum loco pignoris secundum illud, Ephes. 1. *Credentes signati estis spiritu promissionis, qui est pignus hereditatis nostræ.* Securus.

DECIMO SEPTIMO, dicitur *omnem virtutem habens*, quia est Patri filioque coæqualis & consubstantialis, ideo canitur in Symbolo. *Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur.* Omnem virtutem habens.

DECIMO OCTAVO, Spiritus sanctus dicitur *omnia prospiciens*, quia omnia, *nuda & aperta sunt oculis eius*, ad Hebræos 4. Vel quia *omnia scrutatur*, 1. Cor. 2. Vel quia Spiritus sanctus facit hominem prudenter prospicere, quia de præteritis dat cautelam, de præsentibus circumspectionem, de futuris prouidentiam. Iuxta illud 1. Corinth. 2. *Spiritualis homo iudicat omnia.* Omnia prospiciens.

DECIMO NONO, dicitur *mundus*, & quidem mundus est in se, & mundos facit quos inhabitare dignatur, Psal. 50. *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Et dicitur notanter *spiritum rectum*. Omnes enim rectæ lineæ sunt super rectam lineam stantes, duo vtrobiq; anguli aut recti sunt, aut duobus rectis æquales. Recta linea Spiritus sanctus est. Iuxta illud Psalm: *Spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Item, alia linea est mens siue animus, Eccles. 7. *Solummodo hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum*, videlicet secundum mentem. Cum ergo Spiritus sanctus descendit super istam lineam rectam, necessario duo anguli, id est, ratio & voluntas sunt formaliter recti, per innocentiam. Iuxta illud Psal. 24. *Innocentes & recti adhæserunt mihi.* Vel fuit æqualis duobus rectis propter pœnitentiam. Status enim pœnitentiæ æquiparat hominem statui innocentiæ. Et ideo licet ratio & voluntas non sint rectæ formaliter per innocentiam, sunt tamen rectæ per pœnitentiam. De qua rectitudine dicitur Prou. 21. *Qui rectus est, corrigit viam suam.* Per has inquam operationes potest quis cognoscere, an habeat Spiritum sanctum per gratiam. Sunt autem & alia tria signa. Et accipiuntur ista tria signa secundum triplicem speciem, in qua Spiritum sanctum legimus apparuisse. I Mundus. Holkot in lib Sap. lect. 146 Signa spiritus sancti.

Digitized by Google

K Apparuit enim in ſpecie *nubis*, ſupra Chriſtum transfiguratum. In ſpecie *columbæ*, ſuper Chriſtum baptizatum. In ſpecie *ignis*, ſuper Apoſtolorum collegium congregatum.

1. Abundantia lacrymarũ. PRIMVM ergò ſignum eſt abundantia lacrymarum, & ideo apparuit in ſpecie *nubis*. Nubes enim fundunt pluuias ſuper terram, & ſpiritus irrigat mentem deuotam, quam inhabitare dignatur fluuio lacrymarum: vnde Gen. 1. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Et in Pſal. 147. *Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.* Ideo dicit Apoſtolus ad Rom. 8. *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, id eſt, poſtulare facit ſecundum gloſſam.

Spiritus ſanctus rigat mentem lacrymis, & quare. Sed quare Spiritus ſanctus rigat mentem fluuio lacrymarum? Reſpondetur, vt mediantibus lacrymis deleat culpas, quia cum nubes fundunt pluuias, tunc mundant plateas. Sic Spiritus ſanctus fundit in homine lacrymas, vt mediantibus lacrymis purget culpas: quia dicit Bernardus. Spiritus ſanctus odit ſordes, nec habitare poteſt in corde ſubdito peccatis. Cui enim proprium eſt peccata repellere, ipſi & proprium eſt peccata odire: nec in vno domicilio pariter morabuntur tanta munditia, & tanta immunditia. Exemplum de luce & tenebris, quæ non ſe compatiuntur in vno hemiſphærio, ſed mutuò ſe expellunt. Vel ideo mentem lacrymis irrigat, vt angelos lætificet, quia dicit Bernardus ſuper Cant. Lacrymæ pœnitentium vinum ſunt Angelorum, quia in illis calor vitæ, ſapor gratiæ, guſtus indigentiæ, ſuauitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis iucunditas, & ſerenatæ conſcientiæ ſuauitas.

2. Dimiſſio iniuriarum. SECVNDVM ſignum eſt dimiſſio iniuriarum, & ideo apparuit in ſpecie *columbæ*, quæ felle caret. Vnde quando homo inuenit ſe paratum & benignum, ad remittendum iniuriam ſibi factam, euidens ſignum eſt, quod Spiritum ſanctum habet, cum quo nullum odium ſtare poteſt ſed amor. Odium namq; inflammat, amaricat, & indurat, ſed Spiritus ſanctus per oppoſitas conditione deſcribitur. Nam comparatur rori, vnctioni, & melli. In quantum enim cor odio inflammatum refrigerat, dicitur *ros*. Ideo petit Eccleſia. *Corda noſtra Spiritus ſancti mundet infuſio, & ſui roris intima aſperſione fœcundet.* In quantum verò cor odijs induratum mollificat, dicitur *vnctio*. De qua 1. Ioan. 2. *Vnctionem habetis à ſancto*, ſcilicet Spiritu, *& noſtis omnia*, ſcilicet neceſſaria ad ſalutem. Et infrà. *Vnctio eius docebit vos de omnibus.* Quando vero cor amaricatum dulcorat, dicitur mel. De quo Eccli. 24. *Spiritus meus ſuper mel dulcis.*

3. Deſiderium ſupernorũ. TERTIVM ſignum eſt, deſiderium ſupernorum, & ideo Spiritus ſanctus apparuit in ſpecie *ignis*. Sicut enim ignis naturaliter tendit ſurſum, & ſe cœlo coniungit: Ita Spiritus ſanctus corda illorum quos accendit, ſurſum eleuat, vt terrena faſtidiant & cœleſtia deſiderent. Iuxta illud Ezech. 8. *Eleuauit me Spiritus inter cœlum & terram.* Non enim dixit, poſuit me in cœlo: quia ibi tantum ſunt boni: nec dixit, poſuit me in terra; quia ibi manent auari; ſed dixit, eleuauit me inter cœlum & terram, quia ibi debent eſſe fideles Chriſtiani. Cuius ratio eſt, quia aliquando habent aſcendere verſus cœlum, cœleſtia contemplando, & aliquando verſus terram, proximorum vtilitatem miniſtrando.

L Vtrum gratia neceſſariò detur Sed hic oritur vna dubitatio, Vtrum gratia Spiritus ſancti detur neceſſario homini, ſe quantum poteſt ad gratiam præparanti? Reſpondetur, neceſſitas eſt duplex, quædam eſt neceſſitas infallibilitatis, & quædam neceſſitas coactionis. Neceſſitas coactio-

ctionis, nullo modo cadit in Deum. Neceſſitas autem infallibilitatis cadit in Deum ex promiſſo ſuo & pacto, ſiue lege ſtatuta. Vnde nobis conſtat cum lege ſtatuta, quia viator facit, quod in ſe eſt, diſponendo ſe ad gratiam, quod habeat gratiam: poſſet tamen Deus mutare legem circa illam perſonam, ſi vellet. Et talis quantumcunque ſe diſponeret, non haberet: quia diſpoſitio hominis nullam cauſalitatem habet, reſpectu gratiæ de neceſſitate, quia gratia excedit omnem operationem naturalem. Nec eſt poſſibile, quod homo mereatur per quodcunque opus naturale, primam gratiam de condigno. Hæc Holkot lection. 146. Et addit: quod in hac quæſtione magis piè, quàm logicè eſt loquendum; quaſi diceret, magis credendum eſt, quod gratia detur præparanti ſe ad eam. Et ad hoc ſonat Gloſſa Auguſtin. ſuper illud Roman. 5. *Iuſtificati per fidem pacem habeamus*, dicens: Deus reſpicit confugientes ad ſe aliter eſſet iniquitas in eo. Sed impoſſibile eſt, quod iniquitas ſit in Deo: ergò impoſſibile eſt, quod Deus non recipiat confugientes ad ſe. Ergò confugiens ad Deum neceſſario conſequitur gratiam. Et Chriſtus dicit, Apocal. 3. *Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis mihi aperuerit, introibo ad eum, & cœnabo cum eo.* Sed iſte qui diſponit ſe, faciendo quantum in eo eſt, aperit ſibi: ergò neceſſariò intrat. Confirmatur iſta ratio; quia iſte aperienti ſibi, aut intrat, aut non intrat. Si non intrat, ergò fruſtra pulſat, quod impium eſt dicere. Sed ſi intrat, ergo gratiam dat. Ideò dicit Anſelmus, quod illa eſt cauſa, quare Deus non dedit gratiam Diabolo & perſeuerantiam, quia ipſe noluit accipere. Vnde ratio, non ideò non accepit Diabolus gratiam & perſeuerantiam, quia Deus non dedit, ſed ideò non dedit Deus, quia ipſe non accepit. Ergò quicunq; ſe præparat vt accipiat, neceſſario accipit gratiam.

Spiritus ſancti, præparati ſe ad gratiam.

Sed contra hoc diceret aliquis. Quibuscunque Deus dat gratiam, gratis dat & liberè, & ex ſola miſericordia, ergò quantumcunque ſe homo diſponit, eſt in libera Dei voluntate, dare ſibi gratiam, vel non dare: Item, ſic homo comparatur ad Deum, ſicut lutum ad figulum. Hier. 18. *Sicut lutum in manu figuli, ſic nos in manu Dei*, ſed lutum quantumcunque ſe parat, non recipit à figulo formam ex neceſſitate, ergò nec homo gratiam quantumcunque ſe parat. Ad *primam* rationem dic, quod Deus dat ex miſericordia & gratia ſua, pro tanto, quia talem legem miſericorditer ſtatuit, & obſeruat: Sed ſtante lege, neceſſariò dat gratiam neceſſitate communi. Ad *ſecundam*, quamuis ſumus tanquam lutum per comparationem ad Deum aliquo modo: non tamen ſimilitudo currit in omnibus, nec eſt pactum inter artificem & lutum: dato quod eſſet, artifex poſſet frangere legem, pacti lege manente: nec lutum poteſt aliquid apud artificem promereri, nec de congruo, nec de condigno.

Dubium.

Reſolutio.

Quantum ad SECVNDVM, ponitur peccatorum per dona effugatio, cum dicit, *Effugiet fictum.* Circa quod notandum, quod filij Iſrael de terra ſancta ſeptem gentes fugauerunt, quarum nomina ponuntur 7. Deutro. *Prima* vocabatur Gergezæus, *ſecunda* Amorrhæus, *tertia* Heuæus, *quarta* Hethæus, *quinta* Chananæus, *ſexta* Iebuſæus, *ſeptima* Pherezæus. Sed per filios Iſrael ſignificantur Chriſtiani, qui vident Deum per fidem. Per ſeptem prædictas gentes figurantur ſeptem peccata mortalia, ſeu capitalia, quæ debent boni Chriſtiani de cordibus ſuis effugare, vincere, & expugnare, ſi terram promiſſionis velint feliciter ſubintrare: Et hæc fugatio debet fieri per ſeptem dona Spiritus ſancti.

M
Secũda pars concionis. Holkot lect. 147. & 204.
Septẽ gentes denotant ſeptem peccata mortalia.

Superbia eiecit angelum de cœlo, Adam de Paradiso.

PRIMA gens vocabatur *GergeZeus*. Interpretatur autem Gergezæus colonum eiiciens, & significat *superbiam*, quæ primum angelum de cœlo eiecit, sicut declarat Magister lib. 2. distin. 6. cap. 2. quod propter superbiam meritò de cœlo empireo in quo cum alijs fuit, eiectus est in istum caliginosum aërem, cum omnibus suæ prauitatis consortibus: Hæc inquam, non solum angelum, sed colonum Paradisi de sua possessione eiecit, scilicet Adam Gen. 3. Hæc quidem, vt & nos de possessione cœli excludat, se sub triplici specie virtutum fingit & occultat. PRIMO, sub specie *Zeli* aliorum dicta & facta temere reprehendendo. Tales enim, in quibus se fingit & occultat superbia, *in se confidentes tanquam iusti, cæteros aspernantur* more Pharisæi, qui facta Publicani redarguit, & seipsum meliorem falsè iudicauit Luc. 18. SECVNDO, se fingit & occultat, sub falsa specie *spiritualis profectus proximi*: Et ista fictio est longè periculosior prima, quia sicut dicit Augustin. 10. lib. Confes. Hic pænè nulla datur facultas homini seipsum explorandi, videlicet, vt cum in illis actibus, quos facit quis pro salute aliorum, aliqua se immisceat elatio vanitatis. Et hoc frequenter accidit vel euenit illis, qui pro salute aliorum aliqua bona opera in publico faciunt, vt ipsos laudari contingat. Quod euidenter ostendit Gregorius in seipso asserens in fine Moral. quod quandoque in sua doctrina pro honore diuino sinceriter inchoata, quędam elatio propriæ complacentiæ se immiscuerit, quam statim vt perpendit, viriliter expulit dicens: Pro te non incepi, nec pro te dimittam. TERTIA fingit & occultat se sub specie *humilitatis* & singularis *sanctitatis*, quia secundum Augustinum maximè apparet in his, qui de mundi contemptu & de sordidis vestibus in seipsis gloriantur. Nam sicut ipse dicit 2. Confess. Sæpè homo de ipso contemptu vanæ gloriæ, vanius gloriatur. Et ista fictio seu occultatio superbiæ tantò est periculosior, quanto sub specie sanctitatis & religionis decipit, vt dicit Augustin. Sed hoc fictum fugit Spiritus sanctus, ideò debet homo illud fugare à se, & vincere per donum Spiritus sancti, quod dicitur *timor*.

Superbia se occultat.

1. Sub specie zeli, alios reprehendēdo

2 Spiritualis profectus proximi.

3. Humilitatis & sanctitatis

Dono timoris fugatur superba.

N

Nam dicit Augustinus lib. 14. de ciuitate Dei. *Timor* est amor fugiens, quod ei aduersatur, scilicet superbiam. Vel *Timor* est spiritualis fuga mali, ne perdat homo quod amat. Et hæc descriptio sumpta est de Gloss. Augustin. super Ioan. 10. vbi legitur de mercenario. Iste quidem timor malum culpæ quod inuenit in homine expellit. Iuxta illud Eccle. 1. *Timor Domini expellit peccatum.* scilicet superbiæ, quod est peccatum maximum Psalm. 18. *Emundabor à delicto maximo.* Ideò dicitur Eccl. 23. *Nihil melius*, videlicet ad fugandam superbiam, *quàm timor Domini*. Et Bernard. super Cant. In veritate didici, nihil æquè efficax esse ad promerendum gratiam, retinendam & recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inueniaris, non altum sapere, sed timere. Timor enim spiritus sancti hominem humiliat, vt gloriam æternam suscipiat. Quia dicitur Prou. 29. *Humilem spiritu suscipit gloria.* Et Eccli. 1. *Timor Domini gloria & gloriatio.* Et Eccle. 10. *Semen hominum honorabitur, hoc quod timet Dominum.*

Timor expellit malū culpæ.

Humiliat homines.

Sed diceretur: Quæ possunt homini timorem incutere? Respondeo, consideratio culpabilitatis suæ. Si enim tantum timet aliquis, cum se scit reum esse vnius criminis, in curia alicuius terreni iudicis & principis, quantum timere potest, qui tot & tantorum criminum scit se esse reum, apud iudicem strictissimum? Legitur de quodam Rege nobilissimo, qui fuit in Græcia, qui memor malorum suorum, & diuini

Quæ possūt homini timorem incutere. Exemplum memorabile

exa-

examinis, semper timidus erat, etiam cum solennitates cum suis principibus celebraret. Qui interrogatus à quodam fratre suo, cur timeret & tristaretur? Voluit causam suæ tristitiæ ostendere, misit buccinatores suos ante portas eius, quod secundū consuetudinem illius regni certissimum erat signum mortis, & cum frater regis ad regem esset adductus, & non modicum timeret, & valdè tristis esset, inquisiuit Rex quare non gauderet. Cui cum frater respondisset, quomodo in statu isto posset gaudere, indicauit & ei rex causam tristitiæ suæ. Si enim tantum timebat ille, qui sciebat regem esse fratrem suum, & qui in nullo se sciebat esse culpabilem apud eum, quia aliqua signa offensæ audierat, meritò timere potest, qui tot & tantis scit se esse culpabilem apud Deum maiestatis. Ideò dicit Hieronym. in Epistolis. Si tanta cura pertimescitur iudicium pulueris, quanta intentione cogitandum est, qua formidine præuidendum est iudicium maiestatis? Regis cuiusdam Græci.

O

SECVNDA gens dicitur *Amorrhæus*, & interpretatur amaricans, vel amara loquens, & significat *inuidiam*, quæ tota est fellita intrinsecus, quæ in se semper est amaricata semper amara diffundit. Dicit enim Aristot. lib. 2. cap. 2. de animalibus, quod Abane est animal magnitudine cerui, quod contra naturam omnium aliorum animaliū, habet fel in aure, simile felli hominis in colore: & est animal auarum & vorax nimis. Et hoc animal significat *inuidum & inuidiam*, quæ fel in aure gerit: quia quicquid audit, in amaritudinem offensionis conuertit; & nascitur ex superbia, vt dicit Gregorius, quia superbus inuidet, vt sibi alius coæquetur. Et hæc inuidia sub triplici specie virtutum se fingit seu occultat. *Primo*, quidem sub falsa specie *zeli & rectitudinis*, & hoc maximè contingit in illis, qui dicunt se solum odire vitia hominum, & tamen si diligenter se resoluerent, inuenirent se non vitia odisse sed naturam: quia inuident alijs, in hoc, quod sibi parificantur, vel quod ipsos excellunt in his, quibus ipsi singulares appetunt apparere. Et ista fictio secundum Gregorium, est nimis periculosa, quia est difficilis ad cognoscendum, & etiam ad repellendum. Nam vt dicit idem 32. moral. Error dum virtus creditur difficile emendatur, quia sæpè dum homo credit se exercere virtutis actum, potius exercet vitiosum. *Secundo*, se fingendo sub *falsa affectione fraternæ caritatis* occultat, quod maximè apparet in illis, qui sunt ex speciali affectu, ad aliquas personas, vel ad ordinem aliquem inclinati; qui molestè ferunt, quod alijs ordinibus aliquid commodi proueniat, aut honoris, & isti frequenter extenuant bonum, quòd relucet in personis aliorum ordinum, siue in conuersatione exemplari, siue doctrina salutari, quod exinde contingit, quia timent, quod vtilitati & statui aliorum depereat, ad quod magis inclinantur ex affectione singulari.

Inuidia, seu per amara diffundit.

Inuidia se occultat.

1. Sub specie zeli & rectitudinis.

2. Sub falsa affectione caritatis.

Et ista occultatio singularis affectionis nimis est periculosa, quia per eam homo triplex dispendium incurrit. PRIMVM est *sui amoris incertitudo*, quod patet ex hoc. Nam ille qui ad aliquem priuato amore afficitur, in hoc quandoq; potest decipi, quia vel ille ad quem afficitur non est ita bonus, sicut æstimat, vel sua priuata diffinitio facilius in amorem carnalem degeneratur, quorum neutrum potest contingere in amore communi, quo homo ad omnes status bonorum hominum communiter afficitur. SECVNDVM dispendium est, *æternæ mercedis extenuatio*. Nullum enim opus est meritorium vitæ æternæ, nisi sit informatū caritate: propter quod, quanto amor illud bonū causans est restrictior, tanto valor operis est minor, hoc autē amor habet com-

P

Damna quæ ex occulta affectione sequuntur.

Nullū opus sine caritate, est meritorum.

communis, quod auget meritum boni operis. Quia certum est, quanto magis amor diuinus, ad plures bonos actus extenditur per beneficentiam, tanto meritum illius actus multiplicatur. TERTIVM dispendium est *extenuatio diuini honoris.* Per amorem enim communem diuinus honor augetur, & omnes virtutes multiplicantur, quod non fit per amorem priuatum. *Tertio*, se occultant sub specie *amoris falsè prætendentis salutem proximi*, quod maximè apparet in illis, qui sub victa specie amoris humanæ salutis, alijs inuident de bonis sibi diuinitus concessis: asserentes, quod hoc ideo faciunt, quia timent, quod talia bona saluti eorum non expediant, & quod non moueantur ad hoc ex amore, sed plus ex fomite odij vel rancoris: & ista fictio tanto est periculosior duabus primis, quanto latentius hominem decipit, sub specie diuini amoris, & sub ficto appetitu humanæ salutis. Istud fictum fugit Spiritus sanctus, ideò debet quilibet homo fugere & vincere per secundum donum Spiritus sancti videlicet *intellectus*, quo homo aduertat principium naturæ suæ, & compartipem & dulcem se proximo præbeat, & non solum ad aliquos spiritualiter affectionem habeat, sed ad omnes exemplo Christi, qui charitatem ad omnes habuit sicut & hoc patet ex tribus. *Primo*, quia tanta sollicitudine & diligentia omnium nostrum salutem quæsiuit, ac si totus honor suus, & æterna sua felicitas ex ea dependisset. *Secundo*, quia tanto feruore charitatis nostram salutem sitiens, ad opus redemptionis nostræ tanto accelerauit, quod coram Pilato interrogatus, noluit respondere, Ioan. 19. ne opus nostræ salutis per momentum temporis differetur. *Tertio*, licet minima gutta sui pretiosi sanguinis, ad nostram reconciliationem suffeciisset, ex amoris tamen plenitudine, quem habuit ad omnes generaliter, totum sanguinem suum pro nobis effundere voluit, ita vt nihil penitus remaneret: quod patet per hoc quia totum sanguinem intercutaneum effudit in flagellatione, totum sanguinem venarum effudit in crucifixione, quæ fuit facta in manibus & in pedibus, quia ibi venæ totius corporis concurrunt. Sanguinem verò cordis, miraculosè post mortem effudit, in lateris apertione, propter quam effusionem, vt testatur Propheta in Psal. 101. *Ossa sua sicut cremium aruerunt.*

3. Sub falso amore salutis proximi.

Dono intellectus fugatur inuidia.

Caritas Christi ad omnes patet ex tribus.

Q 1. Remedium contra inuidiam, cognitio vitij.

ET tamen NOTANDVM est, quod *intellectus* principaliter valet ad fugationem *inuidiæ* se sub his speciebus virtutum occultantis. Nam ad fugandum seu ad curandum primum peccatum inuidiæ se sub falsa specie zeli occultantis duplex est remedium. *Primum* est istius vitij cognitio, vel respicit istius vitij cognitionem secundum eius curationem. Nam qui intelligere desiderat an ipsum hominem, aut potius ipsius vitium odiat, homo seipsum perscrutetur, & diligenter intendat vtrum sincero corde, & dulciter, ad illum afficiatur, cuius vitium persequitur. Et si inuenerit, quod illum hominem dulci corde amplectitur, signum est, quod solum ipsius vitium detestatur, quia dicit Gregorius 5. moralium. Affectus internæ dilectionis, excludit amaritudinem odiosi liuoris. Si ergò erga illum aliquam amaritudinem sui cordis deprehenderit, nouerit & intelligat, se non ipsius vitium, sed naturam sub falsa virtutis specie, detestari. Et huius inuidiæ Gregorius triplex signum ponit. *Primum* est, facies hominis ex eo palleſcit, quod ipsum cui inuidet intuetur. *Secundum*, quod oculos suos deprimit, nec ipsum delectabiliter valet intueri. *Tertium* signum, quod intus sæpè per inuidiam tantò amaricatur, quod præ interna amaritudine, dentes quadam pressione strident, & membra exteriora frigescunt. *Secundum* remedium

Inuidiæ triplex signum

cura-

Digitized by Google

curatiuum huius vitij in hoc consistit, quod homo discretionis oculo dulciter pensat, quod prosperitas proximi bonum suum in nullo diminuit, & ideò sibi congaudere debet in bonis sibi diuinitus concessis. II. Remedium considerare prosperitatem proximi, bonum suum esse.

Ad curandum secundam speciem inuidiæ, se occultantem sub specie fraternæ dilectionis, remedium in hoc consistit, quod homo communem amorem habeat ad omnes bonos, & diligenter fugiat omnem amorem singularem & priuatum, ac omnem acceptionem personarum: Et quod per suum amorem ad nullum se inclinet, nisi in quantum per hunc ad æternam beatitudinem dirigi poterit & iuuari, quia per hoc omninò excludit omne odium, quod se occultare consueuit sub simulata specie, fictę dilectionis fraternæ. Inuidia occulta quomodo curanda.

Ad curandum autem & fugandum tertiam speciem inuidiæ, quæ occultat se sub specie amoris humanæ salutis, consideret, quod si ipse maius bonum in se haberet, quàm sit illud, de quo inferre solet, pro quanto timeret, hoc esse impedimentum suæ salutis, an tunc sibi videatur, quod illo bono vti possit sine suæ salutis dispendio; & cum hoc inuenerit, & si de hoc fratri inuidet, tunc certus sum, quòd talis ex fomite odit personam, & non odit vitium: Et ista inuidia potissimè per hoc expellitur, quod homo sincere desideret, vt quilibet possit vti bonis sibi diuinitus concessis ad laudem Dei & pro suæ salutis augmento, & quod circa dispendium salutis alterius nullatenus occupatur, & tunc perfectè fugabit illam inuidiam, quæ sub ficta specie amoris humanæ salutis se consueuit occultare.

R

TERTIA gens dicitur Heuæus, & interpretatur lapides colligens, & figurat *iracundiam & rancorem*, quæ colligit petras confusionis & lapides scandali, vt iurgio iaciat contra proximum, sicut patet de iracundia Semei, qui egrediebatur & mittebat lapides contra Dauid, 2. Reg. 16. Ista quidem ira fingit se, & occultat sub triplici specie virtutum. *Primo* sub specie *zeli iustitiæ*, de hoc Greg. 32. moral. Plerunq; in vlciscendis vitijs crudelitas agitur & iustitia putatur, atq; immoderata ira zeli iustitię meritum creditur. *Secundo*, sub specie *charitatis proximi & vtilitatis* eius, quod apparet in illis, qui dicunt non se irasci proximo nisi pro tanto, quia res pro ipso gesta est contra salutem facientis. *Tertio*, sub colore *mansuetudinis & patientiæ*, quòd in illis maximè contingit, qui se grauius vlciscuntur tacendo, & nihil loquendo; quia ex hoc tendunt sibi vtilitatem, tacendo veritatem, subtrahere, vt ex hoc proximus grauius incurrat nocumentum. Hoc fictum quo ad primum malum est, ad secundum peius, ad tertium pessimum, ideo Spiritus sanctus fugit illud. Quamobrem si suscipere vis Spiritum sanctum, fugare & vincere debes tale fictum: & hoc fugatur & vincitur per donum *consilij*, consequendo videlicet Christi consilia, de patientia & tolerantia iniuriarum. Iuxta illud Matth. 5. *Ego dico vobis, nolite resistere malo. Sed si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei alteram*, quia sic per patientiam vincit omnem iram. Et certe consilia Dei in hoc sequi debet homo, & præ omnibus consiliarijs ipse est eligendus. Iuxta illud Eccl. 6. *Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille*, & ille vnus est Spiritus sanctus. De quo Tobiæ 4 *Omnia consilia tua in ipso permaneant*. Et sine illo consilio nihil debes facere. Iuxta illud Eccli. 32. *Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis*. Ira se occultat. 1. Sub zelo iustitiæ. 2. Sub specie caritatis & vtilitatis proximi. 3. Sub colore mansuetudinis. Ira fugatur dono consilij.

S

QVARTA gens dicitur Hethæus, qui interpretatur stupor, vel formido, & significat *accidiam*, quæ facit hominem stupidum & formidantem opera virtuosa. Hæc etiam Accidia se occultat.

Digitized by Google

1. Sub ſpecie diſcretionis.

etiam ſe fingunt & occultant. *Primo*, ſub ficta *ſpecie diſcretionis*, quod maximè apparet in illis, qui dicunt: quod libenter exercent ſe in operibus ſtrenuis, niſi hic metam diſcretionis & naturalis virtutis excedere ſe timerent. Et ſic vitium acediæ ſub ficta ſpecie diſcretionis latenter ſe occultat.

2. Sub titulo humilitatis.

Secundo, ſub ſpecie *humilitatis*, quod maximè apparet in illis, qui dicunt, quod libenter feruentius orarent, & crebrius eleemoſynis & operibus pietatis inſiſterent, ſi exinde fauorem humanæ laudis, & propriam complacentiam incidere non timerent. Et ita vitium acediæ ſe occultat ſub ſpecie fictæ humilitatis.

3. Sub colore deuotionis.

Tertio, occultat ſe ſub ſpecie *deuotionis*, & ſpiritualis feruoris, quod maximè apparet in illis, qui dicunt; ideo ſe prætermittere quarundam virtutum exercitium ad quod requiritur exterior occupatio, vt intimæ contemplationi & feruori deuotionis eò amplius in Deum inardeſcant. Et ſic torporem ſuæ acediæ ſub ficta ſpecie deuotionis occultant. Sed hoc fictum fugit Spiritus ſanctus, ideo ſuperare vel fugare debet homo eam per quartum donum Spiritus ſancti, quod dicitur *fortitudo*.

Fortitudine fugatur acedia.

T

Remedium contra primam fictionem.

Nam contra primam fictionem vel occultationem conſideret, quod fortè multi debiliores eo magis ardua per cooperamen diuinum operantur, & firmiter ſperant in Dei adiutorio, qui ipſos per ſuam gratiam in bonis actibus poterit vigorare & confortare, & ſic dicat cum Apoſtolo. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*, ad Philippos 4.

Remedium contra ſecundam occultationē.

Contra ſecundam occultationem, quando homo timet, quod ſibi de virtutis exercitio aliquid incidat complacentiæ propriæ vel humanæ, tunc diligenter debet penſare, vtrum ad talia opera exercenda in publico aſtringatur, ex neceſſitate vel charitate. Et ſi ex neceſſitate, puta quia pertinent ad veritatem vitæ, ſicut Doctori incumbit veritatis doctrinam in publico docere, tūc propter talem timorem complacentiæ incidendo, non dimittat ea in publico frequentare: quia dato, quod ſibi de hoc illabatur complacentia, ab illa debet viriliter & fortiter mentem auertere, & dicere cum Gregorio in fine moralium: Propter te non incepi, nec propter te dimittam. Si autem ad talia opera ſolum aſtringatur ex charitate, vel voluntatis arbitrio, tunc debet tam diu frequentare in priuato, donec ex frequentia actuum, animus eius tantum firmetur in bono virtutis & amore diuino, quod poſſit illos actus etiam in publico & ſine periculo humanæ complacentiæ exercere.

Remedium contra tertiam fictionem.

Contra tertiam fictionem conſideret, quod aliud eſt tempus, quo contemplationi debet vacare, & aliud quo virtutum exercitio debet inſiſtere. Nam ſunt quędam opera, ad quæ homo obligatur ex neceſſitate diuini præcepti, vel ſtatuti Eccleſiæ, quæ prætermitti non poſſunt propter quamcunq; contemplationem; ſicut quod homo orat vocaliter pro beneficio paſſionis Domini noſtri, laudes debitas perſoluendo, vel quod corpori Chriſti reuerentiam exhibeat, cum locus & tempus hoc exigunt: quia ex horum transgreſſione homo faciliter poſſit incidere in articulum damnatum in Concilio Vien. Per Clementem Quintum, de hæret. ad Dominum.

V

Auari deſcriptio.

QVINTVS populus dicitur *Chananæus*, & interpretatur poſſeſſor vel negotiator, & deſignat *auaritiam & auarum*, qui poſſeſſiones mediantibus negotiationibus, & cum alijs iniuſtis acquiſitionibus bona temporalia auget, vel acquirit modo quocunq; poſſit. Contra quod dicit B. Auguſt. de verbis Domini ſerm. 15. Quæ eſt iſta auiditas concupiſcentiæ? Et cum ipſæ beluæ habeant modum, quod tunc rapiunt,

quan-

Digitized by Google

quando esuriunt, parcunt verò prædæ, quando sentiunt saturitatem. Insatiabilis est sola auaritia diuitum, semper rapit, & nunquam satiatur, nec Deum timet, nec hominem veretur, nec patri parcit, nec matrem nosci, nec fratri obtemperat, nec amico fidem obseruat, viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in seruitium reuocat, testimonium vilium profert, res mortui iniquè occupat: hæc omnia facit, quasi & ipse non moriatur. Hæc Augustinus.

Auaritia se occultat.

Ista quidem *auaritia* occultat se sub triplici virtutum specie. *Primo*, sub ficto colore *prouidentiæ & necessitatis*, quod ostendit Gregorius 31. moral. sic dicens. Auaritia quoq; diuitum animum quasi ex ratione solet exhortari, prætendens sibi, quod sine culpa sit, quod quædam habenda concupiscat, eo prætextu potissimè, quia eas non multiplicare appetit. Sed æger pertimescit, & quod alius malè retinet, ipse in actibus pietatis vtilius expendat. Et illud vitium est sollicitè reprehendendum. Quia secundum Gregorium. Nemo potest sincero corde & feruido amore ad bonum diuinum affici, nisi cupiditate auaritiæ, quæ radix est omnium malorum, à corde suo studeat funditus extirpare.

1. Sub colore prouidentiæ & necessitatis.

X

Et est sciendum, quod tria genera hominum cadunt in hoc vitium, & sub virtutum ficta specie occultatum. PRIMI sunt, qui solum sistunt in interiori desiderio cupiditatis, nec eam in exteriori opere exequuntur, quia fortè aduertunt, quod res ipsas quas desiderant, adipisci non possunt, quas si sperarent se consequi, libenter cupiditati in exterioribus actionibus inhiarent. Et ista cupiditas interior est peccatum mortale, licet infimum gradum teneat in gradibus interioribus cupiditatis.

Quinam homines in auaritiæ vitium incidant.

SECVNDI sunt, qui non solum res concupiscunt feruenti desiderio concupiscentiæ, verumetiam pro ipsarum executione diligens studium exterius impendunt, quamuis res illas quandoq; in effectu minimè consequantur. Et ista cupiditas secundum gradum tenet in actibus peccati mortalis.

Secundus gradus peccantiũ mortaliter in auaritia.

TERTII sunt, qui non solum terrena feruenti desiderio concupiscunt, verumetiam eis assequendis tanto studio assistunt, quod non aduertunt, vtrum eas iusto vel iniusto titulo consequantur; & ista cupiditas summum tenet gradum peccati mortalis. Talibus secundum Augustinum nunquam ex quacunque contritione peccatum remittitur, nisi ablata secundum facultatem restituant. Et ponitur 14. q. 6. c. Si res. Si res aliena. propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui potest. Et sunt verba Aug. in Epistola ad Macedonium.

Secundo, se occultat sub specie *pietatis*, quod maximè apparet in illis, qui credunt, quod propter nihil appetant temporalia, nisi vt habeant, vnde suis pauperibus vel suis cognatis indigentibus, vel etiam Ecclesijs vberius prouideant: Et sub hoc prætextu, multi cum magna auiditate superflua congregant, & in illud vitium similiter incidunt tria genera hominum.

2. Sub specie pietatis.

Y

Primi, qui non solum res ex auaritia iniustè acquirunt, verumetiam acquisita malè prodigaliter consumunt, puta in voluptatibus, in pompis, & huiusmodi. *Secundi* sunt personæ Ecclesiasticæ & religiosæ, quibus pro tanto crines raduntur in capite, vt per hoc designetur, quod mens ipsorum per feruens desiderium liberè debet eleuari in Deum, & nequaquam deprimi ad hæc temporalia, & si temporalibus augendis intendant, vltra quàm necessitas exigit, vel ipsorum status requirit, toties graui

In hoc vitiũ incidunt prodigales.

dispendio salutis se exponunt. *Tertij* sunt, qui non solum res temporales cupidè conquirunt, verumetiam ipsas cupidè conseruant.

3. Sub titulo liberalitatis, & quandoq; paupertatis. Auaritia quomodo vincenda.

Tertio, auaritia se fingit & occultat sub specie *liberalitatis*, quod apparet in illis, qui sub specie curialitatis & fictæ liberalitatis, intentione cupida largiuntur alijs, vt ipsis postmodum maiora redonentur. Quidam etiam se occultant sub specie *paupertatis*, quod apparet in illis, qui fiunt pauperes minora in seculo dimittendo, vt in religione diuitiarum maiora obtineant, vel melius viuant. Illud fictum fugit Spiritus sanctus, ideo fugiendum est, & vincendum per donum pietatis, quæ mouet tribuendum propter Deum, & non cupidè reseruandum. Narrat Iulius Sextus Stratagematon lib. 1. cap. 4. Quod cum Æmilius Paulus consul Romanus in Lucanis iuxta littus angusto itinere exercitum duceret, & Tarentini ei classe insidiantes, agmen eius scorpionibus sunt aggressi, captiuis latera euntium obtexit, quorum respectu hostium inhibuerat tela. Isto modo moraliter: Si diuites, tela dæmonum, vel etiam vltiones diuinas euadere volunt, ponant iuxta latus suum pauperes nutriendo, & eis eleemosynas dando, & circumdent latera sua pauperibus, quibus frequenter parati sunt nocere, & dæmones cessabunt vlciscendo, vt dicit Holkot lect. 204.

Z

Gula dono scientiæ fugienda & vincenda.

SEXTA gens dicitur *Iebusæus*, quæ interpretatur præsepe, & significat *Gulam*, & suadet homini semper ad præsepe stare, sicut asinus vel iumentum, & iste etiam fingit se occultando sub tribus, vt habetur supra Dominica IV. serm. 1. F. Sed tale fictum fugit Spiritus sanctus, ideo per donum *scientiæ* est fugiendum & vincendum, qua sciamus viuere temperatè. Iuxta illud Apostoli ad Philip. 4. *Scio abundare, scio & penuriam pati.*

Luxuria vitium dono sapientiæ vincitur.

SEPTIMVS populus dicitur *Pherezæus*, qui interpretatur disseminans terram, & significat *luxuriæ illecebris deditum*, qui illicitè seminat semen suum, & merit in præsenti momentaneam delectationem, in fine verò æternam pœnam. Iuxta illud ad Galat. 6. *Qui seminat in carne, de carne quoq; & metet corruptionem.* Ista quidem *luxuria* etiam occultat se sub triplici specie virtutum, vt patuit supra serm. 14. H. Sed hoc fictum etiam fugit Spiritus sanctus, ideo fugandum est & vincendum per septimum donum *sapientiæ*, id est, per saporem cœlestium, quibus gustatis vilescit omnis dulcedo carnalis. Iuxta illud Greg. Gustato spiritu desipit omnis caro.

FERIA SECVNDA PENTECOSTES.

Sermo Primus.

Loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Ita scribitur in Epistola hodierna. Et traditur Act. 10.

A

Onsuetudo est hominum in aliqua communitate commorãtium semper in Curijs Regum, vel aliorum Prælatorum, suum habere aduocatum, vt cum aduersarijs impugnantur, ille pro eis aduocet, & causas ipsorum apud Reges vel Prælatos fideliter tractet, & pro eis interpellet. Sic spiritua-

Digitized by Google

ritualiter Christiani homines, in communitate Ecclesiæ sanctæ simul commorantes, continuè impugnantur à tribus hostibus *diabolo*, *mundo & carne*, quorum quilibet hostium pugnat duplici manu, vt patuit suprà, sermon. 21. B. Ideo habent aduocatum suum in curia summi regis Dei, Patris & Prælati nostri, videlicet Spiritum sanctum qui Ioan. 14. dicitur *Paraclytus*, quod idem est, quod Aduocatus vel Consolator, *quia ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, vt dicitur Rom. 8. Quod intelligendum est secundum Augustinum, non quod Spiritus sanctus angustetur vel gemat, sed quod gemere nos facit, inspirando nobis gemendi affectum, & sic, quod ipso monente nos facimus, ipse facere dicitur. Sicut dies dicitur læta, quando nos lætos facit, secundum glossa: Itaq; Spiritus sanctus *aduocatus* noster est apud Patrem, & in corde Patris substantialiter. Sed est in cordibus nostris actualiter, postulat ergò pro nobis in Patre, & postulat pro nobis in nobis, sed aliter & aliter. In nobis postulat, quando nobis postulandi affectum inspirat. Sed in Patre postulat, quando hoc quod postulamus idem ipse donat. Et hunc sensum explicat beatus Bernardus in sermon. 1. de festo Pentecostes, tractans allegatum verbum, Ipse, inquit, Spiritus sanctus postulat pro sanctis, gemitibus inenarrabilibus, & hoc in corde nostro. Sed quid in corde Patris? sicut in nobis interpellat pro nobis, ita in Patre delicta condonat cum ipso Patre. Aduocatus noster in cordibus nostris, ad Patrem Dominus noster in corde Patris: Itaque quod postulamus idem ipse donat, qui donat vt postulemus. Et sicut nos erigit pia quadam fiducia, ita Deum inclinat ad nos magis misericordia sua. Hæc Bernardus.

Tres hostes impugnant homines Christianos.

Spiritus S. facit nos gemere.

Et sic patet, quod Spiritus sanctus est *aduocatus noster*, pro nobis piè postulando, & nihilominus est consolator noster, Deum ad nos misericorditer inclinando. Quod etiam aliter potest sic produci. Aduocatus noster est Spiritus sanctus in corde, inquantum proponit animæ diuinam iustitiam, vt incutiat timorem. Et ex alia parte proponit animæ culpam propriam, vt incitet ad dolorem. Sed iste aduocatus est *consolator* etiam, quia nunquam dimittit animam desolatam. Ideò vt temperet rigorem diuinæ iustitiæ, proponit animæ diuinam misericordiam, vt erigat eam ad spem, & vt temperet dolorem culpæ, proponit gratiam, & sic in anima relinquit pacem & gaudium.

Spiritus sanctus qua ratione sit aduocatus noster.

Et hæ sunt quatuor affectiones, quas infundit Spiritus sanctus, propter quod appellatur Paraclitus, id est, aduocatus, qui causam strenuè pro parte sua postulat, qui rigorem iudicis mitigat, qui cauillationes partis aduersæ, scilicet Diaboli annihilat, & qui causam perditam reparat & informat, talis est iste noster peritissimus aduocatus, quare est meritò ad nostram causam inuocandus dicendo. *Veni sancte spiritus, &c.* Et sic inuocatus est hodiè per sanctũ Petrum vt esset aduocatus gentilium, vt dicunt verba præmissa loquente Petro verba hæc. *Cecidit Spiritus sanctus, &c.* In quibus verbis duo præcipuè tanguntur. *Primo*, feruens Petri prædicatio, ibi, *Loquente Petro verba hæc.* *Secundo*, Spiritus sancti datio, ibi. *Cecidit Spiritus sanctus super omnes.*

Spiritus sanctus quare appelletur, Paraclitus.

Circa PRIMVM est notandum, dicit Gregorius, nubes suis guttis terram rigat sed irrigando se consumit; & dum alia humectat, se dissoluendo annihilat. Spiritualiter per nubes intelliguntur peccatores. Iuxta illud Isa. 60. *Qui sunt hi qui vt nubes volant.* Illi, inquam, irrigant terram aridam cordis humani infundendo pluuiam, per quam intel-

B

Per nubes intelliguntur peccatores.

intellige Spiritus ſancti gratiam, quia dum prædicator aquam ſcripturæ ſacræ fundit, interim Spiritus ſanctus ſua gratia corda audientium irrigat, ſicut patet in Epiſtola hodierna, cum Petrus prædicaret gentibus dicens. *In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus,* & diſcernens inter gentes & Iudæos quantum ad vitam æternam. *Sed in omni gente, qui timet eum & facit iuſtitiam, acceptus eſt illi, &c.* Et cum hæc & alia verba loqueretur, *cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, &c.* Ex quo patet, quod ad ſuſceptionem Spiritus ſancti. *Primo,* & principaliter valet multum verbi Dei auditio & retentio. Iuxta illud Ioan. 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* In quo verbo habemus, quod per retentionem verbi Dei, & non ſolum auditionem, tota Trinitas venit ad animam ſanctificandam.

Pluuia denotat Spiritus ſancti gratiam.

Ad ſuſceptionem Spiritus ſancti diſponit.

1. Audire verbum Dei & retinere.

Specialiter tamen hoc attribuitur Spiritui ſancto, quia ipſe eſt amor vel dilectio eius quo vnimur Deo, & ipſe nobis. Quia dicit Bernardus in ſerm. Pentecoſtes: Sicut Pater & Filius vnum ſunt, ſic & nos per Spiritum ſanctum ſumus in ipſis, & in hac vnione conſiſtit ſanctificatio noſtra. Sed hoc perpendens diabolus, quod per auditionem ſcilicet verbi Dei ſuſcipimus Spiritum ſanctum, & per Spiritum ſanctū Deo Patri & Filio vnimur & ſanctificamur, ideo multos ſubtrahit ab auditione verbi Dei. Quod probat ex illo geſto Romanorum.

Nam legitur, in geſtis Romanorum, capit. 85. quod quidam Imperator Tiberius melodiam multum dilexit. Accidit autem vna dierum, quod cum ad venandum perrexiſſet, quandam Citharam in tanta dulcedine audiuit, quod quaſi extra ſe raptus, ad locum melodiæ equitauit: cumque ad locum veniſſet, quandam aquam reſpexit, & iuxta aquam quidam pauper ſedebat, qui Citharam manu tenebat. De iſta Cithara proceſſit tanta melodia, quod Imperator omni gaudio repletus eſt. Cumque Imperator eum interrogaſſet, quomodo cithara illius tam dulciter ſonaret. Ait ille: Domine, per triginta annos & amplius iuxta illam aquam manſi, & dedit mihi Deus tantam gratiam in cithara, quòd quàm cito chordas eius tetigero, tanta exit melodia, quod piſces iſtius aquæ ad manum meam veniunt, per quos meipſum ſuſtineo tota die: Sed heu, infra paucos dies ex alia parte aquæ venit quidam ſibilator, qui cum tanta dulcedine ſibilat, quod piſces me dimittunt, & ad eum veniunt & vadunt. Et quia eſtis dominus & Imperator totius terræ, contra illum ſibilatorem mihi auxilium præbete. Cui Imperator, chariſſime in hoc vnico poſſum te iuuare, habeo hamum aureum illum tibi dabo, & in ſummitate virgæ hunc liges, & deinde Citharam percuties, ad cuius tactum piſces mouebuntur, & ſtatim per hamum ad terram eos trahe, & ſic ſibilator de loco recedet cum confuſione.

Spiritualiter ille Imperator eſt Chriſtus, *cuius imperium ſuper humerum eius. Iſa. 9.* Hic valde diligit melodiam citharæ. Per citharam intellige ſuauitatem locutionis prædicantis. Iuxta illud 1. Reg. 16. *Pſallebat Dauid Cithara & refocillabatur Spiritus Saul,* quia per dulce verbum prædicantis recreatur ſpiritus audientis. Et quia dixit Chriſtus, Dulce verbum prædicantium illud, in certō equo humanitatis equitauit in hunc mundum, qui per aquam intelligitur: quia tribulatione eſt plenus. Circa hunc inuenit quendam Citharædum, per quem intellige vno modo beatum Iohannem Baptiſtam, de quo canitur, Citharam carnis percuſſit in domo Domini; De

hac

Digitized by Google

hac cithara processit dulcis melodia, cum prædicabat, Matth. 3. *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Et propter hanc dulcem vocem, multos traxit de aqua huius mundi pisces, id est, homines conuertit ad Deum, quia dicit *Matth. 3. Tunc exibat ad eum omnis Hierosolyma, & omnis turba, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.* Vel alio modo, per pauperem Citharistam intelligitur vniuersitas prædicatorum, qui debent esse pauperes, quia primis prædicatoribus, scilicet Apostolis, dixit Christus, *Matth. 10. Nolite possidere aurum.* Hi sedent circa aquas sacræ Scripturæ, eam prius addiscendo, deinde tangunt Citharam, populis prædicando.

Citharœdus est Ioannes Baptista, & quilibet Prædicator.

Sicque multos de mari huius mundi extrahentes, in portu salutis eos ponunt, scilicet, his diebus principaliter, cum prædicator incipit prædicare & tangere citharam sacræ Scripturæ. Sibilator ille diabolus incipit etiam sibilare tam dulciter, quod quasi partem maiorem subtrahit à prædicationibus. *Quosdam* verò trahit ad forum, vt in mulieribus pulchris ad Ecclesiam euntibus delectentur. *Alios allicit* ad tabernam, vt vino & ceruisia adimpleantur. *Nonnullos ducit* ad amœnitatem pratorum, vt rosis coronentur. Reliquos verò ad amasias, vt cum eis colloquantur.

D

Diabolus sibilis suis multos seducit.

Et quantum ad primos, dicitur Sap. 2. *Venite vtamur bonis & fruamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.* Quantum ad *secundos* dicit enim, *Vino pretioso & vnguentis nos impleamus.* Quantum ad *tertios. Non*, inquiunt, *prætereat nos flos campi, coronemus nos rosis antequam marcescant.* Quo ad *quartos* dicit, *Vbiq; relinquamus signa lætitiæ nostræ, quoniam hæc est pars nostra*, quasi dicerent, nihil plus habere possumus de bonis æternis. Ideò benè potest conqueri prædicator, quod homines eum dimittunt, & post diabolum vadunt. Petat ergo prædicator auxilium à Deo Patre, vt sibi gratiam loquendi dirigat, & populum instruat, quia dicit Haymo super Matth. Nisi gratia Dei assit cordi auditoris, ociosus est sermo omnis doctoris. Cumque sic petierit auxilium prædicator à Deo, tunc dat sibi hamum aureum, id est Spiritum sanctum, mediante cuius gratia populus docetur, & in sermone eius retinetur. Quia dicit Chrysostomus super Matth. Nisi gratia Spiritus sancti intus nos doceat, lingua nostra exterius in vanum laborat.

Prædicatoris est, auxilium a Deo petere.

E

2.

SECVNDO ad susceptionem Spiritus sancti disponit dilectio. Quælibet enim res congaudet sibi simili, Et Spiritus sanctus amor est, vel dilectio, vt dicit Gregorius in Homil. Igitur vbi est dilectio, ibi est Spiritus sanctus: Spiritus autem sanctus ignis est, quia dicit glossa super illud. *Ignem veni mittere in terram. Luc. 12.*

Est Dilectio.

Ignis habet quatuor naturas, vrit, purgat, calefacit, & illuminat. Sic Spiritus S. vrit peccata, purgat corda, torporem excutit, & ignorantiam illuminat. Ignis etiam corporeus inuisibilis est in sua natura. Sed assumpto aliquo corpore, videtur diuersi coloris apparens, propter materias in quibus ardet. Sic Spiritus sanctus videri non potest nisi per creaturas in quibus operatur. Hęc glossa: Et quia Spiritus sanctus ignis est, videmus quod ignis latere non potest, quin erumpat vel extinguatur. Sic dilectio vbi est, vbi erumpit in opus vel extinguatur in seipsa. Et hoc est quod dixit Gregorius. Dilectio operatur magna si est; & si operari renuit, dilectio non est. Dicit enim sic, nunquam est amor Dei otiosus, operatur enim magna si est, & si operari renuit, amor non est.

Varia natura ignis.

Amor Dei nunquam est otiosus.

Et

Et NOTA quod dilectio, quæ disponit ad susceptionem Spiritus sancti, est tam dilectio Dei, quàm proximi, quia dicitur 1. Ioan. 4. *Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum diligat & fratrem suum: & qui non diligit fratrem quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere.* Et illud mandatum habetur Ioan. 13. *Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem.* Super quo dicit Augustin: ponendo exemplum. Quis est, inquit, qui dicit, diligo Imperatorem, sed odio legem suam. Imperatoris nostri lex est, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Si ergo dicis te Deum diligere, mandata eius obserua, & fratrem tuum dilige. Si autem fratrem odis, quomodo Deum diligis, cuius mandata contemnis? Nam legitur in vita beati Ioannis Euangelistæ, quod cum ipse deuenisset ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, cum non posset plura verba dicere, ad quemlibet passum dicebat. *Filioli diligite alterutrum.* Tandem discipuli & fratres qui aderant audientes, quod eadem verba semper dixerat, dixerunt. Magister hoc nobis semper loqueris? Respondit, quia præceptum Domini est, & si hoc solum homo facit, sufficit. Nam legitur etiam Actu. 2. quod discipuli post dies quinquaginta, quando erant inuicem coniuncti & vniti, Spiritum sanctum acceperunt. Sic etiam Christiani fideles, cupientes accipere Spiritum sanctum, complere debent dies Pentecostes, per mandatorum Dei obseruationē, vt sint omnes pariter in vnum per Dei & proximi dilectionem; proculdubio venit eis Spiritus sanctus.

Hieron. in comment. in Epistolam ad Galatas.

F

3. Cordis & corporis humilitas.

TERTIO, ad susceptionem Spiritus sancti disponit *cordis corporisq; humiliatio.* Quia dicit Deus Pater Isa. vlt. *Super quem requiescet spiritus meus,* & respondet. *Super humilem.* Ideo legitur. Genes. 18 *quod Dominus apparuit Abrahæ in valle Mambre.* Conuallis Mambre est duplex, humilitas cordis & corporis. Interpretatur autem Mambre claritudo, quia in hac humilitate, duplici claritate videtur Deus Spiritus sanctus. Ideò dicit Bernard. Superbo oculo & insatiabili corde Deus non videtur syncero corde. Quod patet de discipulis, qui erant humiles, quod patet ex eo, quod erant sedentes, & receperunt Spiritum sanctum, iuxta illud. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto,* quia dicit Psal. 103. *Qui emittis fontes in conuallibus,* Gloss. id est, dona Spiritus sancti das humilibus.

4. Oratio disponit hominem ad susceptionem Spiritus sancti.

QVARTO, disponit ad susceptionem Spiritus sancti, *oratio.* Nam oratione dilectus est aduocandus, tenendus & reuocandus. Iuxta illud Psalm. 98. *Os meum aperui, & attraxi Spiritum,* scilicet per deuotionem vel orationem deuotam attraxi Spiritum. Vnde dicit Bernard. super Cantica. Dicam verbum Dei, Deum sponsum animæ, & venire ad animam. Et iterum dimittere eam, tantum vt sensu animæ non verbi motu ista fieri sentias. Verbi gratia, cum sentiat gratiam agnoscat præsentiam. Cum vero non absentiam intelligat, & rursum patientiam quærit verbo abeunte, vna interim & continua animæ vox est, scilicet oratio ad continuum desiderium eius. Ideò subtraxit se, vt auidius reuocaretur, teneretur fortius: præteriens teneri vult, abiens reuocari. Et idem Bernard. Tantum, inquit, ex motu cordis intellexi præsentiam eius, cœpit enim euellere. destruere, ædificare & plantare; rigare arida illuminare tenebrosa, clausa reserare, frigida inflammare, & hoc mihi signum accessionis eius. Tristis necesse sit anima mea donec iterum reuertatur & recalescat cor meum.

QVIN-

Digitized by Google

QVINTO, disponit ad susceptionem Spiritus sancti *peccatorum euacuatio*. Et hoc fit per contritionem veram, & confessionem humilem, quia tantus hospes mundus non dignatur venire ad corda immunda. Si enim apes virgineæ nolunt aluearia immunda inhabitare, sed quam citò efficiuntur fœtida, relinquunt ea quia odores fœtidos & fumos valdè odiunt & fugiunt, & in rebus odoriferis delectantur, vt dicit Aristot. 18. de animal. Si enim Taxus foramen suum à vulpe per vrinam defœdatum dimittit, nec amplius reuertitur ad ipsum vt dicit Plinius in spec. natur. lib. 8. Multò magis Spiritus sanctus, qui est munditissimus, dedignatur ad peccatorem venire, qui est ex peccat. fœtidus effectus, sed fugit ipsum sicut figuratum est, Gen. 8. *Quod Noë misit columbam de arca, quæ cum non inuenisset, vbi pes eius requiesceret, propter inundationem aquarum reuersa est ad arcam.* Per Noë intelligitur Deus Pater, sed per columbam intellige Spiritum sanctum, quia legitur Matt. 3. *Cum baptizatus erat Christus in Iordane à Ioanne, aperti sunt ei cœli*, quia inæstimabilis splendor factus est circa eum ac si cœlo reserato, splendor eius infunderetur terris, vt dicit Vincen. in spec. hist. li. 8. c. 8. *Et vidit Spiritum sanctum, descendentem sicut columbam venientem supra se.* Et assimilatur ideo Spiritus sanctus columbæ propter benignitatem. Quia Sap. 1. dicitur. *Benignus est Spiritus sapientiæ.* Super quo dicit Holkot lect. 7. Quod est benignus iustos exaudiendo, malos reducendo, & cunctos rectè regendo. De primo in Psal. 68. *Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua.* De secundo ad Rom. 2. *An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* De tertio Luc. 6. *Benignus est super ingratos & malos.* Hunc benignum Spiritum emittit pater de arca, id est, de regno cœlorum, iuxta illud verbum Christi, Ioan. 14. *Paraclitus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*, Sed cum non inuenit vbi requiescit propter diluuium aquarum, id est, peccatorum reuertitur ad arcã, id est, ad cœlum: non enim immergebat se columba aquis diluuij, nec Spiritus sanctus, vbi est diluuium peccatorum. Ideo dicitur Sap. 1. *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu*, vbi per fictum intelligit Holkot lect. 6. hypocritam & peccatorem, qui bonum prætendit exterius, & malitiam gerit interius, quem fugit Spiritus sanctus, & simul effugiet cogitationes eius bestiales & libidinosas. Et insuper talis, qui sic repellit vel fugat Spiritum sanctum à se, non manet impunitus. Quia dicitur Sap. 1. *quod corripietur à superueniente mentis iniquitate*, id est, propter iniquitatem, quæ eius conscientiam opprimat sicut onus graue.

G

5. Humilis peccatorum cõfessio meretur susceptionem Spiritus sancti.

Spiritus sanctus columbæ assimilatur, & quare.

Hypocritam fugit Spiritus sanctus.

SEXTO, ad susceptionem Spiritus sancti disponit *corporis afflictio*, & hoc fit per ieiunium. Quia Apostoli, vt mererentur accipere, creduntur hoc tempore ante aduentum eius ieiunasse, quod potest patere ex verbis Christi, Matt. 9. *Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu sponsus cum eis est?* quasi dicat, non, *Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt*, ideo propter ieiunium meruerunt accipere Spiritum sanctum. Necesse est enim, vt nos per ieiunium castigemus, quia Spiritus sanctus ignis est, & nos sumus quasi lignum, iuxta illud Psal. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum*, &c. Scimus autem quod cum ligna exsiccantur, & humiditates in illis consumuntur, apta fiunt ad susceptionem ignis atq; flammæ: ita homines cum per ieiunium exsiccantur, & humiditates peccatorum in eis consumũtur, ad susceptionem Spiritus sancti adaptantur. Ideo dicit Gulielmus in rationali diuin. lib. 6. de ieiunio. Licet à die resurrectionis vsque in diem Pentecostes non indi-

H

6. Corporis afflictione disponitur homo ad suscipiendum Spiritum sanctum.

In Vigilia

Digitized by Google

Pentecostes quare ieiunandum.

canturieiunia, in Vigilia tamen Pentecostes est benè ieiunandum, vt per ieiunium mundati, spiritum suscipere mereamur sanctum. Et certè hæc Vigilia non de consilio, sed de statuto & mandato Ecclesiæ est ieiunanda.

I

7. Concordia disponit ad accipiendū Spiritum sanctum. Ignis diuisus extinguitur, & Spiritus sanctus discordia fugatur.

SEPTIMO, disponit ad susceptionem Spiritus sancti, *hominum concors congregatio*, quod patet ex illo Actuum 2. *Cum completi essent dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eōdem loco*, quia erant vnanimes & concordes. Et propterea *factus est repentè de cœlo sonus aduenientis Spiritus vehementis, &c.* Sequitur. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto*, ita & nos, si Spiritum sanctum volumus accipere odium siue discordiā debemus à nobis remouere, & cōcordes esse. Sicut enim Spiritus hominis non viuificat membra, nisi fuerint vnita, sic nec illos in mystico corpore Ecclesiæ, Spiritus sanctus viuificat, qui sunt per discordiam separati, sed solum illos qui sunt per concordiam congregati vel adunati, sicut etiam ignis per diuisionem extinguitur. Sic Spiritus sanctus, qui ignis est per discordiam effugatur, quia solum *in pace factus est locus eius*, vt inquit Psal. 75. Ideo dicit Greg. in Pasto. Sicut nihil est pretiosius Deo virtute dilectionis, ita nihil desiderabilius diabolo extinctione charitatis. Et Bern. dicit. Parum timet diabolus vigilantes, ieiunantes aut continentes, quia de istis omnibus multos traxit in laqueum ruinæ, sed concordes & vnanimiter viuentes, in domo Domini, coniuncti Deo, & sibi per vinculum charitatis, hi dolorem, hi liuorem, hi timorem, Diabolo inferunt. Hęc Bern. Et sicut concordia Diabolo displicet ita placet Spiritui sancto, iuxta illud Eccli. 25. *In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus; concordia fratrū, amor proximorū, vir & mulier sibi benè consentientes.*

8. Contemplatio iuuat ad suscipiendū Spiritum sanctum.

OCTAVO & vltimo disponit ad susceptionem Spiritus sancti *contemplatio*, quod patet ex illo; Quia cum essent discipuli in superiori cœnaculo, quod erat Nicodemi, & erat illud stratum cœnaculum; in quo cœnam cum Christo manducauerunt, tunc receperunt Spiritum sanctum, in signum quod illi qui volunt recipere Spiritum sanctum, debent contemplatione cor eleuare sursum. Ideo hortatur nos Apostolus ad contemplationem cœlestium, ad Colos. 3. *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite*, id est, bona cœlestia desiderate, *vbi Christus est in dextera Dei sedens.* Hic conclude.

K

Secunda pars concionis.

Quantum ad SECVNDVM tangitur Spiritus sancti datio, cum dicitur. *Spiritus sanctus cecidit super omnes, qui audiebant verbum*, dicit Hugo in dicta. lib. 4. Ventus sedulus si perflauerit ipsam terram, constat vt hoc anno fertilitas consequatur. Et ratio quia poros terræ aperit, vel à terra tunc omnes ventos emisit. Moraliter per terram significantur homines. Generaliter enim possunt omnes homines vocari terra, vt dicit Holkot lect. 3. Tum quia de terra suam originem sunt ducentes, iuxta illud. *Omnes gentes de terra & sole sunt, vnde creatus est Adam.* Tum quia sunt terram inhabitantes, sicut testatur in Psal. 118. *Incola sum ego in terra.* Tum quia ex terra sunt exeuntes, iuxta illud Eccli. 17. *Omnis homo est terra & cinis.* Tum quia sunt in terram reuertentes, Eccli. 40. *Quæ de terra sunt, in terram reuertuntur.*

Eccli. 33.

Spiritus sanctus assimilatur vento propter tria.

Spiritualiter autem vento assimilatur Spiritus sanctus propter tria. *Primo*, propter originem occultam, de qua Ioan. 3. *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Et hoc Chrysostomus exponit de vento; & tangit Dominus, *primo* venti potestatem cum dicit. *Spiritus vult, vbi spirat*, id est, flat quo vult. Et si dicas, quod ventus non habet voluntatem, dicendum quod voluntas sumitur

mitur pro appetitu naturali, quæ nihil aliud est quàm inclinatio naturalis. *Secundo*, tangit venti iudicium, cum dicit, vocem eius audis, scilicet ex percussione ad aliud corpus. *Tertio*, ponit eius originem, cum concludit, & nescis quo vadat.

Obiectio.

Et si obijceret quis, quod de quolibet vento scimus, vnde veniat, aut quo vadat. Nam auster venit à meridie, & vadit ad Aquilonem; Boreas venit ab Aquilone, & vadit ad meridiem & sic de alijs. Responderi potest, quod principium venti potest fieri dupliciter. *Primo modo* in generali, & hoc modo scitur, quod Auster venit à meridie, & vadit ad Aquilonem. *Alio modo* in speciali, & hoc modo nescitur, vnde venit, id est, à qua plaga determinatè incipiat, aut quo vadat, id est, ad quam plagam determinatè terminetur.

Responsio.

L

Sic est de Spiritu sancto de quo in generali scimus, vnde venit, quia de Patre & Filio venit. Quod probat Magister lib. 1. sentent. dist. 11. cap. 1. Hic, inquit, dicendum est, Spiritum sanctum esse à Patre & Filio, procedere à Patre & Filio, quod multi hæretici negauerunt. *Et subdit.* Quod autem ab vtroq; procedat, multis diuinorum eloquiorum testimonijs comprobatur. Dicit enim Apostolus ad Galat. 4. *Misit enim Deus Spiritum filij sui in corda vestra.* Ecce hic dicitur Spiritus filij. Et ad Roman. 8. *Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Ipse enim filius dicit, Ioan. 15. de Spiritu sancto. *Cum venerit Paraclitus, quem mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Et Ioan. 14. *Paraclitus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Et concludit Magister. His etiam alijsq; pluribus auctoritatibus ostenditur, quod Spiritus à Patre & Filio procedit. Hæc Magister. Et sic scimus in generali, vnde Spiritus sanctus venit aut procedit. Sed in speciali quando venit, & ad quem determinatè terminetur, certitudinaliter scire non possumus. Nam quo ad hoc, aduentus eius est nobis occultus, quia vbi vult spirat.

Spiritus sanctus à Patre & Filio procedit.

M

Coniecturaliter autem possumus scire per aliqua signa. PRIMVM est *dolor de culpa præterita* quia Bernardus in sermone de omnibus sanctis. Spiritus sanctus odit sordes, nec habitare potest in corde subdito peccatis. SECVNDVM signum est, *firmum propositum cauendi peccata futura.* Quod nullatenus potest habere conatu proprio, sine Spiritu sancto infirmitatem nostram adiuuante. Ideo dicit B. Augustinus in lib. Retracta: Voluntas non nisi gratia Spiritus sancti liberaliter assistente, liberatur à seruitute, quæ facta est serua peccati, aliter piè & rectè viuere à mortalibus peccatis non potest.

Signa præsentia Spiritus sancti. Spiritus sanctus odit sordes. Voluntas facta est serua peccati.

TERTIVM signum est *promptitudo boni.* Nam secundum Gregorium amor Dei, id est, Spiritus sanctus, nunquam est otiosus, operatur enim magna si est. Et hæc sunt tria signa *quo ad incipientes.*

QVARTVM signum est *frequens conscientiæ examinatio*, non solum de peccatis mortalibus, imò & venialibus: cuius ratio est quia sicut Spiritus sanctus opponitur peccato mortali, ita feruor caritatis, qui est à Spiritu sancto, opponitur peccato veniali, & ipsum ab anima expellit, ne Spiritui sancto placeat: Quia omnes animæ officinas mundificat, nec minimam peccati paleam intra cor, quod possidet, patitur residere, sed statim igne subtilissimæ circumspectionis exurit Spiritus suauis & dulcis, vt dicit Gregorius in moralibus.

Peccata venialia caritatis feruorem minuunt.

QVINTVM signum est *concupiscentiæ diminutio*, quanto enim charitas magis augetur, tanto cor à temporalibus magis eleuatur, quia dicit beatus Gregorius super

Caritas omnium bonorum, Cupiditas verò malorum radix est.

Ioan. homil. 8. Charitas omnium bonorum radix est, & radix omnium malorum cupiditas est, & simul ambo esse non possunt, quia vbi vna radicitus non fuerit euulsa, alia plantari non potest. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem non intendit euellere. Charitas ergo roborata non cessat concupiscentiam radicitus extirpare. Idem Augustinus 83. quæstionum, quæst. 28. dicit, quod charitatis venenum est concupiscentia temporalium, & nutrimentum caritatis est diminutio cupiditatis.

SEXTVM signum est, *studiosa mandatorum obseruantia.* Cuius ratio est, quia obseruatio mandatorum sine vera dilectione esse non potest. Iuxta illud Ioan. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Et hoc quo ad *proficientes.*

SEPTIMVM est, *diuina veritatis manifestatio.* Cum enim *Spiritus sanctus sit Spiritus veritatis*, Ioan. 15. Proprium est docere sibi omnem veritatem. Quare in quocunque fuerit Spiritus sanctus per aliquas reuelationes diuinorum secretorum se pandit, & hoc conuenit ei ex proprietate amoris. Amor enim est causa communicationis, & non reuelat & cõmunicat quis secreta amico suo, quẽ credit ea non pandere extra se.

N

Caritas perfecta est carere timore.

OCTAVVM signum est, *nihil timere nisi Deum*, quia 1. Ioan. 4 dicitur. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Quod exponit Gilbertus super Cant. serm. 18. Caritas perfecta est, carere timore; Hæc enim nihil pœnale habet, timor autem habet pœnã. *Et subdit interrogando.* Quid enim habet timere Caritas, veteres offensas? Non: Quia *Caritas operit multitudinem peccatorum.* Infirmitatem propriæ conscientiæ, vt cadat, vel decidat? Non: *Quia foris est vt meri dilectio.* Temporales pro Christo timebit molestias? Non: Cum etiam, nec si æternæ sunt, defatigari poterit dilectio perfecta. Non tam amat caritas ne pereat, sed magis vult foris in æternum perire pœnaliter, quam intus frustrari vsu caritatis æternaliter. Hæc ille. Ad hoc facit illud Psal. 22. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis* id est diaboli secundum Cassiodorum, *non timebo mala, &c.* Et quia caritas facta est nobis per Spiritum sanctum, iuxta illud Rom. 5. *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, &c.* patet,

Nihil timere præter Deũ, signum Spiritus sancti.

quod signum Spiritus sancti est, nihil timere præter Deum. Ad hoc facit idem 2. Corinth. 3. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas*, sed libertas non stat cum timore seruili, igitur vbi Spiritus, ibi nullus timor, nisi Dei. Et inde est, quod sancti Apostoli & alij Martyres Spiritu sancto repleti, omnes timores regum, principũ, tyrannorum, amore Dei pro nihilo habuerunt.

O

NONVM signum est, *desiderium dissolutionis*, vt videlicet homo ex vehementia diuini amoris, cupiat dissolui & esse cum Christo. Nam Spiritus sanctus animam suam quam replet, semper sursum trahit ad locum suum, id est, ad cœlum, quia facit eam per amorem, id est, desiderium sursum tendere. Quod pulchrè declarat B. August. 13. Confess. c. 9. pertractans illud Gen. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas*: Ponderibus suis aguntur corpora, inquit, & loca sua petunt grauia deorsum vt lapis; leuia sursum, vt ignis: hæc extra loca sua sunt inquieta. Sed quod est pondus in corporibus, est amor in spiritibus; amor meus, pondus meum; eo feror, quocunq; feror; dono tuo Dñe accendimur & ferimur sursum, inardescimus & imus. Ascendimus ascensiones in corde. Igne tuo bono inardescimus & imus, quoniam sursum imus ad pacẽ Hierusalem. Hæc Aug. Ex quibus patet, quod Spiritus sanctus leuat mentem ad desiderium supernorum. Quod etiam pulchrè ostendit Richardus in prologo libri de

Trini-

Trinitate. Ad hoc Christus ascendit in cœlum, vt prouocaret, & post se traheret desiderium nostrum. Christus ascendit, & Spiritus sanctus descendit. Ad hoc Christus misit Spiritum sanctum nobis, vt Spiritum nostrum leuaret post ipsum. Christus ascendit corporè, nos ascendimus mente. Ascensio itaque illius fuit corporalis nostra autem spiritualis. Ad quid enim ascensionis nostræ doctorem atque ductorem Spiritum exhibuit, nisi quia ascensum nostrum interim spiritualem esse voluit? Hæc Richardus. *Et hoc quo a perf ct s.* SECVNDO, ventus habet *impulsionem inquietam.* Est enim mobilis & totus inquietus, & hoc Spiritui sancto competit per effectum, in quantum mentes mouet ad bonum, & non permittit quiescere per otium. Sic mouit cor Isaiæ, qui ait 7. c. *Commotum est cor meum, sicut lignum ante faciem venti.* Et NOTA quod ventus est multiplicis effectus, qui etiam effectus conuenit Spiritui sancto.

Ventus est mobilis & inquietus. Effectus venti.

P

PRIMO, enim est maris excitatiuus. Sed quid per mare nisi impius peccator intelligitur. Isa. 57. *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Hunc excitat Spiritus sanctus ad pœnitentiam, sicut patet de Maria Magdalena, quæ erat plena septem peccatis mortalibus, quæ designantur in septem dæmonibus, Marc. vlt. quam Spiritus sanctus adeò ad pœnitentiam excitauit, quod se ad pedes Iesu humiliter prostrauit & veniam postulauit. Luc. 7. Ideò canitur de ipsa. Flauit Auster & fugauit Aquilonem, quando lauit cor Mariæ, imbre Spiritus sancti.

I. Excitat mare.

SECVNDO, ventus est pluuiarum productiuus, sic Spiritus sanctus producit pluuias lacrymarum. Sicut patet in Petro, qui post trinam negationem *exiens fleuit amarè*, Matth. 26. Ideò dicit Apostolus ad Roman. 8. *Quod Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, quia secundum glossa facit postulare & gemere, vt patuit supra in themate 26. A. TERTIO, ventus est ignis inflammatiuus & accensiuus. Sic Spiritus sanctus inflammat corda, ad quæ venit, eaque in diuino amore accendit. Sicut probat beatus Gregorius in homil Pent. Hodiè, inquit, Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque fidelium in suo amore permutauit, & foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt cordæ flammantia, quia dum Deum in ignis visione susceperunt, per amorem suauitatis arserunt. Ideò petendo Ecclesia canit. *Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.*

II. Producit pluuias.

III. Ignis inflammat & accēdit.

Q

TERTIO habet *operationem fructuosam*, Sunt enim duodecim venti, quorum quilibet habet aliquid fertilitatis & vtilitatis in mundo, propter quod, sicut dictum est superius, Ventus sedulus, si perflauerit ipsam terram, constat quod fertilitas anno illo consequitur. Sic etiam, si Spiritus sanctus sua gratia perflauerit corda humana & terrea, quæ significantur per terram, vt supra patuit, fiunt fertilia & fructuosa per duodecim fructus, quos ennmerat Apostolus ad Galat. 5. *Fructus autem Spiritus est, Caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia & castitas.* Et hi duodecim fructus, quos Spiritus sanctus facit in nobis, possunt congruè duodecim ventis adapt ri. PRIMVS ventus dicitur *Subsolanus*, quasi sub sole natus, quia nascitur sub torrida Zona, sub qua semper mouetur sol, & hoc comperit primo fructui Spiritus sancti scilicet *caritati*, quæ nascitur sub sole, id est, Spiritu sancto, qui vt canitur, dicitur igneus sol, vt in hymno. *Iam sol recedit igneus.* Ideo dicit August. in lib. 13. de Trinitate, c. 17. Deus spiritus est, qui

Ventus operatur fructuosè.

Fructus spiritus XII vētis comparātur.

I. Subsolanus, caritati.

Digitized by Google

procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum, & ipse dilectio est. Vnde enim habet homo vt diligat, nisi ex Deo? Idem Augustin. in eodem libro commendans charitatem dicit: Nullum est isto dono excellentius, solum est quod diuiditur in filios regni, & filios perditionis. *Et subdit*, Dantur & alia per Spiritum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Et dicit Magist. lib. 11. proprietatum. Licet Subsolanus à calida veniat regione, scilicet ab Oriente, tamen ad nos contingit temperatè. Sic quamuis caritas à Spiritu sancto procedit, qui est amor increatus & immensus, tamen ipsa, quæ nobis infunditur est creata & limitata, quia quamdiu sumus in via, posset semper augeri charitas intensius.

R Vtrum Spiritus S. augeatur vel minuatur in homine.

Hic mouet quæstionem Magister lib. 1. sententia: dist. 17. cap. 1. Quæritur, inquit, Si charitas Spiritus sanctus est, cum ipsa augeatur in homine & minuatur, magis & minus per diuersa tempora habeatur, vtrum concedendum sit, quod Spiritus sanctus augeatur vel minuatur in homine, & magis vel minus habeatur? *Et subdit.* His itaque respondemus dicentes, quod Spiritus sanctus, siue charitas, penitus immutabilis est, nec in se augetur vel minuitur, nec in se recipit magis vel minus, sed in homine vel potius homini augetur vel minuitur, & magis vel minus datur vel habetur. Sed Deus dicitur magnificari & exaltari in nobis, qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur. Et declarat hoc per Psalm. 63. *Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*, non in se sed in corde hominis grandescit. Sic Spiritus sanctus hominibus datus, amplius datur, id est, augetur, & magis ac magis habetur, & tamen immutabilis existit. *Et infra cap. 3. dicit.* Spiritus sanctus est charitas, quæ non habenti datur, & in habente augetur & proficit, immo vt verius est magis propriè loquatur, homo in ea proficit, & deficit aliquando, & tunc ipsa dicitur proficere vel deficere, quæ tamen nec proficit, nec deficit in se, quia Deus est, & declarat hoc per Augustin. Homil. 9. super epistolam Ioannis, qui dicit. Probat se quisque, quantum in illo profecerit charitas, vel potius, quantū ipse in charitate profecerit. Nam si charitas Deus est, nec proficit nec deficit, sic ergò dicitur proficere charitas, quia tu in ea proficis.

Caritas, non habenti datur, in habēte augetur.

S 2 Vulturnus competit Castitati.

SECVNDVS ventus dicitur *Vulturnus*, qui est à dextris Subsolani versus Septentrionem. Et dicitur Vulturnus eò quod alte tonat. Iuxta illud Lucretij Poetæ.

Alit tonans Vulturnus & Auster.

Et hoc competit *Castitati*, quæ altè tonat, adeò quod vix ab vno inter mille seruatur, & valdè sublimis est ad seruandum, quia dicit Hieron. In carne præter carnem viuere, non est humanum, sed angelicum. Ideo Dominus loquens de ipsa, ait Matt. 19. *Qui potest capere capiat.* Et sicut ille ventus habet aëris humorem desiccare, quia est ventus calidus & siccus, sic castitas restringit humorem, id est, lubricitatem concupiscentiæ carnalis.

3. Eurus competit Fidei.

TERTIVS ventus à similtris Subsolani versus Austrum dicitur *Eurus*, & competit *Fidei*; quia sicut iste ventus venit ab Oriente, sic fides venit à Christo. De quo Zachariæ 6. *Ecce vir oriens nomen eius.* Et Luc. 1. *Visitauit nos oriens ex alto.* Iste etiam ventus generat nubes, quæ lucem solis obumbrant, quia per ipsam fidem non omninò claram & apertam, sed vmbraticam de Deo cognitionem habemus, iuxta illu 1. 1. *Cor. 14. Videmus nunc per speculum in enigmate.*

T 4. QVARTVS ventus principalis dicitur *Fauonius*, eò quod foueat ea quæ nascuntur

in

in terra ſecundum Iſidorum, & hic competit *Continentiæ*, quia caro noſtra de terra ſumpta fouetur & conſeruatur in munditia & ſanctitate. Iſte quidem ventus hyemem reſoluit, gramina floresque producit. MORALITER per hyemem ſignificatur *Vno modo* abundantia iniquitatis, iuxta illud Matth. 24. *Orate ne fuga veſtra fiat in hyeme*, id eſt, moriamini in abundantia iniquitatis. *Alio modo* eſt idem quod malitia, Ioan. 10. *Facta ſunt Encænia Hieroſolymis, & hyems erat*, id eſt, malitia inter Iudæos. Hanc hyemem iniquitatis, ventus continentiæ reſoluit, & grauamina virtutum producit, quia dicit Fortunatus in Homil. Eſt autem cuſtos omnis virtutis effectrix, quia totius humanæ ſalutis ipſa munditia mentis & corporis.

Fauonius cõpetit Continentiæ.

QVINTVS ventus à dextris Fauonij verſus Auſtrum dicitur *Zephyrus*, quia gramina & flores eius flatu viuificantur. Zoe idem eſt, quod vita, & competit *Gaudio*, quod vitam conſeruat & prolongat, quod teſtatur Plato in Phœdrone; Releuamen totius ſubſtantiæ, ipſum eſt virtuoſum gaudium, & temperatum huius vitæ. Quia dicit Philaretus in tractatu de natura morborum. Gaudium ſubtiliat ſpiritum, & alleuiat ipſum pectus. Iſte ventus producit flores, quia animus gaudens floridam facit ætatem, ſed *ſpiritus triſtis exſiccat oſſa*. Prou. 12.

5.
Zephyrus competit Gaudio.

SEXTVS ventus qui à ſiniſtris Fauonij eſt verſus Aquilonẽ dicitur *Circius*, eo quod Coro ſit coniunctus: hic competit *Patientiæ*, per quam homo in regno cœlorum Choro angelorum coniungitur, iuxta illud Matth. 5. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*. Ideo dixit Abbas Ephræm, Patiens homo merebitur conſortium Angelorum. In iſto vento fiunt pluuiæ, fulgura & tonitrua. Nam & purgat pluendo, illuſtrat fulgurando, & terret tonando; & hæc omnia facit tribulatio animæ, ſi ſit patienter tolerata. Nam *primo purgat*, quia dicit Gregorius. Si quis plenè appetit vitia vincere, ſtudeat humiliter purgationis flagella tolerare, vt tanto plus ad iudicem mundior veniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. *Item illuminat*, quia dicit Amandus lib. 1. c. 13. quod tribulatio conſcientiæ confert ſerenitatem. Et idem dicit ibidem: quod multi propter tribulationes opera tenebrarum abiecerunt, & armis lucis ſunt induti.

VI
6.
Circius competit Patientiæ.

Flagella tolerat, qui vitia deſiderat vincere.

SEPTIMVS ventus principalis à meridie veniens, dicitur *Auſter*, ab hauriendo, quia aquas haurit & pluuias fundit, & hic competit *Bonitati hominis*, quæ aquas gratiarum, quas à Deo hauſit, alijs abundanter communicat & effundit. Iuxta illud Prouerb 5. *Deriuentur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis diuide*. Quia ſicut Auſter gignit flumina, & præbet aquas largas: Sic bonitas hominis gignit flumina, ſcilicet Spiritus ſancti dona, de quibus Ioann. 7. *Flumina de ventre eius fluent*, & præbet pluuias largas lacrymarum. Quia bonum, vt dicit Dionyſius, eſt ſui ipſius diffuſiuum.

7.
Auſter competit Bonitati hominis.

OCTAVVS ventus, qui eſt à dextris Auſtri verſus Orientem dicitur *Africus*, eo quod in Africa frequenter principium accipit flandi; hic competit *Benignitati*. Nam hic ventus eſt calidus, & eſt à dextris Auſtri. In calore deſignatur amor, in dextra amoris rectitudo, ideò ſignificat Africus verum amorem ad proximum, & talis amor eſt, qui benignum facit, quia dicit Sen. in lib. de Clementia ad Neronem. Qui benignus eſt, & blandus fuerit, cunctorum ſibi hominum amicitiam acquirit. Nam dicitur benignus, qui eſt benignè ignitus, ſcilicet amore bono igne amoris ad bene faciendum proximo.

VIII
8.
Africus Benignitati competit.

NOTVS

9. Notus Manſuetudini cõpetit.

NONVS ventus qui procedit à ſiniſtris Auſtri verſus Occidentem dicitur *Notus*, qui licet ſit temperatus, tamen aliquando peſtilentiam inducit; & competit *Manſuetudini*, cuius eſt iram temperare & cohibere. Licet nihilominus etiam manſuetus prælatus, zelo iuſtitiæ coactus, percuſſiones & correctiones exercet, cum digna ſeueritate. Vnde *Moyſes, qui erat mitiſſimus populi, qui vitulum adorauerunt, Zelo iuſtitiæ accenſus, vno die quaſi viginti tria millia occidit de populo*, vt habetur Exod. 32. In Hebræo habetur tria millia. Sed aliqui concordant illud dicentes, quòd in Hebræo numerantur tantum illi, qui erant in transgreſſione principatus, & alios inducentes. Sed cum iſtis fuerunt de alijs tot occiſi, quod numerus ad viginti tria millia aſcendebat, vt dicit Nicolaus de Lyra.

Y

10. Aquilo congruit Longanimitati.

DECIMVS ventus, qui eſt principalis veniens à Septentrione vocatur *Aquilo*, qui aquas ſtringit & ligat, & congruit *Longanimitati*, quæ ligatas & firmas tenet aquas gratiarum & virtutes in anima, quia longanimitas eſt virtus, qua patienter vitæ æternæ præmium expectatur.

11. Chorus, Pacꝰ congruit.

VNDECIMVS ventus, qui eſt à dextris Aquilonis dicitur *Chorus*, quia circulum ventorum quaſi claudit, & ad ſe trahit, hic competit *Pacꝰ*, quæ omnes virtutes per appetitum ſui ad ſe trahit, quia omnia pacem exoptant. Ideò dicit Auguſt. lib. 9. de Trini. Et Dionyſius cap. 9. de diui. nomi. Hæc, velut finis, claudit circulum omnium virtutum & affectionum animæ. & Pſalm. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem.* Iſte quidem ventus infrigidat, quia pax iracundiæ accenſionem reprimit, & ita cordi refrigerium tribuit.

12. Boreas, qui cõpedit Modeſtia.

DVODECIMVS ventus qui procedit ab Aquilone dicitur *Boreas*, ab Hiperboreis montibus, à quibus flat, & hic competit *Modeſtiæ*, qui ventus generat niuem, quæ cadens pulchritudinem habet, ſecundum illud Eccli. 43. *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus.* Et modeſta exteriorum motuum, hominum conuerſatio redditur pulchra & grata oculis intuentium, videlicet, quando aliquis exteriores mores ſuos, ſiue motus, moderatur ſecundum continentiam ſuam, & negotiorum & locorum & aliarum perſonarum. De hac dicit Ambroſ. lib. 1. de offic. Hæc eſt pulchritudo viuendi benè, continentiam cuicunque ſexui & perſonæ reddere, hic ordo geſtorum optimus, hic ornatus ad omnium actionem accommodus. Ex iſtis duodecim virtutibus aut fructibus, cognoſcit quilibet homo, an venit ad ſe Spiritus ſanctus.

DE EADEM.

Sermo ſecundus.

Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret, Ioann. 3.

A

MAgiſter lib. 15. proprietatum dicit de prouincijs, quod in Hybernia eſt quædam Inſula, in qua homines non moriuntur, ſed nimio ſenio affecti, vt moriantur extra Inſulam deferuntur. Et fortè cauſa illius eſt bonitas aëris & nutrimenti, quia ibi non eſt ſerpens nec rana, nec aranea venenoſa, quæ inficere poſſunt aërem, ſed tota terra adeò contraria eſt veneno, vt terra inde lata, & ſuper ſerpentes aſperſa, eos punit & occidit: & ſi buſſo-

buffones in Hyberniam deferuntur, ſtatim moriuntur. Spiritualiter per hanc inſulam intelligitur patria cœleſtis, in qua nullus ibi exiſtens poteſt mori. Quia Apocal. 21. *Neque mors erit ibi*, ſed ibi erit vita æterna, quod teſtatur Auguſt. lib. ſoliloq. Ibi eſt æterna refectio, perpetua dilectio, iucunda poſſeſſio, tranquillitas ſine labore, lætitia ſine mœrore, dies ſine nocte, vita ſine morte. Et Bernardus in libro de conditione humanæ miſeriæ loquens de illa patria, dicit, quod ibi eſt ſummum bonum, ſumma felicitas, ſumma iucunditas, vera libertas perfecta charitas, æterna ſecuritas, & ſecura æternitas. Verſus.

Et ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honeſtas,
Gaudia lætitia, dulcedo, vita perennis.

Hæc Bernardus. Ecce, quod in cœli patria non eſt mors, ſed vita perpetua.

Sed quia homo peccauit, aliter niſi Chriſtus moreretur, redimi non potuit: ſicut dicit Anſelmus in lib. Cur Deus homo, ſuper illud. *Si non poteſt tranſire calix, niſi bibam illum*. Non, inquit, potuit tranſire calix, niſi biberet non quia mortem vitare nequiuerat, ſed quia aliter mundus ſaluari non poſſet. Cum autem Chriſtus in cœleſti patria pro homine mori non potuit, ideò extra eam per paternam dilectionem & ſuum infinitum amorem delatus fuit in hunc mundum, vt ſatisfaceret moriendo. Ideo dicit B. Bernardus vbi ſuprà. Filius cum eſſet in ſinu Patris, à regalibus ſedibus pro anima hominis deſcendit, vt eam de poteſtate diaboli liberaret. Et de hoc dicunt verba hæc Euangelij. *Sic Deus dilexit mundum*, in quibus duo tanguntur. *Primo*, dilectio paternalis: ibi. *Sic Deus dilexit mundum*. *Secundo*, miſſio filialis: ibi. *Vt filium ſuum vnigenitum daret.*

B

Deus oſtendit ſuam dilectionem nobis.

1.

Præueniendo noſtram tarditatem.

Circa quod NOTA, quod omnipotens Deus ſuam dilectionem ad nos oſtendit in multis. PRIMO quidem in hoc, quod præuenit tarditatem noſtræ beneuolentiæ. Iuxta illud 1. Ioan. 4. *In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per ipſum. In hoc eſt caritas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.* Et ipſe prior dilexit, dicit Bernardus, quod dulcis Deus, eſt primus in acceſſu, & vltimus in receſſu. Et ideo conuenienter cor humanum exigit ſibi dari, iuxta illud Prou. 14. *Præbe fili mi cor tuum mihi.* Sicut enim ipſe primus eſt in acceſſu præueniendo voluntatem, vt ad Deum conuertatur & vltimus in receſſu, quia primus natura & cauſalitate homo recedit à Deo per peccatum, & Deus eum relinquit ſubtrahendo gratiam. Ita cor humanum primum eſt inter partes corporis, quod viuificatur, & vltimum quod moritur. In cuius figura dicitur, Exod. 13. *Sanctifica mihi omne primogenitum*, id eſt, cor humanum, quod inter membra humana primogenitum dicitur. Et hoc eſt, quod præcipitur, Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Et dicitur notanter Prou. 23. *Fili mi præbe mihi cor tuum*. Vbi NOTA quod Deus exigit ſibi cor humanum dari tripliciter.

Deus petit cor hominis

1.

Liberaliter.

PRIMO vult, quod præbeas ſibi cor tuum *liberaliter* non quod mutues, nec quod vendas, quia hoc non liberaliter eſſet. Illi enim ſibi mutuant, qui ſibi ſeruiunt, pro temporali proſperitate conſequenda, & quando eius ſubtrahitur proſperitas, ſubtrahunt cor ſuum. Sicut ille de quo Dauid in Pſal. 48. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* Illi autem vendunt, qui diligunt eum pro mercede, qui tantum de Deo cogitãt, quantum iam de beneficijs ab ipſo ſe percepiſſe cognoſcunt. *Primi* enim mutant ſub ſpe-

cie futuri commodi. *Secundi* autem vendunt pro mercede accepta. De quibus dicitur, Isa. 29. *Populus iste ore suo & labijs suis glorificat me, cor autem eorum longè est à me.* Sed illi cor suum donant Deo, qui meram Dei bonitatem & beneficia spiritualia cogitantes, nec non & amore patriæ cœlestis cor suum custodiunt, & regendum in manibus Dei ponunt, & illud exigit sibi dari dicens. *Præbe fili mi mihi cor tuum*, quasi diceret, Fili mi per creationem, præbe per donationem, cor per dilectionem, tuum per compassionem, mihi per deuotionem.

C II. Integrum.

SECVNDO, vult Deus vt des sibi cor tuum *integraliter*, iuxta illud prius allegatum. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c.* Est enim Deus sicut homo Zelotipus, qui non dimittit vxori suæ alios diligere. Iuxta illud Exodi 34. *Noli adorare Deum alienum, Dominus enim Zelotes nomen eius, Dominus enim amulator.* Nec mirum, si cor requirit, quia ipse solus nos redemit. Auis generosa cum diu volauerit se fatigando, & prædam cœperit, meritò cor prædæ suæ requirit: Christus enim, generosus ille falco, pro te præda sua capienda volauit de cœlo in vterum virginis; de virginis vtero in patibulum; de patibulo ad infernum; de inferno ad mũdum; de mundo ad cœlum; & ideo merito vendicat sibi cor tuum. Parare ergo debemus ei cor nostrum, sicut aui prædali paratur cor prædæ suæ. Primo extrahitur, lauatur comprimitur, & in partes discinditur. Sic MORALITER extrahitur cor nostrum per peccatorum occultorum recordationem. Iuxta illud Psal. 61. *Effundite coram illo corda vestra*, lauetur per lacrymarum super infusionem, Hiere. 4. *Lauа a malitia cor tuum, vt salua fias.* Comprimatur per contritionem, quia *cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Et sanguis, id est, peccatũ exprimatur per confessionẽ fac vt *de corde tuo exeãt cogitationes malæ*, scilicet, *furta & adulteria*, & alia, quæ narrãtur à Saluatore, Matt. 15. & tandem discindatur per pœnosam satisfactionẽ, & tunc debet sibi dari per deuotionem. Sicut ipse Dñs petijt, Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.*

Deus correquirit, quia ipse nos redemit.

Psal. 50.

III. In perpetuum.

TERTIO, vult Deus, vt des sibi cor tuum *perpetualiter*. Solent enim homines, quando volunt simpliciter & perpetuè aliquid dare alicui; facere sibi chartam benè scriptam, & postea illam signant sigillo, & tandem ponunt eum in possessionem & tenent, & tunc de dono suo perpetuo est securus. Sic & nos facimus Deo chartam de corde nostro, scribendo in illo mandata ac præcepta sua. Iuxta illud Prou. 7. *Scribe illam*, videlicet legem, *in tabulis cordis tui.* Et iterum sicut canitur. *Audi Israël præcepta Domini, & ea in corde tuo quasi in libro scribe.* Et postea signetur sigillo humanitatis, scilicet Christi, quod sculptum fuit in multis locis & literis in passione. Hoc applicemus per deuotam contemplationem mẽti nostræ, memoriam illius passionis, & hoc deuotè commemorando. Iuxta illud Cant. 8. *Pone me sicut signaculum super cor tuum*, & tunc pone in scrinio, id est mente vt per gratiã illic habitare dignetur. Sicut optauit Apostolus ad Ephes. 4. *Det Deus vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum in interiori homine, Christum inhabitare per fidem in cordibus vestris.*

D Deus ostendit suam dilectionem nobis. 2. Delendo pec-

SECVNDO, ostendit nobis Deus suam dilectionem in hoc, quod abluit fœditatem ingratæ conscientiæ, deleuit enim peccatum originale & actuale. Originale deleuit peccatum per proprij sanguinis effusionem. Sed delet peccatum actuale, per Sacramentalem pœnitentiæ lotionem. Et hoc est, quod nobis commemorat Ioannes, Apoc. 1. *Dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo.* Sanguis enim significat amorem. Ideo & sanguineæ complexiones sunt naturaliter amatiuæ & iuuenes sunt magis amatiui,

quàm

Digitized by Google

quàm ſenes propter ſanguinis effuſionem ampliorem. Narrat Hieron. contra Iouinian. lib. 1. allegans Xenophontem hæc ſcripſiſſe de infantia Cyr. maioris. Scribit, inquit Hieron. Xenophon occiſo Abradaco viro, quem Penthęon vxor mirè dilexerat, collocaſſe ſe iuxta corpus lacerum, & confoſſo pectore, ſanguinem ſui mariti vulneribus infudiſſe. Iſto modo MORALITER animæ deuotæ ſponſæ fideles Chriſti, videant contemplando maritum ſuum occiſum non caſualiter, ſed pro eorum amore defunctum ſponte collocent, ergo ſe iuxta corpus lacerum crucifixi. & illud tàm voluntate quàm intellectu, quaſi duobus brachijs amplectentur. Confodiant pectus ſuum gladio doloris, contritionis, & compaſſionis, vt inde ſanguis amoris erumpat, & in vulnera Saluatoris irrumpat, vt dicit Holkot lect. 185.

catum originale & actuale.

E

Hic incidit quæſtio, cum dicit Apoſtolus, *ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum, ad Hebr. 7.* Et quia Chriſtus ex vera dilectione ſanguinem ſuum totalem effudit, & quare tunc peccatum originale in poſteris non fuit remiſſum. Et ſic etiam quærit Archidiaconus in Roſario ſuper decretum. Quare venia præſtita Adæ & Euæ de peccato remanſit Originale in poſteris, ex quo damnantur æternaliter pœna damni. Et reſpondet quod ex peccato primorum Parentum fuit caro corrupta, & illam carnis corruptionem transmiſerunt in poſteros, & quotidie transmittunt patres in filios, vt 1. q. 4. Iam itaq;. Vnde cum originale naſcitur & trahitur ex communione animæ ad carnem corruptam, cum illa corruptio ſublata non fuerit nec originale.

Quare Chriſto paſſo, originale peccatum non fit remiſſum. Reſponſio.

TERTIO, Deus oſtendit ad nos ſuam dilectionem, in hoc quod ſuperat quantitatem noſtræ ſufficientiæ. Plura enim tribuit quàm perfectè intelligere vel deſiderare ſciamus, nec ſufficimus ſuum amorem recompenſare; propter quod Apoſtolus vocat charitatem eius nimiam dicens. *Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos.* Sicut enim dicit Chryſoſt. de reparatione lapſi: Nemo amicorum carnalium, etiam ſi ſit in hoc ſupra modum inſaniens, ita exardeſcere poteſt in amorem dilectæ ſuæ, ſicut Deus effunditur in amorem animarum noſtrarum.

Deus oſtendit nobis ſuam dilectionem.

3.

Plura tribuendo quam deſiderare ſciamus.

ET NOTANDVM, quod quatuor defectus in dilectione hominum contingit reperire, à quibus amor diuinus totaliter eſt alienus. *Sunt enim* aliqui, qui licet amentur, non tamen redamãt amatores, ſicut ſunt ingrati. Econtra diligit illos Deus, qui ipſum amant. Iuxta illud Prou. 8. *Ego diligentes me diligo. Sunt qui* diligunt, ſed propter propriam vtilitatem; indigent enim beneficijs amicorum, & ſi non indigerent, eos non amarent. De quorum amicitia dicit Seneca in quadam Epiſtola. Negotiatio eſt amicitia, quæ ad commodum attendit. Et ſecundum Ariſtotelem 8. Ethic. Cum ſit amicitia propter vtile, propter delectabile, propter honeſtum. Diligentes propter vtile, ſunt minimi amici inter omnes. Hoc etiam deplangit Ouidius lib. 2. de Ponto.

F

Defectus quatuor in dilectione hominum.

I.

II.

Amici propter vtilitatem, qui?

Turpe quidem dictu, ſed ſi modo vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.

Per oppoſitum autem, Deus non diligit nos propter ſuam vtilitatem, qui noſtris non indiget bonis, teſte Dauid in Pſalm. 15. *Bonorum meorum non indiges*, ſed diligit nos ad fructum noſtrum. Iuxta illud ad Epheſ. 1. *Gratificauit nos* id eſt, gratos nos ſibi fecit in ſuo filio. Iuxta illud Oſeæ 14. *Sanabo contritiones eorum, diligam eam ſponte.* *Tertio* ſunt, qui diligunt homines, ſed non niſi in proſperitate & felicitate, & de quolibet illorum verificatur illud Boëtij 2. de conſolatione. Quem amicum felicitas, inimicum infortunium facit. Vnde dixit quidam.

III.

Digitized by Google

Exemplo didici, quod proſperitatis amici.
Res amplectantur, non nos, ſed noſtra ſequuntur.

Et alius dixit:

Non ſunt perſonæ, ſed proſperitatis amici,
Quos fortuna tenet dulcis acerba fugat.

Deus diligit à mundo deſertos & afflictos.

Per oppoſitum Deus eſt, qui maximè diligit tunc quando homo à mundo deſeritur, & à malis hominibus agitatur. Quia dicit per Pſal. 90. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Ideo conſulit hic Auguſtinus cuilibet homini, vt Deum amicum præ alijs diligat, dicens. Elige illum amicum præ omnibus amicis tuis, qui, cum omnia ſubtracta fuerint, tibi ſoli fidem ſeruabit in die ſepulturæ tuæ. Cum amici tui recedent à te, ille non relinquet te, ſed tuebitur te à rugientibus præparatis ad eſcam, & perducet ad ignotam regionem, atque ad plateas cœleſtis Hieruſalem, vbi collocabit te cum Angelis ante faciem ſuæ Maieſtatis, vbi eſt cumulus felicitatis, ſupereminens gloria abũdans lætitia, & omnia bona.

IV.

Mundanorum amicorum defectus.

Quarto, in mundanis amicis inuenitur defectus, quia multi diligunt viuentem, ſed mortuum odiunt & perſequuntur, cuiusmodi ſunt filij, vxor, ſeruus, & executor. Cum enim fuerit defunctus tunc illi qui eum de bonis ſuis iuuare deberent, ſpoliant & depredantur, & ſibi appropriant quicquid poſſunt. Vnde metricè dicitur.

Poſt mortis morſum, vertit dilectio dorſum:
Finita vita, finit & amor ita.

G

1. Executorũ fraudulentia.

Ideo mortui conqueruntur principaliter de trib. PRIMO, de malis executoribus quorum quidam legata diminuunt & defalcant. Quidam differunt & prolongant. Quidam totaliter auferunt, & vſibus ſuis appropriant, & permittunt miſeros ſpiritus eiulare & clamare in purgatorio, dum ipſi tripudiant & cantant in conuiuio. Ecce qualis dilectio ipſorum ad mortuos, ideo poſſunt dicere illud, Iſaiæ 28. *Poſuimus mendacium ſpem noſtram.* Similiter illud Thren. 3. *Periit ſpes mea, & finis meus.*

2. Peruerſi ſacerdotes nocent defunctis.

SECVNDO, conqueruntur de peruerſis Sacerdotibus, qui defunctis nocent tripliciter. *Primo*, eos defraudant debitis orationibus. *Secundo*, abutuntur eorum legatis & oblationibus. *Tertio*, malè viuendo faciunt ſe indignos, Dei & Sanctorũ exauditionibus. Ioan. 9. *Scimus quoniam Deus peccatores non exaudit. Sed ſi quis Dei cultor eſt, & eius voluntatem facit, hunc exaudit.* Vnde iſti poſſunt dicere, Iſa. 20. *Haccine erat ſpes noſtra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent*, quaſi diceret, ſed non liberant.

3. De ingratis hæredibus conqueruntur animæ.

TERTIO, conqueruntur de ingratis hæredibus, qui eorum bona per labores & tædia quæſita, iam occupant in iucunditate, filijs, fratribus, vxoribus, & filiabus conſanguineis & extraneis aſſignatis, qui omnes illos obliuioni tradiderunt, ac ſi eorum bona nunquam vidiſſent, quorum aliqui bona parentum expendunt in luxurijs aliqui ea mutuant pro vſuris. Sed vilioribus & de minimis: dant fortè vnum fruſtum vix nigri panis, ad magis ſemel in hebdomada. *Aliqui* ſunt peſſimi, qui nec eos habent in memoria, vnde de defunctis ſic dolentibus deceptis exponi poteſt illud, Zach. 9. *Dolebat nimis Accaron, quoniam confuſa eſt ſpes eius.* Accaron interpretatur tribulatio ſpiritus & ſignificat ſpiritus in purgatorio exiſtentes, quorum ſpes quam habuerunt de amicis, confuſa eſt. Sed per oppoſitum Deus facit, qui ſatis diligit viatorem dum viuit, ſed longè amplius poſt mortem, Ioan. 13. *Cum dilexit ſuos, qui erant in mundo, in finem*, id eſt, in perpetuum, *dilexit eos.* Hiere. 31. *In charitate perpetua dilexi te.* Et ideo,

Deus viatorem in vita & in morte diligit.

vt in-

Digitized by Google

vt inquit Psal. 39. *Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit ad vanitates & insanias falsas.* Et iterum Eccles. 31. *Beatus vir, qui non sperauit in thesauris pecuniæ*, videlicet, quos per manus amicorum relinqueret post mortem dispergendos, sed sperauit in Deum, qui eum in tribulatione liberauit & non dereliquit.

QVARTO ostendit Deus dilectionem suam in hoc quod nobis temperat voluptatem plurimæ affluentiæ. Vnde 2. Thess. 2. *Dilexit nos, & dedit consolationem æternam*, quæ quanta sit, sancti exprimere nituntur, & non possunt. August. de moribus Ecclesiæ. Quanta, inquit, est pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lætitiæ & lucis, hoc est, immutabilis veritatis atque sapientiæ, vt etiam si non liceret in ea manere amplius, quàm vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ, pleni delitijs & circumfluentia bonorum temporalium, rectè meritoque contemnerentur. Et Chrysost. de reparatione lapsi. Si quotidie, inquit, oporteret tormenta perferre, si ipsam gehennam paruo tempore tolerare, pro eo, vt Christum possemus videre in gloria venientem, numero sanctorum eius sociari: Nonne erat dignum, pati omne quod est triste modo, vt tunc tanti boni tantæque gloriæ participes haberemur. Quasi diceret, sic. Ad quam gloriam perducat, &c.

4. Deus ostendit nobis suam dilectionem temperando voluptatem affluentiæ. Holkot lect. 185.

FERIA TERTIA PENTECOSTES:

Sermo Primus.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Psal. 143.

PLinius in Specu natu. lib. 8. c. 5. Si Elephas hominem errantem sibi obuium viderit in solitudine, primum ne ipsum terreat, aliquantulũ de via se subtrahit, & tunc gradum figit, & paulatim ipsum præcedens viam ei ostendit, & si Draco ei occurrerit, pro homine defendendo cum eo pugnat, & viriliter se opponit, & hoc potissimum dicitur facere, quando habet iuuenes. Timet enim, quod homo quærat fœtus suos, & ideo se de homine primo expedire desiderat, vt sic securius possit filios suos & eò cautius custodire.

H Elephas draconis inimicus.

MORALITER per Elephantem, quod est animal magnum, intellige prælatum, qui est magnus in dignitate, quia dicit Innocen. III. de maio. & obed. ad Constantinum Imp. C. Solite Quanta inter solem & lunam tanta inter Pontifices & reges differentia cognoscatur, vbi dicit Gloss. Cum terra sit septies maior luna, sol autem octies maior terra, restat vt pontificalis dignitas quadragesies septies sit maior regali dignitate In qua Gloss. Laurentij notatur maioritas prælatorum. Isti enim prælati, si viderint errare homines in solitudine huius mundi, debent eos benigna monitione præcedere & in viam rectam reuocare, vel eis viam veritatis ostendere Quia dicit Innoc. dist. 83. c. Error. Error cui non resistitur, approbatur; & veritas cum minimè defensatur, opprimitur. Sed spiritualiter per Elephantem subaudi Spiritum sanctum propter proprietates eius. Est enim Elephas animal valde benignum, quia caret felle, vt dicit Arist. ita Spiritus S. est benignus. Sap. 1. *Spiritus sapientiæ benignus est.*

Elephas designat Prælatum. Pontificalis dignitas quanta. Elephantis proprietates.

Digitized by Google

I Spiritus sancti terror, & benignitas.

Nam licet in principio nobis cum quodam terrore appareat, tamen statim post vel in eodem momento nobis suam præsentiam Spiritu benignitatis atque lenitatis contemperat, sicut figuratum est, Hester 15. *Quod Hester cuncta ingressa per ordinem ostia, vbi ille sedebat in solio regni, indutus vestibus regiis, auro fulgens, eratq; terribilis aspectu. Cumq; eleuasset rex faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina hoc videns corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillam caput inclinauit. Conuertitq; Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinans exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis, blandiebatur ei. Tunc illa ait, Vidi te Domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Ac rex consolabatur eam.* Per reginam hanc potest intelligi quælibet fidelis anima, Spiritus sancti consolationem postulans, quæ in principio suæ visionis, præ timore diuinitatis gloriæ aliquo terrore concutitur. Sed mox blanda lenitate diuinitus consolatur & immutatur in Elephantem, qui à via se subtrahit ne hominem terreat. Et sicut Elephas præcedit hominem & viam ei ostendit. Sic & Spiritus sanctus sua benignitate nos præcedit, & viam salutis ostendit. Nam signatur per columnam nubis, quæ præcessit filios Israel in deserto, de qua Neem: 9. *Columna nubis non defuit eis per dies, vt duceret eos in viam.* Et non solum præcedendo nos viam veritatis demonstrat, sed etiam more Elephantis contra Draconem infernalem pro nobis pugnat, *quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster*, vt canitur. Et ideo quilibet Christianus dicere potest ad Deum Patrem. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* In quibus verbis tuo tangit. *Primo* Spiritus sancti bonitatem. Ibi. *Spiritus tuus bonus. Secundo*, eiusdem Spiritus sancti vtilitatem. Ibi. *Deducet me in terram.*

Spiritus sanctus nobis viam salutis ostendit.

K Bonitas Spiritus sancti apparet.

Quo ad PRIMVM est NOTANDVM, quod bonitas Spiritus sancti apparet in multis.

I. Viuificat animam.

PRIMO exanimæ viuificatione, quia absque Spiritu sancto anima viuere non potest etiam ad momentum, sicut nec sine anima viuere potest cor nostrum. Quod autem Spiritus sanctus viuificet spiritualiter, ostendit Ezech. 37. vbi legitur quod Spiritus eduxit Ezechielem in medio campi, *plenum ossibus mortuorum, & erant ficca vehementer.* Et dixit ei. *Fili hominis, putasne viuent ossa ista?* Et subditur *Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & extendam super vos cutem: & dabo vobis spiritum, & viuetis. Et factus est sonitus* prophetante Ezechiele, *& ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam, & super ea nerui, & carnes ascenderunt, & extensa est in eis cutis, & spiritum non habebant.* Et dixit Dominus ad Ezechielem. *Vaticinare & dicet ad spiritum à quatuor ventis. Veni spiritus & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et ingressus est in ea spiritus, & vixerunt.*

Anima à Spiritu sancto viuificatur.

I. Tribulatione & afflictione.

MORALITER hic tanguntur aliqua necessaria vt spiritualiter anima viuificetur. *Primum* est tribulatio & afflictio quam immittit Spiritus sanctus, & hoc tangitur cum dicitur. *Dabo super vos neruos*, vbi per neruos intelligit tribulationes. Iuxta illud 2. Paralip. 16. Et Hierem. 20. *Iussit eum mitti in nerum*, id est, in duram tribulationem vel afflictionem, & hoc iuuat ad viuificationem animarum, sicut pulchrè declarat deuotus Amandus in Horo. Sa. lib. 1. cap. 13. O quàm innumeri somno peccatorum profundissimo obdormierunt & morte spirituali perierunt, quos infelix absorbuerat iniquitas, qui aduenientè gratia diuinæ correctionis velut de somno graui

Digitized by Google

graui ac mortis imperio excitati, vitam in melius commutauerunt. *Secundum* est corporalis corruptio, & hæc tangitur, cum addit. *Et putrescere faciam super vos carnes*, vbi per carnes intelliguntur corruptiones carnales, quæ etiam faciunt ad viuificationem animarum. Cum enim homo peccator cogitat se moriturum & corpus suum à vermibus corrupendum à peccato, quod mortem animæ infert, vtique resurget. Iuxta illud quod dicit Bernardus in floribus. Si non timor Dei saltem nutus mortis tuæ dolorque gehennæ retrahit à delicto, ideo dicit Sap. Eccles. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. *Tertium* est virtutum induitio, & hoc tangitur cum dicitur. *Et ego extendam in vobis cutem*, vbi per cutem intelligit quamlibet virtutem, quia sicut corpora ornant cutes, sic & virtutes ornant animas, vt dicatur de qualibet anima virtutibus induta vel ornata, Iuxta illud Psalm. 44. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate*, id est, virtutum multiplicitate. Et cum hæc tria habuit vestra anima, videlicet, neruos tribulationis; carnes corporalis corruptionis: & cutem virtualis induitionis; tunc datur spiritus ei vt spiritualiter viuat.

2. Corporali corruptione

3. Virtutum induitione.

Et NOTA Spiritus sanctus datus animæ quatuor in ea facit, quæ facit anima corpori. *Primo* enim anima præseruat corporis decorem, quia videmus quod sine anima corpus est pallidum, nigrum & difforme. Sic anima non habet decorem conscientiæ, nec colorem conuersationis sanctæ & honestæ sine gratia Spiritus sancti. Sed per eius aduentum renouatur & ornatur, ideo petit Dauid Psalm. 103. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*. id est, hominis terreni, cuius facies potest dici anima ad imaginem Dei facta, imo verius creata. *Secundo*, anima nutrit naturalem calorem, quia quamdiu est in nobis anima nostra, tamdiu est calor ibi, sed anima recedente corpus frigescit. Ita Spiritus sanctus nutrit in nobis calorem diuinæ charitatis. Iuxta illud ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis*. *Tertio* anima confortat virtutem corporalem, quia sine anima subsistere corpus nequaquam potest, sic & Spiritus sanctus confortat infirmitatem nostram. *Quarto*, corpus sine anima motu caret, sic anima sine Spiritu sancto, nec moueri in virtutibus potest, nec eas operari. Sed adueniente Spiritu sancto, exibit homo de virtute in virtutē, donec videbit Deum Deorum in Syon, ideo Psal. 84. dicit; *Dominus dabit benignitatem*, id est, bonam igneitatem, siue Spiritum sanctum, *& terra nostra dabit fructum suum*.

L. Spiritus sanctus in anima quatuor facit.

I.

II.

III.

IV.

SECVNDO apparet bonitas Spiritus sancti ex sua consolatione, & hoc fit tripliciter. *Primo* tentationem mitigando, quia si Spiritus sanctus non fuisset cum martyribus, & tentationes eorum pœnales mitigasset, nullus ipsorum tantam pœnam sustinere potuisset, sed in tentatione defecisset. Sed ille erat cum eis, qui ait Isa. 43. *Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te; cum ambulaueris in igne, non combureris*. Sicut patet de tribus pueris, Dan. 3. & de multis alijs martyribus, qui licet in igne animas Deo reddiderunt, corpora tamen ipsorum inusta permanserunt. *Secundo* Spiritus sanctus consolatur, virtutem tentationibus resistendi tribuendo, quia 1. Corinth. 10. dicit. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari super illud quod potestis. Sed faciet cum tentatione proventum, vt possitis sustinere*. Id est, tentationibus præualere. Et Aug. super Psal. Diabolus, inquit, plerunq; vult nocere, sed non potest quia potestas eius est sub potestate Dei. Nam si tantum posset nocere quantum vellet,

M.

II.

Bonitas Spiritus sancti apparet.

Mitigando tentationes.

Tribuendo virtutem resistendi tentationibus.

Digitized by Google

vellet, nec aliquis iustorum remaneret. Cui concordat illud Isidori de summo bono: Non amplius tentat electos diabolus, nisi quamdiu volantas Dei permittit, ideo dixit Christus discipulis suis. Luc. vlt. *Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto,* scilicet aduentu Spiritus sancti. *Tertio* consolatur Spiritus sanctus per dulcedinem infundendo, quia Eccl. 24. dicitur. *Spiritus meus super mel dulcis*, Et Sap. 12. *O quam suauis & bonus est Domine spiritus tuus in nobis.* Si quis hanc dulcedinem semel gustauerit, de dulcedine mundi non curabit. Iuxta illud Gregor. Gustato spiritu de spiritu omnis caro. Ideo dicit Bernar: Quem non tentabit dulcedo illa, quæ mortem facit dulcissimam, Et Richard. de sancto Victore: Quod est cor tam lapideum vel durum, quod diuina præsentia benignitate non emolliat, & sua dulcedine non alliciat.

Infundendo dulcedinē.

N III. Bonitas S. Spiritus apparet ex gratiæ infusione.

TERTIO bonitas Spiritus sancti est ex gratiæ infusione, quia ipse est torrens inebrians electos suos plenitudine gratiæ. Sicut patet de Apostolis, quos adeo impleuit sua gratia, vt à Iudæis *musto pleni putarentur.* Act. 2. Et hoc prædixit Dauid Psal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*, quod exponit Ambrosius dicens. Domus hæc Ecclesia, est vbertatis domus, redundantia gratiarum, torrens voluptatis Spiritus sancti: quasi diceret: Hi qui sunt in Ecclesia Dei inebriantur ex vbertate gratiarum & Spiritus sanctus potat eos torrente voluptatis. *Et subdit Ambrosius.* Cessauit hic torrens in populo Iudæorum, quia erat ille plebs fide arida, sterilis operibus, captiua peccatis. Quid enim flueret non bibentibus, sed contaminantibus sacros meatus, cum ipsum fontem negarent? Torrens ille istis cessauit, vt nobis abundaret, & sitim humanæ captiuitatis auerteret, sicut torrens in austro. *Et subdit.* Hic est ille torrens voluptatis, quem in Gen: legimus, fontem, qui inundat paradisum, & diuiditur in quatuor flumina, quæ circumeunt totam terram. Et hoc etiam fonte virtutes profluunt spirituales. Prudentia, temperantia, fortitudo & iustitia. Bonus fons gratiæ & splendoris, eiusdemque naturæ, cuius & illud flumen est, de quo in Psalm. 45. dicit. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Hæc Ambros. De hoc fonte Spiritus sancti ex quo haurimus aquas gratiarum, dicit Psal. 41. *Quemadmodum desiderat cerous ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Ad hunc fontem, debet quilibet nostrum currere, quasi ceruus non sitiens venena serpentum, sed viuam aquam gratiarum, qua mentis interna inundantur, peccata lauantur, & occultorum errores mundantur.

Bonitas S. Spiritus apparet ex gratiæ infusione.

Spir. sanct. est torrens voluptatis.

IV. O Cur S. Spiritus subtrahat gratiam.

QVARTO, apparet bonitas Spiritus sancti ex gratiæ subtractione. Sicut enim ex bonitate sua nobis gratiam infundit, sic ex eadem bonitate nobis gratiam interdum subtrahit, & hoc facit propter multas causas.

I. Vt propria confidentia euitetur.

PRIMA, vt propria confidentia euitetur. Si enim homo semper haberet gratiam Spiritus sancti, posset de sua sanctitate confidere, & se cum nihil sit, aliquid esse reputare, cum dicat Psalm. 8. *Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum?* quasi diceret, nihil est nisi cinis & puluis. Qui ergo reputat se aliquid esse, cum nihil sit, seipsum seducit: ideo sancti & electi homines, quanto perfectiores sunt, tanto humiliores existunt. Sicut Abraham qui dixit. Gen. 18 *Loquar ad Dominum meum, cum sim cinis & puluis.* Et sanctus Paulus qui ait 1. Cor. 15. *Gratia eius in me vacua non fuit.* Id est, carens bonis operibus, postea dixit se primum inter peccatores, 1. Tim. 1. *Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum*, intellige inter illos, qui de peccato ad gratiam reuocantur, quia

Vt propria confidentia euitetur.

Digitized by Google

quia hæc reuocatio fuit in Paulo valdè mirabilis, propter quod Ecclesia eam solennizat, & sic Ly primus excellentiam notat vocationis. Et similiter legitur de B. Francisco, qui dixit se esse maximum peccatorem totius mundi, & hoc cõtingit ex eo, quod quanto seipsos recognoscũt, tanto magis se indignos deprehendunt. Iuxta illud Gregor. 3. moral. Sancti viri, quo altius apud Deum virtute dignitatis profecerint, eo subtilius se indignos esse deprehendunt, qui dum propinqui luci fiunt, quicquid eos in seipsis latebat, inueniunt. Ne ergo bonus homo cadat in spiritualem superbiam, quæ aliquando peior est & magis nociua quàm secularis pompa, ideo Deus aliquando subtrahit sibi gratiam, spiritualem q; consolationem. Et etiam ne homo credat à seipso habere illam gratiam vel ex meritis suis, sed vt cognoscat, quod illa gratia detur sibi ex sola Spiritus sancti bonitate & liberalitate, & non propter sua merita. Nam minimam guttam bonitatis Dei non possumus mereri à nobis metipsis. Humilitas S. Francisci.

SECVNDA causa, vt homo comprobetur. Vult enim Spiritus sanctus interdum gratiam subtrahere ab homine, volens eum probare, vtrum velit abire, & consolationem à creaturis quærere, quando consolatione non potest ab eo habere, sicut probat Sponsus fidem & dilectionem suæ Sponsæ. Verbi gratia. Vt mercator simularet se ire ad nundinas, & absconderet se in domo volens videre, quæ vxor faciat eo absente, vel quid loqui de eo velit, vel si de recessu eius doleret, vel de reditu gauderet. Sic Spiritus sanctus aliquando tardat venire cum dulcedine gratiæ suæ, vt sic probet constantiam fidelis animæ, an velit alium virum accipere eo absente, vel velit se propter eum ab adulterio spirituali continere, id est, an velit consolationem alienam à creaturis quærere, vel si velit libenter sine consolatione esse, vel vtrum velit firmiter stare, & non ab eo recedere. Si autem quærit anima consolationem à creaturis, postquam diuinam amisit, facit sicut mulier, quæ absente viro proprio ad alium se transfert. Ideo debet facere sicut turtur. De quo dicit Phisologus. Turtur inane nescit amare, amisso namq; pare, non vult habere parem, sed semper gemit. Sic & homo gratia & consolatione Spiritus sancti priuatus, debet semper gemere donec redeat, semper exspectare. *II.* Vt homo probetur. Spiritus sanctus tardat venire cum gratia, & quare.

TERTIA causa, vt homo in timore confirmetur: timere enim debet, ne fortè sponsum suum, scilicet Christum vel Spiritum sanctum offenderit per aliquam causam vel negligentiam, propter quam ei consolationem spiritualem subtrahat. Sed tamen ille timor debet esse moderatus ne desperet, debet enim timor esse filialis non seruilis, sicut puer timet patrem, & tamen cum hoc ipsum diligit. Vnde dicit B. Gregorius super Cant: Sponsus quandoque abscondit se ab anima, vt ardentius eum è conuerso quærat, & dum inuenerit è conuerso diligentius & cautius eum custodiat. *III.* Vt homo in timore confirmetur.

QVARTA causa ne homo nimium destrueretur, quia si semper haberet illam gratiam vel dulcedinem spiritualem, semper vellet orare, ieiunare, vigilare, & alios labores facere: quia quicquid in tali gratia faceret, semper sibi dulce & delectabile esset, & sic se homo destrueret, Vt ergo hominis obsequium sit rationabile, Deus aliquando subtrahit homini dulcedinem gratiæ, ne nimium debilitetur. Sunt enim aliqui a principio adeo feruentes quod nimium destruunt se, & faciunt sibi capita debilia & fatua quod postea nihil possunt. Et de illis necesse est, vt aliquando gratia subtrahatur. *IV.* Vt homo se nõ destruat.

QVINTA causa, ne proximus contemnatur. Sunt enim aliqui, quando Deus eis facit aliquam gratiam, statim iudicant & despiciunt alios, qui si fortè haberent illam gratiam, plus facerent quam ipsi. Sed talibus minus perfectis deberent compati Quia secundum Greg. Vera iustitia compassionem habet. *V.* Ne proximus contemnatur.

Digitized by Google

VI. Ne homo efficiatur tædio.

SEXTA causa vt homo non tædietur. Sunt enim aliqui, qui data gratia non vtuntur ad bonum, sed tepidi fiunt & tædiosi. Contra quos dicit Apostolus, 2. Corinth. 6. *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Et hi, ex quo volunt inutiles esse, necesse est, vt gratia eis data subtrahatur, sicut factum est seruo illi pigro, qui cum *talento domini sui nihil operatus est, sed fodit in terram*, propter quod talentum ab eo fuit ablatum, & illi qui habuit decem talenta datum, Matth. 25.

VII. Vt mundi consolationes fugiat.

SEPTIMO, si consolatio mundana admittatur, quando enim homo quærit consolationem & delectationem mundanam, seu in delectabilibus mundi, tunc subtrahitur ei gratia & consolatio Spiritus sancti, quia dicit Bernardus, Delicata est diuina gratia & consolatio, & non datur admittentibus alienam. Exemplum huius patet in tribus Regibus, quos stella adduxit ab Oriente, qui dum Hierusalem intrauerunt, quærentes de Iudæorum rege, *vbi natus esset, stellam perdiderunt*, Matth. 2. Super quo dicit Gregorius, quod dum Magi quæsierunt consilium humanum, perdiderunt consilium diuinum. Quidam enim in mundo isto volunt delectari in cibo, in vestibus pretiosis, in amicis, in vxore, in filijs, & in gaudijs mundanis, & cum hoc etiam quærunt delectationes & consolationes diuinas, & hi non solum eas perdunt, sed etiam seipsos decipiunt, quia dicit August. 5. confess. Gaudium diuinæ dulcedinis non degustas, si carnali delectatione cor maculas.

Quærens mundi delectationes, seipsum decipit.

VIII. Vt terrenas occupationes demittat.

OCTAVO, igitur subtrahitur gratia Spiritus sancti, si in his terrenis nimium occupetur. Nam B. Gregorius conquerebatur, quando fuit in monasterio distractus à negotijs secularibus, & quando fuit liber in corde ab illis, tunc magis fuit quietus in corde, & pacificus cum Deo, quam ante fuit in officio curæ pastoralis, Sed quando fuit sublimatus in Papam, tunc fuit inquietus, ideo petit in Psal. 54. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo, & requiescam.*

IX. Vt gratiam sibi datam alijs non reuelet.

NONA causa, si gratia sibi data alijs reueletur. Quando enim homo reuelat gratiam sibi datam à Deo, vel iactat se inaniter de donis diuinis, tunc amittit eam.

P Monacho subtracta fuit dulcedo in communione.

Sicut patet de quodam fratre conuerso, qui post multos labores, ieiunia, & orationes meruit, quod in susceptione venerabilis Sacramenti susciperet inenarrabilem dulcedinem & dilectionem in ore, & in toto suo corpore, ita quod illa dulcedo & delectatio fuit super omnem delectationem & dulcedinem mundi. Qui veniens ad quendam fratrem, petiuit sibi dari osculum ab eo putans quod ille etiam deberet sentire illam dulcedinem. Tunc statim illa dulcedo euanuit, & postea eam nunquam rehabere potuit. Idcirco quando homo sentit dulcedinem diuinæ gratiæ, tunc debet se homo humiliare, & in humilitate cordis gratiarum actiones referre, quia superbia & elatio spiritualis valdè est nociua. Quare dicit Isidorus de summo bono: Non te arroges, non te iactes, non te inaniter extollas, vel de te præsumas, nihil boni tibi tribuas.

Eremita superbus dum natur, & humilis contritusq; Latro saluatur.

Nam legitur in Vitas Patr. Fuit quidam frater in quodam monasterio, & multum verbosus, & semel accidit, quod loquendo, de non sibi commissis diceret sibi Abbas, Vade & tace. Qui recedens ab Abbate, cordi suo verba Abbatis impressit, & amplius silentium tenuit. Cumq; sic taceret, tunc ab intra tantum profecit, vt sibi Deus quædam secreta reuelaret. Accidit vt quidam Eremita non longe à monasterio infirmaretur, qui misit ad Abbatem, quod ad eum veniret & sacramentum Eucharistiæ ei ministraret. Eunte autem Abbate sumpsit secum illum taciturnum. In via autem quidam Latro audiens campanam, eos secutus est vsque ad cellam Eremitæ manens fo-

ras

ras; reputans se indignum, quod ad cellam sancti viri introiret. Postquam autem Eremita confessus esset, stans propè ianuam cum humilitate cordis sui dixit. O si essem talis, qualis tu es. Et Eremita in elatione mentis suæ dixit. Hoc libenter deberes velle, quod esses talis, qualis ego sum. Tunc ille frater taciturnus cœpit amare flere. Postquam autem frater & Abbas recesserunt, tunc latro ille à remotis cucurrit post eos, & inuocauit Deum, vt sibi daret contritionem veram & vitæ emendationem, quia iam proposuit Abbati illi confiteri, & amplius nunquam peccare velle, & in cursu veloci cecidit, & mortuus est. Quod ille frater videns, cœpit lætanter ridere. Cum autem Abbas ad monasterium redijsset, quæsiuit à fratre, quare sic taceret? Respondit, Pater semel dixistis mihi, Vade & tace, ab illo die semper tacui, nisi fuissem interrogatus. Et Abbas. Quare fleuisti, cum illum sanctum hominem Eremitam communicaui? & quare risisti, cum ille malus latro post nos cucurrit, volens nos spoliare, vel fortè necare, & cadendo in suis peccatis obijt? Respondit ille. Pater causa fletus mei fuit ista, quia cum communicasti Eremitam istum infirmum, Latro stetit foris ianuam, dicens in humilitate cordis. O si essem talis, qualis tu es: Et Eremita respondit in elatione mentis: Hoc posses libenter velle, & sic mortuus est & damnatus. Sed latro ille, qui post nos cucurrit, habuit propositum confitendi non nos spoliandi nec occidendi, & sic currens cecidit & obijt, & angeli animam eius receperunt, & ad cœlum cum gaudio adduxerunt, quia contritio eius fuit tanta, quod deleuit pœnam & culpam, & ideo risi. Ideo nos in humilitate mentis gratiam nobis datam occultè cum gratiarum actione teneamus, nec superbè eam alijs reuelemus, vt cum latrone cœleste gaudium habeamus. Hic conclude. Quantum ad *secundum* tangit in verbis præmissis Spiritus sancti subtilitatem cum dicit. *Deducet me in terram rectam*.

Circa quod NOTA homines diuersimodè deducuntur in hac vita. QVIDAM enim ducuntur à spiritu illecebro seu sensualitatis. Hi sunt, qui non secundum veritatem, sed secundum passionem viuunt, qui non, quod honestum est, sed delectabile in omnibus consequuntur, sicut ductus fuit ille iuuenis vecors, quem mulier meretrix sermonibus & blanditijs labiorum protraxit & irretiuit. De quo dicit Salomon, Prou. 7. *De fenestra domus meæ, per cancellos prospexi iuuenem, qui transijt per plateam iuxta angulum, & mulier in habitu meretricio occurrit ei, & dixit: Veni fruamur cupitis amplexibus, & secutus est eam, sicut bos qui ducitur ad victimam*. Sed ille Spiritus non ducit in terram rectam cœlestis patriæ, sed æternæ miseriæ, *vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat*, Iob 10. Quia secundum Apostolum 1. Cor. 6. *Fornicarij, adulteri, molles, masculorum concubitores regnum Dei non possidebunt*. Glossa, nisi pœniteant & à fornicatione cessent.

Q Aliqui spiritus illecebro seu sensualitatis ducuntur.

Nam refert Petrus Damiani epist. 6. ad Dominicum, cap. 7. & Vincentius lib. 26. Specu. hist. quod Vmbertus quidam Episcopus retulit, quod in monasterio S. Siluestri quod in Vrbinati constitutum est territorio quidam Monachus obijt, & ab incipiente galli cantu nocturnalis articuli, vsque ad secundum diei horam cadauer exanime, fratribus circumquaq; psallentibus iacuit. Cumq; ad Missam Agnus Dei pro eo diceretur, surrexit & maledictiones & contumelias in Deum cœpit euomere, & in crucem quæ sibi oblata erat, vt oscularetur, conspuere, & beatam Virginem Mariam ignominiosis opprobrijs lacerare, & dixit. Quare pro me psallitis? Nam ego in inferno fui, ibi magister meus Lucifer coronam suam æream, inextinguibili ardore

Monachus confessione ab ipsis ferè infirmi claustro liberatur.

ardentem mihi impoſuit, eiuſdemque metalli chlamidem, qua induebatur veſtiuit. Eratque hæc chlamis tam feruenter ignita vt guttas videretur emittere. Cum fratres eum, vt pœnitentiam ageret, admonerent ille anathematizabat & omnia redemptoris noſtri ore ſacrilego condemnabat myſteria. Tunc Monachi toto corde pro eo orantes, exutis veſtibus ſe verberantes. & pugnis pectora tendentes, omnibus quibus valebant precum generibus inſudabant. Et ecce, deſperatus ille ad ſe redijt Saluatoris omnipotentiam laudat, Sathanæ ludificationibus abrenunciat, crucem adorat, pœnitentiam flagitat. Confeſſus eſt autem, quod poſt abrenunciationem ſeculi in fornicationem inciderat, quod hactenus celauerat, laudansq; & benedicens Deum vſq; ad alteram diem vixit & in ſancta confeſſione migrauit. Ecce quod iſte Spiritus ſenſualitatis & fornicationis hunc ad terram miſeriæ finaliter duxiſſet, niſi precibus illorum electorum liberatus fuiſſet.

R

Fabula de Admeto rege, & Alceſta vxore.

Ideo ſcribit Fulgentius lib. 1. Mytholog. quod Admetus Rex, Alceſtam duxit in vxorem: contigit autem Admetum infirmari conſuluit Apollinem, quomodo poſſit de infirmitate curari. Reſponſum eſt ei ab Apolline, quod curari non poſſit, niſi aliqua perſona de ſuis propinquis voluntariè pro eo moreretur. Quo intellecto. Alceſta, mortem ſponte obijt, & ad inferna deſcendit, quam cum Hercules inueniſſet, ei compatiens, eam ab inferis liberauit.

MORALITER hoc exponit Holkot lect. 207. dicens: Mens humana & ſenſualitas ad inuicem copulantur ſicut ſponſus & ſponſa, vir & vxor. Infirmatur Spiritus quaſi vir, quando tentationibus varijs agitur, clamans cum Pſal. *Miſerere me Domine, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine.* Et ſic orare quando mens tentatur, eſt Deum ſapientiæ pro conſilio petere vel requirere. Reſpondet autem Deus, quod oporteat, ſi ſpiritus debet conſequi ſalutem, vnum de propinquis ſuis mortem voluntariam ſubire, hoc eſt, carnem voluntarijs pœnis mortificare: quia niſi caro moriatur, ſpiritus vitam gratiæ non habebit. Et hoc eſt, quod dicitur ad Rom 8. *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis* ſcilicet, vita gratiæ & gloriæ. Caro autem per pœnitentiam rationabilem mortificata, tandem deſcēdet ad inferos, quando in terram, de qua facta eſt, naturaliter reuertitur. Sed per Herculem virtuoſum, id eſt, Chriſtum in reſurrectione generali reſuſcitabitur, & viro ſuo, id eſt, ſpiritui, perpetuo coniungitur. Caro enim in hac vita ductrix noſtra eſſe non debet, nec ſenſualitas ne in illecebras ducamur, ſed magis ſecundum ſpiritum debemus ambulare. Iuxta illam exhortationem Apoſtolus ad Galat. 5. *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis*, & ita ſi ſpiritu ducemini, non eritis ſub lege carnis & concupiſcentiæ, quæ ſpiritui repugnat, ſicut dicitur ad Roman 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.*

Alij ducuntur ſpiritu pernicioſo familiaritatis.

SECVNDO quidam ſunt, qui ducuntur ſpiritu pernitioſo familiaritatis, & hæc familiaritas cum vitioſis vitioſa eſt, & ratio eſt illius, vt dicit Hugo in ſoliloq. de arrha animæ. Ea eſt vis amoris, vt talem te eſſe neceſſe ſit quale eſt id quodamas vt cui per affectum coniungeris in huius ſimilitudinem quodammodo dilectionis ſocietate transformeris. Nec mirum, quia ſecundum Dionyſium de diuino nomine cap. 4. Amor habet quandam vim excitatiuam, vnitatiuam, & transformatiuam, quæ non dimittit amatores ſuiipſius eſſe, ſed amatorū. Et ideo ſub conditionib. illius qui amat,

poteſt

potest quilibet homo describi verisimiliter, si tamen eius conditiones cognoscat. Sed iste spiritus pernicioſæ familiaritatis, non ducit in viam rectam, sed periculosam, & tandem ducit ad mortem temporalem videlicet & æternam.

Nam dicit Petrus Alphonsus, quod cum duo clerici transirent ante tabernam in quadam ciuitate, in qua erant dulces cantus, & solatia multa, inuitati sunt ab illis, qui erant ibi ad potum. Vnus dixit, non intrabo, quia dicit Philosophus. Non est transeundum per sedem gentis iniquæ. Illo verò recedente, alter intrauit, & cum esset ibi, ecce præpositus quærens illos, qui erant ibi, quia homicidium fecerunt in illo loco, & tam clericum quàm alios ducere iussit ad suspendium. Cumque ducerentur, ait Clericus, modo scio sed tardè, quod fatuus est ille, qui non credit Philosopho de vitando malorum consortio: propter societatem enim malam hoc patiar, ideo signanter scribit Valerius ad Rufum. Ethicum est, videto cui des, vult dicere, quod homo videat cui det bona sua: illud enim est Ethicum, id est, ad virtutem moralem pertinens, sicut ad quandam eius partem videlicet ad liberalitatem. Societas mala ducit ad malum finē.

Sed videto cui homo dat seipsum per amorem & familiaritatem & coniunctionē, hoc est Ethicum, non quasi pars, sed tota virtus moralis. Istud verbum summè est iuuenibus imprimendum. Vnde quidam senex filium suum informans ne familiaritatem cum vitioso contraheret, metricè sibi dixit. S

Talem quemque fore, qualem sibi nectit amore, Semper, *Sermo veridicus, sic ipse sit alter amicus.*

Et consequenter explanat senex quem vocat turpem dicens.

Turpem tetra cutis, nullum faciet nominari,
Sed mens pollutis factis cupiens maculari.

Sed in fine alloquens filium dixit.

Ergò cane fili, turpatos crimine vili,
Ne tu consimili turperis fine senili. T

Triplex quæstio.

Circa hoc notandum Arist. 9. Ethic. cap. 3. mouet tres notabiles quæstiones ad propositum pertinentes. *Prima* est ista: Ponamus, quod aliquis contrahat amicitiam cum aliquo viro probo qui postea mutetur & fiat malus. Quæstio est, vtrum amicitia ad talem sit soluenda? *Secunda* est illa: dato quod sit, vtrum statim sit soluenda, vel vtrum homo debeat talem dissolutionem differre. *Tertia* quæstio, vtrum ad talem post solutionem amicitiæ, debet se homo habere sicut alienus, ac si nunquam fuisset amicus. Ad *primam* quæstionem respondet Aristoteles, dicens duo. *Vnum*, quod est impossibile, quod ille ametur à virtuoso cuius malitia est manifestè vitiosa. *Secundum*, quod non debet amare talem. Ratio est, quia non est possibile quod conseruetur amicitia ad malum, vbi non causatur aliqua similitudo amicitiæ. 1. 2. 3. Responsio. ad I.

Ad *secundam* quæstionem distinguit, quia talis factus malus, vel omnino insanabilis est, quod non potest reduci ad statum salutis, vel virtutis, vel potest reduci ad virtutis statum. Si secundum, non debet homo abijcere statim amicum, sed exhortari ad hoc quod recuperet bonos mores, & multo magis debet amicus talem iuuare recuperando eum, quàm recuperando diuitias: quia virtus est magis bonum, quam aliqua substantia temporalis. Si verò sit omninò insanabilis, sicut sunt inueterati dierum malorum, statim debet amicitia ad talem dissolui. Nec est inconueniens hoc Ad II.

facere, quod non sit vnitus tali vitioso virtuosus. Quia dicit Aristot. in eodem cap. quod illi qui se simulant virtuosos, vt amicitiam contrahant cum virtuosis, & tamen sunt latenter mali: sunt minus accipiendi, quàm illi qui corrumpunt numismata, quia quantò horribilius est vitium, quàm falsa pecunia, tantò qui falsè simulant virtutes maligniores sunt, quàm qui fingunt monetam falsam.

Ad III. Ad *tertiam* quæstionem respondet, quod aut fit amicitiæ dissolutio propter minorem bonitatem, aut propter abundantem malitiam. Si secundo modo, nihil debet homo familiaritatis exhibere tali magis, quàm cuicunque extraneo, quia eum decepit, & verecundum fecit. Verecundum enim virtuoso non est, amicum vitiosum fugisse. Si primo modo fiat dissolutio amicitiæ, sicut fit de duobus, quorum vnus stat in gradu remissæ virtutis, & alius proficit ad gradum intensum, tunc enim non est possibile, quod proficiens, secundum amicitiam ad non proficientem iungatur, secundum Aristot quia non de eisdem gaudent & tristantur, quod est proprium amicorum. Et in tali casu debet homo se magis exhibere benevolum, propter præteritam amicitiam, quàm si nunquam fuissent amici. Illi verò insanabiles, sunt omninò abijciendi à communione benevolorum vel virtuosorum, quantum possibile est: & non curandum est, quod eis displiceant, vel eos offendant, quia virtuoso semper debet esse propositum pessimis displicere. Sicut dicit Boëtius 1. de Consol. pros. 3. Hoc est ergò secundum Aristotel. quod maximè virtuoso vitandum est, tam propter conscientiam quàm propter famam, scilicet familiaritas ad personas corruptas & infectas, per quas multi innocentes corrupti & abominabiles facti sunt, & abducti à virtute, & tandem à serenitate conscientiæ suæ, quorum quilibet potest dicere illud Hierem. 38. *Seduxerunt te, & prævaluerunt adversum te viri pacifici tui, demerserunt te in cœno & in lubrico pedes tuos, & recesserunt.* De tali etiam peruerso ductore dicit Salomon Prou. 16. *Vir iniquus lactat amicum & perducit eum per viam non bonam.* De vitanda etiam societate malorum, qui ducunt homines ad viam malitiosam, loquitur Seneca ad Lucillum Epistola 18. Si vis peregrinationes tuas habere iucundas, comitem bonum sume. Sane habebit te auaritia, quàm diu auaro sordidoq; conuixeris, habebit te timor, quàm diu cum superbo conuersaberis.

Vitiosi propter famam & conscientiam fugiēdi

V Tertio quidam deducuntur Spiritu præsumtuosæ temeritatis, sicut sunt plerique imperiti qui proprio sensu statim adhærent. Quia dicit Vegetius de re militari lib. 3. Imperita rusticitas plurima permutat, & credit se scire quod nescit: & ideo propter inexperientiam, passio iuuentutis est præsumptio: timiditas vero est passio senectutis, sicut dicit Aristot. 12. Rhetoricæ suæ. De talibus verificatur illud. Matt. 15. *Cæci facti sunt & duces cæcorum.* Tales etiam sunt qui propriæ fortitudini vel viribus innitentes, non recommendant se Deo, nec diuinum implorant auxilium, sicut eos docuit Christus. Matt. 6. *Et ne nos inducas in tentationem.* Tales sunt qui se ingerunt periculis tentationum, malæ societati se immiscent, suspecta consortia non refugiunt, & ideo citò cadunt. Horum figuram gessit Petrus, qui propriæ infirmitatis ignarus, dixit Christo. *Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Matth. 21. Iste verò eadem nocte se ingerens malæ societati curialium & mulierum, Christum ter negauit. Tales sunt multum se iactantes de castitate & continentia, & alios qui cadunt contemnentes & ipsimet in modica tentatione tentati & vexati, facillimè capiuntur.

Tertij ducūtur temeritate, præsumtuosa,

Sed

Sed boni & sancti homines Deo se continue recommendant, scientes quod diuina bonitas est & non sua, si contra tentationes resistunt. Et ideo signanter dixit Iob. 31. *Si osculatus sum manum meam ore meo. Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum?* vbi glossa dicit. Osculari manum, est bonum naturæ vel gratiæ, à Deo concessum, meritis humanis tribuere. Vnde qui opera bona faciunt, & illa non Deo attribuunt, sed virtuti naturali & prudentiæ propriæ, hi Deum qui est bonitas, à quo omne bonum deriuatur, negant. Tales etiam sunt qui inualetudinem suam minimè perpendentes, Spiritu præsumptionis in altum dignitatis summæ se extollunt, & tandem deficientes cadunt, & se in anima lethaliter confringunt. Cuius probationem ponit Quadripartitus lib. 2. cap. 4. dicens. Eleuatus Struthio pedis officio cum ascendisset in montem, cernens volucres in liquidum aërem, alæ pennatæ agilitate se diffundere, præsumptionem sumens ex penna, idipsum voluit attentare. Cum anhelationis spiritu pararet se mittere, in gallina prospiciens, sic fertur ei dixisse. Tene locum tuum charissime, & caue ne penna præsumptionis tuæ tibiam amittas virtutis. Cuius scilicet humilis gallinæ vilipendens salutare consilium, mox respondit. Tace miserrima, quæ cum posses validitate pennarum, altis & lucidis perfrui, grauitate pauperis peccatoris lutum colis. Quo dicto, cordis vigore præsumptuosè se cum impetu mouit, sic emittens flatum alarum mentientem, statera verò pondere corruit, & sui oneris descensu rapido, totum se confregit. Tunc ad vlulatum dolentis, gnara rei gallina descendens ad eum, pede tuto venit, & dixit ei inter cætera. Non attendisti, quod præsumptio, dum nimis extendit, disiungit? dum erigit, diruit: cum anteponit, postponit. *Et infra.* Ita tuæ valetudinis metas age, vt extra metam tuæ longitudinis te nolis extendere. Onus sume, quod possis ferre, & id bibe quod possis digerere. Crepat enim, improportionatum suis viribus pondus leuare qui nititur, & caput inebriat si immoderatè vinum bibatur.

Osculari manum, quid sit.

Exemplum de Struthione.

MORALITER. Struthio elatus ascendens in montem, significat præsumptuosum peccatorem in montem cœli ascendentem, & alta diuinæ excellentiæ scrutari volentem, contra illud Eccles. 3. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris; sed quæ præcepit tibi Deus cogita, & in pluribus eius operibus ne fueris curiosus, non enim necessarium est ea, quæ in abscondita sunt videre oculis tuis.*

Struthio designat peccatorē præsumptuosum.

X

Per gallinam autem intellige Christum, qui dicit Matth. 23. *Quoties volui congregare te sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti.* Ista quidem gallina Christus Dominus noster dissuadet homini præsumptionem per hoc. *Primo*, quod tam diu distulit incarnari, vt præsumptio in homine destrueretur. *Secundo* per hoc, quod aliquando viros sanctos cadere permittit in aliquod manifestum peccatum mortale, ne de se præsumant. De hoc etiam dicit August: Audeo dicere, superbis vtile esse cadere in aliquod manifestum & apertum peccatum, vnde sibi displiceant, qui sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus cum fleuit displicuit, quàm placuit, quando præsumpsit. *Tertio* per hoc quod præsumentibus auxilium suum subtrahit, & subtracto eius auxilio homo in bono non proficit, & tandem in malum corruit. Ad primum pertinet illud Iudith. 6. *Præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humiliat.* Ad secundum pertinet illud August: super illud verbum. Psalm. 67. *Confirmata est, tu verò perfeciſti eam.* Non, inquit, infirmaretur animus, si non firmaretur. Per hæc tria Christus suadet homini ne præsumat. Si autem homo ipse audire noluerit,

Christus dissuadet præsumptionē homini.

Præsumentibus auxilium diuinum subtrahitur.

luerit, & præſumptuosè alta maieſtatis ſcrutari voluerit, in anima ſua ſe frangit & collidit. Quia dicitur Prou. 25. *Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria.* Et ſicut gallina præſumptionem Struthionis irridebat, ſic Chriſtus præſumptuoſos ſubſannabit iuxta illud Pſal. 2. *Qui habitat in cœlis ſubſannabit eos.*

Quarti ducũtur ſeueritate malitioſorum.

QVARTO quidam deducuntur Spiritu malitioſæ ſeueritatis, ſicut nobiles & potentes, qui latera ſua ſtipant malitioſis conſiliatoribus: quorum inſtigationibus ad iniurias varias pauperum agitantur, nunc ad ipſorum deprædationes, nunc ad iniuſtas exactiones, nunc ad iniquas ſeditiones, per quas Respublica diſſipatur, & pax ciuilis perturbatur. Ideo verificatur illud Iſa. 5. *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, &c.* Et hæc eſt Prophetia tam de culpa præterita quàm de vltione futura.

Y

Quidam parentes ſeueritate ſua deſtruunt ſuos filios.

Hoc quidem Spiritu malitioſæ ſeueritatis, deducunt etiam quidam Parentes pueros ſuos nimis ſeuerè corrigentes, quorum vnus dictus fuit Brutus, qui dum debebat filios ſuos caſtigare, eos ad palum alligauit, & ſeuerè & immiſericorditer verberauit. Alius fuit dictus Caſſio, qui filium ſuum corrigere volens, necare præcepit, vt recitat Valerius in Policraton lib. 5. cap. 6. Iſte Spiritus malitioſæ ſeueritatis non ducit ad terram rectam, ſcilicet bonæ vitæ, ſed interdum malitioſæ, ſicut de hoc legitur in geſtis Anſelmi, quod quidem refert Vincen: in Specul: hiſtor: lib. 25. cap. 70. quod quidam Abbas ſemel conferebat cum Anſelmo quid fieret de pueris in clauſtro enutritis. Non ceſſamus, inquit, Abbas die ac nocte eos verberare, & ſemper fiunt deteriores. Ad quem Anſelmus: Quàm benè nutrimentum veſtrum expenditis, vt qui de hominibus beſtias facitis. Dic mihi, quæſo, Abba, ſi plantam in horto tuo plantares, & mox illam ex omni parte concluderes, vt ramos ſuos nullatenus extendere poſſet, qualis arbor inde prodiret? profectò inutilis, & cum ramis perplexis. Sic vos tantum minis & terroribus pueros coarctatis vt nullis ex eis liceat penitus potiri libertate. Vnde fit, quia nihil amoris pietatis & dulcedinis circa ſe in vobis ſentiunt, nec illi alicuius boni in vobis poſtea fidem habebunt: Accidit enim vt ſicut creſcunt in corpore, ſic in eis odium & ſuſpicio omnis mali, creſcat. Cumque à nullo fuerint in vera charitate enutriti, nullum niſi depreſſis ſuperciliis oculorum, obliquo vultu valeant intueri. Hæc Anſelmus. Ideo dicit etiam Caſſianus libro Collationum. Vidi enim quod ruinam ſæpe intulit, multorum nimia aſperitas prælatorum.

Exemplum.

Quinti deducuntur ſpiritu benignitatis.

QVINTO deducuntur quidam Spiritu vigoroſæ benignitatis, ſicut hi qui erant in deſerto, videlicet Iudæi de Ægypto exeuntes, quos Dominus ex ſua benignitate vigoroſa præcedente columna nubis deduxit per deſertum, de quo Exod. 13. *Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendum viam per diem in columna nubis, & in columna ignis per noctem, vt dux eſſet vtroq; tempore,* quod commemorat Dauid Pſalm. 104. *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.* Moraliter, per filios Iſrael intellige homines Chriſtianos, ſed per nubem, quæ eos præcedebat ſubaudi Spiritum ſanctum. *Primo* quia nubes in terra, vel in mari eleuatur, iuxta illud 3. Reg. 18. *Ecce nubecula parua aſcendebat de mari.* Sic & Spiritus ſanctus quos repleuit eleuat à terrenis & contemptu terrenorum ad contemplationem æternorum & ſupernorum, iuxta illud Ezech. 8. *Eleuauit me ſpiritus inter cœlum & terram.*

Spiritus S. nubi comparatur.

1. Releuat à terrenis,

Ideo

Ideò dixit Fortunatus in homil. Eos quos Spiritus ſanctus humiles inuenerit, ad alta felicitatis beatitudinisq; ſuſtollit. *Secundo*, ſicut nubes refrigerium præſtat; Sic Spiritus ſanctus refrigerat contra incentiua vitiorum. Vnde Angelus dixit Mariæ, Lucæ 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, id eſt, ab omni æſtu vitiorum te refrigerabit. *Tertio*, ſicut ex nube pluuiæ generantur, ſic Spiritus ſanctus reſoluit animam in abundantiam lacrymarum, ſiue in compunctionem, ſiue in orationem, iuxta illud ad Rom. 8. *Nos primitias Spiritus habentes*, id eſt, Spiritum ſanctum in maiori plenitudine, & ipſi intra nos gemimus. Modo ad propoſitum. Sicut Deus deduxit filios Iſraël per columnam nubis de Ægypto exeuntes, verſus terram promiſſionis, ſic Deus Pater, & Deus Filius, deducet nos de Ægypto huius mundi ad terram, quæ fluit lacte Chriſti humanitatis, & melle ſuauiſſimæ Deitatis, præcedente nos Spiritu ſancto. Ipſe enim Spiritus ſanctus deducit egredientium animas, ne in infernum cadant, eas tenendo. Iuxta illud Pſalm. 72. *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me & cum gloria ſuſcepiſti me.* Deducet eas deniq;, ne in purgatorium circumeant, ipſas benignè dirigendo, iuxta illud Pſalm. 22. *Deduxiſti me per ſemitas iuſtitiæ.* Vbi dicit Gloſſa. Per ſemitas iuſtitiæ deducitur, qui ad regnum ſine purgatorio tranſit. Deducit ipſas vltimo, ne in via diabolum videant, eas piè cuſtodiendo. Vellet enim Diabolus animas ſanctas in via deterrere, ſi non in pace Spiritus ſancti deducerentur. Ideo dixit Iſa. 60. *In lætitia egrediemini* de corporibus veſtris ô animæ ſanctæ, *& in pace deducemini*, ſcilicet in vitam æternam. Ad quam nos perducat, &c.

2. Præſtat refrigerium.

3. Præbet abundantiam lacrymatũ.

Spiritus ſanctus ductor animarum.

DE EADEM.

Amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in Ouile, ſed aſcendit aliunde, hic fur eſt & Latro: qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium, huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Ioan. 10.

A

EST commune prouerbium, *Non omne quod ſplendet in igne, eſt aurum*, quia cuprum in igne diſſolutum ſplendet, & tamen non eſt aurum, Sic etiam non omne quod in mari videtur. Inſula vel mons eſt. quia refert Auctor propriet. lib. 16. cap. de piſcibus, quod Cetus poſtquam ſenuerit, nititur in mari quieſcere, & ex quiete ſine motu facta, per multos annos ex ebullitione maris & pulueribus, maſſa terræ ſuper eo congregatur, & tunc ibi fruteta creſcunt. Quod nautæ videntes, ſperant ibi bonum fundum haberi, & montem eſſe, applicant ſe cum nauibus ſuis, & ignem componunt ad cibaria decoquenda, quem quidem ignem Cetus per maſſam terræ perſentiens, cedit, & omnes ſubmergit. Et quod hoc ſit verum ſcribit Vincen. in ſpec. hiſt. lib. 22. cap. 88. dum S. Brandanus alias dictus Matures, in mari nauigaret, accedente die Paſchæ vidit quãdam Inſulam ſuper Cetum, & nauim applicauit, ibiq́ue Miſſam celebrauit, Cumq́ue Miſſam caneret, & ad dominicam orationem peruenisſet, tota Inſula commota eſt, belua illa ſe mouente. Timentes igitur ſe mergendos clamauerunt. Vir autem Dei ſtans imperterritus finiuit Miſſam, & poſt. ſocios confortare cœpit. Tunc diffugientibus cunctis ad nauim ſtans in oratione ſe proſtrauit, rogans Dominum, vt Cetum illum immobilem faceret, quouſq; cõgregatio fratrum euaderet, quod & factum eſt.

S. Brandanus Miſſam ſuper Cetũ celebrauit.

Digitized by Google

Ex his patet, quod aliquando aliquid videtur ſplendere tanquam aurum, & eſſe velut mons, cum tamen neq; aurum, neq; mons exter. Ita etiam eſt moraliter in ſancta Eccleſia, in qua quidam apparent magni velut montes per fictam ſanctitatem, ita vt iudicio humano videantur electi, cum tamen in conſpectu altiſſimi ſint reprobati. Quia dicit Gregorius, & ponitur 11. q. 1. c. Sacerdotibus. Multa, inquit, ſunt, quæ homines de iudicio Dei ignorant, quia fortaſſis, quę vos laudatis, ille reprehendit, & quę vos reprehenditis, ille laudabit. Et hoc probatur in figura, 1. Reg. 16. vbi legitur quod Dominus miſerat Samuelem inungere Regem vnum de filijs Iſaiæ. *Veniens ergo Samuel, vidit Eliab primogenitum procerum corpore, & præ alijs pulchrum, quem in Regem vngere voluit, quaſi electum. Et Dominus ad Samuelem. Non, inquit, reſpicies vultum eius, neq; altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum.* Ex quo patet, quod iudicium humanum interdum fallitur, quo ad electionem, ſed nouit Deus ſolus, qui intuetur cor, qui digni ſunt, & quibus voluerit miſericorditer reuelare. Ponit tamen Dominus in præſenti verum ſignum, per quod cognoſcere poteſt quilibet electum, videlicet, qui intrat per oſtium, id eſt, Chriſtum in ouile ouium, qui autem aſcendit aliunde, electus à Deo non videtur. Et hoc eſt, quod dicunt verba præaſſumpta, *Amen dico vobis, qui non intrat, &c.* In quo quidem Euangelio duo tanguntur. *Primo*, parabolæ propoſitio ibi *Qui non intrat*. *Secundo*, ipſius expoſitio ibi, *Ego ſum oſtium*.

Iudicia Dei alia ſunt quam hominum.

Verum ſignum electionis eſt, intrare per oſtiũ, quod eſt Chriſtus.

B

Eccleſiam varij variè intrant.

I.

Quidam per dæmonum procurationem.

Circa hoc notandum, quod per ouile, de quo Euangelium facit mentionem, intelligere debes quamlibet Eccleſiam beneficia, & prębendas continentem, in quam diuerſi diuerſimodè intrant, tanquam per varia oſtia. QVIDAM enim intrant in ouile Eccleſiæ per dæmonum procurationem, ſicut refert Robertus Holkot lect. 190. de quodam qui intrauit in ouile Eccleſiæ per dæmonis procurationem qui propter honores conſequendos arti Magicæ ſe dedit, tandem procurante diabolo factus eſt Epiſcopus. Hic cum multos haberet aduerſarios, & eſſet in quodam caſtro ſuo, de quo multum confidebat, & cum plurimum timeret, conſulunt dæmonem ſuum ſub hac forma. Fugiam vel non? Reſpondit Dæmon, Non, ſta ſecurè. Venient inimici tui ſuauiter, & tibi ſubdent vr. Accedunt ergo hoſtes, & caſtrum capiunt & ſuccendunt. Inuocauit ergo dæmonem in extrema neceſſitate, quæſiuit, quid faceret, & quare eum ſic finaliter fefelliſſet. Reſpondit Dæmon, quod eum non decepit, ſed verum dixit, ſi dictum ſuum intellexiſſet. Dixi, inquam, non ſta ſecurè, id eſt, fugias, venient inimici tui ſuauiter, & ſubdent tibi vr, id eſt, ignem. Et ſic ipſum vltimatè deceperunt, qui per oſtium diabolicæ procurationis in ouile ſanctæ Matris Eccleſiæ peſſimè intrauit.

Dæmon Sophiſta ex fallacia dictionis cœpit hominem.

C

II.

Per munerum largitionem vt ſunt. Monachi.

SECVNDI intrant in ouile Eccleſiæ per munerum largitiones vt omnes qui mediante pecunia intrant in religiones, quia ſimoniacum eſt & peruerſum. Ideo dicitur Extra, de ſtatu Monacho. C. Monachi. *Monachi* non precio recipiantur, nec peculiũ permittantur habere. Si quis n. exactus pro ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat, is verò qui eum recipit officij ſuſpenſione mulctetur. Dicit n. Raymundus. Si monaſterium eſſet adeo tenuè & paupertate depreſſum vt puta quod redditus non ſufficerent perſonis præſentibus, non ſolum poſſunt intentionẽ habere ſed etiam dicere. Non ſufficiũt nobis temporalia, libenter te reciperemus ad ſpiritualia, ſed ad temporalia non, niſi haberemus plures poſſeſſiones & tunc ille offerat ſe & ſua. Sed decretalis allegata, videlicet Monachi: poteſt intelligi cum Monaſteriũ abundat,

Digitized by Google

undat,& tunc non debet recipere quenquam ſub illa forma.Recipimus te in fratrem, ſi attuleris vnde viuas,quia Eccleſiæ bona non ſufficiunt niſi nobis,vt extra de Simo: C. Tua. In monaſterijs etiam Monialium non mendicantium non debent recipi, niſi qui poſſunt de prouentibus Monaſterij ſuſtentari abſq; penuria, alias nulla eſſet receptio,vt Extra, de ſtatu mona. & cano. reg. periculoſo. §. ſanè. lib. 6. *Item Clericus* ſecularis dans pecuniam pro Eccleſiæ præbenda malè intrat, & Simoniam cõmittit,vt 1.q.3.per totum.Idem intellige,ſi pater daret pecuniam,vt filius beneficium habeat.

Clerici dantes pecuniã pro beneficio Eccleſiaſtico.

Sed diceres : Quid ſi pater emit beneficium filio ignorante, nunquid Simonia reputatur? Reſpondet Hugo: 1. q. 1. Conſtat. Si filius ignorat, quod Pater dedit pecuniam aut aliquod aliud munus pro Eccleſia vel altari, non peccat, nec ei imputatur quantum ad reatum, & ſi ſtatim vt cognoſcat, dimittit, excuſatur, & ex miſericordia toleratur. Si autem poſtquam ſciuerit non dimittit, peccat, & tanquam Simoniacus directè ſecũdum Canones eſt deponendus.

D

Item Prælati qui dant potentiam & vſum clauium Eccleſię,pro muneribus & temporali mercede frequenter, & Dñi terreſtres,qui Eccleſiam vnicam ſponſam Chriſti & beneficia vendunt, multum Deum offendunt, quod patet ex illo,quod dicit Holkot lect. 132. Ipſe enim in ſuo aduentu venit in carne iudicari, non iudicare: venit peccata tollere,non punire,ad oſtendendum clementiam,non vindictam. Tamen contra peccatum Simoniæ ita fremebat, quod quaſi oblitus innatæ manſuetudinis, non examinans cauſam ſed obiurgans,ſtatim ad puniendum ſe dedit. Nam Ioan. 2.& Matt. 21. dicitur *quod facto flagello de funiculis, eiecit ementes & vendentes de templo,& menſas nummulariorũ,as & Cathedras vendentiũ columbas euertit*,quiSimoniacos figurabant,& dixit eis.*Scriptum eſt enim:Domus mea domus orationis vocabitur,vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.*Nec mirum ſi contra tales ſic exarſit Nam ipſi Chriſtum expellunt de ſuo officio, Chriſtus enim hic oſtium ſe dicit: *Ego ſum oſtium*, nolens quod aliquis in Eccleſiam,id eſt,Eccleſiaſticam dignitatem intret,niſi per Chriſtum.

Prælati Simoniaci, vendunt Patris poteſtatem.

Iſti ergò Prælati mali, qui expellunt Chriſtum de ſuo officio, facientes pecuniam eſſe oſtium & non Chriſtum, ſimiles ſunt Simoni Mago,cui dixit Petrus, Act. 8. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.* Nec eſt certè aliqua perſona ita parui valoris, quin ſibi magnam contumeliam iudicaret inferri quæ ſi duceretur de foro ad forum, & vbique offerretur venialis,quantò magis ſponſa Chriſti Eccleſia.Ideo Chriſtus pro ſponſa offenditur,quæ viliſſimis ribaldis ad emendum offertur, nunc in foro Papæ, nunc in foro Regis ſiue Principis, vel alterius domini ſecularis.Talis merito debet fur & latro voçari.Si n. vocatur ille fur vel latro & ſacrilegus,qui furatur calicem,vel librum ſacrum de Eccleſia,multò magis ille,qui totam furatur Eccleſiam & omnia bona eius,domino eius inuito.Quantum contemptum & damnum faceret aliquis Regi,qui in Cameram introduceret ſerpentes, buffones & vermes immundos. Sed certè iſti venditores in Eccleſiam Dei inducũt callidos,verſutos, plenos veneno peccati, adulatores, prædones & latrones, qui reptilia, vermes magis quàm homines nũcupantur ſeu dici poſſunt. Et ſicut maximum damnum fieret homini,ſi ſponſa ſua ſic per artem magicam incantaretur, quod loco prolis humanæ produceret talpas, ſerpentes & aſinos cornutos, Ita fit ex parte iſta irrecompenſabile damnum Eccleſiæ, per Eccleſiæ venditores. Quando enim aliquis auarus,qui totus inhæret terrenis,in Eccleſia canonicatur,vel præficitur in cura,poſ-

Quinam Prelati ſint Simoni Mago ſimiles.

NOTENT contra Chriſti ſponſam vendentis beneficia Eccleſiaſtica

ſunt filij Eccleſiæ dicere. Mater noſtra pro fratre noſtro peperit nobis talpam. Quando ponitur in Eccleſia maximus rixator vel bellator, poſſunt dicere: Mater noſtra genuit nobis vnum ſerpentem. Et quando præficitur vnus Epiſcopus illiteratus vel laicus, poſſunt dicere merito, quod Eccleſia peperit vnum aſinum cornutum. Dicit enim B. Auguſtinus. Per ſeptuaginta annos Babylonicæ captiuitatis durauit fax ignis, quam Hieremias abſconderat, qui tunc primo extinctus eſt, *quando Antiochus vendidit Sacerdotium Iaſoni*, vt patet 2. Machab. 4. De illis malis venditoribus exponi poteſt illud, Ioel. 3. *Poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent*. Per puerum ſubaudi Chriſtum, de quo Iſa. 9. *Puer natus eſt nobis*. Hic ponitur in proſtibulo, quando Eccleſia ſancta confertur vni lubrico & luxurioſo. Et per puellam intellige Eccleſiam, quæ eſt virgo ſine ruga, Et hæc venditur pro vino, quando honor Eccleſiæ confertur guloſo.

E Tertij per procuratorum reſignationes.

TERTII, intrant ouile ſanctæ Eccleſiæ per Procuratorum reſignationes. Poteſt enim curatus quilibet, cum ſit ſenex vel debilis, renunciare Eccleſiæ, vt extra de renun: Niſi cum pridem. Et hanc Eccleſiam poteſt cum licentia patronorum, alij idoneo reſignare. Videat autem ille, qui benè ad tale regimen intrat, ne circa hoc negligens exiſtat, quia legitur apud Thomam Cantipratenſ. in li. 1. Apum. cap. 19. part. 3. quod Bruno in partibus Teutoniæ in oppido magno, quod Mons Martis dicitur, bonus presbyter extitit & caſtus. Hic conſobrinum habuit nomine Brunonem, virum ſcientia & moribus approbatum. Hunc auunculum presbyter Bruno ſæpius deuotè rogabat vt dictæ Parochiæ curam ſuſciperet, & ipſe iam ſenex religionem intraret. Annuit ille poſt multas preces, inuitus tamen eò quod regimen tantæ Parochiæ formidaret. Hoc vt obtinuit Bruno ſenior, religionem intrauit, & citò ab hac vita poſt hoc migrauit. Differente autem Brunone iuniore animarum regimen attentare, eo quod aliud beneficium Capellaniæ viginti marcharum in Caſtro teneret, Vicarium procurauit. Brunone vna nocte iuniore in lecto quieſcente, apparuit ei ſenex Bruno in Cappa nigra, iam defunctus, & dixit ei.

Bruno parochiam reſignat, vt religionem intret.

In grege commiſſo male te geris, & pede ſciſſo
Claudus es: inſpicito quæ pœna futura, redito.

Hæc dicens eleuauit Cappam, qua indutus videbatur & ſe grauiter affligi demonſtrauit. Ad hæc Bruno iunior expergefactus, recolit viſionem atq; verſus, & mox iterum reſoluitur in ſoporem, cui eodem ſchemate defunctus apparens dixit.

Tu pœna cauſa, requies per te mihi clauſa.
Aſpice ſic vri, cibus ignis & eſca futuri.

Et hoc dicens ille tormentum ignis oſtendit iterato. Cui tertio apparens dixit ſoporato.

Mundi delitijs interdum ſeria miſce.
Et his primitijs cape partes, ac reſipiſce.

Ad cuius verba Bruno ſurrexit, & flexis genibus ſe impleturum, quod auunculo viuente promiſerat, Deo vouit. Nec mora, cum ſplendore nimio defunctus apparens manifeſtè congaudens vouenti. *Lætatus ſum*, inquit, *in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*. Et hæc dicens in ſublime conſcendit. Et concludit Apiarius. Vide quanti periculi ſit curam animarum ſuſcipere, & in manu relinquere negligentis, quod in Brunone ſeniore potes aduertere, qui curam negligenter deſeruit: & in Brunone iuniore, qui ſuſceptam alteri commiſit incuratè.

Pſal. 121.

Sed

Digitized by

Sed diceret aliquis. Nunquid potest presbyter alium substituere, curamque ei committere, & se ab ouibus suis absentare? Ad hoc respondet Bart. Brixi: dicens, quod iura permittunt absentiam continuè vel ad tempus, si ipse sua cura impensis prouidet, quod Ecclesia decenter officietur, & populus sufficienter regatur, & ipse exemplum bonum populis ostendat, & interdum per se ad locum accedat, & de prædictis certificetur, & quandoque per se officium persoluat, & hoc quo ad forum contentiosum videtur sufficere ad salutem. Sed an hoc ad forum conscientiæ sufficiat, videtur certè, quod non, quia si sufficeret, Bruno senior, propter absentiam auumculi sui, punitus non fuisset, aut nec à cœlesti gaudio retardatus esset. Ideo addit Bart. Tutius est vt continuo per se faciat, & apud oues suas resideat. F

An cura pastoralis Vicario committi possit.

Qvarti intrant in ouile sanctæ Ecclesiæ per precum oblationes: & hæ preces, si sint carnales, Simoniam committunt, vt patet 1. q. 1. Sunt nonnulli. Quia tales pro spirituali obtinendo, munus à lingua offerunt. Distinguunt tamen hic Doctores; Vel aliquis porriget preces pro indigno, si proinde preces offeruntur, tàm ille qui offert, quam etiam qui eos exaudit Simoniam committunt, vt 1. q. 1. de ordinationibus. Si autem preces porrigantur pro digno, non est Simonia vt 1. q. 1. latorem, potest tamen esse in intentione, quando habetur respectus ad fauorem humanum, non ad dignitatem personæ, vt extra de æta. & quali. ordi. tuam. G

Quarti per precum oblationes intrant in ouile

Sed diceret aliquis. Nunquid preces porrigens pro seipso, peccat? Respondet Raimundus; quod non potest petere Ecclesiam vel beneficium, habens curam animarum, quantumcunque sit dignus, vt patet 1. q. 1. ordinandos. Sed beneficium simplex, si sentit se esse dignum, petere potest absque metu Simoniæ. Extra de Simo: C. Tuanos. Concordat Thom. secunda secundæ q. 102. & in 4. dist. 25. et. Hosti. Quidam tamen volunt quod licet rogare etiam beneficium, quod habet curam animarum, si est dignus, & indiget; & si non indiget, etiamsi petit beneficium simplex, peccat secundum sanctum Thomam, vbi suprà.

An quis pro seipso possit petere beneficium.

Qvinti intrant per parentum collationes, vt sunt illi quibus parentes conferunt Ecclesias à se fundatas, quod tamen est inhibitum extra. De iure Patro. Consuluit, per Alexan. III. vbi idem dicit. Patronatus, non potest *propria auctoritate*, Ecclesiam quam fundauit, dare filio suo, nec filius potest occupare. Et dicit notanter, *propria auctoritate*. Potest tamen secundum Hosti: pater filium, vel nepotem præsentare, dummodo sit idoneus, quia potius videtur præsentandus quàm alius. Ar. extra de cohabit. Cleri. & mulier. c. 1. Et extra de Censi. Cum Apostol. §. inhibemus. Concordant Innocentius Goffredus & Bernardus.

Quinti per parentum collationes intrant in ouile.

Sexti intrant in ouile Ecclesiæ per potentum intrusiones. Nam sunt nonnulli potentes & Domini, qui interdum per vim intrudunt suos familiares, aut seruitores, ad Ecclesiasticas dignitates, & alijs illas auferunt, qui in illis maius ius videntur ratione electionis obtinere. Et omnes isti qui sic intrant sunt fures & latrones. Fures pro tanto, quia auferunt Ecclesiam, vel aliud beneficium domino suo inuito, sed latrones sunt quia vi auferunt. Et tales habent timere quod Chore contigit Num. 16. qui suggessit Dathan & Abyron, vt ipsi haberent principatum, & ipse ipsorum potestate haberet sacerdotium, sed terra eos absorbuit cum tabernaculis eorum.

Sexti per potentum intrusiones.

Digitized by Google

H

Septimi per Collegiatorum electionem intrant.

SEPTIMI & vltimi intrant per Collegiatorum electionem, quia electus de iure communi ſpectat ad Collegium, etiam ſi duo vel tres fuerint, vt extra de elect. c. 1. & 63. diſt. Adrianus. Et qui ſic intrant in Eccleſiam ſanctam, intrant per oſtium Chriſtum, ſicut *ſanctus Matthias, qui per collegium Apoſtolorum in Apoſtolum fuit electus*, Actor. 1. Sic electus fuit Salomon qui dicit Sap. 9. *Tu me elegiſti regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum Iſrael & filiarum Iuda.* Hic vt dicit Holkot in lectio. 120. informatur quilibet princeps & Prælatus, circa ſtatum ſuum quatuor conſiderare.

Electo quatuor conſideranda.

I.

Ne ſit per vim intruſus

PRIMO quod non ſit immiſſus per intruſionem, ſed vt verè poſſit dicere, *Tu me elegiſti.* Forma enim Prælatorum eligendorum eſt ipſe Chriſtus in tribus. In ſua conceptione, in ſua natiuitate, & in ſua conuerſatione. Fuit enim Spiritus ſancti conceptus cooperatione: Natus ſine matris corruptione: Conuerſatus in mundo ſine ambitione: quod patet ex illo, quando *populus voluit eum in regem eligere*, fugit ille, renuit Rex fieri. Ioan. 6. Iſto modo qui debet ſtatum intrare Prælaturæ, debet concipi in mentibus electorum, per Spiritus ſancti inſpirationem. Debet naſci de matre, quæ eſt congregatio fidelium, cui debet præeſſe ſine corruptione, ita quod nec ſit corruptus prece, vel precio, vel blanditijs, aut minis potentum.

Debet etiam electus accipere ſtatum ſine ambitione, vt velit ſi poſſit ex corde fugere & inuitus obedire. Sed timendum eſt vt dicit Holkot vbi ſuprà, quod nonnulli hodie in ſancta Eccleſia in debitè & male quidem eliguntur, propter partiales affectiones, quidam propter mundiales poſſeſſiones, & quidam propter curiales interpoſitiones. *Conſiderant nonnulli* electores, non quis ſit melior vita, clarior ſcientia, & celebrior fama. Non quis velit eſſe in beneficijs & ſubuentionibus vtilior; quis velit ſuam vitam amplius emendare. Sed quis velit crimina magis diſſimulare. *Conſiderant alij*, quis eſt in rebus opulentior ſeu locupletior, id eſt, beneficijs pinguior, in expenſis profuſior, in conuiuijs lautior, in ocioſaque familia locupletior. *Alij conſiderant* quis eſt regi aut regalibus perſonis gratior & acceptior, quis parentum nobilitate generoſior, quis mundana vanitate habilior & vſitatior inuenitur. Iſti verò non eligunt per Spiritum ſanctum, ſed per Spiritum ſuum nequam. Contra quos dicitur 4. Reg. 10. *Eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini, & ponite eum ſuper ſolium patris ſui.* Sed certè hoc iam non faciunt. Ideo legitur quendam dixiſſe Regi Ludouico, quærenti. Cur non fiunt miracula per Epiſcopos, ſicut olim? Domine, inquit, olim flebant electi & electores per Spiritum ſanctum, cuius eſt facere miracula, modo faciunt per Reges & Principes, qui miracula facere non poſſunt.

Malæ intenſiones electorum.

I

I.

Literatus ne an nobilis potius eligendus.

Hic incidunt dubia, PRIMVM an electores debeant eligere potius literatum quam nobilem? Reſpondet Holkot lect. 79. quamuis literatura ſimpliciter loquendo reddit hominem magis idoneum ad promotionem in Eccleſia, in caſu tamen vbi nobilitas fulcita eſt bonis moribus, plus poteſt expedire Eccleſiæ in reſiſtendo rebellibus & lupis inuadentibus, quàm poſſit literatura, & in hoc caſu debet præponi nobilitas literaturæ.

II.

Iuriſta ne Theologo in Epiſcopatu præferendus.

SECVNDVM dubium vtrum in electione magis debet præferri Iuriſta quàm Theologus in Epiſcopatu? Reſpondet idem, quod in collatione Epiſcopatus non eſt acceptio perſonarum, dimittere videlicet vnum Theologum, & promouere vnum bonum

Digitized by Google

bonum Iuristam vel Canonistam, vbi negotia Ecclesiæ sunt litigiosa, vt ille per iura sua defendat melius Ecclesiæ libertates, quamuis simpliciter loquendo Theologia magis dignificet hominem ad regimen animarum. Canones verò hominem dignificant magis ad defensionem decimarum & exactionem earundem.

III. An semper melior eligendus.

TERTIVM dubium an electores teneantur eligere meliorem. Idem respondet distinguendo. Aliter, inquit, est loquendum de electione apud forum iudiciale, & aliud apud forum conscientiæ. Apud forum publicum non notatur electio vitiosa, si non eligat simpliciter meliorem, quia sic omnis electio de facili pateretur calumniam. Et ideo sufficit eligere bonum secundum iura, nec ad eligendum meliorem secundum iura obligantur, eo quod dicit decretalis vna. Sufficit eligere bonum, nec necesse est eligere meliorem. De hoc etiam habetur de elect. in C. cum nobis olim §. illius. Sed quantum ad conscientiam eligentis, necesse est vt eligat illum, quem reputat meliorem & aptiorem ad istam dignitatem, & secundum hoc loquitur ista auctoritas 4. Reg. 10. *Eligite meliorem.*

K

IV. An melior sit successio Regum electione, an hæreditate. Holkot lect. 120.

QVARTVM dubium monet Aristoteles tertio Politicorum. An melius sit habere Reges per electionem, vel per hæreditariam successionem. Et arguit quod non per generationem, quia contingeret filium boni Regis esse malum, malus autem destrueret communitatem. Si verò dicatur, quod præuidens filium malum, alteri daret regnum qui esset bonus. Dicit Aristot: quod esset incredibile, imo difficile esset, & quasi contra humanam naturam; quia cum tradit regnum magis dilecto, & filius est quasi alter ipse, necessarium videtur, quod tradat istud filio. Hoc dubium Aristot. non soluit, sed dicunt expositores, quod melius est per se loquendo, simpliciter continuare regnum per electionem, quia tunc semper potest virtuosus in Regem eligi. Ideo refert Solinus de mirabilibus mundi, quod apud Thraciam in Regis electione nobilitas non præualet, sed suffragia vniuersorum, populus enim eligit principem moribus inueteratum, & clementia & annis grauem. Sed hoc in eo quæritur, quod nulli sint ei liberi; nam qui Pater fuerit, etiam si scilicet vita polleat, non admittitur ad regendum. Et si fortè dum regnet genuerit, exuitur potestate, ideoque maximè custoditur, ne fiat hæreditarium regnum. Hæc ille. Per hoc vult, quod melius sit habere Reges per electionem, quam per hæreditariam successionem. Attamen vt dicunt prædicti expositores, per accidens melius est in casu continuare regnum per generationis successionem.

II. Electo considerandum ne sit remissus aut dissolutus.

SECVNDO considerat Prælatus, qui est electus, vel princeps, quod non sit remissus per dissolutionem. Est enim Prælatia, tam nomen oneris quàm honoris, ideo tenetur exemplum dare subditis. Moraliter, vt dicat cum Gedeone illud Iudic. 9. *Quid me videritis facere, facite.* Plus enim mouent egregia facta principũ, quàm iusta imperia. Debent enim præire subditos in bonis operibus, quia dicitur de Saul. 1. Reg. 12. *Constitui vobis regem, & nunc Rex graditur ante vos.* Et dicit hic Christus de Pastore, qui per ipsum intrat in ouile ouium; cum proprias oues emiserunt *ante eas vadit, & oues eum sequuntur, quia sciunt vocem eius.* Quid est enim ante eos ire, nisi in bonis operibus præcedere? In quibus, inquam, operibus oues illum sequuntur, faciendo secundum opera ipsorum bona. Ideo præcipitur cuilibet Prælato extra de vot. & vo. reden. c. magnæ. Prælatus, inquit Innocen. III. debet facere illud quod expediat. Quod n. agitur à prælatis, à subditis facilè trahitur in exemplũ. Narrat Sextus

Ouibus præire, est bonis operibus eas præcedere.

Iuli-

Iulius Stratagemáton lib. 4. c. 5. de quodam duce qui dicebatur Pesticorus: hic cum interrogatus esset à militibus, quid imperaret? Dixit, vt se imitarentur, & nihil aliud facerent: & arrepto signo hostes primus inuasit. Talis responsio debet esse prælati, vt possit dicere cum Apostolo, *Imitatores mei estote fratres charissimi, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.* Ad Philip. 3.

L

III.

Electo considerandum ne sit neglector culparū

TERTIO considerat Prælatus ne sit neglector culparum inquirendo, discutiendo, puniendo, ita vt subditi sint sibi obedientes. Et hoc vult hic Dominus in Euangelio. *Et oues vocem eius audiunt, & oues proprias vocat nominatim.* Ex illa enim nominatione patet cognitio subditorum, quæ valet ad iustè iudicandum. Quia dicit Aristot. 5. Ethicor. Vnusquisque est bonus iudex eorum quæ cognoscit, & ideo ad bonum iudicium requiritur *inquisitio & cognitio*, ne homo procedat ex incertis suspitionibus ex vna parte, & ex alia debet requirere, ne mala surrepant & augmententur per defectum correptionis. Cum enim crimina sunt cognita, continuè si possibile est, fiat correctio per iudicem, qui debet esse iustus, animatus, sicut patet 5. Ethic. vt mens sua bona sit à iustitia occupata, & ideo populus accedat ad iudicem sicut ad iustitiam animatam, vt omnibus reddat quod iustum est. Ideo inhibetur Eccl. 7. *Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Ideo Hugo de 12. abusionibus claustri. Tres sunt species negligentiæ Prælatorum. *Quidam* sunt qui benè viuunt & subditos malè viuere permittunt: *quidam* autem malè viuunt, & subditos benè viuere cogunt: *quidam* vero malè viuunt, & subditos malè viuere permittunt, aut volunt. Qui autem benè viuunt, & subditos malè viuere permittunt, exemplo præcedunt, sed non increpando delinquunt. Licet enim benè viuant, necesse est tamen de grege sibi commisso vt Domino rationem reddant. Illi verò qui malè viuunt, & subditos benè viuere cogunt, errantes reuocant, sed rectos & fortes occidunt, reuocant verbis & exemplis occidunt. De tertia specie non oportet facere mentionem. Hæc Hugo.

Crimina cognita, statim per iudicem corrigenda.

Tres species negligentiū Prælatorū.

IV.

Electo considerandum ne sit acceptor personarum.

QVARTO informatur Prælatus, ne sit personarum acceptor, videlicet ne tantum diuites diligat, sed & pauperes foueat & pascat. Ideo dicit Bernardus super Cant. Discite subditorum matres vos esse, non dominos, studete magis amari debere, quam metui. Si interdum seueritate opus est, paterna sit non Tyrannica, matres fouendo, patres corrigendo vos exhibentes, suspendite verbera, producite vbera, pectora lacte pinguescant, non cibo turgescant.

IN FESTO SANCTÆ TRINITATIS.

Sermo primus.

Trinitati laus perennis: vnitati sit decus perpetim. Ita canitur in matutinali officio.

M

REges terreni licet continuè à suis principibus, militibus, cæterisque suis subditis honorentur & laudentur, sicut & dignum est, iuxta illud 1. Pet. 2. *Regem honorificate.* Tamen specialem habent diem in anno, in

in quo ſolennitatem faciunt ſubditis, ad quam non ſolum illos qui ſunt, in curia ſua inuitant, ſed vniuerſaliter omnes & ſingulos, qui de ſuo exiſtunt principatu. Sicut figuratum eſt *de Pharaone, qui fecit ſolenne conuiuium pueris ſuis, in qua quidem ſolennitate recordatus eſt magiſtri pincernarum & piſtorum*. *Alterum*, ſcilicet pincernam, *reſtituit in officium, vt ei vinum miniſtraret: alterum*, ſcilicet piſtorem, *in patibulum ſuſpendit*, & à ſolennitate reprobat, vt patet Gen. 40.

SPIRITVALITER rex cœlorum Deus omnipotens, Trinitas benedicta, & vnitas indiuiſa: Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, quamuis in omni tempore à principibus cœleſtibus honorantur & laudantur, cum cantat Ila. 6. *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth*. Et Ioannes vidit hoc in Apocal. 3. cap. quod *quatuor animalia non habebant requiem die ac nocte dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt*. Et idem vidit, quod *viginti quatuor ſeniores procedebant ante ſedem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum: dicentes. Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant*, ſcilicet in diſpoſitione tua ab æterno, *& creata ſunt*, id eſt, producta ſunt in effectum. Et non ſolum iſte Rex omnipotens honoratur à principibus & militibus ſupernis, ſed etiam à militibus terrenis quotidie laudatur cum canunt. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Et licet omni tempore hoc ei ſicut valdè dignum eſt, exhibeatur, voluit tamen ſpeciale feſtum habere per annum, in quo ſibi laus fieret ſpecialis. Nam feſtum Trinitatis ſanctæ olim ab Eccleſia non fiebat. Sed quia per ipſam multæ hæreſes ſuccreſcebant, ideo Carolus Chriſtianiſſimus Imperator Alcuinum magiſtrum ſuum rogauit, vt hiſtoriam de ſancta Trinitate componeret, per quam errores eliminaret, & fidem Catholicam roboraret. Qua compoſita Deo inſpirante ordinatum eſt, vt feſtum illud ab Eccleſia ſolenniter celebraretur, propter quod *quidam* celebrant illud in Octaua Pentecoſtes, quę Octaua eſt principium Dominicarum ſequentium ad demonſtrandum, quod ipſa B. Trinitas eſt cauſa prima omnium creaturarū in eſſe productarum. *Quidam* verò celebrant hoc feſtum in vltima Dominica, quæ eſt ante Aduentum Domini, ad oſtendendum, quod eſt finis omnium. Iuxta illud Apocal. 1. *Alpha & O, principium & finis*. Illi autem qui celebrant hoc feſtum in Octaua Pentecoſtes, ſicut hodiè, benè faciunt, vt dicit Guilhelmus in rationali diuin. lib. 6. Quia poſtquam celebramus feſtum Patris in die natalis Chriſti, in qua dignatus eſt filium ſuum mittere in terras ex miſericordia magna, & incarnari pro nobis: Et feſtum Chriſti filij in die reſurrectionis: Feſtum autem Spiritus ſancti ſolennizamus in die Pentecoſtes, in quo oſtendimus Trinitatem perſonarum. Hodie verò ſolenniter agimus ſimul feſtum trium perſonarum, ad deſignandum eſſentiæ vnitatem. Et hoc etiam deſignat Eccleſia in his verbis, quæ hodie decantauit in matutinis. *Trinitati laus perennis vnitati, &c.* quæ fuerunt verba veſtræ propoſita charitati. In quibus principaliter duo tangit Eccleſia. *Primo*, perſonarum Trinitatem. Ibi. *Trinitati laus perennis*. *Secundo*, eſſentiæ vnitatem. Ibi. *Vnitati decus perpetim*.

Trinitas honoratur in cœlo & in mundo.

Feſtum Trinitatis alij celebrant in octaua Pentecoſtes, alij vltima Dominica ante Aduentum.

Pro quo eſt NOTANDVM, quantum ſufficit propoſito, quod triplex eſt Trinitas. *Prima*, dicitur *formatiua*. *Secunda*, *inflexiua*. *Tertia*, *deformatiua*. Quædam Trinitas eſt in diuinis formans & creans omnia. Et dicitur ideo *formatiua*, quia ſub certis formis producit omnia in eſſe, & hæc in eſſentiæ vnitate eſt in tribus perſonis. Hæc Tri-

N Triplex Trinitas formatiua.

Digitized by Google

nitas ſumma & ineffabilis increata dicitur, cum ſit inexplicabilis, à qua tanquam à fonte & principio omnia ſumunt eſſe. Et ideo ſecundum Gregorium hæc ſumma Trinitas magis eſt fide veneranda, quàm curiosè rimanda. Quia dicit Auguſt. ſuper Pſalm. 85. Deus ineffabilis eſt, ideo facilius dicimus, quid non ſit, quàm quid ſit. Si terram cogitas, non eſt hoc Deus; mare cogitas, non eſt hoc Deus; omnes quæ ſunt in terra homines & animalia, non eſt hoc Deus. Quicquid lucet in cœlo ſtellæ, ſol, luna, non eſt hoc Deus. Angelos cogitas, Archangelos, thronos, dominationes, Cherubin, Seraphin, non eſt hoc Deus. Et quid eſt hoc? ſolum potui dicere quid non ſit. Quæris quid ſit? *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.* Quæris vt aſcendat in linguam, quod in cor non aſcendit.

Facilius eſt dicere quid non ſit Trinitas, quàm quid ſit.

1. Cor. 2.

I. An in diuinis tres perſonæ ſint, vna eſſentia?

Circa hanc ſanctam indiuiduam Trinitatem PRIMO quæritur, an in diuinis tres perſonæ ſint vna eſſentia? Ad hanc quæſtionem ſimpliciter reſpondetur, quod ſic: quia cum Trinitas perſonarum ſit vnus, & ſolus, & verus Deus, & vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ & eſſentiæ dicitur, creditur & intelligitur, vt ait B. Auguſtinus lib. 1. de Trinitate dicens. Hoc autem ſanctæ Trinitatis myſterium purgatiſſimis cernitur mentibus, iuxta illud. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*, Matt. 5. Mentis enim humanæ acies tàm inualida, in tàm excellenti lumine non figitur, niſi per iuſtitiam fidei emundetur, vt inducit Magiſter in lib. 1. diſt. 2. cap. 1. Quocirca dicit ſcriptura. *Niſi credideritis, non intelligetis*, Iſa. 7. Vt enim ait Auguſtin. vbi ſuprà. Omnes Catholici tractatores, qui de Trinitate, quæ eſt Deus, ſcripſerunt, hoc intenderunt ſecundum ſcripturam dicere & docere, quod Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus vnius ſint ſubſtantiæ, & inſeparabili æquitate vnus ſit Deus, & ſic vnitas in eſſentia, & in perſonis pluralitas. Ex quibus clarè colligitur, quod tres perſonæ in diuinis ſunt vna eſſentia.

II. Vnitas diuinæ eſſentiæ & perſonarum æqualitas quomodo poſſit explicari.

SECVNDO quæritur an diuinæ eſſentiæ vnitas & perſonarum æqualitas poſſint aliqua ſimilitudine per creaturas explicari? Ad hanc quæſtionem reſpondetur, quod ſic, quia vt dicit Apoſtolus ad Rom. 1. *Inuiſibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Sempiternaq; eius virtus & diuinitas. Ecce quid dicit Apoſtolus, *Inuiſibilia Dei*, ſcilicet vnitas eſſentiæ & perſonarum pluralitas, *à creatura mundi*, id eſt, ab homine, *per ea quæ facta ſunt*, ſcilicet per rationem & intellectum conſpiciuntur. De hoc B. Ambroſius in Hexam. ſuper illud Rom. 1. *Deus manifeſtauit illis*, dicit. Vt Deus qui natura inuiſibilis eſt, etiam à viſibilibus poſſet cognoſci vel ſciri: opus fecit, quod ex ſua viſibilitate opificem manifeſtaret, vt per certum & incertum poſſet dici. & ille qui Deus omnium eſſe creditur, qui fecit quod ab homine impoſſibile eſt fieri. Accedat enim homo, aut quæ cunq; vis creaturæ, & faciat tale cœlum & talem terram & dicam quia Deus eſt. Dij ergò qui non fecerunt cœlum & terram, pereunt, Hierem. 10.

O Modus cognoſcendi duplex.

1. Per veſtigiũ creaturis.

Modus autem cognoſcendi duplex eſt, videlicet per veſtigiũ creaturarum, & per imaginem in mente humana. Per veſtigium in creaturis ſic cognoſcitur ſancta Trinitas, quia omne illud, quod creatum eſt, Trinitatis eſt quodammodo repræſentatiuum. *Primo* quidem in cœlis computantur ab Apoſtolo tres cœli, quia dicit *ſe raptum ad tertium cœlum*, 2. Cor. 12. Propter quod in ſpecie, cœlorum triplex eſt differentia. Nam *aliquod cœlum* dicitur mobile & ſtellatum, ſicut firmamentum, cum quo etiam computantur ſeptem orbes planetarum, qui ſunt ſub eo. *Aliquod cœlum* eſt mobile & non

& non ſtellatum, ſicut Criſtallinum. *Tertium* autem, quod nec eſt mobile, nec ſtellatum, videlicet empyreum, quod eſt beatorum locus. Spiritualiter autem ſignificatur per hos tres cœlos Trinitas perſonarum. Nam per cœlum Empyreum, quod non eſt mobile, ſignificatur Deus Pater, qui eſt omninò immobilis. Propter quod dicitur per Boët. *ſtabilis*, lib. 3. de conſolat. metro. 9. vbi loquens de Deo Patre, dicens.

Deus Pater cœlo empyreo deſignatur.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarumq; cœli ſator, id eſt, creator, *qui tempus ab æuo*
Ire inbes, ſtabilisq;, id eſt, immobilis, *manens, dans cuncta moueri.*

Per cœlum autem mobile, ſcilicet firmamentum, intellige filium, qui mobilis fuit quando à Patre exiuit, & in hunc mundum propter nos homines venit, ſicut canitur in Symbolo Nyceno. *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis.* Propter quod & dicit Ioan. 16. *Exiui à Patre, & veni in hunc mundum.* Et per tertium cœlum, quod eſt mobile, ſcilicet Criſtallinum, intellige Spiritum ſanctum, de quo Sap. 7. *Spiritus intelligentiæ, ſpiritus vnus & mobilis.* Ecce dicit Spiritum ſanctũ, qui eſt tertia perſona in Trinitate, mobilem, non quidem in ſe, quia immobilis eſt omnino & neceſſario, vt dicit Philoſophus 8. Phyſicorum, ſed dicitur mobilis in hominibus ſanctis, ad quos venire dignatur. Nam hoc facit moueri promptè & obedienter, ſicut patuit in Apoſtolis, ad quos hodiè octo dies venit, mobiles adeò fecit. quod *in omnem terram exiuit ſonus eorum*, Pſal. 18. Ex his patet, quod Deus in creatione cœlorum voluit oſtendere Trinitatem perſonarum.

Filius cælo mobili.

Spiritus ſanctus cœlo Chryſtallino.

SECVNDO Angeli ſanctiſſimam repræſentant Trinitatem. Nam omnes per tres diſtinguuntur Hierarchias, & quælibet adhuc tres ordines continet Hierarchia. Sicut Hierarchia ſuperior habet tres ordines, Thronos, Cherubin, & Seraphin, per quod ſignificatur, quod Deus glorioſus in Thronis, vt maieſtas, in Cherubin, vt veritas, in Seraphin, vt charitas. *Primum*, ſcilicet *Maieſtas* refertur ad *Patrem*, cui principaliter attribuitur, vt canitur in præfatione, *Maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates. Secundum*, ſcilicet *veritas* refertur ad *Filium* qui dicit Ioan. 14. *Ego ſum via, veritas, & vita. Tertium*, puta *charitas* conuenit *Spiritui ſancto*, quia ipſe charitas eſt vel amor, quo Pater à filio, vel filius à Patre diligitur. ſicut teſtatur Magiſter lib. 1. diſt. 10. c. 5. allegando Hiero. qui dicit ſuper Pſal. 14. Spiritus ſanctus nec eſt Pater, nec Filius, ſed dilectio, quam habet Pater in Filium, & Filius in Patrem. Similiter adducit Aug. lib. 6. de Trin. c. 4. & 5. qui probat, quod Spiritus ſanctus talis eſt, quo Pater & Filius coniungitur. quo genitus à gignente diligatur, & genitorem ſuum diligit. Et concludit Magiſter. Ecce hic habes Spiritum ſanctum eſſe quo filius diligitur a Patre, & Pater à filio & quo illi duo ſeruant vnitatem pacis.

2. Angeli repræſentant ſanctiſſimã Trinitatem.

TERTIO, altiſſima Trinitas repræſentatur in aqua. Nam vna eſt aqua, fons, riuus, & lacus; à fonte generatur riuus, & tàm à fonte, quàm à riuo procedit lacus. Per fontem ſpiritualiter intellige Patrem, de quo canitur. Fons bonitatis Pater ingenite, à quo bona cuncta procedunt. Et ingenitus; quia ſicut fons eſt à ſeipſo & à nullo generatur, ſic Pater habet eſſe æternum, *& à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus*, vt dicit Athanaſius in Symbolo. Per *riuum* ſubaudi Filium, quia ſicut riuus immediatè gignitur à fonte, ſic Filius ab æterno genitus eſt à Patre, ſic atteſtatur Athanaſius. *Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus.* Quod teſtatur Aug. in libro de fide ad Petr. cap. 3. Pater, inquit, Deus de nullo genitus Deo, ſemel de ſua natura ſine ini-

3. Aqua repreſentat ſanctiſſimam Trinitatem.

Digitized by Google

tio genuit filium Deum sibi æqualem, & eadem qua ipse æternaliter æternus diuinitate coæternum.

Maximiani hæretici error de Trinitate.

Sed fuerunt quidam hæretici, qui hoc negare ausi sunt, quorum præcipuus fuit Maximianus, contra quos scribit B. Augustinus lib. 2. contra Maximianum, dicens. Carnalibus cogitationibus pleni, substantiam Dei de seipsa gignere filium non putatis, nisi hoc patiatur, quod substantia carnis patitur, quando gignitur. *Errantes non scientes scripturas, neq; virtutem Dei.* Nullo enim modo verum Dei Filium cogitatis, si eum natum de substantia Patris negatis. Non enim iam erit hominis filius, & Deo donante factus est Dei filius, ex Deo natus gratia, non natura. Hæc August. Sed hæc generatio est inenarrabilis, iuxta illud Isa. 53. *Generationem eius quis enarrabit?* quasi diceret, nullus homo. Sed per *lacum*, intellige Spiritum sanctum, quia sicut lacus procedit tàm à fonte, quàm à riuo, sic Spiritus sanctus procedit tàm à Patre, quàm à Filio. Sicut attestatur Athanasius. *Spiritus sanctus à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* De hoc vide supra sermone 26. L. Et dicit Magister lib. 1. dist. 14. cap. 1.

Matth. 22.

Spiritus sancti processio æterna & temporalis.

Præterea diligenter adnotandum est, quod gemina est processio Spiritus sancti, *æterna* videlicet quæ ineffabilis est, qua à Patre & Filio æternaliter & sine tempore processit: & *temporalis*, qua à Patre & Filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab æterno cõmuniter ac simul procedit à Patre & Filio, ita & in tempore communiter & simul ab vtroq; procedit ad creaturam non diuisim à Patre in Filium, & à Filio in creaturam. Et declarat hoc dicto August. 15. lib. de Trinitate, cap. 27. Spiritus, inquit sanctus, non de Patre procedit in Filium, & de Filio procedit ad sanctificandum creaturam, sed simul de vtroq; procedit, quamuis hoc Pater Filio dedit, vt sicut de se, ita etiam de illo procedat. Hæc Augustinus.

Nestorianorum hæresis de Spiritu sancto.

Fuerunt autem quidam hæretici dicti Nestoriani, qui dixerunt Spiritum sanctum tantum procedere à Patre & non à Filio, vt dicit Magister lib. 1. dist. 11. Et hoc ideò dixerunt, quia veritas in Euangelio, scilicet Ioan. 15. fidem integrè continente de processione Spiritus sancti loquens, solum Patrem commemorat, dicens. *Spiritus qui à Patre procedit.* Hunc errorem damnat Magister ibidem, cap. 3. dicens. Cum dicat in eo scilicet Euangelio veritas, Spiritum sanctum à Patre procedere, non addit *solo*, & ideò etiam à se procedere non negat. Sed ideò tantum Patrem nominat, quia ad eum solet referri, etiam quod ipsius est, quia ab illo habet.

P

4.

Beata Trinitas repræsentatur in verbo Aue.

QVARTO, beata Trinitas in hoc verbo AVE repræsentatur. Volens enim DEVS omnipotens ostendere Trinitatem personarum in arcano diuinitatis, hoc verbum composuit quod ad Virginem salutandam misericorditer transmisit, vt videlicet daret intelligi, quod tota Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus salutem humanam operaretur. Per primam ergò literam, quæ est A designatur persona secundum ordinem originis, quæ est Pater. Circa quod NOTANDVM, quod Pater dupliciter accipitur in scriptura. Vno modo essentialiter alio modo notionaliter. *Essentialiter* quidem accipitur, Matth. 6. cum dicit Christus. *Sic orabitis, Pater noster, qui es in cœlis.* *Notionaliter* autem accipitur, Ioan. 10. *Ego & Pater vnum sumus.* Ita hoc elementum A, quandoque accipitur essentialiter & pro qualibet persona supponit, quandoque autem notionaliter & soli Patri deseruit. *Essentialiter* autem pro qualibet persona videtur accipi à propheta Hierem. 1. *A, a, a, Domine Deus nescio loqui,*

Pater dupliciter accipitur in Scriptura.

De vocalis A, mysterio.

per

per hoc, quod triplicat hic A. Trinitatem ſignat perſonarum, per hoc, quod ſemel ſubiungit, *Domine Deus*, indicat vnitatem. Ideò tota Trinitas dicit Apoc. 1. *Ego ſum α & ω. principium & finis*, Alpha græcè dicitur, A latinè. Quandoq; *notionaliter* accipitur, & ſic ſoli perſonæ Patris deſeruit. Ioann. 17. *Exiui à Patre, & veni in mundũ.* Et ſic canit Eccleſia. A Patre vnigenitus ad nos venit per Virginem.

SECVNDO, per hoc elementum V. quod eſt ſecunda vocalis, deſignatur vnius verbi veritas, ſcilicet, Filius, qui dicitur Verbum Patris. ET NOTANDVM, quod illud elementum quandoque eſt vocalis, quandoque conſonans, quandoque nota numeralis. *Vocalis* dicitur, quia per ſe vocem efficit, ſecundum Priſcianum in maiori volumine. *Conſonans*, quia cum alio ſonat. Sed certè iſto modo Verbum diuinum fuit quaſi vocalis ante incarnationem, conſonans in incarnatione, nota mirabilis in ſua paſſione. Pater ante incarnationem, quaſi vocalis ſola, quæ non habuit niſi naturæ vnius diuinæ ſolium, iuxta illud Ioann. 1. *In principio erat verbum, &c.* Sed poſtea in incarnatione, illud verbum factum eſt Conſonans, quando cum humana natura cõmunicauit ſonum & idiomata, iuxta illud Ioann. 1. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Et hoc factum eſt per illud Verbum AVE, & V manet ibi conſonans, & non vocalis, ſed tandem factum eſt illud elementum, V. nota numeralis, in ſua paſſione, & hoc propter eius numerum quinariũ, videlicet propter quinque vulnera.

V, eſt vocalis, conſonãs & numeri nota.

TERTIO, per illud Elementum, E. æternæ emanationis extremitas deſignatur, videlicet Spiritus ſanctus, qui eſt vltima perſona ſecundum originem in emanando, ſicut eſt in hoc vocabulo AVE, E. eſt vltima in ſonando. Et quod in hac notabili & myſtica dictione, in qua multo plura ſunt Sacramenta quàm Elementa, vnum, videlicet primum, elementum ſtat per ſe, & duo pro alia ad inuicem ſyllabicantur, ad exprimendum modum emanationis & originis perſonarum: quia Pater eſt à ſe, & à nullo alio, duæ aliæ ad inuicem ſyllabicantur ſpiritualiter propter duo, ſecundum quod in hoc conueniunt, quod vtraque eſt ab alia, quia vna ab vno & altera à duobus. Et ſolum inter vocales propriè formatur in gutture, vnde illa deſignat, de quo canit Eccleſia.

Litera E, quid deſignet.

Tu ritè promiſſum Patris, Sermone ditans guttura.

Sic ergo hoc notabile verbum AVE, & ſub vna dictione pronuntiatur, diuinæ eſſentiæ notificat vnitatem. Sed quia ex tribus literis integratur, perſonarum ſignificat Trinitatem, vt dicit Holkot lect. 195.

De hac Trinitate canunt principaliter verba præaſſumpta.

Trinitati laus perennis,
Vnitati ſit decus perpetim.

Quia ſancta & indiuidua Trinitas eſt laudanda, & non temerariè ſcrutãda, quia dicit Auguſt. ſerm. de Trinitate. Lutum & vas de Creatore diſputat, & ad naturæ ſuæ rationem non poteſt peruenire. Et curiosè quærit ſcire de myſterio Trinitatis, quod Angeli in cœlo non poſſunt ſcire. Quid enim Angeli dicunt in cœlo? *Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.* Similiter in Iſa. *Quis eſt iſte qui venit de Edom: candida veſtimenta eius?* Vide quid dicunt, pulchritudinem prædicant, & de natura tacent, ergo & nos ſimiliter dicamus. Vis ſcire naturam Dei, hoc ſcitò, quod neſcias, nec in hoc contriſteris quia neſcias, quia & Angeli neſciunt, ſimiliter & omnis creatura. *Ideò in fine ſermonis concludit.* Rogo vos, hoc magis certamen ſit

Pſal. 23. Iſai. 63.

inter nos, quomodo aduersarium superemus, quomodo ieiunemus, quomodo peccata nostra plangamus, quomodo pro tanto scelere satisfaciamus, quomodo eleemosynis insistamus, quomodo cogitatio non nos in libidinē trahat, quomodo contra omnem iniuriam patientiam habeamus, quomodo fratri iniuriam facienti non resistamus, sed vincamus in humilitate eum: quoniam à Christo didicimus. Qui cum pateretur non comminabatur. *Et subdit Augustinus.* Quando venit cogitatio, & proposuerit quid sit Deus, & quæ est ratio Trinitatis, nobis sufficiat credere quia est. Et non temerè rationem quærere, sed timere & orare semper debemus Dominū, & ei soli scientiam nostram in hac parte exhibeamus, vt diebus ac noctibus ei laudes canamus. Hæc Augustinus.

Secundo Trinitas dicitur influxiua.

SECVNDO, Trinitas dicitur *influxiua*, defluens & descendens in nos misericorditer à diuina pietate, & hæc Trinitas est gratia creationis, redemptionis & Spiritus sancti missionis, & huic similiter sit laus perennis, quia cum omni deuotione cordis est semper laudanda, cogitanda, ruminanda, & nunquam ab oculis cordis eliminanda. De cuius Trinitatis prima gratia scilicet creatione dicit Bernardus. Memento homo quis te fecit, quia Deus, vt eum timeas: de quo quia de terra vt non superbias: quasem, quia ad imaginem suam, vt eum diligas: ad quid, vt ad debitum finem æternæ beatitudinis tendas, & vt hic caduca respuas. Idem Bern. dicit de illa gratia. O mira Dei dignatio, ô ineffabilis dignitas hominis, super quem tota cura est Deo, vt non solum creationis te officium sibi exhibeat in creando, sed ipsum ad imaginem suam fecit diuinæ Trinitatis signaculum imprimendo,

In creatione nos Deus gratia præsignauit.

In hac gratia creationis præ cæteris creaturis nos quadruplici gratia præsignauit. PRIMO, liberum arbitrium nobis tribuendo, iuxta illud Eccl. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui, adiecit mandata & precepta sua.* De hoc etiam dicit Augustin. de fide ad Petrum. Firmissimè tene, & nullatenus dubites primum hominem, id est, Adam & mulierem eius, bonos & rectos cum libero arbitrio, (quo possent si vellent Deo semper humili & bona voluntate seruire atque obedire) peccasse & non necessitate, sed propria voluntate, illoque peccato sic in deterius mutatam humanam naturam. Hæc ille. SECVNDO, ad imaginem & similitudinem suam nos creando, ficut testatur scriptura Gen. 1. *Deus creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Vbi dicit glossa. Imago Dei consistit in anima quantum ad proprietates naturales, scilicet memoriam, intelligentiam & voluntatem Similitudo autem dicitur in gratuitis, & ideò similitudo est quædam perfectio imaginis, quia gratia perficit naturam. De hac dicitur Eccl. 17. *Deus creauit de terra hominem, & ad imaginem suam fecit illum.* TERTIO perpetuitatem viuendi nobis tribuendo vel communicando, iuxta illud Sap. 2. *Deus fecit hominem inexterminabilem. Inuidia autem Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Dicunt enim Doctores, quod primus parens in statu innocentiæ habuit posse mori si peccaret, & habuit posse non mori si peccatum vitaret. Et ideo quantum fuit ex parte Dei ipse creauit hominem inexterminabilem secundum corpus, vt tractatur de hoc 2. sent. dis. 19. Sed Diabolus post suum lapsum videns hominem ad vitam æternam creatum, ad quam ipse creatus fuit, & quam per superbiam perdidit, homini inuidit, & ipsum ad peccatū tentauit, vt patet Gen. 3. Homo autem habens præceptum, vt non peccaret, quod si peccaret, moreretur, illo attestante qui ait, *Quacunq; hora commederitis ex eo, morte morie-*

I. Liberum arbitrium tribuendo.

II. Creãdo nos ad imaginē suam.

III. Vitam perpetuam nobis tribuēdo

Digitized by Google

moriemini, vt patet Gen. 3. Peccauit, & mortalitatem omni humano generi acquisiuit, quod sub illa lege ligni vetiti prohibitionem accepit.

Sed hic oritur dubitatio. Vtrum corpus primi hominis fuisset incorruptibile, dato quod in statu innocentiæ perstitisset? Ad dubitationem dicendum, quod fuisset incorruptibile, tamen notanda sunt duo. *Primum* est, quod immortalitatem non habuit à natura, sed à diuina gratia. Sed secundum Dionysium de diui. nomin. c. 4. naturalia etiam data sunt dæmonibus, ideò perierant propter Peccatum. Sed si fuisset naturale homini non mori, etiam propter peccatum non perijssot. Restat ergo, quod non fuit à natura immortalis. *Secundum* est, quod homini fuisset ex spirituali gratia conditoris immortalitas corporis concessa: cuius ratio est, quia homo fuisset ordinatus ad finem super naturam corpoream, ideò decuit in ipsa constitutione naturæ, quod aliquid esset sibi collatum super facultatem principiorum naturalium, quæ sunt corpus & anima. Habuit ergò anima per donũ gratiæ supernaturalis, quod quamdiu seruaret ordinem obedientiæ ad Deum, corpus viuificare posset in perpetuum. Et ideò corpus hominis si non peccasset, corruptum non fuisset, vt dicit sanctus Thomas super 2. sen. dist. 19.

Dubium.

Responsio. 1.

2.

Item est NOTANDVM, quod in corruptibilibus rebus, corruptionis modus quadruplex inuenitur. *Vnus* est generalis, videlicet quod omnes res habent suæ durationis periodum, vt dicitur 2. de generatione. *Secundus* est propter dominium excessiuum vnius contrariorum, & hoc duntaxat in mixtis. *Tertius* est, quod calor qui est instrumentum animæ vegetatiuæ, consumit humidum in quod agit, & cum non possit illud humidum restaurari naturaliter in sua puritate, semper admiscetur cum humido nutribili, & sic fit impurius, vt vinum mixtum aqua. Sicut 1. de generatione dicitur in fine, ita humidum radicale consumitur finaliter, & animal moritur. Consimiliter fit in planta deficiente ista restauratione, & hæc est mors naturalis. *Quartus* modus corruptionis est per violentiam, ab aliquo extrinseco agente, gladio vel igne, vel alio.

In corruptibilibus rebus corruptionis modus quadruplex

Contra primos duos modos datum fuit animæ, quod secundum conditionem suæ immortalitatis corpus perficeret, & perpetuitatem complexionis conferret. Contra *tertium modum* corruptionis, habuit illud donum, vt per esum lignorum in Paradiso, de Paradiso concessorum, fiebat restauratio deperditi ad certum tempus. Et quia ista restauratio cum admixtione extranei humidi, debilitantis humidum radicale magis ac magis, ideò homo habuit vsum ligni vitæ, cuius virtus erat alimentum totum assumptum in perfectam assimilationem adducere & facere humidum radicale, ita recens sicut fuit à principio naturæ vitæ conditæ. Hoc tamen lignum vitæ non habuit ex sua virtute naturali, dare homini perpetuitatem viuendi, quia cum esset res creata virtus finita, fuit in durabilitate, & ideò non contulit fortitudinem naturæ radicali, nisi ad certum tempus, quo lapso, homo iterum comedere potuisset, si ita diu perstitisset. Contra *quartum modum* corruptionis, qui est per violentiam conseruaturæ, homo per diuinam prouidentiam, & per propriam prudentiam, ab extrinseco nihil potuit pati corruptiuum.

Remedia cõtra modos prædictos.

Sed contra hæc posset aliquis instare sic. Omne compositum ex contrarijs de necessitate naturæ est corruptibile, vt patet 2. de generatione. Sed corpus hominis in statu innocentiæ fuit compositum ex contrarijs, sicut nunc est, & eiusdem speciei

Obiectio.

per

Reſponſio. per omnia, ergò fuiſſet corruptibile. Ad hoc dicendum, quod fuiſſet corruptibile propter compoſitionem ex contrarijs, niſi fuiſſet diuinitus præſeruatum ab intrinſeco, per gratiam originalis iuſtitiæ, & ab extrinſeco per ſubſidium diuinæ prouidentiæ.

IV. Dominium in omnes creaturas conferendo.

QVARTO, hominem hac gratia inſigniuit, dominium ſibi ſuper omnes creaturas conferendo, cum dixit Gen. 1. *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ ſunt ſuper terram.* Et hoc dominium ſecundum gloſſa datum eſt eis, quamdiu eſſent ſubditi Deo; Quia talis fuit homo in ſtatu naturæ conditæ, vt quàm diu ſtaret homo in obedientia Dei, inferiora obedirent ei. Et ſicut dominium eſt homini naturale propter tria, vt dicit Nicol. de lyra. *Primo*, quia imperfectiora ſunt propter perfectiora, vt plantæ propter animalia, animalia verò propter hominem. *Secundo*, quia perfectiora gubernant inferiora, vt angeli homines: regimen vero eſt per prudentiam, quæ propriè eſt in homine, in quo eſt prudentia generalis. In animalibus vero ſunt quædam prudentiæ particulares tantum, vt in aranea ad faciendum telã, & ſic de alijs, de quibus habes ſupra, Dominica infra Octauam Aſcenſionis ſerm. 20. L. Ideò animalia ſunt homini ſubiecta. *Tertio*, quia homo factus eſt ad imaginem Dei, ideò iuſtum eſt, vt obediant ei inferiora ſecundum naturam inſtitutam. Sed in pœnam peccati iſta obedientia eſt ei ſubtracta, & hæc gratia creationis principaliter refertur ad perſonam Patris.

Dominium homini eſt naturale.

Trinitatis ſecunda gratia eſt redemtio

SECVNDA gratia huius Trinitatis, eſt gratia redemptionis, & hæc pertinet ad perſonam Filij, quia de ipſo canitur. *Hic eſt ſalus noſtra & redemtio Iſrael.* Ipſe enim filius per mortem ſuam nos redemit ex libera voluntate, ſicut teſtatur Auguſtin. in lib. de Baptiſmo, & allegatur à Magiſtro lib. 3. diſtin. 19. cap. 1. vbi inſinuit cauſam & modum noſtræ redemptionis dicens. Nihil inuenit Diabolus vt moriatur. Sed pro voluntate Patris Chriſtus mori voluit, non habens mortis cauſam de peccato. Sed de obedientia & iuſtitia mortem guſtauit, per quam nos redemit de ſeruitute diaboli. *Et ſubdit.* Incideramus enim in principem huius ſeculi, qui ſeduxit Adam, & ſeruum fecit, cœpitque nos quaſi vernaculos poſſidere. Sed venit redemptor & victus eſt deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori noſtro? Tetendit ei muſcipulam, crucem ſuam poſuit ibi quaſi eſcam ſanguinem ſuum. Hæc Auguſtinus. Et ſummoperè eſt hoc memoriæ imprimendum, quia vt Chriſtus nos redimeret, triplici miſeriæ ſe inſeruit, ſcilic. paupertatis, laboris & doloris, de primo & ſecundo in Pſal. 87. dicitur. *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* De tertio dixit Chriſtus per Hierem. Dolor meus ſuper omnem dolorem. Thren. 1. *O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.* Nam Chriſtus habuit dolorem exteriorem propter ſaluandos, dolorem interiorem propter damnandos, & propter dolorem matris. Luc. 2. *Tuam ipſius animam pertranſibit. &c.* Et fuit dolor eius maximus, quia in *tactu* ſuſtinuit clauorum aſperitatem. Et *auditu* opprobriorum confuſionem. In *adoratu* ſputorum fœditatem; in *guſtu* fellis & aceti amaritudinem, in *oculis* lacrymarum effuſionem; in corde timorem & compaſſionem: *Timorem* pro ſe ipſo anxius de crudeliſſima morte, ad cuius ſolam memoriam ſanguinem ſudauit: *compaſſionem* pro ſua matre dulciſſima, cuius animam ſciuit gladium pertranſire. Ideò dicit Bern. Quis vnquam audiuit tale, aut quis huic vidit ſimile, vix enim quis pro iuſto moritur, ipſe pro iniuſto & inimicis mortuus eſt, eligens

Triplici miſeriæ ſe Chriſtus noſtra cauſa inſeruit.

exu-

exulari de cœlis, vt nos reportaret ad cœlos. Sed diceret quis. Non potuit Christus nos aliter redimere sine tanta sui iniuria? Ad hoc dicunt Doctores, quod potuit, sed tamen maluit tantam iniuriam sustinere, propter duas causas. *Prima*, vt charitatem suam ad hominem copiosè demonstraret. *Secunda*, vt amplius nos obligaret. Ideo dicit Augustinus: Sufficeret ad redemptionem nostram vna pretiosissimi sanguinis gutta. Et licet sufficisset, data tamen est copia, vt virtus diligentis in beneficij redundantia claresceret. De hac etiam charitate dicit Bernardus. Erat charitas in corde Dei multa nimis quandoque cumulanda super filios hominum. Sed hæc latuit quousque fracto vasculo per quinque partes corporis emanauit. Idem dicit. Iesus in cruce mori voluit, non in strato serico decumbēs, vt quod multum fuit pudoris, signum esset summi amoris. Hæc ille. Et quia Christus tantam charitatem nobis demonstrauit, per hanc nos certè ad se diligendum inuitauit, ideo dicit Magister lib. 3. sent. dist. 19. cap. 1. Exhibita, tantæ erga nos dilectionis arrha, & nos mouemur, accendimurq; ad diligendum Deum, qui pro nobis tantum fecit. Nam & ideo tanta sustinuit, vt nos ad dilectionem obligaret, de quo dicit Bernardus. Quantò sunt humiliora, quæ pro me protulit Deus, tantò illi ad dilectionem plus obligor. Obiectio.

TERTIA gratia huius sanctæ Trinitatis, est gratia Spiritus sancti emissionis. Vnde Spiritus sanctus duobus modis mittitur, vt dicit Magister lib. 1. dist. 16. c. 1. Sicut, inquit, filius duobus modis dicitur mitti. *Vno modo*, quo visibiliter apparet. *Altero*, quo inuisibiliter castis mentibus percipitur, ita & Spiritus sanctus, à Patre & Filio, ac à seipso, duobus modis procedere, siue dari dicitur. *Vno modo*, visibiliter, *alio modo*, inuisibiliter. Datus est enim visibiliter creaturæ demonstratione, sicut in die Pentecostes, vt patet Actu. 2. *In linguis igneis*. Alijsque vicibus, scilicet Ioan. 20. *in flatu*. Et Matth. 3. *in columbæ specie*. Et datur, inquam, quotidie inuisibiliter illabendo mentibus fidelium. R Gratia tertia Trinitatis, est Spiritus sancti missio.

Sed posset aliquis dicere: Quomodo possum cognoscere, quod Spiritus sanctus inuisibiliter missus sit in mentem meam? Ad hoc respondet Magister 1. sent. dist. 17. c. 5. Tunc enim nobis mitti vel dari dicitur, cum ita in nobis est, vt faciat nos diligere Deum & proximum, per quod manemus in Deo & Deus in nobis. Et adducit quidem ibidem August. lib. 15. de Trinit. c. 17. Deus Spiritus est, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum, & ipse est dilectio. Ecce ex dilectione quam habes ad Deum & proximum perpendis inuisibiliter ad te missum Spiritum sanctum. Quæstio. Responsio.

Est tamen NOTANDVM, quod Spiritus sanctus missus in nos, triplicem in nobis gratiam operatur. *Primo*, docet *rationem*, vt intelligat bonum. *Secundo*, mouet *voluntatem*, vt bonum intellectum velit. *Tertio*, mouet *memoriam*, vt volitum compleat. Ideo dicit Bernardus. Spiritus sanctus suggerit memoriam bonam in cogitationibus sanctis: propterea quotiescunq; huiusmodi suggestionem boni senseris in corde tuo, da honorem Deo, & age reuerentiam Spiritui sancto, cuius vox sonat in auribus tuis, & docet rationem. Spiritus sanctus triplicē in nobis gratiam operatur.

Sed multi monentur, & minimè sciunt, quid sit agendum, si non assit Spiritus sanctus, qui inspirat cogitationem memoriam mouendo, doceat in opus proferre, ne prima gratia vacua in nobis sit. Sed quia *scienti bonum & non facienti, peccatum est illi*: Ideo non solum moneri & doceri, sed etiam moueri & affici ad bonum, est necessa- Iacob. 4.

Digitized by Google

rium ad ſalutem. Ideo Spiritus ſanctus non ſolum mouet & docet nos, verum etiam dona ſua nobis impartitur mediantibus quibus ad incrementa virtutum altiora poſſumus peruenire. Quamuis enim ſuperius dictum eſt de donis Spiritus ſancti, quia tamen adhuc hodie eſt octaua dies Pentecoſtes, Ideo aliqua de donis eius ſeptem ſunt addenda.

Timor operatur in homine multa.

S Eſt ergò primum eius donum *timor*: & hic multa bona in homine operatur. *Primum*, quod dat ſibi de futuris prouidentiam. De hoc vide ſupra Dominica 2. poſt Paſcha, ſermone 10. M. *Secundum* bonum eſt, quod cauſat in homine pœnitentiam, eſt enim ſicut Theriaca, quæ repellit venenum, efficiturq; de ſerpente & eſt nihilominus antidotum contra venenum: ita timor de peccatis oritur, & tamen peccata expellit. Iuxta illud Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum*. Et Bernard. Timor Domini eſt antidotum expellens malos humores. Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Hinc eſt, quod tàm ſancti quàm Philoſophi inter omnes paſſiones præcipuè commendant verecundiam, quæ eſt quidam timor & ſignificat pœnitentiam de aliquo defectu. Dicit enim Ariſtot. 3. Ethi. in fine. Verecundia eſt timor ingloriationis id eſt, tremor confuſionis. De quo probat quatuor.

An verecundia ſit virtus vel paſſio.

PRIMVM, quod verecundia non eſt virtus, ſed paſſio, quod oſtendit per definitionem verecundiæ & per effectum verecundiæ. Per definitionem quidem, quæ eſt, quod verecundia eſt timor ingloriationis. Omnis autem timor eſt paſſio irraſcibilis & non virtus. Per effectum probat ſic. Omnes paſſiones appetitus ſenſitiui cauſantur in corpore per mutationem, & hoc facit verecundia. Sicut enim homo per timorem mortis palleſcit, ita per verecundiam, quæ eſt timor ingloriationis homo rubeſcit.

Differentia inter timorem & verecundiam.

Ratio diuerſitatis inter timorem & verecundiam eſt ita, quia timor eſt propriè de periculo mortis, vel alicuius nocentis vitæ hominis. Sedes autem vitæ eſt in corde, & ideo quando incipit cor deficere per timorem, natura mittit illuc ſpiritus & calorem, & ſic retrahitur color cum ſanguine à facie timentis, & ſic palleſcit, honor autem eſt in exterioribus, & ideo quãdo homo timet per verecundiã honores perdere, ſpiritus & calores tribuit ad exteriora, & ſic concurrente exterius ſanguine, homo rubeſcit.

Verecundia eſt paſſio laudabilis in iuuene.

SECVNDVM, quod ibi probat Ariſtot. de Verecundia eſt, quod eſt paſſio laudabilis in iuuene, vnde dicit. Laudamus iuuenes quidem verecũdos. TERTIVM oſtendit, quod non conuenit ætati ſenili. QVARTO, quod non ſtudioſo conuenit, quia neq; ſenex, neq; ſtudioſus aliquid debet cõmittere, vnde debet verecundari. Sed certè ſi ſenex aliquid turpe, vel ſtudioſus illaudabile committat, vnde non verecundetur, illaudabilis obſtinationis ſignum eſt, ſi non verecundetur de turpibus.

Laus verecundiæ.

Quantum verò Sancti verecundiam commendent oſtẽdit Bernardus ſuper Cant. ſerm. 87. Neſcio, ſi quicquam in moribus hominum gratius deprehendi queat, verecundia. Verecundia eſt omnium ornatus virtutum vel ætatum, ſed in terra ætate amplius pulchriuſq; eniteſcit. Quid amabilius verecundo adoleſcente, quàm pulchra hęc, quàm ſplendida gemma morum in vultu adoleſcentis, quàm vera & minimè dubio nuncia bonæ ſpei, bonæ indolis index, virga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis, gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, vitę decus, virtutis ſedes, primitiæ noſtræ laus, & inſigne totius honeſti, hoc eſt, timoris nuntius, Eccli. 23. *Nihil melius, quam timor Domini*. *Tertium* bonum quod facit, donum timoris eſt, quod cauſat in agentis diligentiam, Iuxta illud Eccli. 7. *Qui timet Dominum, nihil negligit*. Et

Donum timoris cau-

Eccli.

Digitized by Google

Eccli. 15. *Qui timet Deum, faciet bona.* Et iterum Eccli. 2. *Qui timent Dominum inquirunt, quæ beneplacita sunt ei.* Et idem. *Qui*, inquit, *diligunt Dominum custodiunt mandata eius, & patientiam habebunt in aduersis. Quartum* bonum, quod causat in periculis confidentiam. Multi reputant se debiles, qui ingruente timore, & cogente, ardua & difficilia fecerunt. Verbi gratia; Quod multi æstimauerunt se debiles ad ordinis ingressum, & ea quæ sunt ordinis ad seruandũ, qui timore mortis, vel interdum suspendij compulsi religionem intrauerunt, & in ea ardua opera fecerunt. Quia dicit Bern. super illud Eccli. 1. *Timor Domini est scientia religiositas.* Hæc, inquit, gratiarum prima totius religionis exordium est. Nam sine hac nullum bonum pullulare poterit, omnium virtutum ædificium illico vertitur in præcipitium, si huius gratiæ amiserit fundamentum. Et quid plura? Connexa sunt timor & religiositas, nec alterum sine altero poterit remanere, quia per timorem vniuersa deserimus mundo abrenunciamus, & nosmetipsos abnegamus, sicut dicit Saluator. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, nec amplius habent, quid facient. Sed timete eum, qui cum corpus occiderit, potestatem habet animam mittere in gehennam.* Ideo dicit Greg. 2. mor. In via Dei à timore incipitur vt ad fortitudinem veniatur. Quia dicitur Prou. 14. *In timore Domini fiducia fortitudinis.*

fat diligentiam.

Dat confidentiam in periculis.

Matth. 10.

T

SECVNDVM donum est *pietas*, sine qua nihil valet timor. Qui enim proximo misereri ignorat, qui eius tribulationi compati dissimulat, huius timor ante oculos Dei nullius est, cum dictum sit suprà: *Qui timet Dominum, faciet bona*; Ideo Spiritus sanctus, qui est tertia persona in Trinitate aduenies cordi nostro, affert secum pietatem. Est autem triplex pietas. PRIMA ad Deum, de qua Bernardus. *Pietas* est cultus Dei, & hic cultus Dei in memoria Dei, consistit in fiducia de misericordia Dei sperãda, quæ necessaria est cum timore, vt si timor præcipitat, pietas eleuet. Hæc duo dona simul coniuncta tangit Bernardus, cum dicit. Ego quamdiu respicio in me, in amaritudine moratur oculus meus, & hoc per donum timoris.

Pietas donum Spiritus sancti.

Pietas triplex.

I.

Ad Deum.

Si autem suspiro ad diuinæ miserationis auxilium, videlicet per donum pietatis, mox amaram visionem meam temperat læta Dei misericordia. SECVNDA pietas est ad nosmetipsos, quod contingit, quando conscientia nostra tranquilla est, & serenata per remissionem peccatorum, nihil mali, nihil amari, nihil tribulationis poterit suspicari. De qua Prou. 15. *Secura mens quasi iugiter conuiuium.* Ideo dicit Sapiens, Eccles. 30. *Miserere animæ tuæ placens Deo.* TERTIA pietas habetur ad proximum, quam tunc exhibemus quando in omnibus malis eorum compatimur ex affectu, omnia eorum facta piè iudicantes, quia dicit Bernardus. Caue serue Dei alienæ conuersationis esse curiosus explorator, aut temerarius iudex. Et si deprehendis perpetratum actum, tamen non sic iudices proximum, sed excusa intentionem, si opus excusare non potes, scilicet, quod illud fecit per ignorantiam, vel ex surreptione, vel ex casu. *Et subdit.* Quod si neutrum possumus, saltem debemus obuiare propter grauem tentationem & dicere. O quam vehemens fuit nimis hæc tentatio, quid in me fecisset, si in me hanc potestatem similiter accepisset?

II.

Ad nosmetipsos.

III.

Ad proximum.

V

TERTIVM donum est *scientia*, & hæc necessaria est ad pietatem subleuandam, vt quid ex misericordia puniat aut quid ex misericordia dimittat, sciatur. Ideo Spiritus sanctus in cordibus nostris aduenies, tertio apportat secum donum scientiæ, per quod illuminati sciremus, quid sit faciendum, quid dimittendum, quid diligendum, quid odio habendum, quid sperandum, quid contemnendum, & quid desiderandũ,

Scientia donum Spiritus sancti.

Digitized by Google

quia bonum faciendum & malum dimittendum. Iuxta illud Psal. 33. *Declina à malo, & fac bonum.* Et Isa. 1. *Quiescite peruerse agere, & discite benefacere.* Similiter Deus diligendus, & diabolus & mundus odiendus, Matth. 6. *Vnum, scilicet Diabolum, odio habebit, & alterum,* scilicet Christum, diliget. Et NOTA, quod hoc donum scientiæ docet nos scire genus nostrum ex parte quadruplici. PRIMO, ex parte Patris, qui est Deus, & quo ad hoc seruemus ratione Patris nobilitatem. De hoc vide supra Dominica infra Octauam Ascensionis sermone 20. X.

Deus diligendus, diabolus odio habendus.

Donum scientiæ, docet nos quatuor

SECVNDO, ex parte matris, quæ est terra. Quia dicitur Eccles. 3. *De terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur.* Et Iob 33. *Ecce me fecit & te Dominus, & de eodem luto formatus sum.* Quia dicitur Sap. 7. *Nemo ex Regibus habuit aliquod aliud initium natiuitatis.* Quasi diceret, quantumcunq; refulgeant ornamentis vestium, ministerio militum, & monumento fortium tale fuit eorum initium: Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Ideo dicit Bernardus in quodam sermone, de passione Domini. Graue iugum super omnes filios Adæ à die exitus de ventre matris eorum, in sordibus generamur, in tenebris consouemur, in doloribus parturimur, ante exitum miseras matres oneramus, in exitu more viperæ laceramus. Hæc ille. Et si hoc per scientiam Spiritus sancti perpendat homo, meritò seruat ratione matris humilitatem.

TERTIO, scire debemus genus nostrum ex parte fratrum, qui sunt angeli, vt seruemus in bono stabilitatem, dicitur enim humana natura esse manna Angelorum, vnde cum Tobias senior ab Angelo Raphaële vellet genus inquirere. *Respondit: Genus quaris mercenarij? An ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddam. Ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Et respondit Tobias: Ex magno genere es tu.* Tob. 5. Verum dixit Angelus secundum nominis interpretationem. Azarias namque interpretatur adiutor, Ananias gloria Dei. Quando enim scimus vel recogitamus fratres nostros esse in tanta gloria, & nos ad eam non posse pertingere, nisi fratribus nostris assimilemur, conari debemus nostris totis viribus istos fratres imitari. In istius fraternitatis signum Raphaël, & qui Azarias dicitur, & Tobias fratres se vicissim nominasse leguntur, Tob. 6. *Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod remedium habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti.* Et Tobiæ 9. *Azaria frater peto, vt auscultes verba mea. Et Angelus ad eum vicenersa dixit.* Tob. 11. *Frater scis quemadmodum reliquisti patrem tuum.* Sunt enim, tàm homo quàm angeli, parentelæ diuinæ. Sed certè homo multiplicius. Cum enim sit triplex cognatio, scilicet *legalis* per adoptionem, *spiritualis* per Sacramenti susceptionem, & *carnalis* per propagationem. Angeli tantum attinent Deo per legalem adoptionem, quam per gratiam sunt adepti. Homo autem attinet Deo triplici cognatione legali, quia est adoptiuus Dei, Ephes. 1. *Prædestinauit nos in adoptionem filiorum.* Est etiam filius Dei Spiritualis quia per baptismum nos regenerauit, Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Est etiam carnalis frater, quia de nostra progenie naturam assumpsit, ad Hebr. 2. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.* Ideo possumus dicere Angelo illud 2. Machab. 7. *Noli putare genus nostrum à Deo esse derelictum.*

Angelus Raphael & Tobias se mutuo fratres appellant.

Cognatio triplex.

QVARTA, si per donum scientiæ recolligimus genus nostrum, ex parte filiorum seruemus in operibus vtilitatem. Filij enim sunt opera nostra, Eccli. 11. *Ante mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in filijs suis agnoscitur vir*, id est, in operibus per-

Filij sunt opera nostra

Digitized by Google

perfectis, ſecundum gloſſa: In iſtis ergò filijs ſuis ſeruemus vtilitatem, vt ſint nobis meritoria ad gloriam non ad pœnam, quod fit, quando opus producitur à gratia diuina, & à libero arbitrio. Quando vero producitur à diabolo, carne, vel mundo, eſt quaſi ſpurium genus, & non poteſt ſequi hæreditatem cœleſtem. Et ideo prohibetur pontificibus veteris legis ſub figura Leuit. 21. *Vt non commiſceant ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ, quia ego Dominus ſanctifico eam.*

X

QVARTVM donum eſt *fortitudo*, & hæc eſt neceſſaria, vt hoc homo, quod per ſcientiam accipit per mentis fortitudinem agere poſſit. *Quia ſcienti bonum & non operanti, peccatum eſt illi*: Iacob. 4. vbi dicit gloſſa: Si ſit bonum neceſſitatis, eius omiſſio peccatum eſt mortale. Si autem bonum erogationis, peccatum eſt veniale, & quandoque nullum. Et Lucæ 12. *Seruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis.* Vt ergo ſcientia ſit efficax, ad ſe iuuandam fortitudinem interpellit. Et NOTA, quod hic non notatur fortitudo corporis, ſed animæ, & illa eſt triplex. Nam quædam fortitudo eſt *magnificentiæ*, quædam *confidentiæ*. & quædam *conſtantiæ*. Magnificentia namque magna audet, ſumens hanc præſumptionem vel audaciam, non ex præſumptione propriorum meritorum, ſed ex largitate & facilitate accipitur largitoris, ſicut Thomas, qui credere reſurrectionem noluit, *niſi vulnera pedum & manuũ contractaret*, habuit illam fortitudinem Ioan. 20. Hanc etiam habuit Philippus, qui de benignitate pij magiſtri confiſus, audebat petere, vt *ſibi oſtenderet Patris maieſtatem.* Ioan. 14. *cum dixit. Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Ideo de ipſis & ſimilibus dicit Bernard. Sunt quidam aſcendentes ad cor altum, de maiore ſpei libertate & ſcientiæ puritate magna conſueuere audire, hi præ fidei magnitudine digni inueniuntur, & inducuntur ad omnem plenitudinem gratiarum. Tales enim magna audent, quia magni ſunt, & quæ audent, obtinent, iuxta promiſſionem eis per Deum factam. *Quemcunq; locum calcabit pes veſter, veſter erit.* Deut. 11. *Secundo* fortitudo vocatur *confidentiæ* quæ ſic ſe habet, quod priori cognita omnia quæ audere poterunt ſemper ſperat ſine hæſitatione, à Domino accepturam, & hanc confidentiam docuit B. Iacobus in cap. 1. *Poſtulet autem in fide nihil hæſitans.* Et quia exauditio noſtræ petitionis ſæpe diu ſuſpenditur, vel propter fidem probationis, vel meriti augmentationem, vel copioſam exauditionem, ideò neceſſe eſt, vt accedat. *Tertia* fortitudo per quam petimus ſtrenuè & perſeueranter, & hæc eſt fortitudo *conſtantiæ*, per quam petimus quærenda, petendo, pulſando, donec accipimus. Certi enim ſumus de exauditione. Iuxta illud Pſalm. 90. *Clamabit ad me & ego exaudiã eum.* Sed incerti de exauditionis acceleratione. Quia dicit Grego. quod in plerisque concito petimus, ſed tarditas proſperatur. Ideo conſtantia neceſſaria eſt quæ non eſt aliud niſi effectus vſque in finem perſeuerantia.

Fortitudo donum Spiritus S.

Fortitudo animi triplex.

1. Magnificentiæ.

2. Confidẽtiæ.

3. Conſtantiæ.

Y

QVINTVM donum eſt conſilium, & illud neceſſariò ſequitur fortitudinem, quia ſi fortitudo improuida vel nimis impetuoſa vel minus circumſpecta fuerit, & vt ipſa ſui præſumptione in caſu ruat, conſcendat ad conſilium, vt præuidendo præmium & alta fortiter agere poſſit, & ideo Spiritus ſanctus cordibus noſtris aduenies, dat nobis quintum donum conſilij per quod impetus fortitudinis gubernatur. De hoc conſilio duo tanguntur, *Primo* qualiter exhibetur, *Secundo* quod Spiritus S. conſuletur. De PRIMO notandum, quod Spiritus ſanctus quatuor modis exhibet nobis ſua conſilia, *Primo* per ſe immediatè, *Secundo* per prælatum; *Tertio* per bonos homines;

Conſilium donũ quintum Spiritus ſancti.

Spiritus S. modis quatuor exhibet nobis ſua cõſilia.

mines; *Quarto* per conſcientiam propriam, & ab his quatuor omnia noſtra conſilia ſunt inquirenda.

I. A Deo.

ET PRIMO à Deo. Iuxta illud Tob. 4. *Omni tempore benedic Deo, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia conſilia in ipſo permaneant.* Cui conſonat illud Eccli. 37. *In omnibus deprecare conſilia altiſſimi, vt dirigat in veritate viam tuam.* Et hoc eſt quod conſulit Sapiens Eccl. 6. *Conſiliarius ſit tibi vnus de mille*, ſcilicet, Deus cuius nomen eſt, vt dicit Iſa. 9. *Conſiliarius.*

II. A prælatis.

SECVNDO requirendum eſt conſilium vicarij, ſcilicet prælati, ſecundum quod iubemur Deut. 17. *Facies quecunq; dixerint, qui preſunt loco quem elegit Dominus, ſequeris ſententias eorum. Nec declinabis ad dexteram, neq; ad ſiniſtram.* Et ſubdit pœnam, *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, moriatur.* Hæc ille. Et Dominus Matth. 23. idem iubet, *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia quæcunque dixerint vobis*, ſcil. conſilia dando, *facite.*

III. A bonis & ſapientibus.

TERTIO requiratur conſilium à bonis hominibus & ſapientibus, ſecundum quod hortatur Tobias filium ſuum c. 4. *Conſilium à ſapiente require.* Et dicit notanter à ſapiente, quia cum fatuis non eſt conſiliandum, Iuxta illud Eccli. 8. *Cum fatuo conſilium non habeas, non enim poterunt diligere niſi quæ eis placent.* Sed etiam conſilia ſunt quærenda ab humilibus, quibus Deus ea interdum reuelauit, quæ ſapientibus occultat. Iuxta illud Chriſti Matt. 11. *Confitebor tibi Pater cœli & terræ, quia abſcondiſti ea a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea parvulis.* Et de illis dicit B. Benedictus in regula. Sæpe reuelat Deus illis, quod melius eſt.

IV. A conſcientia ſua.

QVARTO, quære conſilium à conſcientia tua. Iuxta illud Sap. *Omnia fac cum conſilio*, ſcilicet conſcientiæ tuæ, *& poſt factum non pœnitebis.* Eccli. 32.

Ex conſilio tria Deo offerenda.

DE SECVNDO ſciendum, ſcilicet quid conſulat Spiritus S. Nam licet multa nobis in ſacro conſilio proponantur, tria tamen ex omnibus proponuntur. Nam tres ſunt habitus rerum quos poſſidet omnis homo, ſcilicet, res, corpus & anima. De his nobis conſulitur, vt ea in ſupremis exercitijs Domino offeramus. *Vnde res* in ſupremo offerimus, ſi eas omnes relinquimus, & nudam paupertatem induimus, iuxta conſilium Chriſti. Matt. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me.* *Secundo corpus* in ſupremo offerimus, ſi omni voluntati abrenunciamus, & mundiſſimam caſtitatem induimus, ſicut conſulit Apoc. 1. Cor. 7. *De Virginib. præceptum Domini non habemus, conſilium autem do.* Et Matth. 19. *Qui poteſt capere*, ſcilicet caſtitatem, *capiat.* *Tertio, animam* in ſupremo offerimus, cum inimicos noſtros, affectu & effectu diligimus, hoc conſilium conſulit Dominus. Matt. 5. *Diligite inimicos veſtros & benefacite his qui vos oderunt.*

Res.

Corpus.

Anima.

Intellectus, donum ſextum.

SEXTVM donum dicitur *intellectus*, & illud donum meritò ſequitur, Quia dicit Gregorius, Conſilium eſſe non poteſt, ſi intellectus deeſt, quia qui non intelligit malum quod grauat, quomodo poteſt bonum ſolidare quod adiuuat? Vt ergo conſilium diſponatur prudenter, Spiritus ſanctus veniens, dat nobis donum intellectus, vt per eum priora opera ſalubriter diſponamus. Per hoc donum intelligimus Deum in nobis, & creaturis. Iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 1. *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Nam per magnitudinem & latitudinem mundi, potentiam Dei agnoſcimus, ſed per decorem cœli & mundi, & creaturarum, ſapientiam Dei intelligimus; per bonitatem autem & vtilitatem creaturarum, bonitatem Dei intel-

Digitized by Google

intelligimus. Et ergo quando vides aliqua pulchra, & dulcia gustas, per hæc intelligere & cogitare debes cœlestia. Quia dicit Bernard. Dulcedo omnium creaturarum, ad æternam dulcedinem nos inuitat.

Sed diceret aliquis, Si ex absentia Spiritus sancti intellectum non habemus, tamen quandoq; habemus à natura. Cui respondetur, quod licet habemus intellectum à natura, attamen est informis, si non per Spiritus sancti gratiam informatur. Quomodo autem hoc fiat dicendum est, quod in intellectu sunt tres vires animæ scilicet *vis irascibilis, concupiscibilis, & rationalis.* Hæ tres vires per Spiritum sanctum illustrantur, fortificantur, & sanctificantur, vt sua officia efficaciter exequantur, Verbi gratia: Intellectus à sua natura res simpliciter intelligit, sed illustratus gratia, easdem res non vt res, sed sub ratione boni & mali intuetur. Vnde vis *irascibilis* non solum omni malo, sed omni speciei malæ, & omni malo fortissimè indignatur. Vis autem *concupiscibilis* omne quod sortitur rationem veri boni fortissimè concupiscit, & tanto fortius quantò magis ad rationem summi boni accedere cognoscit. Vis autem *rationalis* duas regulas priores est informans. Irascibilem iubet, vt se ab omni specie mali penitus alienet, & eandem occasionem mali sibi subtrahit, ne se ex præsentia malæ rei, aliqua occasione mala inquinet & immundet. Similiter iubet concupiscibilem vt bonum quod desiderat fortiter concupiscat, & pijs studijs bonorum operum mereatur.

Obiectio. Solutio.

Virium animæ officia.

SEPTIMVM donum est *Sapientia*, & iuuat intellectum, Quia dicit Gregor: quod si intellectus magno acumine vigilet, & moderare se nesciat per magnam maturitatẽ, tunc ab intellectu ad sapientiam ascendatur, vt hoc quod intellectus acutè inuenit, sapientia maturè disponat. & ergo Spiritus sanctus vitam nostram perficiens, dat nobis donum Sapientiæ, quod omnia dona priora antecedit; Et ideo quo ad præsens de ipso sunt quatuor attendenda.

Z

Sapientia, donum septimum.

PRIMO quis sit modus sapientiam acquirendi, Vbi NOTA quod ipsa non acquiritur sine amore, de hoc August: de moribus Ecclesiæ & Manichæorum lib. 1. c. 19. Sapientia si non totis viribus concupiscitur inueniri non potest, amore quæritur, amore releuatur, amore in ea permanet. Et Sap. 8. *Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea.* Vnde metricè dicitur.

Sapientia acquiritur amore.

Disce libens & eris sapiens, & honore frueris.
Quod si quæsieris, disce libens, & eris.

SECVNDO non acquiritur sine labore, Vnde Hugo in dydasc. part. 2. dicit, quod apud veteres lecticam philosophorum quatuor personæ portabant, duæ in specie iuuenum præcedentes, & duæ in specie puellarum sequentes: Iuuenes dicebantur amor & labor, puellæ cura & vigilia. In amore est, vt agas, in labore vt proficias, in cura vt prouideas, in vigilia vt attendas, Vnde narrat Valerius in Policra. lib. 4. quod gentilos veteres sapientiam, quasi omnium Deorum principem coluerunt, & eius imaginem præ foribus omnium templorum depinxerunt, & iuxta imaginem eius ista verba scripserunt. Vsus me genuit, memoria me tenuit, Sophiam me vocant Græci, nos sapientiam, ego odio stultos homines, & ignauia opera & friuolas sententias. Et hoc est quod Prou. 2. dicitur. *Si sapientiã inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, & si quæsieris eam tanquam pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam. Tunc intelliges timorem Domini & scientiam Dei inuenies, quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia.*

Labor.

TER-

Humilitate

TERTIO non acquiritur ſine humilitate. De iſto loquitur B. Auguſtinus lib. 3. de naturæ & origine animæ ad Vincen: in principio. Quantum, inquit, apparet ex donis ingenij Sapientia, quam iam largitus eſt Deus, perfectè ſapiens eris, ſi te eſſe non credideris, ſcilicet aliquid magni, ſed te humiliaueris. Ideo dicit Hugo in dydaſc. Cum quidam antiquus de modo diſcendi interrogaretur, reſpondit. Sit mens humilis, ſtudium quærendi, vita quieta, ſcrutinium tacitum, paupertas terra remota, hæc referare ſolent cuiquam obſcura legendo, propter quod dicit Salomon Prouerb. 11. *Vbi eſt humilitas, ibi eſt ſapientia.*

Stabilitate.

QVARTO non acquiritur ſine ſtabilitate: requiritur enim ſtabilitas perſeuerantiæ in addiſcendo. Vnde antiquos Philoſophos legimus ſtuduiſſe vſque ad mortem. Nam refert Hieron. 23. epiſtola, quod Parmenides Philoſophus inter cætera ſuæ continuationis tempora, quindecim annis in rupe Ægyptiaca legitur conſediſſe: deinde Demoſthenes Philoſophus, expletis centum & ſeptem annis, cum ſe mori cerneret, fertur dixiſſe, multum ſe dolere, quod tunc egredi deberet de vita, cum ſapere cepiſſet. Anaxagoras Philoſophus, vt legitur in geſtis philoſophorum, Athenis claruit, vbi triginta annis Philoſophiæ inſudauit. Hic, vt ait Valerius, cum adeo diues eſſet, derelictis poſſeſſionibus, ſtudendi gratia diutinam peregrinationem aſſumpſit. Democritus etiam Philoſophus, cuius Pater adeo ditiſſimus fuit, quod exercitui regis Xerxis epulum de facili dare poſſet, parua ſumma retenta, patrimonium ſuis ciuibus relinquens, Athenas profectus eſt, ibi oculos ſibi eruit, vt vegetiores haberet cogitationes. Tertullianus tamen dicit, ſibi ideo oculos eruiſſe, quia mulieres ſine concupiſcentia non potuit inſpicere. Et ſic de perſeuerantia, circa ſapientiæ ſtudium multorum Philoſophorum, eſt dicendum.

Signum ſapientiã cognoſcendi eſt patientia.

SECVNDO quid ſit ſignum ſapientiam cognoſcendi. Vnde NOTA apud Stoicos ſignum ſapientiam cognoſcendi fuit *Patientia*, ſicut dicit Senec. quod in ſapientem non cadit iniuria, & probat per exempla hoc ſic. Eſto, quod aliquis rem, quam de villa mea ſurripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecit, ego nihil perdidi. Si quis cum vxore concumbat, tanquam cum aliena, adulter eſt, quamuis illa adultera non ſit. Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam immixtam cibo perdidit, ſceleri ſe obligauit, etſi non nocuit. Eodem modo licet aliquis inferat iniuriam ſapienti, ſapiens eam non recipit, multa enim habet quæ iniuriam ſubmouere poſſunt. Ponit enim exemplum Boët. lib. 2. de conſolat. proſa. 7. de quodam, qui ſibi nomen Philoſophi falsò aſſumpſerat: ad iſtum quidam acceſſit, & dixit, ſe velle experiri an eſſet Philoſophus. Si illatas iniurias leuiter patienterque ſuſtineret. Ille autem patientiam pauliſper aſſumpſit, acceptaque contumelia velut inſultans, id eſt, crudelis exiſtens. Ideò tandem, inquit, Intelligisne me eſſe Philoſophum? Cui ille nimium mordaciter: intellexeram inquit, ſi tacuiſſes. Et inde venit hoc vulgare prouerbium, Si tacuiſſes Philoſophus fuiſſes. Ideo dicit Sapiens Eccleſ. 20. *Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem & impudens non ſeruabit tempus.*

Tres actus ſapientis.

TERTIO videndum, quid eſt opus ſapientiam exercendi. Vnde NOTANDVM, tres ſunt actus ſapientis, informare mores, reprobare errores, & ordinare inferiores. Et ideò dicit Ariſtot. 1. Elencho. Eſt autem ad vnum ſic dicere opus, ſcienter non mentiri, de quibus nouit mentientem manifeſtare poſſe. *Primum* pertinet ad informationem. *Secundum* ad reprobationem. Dicit enim Philoſophus 1. Metha. quod

inter

Digitized by Google

inter ea, quæ homines de ſapiente concipiunt, communiter vnum eſt, quod ad eum pertinet ordinare: & ideò olim in ſeculo ſoli ſapientes gubernauerunt, ſicut dicit Seneca in Epiſtola; quia & Valerius in ſuo Policrato libro 4. Romanos, inquit, duces aut principes, dum eorum Reſpublica viguit, non memini extitiſſe illiteratos, & neſcio quomodo accidit, ex quo in principibus languet virtus literarum, armatæ militiæ infirmata eſt manus. Vnde quidam Rex Romanorum ſcribens epiſtolam cuidam Regi Francorum, quatenus in literis erudiret filium, verſum iſtum inſeruit. *Rex*, inquit, *illiteratus, eſt aſinus coronatus*. Hinc eſt, quod Carolus tranſtulit ſtudium de Roma Pariſios: de quo dicitur, quod omnes artes liberales habuit in palatio ſuo miro modo depictas. De Dauid legitur, quod habuit Sapientiam ſicut Angelus Dei, nulla enim multitudo ſiue communitas ſine ſapientibus poteſt regi, quia Sap. 6. dicitur. *Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum*. Super quo dicit Gloſſa, quod ad bonum regimen requiritur ſapientiæ etiam multitudo, quia ſi deſit ſapientia, tunc ſicut de Roboam contingit, 3. Reg. 12. Reſpondit enim populo dura, derelicto conſilio ſeniorum, quod ei dederant, & locutus eſt eis ſecundum conſilium iuuenum, dicens, *Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego autem addam iugo veſtro; Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.*

Carolus Frãcorum Rex Pariſijs academiam inſtituit.

Multitudo autem neceſſaria eſt, quia in nullo vnquam poſt Chriſtum poſuit Deus perfectionem ſapientiæ, ideò nullus princeps vnius conſilio contentari debet. Nam legitur 1. Machab. 8. de Machabæis, *quod Iudæi Machabæi fecerant ſibi curiam, & quotidie conſulebant trecentos viginti conſilium, agentes ſemper de multitudine, vt qua digna eſſent, agerent*, quia dicitur Prou. 8. *Ego ſapientia habito in conſilijs, & eruditis interſum cogitationibus.* Et Prouer. 11. *Vbi non eſt gubernator, corruet populus*, Gloſſa: Sicut nauis carens gubernatore periclitatur. *Salus autem vbi multa conſilia.*

QVARTO videndum eſt, quis ſit fructus ſapientiam poſſidendi. De hoc ſatis dicitur Eccleſ. 6. *Quid habebit amplius ſapiens à ſtulto, & quid pauper, niſi vt pergat illuc, vbi eſt vita?* Et Sap. 6. *Concupiſcentia itaq; ſapientiæ, deducet ad regnum perpetuum*, ad quod nos Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, &c.

DE EODEM.

Sermo ſecundus.

Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Rom. 11.

A Leopardi natura.

DIcit Ariſtot. 8. Animalium, & idem allegat Auicenna. Quod eſt quoddam animal, quod eſt dictum Fertuleo, aliàs nuncupatum Leopardus, quod eſt huius naturæ, quod ſi aliquid ſentit ſibi gratum, adeò ardenter concupiſcit, quod præ nimio amore illius excellentiſſimè ſaltat, donec illud habeat aut acquirat: Venatores autem ſcientes eius naturam, hoc quod ipſum diligere ſciunt, ad aliquam arborem ſuſpendunt. Sed adeo altè, quod capere non poſſit; Cum igitur ſaltat illud apprehendere, deficit, ſicque venatoribus præda fit.

MORALITER per Leopardum intellige quemlibet curioſum. Sed per illud gratum, quod diligit, dic quod ſancta Trinitas intelligi poſſit, quæ eſt omnibus Chriſtia-

nis gratissima, & super omnia quæ in cœlis & in terris sunt, summoperè diligenda, quia dicit Aug. lib. solil. cap. 1. Quisquis enim cognoscit te, diligit te, obliuiscitur se, amat te plus quàm se: relinquit se & venit ad te, vt gaudeat de te. Hinc est Domine, quod non tantum diligo, quantum debeo, quia non plenè te cognosco.

Deus per sex gradus cognoscitur,

Vt autem diligamus vnum solum verum Deum, docet Augustin. lib. 8. de Trinit. cap. 16. per sex gradus cognoscere Deum, Quia quantò diligibile cognoscitur, tantò magis diligitur. *Primus* ergo gradus est, quando quis aliquid ex *diuina reuelatione* de Deo cognoscit quod modum propriæ intelligentiæ excedit, sicut aliquibus Philosophis datum est aliqua de Deo cognoscere, quæ sunt vltra capacitatem naturalis intelligentiæ, vt de Idæis. Et similiter dicitur hoc reuelatum Platoni de Deo. *In principio erat verbum*, vsque ad illum passum, *& Verbum caro factum est*, sicut in libris suis inuenitur veris, licet aliqualiter variatis, vt dicit August. 7. confess. cap. 9. & lib. 10. de ciuit. Dei, dicit de quodam Platonico, qui dicebat verba illa aureis literis conscribenda, & in omnibus Ecclesijs in locis eminentissimis proponenda. *Secundus* gradus est *cognitio fidei*, quæ superat naturalem intelligentiam vel industriam. *Tertius* gradus cognitionis Dei est *reuelatio sensualis*, sicut filijs Israël *in exitu de Ægypto Deus visibiliter apparuit in columna ignis*. Exod. 13. *Quartus* gradus est, *reuelatio intellectualis per species tamen sensibiles*, qualis data fuit Ioanni in Apocalypsi, Ezechieli, & cæteris. *Quintus* gradus est *reuelatio intellectualis, per species intelligibiles*, & hoc fit per occultam inspirationem, & non datur, nisi intellectualiter viuentibus, hic ergo gradus competit Angelis per naturam. *Sextus* gradus diuinæ cognitionis est *superintellectualis*, quia eum plus causat amor supernaturaliter infusus, quàm intelligentia. De hoc Hugo super Angelica Hierarchia c. 7. dicit.

Intelligis quanta sit virtus veri amoris, in quantum supereminet dilectio scientiæ vel intelligentiæ? Plus enim diligit quàm intelligit, & intrat dilectio, vbi scientia foris stat. Cui alludit illud Bernardi: vbi intellectus caligat, dilectio impetrat; vbi ille repellitur, ista admittitur. Hæc ille. Per hos enim gradus cognoscere possumus Deum, & eo cognito diligere. Sed sunt nonnulli curiosi, qui ad instar Leopardi saliunt altius, & occulta Trinitatis scrutari cupiunt, qui in scrutinio deficiunt & procurantibus venatoribus inferni in errorem cadunt. Quia dicit August. lib. 1. de Trin. cap. 7. versus finem, vbi quæritur vnitas Trinitatis, Patris videlicet, & Filij, & Spiritus sancti, nec periculosius alicubi, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Ideo dicit Magister lib. 1. dist. 2. c. 1. De hac ergo re summa & excellentissima cum *moderamine* & *timore* agendum est, & attentissimis auribus atq; deuotis audiendum. Et dicit NOTANTER cum *moderamine* contra curiosos, & *timore* contra temerarios, quia nunc sancta Trinitas non est curiosè inquirenda, nec temerariè scrutanda, sed cum deuotione diligenda & piè credenda, videlicet Trinitas personarum & vnitas essentiæ. Et hoc docet Apostolus in verbis prælibatis. *Ex ipso* scilicet Patre, *& per ipsum* scilicet Filium, *& in ipso* scilicet Spiritu sancto *sunt omnia*. Ecce Trinitas personarum. Sed cum subdit. *Ipsi honor in secula* tangit essentiæ vnitatem, in quibus verbis principaliter tria tangit. *Primo*, Patris potentiam, ibi. *Ex ipso*. *Secundo*, Filij sapientiam, ibi. *Per ipsum*. *Tertio*, Spiritus sancti clementiam, ibi. *Et in ipso*.

Curiosi quidam Leopardi naturã imitantur.

Trinitas nõ temerariè scrutanda.

B

Circa hanc materiam de sancta Trinitate est NOTANDVM dicit Hugo in postillis super illud Pauli, *Videmus nunc autem per speculum*. Necesse est, inquit, vt in hac

1. Cor. 13.

vita

Digitized by Google

vita mortali & corruptibili ſolum credamus ſummæ incognitæ Trinitatis vnitatem. In futura autem patria pro æterna retributione accipimus, vt vnitatem Dei facietenus videamus Idcirco ad confirmandam noſtram certitudinem, dicit Magiſter lib. 1. diſt. 2. cap. 4. Proponamus in medium veteris & noui Teſtamenti auctoritates, quibus diuinæ vnitatis atq; Trinitatis veritas demonſtretur. Ac primum legis ipſa exordia occurrant, vbi Moyſes ait, Deut. 6. *Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt.* Et Deut. 5. & Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: non erunt tibi Dij alieni præter me.* Ecce, inquit Magiſter, hic ſanctificauit vnitatem diuinæ naturæ. Deus enim & Dominus, vt ait Ambroſius in 1. lib. de Trinitate, nomen eſt naturæ, nomen eſt poteſtatis. Et alibi loquens Deus per Moyſen ait, Exod. 3. *Ego ſum, qui ſum: & ſi quæſierint nomen meum, vade & dic eis: qui eſt, miſit me ad vos.* Dicit enim, *Ego ſum*, non nos ſumus, *& qui eſt*; non qui ſumus, apertiſſimè declarauit vnum ſolum eſſe Deum. In Cantico etiam Exod. 15. dicitur. *Dominus omnipotens nomen eius*, non ait, Domini, vnitatem volens ſignificare. *Et ſubdit Magiſter.* Pluralitatemq; perſonarum, & naturæ vnitatem ſimul oſtendit, dicens, Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Dicens enim, *Faciamus & noſtram*, pluralitatem perſonarum oſtendit; dicens verò *imaginem*, vnitatem innuit eſſentiæ. Vt enim dicit Auguſtinus in libro de fide ad Petr. cap. 2. Si in illa natura Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vna eſſet tantum perſona, non diceretur, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cum enim dicit *imaginem*, oſtendit vnam naturam eſſe, ad cuius imaginem homo fieret. Cum verò dicit *noſtram*, oſtendit eundem Deum non vnam, ſed plures perſonas eſſe. Idem probat dictum Pſalm. 66. cum dicat. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.* Vbi dicit gloſſ. Trina confeſſio Dei, Trinitatem exprimit perſonarum; Vnitatem verò eſſentiæ aperit, cum ſingulariter ſubiungit. Idem probatur per Iſaiam cap. 6. qui ait ſe audiuiſſe Seraphin clamantia. *Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth.*

Trinitas per ſonarum & vnitas eſſentiæ oſtenditur ex veteri & nouo teſtamento.

Per hoc quod dicit ter *ſanctus*, Trinitatem ſignificat. Per hoc quod dicit *Dominus Deus*, vnitatem eſſentiæ. Ad idem probandum auctoritatibus noui Teſtamenti dicit Dominus, Matth. vlt. *Ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Et addit Ambroſius in lib. 1. de Trin. In nomine, ait, non in nominibus, vt eſſentiæ vnitas oſtendatur, per nomina tria, quæ ſupponit tres eſſe perſonas, declarat. Idem oſtendit Ioan. 14. *Paraclitus autem Spiritus quem mittet Pater in nomine meo.* Et Ioan. 15. *Cum venerit Paraclitus quem mittam vobis à Patre*, vbi notatur Trinitas perſonarum. Idem probatur Ioan. 5. *Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus*: ecce Trinitas perſonarum, *& hi tres vnum ſunt*: ecce vnitas eſſentiæ. Et in verbis Thematis manifeſtè probat Apoſtolus idem, cum dicit. *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria.* Ex ipſo ait, vt Auguſtinus lib. 1. de Trin. cap. 15. dicit propter Patrem. Per ipſum dicit, propter Filium. In ipſo propter Spiritum ſanctum. Per hoc vero quod non ait, ex ipſis, & per ipſos, nec ait ipſis gloria; ſed ipſi, inſinuat hanc Trinitatem verum Deum eſſe.

C

Et eſt NOTANDVM, quod Auguſt. dicit, quod omnes creaturæ ſunt veſtigium ſanctæ Trinitatis. Rectè n. ſicut in veſtigio cognoſcitur, cuiusmodi animal, aut creatura, ibi tranſiuit: Sic cognoſcitur in omnibus rebus veſtigium Trinitatis. *Primo*, in

Lib. 15. de Trinitate. Trinitatis

vestigium cognoscitur. In arbore. Igne.

arbore, in eodem enim ligno arboris est radix, quasi parens, stipes quasi filius, ramus quasi Spiritus sanctus. *Secundo*, probatur in igne, in quo sunt simul splendor, calor, & ardor, ita quod vbi & quando est ignis, statim ibi sint hæc tria, & hæc non confuse vnum, nec distinctè tria, sed tria vnum sunt simul, & inseparabiliter separantur. Tamen aliud attribuitur splendori, videlicet, quod oculum illuminat: Aliud calori, scilicet, quod manus calefacit: Aliud ardori, scilicet, quod cremat candelam, non tamen sunt ibi tres ignes, sed vnus ignis tantum. Et ex quo ignis incipit esse, continuè gignit splendorem, nec ignis ante splendorem, nec splendor post ignem. *Tertio*, ostenditur hoc exemplo trium ordinum electorum. Sicut enim Pater à nullo est, ipseq; vnigenitus filius à Patre solo genitus & Spiritus sanctus ab vtroque procedens. Sic ordo *coniugalis* à nullo est. Ordo autem *clericalis* ab ordine coniugali solo genitus. Ordo verò *religiosorum* procedens ab vtroque. Et sicut Pater, & Filius, & Spiritus sanctus tres sunt personæ distinctæ suis proprietatibus, tamen propter hoc non sunt tres Dij, sed vnus Deus. Sic prædicti tres ordines distincti sunt suis proprietatibus, & propter hoc non sunt tria corpora mystica, sed vnum solum corpus mysticum Domini nostri Iesu Christi. *Quarto*, idem probatur in capite, dicit enim Aristot quod tres sunt cellulæ capitis. *Prima* est in occipite, quæ est memoriæ. Et ideo malum est percutere pueros in occipite, quia videntur memoriam amittere. *Secunda* in medio capitis, quæ est intelligentiæ. *Tertia* est in sincipite, quæ est voluntatis, per hoc ostendit Deus vestigium Trinitatis in vna essentia. Sicut enim caput est vnum cum tribus potentijs: ita Deus vnus est in tribus personis. Per memoriam intelligitur Pater, per intellectum Filius, & sicut memoria est mater intelligentiæ, sic Pater cœlestis genuit ex se filium, velut memoria intellectum. Spiritus sanctus autem intelligitur per voluntatem, quia voluntas procedit à memoria & intellectu. Sic Spiritus sanctus à Patre & Filio, vt dicit Athanasius in Symbolo.

Ordine electorum.

Capite.

Et sicut illa tria inter se differunt, quia aliud est memoria, aliud in memoria, aliudque voluntas. Sic alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti, & tamen sunt in vno capite, sic personæ in vna Deitate.

D Sancta Trinitas declaratur miraculis.

Item NOTANDVM, quod Trinitas personarum & vnitas essentiæ in miraculis declarantur. *Primum* legitur in scholast. historia, & idem testatur Eusebius in Chronica, quod circa Natiuitatem Christi Soles tres apparuerunt in Oriente, quæ paulatim ad se appropinquãtes in vnum Solem sunt introducti per quod significabatur, quod cognitio Trinitatis personarum, & vnius Dei toti orbi imminebat. *I.*

Secundum miraculum narrat Eutropius. Cum quidam Sacerdos Arrianus quendam baptizaret, & formam Trinitatis immutaret, dicens. Baptizo te in nomine Patris per Filium & Spiritum sanctum. Patri æqualem non esse, subitò aqua disparuit, & baptizandus ad Ecclesiam Catholicam confugit. *II.*

Tertium miraculum scribit Sigiberrus in Chronica. Cum in Gallia Arriana hæresis pullularet, quæ Filium & Spiritum sanctum minores Patre affirmans, vnitas essentiæ & Trinitas personarum, euidenti miraculo est monstrata. Nam circa annum Domini Quingentesimum Quinquagesimum in vrbe Natascensi, dum Episcopus eiusdem vrbis. Missam celebraret, vidit tres guttas clarissimas æqualis magnitudinis, de cœlo super altare emissas, quæ ibi paulatim appropinquantes, vnam gemmam pulcherrimam effecerunt, quam cum in melio cuiusdam crucis aureæ posuit, aliæ gemmæ, quæ ibi erant, tantam eius excellentiam non *III.*

feren-

Digitized by Google

ferentes, ſubitò ceciderunt. Hæc gemma immundis hominibus videbatur terribilis & obſcura, mundis autem & pijs, amabilis & clara. Infirmis multis dabat ſanitatem, & adorantibus ipſam crucem, augebat virtutem.

Circa hoc conſequenter occurrunt aliquæ quæſtiones. PRIMO, qualiter Patri attribuitur potentia, Filio ſapientia, & Spiritui ſancto clementia, cum tamen omnes tres perſonæ habeant eandem potentiam, ſapientiam & clementiam? Reſpondet Auguſtin. in lib. de Trinitate: In creaturis ſolet notari defectus potentiæ, ſcilicet in Patre, propter antiquitatem; in Filio ſolet notari ignorantia, propter iuuentutem & inexperientiam; & Spiritus ſanctus videtur ſonare inuehementiam. Iſa. 2. *Quieſcite ab homine, cuius Spiritus in naribus eius.* Ne ergo putetur ſimiliter eſſe in diuinis ſicut in creaturis, tunc Patri non ſolum attribuitur potentia, ſed etiam omnipotentia, ne videatur ſenior, & propter hoc dicitur in Symbolo Apoſtolorum. *Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Et Filio non ſolum attribuitur Sapientia, ſed etiam omnis ſapientia & ſcientia, ne videatur minus ſciens ac minus expertus. Et Spiritui ſancto attribuitur clementia ne putetur crudelis & vehemens, quia dicitur de ipſo. Sap. 12. *O quam ſuauis eſt Domine Spiritus tuus in nobis.* Et in Pſal. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* E Quæſtio. Reſponſio.

Eſt tamen NOTANDVM, licet Deus Pater ſit omnipotens, duo tamen ſunt in ipſo, & duo in nobis, quæ ipſum vincere videtur. PRIMVM ex parte ipſius eſt ſua *pietas viſceroſa* quæ miſeretur peccatoris, & quaſi dolet de damnatione ipſius. De *primo* habetur Hierem. 31. & Thren. 2. *Conturbata ſunt omnia viſcera mea ſuper eum*, ſcilicet peccatorem: *miſerans miſerebor eius.* De *ſecundo* Iſa. 1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis.* Ideò dicit Auguſt. Tardius, inquit, videtur à Deo peccator veniam accipere, quàm velit dare; libentius dat veniam Deus, quàm petit eam reus. Sic enim feſtinauit abſoluere reum à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi plus eum cruciauit compaſſo miſereri, quàm ipſum miſerum miſeria ſua. SECVNDVM ex parte Dei ſua *charitas affectuoſa*, quæ ipſum vicit, vt filium ſuum vnigenitum ad terram mitteret, Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ideò dixit Auguſtin. O charitas, quàm magnas vires habes, Deum de cœlo ad terram poſuiſti, & ipſum in crucem aſcendere feciſti. Notanda ex parte Dei. Pietas viſceroſa. Charitas affectuoſa.

PRIMVM autem ex parte noſtri eſt *oratio lacrymoſa*, vt cum Iſaia propheta Ezechiæ regi mortem nunciaſſet. Iſa. 38. *Diſpone domui tuæ, morieris enim tu & non vines. Ezechias conuertit faciem ſuam ad parietem orans cum fletu, dixit: Memento quomodo ambulauerim coram te in veritate in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te feci? & fletu magno.* Et iſta quidem oratio lacrymoſa vicit Deum, vt ſuæ mortis effectum minimè ſortiretur, ſed dixit ſibi per Prophetam. *Audiui orationem tuam & vidi lacrymas tuas. Ecce adijciam ad dies tuos, quindecim annos, & de manu regis Aſſyriorum eruam te.* Quia dicit Bernard. O humilis lacryma, tuum eſt regnum, tua eſt potentia, ante conſpectũ iudicis intrare non vereris, ſola ſi intraueris, nunquam ſola redibis, quicquid petieris obtinebis, vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. NOTA. Ex parte noſtri vincit Deum, Oratio lacrymoſa.

SECVNDVM eſt ex parte noſtri *humilitas gratioſa*, quæ etiam vincit Deum, ſicut patuit 3. Reg. 21. de Achab. cui Dominus dixit per Heliam: *Et inducam ſuper te malum, & interficiam de domo Ach. b mingentem ad parietem. Cum audiſſet Achab ſermones, iſtos ſcidit veſtimenta ſua*, Gloſſa, in ſignum pœnitentiæ & humiliationis, *& coo-* Humilitas gratioſa.

Digitized by Google

peruit cilicio carnem ſuam, ieiunauit & dormiuit in ſacco. Et ſermo Domini ad Heliam: Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius. Quia dicit Bernardus: O felix humilitas, quæ Dei ad ſe trahit clementiam, & ligat eius omnipotentiam.

F Chriſtus permittit ſe decipi in tribus

De Filio hic NOTANDVM. Licet ſit ſapientiſſimus, tamen ſcienter permittit ſe decipi in tribus. *Primo*, in *venditione*, quia vendendo regnum cœlorum, permittit ſe à nobis decipi, infra dimidium iuſti precij. Vendiderat enim Apoſtolis pro retibus & parua nauicula, quæ reliquerunt. Matth. 4. Propter, quod confidenter dixit Petrus; Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* quaſi dicat, quid dabis nobis præmij? Reſpondit Chriſtus. *Amen, dico vobis, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.* Ecce dat eis vitam æternam pro parua nauicula. Zachæo dedit regnum pro dimidia ſubſtantia ſua, cum dixit Luc. 19. *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus.* Et Dominus. *Hodie ſalus domui huic facta eſt, eo quod ipſe ſit filius Abrahæ.* Viduæ dedit regnum pro *duobus minutis*, Luc. 21. Quibuſdam pro calice aquæ frigidæ. Matth. 10 dixit Chriſtus. *Quicunq; dederit potum vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine diſcipuli. Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* Quibuſdam dat regnum cœlorum, pro ſola voluntate bona, quia dicit Hiero. Quæ offerimus, non ſui pondere ſed offerentium penſantur voluntate. Ideircò dicit Auguſt. Regnum cœlorum tantum valet, quantum habes. *Secundo* permittit ſe decipi in venditione, quia vilem noſtram carnem pretio magno emit, de quo 1. Cor. 6. *Empti enim eſtis precio magno glorificate & portate Deum in corpore veſtro.* Et 1. Petr. 1. *Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis, ſed pretioſo ſanguine agni immaculati.* *Tertio*, permittit ſe decipi in commutatione, quia res noſtras à nobis datas centuplum reſtituet. Matt. 19. *Centuplum accipietis.*

I. In venditione regni cœlorum.

II. In emptione noſtræ carnis vilitate.

III. In commutatione.

G Clementia diuerſa in cœlo purgatorio, & in inferno. In mundo clementia cõſeruans, expectans, trahens, ſuſcipiens.

De Clementia & bonitate Spiritus ſancti dicitur, quod eſt tanta, quod nullus ab ea ſe poſſit abſcondere. Iuxta illud Pſal. 18. *Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius.* Nam in cœlo eſt clementia *lætificans*. In purgatorio eſt clementia eius *liberans*. Eccle. 50. *Confitebor tibi Domine rex, &c. quia liberaſti me à flamma ignis, quæ circumdedit me.* In inferno eſt ipſius clementia *mitigans*, quia ibi pugnat citra condignum, quia dicit Pſal. 76. *Aut obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira miſericordias ſuas*, quaſi diceret, non. In mundo modo eſt miſericordia & clementia *conſeruans*, quantum ad iuſtos. De quibus Ioan. 17. *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos.* Modo eſt miſericordia *expectans* quantum ad malos. De qua dicit ad Rom. 2. *An ignoras quoniam benignitas Dei ſcilicet tolerans & expectans ad pœnitentiam te adducit?* Modo eſt clementia *trahens*, quantum ad duros, quia per beneficia & flagella trahuntur. De qua Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus, qui miſit me, traxerit eum.* Modo miſericordia *ſuſcipiens*, quantum ad reuertentes. De qua Pſal. 6. *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum.* Ideò poſſumus dicere cum Pſal. 32. *Miſericordia Domini plena eſt terra.*

Quare feſtũ Trinitatis inſtitutum.

SECVNDA quæſtio eſt. Quare feſtum Trinitatis eſt inſtitutum, cum tamen feſtum Patris in die Natiuitatis, & feſtum Filij in die Reſurrectionis, & feſtum Spiritus ſancti in die Pentecoſtes, ſit ſolenniter celebratum? Ad hoc reſpondent Doctores, ponentes cauſas. PRIMO, vt omnes fideles agnoſcant Trinitatem perſonarum, & eſſentiæ vnitatem; quaſi dicat Eccleſia in hodierna feſtiuitate. Ecce filij mei, iſtæ tres

Prima cauſa.

per-

Digitized by Google

personæ, scilicet Patris & Filij & Spiritus sancti, non sunt tres Dij, sed vnus verus Deus. SECVNDA causa institutionis est, vt homo mortalis contempletur, quantum beneficium recepit, quod ad imaginem creatus est sanctissimæ Trinitatis. Ideò dicit Bernard. in sermone quadragesimali. Cogita qualem te fecit Deus, nempe secundum corpus egregiam creaturam, sed secundum animam magis, vt puta secundum imaginem creatoris. Secunda causa.

Sed si diceres. Quomodo homo ad imaginem Dei creatus est? Respondent Doctores, quo ad tria. PRIMO, quo ad immortalitatem, quia sicut Deus est immortalis, sic & anima, vt probatum est superius sermon. 15. Idem probat Aristot. 2. Topico: Anima hominis est immortalis. Ideò dicit Augustin. Anima est substantia creata, inuisibilis, incorporea, immortalis, Deo simillima, nullam imaginem habens nisi Creatoris sui. Et non solum secundum animam homo est immortalis, imò secundū corpus creatum fuit, vt esset immortalis, vt testatur Gregor. 3. moral. Ad hoc, inquit, in Paradiso homo positus erat, vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cœlestem patriam & societatem angelorum, quandoque sine morte carnis transiret. Sic namque immortalis conditus fuit, vt si non peccasset, mori etiam non potuisset. SECVNDO, quantum ad dominationem, quia sicut Deus est Dominus omnium. Sic & homo omnium creaturarum, sicut patuit superius 3. quæst. Si enim homo in statu innocentiæ perstitisset, omnes creaturæ ei subiectæ fuissent, sicut volucres cœli & pisces maris, & omnia in terris, propter quod dixit, Psal. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Sed quia homo suo creatori fuit inobediens, ideò obedientiam creaturarum pro magna parte amisit. H Homo ad imaginem Dei creatus. I. Quo ad immortalitatē. II. Quantū ad dominationem.

Est tamen NOTANDVM, quod omnia, quæ in cœlo & in terra sunt, propter hominem existunt. Nam Angeli seruiunt hominibus, similiter cœli luminaria. Nam sol describit nobis diem, luna illuminat nobis noctem, ignis temperat frigiditatem, aër dat nobis spiramen, aqua mundat fœtorem, terra profert nobis fructum, scilicet frumentum & vinum, aqua pisces, ouis lanam, de qua tegimus corpus nostrum. Et ex quo homo est Dominus omnium creaturarum, idcircò tenetur Deum laudare præ omnibus creaturis. TERTIO, homo creatus est ad imaginem Trinitatis, quo ad tres potentias animæ, scilicet secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem. Vt *memoria* sit Camera Patris secundum potentiam; *Intelligentia* sit Camera Filij, in qua habitet per fidei cognitionem; *Voluntas* sit Camera Spiritus sancti, in qua habitet per amorem, vt homo in vera charitate voluntatem suam conformet diuinæ voluntati. III. Quoad tres animæ potentias.

TERTIA causa institutionis huius festi est, vt homines incitentur ad gratiarum actiones, ipsique Deo qui talem nobis gloriam reuelauit in fide, scilicet, dando nobis cognitionem sanctæ Trinitatis, & in futuro nobis reuelauit in specie, vnde meritò dicere debemus. *Ipsi honor in secula.* Ideò sancta Ecclesia heri in vesperis incepit, à gloria Trinitatis, cum cantauit, *Gloria tibi Trinitas, &c.* Et iterum, *Laus & perennis gloria.* J. Causa institutionis festi Trinitatis.

TERTIA quæstio. Ad quid valet nobis Christianis confessio sanctæ Trinitatis? Ad hoc dicunt Doctores, quod valet quo ad tria. PRIMO, ad dæmonum expulsionem, quod patuit in quodā fideli seruo apud Constantinopolim, de quo legitur, quod cum quidam Magus ad quendam locum eum duxisset, vbi multitudo Dæmonū residebat, I Confessio Trinitatis valet.

Ad dæmonũ expulsionẽ.

vnus eorum in throno sedens interrogauit eum, si seruus suus vellet esse. At ille signauit se signo sanctæ crucis, omnes Dæmones aufugerunt. Cum ergo ad Ecclesiam Sophiæ iuisset, imago, quæ erat ibi, oculos ad ipsum in Ecclesia, quocunque pergebat, conuertebat, ac si ipso facto diceret Christus, quia confessus me fuisti coram Dæmonibus in terris, ego te confitebor coram Patre meo in cœlis. Sic audeo dicere confidenter, quod confessio sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, protegit quemlibet hominem in hora exitus sui, de omni falsa deceptione & producit vnumquemque illuc vbi fruatur beatifica visione.

Confessio Trinitatis nos defendit in hora mortis.

II.

Valet ad propellendas tribulationes.

SECVNDO, valet ad tribulationum propulsionem. Nam sicut refert Ioann. Damascenus. Cum Constantinopoli Pestilentia grauis esset, & Letaniæ fierent. Quidam puer in cœlum raptus è medio, Canticum sanctæ Trinitatis ab Angelis est edoctus, videlicet, *Sancte Deus, sancte fortis, sancte & immortalis miserere nobis.* Qui rediens coram populo hoc canticum decantauit, & statim omnis pestilentia est fugata. Ideò dico, quod propter Confessionem sanctæ Trinitatis Deus omnipotens propellit à nobis omnem tribulationem, & præcipuè in morte & post mortem, cum imminet grauis tribulatio cuilibet de ratione reddenda, pro omnibus peccatis suis. Ideò in exequijs defunctorum etiam canitur Canticum sanctæ Trinitatis, quod sonat: *Sancte Deus, sancte fortis, sancte & misericors Saluator, amare morti ne tradas nos*, vt propter hoc Canticum auferat Deus à defunctis omnem tribulationem & miseriam, & donet eis æternam lætitiam.

III.

Valet ad cõuersionem malorum.

TERTIO confessio sanctæ Trinitatis valet ad malorum confutationem & conuersionem. Sicut enim refert Benzo in lib. quem scripsit ad Comitissam Marcudam, cum Archiepiscopus Ebrodiensis Simoniacus esset, & omnes testes pecunia corrupisset. Quidam ligatus vir sanctus præcepit ei, istum Versiculam sanctæ Trinitatis *Gloria Patri* diceret, rogans Deum, vt si Simoniacus esset, Spiritum sanctum, cui iniuriam fecerat, nominare non posset. Quod & factum est. Nam quoties versiculum inchoabat, toties Spiritum sanctum nominare non potuit. Et sic iste deprehensus peccatum suum humiliter confessus est, & pœnitentiam egit.

An Deus sit in qualibet creatura.

QVARTO quæritur. Ex quo dictum est, quod in qualibet creatura lucet vestigium Trinitatis, an Deus sit in qualibet creatura? Ad hoc dicunt Doctores, quod sic: & probant hoc dicto Chrysostomi, sic dicentis. Deus est vbique scimus, sed quomodo est, vel sit vbique, intellectu non capimus.

Obiectio.

Sed contra hoc posset aliquis instare. Si Deus est in omnibus creaturis, tunc in qualibet creatura esset adorandus, quia in qualibet esset essentialiter. & sic legitur Exod. 3. *quod Moyses adorabat Dominum in rubo.* Et Genes. 18. *Abraham adorauit Dominum in angelo.*

Solutio.

Ad hoc respondet Holkot lect. 101. quod Deus non est essentialiter adorandus in quolibet suo signo, sed tantum in proprio, vt est aliqua res ad hoc ordinata, vt Deus in ea honoretur, sicut fuit rubus ardens sine combustione, & Angelus.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

Sermo

Sermo primus.

In lætitia egrediemini, & in pace ducemini, montes & colles cantabunt coram vobis laudes. Ita ſcribitur Iſa. 55.

K

AMbroſius in Hexamer. dicit. Apes tantam reuerentiam exhibent Regi ſuo, ſcilicet Apiaſtro, quod nullæ de domibus ſuis exire audeant, nec ad aliquos prodire paſtus, niſi Rex fuerit egreſſus, & volatus ſibi vendicauerit principatum; Et quando procedunt ſingulæ ſe regis obſequio offerunt & ei proximæ eſſe volunt, & rege viſo totus animatur exercitus. Et dicit Ariſt. lib. animal. Quando ſunt circa ipſum conducendo eum, & ſi fuerit viuus, mares erunt in vna parte, & fœminæ in alia. Si verò mortuus mares erunt cum fœminis in domibus.

Apum ſtudium erga ſuum Regē.

MYSTICE per Regem Apum, ſeu Apiaſtrum intelligere debemus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſub ſpecie Panis occultatum, non tamen ibi eſt panis, ſed Deus verus. Sicut de hoc dicit B. Auguſt. in lib. ſent. Proſperi, & ponitur de conſe. diſt. 2. c. Nos autem, in ſpecie panis & vini quam videmus, res inuiſibiles, id eſt, corpus & ſanguinem honoramus, nec ſimiliter pendimus, id eſt, ponderamus & comprehendimus has duas ſpecies, ſicut ante conſecrationem pendimus, cum fideliter fateamur ante conſecrationem panem eſſe & vinum, quod natura formauit, poſt conſecrationem verò carnem Chriſti & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit. Ideo dicit Ambroſ. lib. de Sacramentis, c. 2. Panem iſtum quem ſumimus in myſterio, illum intelligo, qui manu id eſt, poteſtate S. Spiritus formatus eſt in vtero virginis, & igne paſſionis decoctus eſt in ara crucis.

Chriſtus deſignatur per regem Apū.

Sed per apes MORALITER intellige Chriſtianos fideles, quia ſicut Apes naturali inſtinctu regem ſuum egreſſum de alueario circumdant, & obſequuntur, laudibus cantuq; conducunt. Sic Chriſtum ſummum Regem de alueario virginis egreſſum, hodie ſpeciali deuotione circumdant, eiq; ſeruiunt, & eum laudis præconijs circumdant fideles Chriſtiani. Quia dicit Clemens V. de reliq. & vener. ſanct. In Clem. c. Si Dominum.

Apes deſignant Chriſti fideles.

Si Dominum in ſanctis eius laudare iubemur, dignum profectò, iuſtum & ſalutare nobis exiſtit, vt ſibi in ſui, quo nos quotidie ſpiritualiter memoriam reficit, corporis, laudes feſtiuè venerationis & gratias referamus. Hæc ille. Quod autem Chriſtiana religio vel deuotio, dimiſſo hac veneranda die quolibet negotio egreditur domus ſuas, & Eccleſias, vbi Chriſtus Rex noſter in Sacramento ſingulariter honoratur, ingreditur cum lætitia, & ei exhibet laudum ſeruitia ad indulgentias promerēdas, quod præuidit Iſai. propheta, cum prædixit non Iudæis, ſed Chriſtianis. *In lætitia egrediemini*, videlicet in occurſum Chriſto, conducendo eum venerabiliter ad diuerſa loca in ſuo excellentiſſimo Sacramento, *& in pace deducemini*, ſcilicet ab ipſo ne impediamini ab inimicis in ſuo ſeruitio, *montes & colles*, id eſt, ſacerdotes & ſcholares cantabūt coram vobis laudes, videlicet Chriſto, cum incipiunt Sacerdotes. TE DEVM LAVDAMVS, &c. ſicq; alternatim finiendo, in laudem Chriſti Saluatoris coram laico populo Chriſtiano; vt & ipſi pariter in laudem & venerationem viuifici & adorandi Sacramenti excitentur. Propter quod in verbis allegatis duo tanguntur. *Primo*, egreſſio gaudioſa, ibi. *In lætitia egrediemini*. *Secundo*, iubilatio ſonoroſa, ibi. *Montes & colles cantabu...*

Digitized by Google

Egressio multiplex.

Primò igitur tangitur in his verbis egressio gaudiosa, cum dicit Propheta. In lætitia egrediemini.

I. A sede paterna.

VBI NOTANDVM, quod multiplex est egressio. PRIMA à sede paternali, de qua ipsemet dixit Christus, Ioan. 16. *Exiui à Patre, & veni in mundum*, venit inquam, vt humilitatem assumeret, & homines à potestate dæmonum liberaret. Sicut canitur in Symbolo Nicæno. *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis.* Et hæc quidem egressio fuit gaudiosa, Dauid attestante, qui ait Psal. 18. *Exultauit vt gygas ad currendum viam*, secundum glos. dum lætus & non inuitus, tanquã pugil fortissimus, naturam humanam suscepit. Et subdit. *A summo cœlo egressio eius.*

II. A sinu materno.

SECVNDA egressio futura à sinu maternali, de qua canitur. Exiuit per auream portam Virginis lux & decus vniuersi fabricæ mundi. De hac etiam intelligitur illud Mich. 5. *Tu Bethleem Ephrata nequaquam es minima in millibus Iuda; ex te enim egredietur, qui sit dux & dominator in Israël* Quare ergo egressus sit de vtero matris, ostendit Propheta Hiere. 13. dicens. *Quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.* Ista autem egressio fuit flebilis & dolorosa, quia ad instar aliorum puerorum fletum emisit, sicut testatur per Sapientem. *Primam similem vocem plorans emisi*, Sap. 7. Ideo canitur de ipso in hymno.

Vagit infans inter arcta, Positus præsepia.

De hac secunda egressione non potest intelligi verbum thematis prælibatum. In lætitia egrediemini, nisi quantum ad Angelos, qui egressi de thronis suis, gaudiosè canebant hic in terris. *Gloria in excelsis Deo.* Lucæ 2.

III. A communitate sociali.

TERTIA egressio Christi nostri Saluatoris fuit à communitate sociali, scilicet Lazari, Mariæ Magdalenæ, Marthæ & aliorum. Et hæc egressio fuit à Bethania in Hierusalem in die Palmarum quando equitauit in asina, & multa turba cum gaudio exiens de ciuitate ei obuiauit, vt verificetur verbum thematis assumptum. *In lætitia egrediemini, & in pace deducemini.* Hanc quidem lætitiam quidam ostenderunt in vestimentorum prosternatione, quia Matth. 21. & Marci 11. *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij in ramorum incisione, quia alij cedebant ramos de arboribus, & sternebant in via.* Reliqui verò in laudum decantatione, *quia turbæ quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini.*

Zelus & feruor populi Christiani in festo corporis Christi

Rectè quidem hæc solennitas hodierna conductioni Christi iam prædictæ correspondet. Quia sicut illi tunc lætanter de ciuitate exierunt, & Christum in Hierusalem adduxerunt. Sic nunc fidelis populus Christianus, spirituali gaudio animatus, exit de domibus suis, & caterratim ruit in domum Dei, in qua Christus in Sacramento adorando veraciter continetur, & ipsum hodie per plateas honorificè conducit, & in Ecclesiam vsq; perducit, vt in veritate dicatur de eis. *In lætitia egredimini, & in pace deducemini*, Isa. 55. Et hoc facit populus Christianus ex institutione & inductu pij Patris Vrbani Papæ Quarti, qui, vt habetur in Clemen. de reliq. & vene. sancto. Si Dominum: præsentem diem instituit, vt in ea turba fidelium propter hoc ad Ecclesias affectuosè concurrant, & tàm clerici quàm populi gaudentes in Cantica laudum surgant. *Et subdit ad laudandum eos incitando dicens*: Tunc corda omnium & vota, ora & labia hymnos persoluant lætitiæ salutaris, & tunc psallat fides, spes tripudiet exultet charitas, deuotio plaudat, iubilet Chorus, puritas iucundetur, tunc singuli alacri animo

Festum corporis Christi ab Vrbano IV. cum ind. Igentijs institutum.

Digitized by Google

mo pronaq; voluntate conueniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo, tanti feſti ſolennia celebrantes. *Et concludit*, & vtinam ad Chriſti ſeruitium. Sic huiusmodi fideles ardor inflammet, vt per hæc & alia proficientibus ipſis meritorum cumulus apud ipſum, qui ſe dedit pro eis in pretium, tribuitq; ſe ipſis in pabulum, tandem poſt huius vitæ decurſum eis ſe in præmium largiatur. Hæc ille. Et eſt NOTANDVM, quod ſicut illi Chriſtum conducentes, veſtimenta & frondes in via proſtrauerunt, ita & nos qui Chriſtum in venerabili Sacramento hodie cum honore conducimus, veſtimenta ei in via ſternere debemus.

NOTA. Veſtimenta & alia in via ſternere debemus.

Per veſtem namque primo intelligo charitatem, quia ſicut veſtis tegit turpitudinem corporis & pudorem. Sic Charitas operit peccatorum maculas & infectionem. Iuxta illud Prouerb. 10. *Charitas operit delicta vniuerſa.* Et idem aſſumit B. Petrus, 1. Petr. 4. cum dicit. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Et allegatur à Gratiano, 1. quæſt. c. 1. multæ ſunt operationes. Hanc veſtem debet quilibet Chriſtianus hac die induere, & eam Chriſto in viam ſternere. Hanc autem tunc in viam ſternit, cum ei, qui nos prius dilexit, charitatem veram rependit. Vt autem eius charitatem erga nos habitam animaduertamus, dicit idem Vrbanus Papa, vbi ſuprà. O Diuini amoris immenſitas, diuinæ pietatis ſuperabundantia, diuinæ largitatis affluentia. Dedit enim nobis Dominus omnia & ſubiecit ſub pedibus noſtris. Et ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum, &c. Et cum tàm copioſa fuerit erga nos eius munificentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem præcipua liberalitate monſtrare, ſemetipſum pro nobis exhibuit, & tranſcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit ſe in cibum. Hæc ille. Hac igitur charitate inſpecta, quis eſt qui Chriſtum non rediligat, cuius tàm magna beneficia Charitatis erga ſe vidit. Ideo dicat quilibet cum B. Auguſt. lib. Soliloq. cap. 18. Diligam te Domine virtus mea, diligam te ineffabilis exultatio mea, & viuat iam non mihi ſed tibi tota vita mea, quæ perierat in miſeria mea, quæ ſuſcitata eſt à miſericordia tua, qui es Deus miſerator & miſericors, & multæ miſericordiæ in millia his qui diligunt nomen tuum.

M Veſtem charitatis.

SECVNDO per veſtimenta intellige bona exempla, quæ debent principaliter Sacerdotes in via ſternere, vt ex his populus vulgaris aut laicalis poſſit inde modum benefaciendi ſumere, quia eis præcipuè dixit Dominus, Matth. 5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Tunc autem Sacerdotes veſtimenta bonorum exemplorum in via ſternunt, cum in hac feſtiuitate tremendi Sacramenti, per totam octauam diligentes in omnibus horis exiſtunt, vt viſa ipſorum diligentia, populus communis eò attentius concurrat, deuotiorq; exiſtat; Quia quod ab his, videlicet Sacerdotibus, agitur à ſubditis, facilè trahitur in exemplum, vt Extra de voto & voti redemp: Magnæ deuotionis. Ipſi enim ſunt tanquam ſignum poſitum ad ſagittam, vt inferiores vitam eorum reſpiciant, vt de accu: c. qualiter & quando

N Veſtem exemplorum bonorum.

Sacerdotes bono exemplo ſuo ſubditis præire debent.

Et NOTA, quod quamuis hoc præcipuè ſpectat ad Sacerdotes, tamen ſecundario etiam pertinet ad omnes Chriſtianos fideles, vt videlicet ad confundendam perfidiam Iudæorum & negligentiam, oſtendatur hodie, & per totam Octauam, ipſorum fides & diligentia, & celebrior habeatur huius Sacramenti memoria, de quo in Clemen: Si diuinum dicitur. Licet enim hoc memoriale Sacramentum in quotidianis

Missarum solennijs frequentetur, conueniens quoque arbitramur & dignum, vt de ipso saltem semel in anno, ad confundendum specialiter haereticorum perfidiam & insaniam, memoria solennior & celebrior habeatur.

O Ramos sanctę doctrinę.

Secundo, ramos palmarum prosternere debemus. MORALITER. Per ramos quandoque intelliguntur sanctæ doctrinæ vel scientiæ, quæ debent cedi de arboribus, id est, sumi de sanctis Patribus, & debent sterni in via, in sanctis prædicationibus, principaliter de laude huius sanctissimi Sacramenti. Scindat ergo prædicator ramos doctrinæ de arboribus Patrum, videlicet antiquorum, & præcipuè deuotissimi Patris Vrbani Quarti, sumat ramusculos doctrinæ & laudis huius Sacramenti venerabilis, & sternat in via sacræ prædicationis & instructionis, dicens. Vt habetur in Clemen: vbi suprà: Hic est cibus, qui verè nutrit, verè reficit, summeque impinguat non corpus sed cor, non carnem sed animam, non ventrem sed mentem. Et iterum sumat alium ramusculum laudis, & dicat. O excellentissimum Sacramentum, O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconijs exaltandum, cunctis honorandum studijs, deuotis prosequendum obsequijs, & sinceris mentibus retinendum. O memoriale nobilissimum intimis commendandum præcordijs, firmiter animis alligandum, & diligenter in corde vero reseruandum, & meditatione ac celebratione sedula recẽsendum. Hos ramusculos laudis strauit in via Christi, deuotus Papa Vrbanus, quos & hodie debet quilibet prædicator ad laudem huius venerabilissimi Sacramenti assumere, & in viam prædicando prosternere.

Laudes & præconia sanctissimi sacramenti.

Circa annũ Domini 1264.

Insuper franget ramusculum laudis à sanctissimo Hieronymo, qui velut arbor lata & alta, nobilissimos produxit ramos laudis de virtute huius Sacramenti, & prostrauit in via, cum dixit, vt scribit Eusebius Damaso Portuensi Episcopo, Tu, inquit, Panis Angelorum tua visione Angelos reficis & glorificas, tu esca es animæ & non corporis, impinguas mentem non ventrem, Tu manducantem, vt condecet in te transmutas, velut alia esca facit corporea. Sed væ te indignè sumentibus, certè ad tui pœnam & reatum te iterum crucifigunt. Et iterum alium protulit ramum, cum ait. Tu certè vita es vitalis, dulcis, & amabilis, & iucunda. Tu vita es, qua viuit omnis creatura, & sine qua moritur odoris tui suauitas, ægros recreat, & debiles quosq; tuus facit sapor salubres & fortissimos. Tu lux illa incomprehensibilis es, quæ omnem illuminat hominem venientem in hunc mundum. Tua mi Domine est omnis potentia, tuum est omne regnum ante te curuabitur omne genu. Omnia quæcunque vis, facis in cœlo, & in terra, & in abyssis. Tuæ nihil est, quod possit resistere voluntati. In te, ex te, & per te sunt omnia, & sine te nihil. Eia ergo fidelis anima gaude & exultare, ne moreris his pasci delitijs, ne pigriteris hoc frui conuiuio, in quo non carnes hircorum & taurorum, vt olim in lege, sed Saluatoris tui corpus sumendum præponitur. Hæc ille. Hos ramos sanctarum doctrinarum debet sumere prædicator, & in viam prosternere: sed debent esse de palmis.

Indignè sumentes Eucharistiam, Christum crucifigunt.

P Palma rectam intentionem denotat.

Palma MORALITER significat rectam intentionem. Iuxta illud Cant. 7. *Statura tua assimilata est palmæ*, ad designandum quod laus, quæ fit circa hoc saluificum Sacramentum, debet fieri recta intentione. *Primo*, cum illud, quod per anni circulum omissum est, circa hoc Sacramentum in hac festiuitate restauratur, vel cum passio Christi deuotè memoratur.

De

De PRIMO dicitur in Clemen: vbi ſuprà: Potiſſimè ergo exequendum circa hoc viuificum Sacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt ſanctorum omnium gloria & corona, vt feſtiuitate ac celebritate præfulgeat ſpirituali, quatenus in ea, quod in alijs Miſſarum officijs circa ſolennitatem eſt forſan prætermiſſum, deuota diligentia ſuppleatur. Et fideles feſtiuitate ipſa inſtante, intra ſe præterita memorantes, id quod in ipſis Miſſarum ſolennijs ſecularibus forſitan agendis implicati, aliquid aliàs ex negligentia vel fragilitate humana minus plenè geſſerint, tunc attentè in humilitate Spiritus & animi puritate reſtaurent.

Negligentia circa hoc ſacramentum per annum commiſſa, in hac feſtiuitate ſupplenda.

De SECVNDO Apoſtolus 1. Cor. 11. *Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, gratias agens, fregit & dixit. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem.* Quod exponit Vrbanus Papa in Bulla quæ ponitur in Clemen. Tranſiturus de mundo, inquit, Saluator Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cœna, in memoriam mortis ſuæ & paſſionis, inſtituit ſummum & magnificum ſui corporis & ſanguinis Sacramentum, corpus in cibum, & ſanguinem in potum tribuendo. Nam quoties hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annunciamus. *Et ſubdit*: In inſtitutione quidem huius ſacramenti dixit ipſe Apoſtolis. *Hoc facite in meam commemorationem*, vt præcipuum & inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit eſſet nobis hoc præcelſum & venerabile ſacramentum.

IV.

QVARTA egreſſio fuit de ciuitate prophetali ſcilicet Hieruſalem, quæ eſt dicta ciuitas Prophetarum, eo quod prophetæ in ea prophetabant, vt Iſaias, Ieremias & cæteri. Et fuit duplex.

Egreſſio ex Hieruſalem.

PRIMA à cœna in montem oliuarum. De qua Matt. 26. *Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum.* Hæc egreſſio fuit ſero, in bona quinta feria poſt eſum Agni Paſchalis & inſtitutionem Sacramenti venerabilis. Sed fuit triſtis, ſicut figuratum eſt. 2. Reg. 15. de Dauid & his qui cum eo erant, quia dicitur ibidem. *Dauid aſcendebat clinum oliuarum, & ſcandens flens, operto capite & nudis pedibus incedens, & omnis populus qui cum eo erat, operto capite aſcendebat plorans.*

In montem oliuarum.

Dauid figura egreſſionis Chriſti.

SPIRITVALITER Dauid interpretatur aſpectu deſiderabilis, & ſignificat Chriſtum, qui adeò habet aſpectum deſiderabilem, quod in ipſum deſiderant Angeli proſpicere cœleſtis curiæ & omnes diuites plebis. De *primo*, 1. Pet. 1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* De *ſecundo*, Pſalm. 44. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Iſte, inquam, verus Dauid Chriſtus poſtquam cœnauit cum diſcipulis ſuis, egreſſus eſt à Hieruſalem triſtis in montem oliuarum, ad probandum veritatem aſſumpti hominis, ſicut Hieron. ſuper illo verbo Matth. 26. *Cœpit contriſtari & mœſtus eſſe*, Vt veritatem, inquit, probaret aſſumpti hominis, verè contriſtatus eſt. Sed per illos qui erant cum Dauid triſtes exierunt, & in ſignum iſtius præ triſtitia dormierunt, quando in hortum in quo captus eſt Ieſus deuenerunt. Quia dicitur Lucæ 22. de Chriſto. *Cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia.*

Q

Sed contra hunc triſtabilem egreſſum in montem oliuarum & in hortum, egreſſus eſt heri ad Veſperas, ſcilicet Chriſtus de Sacriſtia vel ciborio in ſuo venerabiliſſimo Sacramento, ad quam egreſſionem populus lætè conuenit, & ipſum cum gaudio vſque ad altare conduxit, in hac paſſionem Chriſti & triſtitiam memorando. De qua com-

Sanctiſſimũ ſacramentũ cum gaudio à populo deducendum.

Digitized by Google

commemoratione dicit sacrum Concilium Vienense, approbando bullam Vrbani Quarti in Clemen. vbi suprà. Hæc, inquit, est commemoratio glorioſa, quæ fidelium animas replet gaudio salutari, & cum infusione lætitiæ deuotionis lacrymas submiſtrat. *Et subdit.* Exultemus, nimirum nostram memorando liberationem, & recolendo passionem Dominicam, per quam liberati sumus. Vix lacrymas continemus. *Et iterum.* In hac, inquit, sacratiſſima communione, adsunt nobis suauitatis gaudium simul & lacrymæ, & in ea congaudeamus lacrymantes, & lacrymamur deuotè congaudentes, lætas habendo lacrymas, & lætitiam lacrymantem. Nam & cor ingenti perfusum gaudio dulces per oculos ſtillat guttas. Hæc Concilium.

Lacrymæ præ lætitia in sacra communione fundendæ.

Et sicut Christus in horto in triſtitia positus, Patrem deuotè adorauit; Ita populus deuotus, heri ad vesperam conueniens, signa lætitiæ adorando Christum demonſtrauit, dicendo hanc orationem vel consimilem, quæ ponitur super decretali in gloſſ. Honorij III. Sanè tamen olim extra de cele. miſ. sacramento Euchariſt. & diſt. offi. Quæ talis est, Versus.

Populus deuotè adorat sacramentū.

Salue lux mundi, verbum Patris, hoſtia vera,
Viua caro, Deitas integra, verus homo.

Et hanc salutationem poteſt quilibet Chriſti fidelis dicere, cum viderit corpus per sacerdotem de ciborio vel Sacriſtia reuerenter deportare. Iſtam quidem triſtem Chriſti egreſſionem per totam iſtam. Octauam commemorat sancta Eccleſia, cum ad Vesperas vndique populus confluit, & Chriſtum gaudioſè conducit, vt congruè de ipsis dicatur verbum thematis allegatum. *In lætitia egrediemini*, domus videlicet vestras ad horam relinquendo, & dominum vniuersorum Ieſum, in Eccleſijs iubilo mentis cum lætitia conducendo.

In montem Caluaria.

SECVNDA egreſſio Chriſti de domo Pilati est in montem Caluariæ. Ioann. 19. *Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt, & baiulans ſibi crucem, exijt in eum qui dicitur Caluariæ locum.* Hæc egreſſio Chriſti similiter fuit triſtis & lamentabilis, quia saturatus ineffabilibus opprobrijs & iniurijs, iuit ad locum ignominioſæ passionis, vbi opus nostræ redemptionis consumauit. Sicut de hoc secundum vnam gloſſ. prophetauit Psal. 103. *Exibit homo*, scilicet Chriſtus, qui est verus homo, *ad opus suum*, scil. nostræ redemptionis, *vsq. ad Vesperam*, quia quasi de Vespere expirauit, & opus sibi iniunctum consumauit. Et hunc egreſſum principaliter hodie recolit Eccleſia sancta in hac sancta proceſſione, in qua ad laudem viuifici Sacramenti multa fiunt.

Ad laudem Sacramenti multa fiunt.

1.

Cantica quę dā honoris.

ET PRIMO quædam cantica honoris, quæ fiunt in Sexta, significant diuersa opprobria, quæ Chriſto obtulerunt, antequam eum ad crucifigendum deduxerunt. Nam aliqui eum falsè accuſabant, & hi fuerunt principes sacerdotum, de quibus Lucæ 23. dicitur. *Stabant etiã principes sacerdotum conſtanter accuſantes eum.* Alij ei sibi blaſphemias imponebant, sicut Caiphas Matth. 26. *qui ſcidit veſtimenta ſua dicens. Blaſphemauit quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam.* Alij alapas dabant, sicut miniſtri pontificis. Ioan. 18. *qui dedit alapam Ieſu dicens. Sic reſpondes Pontifici?* Alij eum regem suum negabant, sicut Iudæi qui dixerunt. *Regem non habemus niſi Cæſarem*, & sic de alijs. Ioan. 19. Et sicut tunc, tam sacerdotes quàm populus Laicalis, inductus per sacerdotes Chriſto opprobria inferebant, ita nunc omnes deuoti sacerdotes & omnis generaliter populus laudes ei cantabant, vnde impleretur

tur illud Psalm. 48. *Senes cum iunioribus laudent nomen Domini.* Vbi per senes intelligit Sacerdotes, qui debent esse senes, tam in moribus quàm ætate. Sed per iuuenes significat alium populum, qui tanquam iuuenes debent Sacerdotibus obtemperare, & doctrinas ab eis capere. Iuxta illud 1. Pet. 2. *Quasi modo geniti infantes lac*, id est, doctrinam, *concupiscite.*

R 2.

SECVNDO interim quod Sexta canitur, crinalia disponuntur, & capitibus imponuntur, & hoc ad literam fit ad memoriale signum coronationis Christi. De qua habes Ioan. 19. *Milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius.* Et sicut illi Christum cum corona spinea inhonorabant, sic Christiani corona rosea hunc honorant. Videant tamen homines Christiani ne talia serta ferant ad lasciuiam, cum tali die gaudiosa consueta sunt portari ad gloriam Christi. Et licet ad corporis Christi honorem in hac festiuitate serta ad portandum sunt admissa, non tamen salubre est semper portare ea. Quia legitur in libro Apum (*vide Notas Georgij Coluenerij in secundum librum Apum Thomæ Cantipratensis.*) Quod quidam frater nomine Ioannes in Bononia populo prædicauit, viditque quod sertis ex rosis ferè totus populus sedebat coronatus, finito sermone dixit: Pudeat membra fidelis populi rosis aut floribus sub spinato Christi capite coronari. *Et addit*: Excommunico serta rosarum, non populum, sed serta quibus ille vtitur in peccatum. Destitit ergo populus à maiori vsque ad minimum portare serta. Post nonnullos dies, solennes nuptiæ celebrabantur in vrbe, aderat & puer iunior, qui sertum ex rosis tantũ portabat in manu. Quod vt vidit adolescens superbus, rapuit sertum ex manu pueri, & contumax posuit super caput. Nec mora, flamma edax sertum inuasit, & antequam ille adolescens deponere posset, omnes crines capitis eius exussit. Conuersus populus in stuporem, sancti viri verba timere cœpit & didicit, & Deum benedixit.

Crinalia siue serta capitibus imponuntur.

Serta portare, aliquando non est salubre.

Sed MORALITER per serta, quæ hac die glorioſa, homines portant diuersorum colorum, significant coronas accipiendas præmiorum, pro diuersis exercitijs virtutum, aut operum virtuosorum. Nam quidam recipiunt aureolam, quæ vt ait Tho. de Argen. in Compend. Theol. in lib. 8. c. 29. est mentis speciale gaudium, veniens ex opere præcellenti & priuilegiato. Et debetur tribus generibus hominũ. Versus.

S

Quid serta significent.

Aureolam doctor, Virgo, Martyrq; meretur.

Quod patet ex operibus excellentissimis trium potentiarum animæ. Excellentissimum enim opus rationabilis est *prædicatio veritatis.* Excellentissimum opus concupiscibilis est *obseruatio virginalis castitatis.* Excellentissimum opus irascibilis est *perpessio mortis.* Vnde patet quod Prædicatoribus, Virginibus & Martyribus debetur aureola. Quantum ad prædicatores quibus debetur Apost. ad Phil. 4. *Charissimi & desideratissimi gaudium meum & corona*, scil. in futuro. Gloss. per quos non solum in præsenti lætificor, sed in futuro coronabor. Et dicit Magister in glossa discipulis in agone.

Victor dignus erit corona magistri.

Quod verbum (*Magistri*) secundum Alanum sic est intelligendum: Quod si discipulus sit victor vehemens, pugnando contra mundum, carnem & diabolum, apparet magistri exhortatio, & ita apparet quod magister sit corona dignus, quæ dicitur aureola. Alij autem homines, qui sunt ad vitam æternam prædestinati, accipiunt auream quæ est præmium, quæ metaphoricè corona dicitur, tum ex

Aureamcoronam ac-

parte

cipiunt ad vitam æternam prædestinati.

parte meriti, quia non respondet generi operis sed radici charitatis; tum ex parte præmij, quia in hoc efficitur homo particeps diuinitatis, & per consequens regiæ potestatis; tum etiam ratione perfectionis, quod significat figura circularis. Sunt enim aliqui inter prædestinatos, qui accipiunt palmam, quæ est præmium accidentale, quod nec operi, nec radici, sed voluntati debetur. Et tale præmium habuit sanctus Martinus ex eo, quod martyrium desiderauit, licet non fuit opere subsecutum, ideo canitur de ipso. *O sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.* Et hæc diuersitas præmiorum significatur in diuersitate crinalium vel sertorum.

De his præmiis prædixit Esaias 28. *In die illa erat Dominus exercituum corona gloriæ & sertum exultationis residui populi sui.* Vbi per coronam gloriæ potest intelligi præmium aureolæ. Sed per sertum intelligitur aurea, quæ est essentialè præmium, quod datur omnibus saluandis.

3. Processio in festo corporis Christi virorum & mulierũ.

TERTIO fit processio tàm virorum quàm mulierum, in qua corpus saluificum nostri Redemptoris cum magna laude circumfertur, & è contra ad Ecclesiam deportatur, ideo illa solennis processio olim figurata est 2. Reg. 6. vbi legitur, *quod Dauid accinctus Ephod lineo, deduxit Arcam Domini cum gaudio in ciuitatem suam. Et erant cum eo septem Chori. Cumq; transissent qui portabunt Arcam per sex passus, immolabant bouem & arietem, & Dauid percutiebat in Organis armigatis*, id est, ad armum litigatis, *& saltabat totis viribus ante Dominum: Ipseq; & omnis populus, ducebant arcam testamenti Domini, cum iubilo & clangore buccinæ, aliisq; instrumentis musicis.* Et sequitur quod *Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit Regem Dauid saltantem coram Domino, despexit eum. Et introduxit Arcam, & deposuit eam in loco suo, & obtulit holocausta Dauid, & partitus est vniuersæ multitudini tortam panis, & assaturam carnis, similam frixam oleo, & dimisit populum ire in propria.*

T Arca significat.

MORALITER per Arcam quæ decorata fuit auro, & in qua Manna seruabatur in memoriale perpetuum cibationis populi Israelitici in deserto, significatur *Monstrantia*, in qua Corpus Christi verum continetur, quod cibat populum Christianum secundum quod canitur.

1. Monstrantiam, corporis Christi.

Ecce Panis Angelorum, *Factus cibus viatorum.*

2. Species & accidentia panis & vini

Vel per Arcam, in qua Manna occultabatur, species & accidentia, sub quibus latet verum & naturale corpus Christi figuratur, quæ quidem accidentia vt dicit Magister, lib. 4. dist. 12. cap. 1. remanent per se subsistentia ad ipsius fidei fundamentũ; ad mysterij ritum, scilicet ne infidelis irrideat; ad gustus, id est, ne crudam carnem abhorreat, fideique suffragium, scilicet vt fides habeat meritum, quibus corpus Christi habens formam & naturam suam tegitur. Dicit enim Magister ibidem. Non enim corpus Christi talem in se habet formam, sed qualis in iudicio apparebit, scilicet in gloria.

3. Verum corpus sumptum de Maria Virgine.

Tertio per Arcam in qua erat Manna significatur verum corpus sumptum de Maria Virgine continens in se Manna diuinitatis. De qua Arca dicitur Exod. 25. *Facies & Arcam de lignis Sethim.*

Vbi MORALITER per Arcam significatur corpus Christi. Sed per ligna Sethim quæ sunt incorruptibilia significatur Maria virgo perpetua, incorrupta, de qua corpus Christi sanctissimum, cooperante Spiritus sancti gratia, est factum. Sicut testa-

tur

Digitized by Google

tur Apoſtolus ad Galat. 4. *Vbi venit plenitudo temporis*, id eſt, Chriſti, temporis vel tempus ab æterno à Deo Patre definitum, *miſit Deus filium ſuum factum ex muliere*, ſcilicet, quantum ad corpus ſumptum de Virgine. Sed per Dauid, qui interpretatur aſpectus deſiderabilis, principaliter ſignificatur Papa Vrbanus, qui magnum deſiderium ad Corpus Chriſti habuit, quando feſtum illud inſtituit, & indulgentijs dotauit, vt Chriſti fideles magis ad tantum feſtum colendum & celebrandum donis ſpiritualibus animaret. Omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui matutinali officio feſti eiuſdem in Eccleſia, in qua idem celebrabitur, interfuerint centum videlicet dies indulgentiarum dedit. Qui verò Miſſæ totidem: qui autem in primis Veſperis ipſius feſti interfuerint, ſimiliter centum. Qui verò ſecundis totidem. Illis vero qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonę, ac Completorij officijs interfuerint, pro qualibet horarum ipſarum, quadraginta dies. Illis verò qui per Octauam ipſius feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſis ac prædictarum horarum officijs interfuerint, centum dies ſingulis Octauarum ipſarum diebus, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſus, de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxauit. Vt habetur in Clemen. de reliq. & vene. Sanctorum. Si Dominum.

Indulgentiæ ipſo feſto S. Sacramenti & per Octauam conceſſæ.

Alio modo per Dauid ſignificatur Papa Martinus, qui ad hoc Sacramentum maiori deſiderio affectus, ſingulis verè pœnitentibus & confeſſis dedit, quoties in ipſius profeſto ieiunium, vel aliud pium iuxta conſilia Confeſſorum opus fecerint, centum. Et qui præmiſſis in Eccleſijs, quibus illa celebrare contigerit, officijs interfuerint, pro Matutinalibus ducentos, pro Miſſa totidem, ac pro qualibet Veſperarum etiam ducentos. Reliquarum videlicet Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ ac Completorij feſti Octoginta. Rurſus autem in quibuslibet Octauarum diebus pro ſingulis Matutinarum, Miſſarum ac Veſperarum ſimiliter centum, nec non reliquarum horarum officiorum quadraginta. Illis præterea qui proceſſiones, in quibus ipſum viuificum Sacramentum, dicto feſto iuxta ritum Eccleſiarum defertur, continuè ſecuti fuerint, & quibuslibet in feſto Sacramentum deuotè ſumentibus, etiam centum, vt in bulla ſua ſuper hoc edita plenius continetur.

Indulgentiæ à Martino Papa in hoc feſto conceſſæ.

Tertio, per Dauid intelligitur quilibet alius Papa, Epiſcopus vel Prælatus, qui hodie indutus veſtibus Sacerdotalibus, defert ipſam Monſtrantiam, in qua verum corpus Chriſti continetur. Et ſicut Dauid totis viribus ſaltabat ante Arcam & citharizabat, ſic & quilibet Prælatus coram Dominico Sacramento totis viribus iubilando cantat in aliquibus ciuitatibus. *O Ieſu pie nos ille pane cœli dignos effici, &c.* Et alibi etiam dicit Verſiculum & Collectam. Sed per ſeptem Choros, qui erant cum Dauid Arcam deducentes, ſeptem ordines fidelium deſignantur, qui benedictam Arcam, corpus videlicet Chriſti, ad Eccleſiam conducunt.

Per Dauid quis intelligendus.

Septẽ chori cum Dauid.

Primus ordo eſt, Sacerdotum & Clericorum. *Secundus*, Religioſorum & Monachorum. *Tertius*, Virginum. *Quartus*, puerorum videlicet Scholarium. *Quintus*, Viduarum. *Sextus*, continentium. *Septimus*, coniugatorum. Et hi ſeptem Ordines ſignificari poſſunt per *ſeptem Candelabra aurea, in quorum medio vidit B. Ioannes ſimilem filio hominis*, Apoc. 1. Debent enim hac die ſolenni tàm clerici quàm religioſi, quàm & alij ordines nominati, eſſe candelabra per luminoſam conuerſationem, & aurea per veram dilectionem, quia in medio eorum eſt Chriſtus, qui fuit ſimilis cuilibet filio hominis, propter defectus hominis, quos aſſumpſit, de quibus Magiſter in libro 3.

dist. 15. cap. 1 Vt inquit, probaretur verum corpus habere, suscepit defectus corporis, famem sitim, & huiusmodi.

Conuersatio hominũ lucida & vera dilectio in quibus appareat.

Sed diceret aliquis: In quibus apparet hominum lucida conuersatio & vera dilectio? Respondeo, quod in hoc apparet, cum post circumitum etiam audiunt integrè Missæ officium, propter indulgentias trecentorum dierum promerendas. Nam centum dedit Vrbanus & ducentos de Missa Papa Martinus. Ex quo elicitur, quod illorum conuersatio non est licita, nec dilectio vera, qui statim post circumitum vadunt in quibusdam ciuitatibus ad communem potum, vbi à manè vsque ad meridiem, & meridie vsq; ad mediam noctem sedendo se ingurgitant, vt sic indulgentias tot dierum negligant. Sed vtinam illa mala consuetudo à fidelibus posset aboleri, vt possint in vera dilectione indulgentias promereri. Per sex passus post quos filij Israël ouem, bouem, & arietem immolabant, significatur noster spiritualis processus in ductione veræ Arcæ Christi corporis.

Sex passus quid?

X

I. Fides recta.

PRIMVS passus est fides recta, vt videlicet sine hæsitatione credamus & nullatenus dubitemus, quod in specie panis, qui in Monstrantia videtur, verum corpus Christi de Virgine natum, & in ara crucis immolatum, veraciter occultetur. Ideo dicit Augustinus in lib. sent. Prosperi, & de consec. dist. 2. c. Nos autem. In specie Panis & Vini quem videmus, res inuisibiles, id est carnem & sanguinem honoramus. Et B. Ambrosius in lib. de Sacramentis dicit. Ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi nominatur.

II. Conscientia bona.

SECVNDVS passus est conscientia pura. Quia dicit B. Augustinus in sermone hodierno. Neque est enim, nec fuit aliquando tàm grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes, sicut adest nobis Deus noster in suo saluifico Sacramento. Quicunque ergò vult sibi similiter appropinquare, debet conscientiam suam purificare. Ideo dicit B. Iacobus in sua Canon. cap. 4. *Appropiate Deo*, scilicet per puram conscientiam & dilectionem, *& appropinquabit vobis*, scilicet per gratiæ dationem. Qualiter autem debemus ei appropinquare ostendit. *Emundate manus* id est opera peccatores, *& purificate corda duplices animo.* Et ideo debet habere quilibet Christianus puram conscientiam vt possit promereri hodiernam indulgentiam, quæ solummodo datur contritis & confessis. Vt habetur in bullis tàm Vrbani quàm Martini.

III. Opera bona.

TERTIVS passus est, operatio bona quę sequitur bonam conscientiam, *quia non potest arbor bona fructus malos facere*, Matth. 7. Debet enim homo Christianus magis frequens esse in bonis operibus in ista die & per totam Octauam propter præsentiam diuinissimi Sacramenti.

IV. Obseruatio mandatorũ.

QVARTVS passus est diuinorum præceptorum obseruatio, & hic videlicet passus, ducit in viam diuinæ charitatis. Iuxta illud Ioan. 14. *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me.* Et infrà cap. 15. *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.* Iste etiam passus ducit ad gaudia cœlestis ciuitatis, Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

V. Recta intentio.

QVINTVS passus est recta intentio, quia omnes actus nostros in debitum finem ducit, eo quod intentio operi nomen imponit. Vt 41. dist. c. Quisquis.

VI. Deuota oratio.

SEXTVS passus est deuota oratio, quæ hodie præ cæteris diebus debet in ore fidelium resonare in veneration em Sacramenti. Iuxta illud quod canitur. *Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui.*

Post

Y

Triplex oblatio, Bouis, Ouis, Arietis.

Post illos sex passus debent offerre triplicem oblationem, scilicet Ouem, bouem, & arietem. Per *bouem* terra quæ aratur, significatur vita actiua, quæ sistit in operatione sex operum misericordiæ, in quibus debent se *incipientes* exercere. Per *ouem* quod est animal innocens & quietum, vita contemplatiua significatur, in qua debent se offerre *proficientes*. Sed per *arietem* cornutum, qui gregem ducit, status Prælaturæ designatur, in quo exercent se *perfecti*.

Sed cum hæc agerentur à Dauid & à populo Israël, valdè notabile fuit, quod eum Michol derisit. Michol interpretatur aqua omnis, & aqua in scriptura significat populum, Apoc. 17. *Aquæ multæ, populi multi*. Omnis enim aqua, est omnis Iudaicus populus per Michol designatus, qui derisit populum Christianum, cum tàm solenniter conducit hoc venerabile Sacramentum. Ideò cum Ecclesia peragit passionem Christi, vt in die Parasceues, vt aliàs per annum præcipitur Iudæis, vbi habitant cum Christianis, vt teneant ostia sua clausa & fenestras, vt habetur de Iudæis & Saracenis, quia super his lib. 5. Et dicit ibidem gloss. Bern: Consueuerunt tunc deridere Christianos in contumeliam creatoris.

Missæ officium post processionem celebrari consuetum.

Postquam ergò Dauid cum Leuiticis & vniuerso Israëli, Arcam in locum suum deduxisset, compleuit sacrificia populum benedicendo, & dedit vnicuique tortam panis, &c. Sic ad præsens cum quilibet Prælatus vel Plebanus, post circumitum cum Clericis & vniuerso populo, reduxit corpus Christi in Ecclesiam in suum locum, incipit Missæ officium, in quo offert sacrificia orationum, quæ offert Deo Patri, & verum sacrificium corporis Christi immolat Deo Patri pro pace & salute totius populi, & post benedictionem dat vnicuiq; qui se ad hoc dignè disposuit, tortam panis, id est, corpus Christi igne Passionis coctum, siue assatum. Quibusdam Sacramentaliter, & illi centum dies indulgentiarum promerentur, vt patet in bulla Papæ Martini. Quibusdam autem spiritualiter, quo facto populus ad propria redibit.

Z

Processio ad montem Caluariæ.

Alio modo hæc solennis processio figurabatur in processione Christi nostri Redemptoris, quam fecerat in montem Caluariæ, vt etiam tactum est suprà.

1.

Fuit flebilis.

Et PRIMO quidem sicut in hac processione flebili, fuit cum Christo multitudo Iudæorum cum gladijs, & lanceis, alijsq; defensibilibus instrumentis, ita & in ista processione facta est cum Christo multitudo Christianorum, cum candelis alijsq; Musicis Instrumentis ipsum laudantium. Et hæc quidem Symphonia excitat ad deuotionem nostras pigras mentes. Et impletur illud Psalm. 150. *Laudate eum in sono tubæ, Laudate eum in chordis & organo, Laudate eum in tympano & choro, &c. Omnis Spiritus laudet Dominum*.

2.

Fuit derisoria.

SECVNDO, sicut super Christum in domibus Iudæorum derisoriè canebant cum vinum habebant, quia dicit gloss. super illud Psalm. 68. *In me psallebant, qui bibebant vinum*. Sicut de crucifixoribus Christi, tanquam de re insolita & notabili, fuerunt factæ cantilenæ derisoriæ, in fauorem sacerdotum, qui eius mortem procurauerunt, tanquam de falso Propheta, volente regnare & non potente, quæ decantabantur per tabernas. Sic nunc in domibus Christianorum, cum Christus conducitur per plateas deuotæ orationes sonant organa, & accenduntur lumina, vt contra derisionem Iudæorum ostendant Christiani suam piam deuotionem. Et per hæc lumina quæ in domibus suis accendunt, Christum ostendunt, *qui est lumen ad reuelationem gentium*, Lucæ 2.

Quare in domibus hoc die accendantur lumina, trãseunt processione.

3. Christiani flores spargunt, & quare,

TERTIO, in hac solenni processione Christiani flores spargunt, quia Iudæi Christo in transitu ad suam crucifixionem omnem malitiam ostenderunt, & fortassis lutum in via eius, licet Euangelistæ non scribant, malitiosè proiecerunt, iuxta illud Psal. 139. *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* Et quod Christiani Christo flores in via spargunt, ipsum florem Ecclesiæ & gloriam cœli esse ostendunt, quia ipse dicit, Cant. 2. *Ego flos campi.*

4. Christus in locum altũ ad crucifigendum ducitur,

QVARTO, sicut Iudæi Christum ad crucifigendum duxerunt, in locum aptum & altum, vt ab omnibus videretur. Sic deuoti Christiani ducunt Christum è contra in publicum forum, vbi mensa stat alta & benè ornata, super quam Christus ponitur vt ab omnibus fidelibus honoretur. Et hæc quidem mensa mundo mensali tegitur floribus adornatur, lumenq; supra ponitur. Quia mons in quo crucifixus est Christus, fuit albis caluarijs plenus, à floribus nudus, & sole illustratus, vt ex præsentia caluariarum horrorem, ex defectu graminum, & florum rigorem, ex illustratione solis ardorem, vt diceret Christus cum Psal. 21. *Aruit tanquam testa virtus mea.* Et ideo in recompensam, mensa illa quæ significat montem Caluariæ, à Deo decenter adornatur.

5. Christus felle & aceto potatus.

QVINTO, sicut Iudæi crucifixo Christo ei amara pocula obtulerunt, quia scribitur in quodam libro, qui intitulatur, *Condemnatus iudicio*, quod propter verbum Salomonis, Prou. 31. *Date siceram*, id est, potum inebriatiuum *mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo.* Sapientes Iudæorum ordinauerunt, quod condemnatis ad mortem, daretur plenus Ciphus cum vino forti, vt magis hilariter sustinerent mortem. Et illud vinum acceptum fuit pro Christo, & pro duobus latronibus crucifigendis cum eo, sed Iudæi vinum illud biberunt, & acceperunt cum derisione Christi. Et loco vini prædicti acetum felle mixtum posuerunt. Moraliter vinum significat lętitiam ex amore præcedentem. Iuxta illud Cant. vlt. *Dabo tibi poculum de vino condito*, id est, amorem ex lætitia vera mixtum. Et hoc vinum lætitiæ Christo hodie propinant, qui ipsum ex læto corde amoris collaudant. Sed hoc vinum quidam Christo auferunt, & acetum infidelitatis, & rancorem sui cordis ponunt; vt illi, qui non credunt verum Deum ibi esse, & murmurando corde suo contradicunt. De his dicit Christus in Psal. 68. *In siti mea potauerunt me aceto*, id est, infidelitate, & illud acetum miscent felle, quasi diceret. Ego sitiui fidem eorum, & ipsi potauerunt me aceto, id est, infidelitate, & illud acetum miscent felle, id est, persuasione & malitia Dæmonum, quia ex eorum persuasione talis infidelitas hominum procedit. De qua Iob 20. *In felle aspidum intrinsecus* id est, in persuasione dæmonum in morte.

6. Christus crucifixus deridetur.

SEXTO, sicut Iudæi Christum crucifixum multipliciter deriserunt, vt scribit Matth. 27. *Quod prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua dicentes, Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas, salua teipsum. Si filius Dei es, descende nunc de cruce. Et principes illudentes ei, cum scribis & senioribus, dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israël es*, quasi dicerent, non es rex, *descendas nunc de cruce.* Idem habetur Marci 15. Sic è conuerso homines Christiani multipliciter Christum honorant. Nam contra commotionem capitum Iudæorum, humiliter inclinant capita sua, cum eleuatur Sacramentum. Sed quod illi negabant Christum filium Dei, nos confitemur, dicentes. *Tu Patris sempiternus es filius.* Quod autem ipsi negabant eum regem, nos canendo protestamur. *Tu Rex gloriæ Christe.* Sed contra hoc quod Iudæi dicebant. *Seipsum saluum facere non potest*, nos petimus salutem ab eo,

Christiani Christum multipliciter honorãt.

dicen-

Digitized by Google

dicentes genibus flexis. *Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ*, quasi diceremus. Ex quo nos potest saluos facere, multofortius seipsum saluum fecisset de cruce descendendo si valuisset.

TERTIO hæc processionalis egressio sacerdotum, vt quidam dicunt, cum tam solenni cantu, significat exitum Apostolorum in omnes gentes ad prædicandum. De quo Marci vlt. *Euntes in mundum vniuersum, predicate Euangelium omni creaturæ.* Et hic quidem exitus Apostolorum, vt quidam volunt, fuit die decima tertia post Domini ascensionem in cœlum. Sed diuersa loca, ad quæ itur cum Sacramento, diuersas terrarum nationes & mansiones significant, ad quas Apostoli procedebant, de quibus habetur latius in sermone. Iam non estis hospites, in diuisione Apostolorum. CANTVS cleri significat gaudium Ecclesiæ primitiuæ. *Nam tunc multitudinis credentium erat, cor vnum & anima vna*, id est, *erant ad inuicem coniuncti.* Act. 4. Et hæc adunatiua charitas erat gaudium. Iuxta illud Psalm. 132. *Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum, &c.* SONVS autem instrumentorum musicalium significat iucunditatem mentium & concentum angelorum Christo obsequentium, secundum illud Psalm. 67. *Præuenerunt principes coniuncti, psallentibus in medio iuuenculatum tympanistriarum.* PRINCIPES sunt angeli. PSALLENTES sunt psalmos cantantes in Ecclesia. *Iuuencule tympanistriæ*, sunt homines deuoti qui psallant Christo. LVMINARIA verò fulgentia, Spiritum sanctum in specie ignis super credentes missum significant, qui corda eorum illuminat & accendit, vt per sanctam conuersationem in orbem lucerent. Sed *viridia gramina* quæ sternuntur in via, virorem & virtutem ipsorum fidelium demonstrant.

Tertio processio hæc significat exitum Apostolorum.

Cætus cleri.

Sonus musicorum.

Principes.

Luminaria.

Gramina.

DE EADEM.

Sermo secundus.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Ioan. 6.

IOannes Mesue in Isagog. de regim: sani: dicit. Cibus aliquis non est sumendus, nisi prius præcesserit aliqualis appetitus. Cuius ratio est, quia cibus sumtus cum desidia, nihil penitus nutrit. Cibus autem sumtus cum esurie & appetitu, conuenientissimè nutrit vt dicit Philaretus in tractatu de dietis. A A

Sic SPIRITVALITER, cibus sanctissimi corporis Christi, semper debet cum appetitu sumi. Nam & Christus agnum Paschalem, qui solum fuit figura huius sacramenti cum desiderio sumpsit, quando dixit Lucæ 22. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Et si agnum illum Paschalem cum tanto desiderio cum discipulis manducauit, multò magis corpus suum sanctissimum, quod post cœnam consecrauit, & se discipulosque suos communicauit; habetur figura Iudic. 14. de Samsone de quo legitur *cum occidisset Leonem, & alia vice prætereuns vidit quod apes in ore Leonis mel confecerint, comedit ipse & fecit triginta sodalibus suis problemata dicens. Quod si solueritis dabo vobis triginta syndones, & totidem tunicas: quod si non solue-*

Eucharistia semper cum appetitu sumenda.

vitis, mihi dabitis. Et illi. Propone, inquiunt. Et ait. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Hoc non potuerunt soluere per septem dierum spacia, in his diebus instigabant vxorem eius vt quæreret ab eo. Illa autem quæsito problemate, eis manifestauit. Et tunc illi soluentes dixerunt. *Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Quibus Samson, Si non arasse tis in vitula mea*, id est, Si non tantum stimulassetis sponsam, aut vxorem, inquirendo non inuenissetis. Et dedit eis duplicia mutatoria.

Per Samson intelligitur Christus.

Spiritualiter, Samson interpretatur illuminans eos, & significat Christum, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1. Hic, inquam, in vltima cœna videlicet bona quinta feria, dedit problemata, id est, Sacramentum sui sanctissimi corporis, sub speciebus panis & vini occultatum. Et hoc problema fuit, de comedente exijt cibus, vbi per comedentem Christus intelligitur, qui cum discipulis comedit. Iuxta illud:

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Igitur dicitur quod de illo comedente exijt cibus Eucharistiæ, quo discipulos cibauit, & de forti, id est, de Christo, qui est fortitudo nostra, egressa est dulcedo, id est, mellifluum Sacramentum. De quo Sap. 16. *Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem*, quia dicit Bernardus in Epistola ad Cartusienses. Qui sanctam Eucharistiam dignè sumit, nunquam maius gaudium & refrigerium in tota vita sua expertus fuit. Hoc inquam occultatum Sacramentum, tanquam problema dedit suis fidelibus per septem dies, id est, per spacium huius vitæ, quod per septem dies reiteratur. Et quicunque scit soluere & monstrare per veram fidem & gustare digne, vult sibi dare duplicia mutatoria, videlicet quatuor dotes corporis, agilitatem, subtilitatem, impassibilitatem, & claritatem. Et tres dotes animæ de tribus virtutibus Theologicis. Pro *fide*, diuinæ faciei visionem. Pro *spe*, æternam securitatem & comprehensionem. Pro *charitate*, æternam amati fruitionem. Sed sicut illi triginta adolescentes non potuerunt soluere problema, nisi à sponsa Samsonis edocti. Sic nemo potest ratione vel sensibus hoc problema occultati Sacramenti discernere, nisi instructus per fidem sponsæ Christi, videlicet Ecclesiæ sanctæ, præcipuè Romanæ, quæ instituit illud festum, digne ob reuerentiam huius dignissimi Sacramenti celebrandum. Quia in die cœnæ, in quo Christus hoc Sacramentum instituit, vniuersalis Ecclesia pro pœnitentium reconciliatione, sacri Chrismatis consecratione, adimpletione mandati, circa lotionem pedum, & alijs plurimis occupata, plenè vacare non potest celebratione huius maximi Sacramenti, vt dicitur in Clemen. de reliq. & vener. Sancto. Si Dominum. Ideo assignat hunc specialem diem, in quo incitat ad appetitum huius cibi. Et dicit, quid dulcius melle, id est, hoc Sacramento mellifluo, quasi diceret, nihil, quia secundum Bernard. Super mel & omnia, dulcis eius præsentiam. Et quid fortius leone, id est, Christo, qui est *Leo, de tribu Iuda*, Apo. 5. Ipse enim fortes facit, dignè participantes contra diabolum, mundum & carnem, cuius fortitudine ambulant cum Helia vsque ad montem Domini. De hoc cibo loquitur præsens verbum Euangelij huiusmodi allegatum. In quo quidem circa hunc precioſissimum cibum duo proponit. *Primo* eius veritatem, ibi; *Caro mea verè. Secundo* ipsius vtilitatem, ibi; *Qui manducat*.

Digna Eucharistiæ sumtio, superat omne gaudium.

Quare in Ecclesia festum corporis Christi hoc tempore celebretur.

Circa

Circa PRIMVM est notandum, multi errores erant olim circa hoc sacramentum. B
Dixerunt quidam, corpus Christi tantum fore in Sacramento tanquàm in signo. Dicunt enim non plus dixisse Christum per ista verba Matth. 26. *Hoc est corpus meum*, quàm Apostolum, quando dixit. *Petra autem erat Christus.* 1. Cor. 10. Asserunt ibi corpus Christi tantum esse in Sacramento, id est, in signo manducari à nobis. Et vlterius dicunt, quod non est verus Christus in Sacramento, quoniam Christus dicitur esse Leo, petra, lapis angularis, & cætera huiusmodi & sic secundum eorum opinionem, non est veraciter & realiter corpus Christi in Sacramento, sed tantum significatiuè, vt sit intelligatur quod Christus dixit. Hoc est corpus meum, ac si diceret, hoc est signum vel figura corporis mei, secundum quem modum Apostolus dixit. Petra erat Christus, id est, figura Christi. Dicunt enim, sicut ille panis triticeus, de quo corpus Christi conficitur est de purissima farina granorum tritici confectus: Sic corpus Christi, de purissimis sanguinibus virginis gloriosæ, Spiritus sancti virtute est formatum: & sic solum est Christus in Sacramento, vt dicunt isti, sicut in figura & in signo. De hoc errore commemorat Magister lib. 4. dist. 10. capit. 1. Et dicit Magister, quod errandi occasionem sumunt à verbis veritatis. Vnde prima hæresis facta est in discipulis CHRISTI. Cum enim diceret Ioann. 6. *Nisi quis manducauerit carnem filii hominis, & sanguinem eius biberit, non habebit vitam æternam. Illi non intelligentes dixerunt. Durus est hic sermo*, Scilicet ad intelligendum, quasi dicerent. Quis potest comedere carnes crudas humanas? *quis potest*, inquiunt, *eum audire? & abierunt retro.* Illis autem discedentibus, instruxit duodecim qui remanserant. *Spiritus est*, inquit, *qui viuificat*, id est spiritualis intelligentia confert vitam spiritualem, vel Deitas, vel Spiritus sanctus, *Caro verò nihil prodest*, scilicet in quantum Caro. *Verba autem quæ locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt*, id est, spiritualiter sunt intelligenda. Errores circa hoc Sacramentũ. Primus error.

Etiam illi sumunt sui erroris fundamentum ex dicto beati Augustini super Psal. 4. & ponitur de Consec. dist. 2. cap. Primo inquit. §. Item donec. Donec, inquit, seculum finiatur, sursum est Dominus, quasi diceret, ad finem iudicij sedebit semper ad dexteram Patris. Sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Deus, corpus enim in quo resurrexit, in ea forma in qua apparet sanctis, qui in cœlo sunt, in vno loco esse oportet, veritas autem eius vbique diffusa est. Item probant per hoc quod Christus dixit Matth. 16. *Pauperes autem semper habebitis vobiscum, me autem semper non habebitis.* Ex quo dicto beati Augustini volunt arguere, quod quia Christus, secundum quod homo, vsque consumationem seculi manet in cœlo, quod non est veraciter in Sacramento.

Sed dicit Magister vbi suprà, cap. 2. Non his scilicet dictis negatur, verum corpus à fidelibus sumi, vel in altari esse. Sed in his, veritas Apostolos & in eis nos instruxit, quod ipsius corpus non per partes discerptum, vt putauerunt illi discipuli qui retrorsum ierunt, sed integrum nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma Panis & Vini, corpus & sanguinem nobis traderet. Et adducit ibi Magister Hugonem li. 4. Sen. c. 33. dicentem. Ita intelligendum corpus Christi esse in vno loco, scilicet visibiliter in forma humana. Veritas tamen eius, id est corpus verum, in omni Altari est, vbicunq; celebratur. Sic etiam illud intelligendum est. *Pauperes semper habebitis vobiscum*, scilicet visibiliter, *me autem non semper habebitis vobiscum*, scilicet per corpo-

Digitized by Google

vitis, mihi dabitis. Et illi. Propone, inquiunt. Et ait. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Hoc non potuerunt soluere per septem dierum spacia, in his diebus instigabant vxorem eius vt quæreret ab eo. Illa autem quæsito problemate, eis manifestauit. Et tunc illi soluentes dixerunt. *Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Quibus Samson, Si non arassetis in vitula mea*, id est, Si non tantum stimulassetis sponsam, aut vxorem, inquirendo non inuenissetis. Et dedit eis duplicia mutatoria.

Per Samson intelligitur Christus.

Spiritualiter, Samson interpretatur illuminans eos, & significat Christum, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1. Hic, inquam, in vltima cœna videlicet bona quinta feria, dedit problemata, id est, Sacramentum sui sanctissimi corporis, sub speciebus panis & vini occultatum. Et hoc problema fuit, de comedente exijt cibus, vbi per comedentem Christus intelligitur, qui cum discipulis comedit. Iuxta illud:

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Igitur dicitur quod de illo comedente exijt cibus Eucharistiæ, quo discipulos cibauit, & de forti, id est, de Christo, qui est fortitudo nostra, egressa est dulcedo, id est, mellifluum Sacramentum. De quo Sap. 16. *Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem*, quia dicit Bernardus in Epistola ad Cartusienses. Qui sanctam Eucharistiam dignè sumit, nunquam maius gaudium & refrigerium in tota vita sua expertus fuit. Hoc inquam occultatum Sacramentum, tanquam problema dedit suis fidelibus per septem dies, id est, per spacium huius vitæ, quod per septem dies reiteratur. Et quicunque scit soluere & monstrare per veram fidem & gustare digne, vult sibi dare duplicia mutatoria, videlicet quatuor dotes corporis, agilitatem, subtilitatem, impassibilitatem, & claritatem. Et tres dotes animæ de tribus virtutibus Theologicis. Pro *fide*, diuinæ faciei visionem. Pro *spe*, æternam securitatem & comprehensionem. Pro *charitate*, æternam amati fruitionem. Sed sicut illi triginta adolescentes non potuerunt soluere problema, nisi à sponsa Samsonis edocti. Sic nemo potest ratione vel sensibus hoc problema occultati Sacramenti discernere, nisi instructus per fidem sponsæ Christi, videlicet Ecclesiæ sanctæ, præcipuè Romanæ, quæ instituit illud festum, digne ob reuerentiam huius dignissimi Sacramenti celebrandum. Quia in die cœnæ, in quo Christus hoc Sacramentum instituit, vniuersalis Ecclesia pro pœnitentium reconciliatione, sacri Chrismatis consecratione, adimpletione mandati, circa lotionem pedum, & alijs plurimis occupata, plenè vacare non potest celebratione huius maximi Sacramenti, vt dicitur in Clemen. de reliq. & vener. Sancto. Si Dominum. Ideo assignat hunc specialem diem, in quo incitat ad appetitum huius cibi. Et dicit, quid dulcius melle, id est, hoc Sacramento mellifluo, quasi diceret, nihil, quia secundum Bernard. Super mel & omnia, dulcis eius præsentiam. Et quid fortius leone, id est, Christo, qui est *Leo, de tribu Iuda*, Apo. 5. Ipse enim fortes facit, dignè participantes contra diabolum, mundum & carnem, cuius fortitudine ambulant cum Helia vsque ad montem Domini. De hoc cibo loquitur præsens verbum Euangelij huiusmodi allegatum. In quo quidem circa hunc precioſissimum cibum duo proponit. *Primo* eius veritatem, ibi; *Caro mea verè. Secundo* ipsius vtilitatem, ibi; *Qui manducat.*

Digna Eucharistiæ sumtio, superat omne gaudium.

Quare in Ecclesia festum corporis Christi hoc tempore celebretur.

Circa

Circa PRIMVM est notandum, multi errores erant olim circa hoc sacramentum. *Dixerunt quidam*, corpus Christi tantum fore in Sacramento tanquàm in signo. Dicunt enim non plus dixisse Christum per ista verba Matth. 26. *Hoc est corpus meum*, quàm Apostolum, quando dixit. *Petra autem erat Christus.* 1. Cor. 10. Asserunt ibi corpus Christi tantum esse in Sacramento, id est, in signo manducari à nobis. Et vlterius dicunt, quod non est verus Christus in Sacramento, quoniam Christus dicitur esse Leo, petra, lapis angularis, & cætera huiusmodi: & sic secundum eorum opinionem, non est veraciter & realiter corpus Christi in Sacramento, sed tantum significatiuè, vt sic intelligatur quod Christus dixit. Hoc est corpus meum, ac si diceret, hoc est signum vel figura corporis mei, secundum quem modum Apostolus dixit. Petra erat Christus, id est, figura Christi. Dicunt enim, sicut ille panis triticeus, de quo corpus Christi conficitur est de purissima farina granorum tritici confectus: Sic corpus Christi, de purissimis sanguinibus virginis glorioſæ, Spiritus sancti virtute est formatum: & sic solum est Christus in Sacramento, vt dicunt isti, sicut in figura & in signo. De hoc errore commemorat Magister lib. 4. dist. 10. capit. 1. Et dicit Magister, quod errandi occasionem sumunt à verbis veritatis. Vnde prima hæresis facta est in discipulis CHRISTI. Cum enim diceret Ioann. 6. *Nisi quis manducauerit carnem filii hominis, & sanguinem eius biberit, non habebit vitam æternam. Illi non intelligentes dixerunt. Durus est hic sermo*, Scilicet ad intelligendum, quasi dicerent. Quis potest comedere carnes crudas humanas? *quis potest*, inquiunt, *eum audire? & abierunt retro.* Illis autem discedentibus, instruxit duodecim qui remanserant. *Spiritus est*, inquit, *qui viuificat*, id est spiritualis intelligentia confert vitam spiritualem, vel Deitas, vel Spiritus sanctus, *Caro verò nihil prodest*, scilicet in quantum Caro. *Verba autem quæ locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt*, id est, spiritualiter sunt intelligenda.

B

Errores circa hoc Sacramentũ. Primus error.

Etiam illi sumunt sui erroris fundamentum ex dicto beati Augustini super Psal. 4. & ponitur de Consec. dist. 2. cap. Primo inquit. §. Item donec. Donec, inquit, seculum finiatur, sursum est Dominus, quasi diceret, ad finem iudicij sedebit semper ad dexteram Patris. Sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Deus, corpus enim in quo resurrexit, in ea forma in qua apparet sanctis, qui in cœlo sunt, in vno loco esse oportet, veritas autem eius vbique diffusa est. Item probant per hoc quod Christus dixit Matth. 16. *Pauperes autem semper habebitis vobiscum, me autem semper non habebitis.* Ex quo dicto beati Augustini volunt arguere, quod quia Christus, secundum quod homo, vsque consumationem seculi manet in cœlo, quod non est veraciter in Sacramento.

Sed dicit Magister vbi suprà, cap. 2. Non his scilicet dictis negatur, verum corpus à fidelibus sumi, vel in altari esse. Sed in his, veritas Apostolos & in eis nos instruxit, quod Ipsius corpus non per partes discerptum, vt putauerunt illi discipuli qui retrorsum ierunt, sed integrum nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma Panis & Vini, corpus & sanguinem nobis traderet. Et adducit ibi Magister Hugonem li. 4. Sen. c. 33. dicentem. Ita intelligendum corpus Christi esse in vno loco, scilicet visibiliter in forma humana. Veritas tamen eius, id est corpus verum, in omni Altari est, vbicunq; celebratur. Sic etiam illud intelligendum est. *Pauperes semper habebitis vobiscum*, scilicet visibiliter, *me autem non semper habebitis vobiscum*, scilicet per corpo-

Digitized by Google

poralem præſentiam qua cum eis conuerſabatur. Similiter illud quod homo eſt in cœlo, ſcilicet viſibiliter, inuiſibiliter eſt in altari, quia non in forma humana apparet, ſed forma panis & vini operitur. Ex his iam dictis patet error illorum ex verbis etiam Chriſti pro themate allegatis. *Caro mea verè eſt cibus.*

C

Error ſecundus.

SECVNDVS error circa hoc Sacramentum eſt quorundam, dicentium quod ſubſtantia Panis annihilatur, & ſub illis accidentibus peracta conſecratione, incipitur eſſe Chriſtus: & hanc hæreſim ſtudent tali ratione colorare. Poſt conſecrationem nec materia nec forma manet panis. Cum ergo nihil de eis remanet, videtur quod tota ſubſtantia panis ſit annihilata: hoc patet vt dicunt, quia nihil aliud eſt rem annihilare, quàm ſecundum ſe totam deſinere eſſe.

Sed contra iſtam opinionem erroneam arguit Altiſiodor. ſuper ſentent. lib. 4. diſt. 8. ſic. Si hæc opinio eſſet vera, ſequeretur, quod non magis fieret panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti conuerſio, quàm cum vnus ſuccedit alteri in loco vel in ſede, & ſic potius eſſet dicendum. Hic eſt corpus meum, quam, Hoc eſt corpus meum, quia demonſtratur locus vbi prius ſubſtantia panis fuiſſet; & poſt conſecrationem corpus Chriſti veraciter exiſteret.

Iſte error remouetur per determinationem Eccleſiæ, quia materia panis & vini in Chriſti corpus & ſanguinem ſubſtantialiter conuertuntur, & determinatur extra de ſum: & Trini: & fi: Cath. c. Firmiter, vbi dicitur. Vna vero eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, ſine qua nullus omninò ſaluabitur. In qua ipſe idem Sacerdos ſacrificium, eſt Chriſtus Ieſus, cuius corpus & ſanguis in Sacramento altaris, ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur, transſubſtantiatis pane in corpus & vino in ſanguinem poteſtate diuina; vt ad proficiendum myſteriũ vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo quod ipſe accepit de noſtro. Idcirco ſi alicubi inuenitur ex dictis doctorum, quod ſubſtantia panis tranſit ab eſſe in non eſſe, ſeu annihilatur vel deſinit eſſe, hoc debet ſumi in bono intellectu, ſic quod ſubſtantia panis prius ſit ibi, amodo non eſt ibi nec aliqua eius pars, & hoc eſt verum, doctores tamen negant eam annihilari, ſed dicunt conuerti eam in corpus Chriſti.

Error tertius

TERTIVS error eſt quorundam dicentium, ſubſtantiam panis conuerti in corpus Chriſti, & ſolam carnem ſine anima fore & Deitate in Sacramento: hi in ſui erroris malitia dicunt hoc ſonare verba conſecrationis. Cum enim dicitur, *Hoc eſt corpus meum*, dicunt quod iſta verba indicant, quod ſubſtantia panis in corpus Chriſti conuertitur, ſic quod ſolum corpus ibi exanime exiſtit.

Secundo in adiutorium ſui erroris aſſumunt dictum Ambroſij, quod ponitur de Conſec. diſtinct. 2. cap. Omnia. Quia licet, inquit, figura panis & vini videtur, nihil tamen aliud quàm caro & ſanguis Chriſti poſt conſecrationem credenda ſunt. Et ſic credendum eſt, nihil aliud eſſe quàm caro & ſanguis: ideo videtur quod ibi ſit caro exanimis & ſolus ſanguis. Iſte error probatur per B. Ambroſium in lib. de Sacramentis, & ponitur de Conſec. diſt. 2. c. Sicut. Sicut verus Chriſtus dicit. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, ſed caro non deſcendit de cœlo, quomodo ergo deſcendit de cœlo panis viuus?

Reſpondet Ambroſius, quia idem Dominus Ieſus Chriſtus, conſors eſt diuinitatis & corporis, & tu qui accipis carnem diuinæ eius ſubſtantiæ, in illo participas alimento. Ex quo patet non ſolum in Sacramento fore corpus Chriſti, ſed verum Dei filium

Digitized by Google

filium Iesum Christum de Virgine natum, & sic est ibi corpus, & anima, & verbum, quæ inseparabilem habent vnionem.

QVARTVS error est quorundam dicentium, substantiam panis & vini remanere post consecrationem, & ibidem corpus Christi fore & sanguinem, & hac ratione illam substantiam panis & vini dicunt esse Sacramentum. Et mouentur ex verbis Saluatoris dicentis, Ioan. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi*, tamen iste panis de cœlo non descendit, sed remanet ibi cum Deo viuo, qui de cœlo descendit. Error quartus.

D

Contra quem errorem dicit Ambrosius in libro de Sacramentis, & allegatur à Magistro lib. 4. dist. 11. cap. 2. Panem illum quem sumimus in mysterio, illum vtiq; intelligo, qui manu Spiritus sancti formatus est in vtero Virginis, & igne passionis decoctus est in ara sanctæ crucis. Panis Angelorum factus est cibus hominum.

Ex his iam dictis patet, quod multa mirabilia sunt in hoc Sacramento, vt dicit Thom. de Argen. in Compend. Theolog. verita. lib. 6. *Primum* est, quod ibi est corpus Christi in tanta quantitate, sicut fuit in cruce, & sicut iam est in cœlo, nec tamen excedit terminos illius formæ. *Secundum*, quod ibi sunt accidentia sine subiecto. *Tertium*, quod conuertitur ibi panis in corpus Christi, nec etiam annihilatur. *Quartum*, quod corpus non augetur ex multarum hostiarum consecratione, nec minuitur ex multarum hostiarum sumptione. *Quintum*, quod idem corpus in numero est in locis pluribus sub omnibus hostijs consecratis. *Sextum*, quod quando diuiditur hostia, non diuiditur corpus Christi, sed sub qualibet parte totus est Christus. *Septimum*, quando tenetur hostia in manibus, & videtur oculis corpus Christi nec tangitur, nec videtur, sed hæc tantummodo circa species sunt. *Octauum*, quod statim cum desinũt esse istæ formæ, tunc statim etiam ibi desinit esse corpus & sanguis Christi. *Nonum*, quod cum non sit ibi panis & vinum tamen accidentia habent effectum eundem, vt prius, scilicet inebriare, satiare, & huiusmodi. Mirabilia multa sunt in hoc Sacramento.

Et NOTA, quod Dominus noster IESVS CHRISTVS dicit NOTANTER, *Caro mea verè est cibus* genere nobilissimus, sapore suauissimus, continentia dignissimus, & efficacia mirabilissimus.

E

Caro Christi est cibus nobilissimus.

PRIMO est cibus genere nobilissimus, quia est panis angelorum, panis cœlicus, panis Deificus, panis supersubstantialis, & non humanus, propter quod dicitur, Sap. 16. *Angelorum esca nutristi populum tuum, & panem de cœlo præstitisti eis*, sine labore, qui figuratur, Exodi 16. Vere panis angelicus, quia ipsum comedunt Angeli in cœlo, nec possunt viuere sine isto cibo & pane; nec cœlum staret, si hunc panem vel cibum non manducarent, quia super omnem substantiam omnia continet, viuificat, cibat & satiat. Hunc panem dedit nobis Dominus sine labore, qui nimirum à sancta Trinitate in vtero virginali, igne Spiritus sancti est decoctus. Hic panis qui fuit in virginis vtero, est modo semper sub Sacramento, & in delitiarum fidelis animæ hortulo. Vnde Augustinus sermone de Natiuitate Christi dicit. Christus impleuit in cœlo mensam Angelorum, & impleuit in terra præsepe nostrum; plenitudo mensæ ipsorum, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: plenitudo præsepis nostri est, quia Caro factum est, & habitabit in nobis. Et vt homo manducaret panem Angelorum, creator Angelorum factus est Homo, illi comedunt eum videndo, nos credendo: illi fruendo, nos sperando: illi capiendo, nos amando: illi intuendo, nos contemplando: illi intrando, nos desiderio pulsando. Panis angelicus. Viuificat, cibat, satiat.

Digitized by Google

Est cibus sapore suauissimus.

Secvndo, corpus aut caro Christi est cibus sapore suauissimus; quod notatur in Manna, cum dicitur. *Omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem*. Sap. 16.

F

Dicunt quidam expositores, quod Iudæi in deserto vescentes isto cibo, scilicet Manna, aut cogitabant cum desiderio de aliquo genere cibi pro tunc, vel non cogitabant. Si cogitabant vel desiderabant aliquod genus cibi, statim Manna in eis talem saporem causabat mirabilem, tàm in bonis quàm in malis. Si verò non habebant actuale desiderium alicuius alterius cibi, tunc non causabat in comedentibus sibi saporem generalem, sed similem oleo conspersum.

Ad propositum autem, sapor & odor attrahunt desiderium, confortant cerebrum, & corpori dant incrementum. Sic corpus Christi suo odore & sapore delectat angelos in cœlo recreat, sustentatq; iustos in terris, & consolatur, & liberat captiuos in inferis, id est, in purgatorio degentes, ideo quilibet istorum trium potest dicere illud Cant. 1. *Trahe me post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Iste cibus fideliter comestus sua saporis suauitate perfectè reficit mentem, cibat, confortat & lætificat: cuius exemplum patet in natura. Dicit Aristoteles in Problematibus. Homines cibati & benè pasti post cibum sunt in vultu & in cæteris membris amœniores, & delectabiliores, & floridiores, & rubicundiores. Sic deuotæ mentes hominum pastæ corpore Christi sunt amœniores cœlesti iucunditate, delectabiliores in terna quadam dulcedine & sapore, molliores & flexibiliores; in omni gressu & gradu æternæ salutis floridiores; in omni opere bono & virtute rubicundiores. Hoc videns Hieremias propheta dixit. *Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, pulchriores sapphiro*, Thren. 4. Hoc figuratum est in colore Mannæ. De quo Exod. 16. & Numeri 11. *Quod erat album simile grano puro, pilo tusum & bdellio pruinæ seminis coriandri.* Albus color significat claritatem mysterij: inter omnes enim colores albedo magis habet de luce, & ideo infirmus visus debilitatur per ipsum. Sic in claritate corporis Christi carnalis anima hæsitando, non credendo disgregatur & confunditur, dicens. *Quomodo potest hic dare carnem suam ad manducandum?* Ioan. 6. Tres enim naturæ sunt in Christo, corporalis, spiritualis, & diuinalis. *Corporalis*, quasi granum tusum, Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* Per granum intelligit Christum, qui tusus est & attritus in corpore suo. Iuxta illud Isa. 53. *Attritus est propter scelera nostra. Spiritualis* natura est admodum bdellij, & est arbor cuius gummi lucidum est & amarum. Sic anima Christi fuit lucida, quoad rationem, quia diuino lumini vnita. Amara verò quo ad sensualitatem.

Corpus Christi lucidum, dilatans, confortans, lætificat.

In Christo tres sunt naturæ.

G

De ratione dicit Isaias 42. *Non erit tristis neq; turbulentus.* De sensualitate dicit Christus. *Tristis est anima mea vsq; ad mortem*, Matth. 26. Sed *diuina natura* est ad modum pruinæ seminis coriandri. Pruina habet refrigerare, semen coriandri infirmitatem sedare. Est enim quoddam olus, quod est cibus infirmorum, qui ergo infirmus est, hoc olus manducet. Sic corpus Christi habet refrigerare concupiscentiam, & sustentare infirmitatem. Sapor autem manentis, vt dicitur Exodi 16. & Numeri 11. quasi panis oleati & similæ cum melle. Panis enim Christi est quasi panis oleatior, quia diuinitus oleo vnctus, Psalm. 44. *Vnxit eum oleo lætitiæ, &c.* imò totus gratia respersus, ideo dicitur Eucharistia, quasi bona gratia: Anima vero Christi dicitur similia, quæ est farina purgata à furfure: sic animæ Christi propter subtilitatem naturæ & puritatem gra-

Virtus & operatio Coriandri.

Digitized by Google

gratiæ immunitatemq; ab omni defectu, quia plena gratia & veritate. Natura verò diuina significatur in dulcedine mellis. De qua Psalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, &c.*

TERTIO, corpus vel caro Christi, est cibus in continentia dignissimus. De hoc Sap. 16. *Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendisti*, quasi diceret. Ille cibus per Manna figuratus, est tuæ dilectionis indicium, & tuæ substantiæ contentiuum, & est tuæ dulcedinis effusiuum. Quod tuæ dilectionis sit indicium patet, quia illam æternam charitatem quam habebas ad filios hominum, in hoc declarasti. Vnde *propter nimiam charitatem*, inquit Apostolus ad Rom. 8. *qua dilexit nos Deus, filium suum misit in similitudinem carnis peccati*, qui quidem filius est substantia Patris. Nam quicquid est Pater, hoc est Filius. Et quia tota substantia Patris est in Filio, in dando nobis filium... Quod dedit nobis Pater totam substantiam suam, patet, quia Christus secundum diuinam naturam est Verbum vel Filius Dei, qui ex tota substantia Patris gignitur, vt dicit Augustinus 15. de Trinit. cap. 14. *Et addit*. Non enim integrè perfecteq; dixisset se Patrem, si in eius filio vel verbo magis minusué aliquid esset, quàm in ipso, ergò, &c. Vnde ad Rom. 8. *Qui enim dedit nobis Filium, quomodo non etiam donauit omnia nobis cum illo?* quasi diceret, vtique. Ex hac substantia etiam fluit dulcedo sua, quæ est Spiritus sancti persona, quæ est suauitas, dulcedo, vnitas, vel amplexus, Patris & Filij. Et sic in hoc Christi Sacramento continetur tota Trinitas, Filius per substantiam sui corporis perfecti, Pater & Spiritus sanctus per inuisibilem naturæ vnionem. Quapropter hoc Sacramentum est vas preciosissimum sanctissimæ Trinitatis. Est vas auri solidum diuinæ Maiestatis, & arca intus & foris deaurata, in qua sunt tabulæ Moysi, virga Aaron, & cœleste Manna.

Caro Christi est cibus dignissimus in continentia.

QVARTO dico breuiter, quod Manna nostrum, id est corpus Christi, est cibus efficacia mirabilissimus, propter quod dicitur, Sap. 16. *de Manna quod erat deseruiens vniuicuiuq; voluntati, & ad quod quisq; volebat, conuertebatur.* Cuius ratio est. Quia Manna licet eundem in omnibus saporem virtualiter haberet, tamen secundum diuersitatem voluntatis, desiderij, & affectus, diuersum cuilibet præbebat saporem, quia actus actiuorum, &c. vt patet in cibo, qui cuilibet placet secundum dispositionem palati. Sic lux solis in se dulcis & clara, non in omnibus æquè aspicientibus est amabilis, vt patet per Augustinum, qui sensit & expertus est, quod palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis. Sic corpus Christi diuersis diuersimodè placet vel sapit. Alijs siquidem dulcis alijs amarus, alijs vita, alijs mors, quia mors est malis, vita bonis, vt canitur, alijs plus, alijs minus.

H

Caro Christi est cibus admirabilis efficaciæ.

Corpus Christi varijs variè sapit.

Sicut enim vas latum, amplum, magnum & profundum, plus capit de liquore, sic cor altum per liquorem, latum per dilectionem, longum per cõtinuam deuotionem, & profundum per cœlestium mysteriorum speculationem, plus haurit gratiæ Saluatoris & dulcedinis cœlestis, de fonte corporis Christi, quàm corda stricta & occupata formis terrenis. Veruntamen nec oculis bonis eodem modo sapit, sed diuersimodè cuilibet pro sua vtilitate; quod probat Bernardus super Cantica: Oportet, inquit, pro varijs affectibus diuinæ præsentiæ gustum variare, & infusum sapientiæ supernum dulcorem, diuersis appetitibus animę, aliter atque aliter oblectare palatum. Et exponit dicens. Sapit ergò infirmis, vt medicina, & medicis itinerantibus vt cy-

mes & terminus, pauperibus vt Rex, diues & thesaurus; esurientibus, vt paterfamilias,& cibus sapit amantibus,vt amor & sponsus. dicant ergò omnes Christo. *Indica mihi vbi pascas vbi cubas?* Respondet, *in meridie.* Bernardus: Quis non cupiat vehementer ibi pasci propter cœnam,propter adipem,& propter satietatem vbi nihil formidatur,nihil fastiditur,nihil deficit,tota habitatio in Christo paradisus,dulce pabulum,verbum opulentissimum,vita æterna. Et hoc est, quod dicit se pascere in meridie, id est, in cordibus electorum, in quibus velut Manna, quod ad solis calorem liquescit, quia eos suæ dulcedinis liquore perfundens, facit liquescere desiderium ad eius plenitudinem. Sed ad ignem humanæ cupiditatis penitus induratur, quia cibus & panis Angelorum vertitur in *fel draconum & venenum aspidum insanabile.* Cibus vitalis,efficitur eis causa mortis. Panis refectionis, efficitur eis occasio æternæ damnationis, sicut scriptum est in Psal. 68. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. & in retributiones,& in scandalum.* Et addit notanter Christus in verbis prælibatis. *Et sanguis meus vere est potus.*

Cant. 1.

Iob 20.

I Quæstio cur Sacerdotes accipiant sub bina specie.

Hic quæreret aliquis, cur Sacerdotes accipiunt sub specie bina,scilicet panis & vini, cum tamen sub vtraq; specie corpus & sanguis contineatur ex naturali concomitantia, vt declarat Doctor Ægidius in tractatu de corpore Christi quinquagesima propositione, & Thomas in summa contra errores gentilium lib. 4. cap. 69. Dicit enim Ægidius. Cum corpus naturaliter sit coniunctum suo sanguini & suæ animæ, etiam ipsi verbo, quod habet inseparabilem vnionem ad carnem & animam,sic licet ex vi Sacramenti sit tantum corpus Christi & sanguis, tamen ex naturali concomitantia sunt ibi cætera. Ex quo patet, quod sub corpore Christi est verus sanguis, & sub sanguine verum corpus concomitanter.

Materia huius Sacramenti correspondet. 1. Vsui. 2. Significationi.

Ad hoc respondent Doctores, quod materia huius Sacramenti debet correspondere *vsui*, significationi & effectui. Nam *vsus* materiæ huius Sacramenti est refectio, perfecta autem refectio est cibus & potus. Et ideo huic Sacramento duplex materia competit, videlicet panis & vinum, & hæc est ratio Hugonis. *Secundo*, debet correspondere *significationi*. Significatio autem talis triplicem habet respectum, scilicet ad *præteritum, præsens, & futurum*. Ad *præteritum*, vt ad passionem Christi, in qua sanguis Christi à corpore separatus fuit, & ad hoc significandum distinctè consecratur ad vtrunq;. Secundo *ad præsens* sic. Sicut panis ad corpus,ita sanguis ad animã operatur. Quod autem panis ad corpus & sanguis ad animam pertineat, testatur Moyses dicẽs, quod caro pro corpore, sanguis autem offertur pro anima, quia vt dicitur Leuit. 17. *Anima carnis in sanguine est.* Nam in sanguine sedes est animę, vt dicũt Physici. Et ratio Aristotelis est, quia est fons sanguinis, in quo anima primo viuit, & vltimo moritur, vel discedit. Ne igitur hoc Sacramentũ ad vnam tantum substantiam pertinere videatur in salutem vtriusq; sub vtraq; offertur specie. Tertio ad futurũ. Nam sicut in præsenti corpus & anima cibatur ita in futurum vtrunq; sanabitur, sicut scriptum est, Ioan. 10. *Siue egrediantur, siue ingrediantur pascua inuenient.* Quasi diceret secundũ Aug. Siue anima egrediatur ad contemplationem diuinitatis, siue corpus ad contemplationem humanitatis, semper pascua inuenient æternæ iucunditatis. Effectus duplex est. *Vnus* in Christo est, assumptio humanæ naturæ, quia non solum corpus, nec solum animam, vt multi dixerunt hæretici Christus assumpsit, sed totam humanam naturam. *Alius* est effectus, vt sicut totam assumpserat, & totam redemerat, ita & totã

Effectus duplex.

salua-

ſaluaret, & in ſignum huius ſub bina ſpecie conſecratur, & traditur nobis idem Sacramentum & vinum.

Sed diceret aliquis. Cum vnum ſit tantum ſub vtraque ſpecie Sacramentum, cur non datur vtrunque in Eccleſia communicantibus? Reſpondetur, quod olim in primitiua Eccleſia penè omnibus dabatur Chriſti fidelibus cum corpore ſanguis. Sed nunc non datur, & hoc propter duo, quæ etiam Thomas breuiter tangit in Compend. Theolol. veritat. lib. 6. Cur non ſingulis datur ſub vtraque ſpecie.

PRIMO ad tollendum erroris materiam, ſcilicet ne aliqui crederent non eſſe ſanguinem in corpore, & duo viderentur eſſe in Sacramento realiter diſtincta, & per conſequens nec corpus crederetur viuere, eò quod vita hominis in ſanguine eſt, nec ſanguis poſſet habere vitam ſine corpore. Cum ergo ſub vtraque integrum & perfectum ſit Sacramentum, id eſt corpus & ſanguis Chriſti, ſufficit ſub ſpecie vna ſumere totum. Reſp. 1.

SECVNDO ad præcauendum effuſionis periculum, Cum enim partes ſanguinis maximè ſint fluxibiles, & citò effuſibiles, ille leui motu aut ſumeretur aut liqueretur foris in ore, & ſic periculum grauiſſimum incideret, quod de corpore Chriſti cum partes ſint ſolidæ, fieri citò non poteſt, ideo ſoli ſacerdotes ſanguinem ſumunt, in quibus tanta cautela eſſe debet & diſcretio ſanguinis, quod nequaquam etiam minimam guttulam per magnam pœnam debent effundere. De qua pœna habes de conſecra: diſtin. 2. Si per negligentiam, vbi dicitur. Si per negligentiam ſanguis Chriſti, id eſt, de Sacramento ſanguinis ſtillauerit ſuper terram, ſtilla lingua lambatur, & tabula, vel terra radatur, ne locus conculcetur, & igne conſumatur, & cinis intra altare abſcondatur, & Sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Et dicit Barthol. Brixien. gloſſator, quod hæc pœnitentia erit, vt tot diebus ieiunet, & tot diebus abſtineat à communione Sacramentorum. Pœna effundentis Chriſti ſanguinē.

Et addit Guilelmus. Cum non dicat, quod debet ieiunare in pane & aqua, credo quod ſufficiat ieiunare in cibo quadrageſimali, vel etiam ſicut ſolet ieiunari in ſextis ferijs. Si verò ſuper altare, gloſſ. non interpoſita palla ſtillauerit Calix, ſorbeat miniſter. Gloſſ. ipſe Sacerdos ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat, & linteamina quæ tetigerat ſtilla, tribus vicibus miniſter, id eſt Sacerdos abluat calice ſubterpoſito, & aqua ablutionis ſumatur, ſcilicet in calice. Si vſque ad quartum, quadraginta diebus pœniteat, & cum ablutione faciat vt ſupra. Et dicit Guilhelmus. Credo quod ſiue ſtilla ſanguinis ceciderit ſuper corporale, ſiue pallam, ſiue ſuper aliud indumentum ſacerdotis, ſufficit facere, quod hic dicitur: niſi apud illos qui habent præceptum Synodale, qui formam ſibi ſuper hoc traditam ſequi debent. Hæc Guilhelmus. K

Ex hoc patet abuſus quorundam ſacerdotum, qui veſtimenta etiam pretioſa incidunt, vt caſulas, ſuper quas interdum ex negligentia Corpus Chriſti vel Sanguis ſtillauerit, quod tamen non eſt faciendum. Sed ſufficit facere ſicut eſt prædictum. Quod etiam confirmat Thomas de Argent. in Compend. Theolog. verita lib. 6. Si, inquit, Corpus Chriſti vel ſanguis ſuper pallam altaris ceciderit, vel ſuper aliud veſtimentum, non incidatur ſed vino lauetur & à miniſtro ſumatur.

Digitized by Google

L. Corpus Christi sumitur.

Quantum ad SECVNDVM ponitur cibi huius salùberrimi vtilitas, cùm dicit. *Qui manducat meam carnem.* Pro quo NOTA, Corpus Christi quatuor modis manducatur vel sumitur. Quidam verò sumunt *spiritualiter* tantum, vt qui accipiunt rem sacramenti & gratiam, & non ipsum sacramentum corporis Christi. Et dicit Magister 4. dist. 9. cap. 1. Spiritualiter manducat, qui in vnitate Christi & Ecclesiæ, id est, in charitate Dei & proximi quam Sacramentum præsignat manet. Et allegat ibi Augustinus in lib. sentent. Prosperi, cap. 241. Nam qui discordat à Christo nec carnem Christi manducat, scilicet spiritualiter, nec sanguinem bibit, quia secundū glossam, non incorporatur spirituali corpori Christi. Et idem B. Augustinus in libro de remedio pœnitentiæ & ponitur de consecra: dist. 2. c. Vt quid. Spiritualem manducationem distinguens à sacramentali, ait: Vt quid paras dentem & ventrem? tantum crede scilicet, in fide formata charitate, & manducasti; in qua manducatione efficimur corpus Christi mysticum: Omnes simul efficimur vnum, magnam prædestinationis habemus arrham & priuilegium, & quod filij Dei sumus quoddam experimentum. Vnde Apostolus. *Vnus panis & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane & de vno calice participamus*, & ista possunt taliter persuaderi, sicut dictum fuit Augustini: Cibus sum grandium, crede & manducabis me, nec tu mutabis me in te, sicut cibum carnis tuæ, sed mutaberis in me; Christus est indiuisus, ergo qui veraciter recipit ipsum mutatur mente & spiritu in ipsum, & quicunque ita fuerint mutati in ipsum, omnes sunt vnus homo in Christo, & vnus Christus indiuisus, & sic vt Christus est immortalis & regnat in cœlis, ita tales sunt immortales spiritualiter, & certi quodammodo de vita æterna, quia vita eorum est in vita Christi abscondita cum Deo, & dicunt cum Apostolo. *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus.* ad Galat. 2. De hac manducatione dicit hic Christus. *Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet & ego in illo.*

I. Spiritualiter.

M. Quinā hoc sacramentū spiritualiter sumant. Primi.

Et NOTA quod quatuor genera hominum sumunt spiritualiter hoc sacramentum.

PRIMI qui in infirmitate constituti sunt, sic quod non retinent cibum ex debilitate stomachi, tales non sunt corpore Christi communicandi, quia dicitur de consecra. dist. 2. cap. Si quis per ebrietatem. Si causa infirmitatis euomuerit quis hostiam, septem diebus pœniteat, & deber vomitus cremari & cineres iuxta altare recondi. Si tamen tales ex corde desiderent, licet Sacramentaliter non accipiant, spiritualiter tamen manducant. Vnde legitur de quodam qui magnam deuotionem habuit ad sacramentum Altaris, nam omni die cum potuit Missam audiuit, cum mori deberet, & tamen propter vomitum communicari non posset, de hoc multum doluit, petijt sibi latus suum lauare, & in mundo panno corpus Christi supraponi, quo facto, mox vt corpus Christi nudam carnem eius tetigit, vsque ad cor cunctis videntibus penetrauit.

Secundi.

SECVNDI qui spiritualiter manducant sunt illi qui se secundum posse suum ad hoc Sacramentum præparant, & Sacerdotes aliquando propter maiorem reuerentiam & deuotionem excitandam eis negant. ac illi de obedientia sacerdotis à communione abstinent: quia debent interdum Parochiani de consilio suorum sacerdotum à participatione sacramenti abstinere, sicut præcipitur cuilibet, qui peruenerit ad annos discretionis, vt ad minus in Pascha Eucharistiæ suscipiat sacramentum, nisi for-

Digitized by Google

fortè de proprij Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius preceptione duxerit abstinendum. de pœn. & remiss. Omnis vtriusque.

TERTII, qui spiritualiter manducant sunt qui in agone constituti libenter vellent confiteri, communicare, sed sacerdotem habere non possunt, si illi in tali contritione decedunt, spiritualiter propter desiderium, quod ad hoc sacramentum habent, manducauerunt. Tertij.

QVARTI sunt qui ex puro corde Deo seruiunt, & tamen ex reuerentia & humilitate non audent ad hoc sacramentum accedere, hi videntur spiritualiter manducare. Quarti.

SECVNDO, quidam accipiunt hoc sacramentum corporis Christi *sacramentaliter* tantum, vt quando manducantes sunt in peccato mortali, sicut Iudas. Et licet verum corpus Christi, quod de Virgine traxit, & in cruce pependit, quod fuit mortuum & resurrexit, atque in cœlum ascendit, veraciter & realiter sumunt sub speciebus visibilibus, non tamen fructum percipiunt sacramenti. De hoc dicit Magister lib. 4. di. 9. cap. 2. A malis sumitur tantum sacramentaliter, id est sub sacramento, id est, sub specie visibili carnem Christi de Virgine sumptam, & sanguinem pro nobis fusum, sed non mysticum, quod est tantum bonorum. Et probat hoc testimonijs Doctorum. *Primo* Gregorij qui dicit in lib. dial. Est quidem in peccatoribus & indignè sumentibus vera Christi caro & verus sanguis, scilicet essentialiter, non salubri efficientia, id est non remissione peccatorum efficientia. *Secundo* B. Augustinus de verbis Euangelij super Ioan. homil. 62. Multi indignè sumunt corpus Christi. De quibus dicit Apostolus 1. Cor. 11. *Qui manducat corpus Domini*, scilicet verum *indignè: iudicium sibi manducat & bibit*. Per quod, inquit, Augustinus, docemur, quod sit cauendum malè accipere bonum. Ecce enim factum est malum id est pœnale, cum malè accipitur bonum. N II. Sacramentaliter.

Circa quod est NOTANDVM, quod indignitas tam celebrandi quam sumendi sacramentum Eucharistiæ potest contingere tripliciter. *Primo modo* ex ipsa celebratione, vt si quis non obseruat ritum à Christo institutũ, offerendo alium panem quàm de tritico, vel aliud vinum quàm de vite. Quia dicit S. Thom. in Summa contra gentiles lib. 4. cap. 49. Panis propriè non dicitur nisi qui ex granis tritici conficitur, ideo si non seruaret aliquis instituta Christi & Ecclesiæ, circa consecrationem Eucharistiæ, indignè celebraret & sumeret. Quod testatur Alanus super illud 1. Corinth. 11. Aliter celebrare mysterium Eucharistiæ, quàm à Christo sit traditum, & non deotamente accedere, est ipsum Sacramentum irreuerenter tractare. Et ex ipsa irreuerenti tractatione peccatum contrahere. Hæc ille. *Alio modo* sumitur indignitas ex parte celebrantis vel sumentis Eucharistiæ Sacramentum. Sumendo in voluntate peccandi mortaliter de futuro, vel impœnitens de præterito, indignè sumit & *reus erit corporis & sanguinis Christi*, 1. Corinth. 11. Dicit gloss. quod talis pœnas mortis Christi exoluet, id est, punietur sic, ac si Christum occidisset, quod tamen non est intelligendum secundum æqualitatem, sed secundum quandam similitudinem. Maius est enim peccatum, agendo in humanitatem Christi in propria specie quàm in aliena, quia hoc est contemptibilius & horribilius. Aliter exponit Alanus indignè sumens corpus punietur, ac si Christum occidisset, & non tantum, sed quasi imitatio- O Indignitas sumendi sacramentum contingit. I. Ex ipsa celebratione. 2. Ex parte celebrantis vel sumentis.

tatione occidentium Christum. *Alio modo* sumitur indignitas ex parte sumentis, ex parte deuotionis, vt puta distractè, mediante occupatione temporalium, & accedit ad hoc Sacramentum, habitualiter tamen retinet debitam reuerentiam. Et talis indignitas non facit sumentem reum corporis & sanguinis Domini, impedit tamen fructum saltem in parte. Si tamen talis defectus deuotionis tantum duraret, quod non doleret de tali distractione & occupatione temporalium, grauiter peccaret & indignè sumeret Eucharistiæ Sacramentum.

3 Ex parte distractionis & indeuotionis.

P Signa indigne sumẽtis.

Ex iam dictis colliguntur tria signa, per quæ Sacerdos potest scire, si indignè celebrat, & vnusquisque si indignè manducat.

PRIMVM, si non curat consuetudinem circa hoc Sacramentum obseruare, vt de officio Missæ, vel circa horas Canonicas prius dicendas.

SECVNDVM, si Sacerdos in peccato, vel in voluntate peccandi, prǽsumit celebrare. De quo dicit Magister in gloss. 1. Cor. 11. *Iudicium sibi manducat & bibit*, qui in voluntate peccandi permanet, & in crimine est volens.

Motiua cur existentes in peccato cõmunicent.

Sed dicunt aliqui Sacerdotes, & etiam alij, quod existentes in peccato possint licitè accedere ad hoc Sacramentum, & mouentur ex tribus. *Primo* ex eo, quod illud Sacramentum est spiritualis medicina, ergò existentes in peccato mortali debent ad illud Sacramentum accedere, sicut infirmus ad medicinam. *Secundo* mouentur ex dicto beati Ambrosij in lib. de Sacram. & ponitur de consecra. dist. 2. Non iste est vbi dicit: Iste Panis quotidianus est, accipe quotidie, quod tibi quotidie prodest. Vbi beatus Ambrosius nullum excipit. *Tertio* ostendunt per illud Ioan. 6. *Qui manducat me, ipse viuet propter me.* Et arguunt sic. Peccatores licitè tangebant corpus Christi in propria forma, & consecuti sunt veniam malorum, vt Lucæ 7. de peccatrice Maria. Et Marci 6. dicitur. *Quicunq; tetigerunt fimbriam vestimenti eius, salui facti sunt.* Igitur quilibet peccator potest licitè tangere corpus Christi, siue sumere in Sacramento, vt veniam peccatorum consequatur. Ad illa faciliter respondetur.

Resp. ad I.

Ad PRIMVM, quod licet illud Sacramentum sit spiritualiter medicina, tamen non prodest nisi viuis vita gratiæ. Mortuis verò, id est, in peccatis mortalibus existentibus non prodest, & hoc volunt Ambrosius & Augustinus. Sicut alimentum corporale non prodest mortuis, sed solummodo viuis. Sic illud vitale Sacramentum, & spirituale alimentum, non prodest mortuis peccato mortali, sed solum viuis vita gratiæ, & infirmis morbo peccati venialis.

Ad II.

Ad SECVNDVM dicitur. Quod beatus Ambrosius vult dicere, quod ille est panis quotidianus, & ille meretur panem illum quotidie accipere seu sumere, qui viuit vita gratiæ, & habet vitam immaculatam, ideo dicit sic. Viue benè quotidiè, vt quotidie merearis accipere.

Ad III.

Ad TERTIVM dicitur, quod Saluator illud dictum intelligit de dignè manducantibus, qui sine peccato mortali accedunt ad illud ineffabile Sacramentum: qui enim cum peccato mortali accedunt, iudicium sibi sumunt.

Ad rationem dicitur, quod non est simile de tactu corporis Christi in propria specie, & sumptione corporis in Sacramento. Quia corpus Christi in Sacramento sumitur in signum spiritualis vnionis cum Christo in propria specie, ideo exhibuit se peccatoribus tangendum in propria specie, & ex hoc non contrahebant crimen, sed

Digitized by Google

ſed conſequebantur animæ ſanitatem. Vel poteſt dicere, quod Chriſtus in propria ſpecie gerebat ſimilitudinem carnis peccati. Ideo conuenienter ſe exhibuit peccatoribus tangendum. Sic remota ſimilitudine carnis, per gloriam reſurrectionis ſe tangi prohibuit à muliere, quæ defectum fidei circa ipſum patiebatur, Ioan. 20. *Noli me tangere, non enim aſcendi ad Patrem meum* gloſſ. in corde tuo, vt exponit Auguſtinus, & tamen poſtea permiſit ſe tangi ab ea, cum reſurrectionem credidit. Sic niſi formata fide nemo poteſt licitè & laudabiliter accedere ad corporis Chriſti Sacramentum.

3. Signum tertium.

TERTIVM ſignum eſt, ſi non curat conſcientiam ſuam diligenter examinare. Si enim aliquis defectum deuotionis in ſeipſo reperiret propter mentis diſtractionem, quam patitur ex diſtractione temporalium, debet diligenter examinare conſcientiam ſuam an de illa diſtractione, qua impeditur in deuotione ſua, doleat vel non. Si reperit ſe dolere de tali, licet ſit indignus, tamen non indignè accedit ad illud Sacramentum. Si non reperit ſe dolere de tali defectu deuotionis, non ſolum eſt indignus accedere, ſed indignè accedit. Similiter debet examinare conſcientiam ſuam, an ſit in aliquo peccato mortali. Et ſi non inueniat ſe fore in aliquo peccato mortali, timere ſe tamen debet fore in aliquo peccato, quia poteſt in eo eſſe aliquod occultum peccatum, ſuper quo eum conſcientia non accuſat: quia piarum mentium eſt, culpam timere vbi culpam non habent, vt dicit Gregorius diſt. 5. c. Ad eius. Et ſi tunc accedit ad Sacramentum, quamuis accedat cum aliquo defectu deuotionis & indignus, non tamen accedit indignè. Quia dicit Doctor Alanus in gloſſ. 1. Cor. 11. Aliud eſt indignus accedere, & aliud eſt indignè. Vnde poteſt benè eſſe, quod aliquis indignus accedat & ſumat non tamen ex hoc peccabit. Sed quicunq; indignè accedit, peccat. Hæc ille.

Q Tertij ſpiritualiter & ſacramentaliter.

TERTIO, quidam accipiunt aut manducant hoc Sacramentum *ſpiritualiter & ſacramentaliter*, vt qui accipiunt rem & Sacramentum, vt communicantes in gratia: Et in illis penè omnia miracula, quæ Chriſtus in mundo fecit corporaliter, hoc corpus Chriſti facit ſpiritualiter.

Miracula quæ fiunt ſpiritualiter in illo qui dignè communicat.

PRIMVM miraculum, quod ſicut Chriſtus in mundo de Virgine natus eſt, ſic Euchariſtia dignè ſumpta, facit nos naſci ex Deo ſpiritualiter. Iuxta illud Ioan. 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Et B. Ioan. in prima cano. c. 2. *Scitote quia omnis, qui facit iuſtitiam, ex Deo natus eſt.* Et Origenes, Sicut inquit, ſplendor naſcitur ex Sole ſic iuſtus, per ſingula opera bona ex Deo naſcitur. Nam natiuitas ſpiritualis felicior eſt natiuitate Chriſti, quia corpus naſcentis ſeparabatur à corpore genitricis. Sed in natiuitate noſtra ſpirituali manemus in Deo, & Deus in nobis, ſicut dicunt verba Thematis, *In me manet, & ego in eo*, quia ſecundum ſanctum Thomam in 4. diſt. 12. Proprius effectus Euchariſtiæ eſt conuerſio hominis in Deum. Ideo dicit Auguſtinus de verbis Euangelij. Quid eſt Chriſtum manducare? non eſt hoc ſolum in ſacramento eius corpus accipere: multi enim accipiunt indignè, gloſſ. qui non ſunt in corpore Chriſti myſtico, ſed in ipſo manere ſcilicet per gratiam & charitatem, & habere ipſum in ſe manentem.

SECVNDVM miraculum, ſicut Chriſtus naſcens matri ſuæ conſeruauit integritatem ſic Euchariſtia conſeruat in nobis integritatem fidei & virtutum. Quia dicit Beda, quod omne donum cœleſtis gratiæ, ſancta attribuitur Euchariſtia mediante.

R TERTIVM miraculum, quod claritas Dei circumfulſit paſtores, quia dicitur Lucæ 2. *quod impleti ſunt dies Mariæ, vt parere, & peperit filium ſuum primogenitum, & ſtatim claritas Domini circumfulſit paſtores.* Sic poſt quam Chriſtus naſcitur ſpiritualiter in corde hominis per condignam ſumptionem, ſtatim lumen gratiæ & intelligentiæ animam circumfulget, & omnes vires animæ, vt *rationalis*, acutior claret ad bonum eligendum & malum reprobandum. Iuxta illud Iſa. 7. *Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Vbi per mel intelligitur Chriſtus, qui ſecundum Bernardum eſt mel in ore & melos in aure. Item *concupiſcibilis* fit feruentior ad bonum deſiderandum: *Iraſcibilis* diſcretior & fortior ad malum deteſtandum. In cuius figura legitur, 1. Reg. 14. *Cum Ionathas quaſi tota die contra Philiſtæos pugnaſſet, ferè præ laſſitudine non videbat, extendit q; ſummitatem virgæ, quam in manu tenebat, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os ſuum comedit q; & illuminati ſunt oculi eius.* Per Ionathan, qui interpretatur columba pulchra, intellige animam Deo dilectam, quæ ex pœnitentia fit candida & pulchra, vt dicat ſibi Chriſtus. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, ſcilicet mortalis culpæ Cant. 4. cap. Hæc pugnat contra Philiſtæos, qui interpretantur cadentes; & ſignificat Dæmones, qui de cœlo ceciderunt, Iſa. 14. & Lucæ 10. & hæc pugna durat vſque ad Veſperam, id eſt, vſque ad mortem in qua quidem pugna anima laſſatur. Ideo recurrere debet ad refectionis Sacramentum dulce ſuper mel & fauum, tunc illuminantur oculi eius, vt poſſit intelligere aſtutias diaboli & Dæmonum, & eis viriliter reluctari.

S QVARTVM, quod Angeli nato Chriſto ſunt ad laudandum Deum excitati, & ad referendum gratiarum actiones, quia ſubitò *facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium & dicentium.* GLORIA IN EXCELSIS DEO, Lucæ 2. Sic quilibet homo poſt ſumptionem Corporis Chriſti debet ad gratiarum actiones excitari Iuxta illud Pſalm. 21. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum*, quaſi diceret. Humiles & contemptores mundi, edere hoc Sacramentum ſunt digni, in quo oſtendit, quales eſſe debeant, vt ad menſam Chriſti accedere præſumant, videlicet humiles & mundi contemptores, Chriſtum Regem ſuper omnia diligentes, & omnes affectus ſuos in ipſum ordinantes, ita vt nihil curent & cupiant, nihil habere deſiderent præter ipſum, vel in ordine ad ipſum.

Sumpta Euchariſtia gratiæ agendæ.

T QVINTVM miraculum, quod ſtella perduxit tres Magos ad præſepe Domini, quia tria *munera, Aurum, Thus, & Myrrham offerebant ei*, Matth. 2. Per ſtellam intelligitur Chriſtus quia ipſe eſt ſtella matutina, quæ dabitur, vt dicitur Apocal. 3. Et hæc ſtella Chriſtus cum accipitur in ſancta Euchariſtia, adducit homini tres virtutes, ſcilicet, munditiam cordis, ſapientiam oris, & induſtriam operationis. *Munditia cordis* offert aurum charitatis, dicens cum Pſal. 17. *Diligam te Domine fortitudo mea. Sapientia oris* offert Thus deuotæ orationis Iuxta illud Pſalm. 140. *Dirigatur Domine oratio mea*, &c Sed *induſtria operationis* offert caſtigationem corporis, dicens cum Paulo. *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem iterum redigo*, 1. Cor. 9.

Quid corpus Chriſti conferat digne communicanti.

SEXTVM miraculum, quod Chriſtus *conuertit aquam in vinum in nuptijs* Ioan. 2. Sic Chriſtus in nuptijs ſpiritualibus, quando per ſumptionem ſui ſanctiſſimi Sacramenti animæ vnitur deuotæ conuertit aquam tribulationis in vinum dulcedinis & maximæ conſolationis. Quia dicit Bernardus in Epiſtola ad Carthuſ. Quod nunquã maius in tota vita ſua gaudium & refrigerium expertus fuit, quàm cum in ſumptione corporis & ſanguinis Chriſti felicius ter de guſtauit.

SEPTI-

SEPTIMVM miraculum, quod *Christus in mari sedauit ventos*, Matth. 8. Marci 4. Lucæ 8. Sic corpus Christi in corde hominis, quod est quasi *mare feruens, quod quiescere non potest*, Isa. 57. Sedat quatuor ventos principales vitiorum, scilicet superbiæ, auaritiæ, gulæ, & luxuriæ, &c. Si enim considerat homo, quod immensus Deus vniuit se humanitati humili *formam serui accipiens*, ad Philip. 2. & dignatur sub forma panis modica latere immensus Deus, vt in cruce pependit, per *superbiam* certè eum dilatari pudebit. Si considerat eius immensa largitatis beneficia populo Christiano exhibita, quæ ineffabilem ei conferunt dignitatem, secundum Augustinum in hodierno sermone, videlicet, quod se nobis totaliter condonauit, peccatum *auaritiæ* sedabit. Si autem considerat, quod de Virgine mundissima natus est, & quod ipse de mundo pane fit panis Christi, abominabilis omnis *luxuria* fit illi. Si vero considerat, quod Christus seipsum in cibum tradidit vitæ æternæ, iuxta illud Ambrosij lib. de Sacram. Non est iste panis, qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit, de Conse. dist. 2. c. Non est iste, tunc vtique pudebit se super cibum corruptibilem effundere indeterminatè & intemperatè. Sicq; iste cibus regalis, Christi videlicet corpus, sedat hos quatuor ventos peccatorum.

Sedat quatuor ventos vitiorum.

Superbia.

Auaritia.

Luxuria.

Gula.

V

OCTAVVM miraculum, sicut Christus intrans in domum Zachæi, contulit ei gratiam satisfaciendi & restituendi, vt diceret. *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*, Lucæ 19. Sic Eucharistia dat pœnitenti gratiam satisfaciendi pro peccatis & proficiendi de virtute in virtutem. Et ideo 2. Reg. 6. dicitur, *quod Dominus benedixit domui, propter Arcam in qua erat Manna*. Arca est corpus Christi verum, in qua Manna diuinitatis est occultatum, & hoc quidem corpus Christi, si in domo cordis tui fuerit, Deus Pater huic domui benedixit, & hæc benedictio est profectus virtutum. Quia dicit Bern. quod homo per corpus Christi fit mansuetior ad laborem, ardentior ad amorem, sagatior ad cautelam, ad obedientiam pronior, ad gratiarum actionem deuotior.

Profectus virtutum est benedictio Dei.

NONVM miraculum, quod Christus eiecit dæmones ab obsessis. Nam Matth. 8. legitur, *quod expulit dæmones ab obsessis, qui intrauerunt porcos*. Et Matth. 9. *Obtulerunt ei hominem mutum habentem dæmonem, & eiecto dæmone locutus est mutus*, & sic in multis alijs locis. Sed quid per Dæmones spiritualiter nisi peccata; iuxta illud Marci vltimo, vbi Dominus legitur, *eiecisse à Maria Magdalena septem dæmonia*. Quod exponit Gregor. in homil. Quid in septem dæmonijs, nisi vniuersa vitia designantur. Hæc quidem vitia eiecit Eucharistia, iuxta illud Ambrosij in lib. de offic. Qui manducat corpus Christi, fiet ei remissio peccatorum.

Sed hoc intelligas principaliter de peccatis venialibus, quæ delentur per hoc Sacramentum, vt dicit S. Thomas in 4. dist. 12. *Et subdit*. Non tamen oportet, quod semper omnia venialia deleantur, sed secundum mensuram deuotionis: posset tamen feruor tantus esse, quod omnia peccata venialia deleret.

Eucharistiæ sumptione delentur peccata venialia

Sed nunquid eijcit vel delet mortalia? Respondet Thomas vbi suprà, quod non, nisi oblita, & quorum quis non habet conscientiam. Si autem quis instaret per hoc, quod legitur in complenda de hoc venerabili Sacramento, *sit ablutio scelerum*, dicit q; dupliciter potest intelligi, scilicet, vel quod dicitur sic crimina abluere in quantum ea impedit vel de his, quæ non sunt in hominis conscientia. Nam corpus Christi impedit ingressum peccatorum, & est contra tentationes hostium munimentum. Sicut

X

An per Eucharistiam deleantur peccata mortalia,

Digitized by Google

enim castrum munitur tripliciter, videlicet victualium abundantia, armorum copia, & militum constantia. Sic hoc Sacramentum dat animæ triplex munimentum. Dat enim *victus abundantiam*, sicut optat Dauid, Psal. 121. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* Dat *armorum copiam* per arma intellige virtutes, quæ administrat, vt patuit. Dat insuper *militum custodiam*, & hi milites sunt Angeli, qui post communionem custodiunt homines, ne tam citò labantur in peccata.

Triplex munimentum animæ.

Quid homini faciendū, vt dignè communicent.

Sed diceret aliquis. Quomodo debeo me habere, vt possim hoc Sacramentum dignè sumere? Ad hoc dicunt Doctores, quod homo debet spiritualiter facere, quod fecerunt Iudæi corporaliter. PRIMO enim Iudæi antequam venerunt ad Manna, exierunt Ægyptum. Ægyptus tenebræ interpretatur, & significat tenebras vitiorum, quas debet prius homo exire, qui vult dignè hoc Sacramentum sumere & comedere. Nam dicunt naturales, in tenebris omnis cibus comestus generat melancholiam, quæ corpus corrumpit. Sic & iste cibus sanctus generat mentis corruptionem, si fuerit in tenebris vitiorum comestus. Exi ergò à tenebris & pulchritudo cibi, & color dabit tibi virtutem.

Per mare rubrum significatur pœnitentia.

SECVNDO, filij intrauerunt mare rubrum quid per mare nisi pœnitentia, quæ videtur quasi amara, hanc debent intrare, qui volunt Eucharistiam manducare. Et rectè pœnitentia mare rubrum dicitur, propter *amaritudinem contritionis*, & propter *liquorem effusionis* in lacrymis, in quibus homo, vt filij Israël, de nouo baptizatur & renouatur in Christo. *Tertio*, pœnitentia dicitur mare, *propter profunditatem* diabolicæ *submersionis*. Quia sicut Pharao cum suo exercitu submersi fuerunt in mari rubro, ita Diabolus cum omnibus pompis suis submergitur in pœnitentiæ exercitio, & mens assecuratur de cœlesti regno. In cuius processu gratia præcedit in die prosperitatis. Per nubem refrigerationis & in nocte aduersitatis, per columnam ignis diuinæ dilectionis, & omnes reges aduersantes conuertit in fugam.

Y

TERTIO, debet cōtemnere omne terrenum, & cum filijs Israël intrare desertum. Quia dicit Cassianus libro Collationum. Impossibile quippe est, eum qui facultatibus innititur huius seculi, in his, quæ Dei sunt aliqualiter delectari. Et quia tria sunt, per quæ homo solet alligari mundo, scilicet amor possessionis voluptas carnis, & cupiditas honoris, iuxta illud 1. Ioan. 2. *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ*, propter quod ad hæc deserenda dixit Moyses filijs Israël. *Ibimus viam trium dierum per solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro*, Exod. 3. ad significandum, quod hæc tria sunt penitus dimittenda, quasi tres dies mundi, quæ lucent vniuerso orbi.

QVARTO, debet conuertere amaritudinem suæ crucis & passionis in oblectamentum, & hoc figuratum fuit in filijs Israël, qui venerunt in Mara ad potum amarissimum, quem cum præ amaritudine sumere non possent, *iussit Deus in illum mittere lignum, & conuersa sunt aqua in dulcedinem*, Exod. 15. Sic & tu si angariaris in pœnitentia, & abstinentia, & bonorum operum frequentia, mitte lignum crucis in memoriam tuam, & statim vertentur tibi in dulcedinem. Nam vbi Crux Christus, ibi & Christus, quia ipse est vera crux viuens, & pretiosa quam adoramus, quam desideramus, in qua satiamur. Vnde Augustin. lib. soliloq. cap. 13. Hoc inquit scio Domine Deus meus, vbicunq; sum sine te malum mihi est præter te non solùm extra me, sed etiam in me. Et omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas mihi est: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, Psalm. 16.

Vbi Crux Christi, ibi Christus.

QVAR-

Digitized by Google

QVARTO, quidam nec manducant *Sacramentaliter nec ſpiritualiter*, vt qui nec rem, nec Sacramentum accipiunt, vt ſunt quidam Sacerdotes qui nunquam, vel raro celebrant, vel hoc Sacramentum manducant, nec ſe ad hoc, vt ſpiritualiter manducent præparant, & dicunt, quod poſſunt ſe licitè abſtinere à Sacramenti celebratione. Contra quos dicit Merzelinus in tractatu de inſtructione ſimplicium Sacerdotũ, cap. 95. Si Sacerdos legitimum impedimentum non habens poſſet licitè à celebratione Miſſæ abſtinere, tunc Sacerdos quantumcunque ſanctus poſſet ſemper à celebratione abſtinere, cum non ſit maior ratio, quare Sacerdos non impeditus rationabiliter poſſet pro vna die abſtinere, quàm pro alijs. Et quia non poteſt licitè ſemper abſtinere, videtur quod Sacerdos non rationabiliter impeditus, non poteſt ſine culpa à celebratione Miſſæ abſtinere, quia dicit Gregorius in homil. Cum creſcunt dona, creſcunt & rationes donorum. Et cum ſacerdoti donum nobiliſſimum ſit à Deo datum, videlicet poteſtas conſecrandi panem in corpus, & vinum in ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, meritò negligentiæ reus erit. Si iſta non vtitur poteſtate ad honorem Dei, ſalutemque ſuam, & aliorum viuorum, atque mortuorum vtilitatem ſecundum illud 1. Pet. 4. *Vnuquiq; ſicut accipit gratiam ſcilicet à Domino liberaliter in alterutrum illum adminiſtrantes*, ſcilicet alijs communicando *gratis ſicut boni diſpenſatores*. Ex quo patet, quod malè dicunt, qui excuſant Sacerdotem à peccato, qui ſine rationabili impedimento dimittit miſſæ celebrationem, vbi populum habet ſibi ſubiectum & commiſſum, vel ex obedientia tenetur celebrare, cum iuxta illud Matth. 26. & Lucæ 20. *Hoc facite in meam commemorationem*, præcipitur Sacerdotibus celebrare, ſi non habuerint rationabile impedimentum, vt quidam magni Doctores tradiderunt.

Quarti nec manducant ſacramentaliter nec ſpiritualiter.

Sed contra hoc quidam ſic arguunt. Sacerdos accipit à Chriſto maximam poteſtatem videlicet abſoluendi. Matth. 16. & Ioan. 20. Similiter baptizandi, Marci vltimo, & populum docendi, à quibus poteſt licitè abſtinere. Si non tenetur ex obedientia vel ratione beneficij, ergò celebrare etiam poteſt ſine culpa & licitè abſtinere à celebratione. Præterea in Vitas patrum legitur, quod quidam ſanctus Pater in Sacerdotem ordinatus nunquam celebrauit. Similiter Apoſtoli raro leguntur celebraſſe. Ergò à ſimili, videtur quod Sacerdos quando voluerit poteſt licitè à celebratione abſtinere.

Obiectiones duæ.

AD PRIMVM dicitur, quod non eſt ſimile de alijs actibus, pro quibus exercendis Sacerdos à Deo recipit poteſtatem, & de celebratione. Nam alij actus ſicut eſt baptizare, abſoluere, docere ſic pertinent ad corpus myſticum, quod ſi Sacerdos non tenetur ad eos exercendos, vel ex prælatura, vel ex obedientia, poteſt ab illis actibus licitè abſtinere, niſi in neceſſitate, quia tunc obligaretur baptizare, abſoluere & docere, Euchariſtiamque miniſtrare, niſi aliquis iſtorum ab Eccleſia eſſet interdictus, ſicut religioſis mendicantibus præcipitur, ne ſine licentia curati Sacramentum alicui conferre præſumant, vt in Clemen. de priuil. & exceſſ. priuilegiatorum. Religioſi, qui Clericis vel Laicis Sacramentum vnctionis extremæ, & Euchariſtiæ miniſtrare, vel matrimonia ſolennizare præſumpſerint, excommunicationis incurrant ſententiam, ipſo facto duntaxat per ſedem Apoſtolicam abſoluendi. Hæc ibi. Celebrare verò ideò tenetur Sacerdos, vt Deo ſacrificium reddat etiam ſi nulli hominum teneatur.

Reſponſio ad 1.

Ad II. Ad SECVNDVM de illo Patre ſancto, qui nunquam celebrauit, dicitur, quod hoc fecit ex ſingulari inſtinctu Spiritus ſancti, & ideò celebrare non debuit, quia dicit Vrbanus Papa; Qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt à publica lege conſtringatur, 19. diſtinct. 2. cap. Duæ. Et dicitur ibidem, quod lex priuata eſt, quæ inſtinctu Spiritus ſancti in corde ſcribitur. Et per hoc poteſt reſponderi ad illud de Apoſtolis, quod nunquam omiſerunt celebrare, niſi rationabiliter impediti, & ex Spiritus ſancti inſtinctu ſpeciali.

In primitiua enim Eccleſia statio Miſſæ celebrabantur, quia Apoſtoli, inſtinctu Spiritus ſancti, magis circa doctrinam fidei, & conuerſionem infidelium, quàm circa celebrationem Miſſarum inſiſtebant. Sed poſtquam per doctrinam fidei fideles fuerant inſtructi, tanta fuit deuotio fidelium, quod omni die Sacramentum acceperunt, de manibus Apoſtolorum, vel aliorum deuotorum Sacerdotum. Quia Apoſtoli prius populum docebant & baptizabant, & ſic hoſtiam ſalutarem offerebant, & populo miniſtrabant. Sicut factum legitur Act. 2. Ipſo die Pente. quando multi receperunt ſermonem ſancti Petri Apoſtoli, & baptizati ſunt, & numero fidelium *ſunt appoſiti circiter tria millia hominum. Et poſt hoc erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis.* Quod exponit Magiſter hiſtoriarum, dupliciter. *Vno modo* de communicatione fractionis panis quotidiani, quia ſingulis diebus ab Apoſtolis frangebatur. Nihil enim habebant proprium, ſed prædia vendebant, & poſuerunt pretia ante pedes Apoſtolorum, qui ſingulis diebus manè aſcendebant in templum ad orationem, poſtea redeuntes ſingulis panem diſtribuebant, pro vt opus erat. *Alio modo* exponit de communicatione fractionis panis Euchariſtiæ, quia in primitiua Eccleſia crebrò vnanimiter conueniebant, ad percipiendam Euchariſtiam, & ille modus ſeruabatur adhuc tempore Anacleti Papæ, qui fuit quartus poſt B. Petrum, qui ait. Peracta conſecratione omnes communicent qui nolunt Eccleſiaſticis carere liminibus. Sic enim & Apoſtoli docuerunt & ſancta Romana Eccleſia tenet de conſecrat. diſt. 2. c. Peracta.

In primitiua Eccleſia crebro communicabant Chriſtiani.

Negligentes laici redarguuntur.

Exiam dictis colligitur & arguitur etiam negligentia quorundam Laicorum, qui nunquam, vel ſaltem ſemel in anno, ex mandato Eccleſiæ, ſumunt hoc venerabile Sacramentum ne Eccleſiaſtica careant ſepultura, extra de pœn. & remiſſ. c. Omnis. Et iſti timere habent iſtud verbum Dominicum. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ioann. 6. Et hoc intellige, niſi ſtatuto tempore manducent carnem filij, & bibant eius ſanguinem, non ſub proprio ſigno, ſed ſub ſpeciebus panis, ſub quibus eſt verum corpus Chriſti & ſanguis verus, quod innuit Sacerdos cum porrigit Euchariſtiam ſub vna ſpecie, ſcilicet panis, ſecundum ſanctum Thomam. Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proficiat tibi in vitam æternam. Et idem dicit, quod Laicis debet dari ſimplex vinum, non conſecratum, vel aqua pro ablutione, non tamen propter myſterium aliquod, ſed vt lauentur ora ſumentium, ne remanoant aliquæ reliquiæ Euchariſtiæ infra dentes. Et dans tale vinum poteſt dicere. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Et dico NOTANTER, niſi manducent tempore ſtatuto, quia poteſt quilibet Laicus interdum à communione ad tempus abſtinere. Quia dicit Thomas de Argent. in Compend. Theolog. verita. lib. 6. Quod abſtinent quidam propter culpam propriam, & aliqui ſine culpa mortali, ſed propter Sacramenti reuerentiam,

Quare vinũ ſimplex poſt communionem detur pro ablutione.

ſicut

Digitized by Google

ficut qui se sentiunt minus mundos mente, vel carne, vel etiam deuotos, & isti bene faciunt dummodo possint iuste & sine scandalo aliorum supersedere. Vnde vbi non instat necessitas, consulendum est talibus, vt de communione exspectent, quousque parati & deuoti ac circumspecti possint accedere nulla tamen necessitas debet compellere, vt quis in peccato mortali communicet. Hæc ille.

Spiritualis intellectus verborum S. Ioannis.

Sed NOTA, quod illa verba superius allegata: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis. &c.* sunt spiritualiter intelligenda, ideò Hugo postillator super Ioan. sic exponit. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* id est, nisi vniti fueritis per charitatem filio Dei, qui est filius hominis scilicet Mariæ, *non habetis vitam in vobis*, quia membra separata à corpore non possunt viuere. Et sic hanc auctoritatem expresse Doctores super 4. sententiarum distinct. 9. generaliter ad sensum prædictum exponunt.

Reijcitur sententia Hæreticorũ.

Sed è contra quidam hæretici pernicioſi verba hęc literaliter accipientes dixerunt necesse fore populum Laicalem sub duplici specie communicari debere, quod tamen non est necesse. Et talis communicatio Laicalis sub duplici specie illicita est. Sicut probatur, quia est contra scripturam, figuram & naturam. Quod enim est *contra scripturam* probatur Ioan. 6. vbi Dominus dicit. *Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, si quis manducaueritis ex hoc pane, viuet in æternum.* Et iterum. *Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita.* Ecce facit solum mentionem de pane, dans intelligere manducationem sufficere sub vna specie tantum, pro vita æterna capessenda. Et Lucæ 15. legitur. *Quod Pater occidit filio perdito & reinuento, vitulum saginatũ*, per quem Christus intelligitur propter gratiæ pinguedinem, vbi nulla fit mentio de bibitione.

Figuræ Eucharistiam significantes.

Quod autem est *contra figuram* dicit Magister in 4. distin. 8. cap. 1. quod quatuor sunt figuræ Eucharistiam figurantes, scilicet sacrificiũ Melchisedech, Agnus Paschalis, Manna, sanguis & aqua, quæ de latere Christi fluxerunt. Quoad sacrificium Melchisedech dicit; huius Sacramenti ritum Melchisedech designauit. vbi *panem & vinum Abrahæ obtulit.* Gen. 14. Vbi innuitur, quod solum sacrificantes debent sub duplici specie Eucharistiam percipere, quia dicit Ambrosius super illud Matth. 26. *Accipite & comedite*, Christus suis discipulis obtulit in cœna, quod Melchisedech repræsentauit in figura. Ideò dicit Alexander de Hales in scripto suo super Ioannem. Quod solus Sacerdos communicat corpore & sanguine, reliqui verò non consecrates tantum corpore. Sacerdotes autem non consecrantes debent communicari sub vna tantum specie. Et debet humiliter quilibet petere 1. Reg. 2. *dimitte me, obsecro, ad vnam partem Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.* Sic B. Hieronymus Sacramentum Eucharistiæ sub specie panis tantum accepit, vt dicit Eusebius. Sic etiam ipse Eusebius accepit in extremis, vt de eo scribit Cyrillus in Epistola ad Augustinum. Hoc modo communicauit beatus Augustinus de manibus Honorij Episcopi. Sic etiam dicitur de immolatione Agni Paschalis Exod. 12. vbi nulla mentio fit de potatione. Sic & de Manna Exod. 16. Quod autem est contra naturam probatur, quia reperiuntur aliqui homines, qui ex natura non possunt bibere vinum, vel etiam odorare, & per consequens etiam nec sub speciebus vini communicare. Ideo dicit

Sacrificium Melchisedech.

Agnus Paschalis.

Manna.

Ale-

Alexander de Hales in 4. parte ſuæ ſummæ, quia Chriſtus integrè accipitur ſub vtraque ſpecie, ſufficit Chriſtum ſumere ſub ſpecie panis tantum.

Obiectio. Sed diceret aliquis; Tamen videtur, quod fideles non debent ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine, quia dicit, Gelaſius Papa de conſec. diſtin. 2. ca. comperimus. Quod quidam ſumpta tantummodò corporis ſacri portione à calice ſacrati cruoris abſtinent, qui procul dubio, neſcio qua ſuperſtitione, docentur aſtringi, aut integra Sacramenta percipi, aut ab integris arceantur, quia diuiſio vnius eiuſdemque myſterij, ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire.

Solutio. I. Reſpondetur, quod ille Canon loquitur de conficiente ſcilicet Sacerdote, qui ſi conficeret & ſanguinem non ſumeret, à communione per integrum annum repelleretur, ſecundum rigorem iuris. *Aliter reſpondetur* ſecundum ſanctum Thomam parte vltima, quæſt. 80. art. 12. quod circa vſum Sacramenti duo poſſunt conſiderari. *Vnum* ex parte ipſius Sacramenti. *Aliud* ex parte ſumentium. Ex parte quidem Sacramenti conuenit, quod vtrunque ſumatur, videlicet corpus & ſanguis, quia in vtroque conſiſtit perfectio Sacramenti, & ideò quia ad Sacerdotem pertinet hoc conſecrare Sacramentum & perficere, nullo modo debet corpus Chriſti ſumere, ſine ſanguine. Ex parte autem ſumentium, requiritur ſumma reuerentia & cautela, ne aliquid accidat, quod vergat in iniuriam tanti myſterij, quod præcipuè poſſet accidere in ſanguinis ſumptione, qui dum incautè ſumeretur, de facili poſſet effundi. Et quia creſcente multitudine populi Chriſtiani, in qua continentur ſenes & iuuenes quorum quidam non ſunt tantæ diſcretionis, vt cautelâ debitam circa vſum huius Sacramenti adhiberent, ideò prouidè obſeruatur, vt populo Laicali ſanguis non detur ſumendus, ſed ſolum à Sacerdote ſumatur.

II.

An expediat quotidiè celebrare vel communicare. Sed diceret aliquis. Nunquid ſalubre ſit quotidiè celebrare vel communicare? Omiſſis ergò argumentis, dicit Bonauentura in principali ſecundo. q. 2. Si aliquis videat ſe eſſe in ſtatu primitiuæ Eccleſiæ, laudandum eſt quotidiè celebrare & communicare. Si autem in ſtatu finalis Eccleſiæ, vtpote frigidus & tardus, conſulendū eſt, vt rarò. Si autem medio modo ſe habet, debet ſe habere medio modo, & aliquando debet ceſſare vt diſcat reuereri, & aliquando accedere vt inflammetur in amore, quia tali hoſpiti debetur honor & amor. *Et ſubdit*: Omnes rationes, quæ videntur ſonare ad quotidianam communionem, intelliguntur ſalua præparatione, quæ in pauciſſimis eſt, vt ſemper. Vnde credo quod maiorem efficaciam recipit homo in vna miſſa, vel communione, cum bona præparatione, quàm in multis ſi non præparet ſe diligenter. *Et ſubdit.* Vterque enim dabit gloriam Deo, & qui manducat cum reuerentia, & qui ex reuerentia dimittit.

DOMINICA PRIMA POST FESTVM SANCTÆ TRINITATIS.

Sermo Primus.

Homo quidam erat dives qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè. Ita ſcribitur Lucæ 16.

Nar-

Digitized by Google

NArrat Fulgentius & Homerus in Scrutillario Poëtarum, quod ſtatus diuitiarum depingebatur, vt mulier vaga, coronam habens in capite, oculis velata, ſceptrum regale tenens, in manu pauonem habens, veſtimentis varijs induta, ſedens in curru quem trahebant quatuor Leones. A

MORALITER per *primum*, ſcilicet mulierem vagam, diuitiarum fortunæ inſtabilitas deſignatur, quia ſicut mulier inconſtans multos habet amatores, quos tamen non diu amat. Sic diuitiæ nunc vni cito alteri coniunguntur, & tamen in fine vtrumque derelinquunt. Ideo dicit Ariſt. 8. Ethi. Quantò maior fortuna, tanto minus ſecura; Et Egeſippus dict. Poëtæ fortunam in cauda ſerpentis locauerũt, tanquam per hoc intendentes demonſtrare, quod fortuna in fine venenoſo acumine lædit, quos prius in vita tàm dulciter delectabatur. Per *ſecundum*, ſcilicet coronam in capite datur intelligi, quod diuites volunt honorari. Iuxta illud Philoſophi 4. Ethico. Potentatus & diuitię propter honorem delectabilia ſunt, habentes etiam ipſa honorari volunt propter ipſa. Per *tertium* verò, quod erat oculis velata, innuitur, quod omnis diues auarus cæcus eſt non prævidens mala, quæ ſibi imminent. Et hæc cæcitas figurata eſt in cæcitate cæci nati, Ioan. 9. quia Dominus volens illuminare eum, *linuit oculos eius luto*, inſinuans eſſe cauſam cæcitatis illius lutum iſtorum temporalium. De hac cæcitate legitur Tobiæ 2. *quod Tobias fuit excæcatus ſtercoribus hirundinum calidis, quæ ſuper oculos eius ceciderunt*. Hirundo enim garrula & depicta felicitatem deſignat huius mundi, quæ eſt quædam pulchritudo depicta & tumultuoſa quæ calida ſtercora proijcit ſuper oculos cordis, id eſt, temporalia iſta, vt Deum non videant, quia dicit gloſ. ſuper illo verbo Pſal. 5. *Manè aſtabo tibi, & videbo*. Deum non videt, qui temporalibus adhæret. Per *quartum* verò, quod ſceptrum tenet in manu, figuratur, quod diuitijs obediunt omnia, ſicut & regi ſceptrum tenenti. Iuxta illud Eccl. 10. *Pecunia obediunt omnia*. Per *quintum*, quod Pauonem habet in manu, qui dum caudam eleuat, anteriora ornat, & poſteriora deturpat, ſignificatur, quod diuites, quam diu viuunt omnia bona ſunt benè ornata, ſed reſpiciendo caudam videlicet mortis nudus & ſpoliatus turpiter ad infernum vadit. Iuxta illud 1. Tim. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus*. Per *ſextum*, quod varijs veſtimentis erat induta, ſignificatur ad literam, quod diuites varia habent veſtimenta, & de nuditate pauperum nulla eſt eis cura, propter quod dicit eis Iacobus Apoſtolus cap. 5. *Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſerijs veſtris. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt*. Per *ſeptimum*, quod ſedebat in curru, in quo illud, quod nunc eſt in rota ſuperius, citò fit inferius, ſignificatur, quod homo, qui nunc eſt in alto diuitiarum & honoris, citò cadit in infimo paupertatis, quia ſecundum Pſalm. 74. *Hunc humiliat, & hunc exaltat*, & ideò cum admiratione exclamat Metriſta.

Explicatio moralis.
Mulier vaga.
Habens coronam.
Oculis velata.
Hirundo quidnam deſignet.
Sceptrum tenet in manu.
Pauonem habet.
Varijs veſtimentis induta.
Sedens in curru.

O bona fortuna cur non es omnibus vna.

Reſpondit ipſa.

Si non mutarer, fortuna non vocarer.

Per *octauum*, quod hunc currum trahebant quatuor Leones, ſignificatur, quod currum diuitiarum trahunt quatuor peccata, videlicet, ſuperbia, gula, immiſericordia, & negligentia, hæc omnia prædicta patent in diuite, de quo dicit Euangelium,

Currum trahebunt quatuor leones.

Digitized by Google

Nam in mundo fuit honoratus, habuit multa veſtimenta: Fuit ſuperbus, quia purpura indutus: Fuit guloſus, quia epulabatur quotidie ſplendidè: Fuit immiſericors, quia pauperi non dabat de micis, quæ cadebant de menſa ſua, & fuit negligens, quia propriam neglexit ſalutem. Et hæc prætendunt verba allegata, in quibus diues iſte de triplici peccato, vel macula deprehenditur, videlicet de impietate retinendo, ibi. *Erat quidem diues.* De vanitate in veſtiendo, ibi. *Qui induebatur purpura & byſſo.* De guloſitate in comedendo, ibi. *Et epulabatur quotidie ſplendidè.*

B. Quantum ad PRIMVM reprehenditur iſte diues de impietate in retinendo, cum dicit. *Homo quidam erat diues.* Ex quo patet ſua impietas, quod diues fuit, & pauperi nihil dedit, ſed diuitias auarè retinuit. Pro quo NOTANDVM, quod tria ſunt genera diuitiarum, vt dicit Holkot lect. 108. Temporales periculoſæ, ſpirituales virtuoſæ, & æternales glorioſæ. Primæ diuitiæ ſunt *temporales periculoſæ*, & dicuntur periculoſæ, propter tria, quia repellunt veritatem à cognitione, ſecuritatem ab æſtimatione, vnitatem ab affectione. Diuites enim non poſſunt habere veram Dei cognitionem, nec ſui, nec proximi.

Tria genera diuitiarum. Diuites non habent veră cognitionẽ Dei ſuiipſius & proximi.

I. PRIMO, quia non habent cognitionem Dei, quia fallacia diuitiarum verbum ſuffocat in eis, & ſine fructu efficiuntur, Matth. 13. In cuius figura legitur, Matth. 2. quod Dominus Regibus principibus in ſomno pauperibus verò paſtoribus in vigilia perfecta ſe oſtendit; In ſignum, quod pauperes clariorem cognitionem de Deo, quàm diuites conſequuntur. Quod figuratum etiam fuit in Zachæo, qui fuit princeps Publicanorum & diues, & tamen *ſtatura puſillus erat, & non poterat præ turba videre* IESVM, donec arborem aſcendiſſet. Sic diuitijs conſtipati & familijs, ſunt parui in ſtatura virtutum, & comprimuntur ſollicitudinibus, & preſſuris negotiorum, & officiorum quia non vacat eis cogitare de IESV, niſi valdè rarò, quod ſemel fortè in anno circa Quadrageſimam, vel circa Paſcha arborem aſcendunt pœnitentiæ, & contemplationis deuotæ, & inuitant illum in domum ſuam, citò tamen deſcendunt & deficiunt. Et ideo diuitiæ ſunt in pluribus extæcantes oculos ſpirituales, vt cuilibet dici poſſit illud, Apocalyp. 3. Dicis, *quia locupletatus & diues ſum, & nullius indigeo, & neſcis quia miſer es, & miſerabilis, & pauper & cæcus, & nudus.* Sic etiam iſte diues, de quo dicit præſentis thematis verbum, fallacia diuitiarum ſuffocatus, veram cognitionem Dei non habuit, cum in hoc ſeculo vixit. Sed cum eſſet mortuus, oculos cognitionis aperuit cum Abraham, & Lazarum in ſinu eius vidit. Et ſimilis fuit hic diues talpæ, quæ eſt beſtiola parua, odiens lucem & fugiens, radices ſub terra comedens, & in ea ſemper manens. De hac dicit Ariſtoteles libro Animalium. Omne animal generans ſibi ſimile habet oculos præter talpam, non quod careat oculis, ſed eos habet non apparentes. Si quis autem inciderit corium ſubtiliter, inueniet interius veſtigia latentium oculorum. Et dicunt aliqui, quod illud corium rumpitur præ anguſtia, quando incipit mori, & tunc incipit oculos aperire in moriendo, quæ eos clauſos habuit in viuendo. Sic iſte diues, (ſicut & multi adhuc ſunt) fuit paruus in virtutibus, quia paucas vel nullas habuit, quia in vitijs magnus fuit. Quia Eccleſ. 11. *Si fueris diues, non eris immunis à peccato.* CHRISTVM etiam verum ſolem fugit, & in terrenis cupiditatibus ſemper fuit, propter quod DEVM non cognouit, quia dicit Pſalm. 57. *Supercecidit ignis*, ſcilicet concupiſcentiæ terrenæ, *& non viderunt ſolem.* Sic qui non vidit viuens, vidit moriens, quia

dicit

dicit Gregorius in homilia. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Et idem dicit in Moralibus, & ponitur dist. 38. cap. Quia ea. Quicunque stultus est in culpa, sapiens erit in pœna.

SECVNDO, non habent cognitionem sui ipsius propter duo impedimenta, quæ communiter diuites impediunt, ne seipsos cognoscant. *Primum* est vera dicentium raritas, nam pauci sunt, qui diuitibus dicunt veritatem, quia secundum Salustium in Iugurtino. Veritas apud diuites & magnates odium parit. Ideo dicit Seneca: Monstrabo tibi quid, omnia possidentibus desit, scilicet, quod verum dicant. Nemo enim audet dicere, quid facis, hoc contra Deum est, & contra propriam salutem. *Secundum* est adulantium falsitas. Tot enim sunt adulatores diuitum, de familijs, de amicis, de vicinis, de extraneisque, quod proprios defectus non possunt aduertere. Nam dicit Sapiens Eccli. 13. *Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & multi iustificauerunt illum.* Et infrà. *Diues inquit locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usq; ad nubes perducent.* Et hæc duo impediuerunt hunc diuitem, quod propriam non cognouit salutem. Cum autem apparuerit veritas Domini, adijciens pœnas, & sublatis adulatoribus decipientibus animas se cognouit, sed tardè fuit. Nam Lucæ 16. dicitur *quod cum esset in tormentis, eleuans oculos, vidit Abraham & Lazarum à longè*, & benè à longè, quia *longè est Dominus ab impijs.* Prouerb. 15. Et Psalm. 118. *Longè a peccatoribus salus*, & quia vidit eos à longè, ideo clamauit *Pater Abraham miserere mei*: clamauit enim præ dolore, iuxta illud Isaiæ 65. *Clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione Spiritus vlulabitis.*

C II. Diuites non habent cognitionem sui ipsius.

Sed quod clamans petijt sibi misereri, stulta fuit petitio, quia iam fuit extra statum merendi & misericordiæ, & hoc innuit, cum dicit. *Inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possunt, neq; inde huc transmeare.* Et chaos hoc magnum ponitur pro impossibilitate merendi, quo ad damnatos, & pro impossibilitate compatiendi, quo ad beatos, qui beati in gratia confirmati, non possunt compati damnatis, quia de Dei iustitia non gaudent. Nec damnati mereri possunt beatis consociari, quia sunt obstinati & extra statum merendi, & hoc est obstaculum impediens, ne possint ad inuicem peruenire. Simile ponit Magister in 4. dist. vlt. cap. 4. dicens. Quod est Chaos inter bonos & malos, nisi hinc iustitia inde iniquitas, quæ nullo modo sociari valent. Adeò enim sancti Dei addicti sunt iustitiæ, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant. Ideo hortatur Sapiens quemlibet, qui vult vt ibi misericordiam habeat, quod hic animæ suæ misericordiam faciat, cum dicit. *Miserere animæ tuæ placens Deo*, Eccli. 30.

TERTIO, hic diuites non habent cognitionem pauperis proximi. Nolunt enim cognoscere defectus ipsorum in platea degentium, & clamantium, vt congruè conueniat eis illud Hieremiæ Threnor. 4. *Denigrata est facies eorum super carbones, & non sunt cogniti in plateis.* Quia vidi in pluribus, caristiæ nec non alijs anni temporibus incedere pauperes in solis ardoribus, & iacere in platearum pulueribus, vt facies eorum quasi denigrata videretur. Pauci tamen diuites hoc attendere voluerunt, vt eorum inopiam præbendo hospitia releuassent, & fortassis illis contigit, & quibusdam adhuc contingit, sicut accidit huic diuiti, ad cuius ianuam pauper Lazarus mendicus vlceribus plenus iacebat, cupiens saturari de micis quæ cadebat de mensa eius, & ne-

D Diuites non habent cognitionem proximi.

mo illi dabat. Sed & canes mitiores hoc diuite veniebant, & lingebant vlcera eius. Sed quid sequitur attende. *Factum est*, inquit, *vt moreretur mendicus, & portatus est ab angelis in sinum Abrahæ, mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.* Sed vide mirabile, Diues qui hic Lazarum cognoscere nolebat, ipsum ibi in requie cognoscebat. Et cui micam Panis denegabat, aquæ guttam ab ipso postulabat, dicens. *Pater Abraham, mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguã meam, quia crucior in hac*, scilicet lingua, *flamma.* Ideo dicit B. Gregorius in homil. super illud Lucæ 16. Diues iste, qui Lazaro pauperi mensæ suæ minima dare noluit in inferno ad quærenda minima peruenit.

E Diuitiæ temporales sunt periculosæ.

SECVNDO, istæ diuitiæ temporales sunt periculosæ, quia repellunt securitatem ab æstimatione. Cum enim diues per diuitias suas æstimat securitatem inuenire, statim incipit timorem habere. Semper enim sunt in timore perdendi pecunias, terras & thesaurum. Et cum sunt sine securitate, sunt & per consequens sine intrinseca iucunditate. Vnde Augustinus lib. 6. Confess. narrat, quod transiens per quendam vicum, vidit pauperem iacentem, & iucundantem, & ingemuit loquens ad socios suos: Omnibus, inquit conatibus, quibus laboramus, nihil vellemus nisi ad securam lætitiam peruenire, quo nos iste mendicus præcessit. *Et subdit.* Iste lætabatur, & ego anxius eram: Iste securus ego trepidus.

Exemplum de paupere, nomine Rubino.

Refertur etiam in annulo parte 2. cap. 88. quod apud montem Pessulanum fuit quidam pauper nomine Rubinus, qui morabatur sub gradu cuiusdam diuitis viri sed auari, iste pauper habebat figellam, quam post laborem in communi strato tetigit & aliquando quatuor, & aliquando quinque denarios lucratus est, de quibus solatium magnum fecit. E contra verò Dominus suus auarus diues nunquam lætabatur. Cui vxor, Domine mi. Rubinus nihil habet, & semper iucundatur, & vos abundatis, & semper tristis estis. Cui ille. Ego auferam illi lætitiam illam, vnaque dierum saccum plenum pecunia per fenestram latenter in Cameram Rubini proiecit: ille inuenta, tota die cogitauit, quid agere posset, & emere, & cantum penitus dimisit. Post aliquot dies dixit auarus vxori. Quare modo non cantat Rubinus? Et vxor: Nescio, inquit, quia iam diu non cantauit, dixit ille. Reddam ei cantum, & descendit ad eum, petijt pecuniam, qui non audens negare, restituit, & accepta figella vt prius figellauit. Et diues vxori. Ecce, inquit, Rubinus iterum cantat, & seriem ei enarrauit.

Diuites nunquam sine tristitia & timore sunt.

Ideò notanter in cantu suo dixit Maria, Lucæ 1. *Esurientes implenit bonis & diuites dimisit inanes.* Illud est inane, quod apparet esse repletum & est vacuum, ita diuites videntur exterius sine metu, sine turbatione, & sine sollicitudine, & tamen interius sunt tristitia pleni & timore. Ideo dicit Seneca: Quisquis, inquit, volet agere tutam vitam, ista viscata beneficia deuitet; & per beneficia viscata intelligit bona temporalia, quia secundum Augustinum bona temporalia sunt bona viscata, & B. Gregorius. Nihil enim periculosius & laboriosius terrenis desiderijs æstuare, nihil quietius, quã in hoc mundo nihil appetere.

F Diuitiæ temporales sunt periculosæ.

TERTIO, diuitiæ istæ temporales repellunt vnitatem ab affectione, causant enim inuidias & turbationes, bella, rixas, & discordias, vt Gen. 13. de Abraham & Loth consanguineo suo, de quibus dicitur. *Erat enim substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter*, ideo diuitiæ sunt paruipendendæ. Iuxta illud Catonis.

Despice diuitias si vis animo esse beatus.

Et

Digitized by Google

Et Seneca Epistola 18. Nemo alius est Deo dignus, nisi qui contempserit diuitias seu opes. Qui autem voluerit eas contemnere, debet attendere, quod nihil secum in hunc mundum portauit, nec quicquam secum auferet. Ideò dicit Ambrosius, & habetur 47. distinct. cap. Sicut hi. Diuitias nihil sic facit contemni, sicut recordatio pauperis finis & principij.

Sed NOTA, quod diuitiæ sunt sic contemnendæ, quod non sunt nimium amandæ, nisi quo ad vsum. Ideò dicit beatus Hieronymus, 12. quæst. 1. Duo. Laicis, inquit, licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. Nihil enim miserius, quàm propter nummum contemnere Deum. Et distinct. 30. cap. Hoc scripsimus, dicitur. Non est peccatum habere diuitias si assunt bona opera. Innocent. etiam de vilitate humanæ condit. lib. 2. cap. 11. Cæterum, inquit, Abraham diues fuit, Iob locuples, Dauid opulentus, & tamen de Abraham dicit scriptura. *Credidit Abraham & reputatum est ei ad iustitiam*, Gen. 15. De Iob dicitur. *Non erat similis illi in terra.* Cap. 1. Actor. 13. De Dauid. *Inuenit Dominus virum secundum cor suum.* Ac isti fuerunt quasi nihil habentes & omnia possidentes. Nos autem sumus omnia possidentes, & quasi nihil habentes. Iuxta illud Psalm. 33. *Diuites eguerunt & esurierunt.* Hæc ille. Et de Christo dicit Augustinus, cap. Habebat. 11. quæst. 1. Habebat Dominus loculos, à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, alijsque indigentibus tribuebat.

Secundæ diuitiæ sunt spirituales & virtuosæ, & hæ sunt gratiæ & operationes virtutum, & boni mores. De his diuitijs dicit Gregor. homil. 15. super illud Lucæ 8. *Exijt qui seminat. &c.* Diuitiæ veræ sunt, quæ nos virtutibus diuites efficiunt. Si ergò fratres diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Si culmen veri honoris quæritis, ad cœleste regnum tendite. Si gloriam dignitatis diligitis, in illa superna angelorum societate asscribi festinate. Ad has etiam diuitias cumulandas hortatur Apostolus 1. ad Timoth. 6. *Diuitibus autem huius seculi præcipè, non sublimè sapere*, id est, non per superbiam eleuari, *nec sperare in incerto diuitiarum*, scilicet ponendo finem in eis, quasi diceret. Sed præcipe diuitibus benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Diuitiæ spirituales & virtuosæ.

Sed NOTA, homines qui sunt diuites in his spiritualibus diuitijs, induuntur purpura & bysso, & epulantur quotidiè splendidè. Quid per purpuram nisi splendor charitatis, sine qua aliæ virtutes nihil prosunt. Quia dicit Thomas de Argentina, in Compend. Theologicæ veritatis, lib. 5. Charitas est bonorum principium, quia à Deo ipsa est, & bonorum medium, quia propter Deum? vel aliter. Charitas dicitur bonæ operationis principium, quia manet ad illud. Iuxta illud Gregor. Charitas operatur magnæ si est. Dicitur & medium, quia opera informat; dicitur quoque finis, quia opera dirigit, & ad finem debitum perducit. Et subdit, quomodo caritas dicitur finis. Sciendum autem, quod finis est triplex, consumptionis, consummationis, & terminationis. Purpura, splendor caritatis. Finis caritatis triplex.

Primo, Charitas dicitur finis peccatorum quia ipsa consumit. *Secundo* modo, est finis præceptorum, quia illa, scilicet, perficit. *Tertio* modo, quia ipse Deus qui est vita æterna, est finis nostri laboris. Sed ipsa vita æterna debet esse terminus in quo quiescitur. Caritas dicitur forma virtutum. *Primo*, quia mouet omnes virtutes ad G Caritas forma virtutū.

opera exteriora, per quæ perficiuntur virtutes, & merentur augeri. *Secundo* modo, quia omnes virtutes mouentur ad finem Caritatis, scilicet ad bonum. Caritas enim habet bonum pro fine & obiecto. Aliæ autem virtutes habent bonum non pro obiecto, sed pro fine tantum, & ille finis virtutum perfectionem denotat. *Tertio*, quia Caritas augmentat virtutum delectationem, & tollit fastidium, & alleuiat onera propter ipsius desiderium. *Quarto*, quia replet animam, & perficit non quidem in esse naturæ, sed in esse gratuito & meritorio. Hæc ille. Ideò necesse est, vt homines in virtutibus diuites fiant, quod purpuram Caritatis habeant, quia dicit Augustinus: in quodam sermone de Caritate: Caritas est dulce & salubre vinculum, sine qua dues pauper, & in qua pauper dues est.

H
Quid notet byssus.

Sed quid per byssum? *Primo* Iustitia, quia dicitur de sponsa Agni. Apocalyp. 19. *Venerunt nuptiæ Agni & vxor eius*, scilicet fidelis anima, *præparauit se, & datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido.* Et exponit quid sit byssus. Byssini enim sunt iustificationes sanctorũ. Hæc vestis alba iustitiæ, hominẽ diuitẽ in virtutibus exaltat. Iuxta illud Eccles. 10. *Qui operatur iustitiã ille exaltabitur.* Et Prou. 14. *Iustitia eleuat gentem.* Econtra verò dicitur de quibusdam in Psal. 106. *Propter enim iniustitias suas humiliati sunt.* *Secundò*, per byssum intelligitur virginitas. Iuxta illud Prouerb. 31. *Byssus & purpura indumentum eius*, & præcipuè debent pollere virginitate, qui verè volunt diuites esse in virtute. Quia secundum Ambrosium, libro de Virginitate. Virginitas est extirpatrix vitiorum, & auctrix sola spiritualium meritorum. Sed quid per quotidianam epulationem? Certè conscientiæ intellige iugem iubilationem: Nam conscientia exonerata vitijs, & repleta virtutibus, semper est læta, & delectabiliter viuit, sicut homines in conuiuio quotidiano. Iuxta illud Sapientis. *Secura mens quasi iuge conuiuium. Et cor gaudens in bona conscientia secundum intellectum exhilarat faciem scilicet interiorem.* Prou. 15.

Byssus virginitatem designat.

I
Diuitiæ æternales.

Tertiæ diuitiæ sunt æternales & glorioſæ, in istis enim perpetuitas sine transitione, securitas sine fatigatione, iucunditas sine affectione, societas sine defectione, de quibus in Psalm. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Et in alio Psalm. 36. *Spera in Domino & fac bonitatem & pasceris in diuitiis eius.* De istis diuitijs dicit Magister Albertus. Hæ sunt præclaræ diuitiæ indefectibilesque thesauri, quæ ditant animam mentemque perficiunt, & omnem congeriem continent dignitatum. Hæ sunt opes non terrenæ, sed supernæ, quibus non incolatur humana possessio, non munda facultas habetur, quibus non proferunt arua tribulos, nec campi spinas tribuunt, nec preciosa giguunt tineas, nec depositа timent fures, nec dormientium curant somnia, nec vigilias cogitata perducunt. Sed omnium quietum afferunt plenitudinem, cum diues Deus possidetur. Hæc Albertus. Illi diuites induuntur velut reges cœlestes purpura & byssо, & quotidiè epulantur splendidè.

Purpura vestis Martyrũ. Byssus Confessorum & Virginum.

Purpura namque est vestis rubea in sanguine cuiusdam piscis tincta, & conuenit omnibus martyribus, *qui venerunt ex magna tribulatione, lauerunt stolas suas in sanguine Agni.* Apocal. 7. Sed Byssus est vestis candidissima & albissima, & conuenit omnibus Confessoribus, & Virginibus, qui in castitate domino hic seruierunt, & *ibi ambulant secum in albis, quia digni sunt.* Apocalyp. 3. Sed quotidiana ipsorum epulatio, nihil aliud est, quàm æterna exultatio. Ideo dicit deuotus Doctor Amandus in horol. Sap. lib. 1. c. 11. O quàm fœlix ciuitas vbi iugis solennitas, & quam iucun-

Digitized by Google

iucunda curia omnis curæ prorsus nescia; beati proinde & felices, qui ad dictum conuiuium sunt inuitati. *Et subdit.* O vos cœlestes principes, ô nobilissimi reges, ô Imperatores, ô filij Dei excelsi omnes, diuinæ consortes naturæ, quàm immensa hilaritate facies vestræ videntur perfusæ? Corda vestra quàm copiosè, & supereminenter, cernuntur super effluere præ exultatione, serta de sertis aurea ineffabiliter micantia facie coruscì, & indumento splendidi, & cantu iucundi, & sertis redimiti. Quantum ad *secundum* iste diues reprehenditur de vanitate in vestiendo cum dicitur qui induebatur purpura & byssо.

K

Circa quod NOTANDVM diuites multipliciter excedunt in suis vestibus. *Primo*, in superfluitate. Et hæc superfluitas potest esse in veste vna vel in pluribus, & aduerti, vel perpendi, in vna, quando vestis est nimis ampla, aut nimis longa, in qua superfluitate communiter excedunt, Prælati, Sacerdotes & Mulieres. PRIMO, quidem *Sacerdotes prælati*, qui longas habent vestes cum quibus terram purgant. Contra, quod inhibitum est eis extra de vita & hon. Cler. cap. Clerici. Ne deferant nimis breues, nec nimis longas, cum dicitur, Clerici causa desuper deferant indumenta, nimia breuitate, vel longitate non notanda. SECVNDO, excedunt in hoc *mulieres*, quæ longas trahunt post se caudas longis vestibus terram tegentes. Et de nuditate Christi in pauperibus, non curantes, caudis suis pulices colligunt, & pulueren hominibus mouent, Christum verò quem in tot pauperibus nudum vident, non operiunt. Valdè enim est reprehensibile, quod tales caudas sibi assumunt, cum tamen natura homini denegauit. De caudatis vestibus mulierum vide etiam suprà Sermone 4. Y. In pluribus etiam sit excessus.

Diuites excedunt in vestibus.

Prælati & Sacerdotes.

Mulieres.

Sunt etiam nonnulli tam clerici, quàm ciues & mulieres, qui volunt habere diuersa paria vestium, & potius volunt vestimenta sua comedi à tineis, quam inde vestire nuditatem pauperis. Nam secundum Bernardum clamant nudi, & clamant famelici, & conqueruntur, nobis fame & frigore miserabiliter laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel implicata manticis? Quasi diceret, nihil conferunt eis ad salutem, sed faciunt eos fures, & æternam afferunt damnationem. De *primo*, quod tales sunt fures, patet ex hoc, quia furantur illud, quod debent pauperibus, si seruant aliquid, quod non est necessarium suis vsibus: Quia dicit beatus Ambrosius distinct. 47. cap. Sicut hi. Non minus criminis est habenti tollere, quàm cum posses & abundas, indigentibus denegare. Esurientium est panis, id est, debitus esurientibus quem tu detines: nudorum indumentum, quod tu recludis, & miserorum est redemptio, & absolutio est pecunia, quam tu in terra defodis. Tantorum ergò te scias bona inuadere, quantum possis præstare quod velis id est, velle debes. Sed alia litera habet, quod vales. De *secundo* dicit beatus Iacobus cap. 5. *Age te nunc diuites plorate, vlulantes in miseriis, quæ euenient vobis*, scilicet in æterna damnatione, *diuitiæ vestræ putrefactæ & vestimenta vestra à tineis comesta sunt.*

Diuitiæ faciunt fures & afferunt æternam damnationem.

Refert enim Cyrillus in Epistola ad Augustinum. Quidam Presbyter Cardinalis Andreas nomine glorioſissimi Hieronymi deuotissimus cultor in Romana vrbe expirauit. Qui cum in Ecclesia esset peractis exequijs, quæ solent fidelium tumulandis

E

Exemplum terribile.

dis exhiberi corporibus, assistente summo Pontifice, cum penè toto clero & populo Romano, qui ad eundem Andream venerant honorandum, emissis vlulatibus & crebris gemitibus in feretro cunctis stupentibus, & veluti amentibus effectis, tanquam si a somni dormitione excitaretur, mirabiliter exsurrexit. Cumque à Romano Pontifice, remoto de Ecclesia maiori, beati Petri Apostoli vniuerso populo, clausisque foribus, interrogaretur; intulit illa verba. Dum starem in diuino examine iudicandus, & iam propter vestium & ciborum, quibus hactenus vsus eram nimiam superfluitatem, tartareis cruciatibus condemnarer, subitò veniens quidam Sole splendidior, niueque candidior, quem fuisse glorioſum Hieronymum, ad se inuicem referentibus, qui astabant, intellexi, præsidenti iudici flexis genibus animam meam corpori meo iterum iungi, porrectis precibus impetrauit. Quibus finitis verbis, in ictu oculi anima inde recedens corpori est coniuncta. Quod audiens Summus Pontifex & cæteri, qui extra Ecclesiam expectabant, fractis Ecclesiæ foribus, Ecclesiam protinus intrant, omnes magnis vocibus Deum & beatum Hieronymum collaudantes. Et ibidem venerabilis Cyrillus affligitur de quibusdam Clericis, qui vestimentorum de die in diem superfluitatibus vtuntur, de pauperibus verò, quorum mercedem rapta manu Latrocinij deuorant, fame morientibus & frigore, non curantes.

Aliud. Et ponit adhuc ibi exemplum terribile. Quod in superioribus Ægypti partibus quidam Monachus, Helias nomine, degebat, magna radians vitæ sanctitate, incumbens hic solitis orationibus, somno repentino aduenient aliquantulum obdormiuit. Et ecce in visione in quodam palatio miræ ineffabilisque pulchritudinis, & à mortalibus nunquàm visum, vt sibi videbatur erat. Cum per palatium illud per horam huc illucque gradiens, eius que pulchritudinem admiraretur tam vehementer, vidit quoddam præparari tribunal à quibusdam nimiæ pulchritudinis iuuenibus stratis tapetijs, & vestibus, auro, gemmis, & multa artificij varietate, decorari circumquaque. In quo postmodum Rex quidam maximus & decorus, eius aspectus tantæ erat suauitatis, vt nihil vellet aliud quis habere, sole lucidior comitatus societate veniens se posuit, vt iudicia exerceret, inter hæc cuiusdam anima, (quam fuisse Anconitanum Præsulem ab aliquibus ibidem existentibus postmodum intellexit) nequam Spirituum catenis, igneisque vinculis vincta, instar fornacis flammam erumpens sulphuream, deportata, maiestati regiæ præsentatur, quæ priusquam de aliquo interrogaretur, cæpit diris vocibus se infernalibus mansionibus dignissimam acclamare. Hanc inter cæteras maximè assignans principalem causam, quoniam vanis mundi pompis intentus in conuiuijs, & vestibus, huiusmodi stultitijs delectabatur. Quibus finitis lata per iudicem sententia, vt pœnis infernalibus traderetur, donec corpori iuncta, duplices pœnas in perpetuum ibi sustineret. Mox illam secum ferens illa nequam spirituum turba, inde cum diris clamoribus recessit.

M Secundus excessus, vestium pretio ſcas. SECVNDO, excedit aliquis in vestium pretiositate. Nam sicut habetur ex libro Genes. 3. cap. quod materia vestium quas fecit Dominus *primis parentibus* fuit vilis multum, quia de pellibus animalium mortuorum, quia dicitur. *Fecit Deus eis tunicas pelliceas. Deinde* processum est ad lanam puram, quæ leuior est, quàm pellis. *Tertio*, processum est ad corticem herbarum, videlicet ad linum. *Quarto*, ad stercora vermium, videlicet ad sericum. *Quinto*, ad aurum, argentum & ad lapides pretiosos, & ad

& ad tincturas colorum pretioſorum, de quibus pretioſæ veſtes veniunt, vt purpura, quæ eſt veſtis Imperialis & regalis. Et ſi alius, quàm rex vel Imperator purpura vteretur, excedit ſtatum ſuum, & offendit Deum. In ſignum iſtius legitur, quod iſte qui inter Romanos primitus purpura vtebatur à fulmine percuſſus eſt, & ſic ſubitanea morte interijt in terrorem & exemplum ſequentibus ne vnquam aliquis audeat ſe contra Deum ſuperbè in veſtibus erigere pretioſis. Et ex illo, quod ille diues, qui ad literam, vt vult beatus Ambroſius, fuit ciuis in Hieruſalem, & veſte purpurea, ſuo ſtatui non congruente, vtebatur, fuit reprehenſibilis. Ideò dicit Gregorius in homil. Si cultus pretioſarum veſtium culpa non eſſet, ſermo Dei tàm vigilanter non exprimeret, quod diues qui torquebatur apud inferos, byſſo & purpura fuiſſet indutus. Hæc Gregorius.

Primus Romanorum, qui purpura vſus eſt, fulmine percuſſus interijt.

Sed eſt valdè notabile, quod non legitur de iſto diuite, quod diuitias ſuas malè, ſcilicet per rapinam vel vſuram acquiſiuiſſet, & tamen quia ſe fortè de benè acquiſitis inordinatè veſtiuit, damnatus fuit. Quid dicam tunc de illis, qui de re iniuſtè acquiſita ſe veſtire volunt, ſicut ſunt ciues vſurarij, militares, prædones & ipſorum vxores, qui de lacrymis pauperum veſtes deferunt pretioſas, quas dicere poſſum magis ſanguinolentas. Iuxta illud Hierem. 2. *In alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum*. Vbi dicit Gloſſa Guilelm. Alæ intelligi poſſunt extremitates ſuperborum palliorum, quibus alis volatur in infernum, non in cœlum. *Et ſubdit.* In alis iſtis inuenitur duplex ſanguis pauperum. Spolia enim pauperum, ex quibus eſt veſtis illa pretioſa comparata, iudicio ſcripturæ ſunt ſanguis pauperum & vita eorum. Iuxtà illud Eccli. 34. *Panis egentium vita eorum, & qui defraudant illum, vir vel homo ſanguinis eſt.* Alius ſanguinis, qui in alis illis inuenitur, eſt ſanguis ipſius hominis, ſiue viri, ſiue mulieris, qui vel quæ defert veſtem pretioſam de re iniuſtè acquiſita emptam, mors enim ſua iacet ibi, cum ad damnationem ſuam defert illam. Ideo NOTA, quod homo, qui vult ſe à talibus veſtimentis pretioſis cohibere, debet vtilitatem ſui corporis attendere. Quid enim eſt corpus noſtrum niſi cinis, de terra factum, & citò in terram puluerem q; redingendum. Ideo ſecundum Gregorium. Indignum eſt vili cineri purpureum indumentum. Ideo Innocentius de vtilitate human. condit. lib. 2. cap. 36. Quid eſt homo pretioſis ornatus, niſi ſepulchrum foris dealbatum, intus autem plenus ſpurcitia? Dicit enim B. Auguſtinus: Quod corpus peccatoris animæ mortuæ eſt ſepulchrum. Et certè quia homo taliter ornatus pretioſis, eſt ſepulchro dealbato ſimilis, væ ſibi quia dicit Dominus, Matth. 23. *Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus pretioſa, intus verò ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia plena.*

NB.

Remedium contra luxum pretioſarum veſtium.

Sed diceret aliquis; Nunquid conſtituti in dignitatibus, vel miniſtri Altaris debent vti pretioſioribus veſtibus? *Reſpondet* ſanctus Thomas, 2. 2. quæſt. 169. quod non eſt in eis vitioſum, ſed potius debitum, ad ſignificandum excellentiam ſui myſterij, vel cultus diuini. Diceret iterum aliquis, ex quo pretioſis nimium veſtibus non eſt vtendum, nunquid vilibus competat vti? *Reſpondet* Thomas vbi ſuprà. Peccat, qui vilioribus veſtibus vtitur quàm cæteri, & hoc, ſi faciat propter iactantiam vel ſuperbiam, vt ſe cæteris præferat; vitium enim ſuperſtitionis eſt. Si autem hoc facit propter macerationem corporis, & humiliationem Spiritus, ad virtutem temperantiæ pertinet, & præcipuè competit his vti, qui alios verbo & exemplo ad pœni-

Quæſtio. Reſponſio. Obiectio. Solutio.

Digitized by Google

1. Contra seipsas.

PRIMO, contra seipsas, quia decorem animæ suæ deturpant, & seipsas in anima mortificant, & hoc voluntariè, quia dicit Augustinus: Mors corporalis necessaria est, mors autem animæ voluntaria. Vnde corpus mulieris peccatricis superbè ornatum, est animæ mortuæ sepulchrum. Et quantò plus corpus ab extra ornatur & coloratur, tantò magis anima denigratur.

2. Contra Christum.

SECVNDO, peccant contra Christum, quia sanguinem ipsius de nouo effundunt. Quia sicut de sano corpore humano, non potest abscindi membrum sanum, sine sanguinis effusione. Sic nec bonus in gratia existens potest occidi per occasionem peccati mortalis, à corpore mystico ipsius Christi, sine mystica Christi sanguinis effusione, quia omnes homines in gratia existentes, sunt membra Christi; & Christus est corpus: & quandocunque per ornatum corporis alliciunt aliquem ad malam concupiscentiam tunc vnum membrum à corpore Christi abscindunt, denuò ipsius sanguinem effundunt, ideo dicit Bernardus in sermo. Nonnè tibi videtur grauiorem ab eo Christus sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernitioso, scandali occasione ab eo peruertit animas, quas redemit, quàm à Iudæo qui sanguinem illum fudit? quasi diceret, vtique.

3. Contra omnes sanctos.

TERTIO, peccant contra omnes sanctos, quia dicitur Lucæ 15. *Gaudium est Angelis super vno peccatore agente pœnitentiam*, & hoc gaudio eos priuant, qui aliquem hominem per ornatum superbum ad concupiscentiam trahunt. Ideo dicit Ambrosius. An non angelos ingemiscere credimus, cum homo pœnitens ad peccatum reuertitur? quasi diceret, sic.

4. Contra proximos.

QVARTO, peccant contra proximos quos spiritualiter occidunt: Nam Diabolus vtitur eis, tanquam gladio ad occidendum filios Dei. Et si dicat aliqua, se non habere malam intentionem. Respondeo quod nec gladius malam intentionem habet, quando illo aliquis occiditur sed vtens eo habet malam intentionem hoc est Diabolus, qui vtitur mulieribus his ornatis tanquam gladio, habet ibi malam intentionem. Et licet etiam nullus haberet ibi malam intentionem, nihilominus mortuus esset, qui occisus fuisset & esset. Et secundum Leges qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur, vt extra de iniur. & damn. dato. si culpa. Ideo dicitur Exodi 21. *Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit q; bos vel asinus in eam, Dominus cisternæ reddet precium iumentorum*. Cisterna habet aquam ad remedium sitis, incautis autem potest esse præcipitij occasio. Sic vxor alicuius, quæ viro suo est remedium fornicationis euitandæ; alij occasio mortis potest hæc esse cisterna aperta, quando mulier ornatur. In eam verò non apertam bos vel asinus cadit, quando occasione pulchritudinis, quam mulier incautè ostendit aliquis perit: & in hoc casu de manu mulieris anima requiritur viri pereuntis.

Q. *Tertia* se ornant, vt viris suis placeant, quod licitè potest fieri, quia dicit sanctus Thomas, 2. 2. quæst. 169. Mulier in matrimonio constituta, licitè potest operam dare, vt viro suo placeat, ne per eius contemptum in adulterium prolabatur, cum dicit Apostolus 1. Corinthiorum 7. *Mulier, quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo viro suo placeat*. Sed de talibus mulieribus accidit interdum, quod cum viros suos custodire volunt, quandoque spiritualiter occidunt, quia occasionem eis præbent, quod nimis eas amant, quia omnis amator vehemens vxoris suæ adulter est, vt dicit Hieronymus 32. quæst. 4. Origo. Sed hoc gloss. intelligit,

in

Digitized by Google

in quantum recedit ab amore Dei, vel si homo huiusmodi præponitur amori Dei, peccatum est mortale.

SECVNDO, peccant tam viri, quàm mulieres, cum se ornant ex superbia, extollendo se super alios homines, eos videlicet, qui non habent talem ornatum, contemnendo, de hoc dicit Innocent. de vilita. human. condit. Superbus vt magnificus videatur, satagit vestiri mollibus, duplicibus indui, pretiosis ornari. Et de quolibet tali dicitur. Luc. 14. *Qui se exaltat, humiliabitur.* 2. Peccant viri extollendo se.

TERTIO, peccant in ornatu corporis, facies suas colorando: in contemtum sui Creatoris. Quia dicit Ambrosius. Deles picturam Dei, si vultum tuum naturali colore obnubilas, & exquisito rubore perfundis. Et tales similes sunt Lucifero, quem Deus adeò pulchrum creauit, *vt omnis lapis pretiosus operimentũ diceretur suum.* Ezech. 27. attamen voluit pulchrior esse, cum Deo attentauit se adæquari. Isaiæ 14. *Ascendam in cœlum, & ero similis altissimo.* Sic & multi volunt se facere pulchriores, quàm Deus, qui eos fecit, & plasmauit. Sicut illi qui habent facies pallidas, volunt eas facere rubeas atque albas, & qui habent nigros crines, volunt habere glaucos, & qui habent crines planos, volunt habere crispos, & sic de alijs, & his, cum apparuerint ante tribunal districti iudicis Christi, dicit Christus quærendo Matth. 22. *Cuius est hæc imago*, quasi diceret, non est mea, quia se aliter fecerunt, quàm ego eos creaui. Et respondent Angeli. Hæc est imago Cæsaris, scil. Diaboli, *qui est rex super omnes filios superbiæ.* Iob. 41. Tunc dicet Christus. *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris*, & hoc semper intellige de his qui se ex superbia ita coloraverunt, & impœnitentes discesserunt. Dicit enim sanctus Thomas 2. 2. quæst. 169. huiusmodi fictiones sine peccato esse non possunt, non tamen semper est mortale, sed solum quando fit propter lasciuiã, vel in Dei contemtum. *Et subdit.* Aliud est fingere pulchritudinem, & aliud est occultare turpitudinem ex aliqua causa prouenientem, puta per ægritudinem vel huiusmodi, hoc enim est licitum, quia secundum Apostolum 1. Cor. 12. *quæ putamus ignobilia esse membra corporis, his abundantiorem honorem circumdamus.* 3. Peccant facies colorando, in cõtemtũ Creatoris. NB.

QVARTO, peccant in ornatu propter nimiam complacentiam, & amorem, & sollicitudinem ad ornatum corporis. Et talis amor tantus potest esse, quod potest esse peccatum mortale, & damnat, sicut refert Humbertus, quod fuit quædam mulier in Francia deuota, quæ semel fuit in raptu, vidit in spiritu magnam Comitissam, quæ fuit ei familiaris, & tamen animam eius Dæmones traherent ad infernum, ipsa comitissa eiulando exclamauit. Heu me miseram, quia satis casta fui, & abstinens, & clemens, nec pro alia re damnor, nisi propter ornatum vestium, quem dilexi nimium, & admonita non cessaui. Item legitur de alia, quæ propter ornatum vestium & corporis nimium in morte non recipere meruit Eucharistiæ Sacramentum. Sed duo pulcherrimi iuuenes assistentes acceperunt hostiam de manu Sacerdotis, & ipsa obijt sine Sacramento. Et tantum de secundo. Quantum ad TERTIVM, iste dues reprehenditur de *gulositate in edendo* cum subiungitur. *Et epulabatur quotidiè splendidè.* 4. Peccant complacentia. Exemplum terribile. Aliud.

Circa quod NOTA, quod multis modis excedunt diuites in gulositate edendi, in quibus & iste diues excessit. Diuitum excessus in gula.

PRIMO, in ciborum varietate, sicut de multis mundi diuitibus expertum est, & quotidiè experitur, qui non in quatuor, vel in quinque ferculis contentantur. Sed *I.*

Digitized by Google

Nam in mundo fuit honoratus, habuit multa veſtimenta: Fuit ſuperbus, quia purpura indutus: Fuit guloſus, quia epulabatur quotidie ſplendidè: Fuit immiſericors, quia pauperi non dabat de micis, quæ cadebant de menſa ſua, & fuit negligens, quia propriam neglexit ſalutem. Et hæc prætendunt verba allegata, in quibus diues iſte de triplici peccato, vel macula deprehenditur, videlicet de impietate retinendo, ibi. *Erat quidem diues.* De vanitate in veſtiendo, ibi. *Qui induebatur purpura & byſſo.* De guloſitate in comedendo, ibi. *Et epulabatur quotidie ſplendidè.*

B. Quantum ad PRIMVM reprehenditur iſte diues de impietate in retinendo, cum dicit. *Homo quidam erat diues.* Ex quo patet ſua impietas, quod diues fuit, & pauperi nihil dedit, ſed diuitias auarè retinuit. Pro quo NOTANDVM, quod tria ſunt genera diuitiarum, vt dicit Holkot lect. 108. Temporales periculoſæ ſpirituales virtuoſæ, & æternales glorioſæ. Primæ diuitiæ ſunt *temporales periculoſæ*, & dicuntur periculoſæ, propter tria, quia repellunt veritatem à cognitione, ſecuritatem ab æſtimatione, vnitatem ab affectione. Diuites enim non poſſunt habere veram Dei cognitionem, nec ſui, nec proximi.

Tria genera diuitiarum. Diuites non habent verā cognitionē Dei ſuiipſius & proximi.

L PRIMO, quia non habent cognitionem Dei, quia fallacia diuitiarum verbum ſuffocat in eis, & ſine fructu efficiuntur, Matth. 13. In cuius figura legitur, Matth. 2. quod Dominus Regibus principibus in ſomno pauperibus verò paſtoribus in vigilia perfecta ſe oſtendit; in ſignum, quod pauperes clariorem cognitionem de Deo, quàm diuites conſequuntur. Quod figuratum etiam fuit in Zachæo, qui fuit princeps Publicanorum & diues, & tamen *ſtatura puſillus erat, & non poterat præ turba videre* IESVM, donec arborem aſcendiſſet. Sic diuitijs conſtipati & familijs, ſunt parui in ſtatura virtutum, & comprimuntur ſollicitudinibus, & preſſuris negotiorum, & officiorum quia non vacat eis cogitare de IESV, niſi valdè rarò, quod ſemel fortè in anno circa Quadrageſimam, vel circa Paſcha arborem aſcendunt pœnitentiæ, & contemplationis deuotæ, & inuitant illum in domum ſuam, citò tamen deſcendunt & deficiunt. Et ideo diuitiæ ſunt in pluribus extæcantes oculos ſpirituales, vt cuilibet dici poſſit illud, Apocalyp. 3. Dicis, *quia locupletatus & diues ſum, & nullius indigeo, & neſcis quia miſer es, & miſerabilis, & pauper & cæcus, & nudus.* Sic etiam iſte diues, de quo dicit præſentis thematis verbum, fallacia diuitiarum ſuffocatus, veram cognitionem Dei non habuit, cum in hoc ſeculo vixit. Sed cum eſſet mortuus, oculos cognitionis aperuit cum Abraham, & Lazarum in ſinu eius vidit. Et ſimilis fuit hic diues talpæ, quæ eſt beſtiola parua, odiens lucem & fugiens, radices ſub terra comedens, & in ea ſemper manens. De hac dicit Ariſtoteles libro Animalium. Omne animal generans ſibi ſimile habet oculos præter talpam, non quod careat oculis, ſed eos habet non apparentes. Si quis autem inciderit corium ſubtiliter, inueniet interius veſtigia latentium oculorum. Et dicunt aliqui, quod illud corium rumpitur præ anguſtia, quando incipit mori, & tunc incipit oculos aperire in moriendo, quæ eos clauſos habuit in viuendo. Sic iſte diues, (ſicut & multi adhuc ſunt) fuit paruus in virtutibus, quia paucas vel nullas habuit, quia in vitijs magnus fuit. Quia Eccleſ. 11. *Si fueris diues, non eris immunis à peccato.* CHRISTVM etiam verum ſolem fugit, & in terrenis cupiditatibus ſemper fuit, propter quod DEVM non cognouit, quia dicit Pſalm. 57. *Supercecidit ignis*, ſcilicet concupiſcentiæ terrenæ, *& non viderunt ſolem.* Sic qui non vidit viuens, vidit moriens, quia

dicit

dicit Gregorius in homilia. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Et idem dicit in Moralibus, & ponitur dist. 38. cap. Quia ea. Quicunque stultus est in culpa, sapiens erit in pœna,

SECVNDO, non habent cognitionem sui ipsius propter duo impedimenta, quæ communiter diuites impediunt, ne seipsos cognoscant. *Primum* est vera dicentium raritas, nam pauci sunt, qui diuitibus dicunt veritatem, quia secundum Salustium in Iugurtino. Veritas apud diuites & magnates odium parit. Ideo dicit Seneca: Monstrabo tibi quid, omnia possidentibus desit, scilicet, quod verum dicant. Nemo enim audet dicere, quid facis, hoc contra Deum est, & contra propriam salutem. *Secundum* est adulantium falsitas. Tot enim sunt adulatores diuitum, de familijs, de amicis, de vicinis, de extraneisque, quod proprios defectus non possunt aduertere. Nam dicit Sapiens Eccli. 13. *Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & multi iustificauerunt illum.* Et infrà. *Dives inquit locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usq; ad nubes perducent.* Et hæc duo impediuerunt hunc diuitem, quod propriam non cognouit salutem. Cum autem apparuerit veritas Domini, adijciens pœnas, & sublatis adulatoribus decipientibus animas se cognouit, sed tardè fuit. Nam Lucæ 16. dicitur *quod cum esset in tormentis, eleuans oculos, vidit Abraham & Lazarum à longè*, & benè à longè, quia *longè est Dominus ab impijs.* Prouerb. 15. Et Psalm. 118. *Longè a peccatoribus salus*, & quia vidit eos à longè, ideo clamauit *Pater Abraham miserere mei*: clamauit enim præ dolore, iuxta illud Isaiæ 65. *Clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione Spiritus vlulabitis.*

C II. Diuites non habent cognitionem sui ipsius.

Sed quod clamans petijt sibi misereri, stulta fuit petitio, quia iam fuit extra statum merendi & misericordiæ, & hoc innuit, cum dicit. *Inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possunt, neq; inde huc transmeare.* Et chaos hoc magnum ponitur pro impossibilitate merendi, quo ad damnatos, & pro impossibilitate compatiendi, quo ad beatos, qui beati in gratia confirmati, non possunt compati damnatis, quia de Dei iustitia non gaudent. Nec damnati mereri possunt beatis consociari, quia sunt obstinati & extra statum merendi, & hoc est obstaculum impediens, ne possint ad inuicem peruenire. Simile ponit Magister in 4. dist. vlt. cap. 4. dicens. Quod est Chaos inter bonos & malos, nisi hinc iustitia inde iniquitas, quæ nullo modo sociari valent. Adeò enim sancti Dei addicti sunt iustitiæ, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant. Ideo hortatur Sapiens quemlibet, qui vult vt ibi misericordiam habeat, quod hic animæ suæ misericordiam faciat, cum dicit. *Miserere animæ tuæ placens Deo*, Eccli. 30.

TERTIO, hic diuites non habent cognitionem pauperis proximi. Nolunt enim cognoscere defectus ipsorum in platea degentium, & clamantium, vt congruè conueniat eis illud Hieremiæ Threnor. 4. *Denigrata est facies eorum super carbones, & non sunt cogniti in plateis.* Quia vidi in pluribus, caristiæ nec non alijs anni temporibus incedere pauperes in solis ardoribus, & iacere in platearum pulueribus, vt facies eorum quasi denigrata videretur. Pauci tamen diuites hoc attendere voluerunt, vt eorum inopiam præbendo hospitia releuassent, & fortassis illis contigit, & quibusdam adhuc contingit, sicut accidit huic diuiti, ad cuius ianuam pauper Lazarus mendicus vlceribus plenus iacebat, cupiens saturari de micis quæ cadebat de mensa eius, & ne-

D Diuites non habent cognitionem proximi.

Digitized by Google

mo illi dabat. Sed & canes mitiores hoc diuite veniebant, & lingebant vlcera eius. Sed quid sequitur attende. *Factum est*, inquit, *vt moreretur mendicus, & portatus est ab angelis in sinum Abrahæ, mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.* Sed vide mirabile, Diues qui hic Lazarum cognoscere nolebat, ipsum ibi in requie cognoscebat. Et cui micam Panis denegabat, aquæ guttam ab ipso postulabat, dicens. *Pater Abraham, mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguã meam, quia crucior in hac*, scilicet lingua, *flamma.* Ideo dicit B. Gregorius in homil. super illud Lucæ 16. Diues iste, qui Lazaro pauperi mensæ suæ minima dare noluit in inferno ad quærenda minima peruenit.

E

Diuitiæ temporales sunt periculosæ.

SECVNDO, istæ diuitiæ temporales sunt periculosæ, quia repellunt securitatem ab æstimatione. Cum enim diues per diuitias suas æstimat securitatem inuenire, statim incipit timorem habere. Semper enim sunt in timore perdendi pecunias, terras & thesaurum. Et cum sunt sine securitate, sunt & per consequens sine intrinseca iucunditate. Vnde Augustinus lib. 6. Confess. narrat, quod transiens per quendam vicum, vidit pauperem iacentem, & iucundantem, & ingemuit loquens ad socios suos: Omnibus, inquit conatibus, quibus laboramus, nihil vellemus nisi ad securam lætitiam peruenire, quo nos iste mendicus præcessit. *Et subdit.* Iste lætabatur, & ego anxius eram: Iste securus ego trepidus.

Exemplum de paupere, nomine Rubino.

Refertur etiam in annulo parte 2. cap. 88. quod apud montem Pessulanum fuit quidam pauper nomine Rubinus, qui morabatur sub gradu cuiusdam diuitis viri sed auari, iste pauper habebat figellam, quam post laborem in communi strato tetigit & aliquando quatuor, & aliquando quinque denarios lucratus est, de quibus solatium magnum fecit. E contra verò Dominus suus auarus diues nunquam lætabatur. Cui vxor, Domine mi. Rubinus nihil habet, & semper iucundatur, & vos abundatis, & semper tristis estis. Cui ille. Ego auferam illi lætitiam illam, vnaque dierum saccum plenum pecunia per fenestram latenter in Cameram Rubini proiecit: ille inuenta, tota die cogitauit, quid agere posset, & emere, & cantum penitus dimisit. Post aliquot dies dixit auarus vxori. Quare modo non cantat Rubinus? Et vxor: Nescio, inquit, quia iam diu non cantauit, dixit ille. Reddam ei cantum, & descendit ad eum, petijt pecuniam, qui non audens negare, restituit, & accepta figella vt prius figellauit. Et diues vxori. Ecce, inquit, Rubinus iterum cantat, & seriem ei enarrauit.

Diuites nunquam sine tristitia & timore sunt.

Ideò notanter in cantu suo dixit Maria, Lucæ 1. *Esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inanes.* Illud est inane, quod apparet esse repletum & est vacuum, ita diuites videntur exterius sine metu, sine turbatione, & sine sollicitudine, & tamen interius sunt tristitia pleni & timore. Ideo dicit Seneca: Quisquis, inquit, volet agere tutam vitam, ista viscata beneficia deuitet; & per beneficia viscata intelligit bona temporalia, quia secundum Augustinum bona temporalia sunt bona viscata, & B. Gregorius. Nihil enim periculosius & laboriosius terrenis desiderijs æstuare, nihil quietius, quã in hoc mundo nihil appetere.

F

Diuitiæ temporales sunt periculosæ.

TERTIO, diuitiæ istæ temporales repellunt vnitatem ab affectione, causant enim inuidias & turbationes, bella, rixas, & discordias, vt Gen. 13. de Abraham & Loth consanguineo suo, de quibus dicitur. *Erat enim substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter*, ideo diuitiæ sunt paruipendendæ. Iuxta illud Catonis.

Despice diuitias si vis animo esse beatus.

Et

Digitized by Google

Et Seneca Epistola 18. Nemo alius est Deo dignus, nisi qui contempserit diuitias seu opes. Qui autem voluerit eas contemnere, debet attendere, quod nihil secum in hunc mundum portauit, nec quicquam secum auferet. Ideò dicit Ambrosius, & habetur 47. distinct. cap. Sicut hi. Diuitias nihil sic facit contemni, sicut recordatio pauperis finis & principij.

Sed NOTA, quod diuitiæ sunt sic contemnendæ, quod non sunt nimium amandæ, nisi quo ad vsum. Ideò dicit beatus Hieronymus, 12. quæst. 1. Duo. Laicis, inquit, licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. Nihil enim miserius, quàm propter nummum contemnere Deum. Et distinct. 30. cap. Hoc scripsimus, dicitur. Non est peccatum habere diuitias si assunt bona opera. Innocent. etiam de vilitate humanæ condit. lib. 2. cap. 11. Cæterum, inquit, Abraham diues fuit, Iob locuples, Dauid opulentus, & tamen de Abraham dicit scriptura. *Credidit Abraham & reputatum est ei ad iustitiam*, Gen. 15. De Iob dicitur. *Non erat similis illi in terra.* Cap. 1. Actor. 13. De Dauid. *Inuenit Dominus virum secundum cor suum.* Ac isti fuerunt quasi nihil habentes & omnia possidentes. Nos autem sumus omnia possidentes, & quasi nihil habentes. Iuxta illud Psalm. 33. *Diuites eguerunt & esurierunt.* Hæc ille. Et de Christo dicit Augustinus, cap. Habebat. 11. quæst. 1. Habebat Dominus loculos, à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, alijsque indigentibus tribuebat.

Secundæ diuitiæ sunt spirituales & virtuosæ, & hæ sunt gratiæ & operationes virtutum, & boni mores. De his diuitijs dicit Gregor. homil. 15. super illud Lucæ 8. *Exijt qui seminat. &c.* Diuitiæ veræ sunt, quæ nos virtutibus diuites efficiunt. Si ergò fratres diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Si culmen veri honoris quæritis, ad cœleste regnum tendite. Si gloriam dignitatis diligitis, in illa superna angelorum societate asscribi festinate. Ad has etiam diuitias cumulandas hortatur Apostolus 1. ad Timoth. 6. *Diuitibus autem huius seculi præcipè, non sublimè sapere*, id est, non per superbiam eleuari, *nec sperare in incerto diuitiarum*, scilicet ponendo finem in eis, quasi diceret. Sed præcipe diuitibus benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Diuitiæ spirituales & virtuosæ.

Sed NOTA, homines qui sunt diuites in his spiritualibus diuitijs, induuntur purpura & byssо, & epulantur quotidiè splendidè. Quid per purpuram nisi splendor charitatis, sine qua aliæ virtutes nihil prosunt. Quia dicit Thomas de Argentina, in Compend. Theologicæ veritatis, lib. 5. Charitas est bonorum principium, quia à Deo ipsa est, & bonorum medium, quia propter Deum? vel aliter. Charitas dicitur bonæ operationis principium, quia manet ad illud. Iuxta illud Gregor. Charitas operatur magnæ si est. Dicitur & medium, quia opera informat; dicitur quoque finis, quia opera dirigit, & ad finem debitum perducit. Et subdit, quomodo caritas dicitur finis. Sciendum autem, quod finis est triplex, consumptionis, consummationis, & terminationis. Purpura, splendor caritatis. Finis caritatis triplex.

Primo, Charitas dicitur finis peccatorum quia ipsa consumit. *Secundo* modo, est finis præceptorum, quia illa, scilicet, perficit. *Tertio* modo, quia ipse Deus qui est vita æterna, est finis nostri laboris. Sed ipsa vita æterna debet esse terminus in quo quiescitur. Caritas dicitur forma virtutum. *Primo*, quia mouet omnes virtutes ad G Caritas forma virtutũ.

ppera exteriora, per quæ perficiuntur virtutes, & merentur augeri. *Secundo* modo, quia omnes virtutes mouentur ad finem Caritatis, scilicet ad bonum. Caritas enim habet bonum pro fine & obiecto. Aliæ autem virtutes habent bonum non pro obiecto, sed pro fine tantum, & ille finis virtutum perfectionem denotat. *Tertio*, quia Caritas augmentat virtutum delectationem, & tollit fastidium, & alleuiat onera propter ipsius desiderium. *Quarto*, quia replet animam, & perficit non quidem in esse naturæ, sed in esse gratuito & meritorio. Hæc ille. Ideò necesse est, vt homines in virtutibus diuites fiant, quod purpuram Caritatis habeant, quia dicit Augustinus: in quodam sermone de Caritate: Caritas est dulce & salubre vinculum, sine qua dues pauper, & in qua pauper dues est.

H
Quid notet byssus.

Sed quid per byssum? *Primo* Iustitia, quia dicitur de sponsa Agni. Apocalyp. 19. *Venerunt nuptiæ Agni & vxor eius*, scilicet fidelis anima, *præparauit se, & datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido*. Et exponit quid sit byssus. Byssini enim sunt iustificationes sanctorũ. Hæc vestis alba iustitiæ, hominẽ diuitẽ in virtutibus exaltat. Iuxta illud Eccles. 10. *Qui operatur iustitiã ille exaltabitur*. Et Prou. 14. *Iustitia eleuat egentem*. Econtra verò dicitur de quibusdam in Psal. 106. *Propter enim iniustitias suas humiliati sunt*.

Byssus virginitatem designat.

Secundo, per byssum intelligitur virginitas. Iuxta illud Prouerb. 31. *Byssus & purpura indumentum eius*, & præcipuè debent pollere virginitate, qui verè volunt diuites esse in virtute. Quia secundum Ambrosium, libro de Virginitate. Virginitas est extirpatrix vitiorum, & auctrix sola spiritualium meritorum. Sed quid per quotidianam epulationem? Certè conscientiæ intellige iugem iubilationem: Nam conscientia exonerata vitijs, & repleta virtutibus, semper est læta, & delectabiliter viuit, sicut homines in conuiuio quotidiano. Iuxta illud Sapientis. *Secura mens quasi iuge conuiuium. Et cor gaudens in bona conscientia secundum intellectum exhilarat faciem scilicet interiorem*. Prou. 15.

I
Diuitiæ æternales.

Tertiæ diuitiæ sunt æternales & glorioſæ, in istis enim perpetuitas sine transitione, securitas sine fatigatione, iucunditas sine affectione, societas sine defectione, de quibus in Psalm. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius*. Et in alio Psalm. 36. *Spera in Domino & fac bonitatem & pascêris in diuitiis eius*. De istis diuitijs dicit Magister Albertus. Hæ sunt præclaræ diuitiæ indefectibilesque thesauri, quæ ditant animam mentemque perficiunt, & omnem congeriem continent dignitatum. Hæ sunt opes non terrenæ, sed supernæ, quibus non incolatur humana possessio, non munda facultas habetur, quibus non proferunt arua tribulos, nec campi spinas tribuunt, nec preciosa gignunt tineas, nec deposita timent fures, nec dormientium curant somnia, nec vigilias cogitata perducunt. Sed omnium quietum afferunt plenitudinem, cum diues Deus possidetur. Hæc Albertus. Illi diuites induuntur velut reges cœlestes purpura & byssо, & quotidiè epulantur splendidè.

Purpura vestis Martyrũ. Byssus Confessorum & Virginum.

Purpura namque est vestis rubea in sanguine cuiusdam piscis tincta, & conuenit omnibus martyribus, *qui venerunt ex magna tribulatione, lauerunt stolas suas in sanguine Agni*. Apocal. 7. Sed Byssus est vestis candidissima & albissima. & conuenit omnibus Confessoribus, & Virginibus, qui in castitate domino hic seruierunt, & *ibi ambulant secum in albis, quia digni sunt*. Apocalyp. 3. Sed quotidiana ipsorum epulatio, nihil aliud est, quàm æterna exultatio. Ideo dicit deuotus Doctor Amandus in horol. Sap. lib. 1. c. 11. O quàm fœlix ciuitas vbi iugis solennitas, & quam iucun-

Digitized by Google

iucunda curis omnis curæ prorsus nescijs, beati proinde & felices, qui ad dictum conuiuium sunt inuitati. *Et subdit.* O vos cœlestes principes, ô nobilissimi reges, ô Imperatores, ô filij Dei excelsi omnes, diuinæ consortes naturæ, quàm immensa hilaritate facies vestræ videntur perfusæ? Corda vestra quàm copiosè, & supereminenter, cernuntur super effluere præ exultatione, serta de sertis aurea ineffabiliter micantia facie coruscj, & indumento splendidi, & cantu iucundi, & sertis redimiti. Quantum ad *secundum* iste diues reprehenditur de vanitate in vestiendo cum dicitur qui induebatur purpura & bysso.

K Diuites excedunt in vestibus.

Circa quod NOTANDVM diuites multipliciter excedunt in suis vestibus. *Primo*, in superfluitate. Et hæc superfluitas potest esse in veste vna vel in pluribus, & aduerti, vel perpendi, in vna, quando vestis est nimis ampla, aut nimis longa, in qua superfluitate communiter excedunt, Prælati, Sacerdotes & Mulieres. PRIMO, quidem *Sacerdotes prælati*, qui longas habent vestes cum quibus terram purgant. Contra, quod inhibitum est eis extra de vita & hon. Cler. cap. Clerici. Ne deferant nimis breues, nec nimis longas, cum dicitur, Clerici causa desuper deferant indumenta, nimia breuitate, vel longitate non notanda. SECVNDO, excedunt in hoc *mulieres*, quæ longas trahunt post se caudas longis vestibus terram tegentes. Et de nuditate Christi in pauperibus, non curantes, caudis suis pulices colligunt, & pulueres hominibus mouent, Christum verò quem in tot pauperibus nudum vident, non operiunt. Valdè enim est reprehensibile, quod tales caudas sibi assumunt, cum tamen natura homini denegauit. De caudatis vestibus mulierum vide etiam suprà Sermone 41. Y. In pluribus etiam sit excessus.

Prælati & Sacerdotes.

Mulieres.

Sunt etiam nonnulli tam clerici, quàm ciues & mulieres, qui volunt habere diuersa paria vestium, & potius volunt vestimenta sua comedi à tineis, quam inde vestire nuditatem pauperis. Nam secundum Bernardum clamant nudi, & clamant famelici, & conqueruntur, nobis fame & frigore miserabiliter laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel implicata manticis? Quasi diceret, nihil conferunt eis ad salutem, sed faciunt eos fures, & æternam afferunt damnationem. De *primo*, quod tales sunt fures, patet ex hoc, quia furantur illud, quod debent pauperibus, si seruant aliquid, quod non est necessarium suis vsibus: Quia dicit beatus Ambrosius distinct. 47. cap. Sicut hi. Non minus criminis est habenti tollere, quàm cum posses & abundas, indigentibus denegare. Esurientium est panis, id est, debitus esurientibus quem tu detines: nudorum indumentum, quod tu recludis, & miserorum est redemptio, & absolutio est pecunia, quam tu in terra defodis. Tantorum ergò te scias bona inuadere, quantum possis præstare quod velis id est, velle debes. Sed alia litera habet, quod vales. De *secundo* dicit beatus Iacobus cap. 5. *Agite nunc diuites plorate, vlulantes in miseriis, quæ euenient vobis*, scilicet in æterna damnatione, *diuitiæ vestræ putrefactæ & vestimenta vestra à tineis comesta sunt.*

Diuitiæ faciunt fures & afferunt æternam damnationem.

Refert enim Cyrillus in Epistola ad Augustinum. Quidam Presbyter Cardinalis Andreas nomine glorioſissimi Hieronymi deuotissimus cultor in Romana vrbe expirauit. Qui cum in Ecclesia esset peractis exequijs, quæ solent fidelium tumulandis

L Exemplum terribile.

dis exhiberi corporibus, assistente summo Pontifice, cum penè toto clero & populo Romano, qui ad eundem Andream venerant honorandum, emissis vlulatibus & crebris gemitibus in feretro cunctis stupentibus, & veluti amentibus effectis, tanquam si a somni dormitione excitaretur, mirabiliter exsurrexit. Cumque à Romano Pontifice, remoto de Ecclesia maiori, beati Petri Apostoli vniuerso populo, clausisque foribus, interrogaretur; intulit illa verba. Dum starem in diuino examine iudicandus, & iam propter vestium & ciborum, quibus hactenus vsus eram nimiam superfluitatem, tartareis cruciatibus condemnarer, subitò veniens quidam Sole splendidior, niueque candidior, quem fuisse glorioſum Hieronymum, ad se inuicem referentibus, qui astabant, intellexi, præsidenti iudici flexis genibus animam meam corpori meo iterum iungi, porrectis precibus impetrauit. Quibus finitis verbis, in ictu oculi anima inde recedens corpori est coniuncta. Quod audiens Summus Pontifex & cæteri, qui extra Ecclesiam expectabant, fractis Ecclesiæ foribus, Ecclesiam protinus intrant, omnes magnis vocibus Deum & beatum Hieronymum collaudantes. Et ibidem venerabilis Cyrillus affligitur de quibusdam Clericis, qui vestimentorum de die in diem superfluitatibus vtuntur, de pauperibus verò, quorum mercedem rapta manu Latrocinij deuorant, fame morientibus & frigore, non curantes.

Aliud. Et ponit adhuc ibi exemplum terribile. Quod in superioribus Ægypti partibus quidam Monachus, Helias nomine, degebat, magna radians vitæ sanctitate, incumbens hic solitis orationibus, somno repentino aduenient aliquantulum obdormiuit. Et ecce in visione in quodam palatio miræ ineffabilisque pulchritudinis, & à mortalibus nunquàm visum, vt sibi videbatur erat. Cum per palatium illud per horam huc illucque gradiens eiusque pulchritudinem admiraretur tam vehementer, vidit quoddam præparari tribunal à quibusdam nimiæ pulchritudinis iuuenibus stratis tapetijs, & vestibus, auro, gemmis, & multa artificij varietate, decorari circumquaque. In quo postmodum Rex quidam maximus & decorus, eius aspectus tantæ erat suauitatis, vt nihil vellet aliud quis habere, sole lucidior comitatus societate veniens se posuit, vt iudicia exerceret, inter hæc cuiusdam anima, (quam fuisse Anconitanum Præsulem ab aliquibus ibidem existentibus postmodum intellexit) nequam Spirituum catenis, igneisque vinculis vincta, instar fornacis flammam erumpens sulphuream, deportata, maiestati regiæ præsentatur, quæ priusquam de aliquo interrogaretur, cæpit diris vocibus se infernalibus mansionibus dignissimam acclamare. Hanc inter cæteras maximè assignans principalem causam, quoniam vanis mundi pompis intentus in conuiuijs, & vestibus, huiusmodi stultitijs delectabatur. Quibus finitis lata per iudicem sententia, vt pœnis infernalibus traderetur, donec corpori iuncta, duplices pœnas in perpetuum ibi sustineret. Mox illam secum ferens illa nequam spirituum turba, inde cum diris clamoribus recessit.

Secundus excessus, vestium pretiositas. SECVNDO, excedit aliquis in vestium pretiositate. Nam sicut habetur ex libro Genes. 3. cap. quod materia vestium quas fecit Dominus *primis parentibus* fuit vilis multum, quia de pellibus animalium mortuorum, quia dicitur. *Fecit Deus eis tunicas pelliceas. Deinde* processum est ad lanam puram, quæ leuior est, quàm pellis. *Tertio*, processum est ad corticem herbarum, videlicet ad linum. *Quarto*, ad stercora vermium, videlicet ad sericum. *Quinto*, ad aurum, argentum & ad lapides pretiosos, & ad

& ad tincturas colorum pretiosorum, de quibus pretiosæ vestes veniunt, vt purpura, quæ est vestis Imperialis & regalis. Et si alius, quàm rex vel Imperator purpura vteretur, excedit statum suum, & offendit Deum. In signum istius legitur, quod iste qui inter Romanos primitus purpura vtebatur à fulmine percussus est, & sic subitanea morte interijt in terrorem & exemplum sequentibus ne vnquam aliquis audeat se contra Deum superbè in vestibus erigere pretiosis. Et ex illo, quod ille dives, qui ad literam, vt vult beatus Ambrosius, fuit ciuis in Hierusalem, & veste purpurea, suo statui non congruente, vtebatur, fuit reprehensibilis. Ideò dicit Gregorius in homil. Si cultus pretiosarum vestium culpa non esset, sermo Dei tàm vigilanter non exprimeret, quod dives qui torquebatur apud inferos, byssо & purpura fuisset indutus. Hæc Gregorius.

Primus Romanorum, qui purpura vsus est, fulmine percussus interijt.

Sed est valdè notabile, quod non legitur de isto diuite, quod diuitias suas malè, scilicet per rapinam vel vsuram acquisiuisset, & tamen quia se fortè de benè acquisitis inordinatè vestiuit, damnatus fuit. Quid dicam tunc de illis, qui de re iniustè acquisita se vestire volunt, sicut sunt ciues vsurarij, milites, prædones & ipsorum vxores, qui de lacrymis pauperum vestes deferunt pretiosas, quas dicere possum magis sanguinolentas. Iuxta illud Hierem. 2. *In alis tuis inuentus est sanguis animarum*. Vbi dicit Glossa Guilelm. Alæ intelligi possunt extremitates superborum palliorum, quibus alis volatur in infernum, non in cœlum. *Et subdit.* In alis istis inuenitur duplex sanguis pauperum. Spolia enim pauperum, ex quibus est vestis illa pretiosa comparata, iudicio scripturæ sunt sanguis pauperum & vita eorum. Iuxta illud Eccli. 34. *Panis egentium vita eorum, & qui defraudant illum, vir vel homo sanguis est.* Alius sanguinis, qui in alis illis inuenitur, est sanguis ipsius hominis, siue viri, siue mulieris, qui vel quæ defert vestem pretiosam de re iniustè acquisita emptam, mors enim sua iacet ibi, cum ad damnationem suam defert illam. Ideo NOTA, quod homo, qui vult se à talibus vestimentis pretiosis cohibere, debet vtilitatem sui corporis attendere. Quid enim est corpus nostrum nisi cinis, de terra factum, & citò in terram puluerem q; redingendum. Ideo secundum Gregorium. Indignum est vili cineri purpureum indumentum. Ideo Innocentius de vtilitate human. condit. lib. 2. cap. 36. Quid est homo pretiosis ornatus, nisi sepulchrum foris dealbatum, intus autem plenus spurcitia? Dicit enim B. Augustinus: Quod corpus peccatoris animæ mortuæ est sepulchrum. Et certè quia homo taliter ornatus pretiosis, est sepulchro dealbato similis, væ sibi quia dicit Dominus, Matth. 23. *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus pretiosa, intus verò sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia plena.*

NB.

Remedium contra luxum pretiosarum vestium.

Sed diceret aliquis; Nunquid constituti in dignitatibus, vel ministri Altaris debent vti pretiosioribus vestibus? *Respondet* sanctus Thomas, 2. 2. quæst. 169. quod non est in eis vitiosum, sed potius debitum, ad significandum excellentiam sui mysterij, vel cultus diuini. Diceret iterum aliquis, ex quo pretiosis nimium vestibus non est vtendum, nunquid vilibus competat vti? *Respondet* Thomas vbi suprà. Peccat, qui vilioribus vestibus vtitur quàm cæteri, & hoc, si faciat propter iactantiam vel superbiam, vt se cæteris præferat; vitium enim superstitionis est. Si autem hoc facit propter macerationem corporis, & humiliationem Spiritus, ad virtutem temperantiæ pertinet, & præcipuè competit his vti, qui alios verbo & exemplo ad pœniten-

Quæstio. Responsio. Obiectio. Solutio.

tentiam hortantur, ſicut fuerunt Prophetæ de quibus Apoſtolus ad Hebræos 11. *Circumierunt in melotis & pellibus caprinis.* Et dicit Gloſſa ſuper illud, Matth. 4. Qui pœnitentiam prædicat, habitum pœnitentiæ prætendat.

Excеſſus in veſtium mollitie.

TERTIO, excedunt aliqui in veſtium carnalitate, quod alio modo mollicies dicitur, de qua Matth. 11. *Qui mollibus induuntur, in domibus regum ſunt.* Ad hanc carnalitatem aut mollitiem pertinet, vt dicit Philoſophus 7. Ethicorum, quod aliquis trahit veſtitum per terram, vt non laboret eleuando ipſum. Et hoc tertio modo perpetrauit, & excеſſit iſte diues, qui ad nudam carnem byſſo induebatur, quod eſt genus lini nimium candidi & molliſſimi, vt dicit Iſidorus lib. 19. Etymol. Sic autem non debent facere ſerui Dei, quia ſuper illud Matth. 3. *Ioannes habebat veſtimenta de pilis camelorum*, dicit, glorioſus ſeruus Dei non debet habere veſtimentum ad decorem vel ad delectationem, ſed ad tegendum nuditatem. Ideo dicit Gregorius: Nemo exiſtimet in luxu atque in ſtudio pretioſarum veſtium peccatum deeſſe, quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Dominus Ioannem de aſperitate ſui veſtimenti laudaſſet.

Excеſſus in veſtium extraneitate.

QVARTO, peccant & excedunt in veſtium extraneitate, ſicut illi, qui volunt habere veſtes extraneas, veſtibus aliis diſſimiles, verbi gratia. Cum Clericus militarem veſtem vult habere, vel religioſus ſecularem, mulierq; virilem; & principaliter cum Sacerdos vult habere veſtem coloratam, videlicet viridem vel rubeam, aut aliàs variam cum tamen inhibitæ ſunt Clericis tales veſtes: Extra de Vita & honeſt. Cler. cap. Clerici. vbi dicitur; Pannis rubeis aut viridibus, nec manicis vtantur. Et poteſt ratio eſſe ſecundum Gulielmum, quia tales colores in lana ouium non inueniuntur naturaliter. Si enim DEVS voluiſſet lanam ouium talium colorum eſſe, potuiſſet depingere oues, ſicut depinxit aues. Et fortè à principio non fuit facta tinctura huiusmodi abſque curioſitate & culpa. Et dicit Gulielmus. Audiui Virginem innocentem, quam remordebat conſcientia ſua de hoc, quod habebat veſtem alterius coloris, quàm naturalis, allegantem contra ſe; quod ouis, quæ nunquam peccaſſet, contenta fuiſſet naturali colore; ipſa verò quæ multum peccauerat, pretioſo colore vteretur. Et in veritate, cum homo mendicet veſtem ab oue, iuxta illud Auguſtini: Quis mandatum Euangelium implens de duabus tunicis, vnam dat homini non habenti. Sufficere deberet homini mendicanti color ille, qui ſufficit oui largienti; ſed ſuperbus mendicus eſt, cui non ſufficit quod illi ſufficit, à quo mendicat. Ideo de illis dicit. Dominus Sophoniæ 1. *Viſitabo ſuper reges, & ſuper filios Regis, & ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.*

Per veſtem peregrinam intelliguntur omnes nouæ adinuentiones, quas moderni nunc inuenerunt, quæ ab antiquo non fuerunt. Et væ illis, qui talium veſtium nouitates & ſpecialitates inueniunt. Sicut enim laudabilis eſſet, qui nouum viuendi bonum modum inueniret, quia per hoc à Deo & Sanctis omnibus in cœlo honoraretur, & particeps eſſet omnium meritorum horum hominum, qui ipſum in bono imitarentur, & gaudium ſuum in cœlo accidentale vſque ad nouiſſimum diem augmentaretur. Sicut patuit ſuprà de corpore Chriſti ſermone 32. S. Ita vituperabilis eſt ille, qui vitium nouum, vel nouas inciſiones veſtium adinuenit, quia ex hoc iram Dei grauiter erga ſe excitat & reus erit omnium peccatorum illorum, qui eum in his imitantur. Et ſi damnatur, tunc pœna ſua accidentalis augmentabitur vſque ad nouiſſimum diem à quolibet homine, qui ipſum imitatus fuerit in hoc vitio, vel in hac noua veſtium adinuentione.

Cir-

Digitized by Google

Circa hoc quæritur. Vtrum mulieri liceat vti veste virili? *Respondet* S. Thomas 2. 2. quæst. 169. non licet. Nam cultus exterior competere debet conditioni personæ, secundum consuetudinem communem. Et ideo de se est vitiosum, quod mulier vtatur veste virili, quia gentiles tali habitu vtebantur ad idololatriam. Potest tamen hoc fieri quandoq; licitè, siue propter aliquam necessitatem, vel causa occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel huiusmodi. O Vtrum mulieri liceat vti veste virili.

Sed diceret aliquis: An Clerici possunt vestes vel habitum transformare? *Respondetur*, quod Clerici non debent deferre vestes incisas vel virgatas, neque de serico, sed de lana, non nimis pretiosas vel viles, vt 41. distinct. §. 1. Et præcipuè in habitu debent se conformare, quantum possunt illis, inter quos viuunt, seruata semper honestate, vt probatur distinct. 4. cap. Erit. Et 30. distinct. c. Si quis virorum. Et non debent transformare vestes suas, nisi causa peregrinationis, timoris vel alia simili, vt 21. quæst. 4. Episcopi, extra de vita & honest. Cler. cap. Clerici. Quicunque autem virgata vel partita veste publicè vtitur sine causa; si beneficiatus extiterit, suspensus à fructuum perceptione per sex menses est ipso facto. Si non est beneficiatus, & est in sacris citra Sacerdotium, per idem tempus est inhabilis ad beneficium obtinendum. Idem de Clericis alijs vestem talem simul & tonsuram publicè deferentibus Clericalem. Si habent dignitatem vel beneficium cum cura, vel est Sacerdos, aut religiosus, est suspensus per annum à beneficio & per idem tempus sunt inhabiles ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum obtinendum, vt de vita & de honesta. Cle. in Cle. Quoniam qui abiectis vestibus. Clericorum vestes quales esse debeant.

Sed diceret aliquis. Nunquid Laico licet vti veste Monachiali? *Respondetur*, quod in necessitate licet quidem, vt si homo quæreretur ad occidendum, potest vti veste tali ad euadendum, quia necessitas facit licitum, vt 7. quæst. 1. Mutationes. Si autem quis vtitur tali veste ad vanitatem, vel ad ordinis derisionem, vt faciunt vani homines in carnispriuio, peccant & sunt puniendi, quia dicitur ext. de vita & hon. cleri. cum decorem. in glos. super illo verbo. Monstra laruarum. Prohibitum est, inquit, etiam causa ludibrij vti habitu Monachali vel alio religioso, & grauiter punitur, qui hoc facit, vt in autent. de sanct. Epi. §. fin. coll. 9. Et ar. C. de Episc. audien. li. 1. ti. 4. Neminem. Vtrum Laicus possit vti veste Monachali.

QVINTO, excedunt aliqui in vestium decorositate. Excessus in vestium ornatu.

Circa quod NOTA, decor vestimentorum, vel ornatus corporis potest esse peccatum mortale multis modis. PRIMO, propter intentionem, vt cum quis se ornat tali intentione, vt velit ab alijs concupisci, quia vt dicit Augustinus. Non solum appetere, sed etiam appeti velle, criminosum est. Ideo dicit Chrysostomus in libro de compunctione. Si mulier se decorauerit & ad se visus hominum prouocauerit, extremam vindictam sustinebit. Ergo mulieres vel Virgines quæ se ornant, vel facies suas decorant, vel colorant, vt ab alijs concupiscantur, peccant grauiter, quantumuis non habeant consentiendi voluntatem eis, si eas concupiscant. P Ornatus corporis peccatum esse potest.

Dicit tamen Gulielmus, in summa vitiorum. Multiplex est intentio mulierum ornantium se, Quædam se ornant, vt concupiscantur ab alijs, quàm à viris suis, quod constat esse mortale peccatum, vt statim suprà patuit. *Alia* ornant se ex superbia, vt excedant aliàs in pulchritudine, vt saltem non excedantur ab alijs, vel ex amore vanæ gloriæ, vel laudis, vt dicatur, quod ipsæ fuerint pulchræ, & tales sic se orantes peccant contra multos. Mulierum se ornantium intentio multiplex. Mulieres se ornantes peccant.

Digitized by Google

1. Contra seipsas.

PRIMO, contra seipsas, quia decorem animæ suæ deturpant, & seipsas in anima mortificant, & hoc voluntariè, quia dicit Augustinus: Mors corporalis necessaria est, mors autem animæ voluntaria. Vnde corpus mulieris peccatricis superbè ornatum, est animæ mortuæ sepulchrum. Et quantò plus corpus ab extra ornatur & coloratur, tantò magis anima denigratur.

2. Contra Christum.

SECVNDO, peccant contra Christum, quia sanguinem ipsius de nouo effundunt. Quia sicut de sano corpore humano, non potest abscindi membrum sanum, sine sanguinis effusione. Sic nec bonus in gratia existens potest occidi per occasionem peccati mortalis, à corpore mystico ipsius Christi, sine mystica Christi sanguinis effusione, quia omnes homines in gratia existentes, sunt membra Christi; & Christus est corpus: & quandocunque per ornatum corporis alliciunt aliquem ad malam concupiscentiam tunc vnum membrum à corpore Christi abscindunt, denuò ipsius sanguinem effundunt, ideo dicit Bernardus in sermo. Nonnè tibi videtur grauiorem ab eo Christus sustinere persecutionem, qui suggestione maligna exemplo pernitioso, scandali occasione ab eo peruertit animas, quas redemit, quàm à Iudæo qui sanguinem illum fudit? quasi diceret, vtique.

3. Contra omnes sanctos.

TERTIO, peccant contra omnes sanctos, quia dicitur Lucæ 15. *Gaudium est Angelis super vno peccatore agente pœnitentiam*, & hoc gaudio eos priuant, qui aliquem hominem per ornatum superbum ad concupiscentiam trahunt. Ideo dicit Ambrosius. An non angelos ingemiscere credimus, cum homo pœnitens ad peccatum reuertitur? quasi diceret, sic.

4. Contra proximos.

QVARTO, peccant contra proximos, quos spiritualiter occidunt: Nam Diabolus vtitur eis, tanquam gladio ad occidendum filios Dei. Et si dicat aliqua, se non habere malam intentionem. Respondeo quod nec gladius malam intentionem habet, quando illo aliquis occiditur sed vtens eo habet malam intentionem hoc est Diabolus, qui vtitur mulieribus his ornatis tanquam gladio, habet ibi malam intentionem. Et licet etiam nullus haberet ibi malam intentionem, nihilominus mortuus esset, qui occisus fuisset & esset. Et secundum Leges qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur, vt extra de iniur. & damn. dato. si culpa. Ideo dicitur Exodi 21. *Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit q; bos vel asinus in eam, Dominus cisternæ reddet precium iumentorum*. Cisterna habet aquam ad remedium sitis, incautis autem potest esse præcipitij occasio. Sic vxor alicuius, quæ viro suo est remedium fornicationis euitandæ; alij occasio mortis potest hæc esse cisterna aperta, quando mulier ornatur. In eam verò non apertam bos vel asinus cadit, quando occasione pulchritudinis, quam mulier incautè ostendit aliquis perit: & in hoc casu de manu mulieris anima requiritur viri pereuntis.

Q. *Tertia* se ornant, vt viris suis placeant, quod licitè potest fieri, quia dicit sanctus Thomas, 2. 2. quæst. 169. Mulier in matrimonio constituta, licitè potest operam dare, vt viro suo placeat, ne per eius contemptum in adulterium prolabatur, cum dicit Apostolus 1. Corinthiorum 7. *Mulier, quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo viro suo placeat*. Sed de talibus mulieribus accidit interdum, quod cum viros suos custodire volunt, quandoque spiritualiter occidunt, quia occasionem eis præbent, quod nimis eas amant, quia omnis amator vehemens vxoris suæ adulter est, vt dicit Hieronymus 32. quæst. 4. Origo. Sed hoc gloss. intelligit,

in

Digitized by Google

in quantum recedit ab amore Dei, vel si homo huiusmodi præponitur amori Dei, peccatum est mortale.

SECVNDO, peccant tam viri, quàm mulieres, cum se ornant ex superbia, extollendo se super alios homines, eos videlicet, qui non habent talem ornatum, contemnendo, de hoc dicit Innocent. de vilita. human. condit. Superbus vt magnificus videatur, satagit vestiri mollibus, duplicibus indui, pretiosis ornari. Et de quolibet tali dicitur. Luc. 14. *Qui se exaltat, humiliabitur.* 2. Peccant viri extollendo se.

TERTIO, peccant in ornatu corporis, facies suas colorando: in contemtum sui Creatoris. Quia dicit Ambrosius. Deles picturam Dei, si vultum tuum naturali colore obnubilas, & exquisito rubore perfundis. Et tales similes sunt Lucifero, quem Deus adeò pulchrum creauit, *vt omnis lapis pretiosus operimentũ diceretur suum.* Ezech. 27. attamen voluit pulchrior esse, cum Deo attentauit se adæquari. Isaiæ 14. *Ascendam in cœlum, & ero similis altissimo.* Sic & multi volunt se facere pulchriores, quàm Deus, qui eos fecit, & plasmauit. Sicut illi qui habent facies pallidas, volunt eas facere rubeas atque albas, & qui habent nigros crines, volunt habere glaucos, & qui habent crines planos, volunt habere crispos, & sic de alijs, & his, cum apparuerint ante tribunal districti iudicis Christi, dicit Christus quærendo Matth. 22. *Cuius est hæc imago*, quasi diceret, non est mea, quia se aliter fecerunt, quàm ego eos creaui. Et respondent Angeli. Hæc est imago Cæsaris, scil. Diaboli, *qui est rex super omnes filios superbiæ.* Iob. 41. Tunc dicet Christus. *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris*, & hoc semper intellige de his qui se ex superbia ita colorauerunt, & impœnitentes discesserunt. Dicit enim sanctus Thomas 2. 2. quæst. 169. huiusmodi fictiones sine peccato esse non possunt, non tamen semper est mortale, sed solum quando fit propter lasciuiã, vel in Dei contemtum. *Et subdit.* Aliud est fingere pulchritudinem; & aliud est occultare turpitudinem ex aliqua causa prouenientem, puta per ægritudinem vel huiusmodi, hoc enim est licitum; quia secundum Apostolum 1. Cor. 12. *quæ putamus ignobilia esse membra corporis, his abundantiorem honorem circumdamus.* 3. Peccant facies colorando, in cõtemtũ Creatoris. NB.

QVARTO, peccant in ornatu propter nimiam complacentiam, & amorem, & sollicitudinem ad ornatum corporis. Et talis amor tantus potest esse, quod potest esse peccatum mortale, & damnat, sicut refert Humbertus, quod fuit quædam mulier in Francia deuota, quæ semel fuit in raptu, vidit in spiritu magnam Comitissam, quæ fuit ei familiaris, & tamen animam eius Dæmones traherent ad infernum, ipsa comitissa eiulando exclamauit. Heu me miseram, quia satis casta fui, & abstinens, & clemens, nec pro alia re damnor, nisi propter ornatum vestium, quem dilexi nimium, & admonita non cessaui. Item legitur de alia, quæ propter ornatum vestium & corporis nimium in morte non recipere meruit Eucharistiæ Sacramentum. Sed duo pulcherrimi iuuenes assistentes acceperunt hostiam de manu Sacerdotis, & ipsa obijt sine Sacramento. Et tantum de secundo. Quantum ad TERTIVM, iste dues reprehenditur de *gulositate in edendo* cum subiungitur. *Et epulabatur quotidiè splendidè.* 4. Peccant complacentia. Exemplum terribile. Aliud.

Circa quod NOTA, quod multis modis excedunt diuites in gulositate edendi, in quibus & iste dues excessit. Diuitum excessus in gula.

PRIMO, in ciborum varietate, sicut de multis mundi diuitibus expertum est, & quotidiè experitur, qui non in quatuor, vel in quinque ferculis contentantur. Sed *I.*

aliquando fercula eorum adeò multiplicantur, quod etiam comedentes in ſedendo attædiantur, & talis multiplicitas ciborum & varietas, agit pro magna parte ad vitæ ipſorum breuitatem, quia dicitur Eccli. 37. *In multis eſcis non deerit infirmitas.* Diſputat enim Macrobius lib. 2. Saturnalium, vtrum difficilioris digeſtionis ſit cibus ſimplex, vel conformis, vel multiplex & difformis. Et reſpondit ad illam quæſtionem Richardus Philoſophus, quod ſimplex cibus & vniformis ſit facilioris digeſtionis. *Primo* enim videmus, quod pecudes, quæ ſimplici alimento veſcuntur, ſemper ſana, & aliæ pecudes infirmantur, potiſſimè illæ, quæ hominum voluptas per varietates ciborum nititur ſaginare. *Secunda* ratio, quia ſimplex cibus citò digeritur, in cuius ſignum omnis medicus ſimplici cibo reficit infirmum, vt natura ſcilicet debilis, facilius ſimplicem cibum in ſui naturam conuertat. *Tertia* ratio, quia ſicut citius nocet vini diuerſitas, quàm idem vinum in æquali quantitate, ita varietas ciborum in aliqua quantitate plus reſiſtit naturæ, quàm vnus cibus ſimplex in conſimili quantitate. *Quarta* ratio eſt, Quia qui ſimplicem cibum ſumit, ſi poſtea infirmetur, facilius cauſam ſuæ infirmitatis perpendit, & per conſequens poteſt ſe facilius præcauere, vel à tali cibo ſe abſtinere, vel minuendo quantitatem, quia ſi multis & varijs vteretur, tunc neſciret cui deberet imputare; igitur ſimplex dieta, ſalubrior eſt inſectanda quàm multiplex. *Quinta* ratio eſt talis, diuerſorum ciborum receptorū in ſtomacho, diuerſa eſt natura, & ideo agente natura vniformiter ex parte ſui, quædam citius digeruntur, alijs manentibus adhuc crudis. Illud autem quod prius infra ſtomachum manens conuertitur, cum expectat ibidem illud, quod poſtea digerendum eſt, & corrumpitur & areſcit, ſicut in eructationibus ſatis patet. Igitur, quando cibus iſte vniformis, & idem vniformiter digeritur, vitatur talis putrefactio in ſtomacho: Vnde relinquitur quod cibus ſimplex facilioris ſit digeſtionis, quàm cibus multiplex. Hæc ille. Quia ergo potentes & diuites multis ferculis, & varijs veſcuntur ciborum generibus, frequentius infirmantur & citius moriuntur. Quia dicit Seneca in Epiſtola. Multas, inquit, mulctas multa fercula fecerunt. Refert enim Helinandus, quod Epiſcopus quidam interrogauit quendam adoleſcentem. Vnde, inquit, contingit, quod ſanior & pulchrior eſſet in clauſtro, quàm eſſe ſolebat in ſeculo. Ille ait, quia vniformiter viuo, in ſeculo autem difformiter & multiformiter viuebam. Cui Epiſcopus. Quid, inquit, comediſti hodie? ſatis ait ille. Quid heri? ſimiliter ſatis. At ille: Non quæro, inquit, de quantitate, ſed de qualitate, quid comediſti hodie? quid heri? Heri, inquit, comedi piſa & olera, hodie olera & piſa, & deinceps pulchro circumitu eadem verba replicauit, vt oſtenderet ſe vti dieta vniformi, quæ ſanitatem præſtat & decorem. Refert etiam Endoxus in geſtis Philoſophorum de Platone, qui fuit Philoſophus Athenienſis, & fuit in cibis moderatus, idcirco non laboribus fractus, ſed vita ſanus extitit & longæuus: moderatio enim cibi ſanitatem conſeruat. Ait enim de ipſo Tullius, quod cum Timotheus clarus Athenis, atq; princeps ciuitatis, apud Platonem cœnam peregiſſet, eiuſque conuiuio fuiſſet delectatus, quia cum moderamine fuerunt omnia parata, poſt triduum princeps dixit Platoni, Cœnæ tuæ non ſolum in præſentia, ſed poſtera die ſunt iucundæ. Quia non varietatem vel diuerſitatem appoſuit ferculorum, ſicut faciunt potentes mundi propter ſuperbiæ oſtentationem. Quia Seneca ad Lucillum, vbi diuerſa ſunt cibaria inquinant & non alunt.

Quis cibus ſit facilioris digeſtionis.

Exemplum temperantiæ.

Aliud.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDO excedunt aliqui in ferculorum delicioſitate, ſicut Numeri 11. de filijs Iſrael qui in eremo carnes deſiderabant. *Et iſte dives epulabatur quotidie ſplendide.* Econtra dicit Seneca. Palatum tuum fames excitet, non ſapores. Triplici autem ratione, vt dicit Gulielmus, non debet homo quærere cibaria delicata propter naturam vaſis. S. Excessus in ferculorum delitijs. Cibi delicati non quærendi.

PRIMO cùi cibos quos ſumit infundit; corrumpitur enim quicquid infunditur. Si quis haberet aliquot vas quod corrumperet vinum, quod eſſet infuſum, ipſe non infunderet tibi de meliori quod haberet, ſed de viliori. Ad hoc patet quod dicit Ioel propheta cap. 1. *Vlulate qui bibitis vinum in dulcedine, periit enim ab ore veſtro.* Ad hoc idem dicit Innocentius de vili. huma. conditi. lib. 2. cap. 18. Gula charum tributum exigit, ſed viliſſimum reddit. Quia quanto ſunt delicatiora cibaria, tanto fœtidiora ſunt ſtercora, & turpius egerit quod turpiter ingerit. I.

SECVNDO propter hoc non ſunt quærenda delitioſa, quia cum delectabilia tibi dantur cibaria in adiutorium, carni aduerſus Spiritum concupiſcenti, erunt duo contra vnum & vincitur Spiritus. Vnde Bernard. de Condimentis. Sufficit vt comeſtibiles fiant, non concupiſcibiles. Sufficit enim concupiſcentiæ malitia ſua, quæ vix, aut nullo modo, pertranſire poſſet ad finem explendum neceſſitatis, niſi per abſtinentiam, vbi quantum delectationis cœpit habere irritamenta, fiunt duo contra vnum, periclitaturque conſcientia. II.

TERTIA propter hoc, cum carni delitiæ dantur, pòſt vult eas ex conſuetudine habere. Iuxta illud Prouerb. 22. *Adoleſcens iuxta viam ſuam graditur, & cum ſenuerit non recedet ab ea.* Quare hoc? quia conſuetudo eſt altera natura, id eſt alterat naturam: 2. Ethic. Ideo refert Hierony. de Epicuro Philoſopho, quod licet eſſet tantæ voluptatis, quod in ipſa conſtitueret fœlicitatem, cibos tamen ſuos repleuit oleribus, pomis & cibis vilibus, determinans, eſſe ſic viuendum, eò quod epulæ exquiſitæ maiorem habeant pœnam in quærendo quàm voluptatem abutendo. Nec poſſe nos vacare Sapientiæ ſi abundantiam & frequentiam menſæ cogitemus. Refert enim Valerius in Policrato libr. 4. de Alexandro, qui in itinere exiſtens panem comedebat, nec delitioſa fercula curabat. Narrat etiam in geſtis Romanorum, quod Auguſtus Cæſar minimi cibi erat, panem & piſciculos minutos, bubalum manu preſſam, & ficos virides appetebat. III.

TERTIÒ excedunt aliqui in cibi auiditate, ſicut qui nimis auidè vel ardenter ſumunt cibum illum, quemadmodum Eſau Gen. 25. qui veniens de campo erat valdè laſſus, *vendidit primogenita pro lenticula rubea.* Contra quod dicit Sapiens Eccli. 37. *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam: Propter crapulam enim multi perierunt. Qui autem abſtinens eſt, adiiciet vitam.* Et dicit Guilielmus. Signum auiditatis in ſumendo cibum eſt tremor manuũ, Ciphum vel bolum tenentium effuſio. Ideò dicit Innocent. de vilit. huma. conditi. lib. 2. cap. 18. Gula paradiſum claudit, primogenita vendit, ſuſpendit piſtorem, & decollat Baptiſtam. *Et infra capit. 19.* Quid turpius ebrioſo? cui fœtor in ore, tremor in corpore; qui promit ſtulta, prodit occulta, cui mens alienatur & facies transformatur. Excessus in auiditate cibi.

QVARTÒ excedunt aliqui in ciborum aſſiduitate, qui frequenter aſſumunt cibum, cum tamen ſufficiat homini bis ad plus in die ſumere cibum. Frequens enim ſumptio cibi, multum nociua eſt corpori. Secundum enim artem medicinæ, de- Excessus in ciborum aſſiduitate.

de deterioribus rebus vna est, cibum addere super cibum indecoctum. Vnde Metrista.

Tu nunquam comedas, stomachum nisi noueris inde,
Purgatum, vacuum q; cibo, quem sumpseras ante.

Idcirco ad frenandum gulam, vide aliqua remedia spiritualia, supra Dominica 4. Sermo. 14. G.

Remedia ad gulam frenandam.

I. Sunt & alia remedia generalia totius gulæ expulsiua. PRIMVM est considerare vilitates gulæ. *Prima*, quia gulosi vincunt veraciſſimorum animalium voracitatem, aut edacitatem. Nam sicut dicit Seneca Epistola 98. Taurus paucorum iugerum pascuis impletur, vna etiam silua pluribus Elephantibus sufficit, homo autem vix aëre, terra, mari pascitur. Itaque ventri obedientes, animalium loco numerentur, non hominum. *Secunda* vilitas, quia turpe est, quod homo inter omnia animalia bruta, stomachi sui mensuram non cognoscat. Vnde Seneca. O quam turpe est homini rationali, plus cibi ingerere, quàm natura cupiat, & stomachi sui non nosse mensuram. *Tertia* vilitas quod ipsorum gulosorum *Deus venter est*, ad Phil. 3. Quod pulchrè probat Hugo lib. 2. de claustro animæ, sic dicens. Solent Dijs templa erigi, ministri ad seruiendum ordinari, pecudes immolari, thura cremari. Siquidem Deo ventri templum est coquina, altare, mensa, coci ministri, pecudes sunt coctæ carnes, fumus autem incensorum est odor saporum. Tales enim sunt, qui nullum festum credunt, nisi quando benè comedunt.

Nocumenta quæ gula homini infert.

II. SECVNDVM remedium est, quod bene & diligenter nocumenta considerentur, quæ homini per gulam inferuntur, & hæc sunt tria. Quia PRIMO infert mortem naturæ. Iuxta illud. Ecclesiast. 37. *Propter crapulam multi perierunt.* Et Galenus dicit. Plures occidit gula, quàm gladius. Item mortem animæ. 1. Timoth. 5. *Vidua in delitijs viuens est mortua.* Ideo dicit Iob. 6. *Aguſtare quis poterit, quod guſtatum affert mortem.* Item perditionem vitæ æternæ, quæ est mors æterna, quia *dives epulo sepultus est in inferno.*

1.

2. SECVNDVM nocumentum quia gula excludit hominem à paradisi gaudijs, vt patet in Adam. Genes. 3. Item priuat hominem dignitate spirituali, vt patet in Esau, Genes. 25. qui primogenita perdidit propter lenticulam, de quo suprà. Item in corde disponit & præparat locum aduersarijs. Matth. 8. *Si eijcis nos hinc, mitte nos in porcos*, id est, in gulosos & voluptuosos.

3. TERTIVM nocumentum est, quod hominem subiecit omnibus calamitatibus præsentis miseriæ, quarum nullam homo sensisset, si per gulam præuaricatus Adam Dei præceptum non fuisset.

III. TERTIVM remedium est, quod homo semper sequatur rationis ductum cum Apostolo Philip. 4. *Scio satiari & esurire, scio abundare & penuriam pati.* Quod verbum pertractans Gregorius in lib. moral. dicit. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris vtitur, sed ad reparationem virtutis, nec plus carni tribuit quàm necessitas exigit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmure tolerat, nec pro necessitate victus agit aliquid, vnde anima laqueum peccati incurrat, scit esurire & sitire. Quem verò superbia in abundantia non eleuat, vel in necessitate cupiditas non irritat, nouit abundare & penuriam pati.

Sunt

Digitized by Google

Sunt & alia remedia præter illa tria contra guloſitatem. *Primum*, eſt elongatio ab his, quę dant occaſionem excedendi in cibo & potu, ſicut eſt delectabilitas vel varietas, aut nimietas ciborum. Licet enim illud Eccl. 21. *Quaſi à facie colubri fuge peccata, & ſi acceſſeris ad ea ſuſcipient te*, videatur generaliter dictum de omni peccato, ſpecialiter tamen poteſt referri ad iſta peccata, in quibus tentat ſanitas vel voluptas. In illis enim in quibus tentat aduerſitas, melius poteſt exſpectari conflictus. Sed non eſt ſecurum accedere ad menſam, vbi nimia varietas & per delicata appoſita ſunt homini, qui vult curari ab hoc vitio, hoc inſinuatur Gen. 3. vbi legitur. *Vidit mulier lignum quod eſſet bonum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuq; delectabile, tulit de fructu illius & comedit.* Ideo dicit Grẽgorius. Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Et Iſa. 28. Laqueus de flore exultationis gloriæ dicit. *Quod cum aſpexerit videns, ſtatim vt manu tenuerit, deuorabit illud.* Quare non eſt ſecurum videre delectabilia. *Secundum* remedium eſt frequenter conſiderare, qualis poſt mortem ſit caro futura, quæ modo per guloſitatem impinguatur. Hoc remedium dicit Gregorius. Nihil ita valet ad domandum carnis deſideria, ſicut cogitare, qualis ſit caro futura mortua. *Tertium* remedium eſt meditatio æternæ vitæ ſiue cœnæ, ad quam inuitati ſumus. Hoc remedium docuit nos Dominus, vbi ad cœnam illam nos inuitatos eſſe docuit, Lucæ 14. &c. Aliter meditatur ad cœnam delicatam inuitatus: qui ergò inuitatus eſt, parum comedat in prandio, ne cœnam amittat magnam. Ad hanc cœnam perducat nos Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

Alia remedia contra Gulam.

Fuga delectationis in cibo & potu.

Conſiderare ſtatum carnis hominis mortui.

Meditatio æternæ vitę.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo ſecundus.

Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius. Ita ſcribitur Lucæ, vbi ſuprà.

A

PLinius in ſpecie naturali dicit. Cæcos catulos parit canis, qui quantò longiori tempore nutriuntur lacte, tantò tardius viſum accipiũt. Idem dicit Ariſtot. 8. Animalium. Catuli, inquit, canis omnes cæci naſcuntur, & ante nonum diem nihil vident, & ſi hoc tempore paſcũtur lacte pingui, tunc aut nihil aut malè videre poſſunt. Si autem macro lacte nutriuntur, tunc clarè vident, & fortiores erunt. Et quando eis parcè datur cibus, vt dicit Plinius. Optimus eſt fœtus qui nouiſſimè cernere incipit, vel quem primo mater defert in cubile. MORALITER, omnes homines generaliter generantur cæci, non habentes oculos fidei, ſed vt gentiles nati ſumus & in ira Dei. Iuxta illud Apoſtoli ad Epheſ. 2. *Eramus natura filij iræ, ſicut & ceteri*, ſcilicet gentes. Sed cum per gratiam in baptiſmo renati ſumus, & ad ętatem adultam iam peruenimus, adhuc in cęcitate manemus, quod mala nobis imminentia non videmus. Ideo dicit Dominus Iſa. 42. *Quis cæcus niſi ſeruus meus?* Et ratio huius cæcitatis eſt, quia nutrimur in lacte pingui delitiarum huius mundi, quo impediuntur oculi multorum, ne videant gaudia electorum, aut pœnas damnatorum. Qui autem nutriuntur lacte macro tribulationum, cognoſcunt

Lac delitiarum quid impediat.

Inctis tribulationum vtilitas.

ſcunt ſeipſos & Deum, ſicut factum eſt ad literam de his duobus videlicet diuite auaro & Lazaro mendico. Nam diues in delitijs excæcatus fuit, nec eſt mala ſibi futura contemplatus. Ideo finaliter in inferno eſt ſepultus, ſed pauper per ſuam miſeriam in requiem eſt tranſlatus. Quia dicitur in hodierno Euangelio. *Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Sed de diuite dicunt verba prælibata, *Mortuus eſt diues, &c.* In quibus verbis deſcribitur pœna damnati diuitis dupliciter: ab inferiori, in profunditate tormentorum: à ſuperiori in viſione electorum.

B

Mors eſt triplex.

Quantum ad PRIMVM deſcribitur pœna ipſius ab inferiori in profunditate tormentorum, cum dicit Euangeliſta. *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno.* Circa quod NOTANDVM. Mors eſt triplex. *Prima eſt corporalis*, & fit, quando à corpore anima propter defectum caloris naturalis & humidi radicalis ſeparatur. Iuxta illud Ariſtote. in de morte & vita. Mors eſt corruptio in omnibus, ſcilicet animalibus, propter calidi defectum. Et hæc mors eſt communis ſingulis viuentibus, ſecundum illud 2. Reg 14. *Omnes morimur, & ſicut aqua in terram dilabimur.* Hæc mors eſt ſemper cogitanda, quia dicit Bernardus in quodam ſermone, vbi non cogitantem de morte reprehendit, dicens. Miſer homo quare non omni hora ad mortem te diſponis: Cogita te iam mortuum, cum ſis de neceſſitate moriturus: diſtingue, qualiter oculi vertuntur in capite, venæ rumpuntur in corpore, & cor ſcinditur dolore. Hæc Bernardus. Hanc mortem iſte diues non cogitauit, quia ſi eam cogitaſſet in ſuperbia & guloſitate, non peccaſſet, quia dicit Plato in Phedrone. Mortis meditatio, eſt quaſi frenum, hominum affectus refrenans, ne affluant & diſcurrant per latitudines ambitionum & libidinum.

I. Corporalis.

II. Mors ſpiritualis quid?

SECVNDA autem mors eſt *ſpiritualis*, & nihil aliud eſt niſi receſſio Dei ab homine. Tunc enim anima moritur, cum Deus qui eſt vita eius ab ea recedit. Sicut enim recedente luce occupant nos tenebræ ſic recedente anima à Deo per peccatum morte ſpirituali, tanquam noctis tenebris occupatur, ſiue in tenebris ſepelitur. Sicut ille Epiſcopus Eccleſiæ Sardis, de quo Apoca. 3. *Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, ſed mortuus es.* Et hæc mors ſpiritualis cauſatur per quodlibet peccatum mortale, dicente Salomone, Sap. 16. *Homo per malitiam occidit animam ſuam.* Et de pœn. diſt. 1. c. Omnis, & diſt. 4. per totum. Per peccatum mortale anima occiditur & 26. q. 2. c. Qui ſine. Auguſtinus: Hæc enim mors eſt timenda, exemplo Dauid qui ait in Pſalm. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*, quaſi diceret ſecundum gloſ. Illumina oculos meos, dans mihi intellectum verum, ne torpeam, & delectationem in peccato habeam.

Peccatum mortale cauſat mortem ſpiritualem.

III. Mors æterna ſeu gehennalis. Mors animæ triplex.

TERTIA mors eſt *æternalis ſeu gehennalis*, de qua Pſal. 48. *Quaſi oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos.* De hac etiam de pe. diſt. vlt. De iſtis tribus mortibus dicit Linconienſis dicto. 25. Eſt itaque triplex mors, ſcilicet diuiſio animæ & corporis, & diuiſio voluntatis hominis à voluntate Dei, & immanitas gehennalis pœnæ, quæ detinet damnatos homines velut ſemper morientes, & nunquam tamen penitus extinctos, ſed perpetuo à Domini iocunditate ſeparatos. His tribus mortibus eſt iſte diues mortuus, qui eſt in inferno iam ſepultus.

C

Stultitia diuitum qui

Et dicit notanter, *Mortuus eſt diues*, vbi NOTA, Quidam diuites de diuitijs gloriantur & iactant ſe, ſed fatui ſunt, ſicut probat Holkot lect. 63. Fatuus, inquit, eſt ſarcinarius, qui ſe iactat de onere quod portat, cum inde nihil lucretur, niſi dorſum excoria-

Digitized by Google

coriatum & corpus fatigatum. Et cum tota die portauit onus ſuum, in fine diei ducitur ad ſtabulum, & onus ſuum portatur ad thalamum, & ab eo elongatur. Sic malus dives eſt quaſi equus ſarcinarius, qui portans theſaurum domini ſui, qui eſt mundus, & nihil inde lucratur niſi remorſum conſcientiæ, & fatigationem corporis & animæ, & in fine vitæ ſuæ ducitur ad ſtabulum inferni, & theſauri ſui aut diuitiæ reponantur in thalamo mundi, ſicut patet de Balthaſar rege, Dan. 5. qui in diuitijs ſuis gloriabatur, *faciens magnum conuiuium optimatibus ſuis & præcepit, vt afferrent vaſa aurea & argentea, quæ aſportauerat auus eius de Hieruſalem, vt biberent ex eis, eadem nocte interfectus eſt Balthaſar*, & miſſus eſt in ſtabulum inferni, & diuitiæ ſuæ ab alijs captæ. Sic etiam patuit de iſto diuite, *qui epulabatur ſplendidè, & poſt mortem ſepultus eſt in inferno*. Et ideo hi & omnes diuites de diuitijs ſuis iactantes aut gloriantes ſunt peiores quàm ſemnarius: quia ſemnarius aliquam requiem habet in ſtabulo ſed malus dives nullam requiem habebit in inferno, quia de talibus dicit Hiere. 16. *Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem*. Ideo dicit Sapiens, Eccl. 5. *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, Diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui*. *Secundo*, fatuus foret, qui gloriaretur vel ſe iactaret, quod ſpinam portaret in pede, quia *ſpinæ diuitiæ ſunt*, Luc. 8. Pes affectio cordis. Fatuum eſt igitur de diuitijs gloriari, quia dicit Seneca in Epiſt. 53. Nemo alius eſt Deo dignus, quàm qui diuitias contempſerit, quarum poſſeſſionem tibi non interdico, ſed efficere volo, vt illas intrepidè poſſideas. *Tertio*, fatuus foret, qui de tali re gloriaretur & ſe iactaret, quæ eum lætitia & ſecuritate priuaret. Hoc autem faciunt diuitiæ, quia auferunt ab homine tria, videlicet libertatem, hilaritatem, & ſecuritatem, vnde Seneca in Epiſtola 77. Terrena acquiſita libertatem noſtram extorſerunt. Dicit etiam Holkot, vbi ſuprà, quod omnis dives ſuſpitioſus eſt. Si videt pauperem, æſtimat eum eſſe furem, ſi diuitem, putat eum eſſe prædonem, & hi diuites de diuitijs ſuis gloriantes, ſepelientur in inferno, ſi diſcedunt impœnitentes.

de diuitijs ſuis gloriantur.

Fatuus eſt qui gloriatur de ſpina in pede.

Stultum eſt de re gloriari, quæ lætitia priuat.

Alij ſunt diuites, qui diuitias ſuas cum vſuris, fraudibus, alijſque iniurijs lucrantur & congregant, vt per iniquam emptionem vel venditionem, vt qui vendunt res ſuas, longè carius propter dilationem, quàm ſi eis in continenti ſoluerent, vt Extra de Vſuris. Conſuluit, Vel qui prompta pecunia emunt, & immediatè propter dilationem vendunt foro cariori, vel qui cum iniquo ludo pecunias cumulant, aut cum iniquis ponderibus vel menſuris. De iſtis omnibus dicitur, Iſa. 5. *Væ qui coniungitis domum ad domum*, ſcilicet per auaritiam. Et in Epiſtola Iudæ. *Væ his qui in viam Cain abierunt*. Principium Cain fuit auaritia. Vnde in viam Cain abierunt, qui auaritiam ſecuti ſunt. Et Apoca. 8. *Væ, væ, væ, habitantibus in terra*. Habitantes in terra ad modum talparum ſunt auari.

D

Diuites ex vſuris, fraudibus, alijſque iniurijs:

Auari Cain imitantur.

Tertij diuites ſunt, qui licet habeant diuitias iuſtè acquiſitas, tantum eas in ſuperbia expedunt, nec aliquid pauperibus impartiuntur. Cum tamen dicit Chryſoſtomus ſuper Matth. Non propter hoc diuitias accepiſti, vt in laſciuia conſumas, ſed vt in eleemoſynas expendas. Et Baſilius dicit. Eſt panis famelici quem tu tenes, nudi tunica quam in conclaui ſeruas: diſcalceati calcei, qui penes te marceſcunt, indigentis argentum quod poſſides humarum. Ideo de vnoquoque talium diuitum poteſt dici verbum præmiſſum. *Mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in inferno*, quia diuitiæ deprimunt omnes tales. Ideo Sap. 7. comparantur luto, cum dicitur *Tanquam luti eſtimabitur argentum in conſpectu illius*. Et merito comparatur luto argentum.

Alij diuitias iuſtè acquiſitas, in ſuperbia expendunt.

E PRIMO, quia dicit Holkot lect. 92. quod est deturpatiuum cuiuscunque quod tangit propter suam fœditatem. Vnde qui cadit in lutum totaliter in corpore deturpatur. Isto modo, qui cadit in amorem argenti vel pecuniæ, necessario maculabitur. Probatur etiam in alio: Si pertrahatur argentum super albissimum pergamentum, relinquitur ab argento vna linea nigra in pergamento, & tamen argentum est album & etiam pergamentum. Eodem modo licet anima sit innocens & munda, & argentum sit res in suo genere bona, quia omnis creatura Dei est bona benè ea vtentibus, tamen si fortiter imprimatur animæ per amorem, relinquit lineam nigram peccati, cuius vlterius punctus est casus ad infernum, Iob 21. *Tenent tympanum, &c. & ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* De isto luto dicitur Abacuc. 2. *Va qui congregat non sua, vsquequo & aggranat contra densum lutum?*

Quod à luto vel argento tangitur, fœdatur.

Lutum habet tenacitatem. Amor pecuniæ quid impediat.

SECVNDO, lutum est tenax & retentiuum, vnde homo non ambulat in profundo luti nisi cum magno labore, & frequenter infigitur, & stat immobilis, nisi sibi caueat. Ita est de deambulante in amore pecuniæ, retinetur enim mente & infigitur, ne homo possit proficere merito spiritualis vitæ. In cuius figura rex Pharao Ægypti oppressit filios Israel, seruitute *luti & lateris*, ne essent liberi in regno suo, Exod. 5. Ita Diabolus existens in mundo, nititur opprimere seruitutem argenti & diuitiarum, sciens quod *nemo possit duobus Dominis seruire*, Matth. 6. & Luc. 16. *Non potestis Deo seruire & Mammonæ*, & qui seruiunt Mammonæ, infiguntur in luto, quod non possunt proficere: ideo orat Psal. 68. *Eripe me de luto, vt non infigar.*

F Recitat Aristoteles in Poëtria sua, quod Poëtæ Arabici vocarunt dona compedes, quia sicut compeditus non potest incedere sicut vellet & posset, secundum motiuam virtutem corporis sui, sed restringitur & retrahitur ad ambulandum, secundum mensuram quam compedes sibi limitant & concedunt. Ita respiciemtes dona, quantumcunque sunt discreti & fortes in iustitia, sentiunt tamen se constrictos & retentos, & quasi quodammodo compeditos, ne liberi exerceant, quod iustitia eis suadet.

Lateribus ex luto coctis, amatores pecuniæ sunt similes. Aduocatus immisericors, ad iudicium Dei citatur.

TERTIO, sicut de luto concocto fiunt lateres durabiles contra ignem, sic amatores luti, id est pecuniæ, fiunt apti vt ponantur in igne infernali in perpetuum. Ideo dicitur hic, *mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Legitur etiam apud Ioan. Iuniorem ordinis Prædicatorum, de alio diuite, pecuniarum nimium amatore, qui tempore famis ne audiret voces querulosas pauperum, ad quandam suam hæreditatem iuxta prædium se transtulit, ibi præ nimia fame pauper populus clamans, & eum sequens propter sustentationem, quorum voces audiens: dixit. Non durabo cum canibus istis, & sic fecit locare mensam suam retrò in aliam cameram, vbi tales voces pauperum audire non posset, & statim quidam armatus pulsauit in porta dicens. Nuntius Dei sum, & volo loqui cum Domino tuo. Sed cum seruus de mandato Domini sui eum asseruit ibi non esse: Respondit iuuenis: Mentiris. Nam in illam Cameram ideo se transtulit, ne clamorem pauperum audiret. Et nunc ex parte Dei ego eum cito, vt compareat coram Deo reddere rationem de temporalibus omnibus sibi commissis: Qui diues mox ad mortem infirmatus, à charis suis ad pœnitentiam & confessionem exhortatur attentius, quos ille audire renuit, sed dixit. Ego ad iudicium citatus comparui, & ad æternam mortem iam iudicatus sum sine omni spe salutis, quia sicut non exercui misericordiam & compassionem ad pauperes, sic eadem discretione

sine

ſine miſericordia ſententiatus ſum, & ſic infelicem animam expiratuit, & res, corpus & animam amiſit.

Quantum ad SECVNDVM ſcribitur pœna iſtius damnati diuitis à ſuperiori in viſione electorum, cum dicit. *Eleuans autem oculos cum eſſet in tormentis.* Pro quo NOTA. Magiſt lib. 4. Sent. diſt. vlt. dicit. Tradunt ſancti quod boni malos, & mali bonos vident, vſque ad diem iudicij, poſt iudicium vero boni videbunt malos, ſed non mali bonos. Et allegat ibidem beatum Gregorium ſuper Lucam Homil. 4. Infideles, inquit, in imo poſiti ante diem iudicij fideles ſuper ſe poſitos in requie contemplantur, quorum gaudia poſt contemplari non poſſunt. Sed hoc latius explanat ſanctus Thomas prima ſecundæ, quæſt. 6. art. 3. dicens. Damnati non cognoſcunt qualis ſit gloria beatorum, ſed ſolummodo cognoſcunt eos eſſe in gloria quadam inæſtimabili, & hoc ante diem iudicij, & ex hoc turbabuntur, tum propter inuidiam, tum quia gloriam amiſerunt. Sed poſt diem iudicij priuabuntur illa viſione, & ex hoc pœna eorum augebitur, quia memoriam habebunt gratiæ beatorum, quam viderunt in iudicio vel antè. Et vlterius affligentur ex hoc quod videbunt ſe indignos reputari videre gloriam ſanctorum, quam ſancti merentur habere. Ex his verbis ſancti Thomæ clare lucet, quod iſte diues, quia gloriam electorum contemplatur, ex hoc pœna ſua ſibi & aliorum damnatorum augmentatur, quia dicit Pſal. 111. *Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet.* Quod verbum tractat Bonauent. parte 1. q. 3. Damnati tunc dentibus ſuis frement & tabeſcent, quando vigebit odium in eis & inuidia vehementer triſtabuntur, & tabeſcent in gloria electorũ Dei, & quia nec ipſi ad beatitudinem poſſunt pertingere nec alios poſſunt à ſtatu beatitudinis amouere, ideo in ſeipſis tabeſcunt & confunduntur.

G

Boni malos & mali bonos vſque ad diem iudicij videbunt.

Pœna damnatorum q̃ careant viſione gloriæ ſanctorum.

Et dicit NOTANTER, *Eleuans oculos & vidit.* Vbi nota. Holkot ſuper. lib. Sap. ſuper illo verbo. *Videamus ſi ſermones eius veri ſunt*, lect. 27. dicit, quod humanæ conditionis & cognitionis conſideratio, quæ in ſenſibus exterioribus per oculum deſignatur, ad quatuor debet ſe extendere in præſenti vita noſtra, vt benè & virtuosè regatur, quæ tamen iſte diues hic non præuidit. Si enim benè & virtuoſe viuere velimus, oportet vt videamus, quid ſupra nos patet, quid infra nos latet, quid circa nos cernitur, quid ſub nobis ſternitur. Videamus ergo ſupernam præmiorum effluentiam: Videamus internam commiſſorum conſcientiam: Videamus fraternam proximorum indigentiam: Videamus æternorum tormentorum vehementiam.

H

Vt bene viuamus, quatuor conſideranda.

PRIMO igitur videamus ſupernam præmiorum effluentiam, recolendo iucunditatem illius beatitudinis, quæ nobis promittitur in cœlis, & ſtatim vileſcit quicquid pretioſum inuenitur in terris. Dicit ideo Pſalm. 8. *Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.* Sed notandum quod illi qui in profundo puteo circa meridiem vident ſtellas, & ille qui ſtat in ſuperficie terræ in lumine nullam videt ſtellam. Eodem modo ille qui ponitur in profundo humilitatis, tribulationis & anguſtiæ, ſuſpirat in cœlum & clamat ad Deum; qui vero ſtat in lumine mundi & claritate mundana laſciuiæ & ſuperbiæ ſtellas videre non poteſt. Eſt enim vnum experimentum, quod ſi denarius ponatur in vna ſcutella vacua, recedaturque à ſcutella donec denarius deſinat videri, ſi aqua ſuper ipſum infundatur ſtante oculo in eadem diſtantia, denarius item apparebit propter aquam ſuperinfuſam denario.

Recordatio ſupernorum præmiorũ.

Laſciuia & ſuperbia quid impediant.

Denarius vitam æternã designat.

MORALITER denarius iſte vitam æternam deſignat Matth. 20. *Nonne ex denario diurno conuenisti mecum?* Iſte denarius non videtur à quibuſdam hominibus in hac vita, dum in dignitatibus, & voluptatibus, & honoribus, elongantur à Deo, quales fuerunt Sacerdotes, de quibus dicitur Dan 13. *Declinauerunt oculos ſuos ne viderent cœlum neq; recordarentur iudiciorum iuſtorum*: qualis etiam fuit iſte diues, qui in dignitate diuitiarum, & ſuperfluitate diuitiarum poſitus, ſupernam præmiorum effluentiam non præuidit, & ideo ad illa, *cum eſſet in tormentis oculos eleuauit*. Sed tardè fuit. Sed ſi ponantur in infirmitate, tribulatione & perſecutione, tunc benè recordabuntur de Deo & de cœlo, ad quod facti ſunt.

I

Oculi vespertilionis debiles ocul. habent. Intentio diuitum ad gẽtilitia, tota conſiſtit in ambitione.

Hic NOTA quod veſpertiliones habent debiles oculos, cauſa eſt, quia humor criſtallinus qui eſt neceſſarius oculo ad videndum, tranſiuit in ſubſtantiam alarum. Ideo habent alas coriales, & ſic propter volatum amiſerunt viſum, quia ſubtractum eſt oculis, quod poſitum eſt in alis. Hi ſignificant ſuperbos, qui quanto magis volare nituntur, tantò magis gratia diuini luminis priuantur, quia tota intentio eorum, quæ deberet eſſe in conſiderando cœleſtia, tranſiuit in pennas ambitionis, quia tota eorum cogitatio eſt, quomodo poſſint gradatim aſcendere de dignitate in dignitatem. Cauſa autem quare pro cœleſtibus præmijs non laboramus, eſt: quia ipſa non videmus, ſicut homo qui tranſit per mercimonia cooperta, quæ non poteſt videre, non tentatur ea emere. Sed in nundinis, quando ea plane videt, ſtatim inclinatur ad emendum. Sic eſt, ex parte iſta, vnde Actor. 7. *Stephanus cum vidit cœlos apertos*, ſtatim volebat emere dicens: *Domine accipe ſpiritum meum*. Ideo dicitur Prou. 31. De forte muliere: *Conſiderauit agrum, emit eum*, Et infra: *Guſtauit, & vidit quia bona eſt negotiatio eius*. Sed de multis euenit ſicut de Moyſe, qui aſcendit in montem qui dicitur Nebo, qui eſt in terra Moab in vertice Phaſga contra Hiericho de quo modo tenetur, vt habetur Numer. 27. Vidit terram promiſſionis, ſed eam non intrauit, quia ibidem mortuus fuit, vt dicit Hieronymus. Sic quidam literati qui aſcendunt montes dignitatum, & vident cœleſtia per ſacram ſcripturam, ſed eam nunquam intrant, ſicut dixit B. Auguſtinus. Indocti rapiunt cœlum, & nos cum ſcientijs noſtris ad infernum demergimur.

K

Diligens cõſcientiæ diſcuſſio requiritur.

SECVNDO videamus interna commiſſorum conſcientiam: diſcutiamus peccata noſtra, cogitantes verba ſacræ ſcripturæ. Scriptor enim ſi oculos ſuos auertit à libro, peſſimam literam & turpiſſimum librum facit; quia bona ſcriptura diligentiſſimam requirit viſionem.

MORALITER. Libri noſtri ſunt conſcientiæ noſtræ ſecundum illud Dan. 7. *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt conſcientiarum*, videlicet ſecundum gloriam. Et Apoc. 20. *Liber* ſcilicet vitæ *apertus eſt, & iudicati ſunt mortui, ex his quæ ſcripta erant in libris*, videlicet conſcientiarum *ſecundum opera eorum*. Aduertamus ergò quid ſcribamus, quod falſum eſt corrigamus, dum poſſumus per pœnitentiam. Et hæc eſt conditio oculi, quod optime videt alia quæ directè ſibi opponuntur, ſed ſemetipſum nullo modo poteſt videre, niſi in ſpeculo repræſentante ſe, ita eſt de nobis. Aliorum defectus optimè notamus, & proprios non videmus, niſi forte per ſpeculum, hoc eſt, per correctionem alicuius ſancti & honeſti viri. Iuxta illud Apoſtoli 1. ad Cor. 13. *Videmus nunc per ſpeculum*: & talem quemlibet arguit Saluator. Matth. 7. *Vides feſtucam in oculis fratris tui, & trabem in oculo tuo non conſideras, hypocrita eijce primum*

Defectus aliorum notamus, & proprios non videmus.

trabem

Digitized by Google

rubem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Vide Prosper de vita contemplatiua lib. 2. Tamdiu, inquit, quis peccata sua, quæ nosse & flere deberet ignorat, quam diu curiosè considerat aliena. Quod si mores suos, ad seipsum conuersus, aspiciat, non requiret, quod in alijs reprehendat, sed quod in se ipso lugeat. Ideo signanter dicit Saluator Mar. 13. *Videte vosmetipsos*, super quo dicit Basilius in Hexame. lib. 13. Reuera omnium creaturarum difficillimum est considerare semetipsum. Vnde solus oculus, quæ extrinsecus habentur inspiciens, semetipsum non valet intueri. Sic etiam ipsa conscientia satis acutè aliena delicta contemplans, tardior est erga suorum vitiorum cognitionem. Et signanter dicit vnicuique nostrũ Hier. 2. *Vide quod malum & amarum est te dereliquisse Dominum Deum tuum*, te inquit, & non alios tantum. Ex his iam patet quod iste diues internam commissorum conscientiam non vidit, quia si vidisset, eam vtique correxisset, & non ad locum tormentorum peruenisset.

Nihil difficilius, quam seipsum cognoscere.

TERTIO videamus supernam proximorum indigentiam, quia hoc mandat Dominus cuilibet diuiti. Gen. 37. *Vide si cuncta prospera sint apud fratres tuos.* Sed reuera multi viderunt fratres suos indigentes, sicut Sacerdos & Leuita viderunt vulneratum, Luc. 10. *Leuita cum esset secus locum & videret eum pertransijt.* Sed ante dicitur de Sacerdote: *Accidit vt Sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo pretriuit.* Similiter iste diues, omni die vidit pauperem Lazarum iacentem ad ianuam suam, sed immisericors præteriuit, nec ei micam panis præbuit, vel præbere iussit. Ideo de vnoquoque talium dicitur 1. Ioan. 3. *Qui habuerit substantiam*, id est, diuitias *huius mundi, & viderit necessitatem habere fratrem suum, & clauserit viscera sua ab eo*, scilicet subuentione denegando sibi, *quomodo charitas Dei manet in eo*, quasi diceret, nullomodo. Ideo videamus nos pauperum indigentiam, sicut Samaritanus, *qui vulnera sauciati alligauit, & in stabulum suum duxit, & curam eius egit.* Luc. 10. quia dicit Hieronymus in Epistola? Non memini me legisse morte mala mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit: habet enim multos intercessores, & impossibile est preces multorum non exaudiri. Sed de isto diuite dicit Chrysostomus: Hic diues damnatur, non quia diues erat, sed quia pauperis misertus non fuit. Et B. Gregorius. Hinc colligendum est, qua pœna mulctandus sit qui aliena diripuit, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur.

L

Considerandа superna proximorũ indigentia.

Exercens libẽter opera pietatis, vix mala morte moritur.

QVARTO videamus æternam tormentorum vehementiam. Homo qui non diligenter præuidet sibi de puteo, cadet in eum. Sic qui non profundè & frequenter imaginatur de pœnis putei infernalis, non benè de eis sibi cauet. Ideo dicit Psalm. 90. *Oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.* Et quicunque hæc videret, se infallibiliter retraheret à peccatis satis citò, Naum. 3. *Omnis qui viderit te, refugiet à te.* Vnde Hugo: de sancto Victore lib. 2. de anima. Infernus lacus sine mensura, profundus sine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili; ibi miseriæ, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror sempiternus, ibi nulla spes boni, & desperatio mali. Hæc ille. Et ideo videte, *vigilate & orate.* Marci 13. Ephes. 5. *Videte itaq; fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

M

Grauitas pœnæ æternæ pensanda.

Inferni descriptio.

DOMI-

DOMINICA II. POST FESTVM SANCTÆ TRINITATIS.

Sermo primus.

Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Luc. 14.

A Tigris animal velox, circa aquam & speculum efficitur pigrum.

ISidorus in histor. natur. dicit. Tigris est bestia velocissima ad modum sagittæ, & est varijs coloribus distincta & maculis, circa ignem autem & circa aquam & speculum ita tardum efficitur, quod etiam crematur, & à venatoribus capitur: Ideo consueuerunt venatores prædicto animali specula in via sternere, aut ignem facere, foueasque aquarum fodere, circa quæ, cum moratur, venit venator cum canibus, & animal capitur & necatur.

MORALITER hoc animal significat omnes mortales, qui in magna velocitate sunt positi ad beatitudinis quietem, quia omnes ad eam nituntur peruenire, sicut probat Boëtius libr. 3. de consol. Philosophiæ prosa. 2. Omnis mortalium cura, quam scilicet curam multiplicium studiorum labor exercet, diuerso quidem calle procedit, & ad vnum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Et hic per beatitudinis finem intelligit causam finalem omnis boni, scilicet Deum glorioſum, qui secundum Philosophum Proœmio Metaphysic. est verè omnium causa & principium quoddam. Ad hunc tanquam ad beatitudinem finalem, omnes secundum desiderium sunt veloces, quia & mali cum bonis mori desiderant, vt ad veram beatitudinem perueniant. Et quilibet dicet cum malo Propheta Balaam. Num. 23. *Moriatur anima mea morte iustorum.* Vbi dicit gloss. Mali licet nolunt viuere vita iustorum, appetunt tamen mori morte eorum. Sed licet omnes, tam boni quàm mali, nituntur ad hunc finem beatitudinis currere velocissimè, tamen circa ignem prauæ concupiscentiæ, & circa aquam voluptatis immundæ, & in speculo felicitatis mundanæ adeò accidiosi & tardi sunt, seu efficiuntur: Ideo venator Diabolus in vijs ipsorum, vel ponit specula superbiæ vel ignem auaritiæ. Quia 1. Ioan. 2. ca. *Omne quod est in mundo*, id est in hominibus mundanis *concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ.* Prima, secundum glossam viget in voluptuosis: Secunda in auaris: Tertia in ambitiosis, & per hæc tria multi impediuntur in velocitate sui cursus, ne veniant ad beatitudinem prædictam, quæ est Deus. De his dicit Euangelium. *Homo quidam fecit cœnam magnam, &c.* Et in his verbis tria tanguntur. *Primo* Dei magna liberalitas, ibi; *Homo quidam* fecit. *Secundo* ferculorum multiplicitas, ibi; *Magnam cœnam. Tertio* inuitatorum pluralitas, ibi; *Et vocauit multos.* Primò ergò tangitur Dei magna liberalitas, cum dicit, *Homo quidam.* Vbi notat beatus Gregorius in Homilia habita in Basilica beatorum Philippi & Iacobi. Quis, inquit, est iste homo, nisi ille de quo Propheta dicit. *Homo est, & quis cognoscet eum?* Cui concordat Augustinus in lib. de verbis Domini. Quis, ait, est homo iste nisi mediator

Beatitudinis finis, Deus glorioſus.

Quænam, multos à beatitudine impediant.

Dei erga nos magna liberalitas.

Digitized by Google

tor Dei & hominum homo Christus Iesus. Ipse enim benè dicitur homo quidam, ratione singularitatis personæ: Hic Christus Iesus homo ex nimia charitate qua perpetuè dilexit genus humanum, de sinu Patris in hunc mundum descendens, parauit nobis duplicem cœnam, & vtramque valdè magnam.

B

Cœna dicitur Sacramẽtum corporis Christi propter tria.

PRIMO, Cœna est sancta Eucharistia, qua pascimur in terra pro statu viæ, & vocatur cœna propter tria. *Primo*, quia hanc parauit in vltima cœna priusquàm pateretur, quando corpus suum in cibum, & sanguinem in potum discipulis suis ministrauit, vt dicitur in Clemen: de reliq. & Vene. sanct. Si Dominum. Et eandem cœnam posteris celebrandam instituit, cum dicit *Hoc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis*, Matth. 26. & Lucæ 22. *Secundo*, dicitur cœna ex proprietate vocali, quia dicitur Cœna à κένον Græcè quod est nouum Latinè, quia dixit Dominus. *Hic Calix noui testamenti est in meo sanguine*, Lucæ 22. Et dicitur noua cœna, quia innouat hominem ab omni vetustate. *Tertio*, dicitur Cœna à κένον, quod est vmbra, quia quasi sub vmbra accidentium panis & vini veram carnem & sanguinem verum Christi manducamus. Ista quidem cœna dicitur magna propter tria.

Cœna magna propter cibi nobilitatem.

PRIMO, propter cibi nobilitatem, quia non quicunque cibus hic paratus est. Sed ipsemet Christus, qui dat escam omni carni, qui est panis angelorum, visione sua Angelos lætificans, & suauitate confortans. Ideo dicit B. Hieronymus, vt scribit Eusebius in Epistola ad Damasum. O nobile conuiuium, in quo sub panis & vini specie totus Christus Deus & homo sumitur, & ita totus in panis specie, & in qualibet eius particula, & in vini specie, & in qualibet gutta, sicut in panis totius & vini specie simul. Nam totus perfectus & integer sub panis specie, & sub qualibet, vel quacunque minima particula, & idem totus in vini specie, & in quacunque vel qualibet gutta permanet. Hæc Hieronymus.

Cœna magna propter ferculorum multiplicitatem.

SECVNDO, dicitur magna propter ferculorum multiplicitatem. Si enim conuiuia dominorum terrestrium magna dicuntur, in quibus fercula multiplicia apponuntur, quibus solummodo corpora reficiuntur, & interdum etiam grauantur. *Ex quo in multis escis non deerit infirmitas*, Eccles. 37. Quantò magis hoc nobile conuiuium Dei & cœna sacratissima dicitur magna, qua non corpus grauatur, sed reficitur. Est ergò *primum* ferculum remissio peccatorum.

I. Ferculum, remissio peccatorum.

C

Nam dicit Bernardus: In Sacramento Altaris peccatum veniale deletur, homo in gratia roboratur, & anima in cœlesti dulcedine inebriatur. Ideo cum oramus in Oratione Dominica, quæ ponitur Matt. 6. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, statim sequitur. *Et dimitte nobis debita nostra*, quasi hæc duo consequenter se habeant, vt sumpto pane Eucharistiæ peccata dimittantur: & intellige hoc de peccatis venialibus & non mortalibus. Sicut enim alimentum naturale prodest viuenti non autem mortuo, sic hoc alimentum spirituale prodest existenti in gratia, & non existenti in peccato mortali. Ideo dicit Ambrosius. Eucharistiæ Sacramentum indignè sumunt, qui sunt in criminalibus peccatis, vel sine pœnitentia venialium, quasi diceret: Si ex quadam securitate & negligentia nolunt de venialibus confiteri.

II. Fomitis carnis mitigatio

Secundum ferculum quod proponitur nobis in hac cœna, est fomitis mitigatio. Sicut enim calor naturalis ignis extinguitur, vel saltem mitigatur in sumptione sanctæ Eucharistiæ. Quod sciens Psalm. 22. dixit. *Super aquam refectionis educauit me.* Sic hoc Sacramentum, carnalis concupiscentiæ furorem, quiest ex fomite mitigat.

Digitized by Google

Et hoc figuratum est in visione Gedeonis, qui vidit, quod *panis subcinericius subuertebat castra Madian*, Iudic. 7. Madian interpretatur contradictio, & significat fomitem carnis, qui Spiritui semper contradicit, cuius castra sunt desideria mala hominem impugnantia, quæ vtique subuertit panis subcinericius, id est panis Eucharistiæ sub cineribus mortis Christi detectus, & igne passionis decoctus.

III. Operum bonorum per peccatum mortificatorum reuiuificatio.

Tertium ferculum est, bonorum operum per peccatum mortificatorum reuiuificatio sicut enim per cibum naturalem fit restauratio deperditi, sic per cibum istum spiritualem. Ideo dicit Augustinus: Illud Sacramentum dicitur vitale alimentum, eò quod vitam animæ administrat, & quicquid per peccatum mortificatum fuerit, restaurat. Cuius exemplum apertum est in Sole, qui tempore vernali ascendens super nostrum hemisphærium, sua naturali influentia viuificat omnia terræ nascentia quæ per frigus hyemis fuerunt mortificata. Similiter virtualis influentia huius Sacramenti omnia in anima viuificat, quæ per peccati gelicidium fuerunt arefacta, quod intelligendum est de bonis operibus ante peccatum in gratia perpetratis quæ reuiuiscunt. Secus est de istis, quæ in peccatis gesta sunt, quoniam non reuiuiscunt, quæ nunquam viua fuerunt. Sicut habetur de hoc in glossa super decretalia Quod quidem de pœniten. & remiss. Illa reuiuiscunt quæ mortificata fuerunt, viuere non possunt, quæ mortua nata fuerunt, vt Magister in 4. dist. 14. cap. 1. dicit.

Opera in peccatis gesta non reuiuiscunt.

IV. Operum bonorum & virtuosorum fructus.

Quartum ferculum est, bonorum operum & virtutum fructificatio. Sunt enim menti rationabili multa virtutum semina naturaliter complantata, quæ propter desideria hominum non pullulant foris ad operis exercitium. Vnde Christus cum in hoc Sacramento est, comparatur *ligno, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Psalmo 1. qui Psalmus ad literam exponitur de Christo, qui benè comparatur ligno propter lignum crucis, in quo salutem nostram constituit. Hoc lignum plantatum est secus decursus aquarum, id est, defluentiam omnium gratiarum, quæ in eo plenissimè exuberant, & ideo dedit fructum suum in tempore suo, scilicet tempore passionis, resurrectionis, ascensionis, & Spiritus sancti missionis, & adhuc in omni tempore communionis dat fructum suum largiendo fidelibus corpus suum in edulium, quo fructu mens dignè sumentis ita fœcundatur, vt virtutum & bonorum operum semina pullulet ad effectum. Quem fructum gustauit sponsa, Cant. 2. cum dixit. *Fructus eius dulcis gutturi meo:* plerunque enim virtutum opera, quæ prius homini erant insipida & fastidiosa, sumpta communiter fiunt sapida & delitiosa. Vnde Genes. 49. dicitur de Aser, quæ figuram gessit Christi, *Pinguis est panis*, scilicet Christi, *& præbebit delitias regibus.* Panis enim Christi in hoc Sacramento pinguis dicitur propter omnium virtutum & donorum exuberantias, & hic præbebit delitias regibus, id est deuotis hominibus regnum animæ debitè regentibus, talibus enim sapit delitiosè fructus huius Sacramenti.

Eucharistia panis pinguis, & quare.

V. Deuotionis & gratiæ augmẽtum.

Quintum ferculum est, deuotionis & gratiæ augmentatio. Nunquam enim hoc digne sumitur, quin aliqua spiritualis gratia etiam perceptibiliter instilletur. Quod figuratum est, Numer. 11. vbi dicitur, *quod descendente Manna, descendebat pariter & ros*, quia ad sumptionem Eucharistiæ accrescit homini ros gratiæ. Iuxta illud Prouerbiorum 3. *Nubes rore concrescunt.* Nubes sunt viri deuoti, qui vt nubes volant, hi rore gratiarum concrescunt, quotiescunque huius Sacramenti Manna accipiunt.

Sex-

Sextum eſt, Chriſti myſtica incorporatio, non quidem cibus ille conuertitur in ſumentem ſicut cibus naturalis, ſed potius ipſum ſumentem in ſe conuertit: propter quod dictum fuit Auguſtini lib. 1. confeſſionum. Non tu me mutabis in te ſicut cibum corporis tui, ſed tu mutaberis in me. Et hæc incorporatio fit per amoris transformationem. Amor enim ſecundum Dionyſium habet virtutum transformatiuam; transformat enim amantem in amatum. Et hanc transformationem myſticam mentis in Chriſtum, innuit illa transformatio ſupernaturalis, quæ fit in hoc Sacramento, in quo ſcilicet virtute verborum vna ſubſtantia in aliam transuertitur realiter, videlicet panis in corpus Chriſti, ita mens deuota virtute huius Sacramenti per amorem ſic Chriſto intimè incorporatur, vt fiat vnum corpus Chriſti ſpiritualiter, ita vt viuat amodo vita Chriſti & de ſpiritu Chriſti. Quia dicit Auguſtinus de ſpiritu Chriſti non viuit niſi corpus Chriſti. Tunc autem quis viuit de ſpiritu Chriſti quando in ſuis actionibus mouetur & agitur Spiritu Chriſti, & totam vitam ſuam conformat exemplis vitæ Chriſti. Sicut Apoſtolus qui ait ad Galat. 2. *Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Chriſtus.* Ideo dixit Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo.*

VI. Chriſti myſtica incorporatio.

Realis tranſmutatio panis in corpus Chriſti.

Septimum ferculum, quod datur in hac cœna Sacramentali, eſt vitæ æternæ acquiſitio Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Non dicit habebit, ſed *habet* vitam æternam, quaſi in præſenti, & hoc propter certitudinem. Sicut alibi dicitur Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*, non ait, erit: ſed *eſt* propter certitudinem, qui tales ita certi ſunt de regno cœlorum ac ſi iam haberent. Vel aliter dicit *habet*, quia iſti in præſenti inchoant vitam æternam, perfecti enim homines virtute huius Sacramenti quandoque tanto dulcore diuinæ ſuauitatis perfunduntur, quod ab omnibus naturalibus deſiderijs abſtrahuntur. Quod innuitur in transmutatione ſupernaturali, quæ fit in hoc Sacramento, in quo facta conuerſione remaneat ſola apparentia prioris ſubſtantiæ, ſine eius reali ſubſiſtentia. Sic in propoſito, mens deuota per internum dulcorem huius Sacramenti, plerunque ita in Deum rapitur & transformatur amore, vt extrinſecus ſolum habeat apparentiam hominis, ſed intrinſecus habet exiſtentiam diuinitatis, hoc eſt licet propter neceſſitatem corporalis indigentiæ appareat ducere vitam humanam, in ſpiritu tamen & mente ducit vitam ſpiritualem, celibem & diuinam, vt verè dicere valeat cum Apoſtolo. *Noſtra conuerſatio eſt in cœlis*: ad Philip. 3. Exemplum de ſancta Monica ſancti Auguſtini matre, de qua legitur, quod quadam die poſt ſumptionem huius Sacramenti ad cubitum vnum à terra eleuata in ſpiritu rapta clamauit: Volemus ad cœlum, volemus ad cœlum Chriſti fideles. Quæ poſtea reuerſa ad ſe interrogata ab Auguſtino & ab alijs qui aderant, quidnam ei acciderit, tacuit. Sed demum quaſi compulſa reſpondit. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

VII. Vitæ æternæ acquiſitio.

S. Monicæ feruor in ſumptione Euchariſtiæ.

Tertio, iſta cœna dicitur magna propter eius durabilitatem. Si enim conuiuium Aſſueri grande & magnum fuit dictum, quod *ſolum ſeptem diebus duranit*, Heſter 1. Quanto magis hæc cœna magna dicitur quæ iam mille annis & quadringentis, & non agitata ſex annis durauit, & vſque ad conſummationem non ceſſabit, iuxta illud Matth. vltimo. *Ecce ego vobis cum ſum omnibus diebus ſeculi.* Ad iſtam magnam cœnam vocauit Chriſtus multos, quia totam multitudinem fidelium. Et primò quidem

Cœna magna dicitur quia ſemper durat.

Hic conſtat quo tempore.

Digitized by Google

Auctu vixerit.

vocauit per seruum suum Salomonem Prouerb. 9. *Venite*, inquit, *comedite panem, & bibite vinum, quod miscui vobis*, deinde vocando per seipsum. *Venite ad me omnes, qui laboratis & oncrati estis, & ego reficiam vos*, Matth. 11. Sed ab hac cœna excusant se aliqui & nolunt venire, scilicet gentiles, hæretici & Iudæi, quia dicit Ambrosius.

A cœna Dominica excluduntur gentiles, Iudæi, & hæretici.

Tria sunt genera hominum, qui à cœna Domini excluduntur, gentiles, Iudæi & hæretici. In gentilibus est amor temporalium: ergò, quilibet ipsorum dicit, villam emi & delector in temporalibus, Matth. 6. *Hæc omnia*, scilicet temporalia *gentes inquirunt*. In Iudæis est iugum legis Mosaicæ, quæ in quinque libris continetur, retinens eos, ne ad fidem Christi conuertantur, ideo quilibet eorum dicit. *Iuga boum emi quinque*, hoc est, librum quinque librorum Moysi. In hæreticis verò est intellectus literalis, & quilibet dicit. *Vxorem duxi* id est, literalem intellectum accepi, quem semper volo tenere. Ideo de talibus horrendam Dominus subiungit sententiam, dicens: *Dico vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt*, videlicet ad cœnam sanctæ Eucharistiæ & non venerunt, *gustabunt cœnam*, videlicet gloriæ.

Cœna est beatitudo cœlestis gloriæ.

SECVNDO, cœna est beatitudo cœlestis gloriæ, quam parauit nobis Christus, vt ea fruamur in cœlis pro statu gloriæ. De qua Lucæ 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* De hac cœna est illud Apocalyp. 19. *Beati qui ad cœnam agni vocati sunt.* Est autem notandum quod multa sunt, quę magnificant cœnam corporalem, ex quibus cognoscimus cœnæ cœlestis magnitudinem.

Cœnæ corporalis magnificentia cognoscitur

D

I.

Ex temporis commoditate.

PRIMVM, quod magnificat cœnam corporalem, vt dicit Magister lib. 6. proprietatum, est temporis congruitas, vt nec nimis tempestiuè, nec nimis manè, nec nimis tardè, fiat cœna. Sic cœnam cœlestem magnificat temporis congruitas, vt hoc tempus congruum fuit tempus gratiæ, in quo DEVS ad hanc cœnam electos inuitauit, Matth. 3. *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum*, quia ante hoc tempus talis inuitatio gaudiosa fuit inaudita, nisi à beato Ioanne, qui modico tempore elapso, & hoc verbum eructauit, Matth. 3. *Pœnitentiam enim*, inquit, *agite, appropinquabit enim regnum Dei.* Et tempus gratiæ fuit valdè congruum tempus huius cœnæ, quo videlicet tempore Christus eam nobis fecit. Quia & Assuerus, qui interpretatur beatus, & significat Christum. *fecit tertio anno regni sui grande conuiuium principibus & pueris suis*, Hester 1. Et quid per annum tertium, nisi tertium tempus videlicet gratiæ, in quo Christus carnem assumens de virgine, mediante sua passione, nobis æternam refectionem præparauit, & mittens tunc nuncios suos omnes ad eam inuitauit: vel temporis congruitas in hoc attenditur, quia sicut post cœnam nullum eodem die restat conuiuium, vt dicit Gregorius: sic in die æternitatis nullum restat prandium, scilicet fidei, cum fides tunc euacuabitur. Sed cœna illa æternæ beatitudinis durabit, quia dicit Isa. 51. *Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.*

Tempus gratiæ, tempus congruum huius cœnæ.

II.

Ex cœnæ corporalis opportunitate & securitate.

SECVNDVM, quod magnificat cœnam corporalem, est loci opportunitas, quantum ad spatiositatem, amœnitatem, & securitatem. Ideo legitur Hester vbi suprà, quod Assuerus pro suo conuiuio *habuit hortum spatiosum, amœnum, & securum*, in quo vt dicit Scholast. historia, erat vitis cuius stipites argentei erant, palmites verò aurei, & botri ex gemmis & auro insertis. Et dicit idem Petrus Comestor in Scholast. historia, quod conuiuium Assueri fuit etiam in quadam domo mirabili, habenti co-

lum-

Digitized by Google

lumnas argenteas, & teſtitudinem ad ſimilitudinem cœli, gemmis lucentibus adornatam, quæ omnia declarant loci amœnitatem. Et ſicut habetur ex Euangelio Lucæ 22. Chriſtus cœnam ſuam vltimam in loco ſpatioſo benè ornato, cum diſcipulis ſuis celebrauit. Nam ibidem dixit de Patrefamilias, apud quem cœna erat præparanda. *Ipſe oſtendet vobis cœnaculum grande ſtratum*, id eſt, magnum & honorificè præparatum. Sic ad propoſitum, cœnam cœleſtis gloriæ & refectionis æternæ, magnificat etiam loci oportunitas, quia ibi eſt locus ſpatioſus, amœnus & ſecurus. De *ſpatioſitate* miratur Propheta, dum ait Baruch 3. *O Iſrael quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius.* Hanc etiam ſpatioſitatem innuens Saluator Ioann. 14. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.*

De *ſecundo*, videlicet *amœnitate* huius loci dicit deuotus Amandus in Horol. Sap. lib. 1. cap. 11. loquens de ciuitate cœleſti. Ciuitas illa glorioſa atque ſublimis ex auro gemmiſque mirabiliter rutilans, de cuius portis odor nimis recreatiuus emanat, plateæ eius conſtratæ ſunt auro puriſſimo, tanquam vitro perlucido, ipſa viuis ex lapidibus eſt conſtructa, floribus conſtrata, margaritis lucentibus perornata. O amœnitas, inquit, cunctis admiranda. O qualis ibi vernalis amœnitas, autumnalis fœcunditas, ſerenitas æſtiualis, iucunditas nuptialis, ibi vallis gaudioſa & viſio amoroſa. Hæcille. De *tertio* videlicet *ſecuritate* dicit ipſe Dominus per Iſaiam 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducie & requie opulenta.* Et de ciuitate cœleſtis Hieruſalem loquens Dauid Pſalm. 147. dicit. *Qui poſuit fines tuos pacem. &c.*

TERTIVM quod magnificat cœnam corporalem, eſt inuitantis liberalitas, quo ad vultus hilaritatem: ſi enim hoſpes eſt liberalis, vultum hilarem oſtendit inuitatis, iuxta illud moralis. E III. Ex inuitãtis liberalitate.

Hoſpitibus lætum debes oſtendere vultum.

Et ſic legitur Heſter 1. quod rex Aſſuerus ſeptima die conuiuij, *cum incaluiſſet mero factus eſt hilarior, & miſit pro Vaſti regina, vt oſtenderet cunctis principibus pulchritudinem eius*, ita Chriſtus hilaritatem ſuam oſtendit in multis.

Primò in cœnæ notificatione, quia cœnam illam notificauit & non occultauit. In antiqua lege notificauit eam per Prophetas ſuos, quorum vnus fuit Dauid, qui admirans dulcedinem huius cœnæ dicit Pſalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Alius fuit Iſaias, qui dicit cap. 25. *Dominus exercituum faciet omnibus populis conuiuium in monte hoc*, ſcilicet cœli, de quo Pſ. 14. *Quis requieſcit in monte ſancto tuo.* In noua autem lege hanc cœnam notificauit in verbis thematis allegatis. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Et Lucæ 22. *Ego diſpono vobis &c.* & Apocal. 19. perſeruum ſuum Ioannem: *Beati*, inquit, *qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt*, vt etiam ſupra allegatum eſt. 1. Chriſti hilaritas paret, quod omnibus notam fecit cœnam ſuam.

Secundo oſtendit ſuam liberalitatem in cœnæ magnæ præparatione, & hæc magnitudo attenditur, *Vno modo* reſpectu facientis, & hic eſt *magnus Dominus & laudabilis nimis.* Pſalm. 47. *Alio modo* quo ad edentes, quia omnes ſunt reges, quia Chriſtus dicitur veniſſe à regalibus ſedibus. Sapien. 18. *A regalibus*, inquit, *ſedibus omnipotens ſermo tuus*, id eſt, filius *venit.* Ideo Gen. 49. dicitur *Aſer*, qui interpretatur beatitudo, ſignificans Chriſtum, *pinguis eſt panis, & præbebit delitias regibus.* 2. In magnæ cœnæ præparatione.

3. Quia multos vocauit.

Tertio ostendit Dominus suam liberalitatem in multorum vocatione. Quia in præsenti Euangelio dicitur, quod vocauit multos. Et Matth. 22. *Multi sunt vocati. &c.*

4. In non venientium motione.

Quarto ostendit liberalitatem suam in non venientium motione, quia dicitur hic cum nuntiasset Domino seruus suus excusationem inuitatorum, iratus est Paterfamilias & dixit seruo suo. *Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes & debiles, cæcos & claudos introduc huc.*

5. In intrantiũ vel inuitantium compulsione.

Quinto ostendit hanc liberalitatem in intrantium vel inuitantium compulsione, quia cum seruus iussionem Domini sui implesset in pauperum & debilium introductione, sic ait Dominus. *Exi in vias & sepes & compelle intrare, vt impleatur domus mea.*

II. In ferculorum multitudine.

QVARTVM quod magnificat cœnam corporalem est ferculorum multiplicitas, nam multa fercula cœnam Assueri regis magnificabant. Hester 1. vbi dicitur, *quod aliis atque aliis vasis cibi inferebantur, vinumq; vt magnificentiæ regiæ dignum erat.* ita & cœnam cœlestem magnificant multa fercula spiritualia cum ibidem non indigent corporalibus.

I. Sanctorum in cœlo primum ferculum est suauitas absq; infirmitate.

PRIMVM ergo quod in cœlis habent omnes sancti & electi de mensa Dei ferculũ, est suauitas absque infirmitate, quia dicit Psalmus 102. *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* Et Isaias idem testatur. 60. *Occupabit salus muros tuos.* Et Anselm. in Prosologio. Cur, inquit, per multa vagaris, ô homuncio, quærendo bona creata. Ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona. *Et inter cetera dicit.* Si delectat longa & salubris vita, id est, sanitas æterna. Ibi enim vt dicit sanctus Thomas super 4. sentent. distinct. 44. corpora sanctorum erunt impassibilia. Et ratio huius est victoria animæ, quam habebant supra corpus, quia corpus perfectè subijcitur animæ. Gaudeant ergo hi omnes, qui hic semper patiuntur corporum infirmitates, & animarum tribulationes, quia in saturo hæc omnia auferentur, & sanitates æternæ eis conferentur.

2. Iuuentus sine senectute

SECVNDVM ferculum quod proponitur electis in hac regali cœna, est iuuentus sine senectute, quia dicit Magister in 4. dist. 44. cap. 1. quod omnes in eadem ætate, id est, senio resurgent. Glossa, ad perfectionem corporis, non mensuram, in qua scilicet ætate Christus mortuus est & resurrexit, cuiuscunque ætatis mortui fuerint. Et dicunt communiter Doctores quod Christus triginta tribus annis & tribus mensibus vixit, & deinde pro salute nostra mortuus fuit & resurrexit. Idcirco & existentes in ætate eadem resurgent, licet aliqui vixerunt noningentis annis, vt Adam & Mathusalem, in Christi tamen senio resurgent. Et ratio, quia homo debet resurgere in statu perfectiori, & ætas illa Christi est perfectior, ergò erit ibi iuuentus sine senectute. Quia dicit Psal. 102. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*, quia in ætate triginta annorum semper erunt & manebunt. Si ergo, ô homo, affectas iuuentutẽ, ibi nunquam senueris, quia ibi est fons iuuentutis Christus Deus, qui renouat iuuentutem tuam. Audisti nonnunquam de fonte iuuentutis, deputasti eum esse in terris & nesciebas eum esse in cœlis. Et verè credo si talis fons in terris reperiri posset, homo, vt vitam mortalem renouare posset, omni postposito tædio & labore itineris, ad ipsum quanto citius posset ad mille miliaria festinaret. Sed hic à nullo est inuentus, quia senuit Adam, senuit Abraham, Isaac, & omnes patres nostri senuerunt, nisi

Christus quamdiu vixit.

Fons iuuentutis, in cœlo tantum inuenitur.

qui

qui antè tempus constitutum præuenti fuerunt: id circo huc ambulare debuisses, vbi hunc fontem reperire potuisses, propter quod dicit Anselmus. Hanc vitem amplecti debuisses vbi iuuentus sine senectute.

TERTIVM ferculum est satietas sine fastidio, quia Isai. 49. dicitur. *Non esurient neque sitient vltra.* Et Gregorius dicit. Satiati desiderabimus, nec satietas generat fastidium: desiderantes satiabuntur, vt cum satietate sit desiderium. Sed hic *non satiatur oculus visu, nec auris auditu* Ecclesiastices 1. Nam si oculus omnia bona mundi videret, & omnia concupisceret: & his habitis, appetitus eius se minimè satiaret.

3. Satietas sine fastidio.

Sed quare est hoc, quia anima secundum Deum facta est, ergo non potest satiari vel impleri nisi veniat ad exemplar, secundum quod facta est, hoc est ipse Deus, & quando hoc attingit tunc quiescit. Iuxta illud Psal. 16 *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Verbi gratia. Si cera inprimatur sigillo, & postea deferatur per totum mundum, & omnibus sigillis aptaretur, nec perfectè adaptari possit nisi primo: Sic est de anima ad imaginem Dei facta. De qua dicit Bernardus. Ad imaginem Dei quippe est facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest impleri omnino non potest, capax enim Dei est, & quicquid Deo minus est eam implere non potest. Et consequentèr hoc probandò dicit Innocen. de vilita. humanæ conditio: parte secunda capit. 8. Cupidè vis scire, quare es vacuus & nunquam implearis? Aduerte, non est plena mensa tua, quantumcunque detineat; adhuc est capax ampliori. Sed animus humanus capax est Dei; quantumlibet ergò detineat auarus, numquam est plenus nisi Deum habeat, cuius semper est capax. Hæc ille. Ideo homo vt satieris, cœnam cœlestem non neglige. Nam ibi omnium rerum abundantia perfrueris. Deuter. 8.

G

Anima satiari non potest, donec ad Deum perueniat.

QVARTVM ferculum est pulchritudo absque deformitate, quia corpora electorum habebunt clara indumenta. Iuxta illud Matth. 13. *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris mei.* Et Sapient. 3. dicit Salomon. *Fulgebunt iusti tanquam scintillæ in arundineto discurrent.* Super quo dicit Holkot lection. 34. Viri iusti, merito debent pro Christo exponere se actibus virtuosis in præsenti. Et si eis tribulationes occurrent, illas æquanimiter sustinere, & habita consideratione ad præmium, quod sequitur. Armigeri enim, qui seruiunt Dominis magnis, pro temporibus diuersis anni, conuenientes robas percipiunt, vnam pro hyeme & aliam pro æstate. Illa datur quæ pro hyeme est de grosso panno, causa est quia modo vult exponi pluuijs, modo ventis, modo niuibus, modo igni. Sed roba quæ datur pro æstate, ordinatur de panno subtili & delicato. Isto modo prætuider Deus bonis hominibus. Vita præsens est hyems; vita futura est æstas. Tempus animæ est sicut roba. Iob. 10. *Pelle & carne vestisti me.* Ergo in præsenti est tempus tribulationis, angustiæ & pœnitentiæ, ideo corpus nostrum, pro nunc est sicut roba de grosso & vili panno. Sed tempus futurum vitæ æternæ, est tempus æstatis & gloriæ & honoris, & tunc anima habebit robam valdè gloriosam quando corpus est clarius sole & subtile. Ideo Thomas de Argen. in Compen. Theol. veritatis libro vltimo. Corpora tunc erunt septies clariora, sicut nunc sol & lux. Quia teste Isai. 30. *Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum.* Non tamen erunt corpora æqualiter clara, quia melior anima corpus habebit lucidius, vnde licet corpus Christi supra modum excel-

H

4. Pulchritudo absque deformitate.

In vita præsenti est tempus tribulationis; in futura, gloriæ & honoris.

Digitized by Google

excellet claritatem aliorum, tamen in comparatione ſanctorum poteſt claritas eius aſſimilari claritati ſolis. Secundum illud Malach. vltimo. *Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ*. id eſt, Chriſti. Sed claritas ſanctorum reſpectu Chriſti poteſt comparari lumini ſtellarum. Iuxta illud 1. Corinth. 15. *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum.* Et dicit gloſſ. Per claritatem ſolis intelligitur claritas Chriſti; per lunæ, Mariæ claritas; per claritatem ſtellarum intelligitur claritas aliorum ſanctorum. Et hæc claritas adhuc differt ſecundum magis & minus, quod innuit Apoſtolus cum ſubdit. *Stella differt à ſtella in claritate*, hoc eſt, & ſancti plus vel minus lucent ſecundum differentiam meritorum. Et idem Doctor venerabilis Thomas, vbi ſuprà, reſpondet vni quæſtioni, qua poſſet quæri de pulchritudine puerorum, & de claritate ipſorum poſt baptiſmum decedentium, & dicit. Claritas puerorum, qui poſt baptiſmum moriuntur, antequam perueniunt ad annos diſcretionis comparari poſſunt lumini lunæ, quia luna non habet lumen à ſe, ſed à ſole. Ita iſti non habent meritum à ſe, ſcilicet gloriam ex merito proprio, ſed ex merito Chriſti, baptiſmus enim ex merito Chriſti habet efficaciam. Ideo dicit Apoſtolus ad Philip. 3. *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.*

Sanctorum claritas lumini ſtellarum comparatur.

Claritas puerorum poſt baptiſma morientium lumini lunæ cõparatur.

I 5. Impaſſibilitas cum immortalitate.

QVINTVM ferculum quod præponitur ſanctis in cœna, eſt impaſſibilitas cum immortalitate, & hæc impaſſibilitas reſultat ex virtute animæ, corpus ſuum potenter continentis, ita vt à nulla exteriori agente valeat immutari. Ideo dixit Iſaias 49. *Non cadet ſuper eos æſtus, neque vllus æſtus.* De immortalitate dicit idem cap. 25. *Præcipitabit mortem in ſempiternum.*

6. Abundantia ſine penuria.

SEXTVM ferculum eſt abundantia ſine indigentia. Iudic 18. *Tradet vobis Dominus locum, in quo nullus res erit penuria.* Et declarat hoc B. Gregorius. Nihil exterius erit quod appetatur, nihil interius quod faſtidiatur.

7. Ibi pax ordinatiſſima & ſocietas iucunda.

SEPTIMVM eſt pax ſine perturbatione, de hac pace dicit Auguſtinus de ciuita. lib. 19. Pax ciuitatis cœleſtis eſt ordinatiſſima & concordiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. *Et ſubdit.* Tantum eſt autem pacis bonum, & etiam in rebus terrenis aut mortalibus, nihil gratius ſolet audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremo poſſit melius inueniri. Adeò pax omnibus chara, vt ſit nemo qui de eo gaudere nolit. Nam & ipſi qui bella volunt, nihil aliud quàm vincere, aut repugnantes ſubijcere volunt, quod cum factum fuerit, pax erit.

8. Securitas ſine timore.

OCTAVVM eſt ſecuritas ſine timore. Iuxta illud Pſalm. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem.*

9. Cognitio triplex ſine ignorantia.

NONVM eſt cognitio ſine ignorantia. Nam ſecundum Auguſtinum. Animæ in cœlo habent triplicem cognitionem, meridianam, matutinam & veſpertinam. *Prima* cognitione animæ beatæ cognoſcunt verbum in ſeipſo, ſiue diuinam eſſentiam, quam clarè vident facie ad faciem. De hac cognitione dicit Apoſtolus 1. Cor. 13. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Secunda* cognitione cognoſcunt creaturas in verbo. *Tertia* cognitione cognoſcunt creaturas in proprio genere, & hæc tertia cognitio fit per ſpecies. Et ideo dicunt aliqui Doctores, quod animæ beatæ cognoſcunt omnia quæ fiunt in hoc mundo in Verbo, & hoc eſt probabile.

DECI-

Digitized by Google

DECIMVM ferculum, quod datur in cœna cœlesti, est gloria sine ignominia, quia dicit Apostolus ad Col. 3. *Cum Christus apparuerit vita nostra, & vos apparebitis cum Christo in gloria.* K 10. Gloria sine ignominia.

VNDECIMVM est gaudium sine tristitia: vbi dicit Bonauentura. Sancti in patria cœlesti de triplici gaudent causa. *Primo*, quod tàm horribiles & impios & crudeles hostes superauerunt per diuinam sapientiam... *Secundo*, quod omnes defectus & peccata per diuinam potentiam euitauerunt, vel iam dudum commissa correxerunt. *Tertio*, quod tàm horrendum Chaos, & tàm lamentabiles & interminabiles cruciatus æternos, per diuinam clementiam euaserunt. De hoc etiam gaudio dicit B. Gregorius: In æterna vita omnia sunt communia propter eum, qui in omnibus est omnia: ibi enim virgo gaudet de sanctæ viduitatis merito; ibi vidua exultabit de casto virginitatis priuilegio; ibi Confessor de Martyrum iucundabitur triumpho; ibi propheta laudabit de pia Patriarcharum conuersatione; ibi Patriarcha exultabit de Prophetarum fide & speculatione; ibi Apostoli & Angeli gaudebunt de merito omnium inferiorum; ibi omnes inferiores lætabuntur de gloria & corona superiorum... Ex illius enim sanctæ & perfectæ charitatis merito fiet, vt vnusquisque habiturus sit in alio, quod non habet in proprio merito. Hæc Gregorius. 11. Gaudium triplex sine tristitia.

DVODECIMVM ferculum est libertas eorum, ad quam faciunt corporis agilitas & subtilitas. Corpus enim non detinebitur vel propria grauitate, vel alterius oppositione. Sed vbi volet spiritus ibi erit protinus & corpus. Hæc sunt duodecim fercula, quæ in generali omnibus electis in cœna cœlesti apponuntur. 12. Libertas corporum beatorum.

Est tamen NOTANDVM, quod quælibet diuinarum personarum specialia fercula omnibus beatis anteponit. Nam primo Pater anteponit tria fercula. L Deus Pater beatis apponit.

PRIMVM est faciei suæ clara & iucunda visio. Sicut enim prouerbialiter dicitur, quod ferculum melius boni hospitis, est iucunda facies. Sic Deus Pater pro primo ferculo exhibet sanctis iucundissimam faciem suam, quam etiam angeli prospicere desiderabant, 1. Pet. 1. Hoc enim ferculo indesinenter reficiuntur Angeli, Matt. 18. *Dico enim vobis, quod Angeli in cœlis semper vident faciem Patris*, vbi secundum Rabanum more humano, facies ponitur pro visione & agnitione certissima. Hoc etiam ferculo reficientur angeli in cœlo, quia secundum Augustinum vlt. de ciuitate Dei. Sicut Angeli nunc vident DEVM, sic & nos sumus visuri facie ad faciem... Hoc enim ferculum tanti saporis est, secundum Augustinum libro 3. de libero arbitrio, vbi tangit illud Psalm. 83. *Melior est dies vna.* Tanta est, inquit, iucunditas lucis æternæ, vt etiam si non liceret in ea amplius manere, quàm vnius diei mora propter hoc solum innumerabiles huius vitæ dies pleni delitijs & circumfluentia bonorum temporalium rectè merito contemnerentur, tàm enim pulchra est & suauis, vt ea visa non possit amplius delectari: omnem vincit dulcedinem, omnem exuperat concupiscentiam... I. Sui claram & iucundam visionem.

Hic *primo* quæritur; An in illa æterna beatitudine videatur Deus oculo corporali, & videtur quod sic, quia dicitur Iob 19. *In carne mea videbo Dominum meum*, ergò videbitur oculo corporali. In contrarium est Ambrosius, quia dicit quod nec corporalibus Deus cernitur oculis, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur. Ergo corporali oculo Deus ibi non videbitur. Etiam dicit Hieronymus, quod res incorporalis oculo corporeo videri non potest. Ad hoc dicunt Doctores, quod Deus per se non An Deus oculo corporali in beatitudine videatur. Deus per se

non est visibilis, quoad naturã diuinitatis,

est visibilis, etiam in æterna beatitudine, oculo corporali quo ad naturam diuinitatis, sed quodammodo per accidens, scilicet in aspectu creaturarum quas regit. Ad obiectionem dicunt, quod auctoritas intendit, quod Deus videbitur ab intellectu in carne, sed non per organum in carne.

Vtrum beati omnes Deum æqualiter videbunt.

Secundo quæritur; An omnes beati Deum æqualiter videbunt. Ad hoc dicunt, quod non omnes beati æqualiter Deum vident, quamuis Deus sit idem obiectum omnes lætificans, quia homines in æterna beatitudine assumentur ad diuersas mansiones vel consortia Angelorum. Si angeli superiores melius vident Deum, quàm inferiores secundum Dionysium, ergò & homines superiores, quo ad meritum melius vident Deum.

Sed si instaret aliquis per hoc dictum, 1. Ioan. 3. quod *beati vident Deum sicuti est*. Sed non potest melius videri, quàm sicuti est, ergò omnes videbunt æqualiter. Ad hoc respondent Doctores, quod per ipsam auctoritatem Ioannis, insinuatur modus videndi Dominum, quantum est ex parte obiecti, quod videtur. Non autem modus ex parte videntium, quia diuersus est modus videndi, sicuti est per essentiam. Quia quamuis sit perfectissimus modus, in genere tamen in illo genere sunt diuersi gradus.

A Eterna beatitudo in quo principaliter consistat.

Tertio quæritur; An beatitudo æterna consistat principaliter in visione? Ad hoc dicunt Doctores, & determinat hoc Extrauagans Benedicti, quod beatitudo æterna formalis in beatis existens, consistit in duobus actibus, scilicet in actu intellectus, qui est visio, & in actu voluntatis, qui est fruitio siue inhæsio per amorem. Et dicitur notanter beatitudo formalis, ad differentiam beatitudinis obiectualis, quæ est Deus, quia Deus est obiectum vnicum omnes beatificans.

II. Plena bonorum omniũ ppssessio.

SECVNDVM ferculum quod anteponit Pater, est omnium bonorum plena possessio: hoc enim pertinet ad largum Patremfamilias, nihil cælare commensalibus suis eorum bonorum quæ habet. Et quia tunc Deus Pater erit omnia in omnibus, relinquitur quod commensales illius cœnæ habendo Deum, habebunt omnia bona. Quia dicit August. lib. 12. de ciuit. Dei. In illa æterna beatitudine, quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit, omne quod erit ibi, bonum erit. Ideo qui habet æternam beatitudinem potest dicere illud, Sap. 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*, scilicet beatitudine.

M' III. Implerio omnium desideriorum & voluntatum.

TERTIVM ferculum Patris est, voluntatum & desideriorum omnium adimpletio. Si enim illud Manna figuralè, reddebat in ore cuiuslibet saporem quem volebat, vt dicit Origenes sup. Exodum, Homil. 7. Quod Augustinus in lib. retract. 2. dicit esse verum de illis, quorum voluntas erat conformis voluntati diuinæ, non autem in illis, qui cibum fastidiebant, dicentes, Num. 11. *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo*, quia appetebant cepas & pepones, & sedere super ollas carnium, quas dimiserant in Ægypto. Quantò magis Deus Pater in illa cœna cœlesti, replebit bonis desiderium cuiuslibet beati, quia omnes ibi conformes sunt omnimodè diuinæ voluntati. Ideo dicit Psalm. 102. *Replebit in bonis desiderium tuum*. Hæc tria fercula Dei Patris Apostolus Paulus in raptu quodammodo prægustauerat, cum dicebat, 1. Cor. 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quanta præparauit Dominus diligentibus se*. Oculus non sufficit videre tantæ visionis claritatem, nec auris audire tanta bonorum omnium veritatem, nec cor cogitare tantam voluptatem & desideriorum satietatem.

SECVN-

SECVNDO, filius similiter apponet tria fercula. *Primum*, est caro mundissima, de qua Ioan. 6. *Caro mea verè est cibus.* Hanc carnem spiritualiter sancti manducant, vt vitam æternam in se habeant, Iuxta illud Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* *Secundum* ferculum est anima sanctissima, quæ est omnium pulchritudine plena, quæ summe sanctos recreabit. *Tertium* ferculum, est diuinitas infinita: & hæc est quasi pulmentum delicatissimum & suauissimum, quo miro modo reficiuntur sancti. Pulmentum, hoc est, de quo Dominus post resurrectionem interrogauit discipulos, Ioan. 21. dicens. *Pueri nunquid pulmentarium habetis?* & illis dicentibus se non habere, Dominus parauit eis cum magna copia, piscium multitudinem, significans illud pulmentum, quod ipse erat eis in æterno conuiuio largiturus.

Fercula tria filij.

1. Caro mundissima.

2. Anima sanctissima, pulchritudine plena.

3. Diuinitas infinita.

TERTIO, Spiritus sanctus apponet etiam eis tria fercula in cœlesti cœna. *Primum* est dulcedo diuinæ fruitionis. De qua Eccles. 24. *Spiritus meus super mel dulcis.* Et in Psalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine.* Hæc dulcedo omnem dulcedinem creatam facit insipidam. Iuxta illud Chrysost. Non habet super terram quod amet, qui donum cœleste gustauit. *Secundum* ferculum est vinum æternæ lætificationis. De quo Psalm. 103. *Vinum lætificat cor hominis.* *Tertium* ferculum est fructus suauis degustationis, qui sunt *Charitas, gaudium, pax, & bonitas*, ad Galat. 5. Et quibus fructus Spiritus sancti habent hic in quadam prægustatione & inchoatione futuræ beatitudinis: Illic autem in cœna beatitudinis plena fruitione degustabunt. Et tantum de ferculorum multiplicitate.

Fercula tria Spiritus sancti.

I. Dulcedo diuinæ fruitionis.

II. Vinum semper lętificāt.

III. Fructus suauis degustationis.

QVINTVM, quod magnificat cœnam corporalem est ministrorum vrbanitas & honestas, quia dicitur Hester. 1. quod *Rex Assuerus prepositi mensis singulis de principibus suis, vt sumeret vnusquisq; quod vellet.* Ita cœlestem cœnam magnificant honestas & vrbanitas ministrorum. Nam verus Assuerus Deus Pater, beatitudo omnium electorum, præponit mensis suis Christum, *qui est princeps pacis*, Isa. 9. *Qui præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis*, Lucæ 12. Et non solum præposuit Christum principem mensis suis, sed etiam principes Apostolos, Prophetas, Martyres, &c. de quibus dicit Cyprianus sub finem libri de mortalitate. Qualis, inquit, illic cœlestium voluptas sine timore moriendi, & cum æternitate viuendi? quàm summa & perpetua felicitas? illic Apostolorum glorioſus chorus: illic Prophetarum exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis & passionis victoriam coronatus: illic triumphantes Virgines, illic remunerat misericordes. Ad hos autem fratres dilectissimi auida cupiditate properemus, vt cum his citò esse, vt citò ad Christum peruenire contingat optemus. Hæc ille. Ecce quam vrbanos & quam honestos Deus Pater in suis mensis habet ministros.

V. Cœnæ magnificentia apparet ex ministrorū vrbanitate.

SEXTVM, quod magnificat cœnam corporalem, est Cantorum & Musicorum instrumentorum iucunditas, quia legitur Luc. 15. quod *Pater filio prodigo fecit prandium mactans vitulum saginatum, ordinans Symphoniam & Chorum.* Sic cœlestem cœnam magnificat Cantorum iucunditas, vbi viginti quatuor seniores in conspectu throni tenent cytharas, & *cantant canticum nouum*, Apoc. 5. Ibi Angeli iugiter cantant, *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, Isa. 6. & non solum cantant hoc Angeli, sed omnes innocentes & qui fuerunt hic pœnitentes. Sicut testatur Bonauentura dicens. Quid putas, tunc erit gaudium de triumpho, cum post deuictum

VI. Cœnam illustrem faciet cantus & musica instrumenta.

mundum, ſubmerſio Pharaone cum exercitu ſuo in mari rubro, tenentes omnes electi tympanum & chorum cum Maria pſallentes & cantantes, laudantes & benedicentes Dominum vna voce dicentes, Exod. 15. *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus eſt.* Tunc conſtituentur duo Seraphin, hoc eſt duo Chori electorum, ſcilicet innocentes & pœnitentes clamantes alter ad alterum. Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth, quaſi dicerent. Sanctus Deus Pater, qui nos à mundo, & à carnis ferculo, & à diabolo tàm potenter liberauit. Sanctus Deus Filius, qui nos à pœna & à culpa tàm ſapienter iuſtificauit. Sanctus Deus Spiritus, qui nos tàm clementer ab æternis tormentis præſeruauit. Plena eſt omnis terra gloria eius, qui nos de mundi miſeria ad cœleſtis regni gaudia euocauit. *Et ſubdit.* O anima, inquit, qualis erit tibi dies illa, cum ad hanc tàm felicem choream fueris aſſumpta, & cum omne quod in terra piè ſuſtinuiſti, conuertetur in æternum iubilum, tunc de omnibus his laudabis Dominum Deum labijs exultationis dicens, Pſalm. 88. *Miſericordias Domini in æternum cantabo.* Hæc ille. De Cantorum horum iucunditate, vide plura, vbi dixi in opere de Sanctis videlicet Sermone 3. de omnibus Sanctis. *Videns Ieſus turbas, &c.*

VII. Cœna ſplendorem addit luminarium copia.

SEPTIMVM, quod magnificat cœnam corporalem eſt luminarium & Cereorum copioſitas. Nam in tenebris cœnare non decet, periculoſumq; eſt propter muſcas, ita cœleſtem cœnam magnificant multa luminaria ſpiritualia, quorum principalius eſt Deus, ex cuius lumine omnes electi illuminantur, propter quod dicit B. Ioannes in Apocalyp. 21. *Ciuitas illa non eget ſole neque luna*, videlicet illuminationibus corporalibus vt luceant in ea, quia claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus. Sunt & alia infinita luminaria, nam quod ibi ſunt ſancti & iuſti, tot ſunt illuminoſi cerei, quia quilibet Spiritus lucet in cœna Domini vt patuit ſuprà.

VIII. Summæ delitiæ ciborum qui apponuntur.

OCTAVVM, quod magnificat cœnam corporalem, eſt appoſitorum ſumma delitioſitas. Nam in prandio dantur groſſa, in cœna verò delicatiora, ita cœleſtem cœnam magnificat appoſitorum ſumma delitioſitas, quia in illa cœna, vt dicit Hieronymus, cibus intererit ille agnus beatiſſimus, mundus, delicatus Ieſus filius Dei Patris, & Mariæ Virginis, de quo ſanctis ſpiritibus miniſtrabit ad omnem ſufficientiam fercula nobiliſſima, de ipſius candidiſſima humanitate, & excellentiſſima ſua diuinitate. O quàm beati ſunt, qui ad cœnam agni vocati ſunt, Apocalyp. 19. Ibi enim *inebriabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potabuntur*, Pſalm. 35. Et non ſolum Chriſtus apponet ſummam delitioſitatem, ſed etiam Maria mater eius & omnes ſancti angeli & ſancti. Nam de Maria dicit Bonauentura, quod cum ſua iucunda atque delitioſa viſione, mirabiliter omnium ſpirituum mentes lætificat, & miro atque ineffabili gaudio, omnem beatam creaturam inebriat, videre illius cœleſtis reginæ claritatem. Et idem tractans illud Iob 1. *Septem filij Iob conuiuia faciebant quilibet in die ſuo*, vult quod ſeptem ordines ſanctorum, videlicet, Angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, Virgines, faciunt conuiuia & apponunt delitioſa. Et dicit: Filij hi conuiuia vnusquisque in die ſuo faciunt, quando ſe inuicem ſuis cœleſtibus gaudijs paſcunt, in quo de meritis ſuis ſinguli iuxta ſibi datam gloriam fercula delitioſa ſibi propinant. *Et ſubdit hoc ſpecialiter de Angelis*: Primæ, inquit, die, primogenitus hic eſt ille cœleſtium angelorum numerus, qui non immerito nomine primogeniti nuncupatur, quia priores ſunt creatione &

con-

Digitized by Google

conuersione ad Deum, à quo nunquam recesserunt per peccatum. Sed semper immobili charitate Deo Patri adhæserunt, & illam beatam hæreditatem cœlestis regni omnibus priores possederunt. Isti enim in conuiuio suo diuersa fercula & delitiosa propinant, vnusquisque ordo eo quod excellentius acceperit in numero, gaudia spiritualia administrat. *Et subdit ostendere hoc de singulis ordinibus.* Iam, inquit, O anima, cogita quale ferculum tibi propinant illi summi spiritus Seraphici ordinis, quia adeo vicini illi æterno Patri sunt, quod inter ipsos & hunc nulli alij spiritus intersunt, qui ipsum immediatius contemplantur, & suis bonis æternis perfectius perfruantur: Quale putas propinant gaudium de naturæ suæ nobilitate? quale de contemplationis claritate? quale de dilectionis sinceritate? Hi ergò qui *Seraphin* nominantur illud conuiuium ordinant ardore diuinæ claritatis. *Cherubin* splendore æternæ claritatis; *Throni* æquitate diuinæ maiestatis; *Dominationes* de dominandi super eos excellentia: *Principatus* de præcipiendi inferioribus magnificentia: *Potestates* de auctoritate malignos spiritus coercendi: *Virtutes* de potestate miracula faciendi; *Archangeli* de dignitate superiora nuntiandi: *Angeli* de dignitate minora diuinæ scientiæ secreta reuelandi. Hæc ille.

Angelorum ordines diuersa & pretiosa fercula in conuiuio suo apponunt.

NONVM quod magnificat cœnam corporalem, est cœnæ diuturnitas. Nam à labore expediti cœnam protrahunt. Cibus enim cito sumptus nocet contra noctem. Ideo dicitur Hester 1. quod *conuiuium Assueri duranit septem diebus.* Sicut cœnam cœlestem magnificat diuturnitas, quia nunquam habebit finem: quia *beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Ideo dicit Anselmus in prosologion. Si delectat securitas & certitudo, ibi omnium temporum æterna longitudo.

IX. Cœnam corporalem magnificat, cœnæ diuturnitas.

DECIMVM & vltimum, quod magnificat cœnam corporalem est quietis & saporis suauitas. Post cœnam ergò est quiescendum, ideo *lecti eburnei & aurei erant in horto Assueri.* Hester 1. Sic in illa cœlesti erit quietis suauitas, quia dicit Augustinus ad Ianuarium lib. 4. Inest in illa requie non desidiosa segnities, sed quædam ineffabilis tranquillitas agnitionis otiosæ. Sic ergo ab huius vitæ operibus in fine requiescitur, vt in alterius vitæ actione gaudeatur, & hoc ad primum & secundum.

X. Suauitas quietis & saporis.

Quantum ad TERTIVM subiungitur inuitatorum pluralitas cum dicitur. *Et vocauit multos.* Vbi NOTA Holkot lectio. 145. super lib. Sapien. cap. 11. dicit de diuinis vocationibus. Et est sciendum, quod tres sunt in genere, & tres in specie. In genere quidem loquendo, vocat verbo, vocat signo, & vocat nuntio; Sicut volens aliquem ad se vocare, vocationem suam potest facere tribus modis, videlicet per verbum, signum & nuntium.

P Pars tertia concionis. Deus nos tribus modis vocat.

Primo vocat nos per verbum in Filij sui incarnatione, quando *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Ioan. 1. *Misit verbum suum.* Psalm. 106. *& sanauit eos.* Sed ad hanc vocationem multi venire contempserunt, in quo rusticitatem suam ostenderunt. Nam magna foret rusticitas, si Rex Franciæ mitteret filium suum ad vocandum aliquem pauperem, & ille venire contemneret. Sic maior fit iniuria, si homo vilis & pauper, verbo Dei quod est filius Patris inuitante, venire contemnit. Quod autem frequenter videmus, vt merito dicat Christus Iob. 19. *Seruum meum vocaui, & non respondit mihi, ore proprio deprecabar illum.* Os Dei, verbum est Dei, Iuxta illud Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui.*

1. Per verbum in filij sui incarnatione.

2. Signo, extẽsione scil. corporis in cruce.

Secundo vocat nos signo, & signum illud fuit corpus suum extensum in cruce, & exaltatum in monte & rubricatum proprio sanguine. Sicut volens reclamare falconem, stat in loco apparenti cum reclamatorio rubricato: Ita Christus volens hominem reclamare, qui à Paradiso auolauerat in infernum, in montem Caluariæ ascendit seu processit, in lignum crucis ascendit, latus sanguinolentum ostendit, voce magna clamauit, vt sic de ipso facto signo hominem reuocaret. Et tamen istis visis, ingratissimi homines ad Deum venire contemnunt, sicut conqueritur Dominus Prouerb. 1. *Vocaui & renuistis*, scilicet venire, *extendi manus meas* in cruce, *& non erat qui aspiceret.*

3. Vocat nos per nuncios.

Tertio vocat nos per nuncios, id est prædicatorum officio, cuiuscunque fuerint conditionis, siue Prælati, siue ordinarij, siue alij ab Ecclesia ad prædicandum missi vel deputati. De isto nuncio dicit in præsenti Euangelio, *Misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia.* Quem locum exponens Gregorius dicit. Seruum illum omnem prædicatorem designare debemus. Vnde licet tales multi sunt secundum diuersitatem personarum, tamen vnum debent esse fidei & veritatis vnione. Per hanc horam, intellige finem seculi, & vltimam ætatem quando Christus filius apparuit in carne. De illa dicit B. Ioannes 1. Canon. 2. *Filioli mei vltima hora est*, in hac hora misit seruum suum *hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent*, non gressu pedum sed bonis operibus & moribus. Nam etsi in alijs ætatibus homines ad cœnam inuitabantur, nullus tamen ad eam recipiebatur. Sed ad limbum omnes descendebant, nunc autem vocati sunt, si veniunt recipiuntur, quia parata sunt omnia, scilicet quæ requirebantur ad salutem, vt dicit Chrysostomus. Totum repletum est & adimpletum in scripturis, quia introitus regni cœlestis est apertus per passionem Christi, qui antè fuerat clausus.

Passione Domini nobis aditus ad regnum cœlorum apertus est.

Sed in specie vocat etiam Christus tripliciter ostensionibus exemplorum, promissionibus præmiorum, percussionibus flagellorum. Primo vocat nos ostensione exemplorum, quotquot enim nos per viam potentiæ præcesserunt, videlicet quot millia martyrum, quot millia confessorum, quot millia virginum, tot sunt millia vocantium. De hac vocatione dicit Dominus Ioan. 10. *Proprias oues vocat nominatim & adducit eas.* Hanc vocationem animaduertens B. Paulus dicit ad Philipp. 3. *Ea quæ retro sunt obliuiscens*, scilicet legalis & terrena quæ dimisi. *Ad ea verò quæ sunt priora*, id est, ad exempla martyrum, &c. *me extendens ad destinatum persequor*, id est, ad præmium à Deo mihi ordinatum fideliter consequendum, *ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu*, id est per Christum Iesum.

I. In specie vocat nos exẽplo eorum qui nos præcesserunt.

II. Vocat nos promissione præmiorũ.

Secundo vocat nos promissionibus præmiorum. Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Ecce æternam promittit refectionem venientibus ad se. Sicut diues vocat pauperem ostendendo sibi denarium, sic nos vocat Christus tanquam pauperes, qui est diues in omnes, ostendendo nobis denariũ æternæ beatitudinis. Ideo dicit B. Petrus 1. Canon. 3. *In hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis.*

III. Vocat nos per percussione flagellorũ.

Tertio vocat nos per percussionibus flagellorum, sicut Saulum qui cadens in terram dixit: *Quid me vis facere?* Act. 9. Sic & nos quoties infirmitatibus fatigamur, vel aduersitatibus flagellamur & tribulamur, toties à Deo vocamur. Et hoc etiam dicit glossa super Psal. 118. Dum flagellat Deus, inuitat ad hæreditatem. Noli esse iniquo & pue-

Digitized by Google

puerili sensu, vt dicas, Cur pater meus permittit fratrem meum facere quicquid vult, plusquam me? quia si modicum me contra iussionem eius mouero, statim flagella inuenio. Sed potius gaude quia tibi seruatur hæreditas, ad tempus enim parcit, quos in æternum damnabit. Sed secundum Grego. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.

Deus ad tempus parcit vt in æternum puniat.

Quantum ad QVARTVM ponitur peruersitas excusatorum, cum dicitur. *Et cœperunt singuli se excusare.* Vbi notandum, sicut vocantur quidam in genere, quidam in specie. Sic etiam quidam se excusant in genere & quidam in specie. In genere excusant se in peccatis suis quadrupliciter peccatores vt dicit Holkot in per lib. Sapien. lect. 177. Quidam per lasciuam societatem; quidam per diuinam voluntatem; quidam per carnalem fragilitatem; & quidam per finalem vtilitatem. PRIMI dicunt communiter quando deprehenduntur peccasse, mala societas me compulit ad hoc malum, sicut Adam Gen. 3. quando cum Dominus de peccato reprehendit inobedientiæ, & pomi fractionis, ait. *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi, Cumq; diceret ad mulierem Dominus, Quare feciſti hoc? Illa excusauit se per serpentem dicens: Serpens decepit me & comedi.* Sed talis excusatio fatuissima reputatur apud iudicem secularem, cum confitetur facinus & alios coaccusat: & multò magis apud Deum non valet qui nouit humani arbitrij voluntatem. Ideò dicit Seneca in Prouerbijs. Omitte excusationem, nemo peccat inuitus, fatua etiam est excusatio multorum sociorum allegatio, sicut multi dicunt. Quare mihi non licet sic facere? sic enim facit talis & talis. Contra quos dicit B. Hieronymus in quadam Epistola, Multitudo sociorum impunitatem non tollit criminum. Omnes tales qui se sic excusant, & impœnitentes manent, ad cœnam cœlestem non perueniunt. Sed vbi tunc manent, certè in inferno, vbi cum multis socijs non minus ardebunt. Teste beato Augustino 24. q. c. 1. Multi. Ne, inquit, gaudeant, quia plures inuenientur eis similes, nam propterea non minus ardebunt.

Duo genera excusantium se à Cœna magna.

Excusantes peccatum per malam societatem.

Multitudo sociorum, non tollit criminum impunitatē.

SECVNDO quidam se excusant per diuinam voluntatem, quorum quidam dicunt Deum sciuisse eos peccaturos, & velle eos tales esse, nec eis etiam imputandum, sed dispositioni diuinæ, & constellationi corporum cœlestium asscribunt. Et similiter dicunt: Sicut Deus voluit peccare Adam & Eua, sic & nos. Et sic volunt Deum esse auctorem peccati, & ipsum in hoc blasphemant. Contra quos dicit B. Augustinus in de fide ad Petrum. Firmissimè, inquit, tene, & nullatenus dubites, primum hominem in Adam & Euam mulierem eius, bonos & rectos & sine peccato creatos, cum libero arbitrio, quo possent si vellent, Deo semper humili & bona voluntate seruire atque obedire. Quo arbitrio etiam possent si vellent, propria voluntate peccare, eosque non necessitate sed propria voluntate peccasse, illoque peccato sic in deteriùs mutatam humanam naturam. Hæc Augustinus. Ex quibus verbis elice tu Dei blasphemator, quod ipse non vult, vt tu pecces, sed dedit tibi liberum arbitrium, quo mediante potes facere bonum vel malum. Et si facias malum, ex voluntate propria facis, & non Dei, nec etiam potes te excusare per inclinationem constellationū. Nam licet astra inclinant te ad peccatum, non tamen necessitant. Et sapiens dominatur astris, vt dicit Ptolomæus in Almagestis.

Per constellationem syderū se quidam excusant.

Deus neminem cogit ad peccandum.

ET NOTA quod isti qui se excusant per voluntatem diuinam, figurantur aliquo modo per Iacob volentem decipere Patrem suum, cum Pater inquireret, quo-

modo

modo tam cito inuenire potuisset, vnde sibi cibum optatum pararet? Respondit: *Voluntas Dei fuit, vt tam cito occurreret, quod volebam.* Gen. 27. Isto modo sunt nonnulli sapientes mundi iuris ciuilis perfecti, & in iure terreni regni triti, quicquid faciunt, sciunt colorare legibus & munire rationibus, vt nihil maneat inexcusatum, si homo velit credere eis. Tales assimilantur Dionysio tyranno, de quo narrat Valerius lib. 1. cap. 2. Iste ingressus templa Deorum, aureum amictum Deo Ioui abstulit, & pannum ei laneum circumdedit: & mirantibus alijs qui aderant, quod sic sine timore Deos suos spoliare præsumeret, Respondit quod ad Dei sui commodum hoc faceret: nam dixit aureum amictum grauem fore in æstate, & in hyeme frigidum, laneum quoque pro vtroque tempore aptum. Idem refertur de Æsculapio, qui fuit barba aurea redimitus, iussit demi & auferri. Cuius rationem assignauit, quod Apollo pater suus imberbis esset, & non deceret Patrem carere barba, & filium apparere barbatum. Idem etiam dicit, quod victorias aureas & coronas, quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, & se eas accipere & non auferre dicebat, stultum esse affirmans, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle sumere. Isto modo prudentes seculi, quantumcunque flagitiosa habuerint contra Deum & Ecclesiam, semper coloratis rationibus se excusant, Et tales etiam minimè ad cœnã Dei perueniunt.

Iuristarum industria mũdana.

Filij huius seculi quomodo flagitia sua excusent.

TERTIO quidam se excusant per carnalem fragilitatem, & dicunt plane blasphemantes, se non posse à libidinibus abstinere, complexionem se talem habere dicentes. Contra quos dicit B. Hieronymus in explanatione fidei, & allegatur per Magistrum lib. 2. dis. 36. c. 4. Execramus, inquit, eorum blasphemiam, qui dicunt, impossibile aliquid homini à Deo esse præceptum, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in communi posse seruari. *Et paulo post.* Et tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum Iouiniano asserunt, hominem non posse peccare. Et dicit Magister. Ecce hic Hieronymus dicit errorem esse, si quis dicat hominem vitare peccatum non posse.

R

Libidinosorum blasphema excusatio.

Sed diceret aliquis, tamen Augustinus dicit, Quædam necessitate fidei non posse vitari, ergò & libidinem quidam non possunt vitare: Et cum illud Augustinus dicit, videtur illud esse erroris, quod tradit, aut non esse verum, quod Hieronymus ait. Respondet Magister vbi supra: ad quod potest dici, quod Augustinus dicit secundum statum huius miseriæ, ad quem pertinent ignorantia & difficultas, vt idem ait in libro de libero arbitrio, qui ex iusta damnatione descenderunt illud tradidit, vbi & venialia in clusit. Hieronymus vero tantum de mortalibus peccatis loquitur, quæ vnusquisque gratia illuminatus vitare potest seu valet, nam peccata venialia vitari non possunt, propter quod dicit B. Ioan. in persona Apostolorum 1. Canonica, c. 1. *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Ideò dicit Augustinus, quædam vitari non posse, non autem dixit hoc de libidine fornicationis, quod est peccatum mortale & damnabile. Iuxta illud Apostoli 1. Corinth. 6. *Nolite errare fratres, quoniam neque fornicarij, neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt.* Et ad Hebr. 13. *Fornicatores & adulteros iudicabit Dominus*, id est, condemnabit secundum glossa. Ideò si dicis te non posse abstinere à libidine, scias te propter hoc pœnas æternas pati debere, nec ad cœnam cœlestem posse peruenire.

An etiam necessitate fidei libide vitari non possit.

Mortalia peccata vitari possunt, sed non venialia.

QVAR-

S Qui ſub titulo eleemoſynæ faciendæ, proximis ſua bona auferunt.

QVARTO, quidam ſe excuſant per finalem vtilitatem, & tales inueniuntur nonnulli prædones, raptores & iniuſti, perquiſitores, qui auferunt à diuitibus bona ſua ſine conſcientia colligunt & recondunt, & eleemoſynas dare prætendunt, vel illi, qui inimicis, vt Iudæis vel gentilibus bona ſua auferunt, & cauſam finalem eleemoſynam conſtituunt. Contra quos dicit Hugo de S. Victore: Tantum peccat, qui rapinam infert Iudæo, quantum ſi cuilibet Chriſtiano. Et Iuſtinianus in decreto veteri: Non excuſabitur, quis à delicto, licet rapiat à maligno. *Et ſubdit.* Sicut enim quis peccat, ſi rapit ſubſtantiam pauperis, ſic & peccat, ſi quis abſtulerit, quod fuerit peccatoris. Hæc ille. Sunt etiam diuerſi, qui diuerſas in peccatis excuſationes inueniunt, vt cum peccatores exiſtant, ſe tamen contra Deum à peccatis defendunt. De quibus dicit Gregorius 22. moralium. Vſitatum humani generis vitium eſt libido, peccatum committere, commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo excuſare.

T Tria reddũt hominem à peccato inexcuſabilẽ.

Sed dicit Holkot lect. 177. quod tria ſunt, quæ reddunt homines peccatores inexcuſabiles, & pœna dignos oſtendunt, & per conſequens à cœna cœleſti excludunt, videlicet magnitudo ſcientiæ in peccante, ſimilitudo culpæ in iudicante, & ineptitudo cauſæ in allegante. *Primo*, ergò reddet hominem inexcuſabilem magnitudo ſcientiæ in peccante; Quantò enim aliquis maiorem & clariorem de Deo habet notitiam, tantò magis peccat cæteris paribus. Et ideò de Philoſophis dicit Apoſtolus ad Rom. 1. quod *inuiſibilia Dei* eis per ſcripturas innotuerunt, & tamen *in ſuis cogitationibus euanuerunt, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum* in tantum, vt idola colerent, nec ſuper hoc in aliquo excuſantur, quaſi de Deo nullam notitiam habuiſſent, quia *inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles.* Quid autem de Chriſtianis, qui nunc de Deo clariorem habent notitiam ex prædicationibus, quas quotidie audiunt, & tamen ad Deum venire negligunt. Sic excuſationes prætendunt. Sed de ipſis dicit Saluator, Ioan. 15. *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem*, ſcilicet per me & prædicatores meos, *peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*

I. Magnitudo ſcientiæ peccantis.

II. Similitudo culpæ in iudicante.

Secundo, reddit hominem culpabilem ſimilitudo culpæ in iudicante, quando aliquis iudex deprehenditur in crimine, pro quo ſolet alios punire, nullam poteſt excuſationem prætendere. Sicut patet de falſis iudicibus, qui volebant condemnaſſe Suſannam, Daniel. 13. Ideo ſignanter dicit Apoſtolus ad Rom. 2. *Inexcuſabilis es ô homo omnis, qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas.*

III. Ineptitudo cauſæ in allegante.

Tertio, reddit hominem inexcuſabilem ineptitudo cauſæ in allegante, quando enim cauſa allegatur manifeſtè nulla eſt, vel confícta per mendacium non eſt excuſatio, ſed aggrauatio ad præcedens delictum. Exemplum de iſtis hic inuitatis ad cœnam; quia qui falſas fictaſque excuſationes prætendebant, à cœna fuerunt reprobati & excluſi, & alij eorum loco vocati ſunt: & ideo contra tales excuſationes malitioſas petit, Pſalm. 140. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Et iſtæ ſunt excuſationes in genere.

V In ſpecie excuſant ſe à Cœna. Sùperbi. Auari. Luxurioſi.

Sunt & aliæ excuſationes in ſpecie quibus ſe homines, qui vocantur, tripliciter excuſant. *Superbi*, ſe excuſant propter ſublimitatem dominationis. *Auari*, propter difficultatem terrenæ occupationis. *Luxurioſi*, propter voluptatem carnalis voluptatis & delectationis, & iſti tres figurantur per illos tres, quos enumerat hic Euangeliſta, quorum primus dixit, *Villam emi, & neceſſe habeo exire & videre illam, rogo te habe*

Digitized by

excellet claritatem aliorum, tamen in comparatione ſanctorum poteſt claritas eius aſſimilari claritati ſolis. Secundum illud Malach. vltimo. *Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ*, id eſt, Chriſti. Sed claritas ſanctorum reſpectu Chriſti poteſt comparari lumini ſtellarum. Iuxta illud 1. Corinth. 15. *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum.* Et dicit gloſſ. Per claritatem ſolis intelligitur claritas Chriſti; per lunæ, Mariæ claritas; per claritatem ſtellarum intelligitur claritas aliorum ſanctorum. Et hæc claritas adhuc differt ſecundum magis & minus, quod innuit Apoſtolus cum ſubdit. *Stella differt à ſtella in claritate* hoc eſt, & ſancti plus vel minus lucent ſecundum differentiam meritorum. Et idem Doctor venerabilis Thomas, vbi ſuprà, reſpondet vni quæſtioni, qua poſſet quæri de pulchritudine puerorum, & de claritate ipſorum poſt baptiſmum decedentium, & dicit. Claritas puerorum, qui poſt baptiſmum moriuntur, antequam perueniunt ad annos diſcretionis comparari poſſunt lumini lunæ, quia luna non habet lumen à ſe, ſed à ſole. Ita iſti non habent meritum à ſe, ſcilicet gloriam ex merito proprio, ſed ex merito Chriſti, baptiſmus enim ex merito Chriſti habet efficaciam. Ideo dicit Apoſtolus ad Philip. 3. *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.*

Sanctorum claritas lumini ſtellarum comparatur.

Claritas puerorum poſt baptiſma morientium lumini lunæ cõparatur.

I 5. QVINTVM ferculum quod præponitur ſanctis in cœna, eſt impaſſibilitas cum immortalitate, & hæc impaſſibilitas reſultat ex virtute animæ, corpus ſuum potenter continentis, ita vt à nulla exteriori agente valeat immutari. Ideo dixit Iſaias 49. *Non cadet ſuper eos æſtus, neque vllus æſtus.* De immortalitate dicit idem cap. 25. *Præcipitabit mortem in ſempiternum.*

Impaſſibilitas cum immortalitate.

6. SEXTVM ferculum eſt abundantia ſine indigentia. Iudic 18. *Tradet vobis Dominus locum, in quo nullius rei erit penuria.* Et declarat hoc B. Gregorius. Nihil exterius erit quod appetatur, nihil interius quod faſtidiatur.

Abundantia ſine penuria.

7. SEPTIMVM eſt pax ſine perturbatione, de hac pace dicit Auguſtinus de ciuita. lib. 19. Pax ciuitatis cœleſtis eſt ordinatiſſima & concordiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. *Et ſubdit.* Tantum eſt autem pacis bonum, & etiam in rebus terrenis aut mortalibus, nihil gratius ſolet audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremo poſſit melius inueniri. Adeò pax omnibus chara, vt ſit nemo qui de eo gaudere nolit. Nam & ipſi qui bella volunt, nihil aliud quàm vincere, aut repugnantes ſubijcere volunt, quod cum factum fuerit, pax erit.

Ibi pax ordinatiſſima & ſocietas iucunda.

8. OCTAVVM eſt ſecuritas ſine timore. Iuxta illud Pſalm. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem.*

Securitas ſine timore.

9. NONVM eſt cognitio ſine ignorantia. Nam ſecundum Auguſtinum. Animæ in cœlo habent triplicem cognitionem, meridianam, matutinam & veſpertinam. *Prima* cognitione animæ beatæ cognoſcunt verbum in ſeipſo, ſiue diuinam eſſentiam, quam clarè vident facie ad faciem. De hac cognitione dicit Apoſtolus 1. Cor. 13. *Videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Secunda* cognitione cognoſcunt creaturas in verbo. *Tertia* cognitione cognoſcunt creaturas in proprio genere, & hæc tertia cognitio fit per ſpecies. Et ideo dicunt aliqui Doctores, quod animæ beatæ cognoſcunt omnia quæ fiunt in hoc mundo in Verbo, & hoc eſt probabile.

Cognitio triplex ſine ignorantia.

DECI-

Digitized by Google

K

DECIMVM ferculum, quod datur in cœna cœlesti, est gloria sine ignominia, quia dicit Apostolus ad Col. 3. *Cum Christus apparuerit vita nostra, & vos apparebitis cum Christo in gloria.*

10. Gloria sine ignominia.

VNDECIMVM est gaudium sine tristitia: vbi dicit Bonauentura. Sancti in patria cœlesti de triplici gaudent causa. *Primo*, quod tàm horribiles & impios & crudeles hostes superauerunt per diuinam sapientiam... *Secundo*, quod omnes defectus & peccata per diuinam potentiam euitauerunt, vel iam dudum commissa correxerunt. *Tertio*, quod tàm horrendum Chaos, & tàm lamentabiles & interminabiles cruciatus æternos, per diuinam clementiam euaserunt. De hoc etiam gaudio dicit B. Gregorius: In æterna vita omnia sunt communia propter eum, qui in omnibus est omnia: ibi enim virgo gaudet de sanctæ viduitatis merito; ibi vidua exultabit de casto virginitatis priuilegio; ibi Confessor de Martyrum iucundabitur triumpho; ibi propheta laudabit de pia Patriarcharum conuersatione; ibi Patriarcha exultabit de Prophetarum fide & speculatione; ibi Apostoli & Angeli gaudebunt de merito omnium inferiorum; ibi omnes inferiores lætabuntur de gloria & corona superiorum... Ex illius enim sanctæ & perfectæ charitatis merito fiet, vt vnusquisque habiturus sit in alio, quod non habet in proprio merito. Hæc Gregorius.

11. Gaudium triplex sine tristitia.

DVODECIMVM ferculum est libertas eorum, ad quam faciunt corporis agilitas & subtilitas. Corpus enim non detinebitur vel propria grauitate, vel alterius oppositione. Sed vbi volet spiritus ibi erit protinus & corpus. Hæc sunt duodecim ferculà, quæ in generali omnibus electis in cœna cœlesti apponuntur.

12. Libertas corporum beatorum.

Est tamen NOTANDVM, quod quælibet diuinarum personarum specialia ferculà omnibus beatis anteponit. Nam primo Pater anteponit tria ferculà.

L

Deus Pater beatis apponit.

PRIMVM est faciei suæ clara & iucunda visio. Sicut enim prouerbialiter dicitur, quod ferculum melius boni hospitis, est iucunda facies. Sic Deus Pater pro primo ferculo exhibet sanctis iucundissimam faciem suam, quam etiam angeli prospicere desiderabant, 1. Pet. 1. Hoc enim ferculo indesinenter reficiuntur Angeli, Matt. 18. *Dico enim vobis, quod Angeli in cœlis semper vident faciem Patris*, vbi secundum Rabanum more humano, facies ponitur pro visione & agnitione certissima. Hoc etiam ferculo reficientur angeli in cœlo, quia secundum Augustinum vlt. de ciuitate Dei. Sicut Angeli nunc vident DEVM, sic & nos sumus visuri facie ad faciem... Hoc enim ferculum tanti saporis est, secundum Augustinum libro 3. de libero arbitrio, vbi tangit illud Psalm. 83. *Melior est dies vna.* Tanta est, inquit, iucunditas lucis æternæ, vt etiam si non liceret in ea amplius manere, quàm vnius diei mora propter hoc solum innumerabiles huius vitæ dies pleni delitijs & circumfluentia bonorum temporalium rectè merito contemnerentur, tàm enim pulchra est & suauis, vt ea visa non possit amplius delectari: omnem vincit dulcedinem, omnem exuperat concupiscentiam...

I.

Sui claram & iucundam visionem.

Hic *primo* quæritur; An in illa æterna beatitudine videatur Deus oculo corporali, & videtur quod sic, quia dicitur Iob 19. *In carne mea videbo Dominum meum*, ergò videbitur oculo corporali. In contrarium est Ambrosius, quia dicit quod nec corporalibus Deus cernitur oculis, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur. Ergo corporali oculo Deus ibi non videbitur. Etiam dicit Hieronymus, quod res incorporalis oculo corporeo videri non potest. Ad hoc dicunt Doctores, quod Deus per se non

An Deus oculo corporali in beatitudine videatur.

Deus per se

Digitized by Google

non est visibilis, quoad naturã diuinitatis,

est visibilis, etiam in æterna beatitudine, oculo corporali quo ad naturam diuinitatis, sed quodammodo per accidens, scilicet in aspectu creaturarum quas regit. Ad obiectionem dicunt, quod auctoritas intendit, quod Deus videbitur ab intellectu in carne, sed non per organum in carne.

Vtrum beati omnes Deum æqualiter videbunt.

Secundo quæritur; An omnes beati Deum æqualiter videbunt. Ad hoc dicunt, quod non omnes beati æqualiter Deum vident; quamuis Deus sit idem obiectum omnes lætificans, quia homines in æterna beatitudine assumentur ad diuersas mansiones vel consortia Angelorum. Si angeli superiores melius vident Deum, quàm inferiores secundum Dionysium, ergò & homines superiores, quo ad meritum melius vident Deum.

Sed si instaret aliquis per hoc dictum, 1. Ioan. 3. quod *beati vident Deum sicuti est*. Sed non potest melius videri, quàm sicuti est, ergò omnes videbunt æqualiter. Ad hoc respondent Doctores, quod per ipsam auctoritatem Ioannis, insinuatur modus videndi Dominum, quantum est ex parte obiecti quod videtur. Non autem modus ex parte videntium, quia diuersus est modus videndi, sicuti est per essentiam. Quia quamuis sit perfectissimus modus, in genere tamen in illo genere sunt diuersi gradus.

A Eterna beatitudo in quo principaliter consistat.

Tertio quæritur; An beatitudo æterna consistat principaliter in visione? Ad hoc dicunt Doctores, & determinat hoc Extrauagans Benedicti, quod beatitudo æterna formalis in beatis existens, consistit in duobus actibus, scilicet in actu intellectus, qui est visio, & in actu voluntatis, qui est fruitio siue in hæsio per amorem. Et dicitur notanter beatitudo formalis, ad differentiam beatitudinis obiectualis, quæ est Deus, quia Deus est obiectum vnicum omnes beatificans.

II. Plena bonorum omniũ ppssessio.

SECVNDVM ferculum quod anteponit Pater, est omnium bonorum plena possessio: hoc enim pertinet ad largum Patremfamilias, nihil cælare commensalibus suis eorum bonorum quæ habet. Et quia tunc Deus Pater erit omnia in omnibus, relinquitur quod commensales illius cœnæ habendo Deum, habebunt omnia bona. Quia dicit August. lib. 12. de ciuit. Dei. In illa æterna beatitudine, quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit, omne quod erit ibi, bonum erit. Ideo qui habet æternam beatitudinem potest dicere illud, Sap. 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*, scilicet beatitudine.

M' III. Impletio omnium desideriorum & voluntatum.

TERTIVM ferculum Patris est, voluntatum & desideriorum omnium adimpletio. Si enim illud Manna figuralè, reddebat in ore cuiuslibet saporem quem volebat, vt dicit Origenes sup. Exodum, Homil. 7. Quod Augustinus in lib. retract. 2. dicit esse verum de illis, quorum voluntas erat conformis voluntati diuinæ, non autem in illis, qui cibum fastidiebant, dicentes, Num. 11. *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo*, quia appetebant cepas & pepones, & sedere super ollas carnium, quas dimiserant in Ægypto. Quantò magis Deus Pater in illa cœna cœlesti, replebit bonis desiderium cuiuslibet beati, quia omnes ibi conformes sunt omnimodè diuinæ voluntati. Ideo dicit Psalm. 102. *Replebit in bonis desiderium tuum*. Hæc tria fercula Dei Patris Apostolus Paulus in raptu quodammodo prægustauerat, cum dicebat, 1. Cor. 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quanta præparauit Dominus diligentibus se*. Oculus non sufficit videre tantæ visionis claritatem, nec auris audire tanta bonorum omnium veritatem, nec cor cogitare tantam voluptatem & desideriorum satietatem.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDO, filius similiter apponet tria fercula. *Primum*, est caro mundissima, de qua Ioan. 6. *Caro mea verè est cibus.* Hanc carnem spiritualiter sancti manducant, vt vitam æternam in se habeant, iuxta illud Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* *Secundum* ferculum est anima sanctissima, quæ est omnium pulchritudine plena, quæ summe sanctos recreabit. *Tertium* ferculum, est diuinitas infinita: & hæc est quasi pulmentum delicatissimum & suauissimum, quo miro modo reficiuntur sancti. Pulmentum, hoc est, de quo Dominus post resurrectionem interrogauit discipulos, Ioan. 21. dicens. *Pueri nunquid pulmentarium habetis?* & illis dicentibus se non habere, Dominus parauit eis cum magna copia, piscium multitudinem, significans illud pulmentum, quod ipse erat eis in æterno conuiuio largiturus.

Fercula tria filij.

1. Caro mundissima.

2. Anima sanctissima, pulchritudine plena.

3. Diuinitas infinita.

TERTIO, Spiritus sanctus apponet etiam eis tria fercula in cœlesti cœna. *Primum* est dulcedo diuinæ fruitionis. De qua Eccles. 24. *Spiritus meus super mel dulcis.* Et in Psalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine.* Hæc dulcedo omnem dulcedinem creatam facit insipidam. Iuxta illud Chrysost. Non habet super terram quod amet, qui donum cœleste gustauit. *Secundum* ferculum est vinum æternæ lætificationis. De quo Psalm. 103. *Vinum lætificat cor hominis.* *Tertium* ferculum est fructus suauis degustationis, qui sunt *Charitas, gaudium, pax, & bonitas*, ad Galat. 5. Et quibus fructus Spiritus sancti habent hic in quadam prægustatione & inchoatione futuræ beatitudinis: Illic autem in cœna beatitudinis plena fruitione degustabunt. Et tantum de ferculorum multiplicitate.

Fercula tria Spiritus sancti.

I. Dulcedo diuinæ fruitionis.

II. Vinum semper lætificãs.

III. Fructus suauis degustationis.

QVINTVM, quod magnificat cœnam corporalem est ministrorum vrbanitas & honestas, quia dicitur Hester. 1. quod *Rex Assuerus præposuit mensis singulis de principibus suis, vt sumeret vnusquisq; quod vellet.* Ita cœlestem cœnam magnificant honestas & vrbanitas ministrorum. Nam verus Assuerus Deus Pater, beatitudo omnium electorum, præponit mensis suis Christum, *qui est princeps pacis*, Isa. 9. *Qui præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis*, Lucæ 12. Et non solum præposuit Christum principem mensis suis, sed etiam principes Apostolos, Prophetas, Martyres, &c. de quibus dicit Cyprianus sub finem libri de mortalitate. Qualis, inquit, illic cœlestium voluptas sine timore moriendi, & cum æternitate viuendi? quàm summa & perpetua felicitas? illic Apostolorum glorioſus chorus: illic Prophetarum exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis & passionis victoriam coronatus: illic triumphantes Virgines, illic remunerat misericordes. Ad hos autem fratres dilectissimi auida cupiditate properemus, vt cum his citò esse, vt citò ad Christum peruenire contingat optemus. Hæc ille. Ecce quam vrbanos & quam honestos Deus Pater in suis mensis habet ministros.

V. Cœnæ magnificentia apparet ex ministrorũ vrbanitate.

SEXTVM, quod magnificat cœnam corporalem, est Cantorum & Musicorum instrumentorum iucunditas, quia legitur Luc. 15. quod *Pater filio prodigo fecit prandium mactans vitulum saginatum, ordinans Symphoniam & Chorum.* Sic cœlestem cœnam magnificat Cantorum iucunditas, vbi viginti quatuor seniores in conspectu throni tenent cytharas, & *cantant canticum nouum*, Apoc. 5. Ibi Angeli iugiter cantant, *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, Isa. 6. & non solum cantant hoc Angeli, sed omnes innocentes & qui fuerunt hic pœnitentes. Sicut testatur Bonauentura dicens. Quid putas, tunc erit gaudium de triumpho, cum post deuictum

VI. Cœnam illustrem facit cantus & musica instrumenta.

mundum, ſubmerſio Pharaone cum exercitu ſuo in mari rubro, tenentes omnes electi tympanum & chorum cum Maria pſallentes & cantantes, laudantes & benedicentes Dominum vna voce dicentes, Exod. 15. *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus eſt.* Tunc conſtituentur duo Seraphin, hoc eſt duo Chori electorum, ſcilicet innocentes & pœnitentes clamantes alter ad alterum. Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth, quaſi dicerent. Sanctus Deus Pater, qui nos à mundo, & à carnis ferculo, & à diabolo tàm potenter liberauit. Sanctus Deus Filius, qui nos à pœna & à culpa tàm ſapienter iuſtificauit. Sanctus Deus Spiritus, qui nos tàm clementer ab æternis tormentis præſeruauit. Plena eſt omnis terra gloria eius, qui nos de mundi miſeria ad cœleſtis regni gaudia euocauit. *Et ſubdit.* O anima, inquit, qualis erit tibi dies illa, cum ad hanc tàm felicem choream fueris aſſumpta, & cum omne quod in terra piè ſuſtinuiſti, conuertetur in æternum iubilum, tunc de omnibus his laudabis Dominum Deum labijs exultationis dicens, Pſalm. 88. *Miſericordias Domini in æternum cantabo.* Hæc ille. De Cantorum horum iucunditate, vide plura, vbi dixi in opere de Sanctis videlicet Sermone 3. de omnibus Sanctis. *Videns Ieſus turbas,* &c.

VII. Cœna ſplendorem addit luminarium copia.

SEPTIMVM, quod magnificat cœnam corporalem eſt luminarium & Cereorum copioſitas. Nam in tenebris cœnare non decet, periculoſumq; eſt propter muſcas, ita cœleſtem cœnam magnificant multa luminaria ſpiritualia, quorum principalius eſt Deus, ex cuius lumine omnes electi illuminantur, propter quod dicit B. Ioannes in Apocalyp. 21. *Ciuitas illa non eget ſole neque luna,* videlicet illuminationibus corporalibus vt luceant in ea, quia claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus. Sunt & alia infinita luminaria, nam quod ibi ſunt ſancti & iuſti, tot ſunt illuminoſi cerei, quia quilibet Spiritus lucet in cœna Domini vt patuit ſuprà.

VIII. Summæ delitiæ ciborum qui apponuntur.

OCTAVVM, quod magnificat cœnam corporalem, eſt appoſitorum ſumma delitioſitas. Nam in prandio dantur groſſa, in cœna verò delicatiora, ita cœleſtem cœnam magnificat appoſitorum ſumma delitioſitas, quia in illa cœna, vt dicit Hieronymus, cibus intererit ille agnus beatiſſimus, mundus, delicatus Ieſus filius Dei Patris, & Mariæ Virginis, de quo ſanctis ſpiritibus miniſtrabit ad omnem ſufficientiam fercula nobiliſſima, de ipſius candidiſſima humanitate, & excellentiſſima ſua diuinitate. O quàm beati ſunt, qui ad cœnam agni vocati ſunt, Apocalyp. 19. Ibi enim *inebriabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potabuntur,* Pſalm. 35. Et non ſolum Chriſtus apponet ſummam delitioſitatem, ſed etiam Maria mater eius & omnes ſancti angeli & ſancti. Nam de Maria dicit Bonauentura, quod cum ſua iucunda atque delitioſa viſione, mirabiliter omnium ſpirituum mentes lætificat, & miro atque ineffabili gaudio, omnem beatam creaturam inebriat, videre illius cœleſtis reginæ claritatem. Et idem tractans illud Iob 1. *Septem filij Iob conuiuia faciebant quilibet in die ſuo,* vult quod ſeptem ordines ſanctorum, videlicet, Angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, Virgines, faciunt conuiuia & apponunt delitioſa. Et dicit: Filij hi conuiuia vnusquisque in die ſuo faciunt, quando ſe inuicem ſuis cœleſtibus gaudijs paſcunt, in quo de meritis ſuis ſinguli iuxta ſibi datam gloriam fercula delitioſa ſibi propinant. *Et ſubdit hoc ſpecialiter de Angelis:* Primæ, inquit, die, primogenitus hic eſt ille cœleſtium angelorum numerus, qui non immerito nomine primogeniti nuncupatur, quia priores ſunt creatione &

con-

conuersione ad Deum, à quo nunquam recesserunt per peccatum. Sed semper immobili charitate Deo Patri adhæserunt, & illam beatam hæreditatem cœlestis regni omnibus priores possederunt. Isti enim in conuiuio suo diuersa fercula & delitiosa propinant, vnusquisque ordo eo quod excellentius acceperit in numero, gaudia spiritualia administrat. *Et subdit ostendere hoc de singulis ordinibus.* Iam, inquit, O anima, cogita quale ferculum tibi propinant illi summi spiritus Seraphici ordinis, quia adeo vicini illi æterno Patri sunt, quod inter ipsos & hunc nulli alij spiritus intersunt, qui ipsum immediatius contemplantur, & suis bonis æternis perfectius perfruantur: Quale putas propinant gaudium de naturæ suæ nobilitate? quale de contemplationis claritate? quale de dilectionis sinceritate? Hi ergò qui *Seraphin* nominantur illud conuiuium ordinant ardore diuinæ claritatis. *Cherubin* splendore æternæ claritatis; *Throni* æquitate diuinæ maiestatis; *Dominationes* de dominandi super eos excellentia: *Principatus* de præcipiendi inferioribus magnificentia: *Potestates* de auctoritate malignos spiritus coercendi: *Virtutes* de potestate miracula faciendi; *Archangeli* de dignitate superiora nuntiandi: *Angeli* de dignitate minora diuinæ scientiæ secreta reuelandi. Hæc ille.

Angelorum ordines diuersa & pretiosa fercula in conuiuio suo apponunt.

NONVM quod magnificat cœnam corporalem, est cœnæ diuturnitas. Nam à labore expediti cœnam protrahunt. Cibus enim cito sumptus nocet contra noctem. Ideo dicitur Hester 1. quod *conuiuium Assueri duravit septem diebus.* Sicut cœnam cœlestem magnificat diuturnitas, quia nunquam habebit finem: quia *beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Ideo dicit Anselmus in prosologion. Si delectat securitas & certitudo, ibi omnium temporum æterna longitudo.

IX. Cœnam corporalem magnificat, cœnæ diuturnitas.

DECIMVM & vltimum, quod magnificat cœnam corporalem est quietis & saporis suauitas. Post cœnam ergò est quiescendum, ideo *lecti eburnei & aurei erant in horto Assueri.* Hester 1. Sic in illa cœlesti erit quietis suauitas, quia dicit Augustinus ad Ianuarium lib. 4. Inest in illa requie non desidiosa segnities, sed quædam ineffabilis tranquillitas agnitionis otiosæ. Sic ergo ab huius vitæ operibus in fine requiescitur, vt in alterius vitæ actione gaudeatur, & hoc ad primum & secundum.

X. Suauitas quietis & saporis.

Quantum ad TERTIVM subiungitur inuitatorum pluralitas cum dicitur. *Et vocauit multos.* Vbi NOTA Holkot lectio. 145. super lib. Sapien. cap. 11. dicit de diuinis vocationibus. Et est sciendum, quod tres sunt in genere, & tres in specie. In genere quidem loquendo, vocat verbo, vocat signo, & vocat nuntio; Sicut volens aliquem ad se vocare, vocationem suam potest facere tribus modis, videlicet per verbum, signum & nuntium.

P

Pars tertia concionis. Deus nos tribus modis vocat.

Primo vocat nos per verbum in Filij sui incarnatione, quando *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Ioan. 1. *Misit verbum suum.* Psalm. 106. *& sanauit eos.* Sed ad hanc vocationem multi venire contempserunt, in quo rusticitatem suam ostenderunt. Nam magna foret rusticitas, si Rex Franciæ mitteret filium suum ad vocandum aliquem pauperem, & ille venire contemneret. Sic maior fit iniuria, si homo vilis & pauper, verbo Dei quod est filius Patris inuitante, venire contemnit. Quod autem frequenter videmus, vt merito dicat Christus Iob. 19. *Seruum meum vocaui, & non respondit mihi, ore proprio deprecabar illum.* Os Dei, verbum est Dei. Iuxta illud Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui.*

1. Per verbum in filij sui incarnatione.

2. Signo, extẽsione scil. corporis in cruce.

Secundo vocat nos signo, & signum illud fuit corpus suum extensum in cruce, & exaltatum in monte & rubricatum proprio sanguine. Sicut volens reclamare falconem, stat in loco apparenti cum reclamatorio rubricato: Ita Christus volens hominem reclamare, qui à Paradiso auolauerat in infernum, in montem Caluariæ ascendit seu processit, in lignum crucis ascendit, latus sanguinolentum ostendit, voce magna clamauit, vt sic de ipso facto signo hominem reuocaret. Et tamen istis visis, ingratissimi homines ad Deum venire contemnunt, sicut conqueritur Dominus Prouerb. 1. *Vocaui & renuistis*, scilicet venire, *extendi manum meam* in cruce, *& non erat qui aspiceret.*

3. Vocat nos per nuncios.

Tertio vocat nos per nuncios, id est prædicatorum officio, cuiuscunque fuerint conditionis, siue Prælati, siue ordinarij, siue alij ab Ecclesia ad prædicandum missi vel deputati. De isto nuncio dicit in præsenti Euangelio, *Misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia.* Quem locum exponens Gregorius dicit. Seruum illum omnem prædicatorem designare debemus. Vnde licet tales multi sunt secundum diuersitatem personarum, tamen vnum debent esse fidei & veritatis vnione. Per hanc horam, intellige finem seculi, & vltimam ætatem quando Christus filius apparuit in carne. De illa dicit B. Ioannes 1. Canon. 2. *Filioli mei vltima hora est*, in hac hora misit seruum suum *hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent*, non gressu pedum sed bonis operibus & moribus. Nam etsi in alijs ætatibus homines ad cœnam inuitabantur, nullus tamen ad eam recipiebatur. Sed ad limbum omnes descendebant, nunc autem vocati sunt, si veniunt recipiuntur, quia parata sunt omnia, scilicet quæ requirebantur ad salutem, vt dicit Chrysostomus. Totum repletum est & adimpletum in scripturis, quia introitus regni cœlestis est apertus per passionem Christi, qui antè fuerat clausus.

Passione Domini nobis aditus ad regnum cœlorum apertus est.

Sed in specie vocat etiam Christus tripliciter ostensionibus exemplorum, promissionibus præmiorum, percussionibus flagellorum. Primo vocat nos ostensione exemplorum, quotquot enim nos per viam potentiæ præcesserunt, videlicet quot millia martyrum, quotmillia confessorum, quot millia virginum, tot sunt millia vocantium. De hac vocatione dicit Dominus Ioan. 10. *Proprias oues vocat nominatim & adducit eas.* Hanc vocationem animaduertens B. Paulus dicit ad Philipp. 3. *Ea quæ retro sunt obliuiscens*, scilicet legalis & terrena quæ dimisi. *Ad ea verò quæ sunt priora*, id est, ad exempla martyrum, &c. *me extendens ad destinatum persequor*, id est, ad præmium à Deo mihi ordinatum fideliter consequendum, *ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu*, id est per Christum Iesum.

I. In specie vocat nos exẽplo eorum qui nos præcesserunt.

II. Vocat nos promissione præmiorũ.

Secundo vocat nos promissionibus præmiorum. Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Ecce æternam promittit refectionem venientibus ad se. Sicut diues vocat pauperem ostendendo sibi denarium, sic nos vocat Christus tanquam pauperes, qui est diues in omnes, ostendendo nobis denariũ æternæ beatitudinis. Ideo dicit B. Petrus 1. Canon. 3. *In hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis.*

III. Vocat nos per cussione flagellorũ.

Tertio vocat nos percussionibus flagellorum, sicut Saulum qui cadens in terram dixit: *Quid me vis facere?* Act. 9. Sic & nos quoties infirmitatibus fatigamur, vel aduersitatibus flagellamur & tribulamur, totiès à Deo vocamur. Et hoc etiam dicit glossa super Psal. 118. Dum flagellat Deus, inuitat ad hæreditatem. Noli esse iniquo & pue-

puerili sensu, vt dicas, Cur pater meus permittit fratrem meum facere quicquid vult, plusquam me? quia si modicum me contra iussionem eius moueo, statim flagella inuenio. Sed potius gaude quia tibi seruatur hæreditas, ad tempus enim parcit, quos in æternum damnabit. Sed secundum Grego. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.

Deus ad tempus parcit vt in æternum puniat.

Quantum ad QVARTVM ponitur peruersitas excusatorum, cum dicitur. *Et cœperunt singuli se excusare.* Vbi notandum, sicut vocantur quidam in genere, quidam in specie. Sic etiam quidam se excusant in genere & quidam in specie. In genere excusant se in peccatis suis quadrupliciter peccatores vt dicit Holkot super lib. Sapien. lect. 177. Quidam per lasciuam societatem; quidam per diuinam voluntatem; quidam per carnalem fragilitatem; & quidam per finalem vtilitatem. PRIMI dicunt communiter quando deprehenduntur peccasse, mala societas me compulit ad hoc malum, sicut Adam Gen. 3. quando eum Dominus de peccato reprehendit inobedientiæ, & pomi fractionis, ait. *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi, Cumq; diceret ad mulierem Dominus, Quare feciſti hoc? Illa excusauit se per serpentem, dicens: Serpens decepit me & comedi.* Sed talis excusatio fatuissima reputatur apud iudicem secularem, cum contedat facinus & alios coaccusat: & multò magis apud Deum non valet qui nouit humani arbitrij voluntatem. Ideò dicit Seneca in Prouerbijs. Omitte excusationem, nemo peccat inuitus, fatua etiam est excusatio multorum sociorum allegatio, sicut multi dicunt. Quare mihi non licet sic facere? sic enim facit talis & talis. Contra quos dicit B. Hieronymus in quadam Epistola, Multitudo sociorum impunitatem non tollit criminum. Omnes tales qui se sic excusant, & impœnitentes manent, ad cœnam cœlestem non perueniunt. Sed vbi tunc manent, certè in inferno, vbi cum multis socijs non minus ardebunt. Teste beato Augustino 2. q. c. 1. Multi. Ne, inquit, gaudeant, quia plures inuenientur eis similes, nam propterea non minus ardebunt.

Duo genera excusantium se à Cœna magna.

Excusantes peccatum per malam societatem.

Multitudo sociorum, non tollit criminum impunitatem.

SECVNDO quidam se excusant per diuinam voluntatem, quorum quidam dicunt Deum sciuisse eos peccaturos, & velle eos tales esse, nec eis etiam imputandum, sed dispositioni diuinæ, & constellationi corporum cœlestium ascribunt. Et similiter dicunt: Sicut Deus voluit peccare Adam & Euam, sic & nos. Et sic volunt Deum esse auctorem peccati, & ipsum in hoc blasphemant. Contra quos dicit B. Augustinus in de fide ad Petrum. Firmissimè, inquit, tene, & nullatenus dubites, primum hominem in Adam & Euam mulierem eius, bonos & rectos & sine peccato creatos, cum libero arbitrio, quo possent si vellent, Deo semper humili & bona voluntate seruire atque obedire. Quo arbitrio etiam possent si vellent, propria voluntate peccare, eosque non necessitate sed propria voluntate peccasse, illoque peccato sic in deterius mutatam humanam naturam. Hæc Augustinus. Ex quibus verbis elice tu Dei blasphemator, quod ipse non vult, vt tu pecces, sed dedit tibi liberum arbitrium, quo mediante potes facere bonum vel malum. Et si facias malum, ex voluntate propria facis, & non Dei, nec etiam potes te excusare per inclinationem constellationum. Nam licet astra inclinant te ad peccatum, non tamen necessitant. Et sapiens dominatur astris, vt dicit Ptolomæus in Almagestis.

Per constellationem se derint se quidam excusant.

Deus neminem cogit ad peccandum.

ET NOTA quod isti qui se excusant per voluntatem diuinam, figurantur aliquo modo per Iacob volentem decipere Patrem suum, cum Pater inquireret, quo-

modo

S
Qui ſub titulo eleemoſynæ faciendæ, proximis ſua bona auferunt.

QVARTO, quidam ſe excuſant per finalem vtilitatem, & tales inueniuntur nonnulli prædones, raptores & iniuſti, perquiſitores, qui auferunt à diuitibus bona ſua ſine conſcientia colligunt & recondunt, & eleemoſynas dare prætendunt, vel illi, qui inimicis, vt Iudæis vel gentilibus bona ſua auferunt, & cauſam finalem eleemoſynam conſtituunt. Contra quos dicit Hugo de S. Victore: Tantum peccat, qui rapinam infert Iudæo, quantum ſi cuilibet Chriſtiano. Et Iuſtinianus in decreto veteri: Non excuſabitur, quis à delicto, licet rapiat à maligno. *Et ſubdit.* Sicut enim quis peccat, ſi rapit ſubſtantiam pauperis, ſic & peccat, ſi quis abſtulerit, quod fuerit peccatoris. Hæc ille. Sunt etiam diuerſi, qui diuerſas in peccatis excuſationes inueniunt, vt cum peccatores exiſtant, ſe tamen contra Deum à peccatis defendunt. De quibus dicit Gregorius 22. moralium. Vſitatum humani generis vitium eſt libido, peccatum committere, commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo excuſare.

T
Tria reddũt hominem à peccato inexcuſabilẽ.

Sed dicit Holkot lect. 177. quod tria ſunt, quæ reddunt homines peccatores inexcuſabiles, & pœna dignos oſtendunt, & per conſequens à cœna cœleſti excludunt, videlicet magnitudo ſcientiæ in peccante, ſimilitudo culpæ in iudicante, & ineptitudo cauſæ in allegante. *Primo*, ergò reddet hominem inexcuſabilem magnitudo ſcientiæ in peccante; Quantò enim aliquis maiorem & clariorem de Deo habet notitiam, tantò magis peccat cæteris paribus. Et ideò de Philoſophis dicit Apoſtolus ad Rom. 1. quod *inuiſibilia Dei* eis per ſcripturas innotuerunt, & tamen *in ſuis cogitationibus euanuerunt, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum* in tantum, vt idola colerent, nec ſuper hoc in aliquo excuſantur, quaſi de Deo nullam notitiam habuiſſent, quia *inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles.* Quid autem de Chriſtianis, qui nunc de Deo clariorem habent notitiam ex prædicationibus, quas quotidie audiunt, & tamen ad Deum venire negligunt. Sic excuſationes prætendunt. Sed de ipſis dicit Saluator, Ioan. 15. *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem*, ſcilicet per me & prædicatores meos, *peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*

I.
Magnitudo ſcientiæ peccantis.

II.
Similitudo culpæ in iudicante.

Secundo, reddit hominem culpabilem ſimilitudo culpæ in iudicante, quando aliquis iudex deprehenditur in crimine, pro quo ſolet alios punire, nullam poteſt excuſationem prætendere. Sicut patet de falſis iudicibus, qui volebant condemnaſſe Suſannam, Daniel. 13. Ideo ſignanter dicit Apoſtolus ad Rom. 2. *Inexcuſabilis es ô homo omnis, qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas.*

III.
Ineptitudo cauſæ in allegante.

Tertio, reddit hominem inexcuſabilem ineptitudo cauſæ in allegante, quando enim cauſa allegatur manifeſtè nulla eſt, vel conficta per mendacium non eſt excuſatio, ſed aggrauatio ad præcedens delictum. Exemplum de iſtis hic inuitatis ad cœnam; quia qui falſas fictaſque excuſationes prætendebant, à cœna fuerunt reprobati & excluſi, & alij eorum loco vocati ſunt: & ideo contra tales excuſationes malitioſas petit, Pſalm. 140. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Et iſtæ ſunt excuſationes in genere.

V
In ſpecie excuſant ſe à Cœna.
Superbi.
Auari.
Luxurioſi.

Sunt & aliæ excuſationes in ſpecie quibus ſe homines, qui vocantur, tripliciter excuſant. *Superbi*, ſe excuſant propter ſublimitatem dominationis. *Auari*, propter difficultatem terrenæ occupationis. *Luxurioſi*, propter voluptatem carnalis voluptatis & delectationis, & iſti tres figurantur per illos tres, quos enumerat hic Euangeliſta, quorum primus dixit, *Villam emi, & neceſſe habeo exire & videre illam, rogo te habe*

Superbi se excusant per ignorantiam sed a mala animatione.

me excusatum. Iste significat Superbos, qui per ambitionem terreni dominij amittunt gloriam cœlestis regni. Iste in sua excusatione benè fatuum fuisse se fatetur, quia prius villam se dicit emisse, quàm vidisse: Faciliter enim quilibet fallitur, quãdo illud emit, quod ab eo absconditur. Et certè si homo videret & consideraret, quid est de dignitate Dominij secularis, illud non emeret, vel rarò. PRIMO, enim videret illius sollicitudinem, de qua dicit Innocentius Papa, de Vilit. hum. condi. lib. 2. cap. 28. Sed esto, vt sublimetur quis in altum, prouehatur ad summum, statim curæ succrescunt, sollicitudines cumulantur, extenduntur ieiunia, vigiliæ producuntur, ex quibus natura corrumpitur, Spiritus infirmatur, destruitur somnus, amittitur appetitus, debilitatur corpus, virtus attenuatur, & sic ipse in seipso deficiens, non dimidiat dies suos. Sed miserabilem vitam miserabiliori fine concludit.

SECVNDO, si consideraret sublimitatem dominationis, statim inueniret mentis elationem. De qua dicit idem Innocentius lib. vbi suprà cap. 29. Statim vt superbus promotus est ad superbiam, extollitur in iactantiam & effrenatur, nec curat prodesse, sed gloriatur præesse, præsumit se meliorem, qui cernit se superiorem. *Et subdit.* Visum extollit, cernicem erigit, fastum ostendit; grauida loquitur, sublimia meditatur, subesse enim patitur, præesse molitur. TERTIO, videnti ipsius breuitatem. Quia Eccles. 10. dicitur, *quod omnis potentatus breuis vita.*

QVARTO, si videret casus grauitatem, quia quantò gradus altior, tantò casus grauior. Cecidit Petrus sed de infimo, ideo statim resurrexit. Cecidit Dauid sed de piano, quia se in altum non extulit. Iuxta illud Psalm. 130. *Domine non est exaltatum cor meum.* Cecidit Adam de alto, quia de Paradyso, ideo cum difficultate surrexit. Cecidit Lucifer, scilicet de cœlo altissimo, ideo nunquam surrexit, nec surgere potest.

SECVNDVS se excusando dixit. *Iuga boum emi quinque, & eo probare ea, rogote, habe me excusatum,* & hic figurat auaros, qui in his se tantum occupant, quæ præcipiuntur quinque sensibus, quæ intelliguntur per quinque iuga boum. Quia secundum Augustinum. Cuiuslibet sensus instrumenta combinantur.

X

Duo enim sunt oculi, duæ aures, duo nares, duo instrumenta, gustus, lingua, & palatum, duæ manus, in quibus præcipue patet tactus. Sicut ergo boues circa terram versantur, sic sensus auari continuè circa terrena delectantur: eius oculi videndo massam auri magis delectantur, quàm videndo in Ecclesia corpus Christi, in aure etiam auari dulcior est auri narratio, quàm verbi Dei prædicatio. Ideo dicit Ambrosius, & ponitur dist. 47. ca. Sicut hi. Mens auari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt, semper redditus computat & gratius aurum, quàm solem intuetur. Et similiter ostendit se esse fatuum in excusatione, quia prius debuit iuga probasse boum, quàm emisse. Nam qui pericula, quæ ex auaritia eueniunt videret, vel probaret, non vtique eam ita studiosè amaret. Vbi nota, aliqua sunt pericula & mala, quæ facit cuilibet auaro ipsa iniqua auaritia. *Primo,* quod inquinat amatores suos propter quod comparatur luto, Abacuc. 2. *Vsquequo aggrauant contrà se densum lutum?* Et Eccli. 11. *Si diues fueris, non eris immunis à peccato;* & Prou. 28. *Qui festinat ditari, non erit innocens. Secundum* periculum, quod obliuionem Dei inducit quia dicitur Gen. 48. Ephraim & Manasses dicuntur fuisse germani. Ephraim interpretatur fructificans, per quem intelliguntur diuitiæ. Et Manasses interpretatur obliuio, quia abundantia diuitiarum & Dei obliuio, societatem habent ad inuicem.

Auari plus diligunt aurum, quàm Dei verbum

Auaritiæ pericula.

1. Inquinat amatores suos.

2. Inducit obliuionẽ Dei.

Ter-

Digitized by Google

Tertium periculum, quod possessores suos spoliat, quia cor homini non relinquit. *Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum*, Matth. 6. Multa enim pericula mala ponit Innocentius Papa 3. de vil hum. condit. lib. 2. cap. 9. Quàm multos, inquit, seduxit cupiditas, quàm plures perdidit auaritia, Balaam asella redarguit, & pedem sedentis attriuit, quia captus cupiditate promissorum disposuit maledicere Israëli. Achor populus lapidauit, qui tulit aurum & argentum de anathemate Hiericho. Nabaoth interemptus est, vt Achab vineam obtineret. Giezi lepra perfudit, quia recepit argentum & vestes sub nomine Helisæi. Iudas se suspendit, quia Christum tradidit. Ananiam & Saphiram subitanea mors exstinxit, quia de pretio agri defraudauerat Apostolum. Hæc ille. Si vis videre has historias, vide eas in locis suis. Prima de Balaam ponitur Num. 22. Secunda Achor ponitur, Iosue 7. Tertia ponitur 3. Reg. 21. de Iezabel. Quarta de Giezi, habetur 4. Reg. 5. Quinta de Iuda, Matth. 27. Sexta de Anania ponitur, Actor. 5.

5. Spoliat suos possessores.

TERTIVS, qui excusando se dixit; *Vxorem duxisse, & ideo non possum venire*, luxuriosos designat, qui excusant se propter voluptatem carnalis delectationis. Per vxorem verò intelligitur voluptas carnalis, non enim coniugati per coniugium excluduntur à cœna, licet aliqualiter retardantur, quia dicitur de summa Trinit. & fide Cathol. firmiter. Non solum autem Virgines & continentes, verumetiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Idcircò ille dicitur vxorem duxisse, qui cum affectione tradidit se voluptati, in qua viuere proponit, & talis ad cœnam cœlestem venire non potest, nec debet, nec est dignus. *Primo*, enim non potest, quia pedibus alligatus est per delectationem, quæ dicitur mulier, Eccli. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est.* In cuius signum Samson, Iudic. 16. in sinu Dalilæ fortissimè *ligatus est funibus* Philistinorum. Sic qui in voluptate quiescit, fortiter funibus peccatorum constringitur, vt dicere possit cum Psalm. 118. *Funes peccatorum circumplexi sunt me. Secundo* venire non debet, quia fœtidus est Ioël 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Super quo dicit Gregorius: Iumenta in stercore putrescere est, homines in stercore luxuriæ vitam finire. *Tertio*, venire non est dignus, quia sordida veste indutus est. Si enim indignus fuit stare in nuptijs, *qui non habuit vestem nuptialem*, Matth. 22. multominus est dignus, qui habet vestem vituperabilem. Hi sunt qui se excusant à cœna cœlesti, & quia tot sunt, ideo pauci veniunt, licet multi sint vocati. Ideo legimus, Num. 31. quod de sedecim millibus animabus hominum, non cesserunt in partem Domini nisi triginta duæ animæ.

Y

Luxuriosi propter voluptates carnis ad Cœnam venire recusant.

Quare luxuriosus non est dignus Cœna cœlesti.

1. Quia pedibus alligatus est.

2. Fœtidus est.

3. Sordida veste indutus est.

Restat nunc videre, quæ sunt excusantium punitiones, & sunt tres.

Z

Prima est segregatio à consortio beatorum, & hanc ponit Dominus in fine Euangelij dicens. *Dico vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabunt cœnam meam.*

I. Punitio se excusantium.

Secunda, est subsannatio peccatorum, quia in iudicio Deus, & Angeli, & homines, & dæmones subsannabunt & deridebunt fatuos peccatores, quia diuinas vocationes neglexerunt. Iuxta illud Prou. 1. *Vocauí & renuistis, &c.* Et infrà. *Et ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo vos, cum vobis, quod timebatis euenerit.*

II.

Tertia, est cruciatio perpetua tormentorum, Isaiæ vlt. *Eligam illusiones eorum, & qui timebant, adducam eis, quia vocaui, & non erat, qui responderet.* Non sic de bo-

III.

nis & iustis, qui Deum vocantem audiunt. Audiunt inquam per obedientiam præceptorumque obseruantiam, hi in cœna ponentur lucentes sicut stellæ in perpetuas æternitates, Baruch. 3. *Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt. Ecce assumus, & luxerunt ei in iucunditate, qui fecit illas.*

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Vxorem duxi, & ideò non possum venire. Lucæ 14.

EXperientia, quæ est rerum magistra, sæpè ostendit, quod mus quandoque intrat promptuarium macilentus ibiq; inuenit lardum, carnes vel caseum, & huiusmodi, comedit, & impinguatur, cumq; Dominus venit, quærens murem, vult fugere per foramen arctum, per quod intrauit, sed præ pinguedine non potest exire, sicq; capitur & necatur.

MORALITER. Per mures hic ad præsens intelliguntur homines, quia sicut mus ab humo dicitur, eò quod ex humore terræ nascatur. Nam humus terra dicitur. Sic etiam homo ab humo est dictus, eo quod *de limo terræ est formatus*, Gen. 1. Ideo dicitur de hominibus, Eccli 3. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur. Et quia sunt de terra, quæ est vilissimum & infimum elementum, ideò ridiculosum est, quod quærunt Dominum terrenum. Sicut ille de quo dicitur in hodierno Euangelio, qui villam Domini mundani carè emit, propter quod de talibus dicit Boëtius, lib. 2. de Consol. Philosoph. prosa. 6. Quæ est ista expetibilis, id est, valdè desiderabilis vestra ac præclara, id est nobilis potentia? Quasi diceret, nulla. Nonnè animalia terrena consideratis, quibus præsidere videamini? Si enim inter mures videres vnum aliquem, ius sibi atq; potestatem præ cæteris vendicantem, id est, vsurpantem super alios mures. O quanto moueretis cachinno, id est, risu, quia derisibile esset, & talis potestas terrena scilicet derisibilis, quæ non extendit se nisi ad corpus.

Homo mure debilior.

Quid verò si tu corpus spectes hominis, quid est imbecillius, id est, debilius homine? Quasi diceret, nihil, quos scilicet homines muscarum sæpeq; morsus in secreta, id est, in interiora hominis quæque reptantium, id est, serpentium necat introitus. In quo declarat, quod homo est mure debilior, imò paruissimo mure, quia musculus est diminutiuum à mure. Iste quidem homo ad instar muris macilentus & nudus intrat in promptuarium huius mundi. Iuxta illud Iob 1. *Nudus ingressus sum in hunc mundum, & nudus reuertar illuc.* Cui alludit Apostolus 1. Timoth. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud*, id est, non, *dubium, quia nec auferre quid possumus.* Nam quo ad corpus nudi & macilenti mundum intramus, quod notum est. Similiter quo ad animam, quia anima in principio suæ creationis est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, vt dicit Philosophus, cum in hunc mundum homo intrauerit, inuenit carnem, id est, carnalem voluptatem, qua se tantum impinguat atque replet, quod ad Deum peruenire non potest. Ideò dicit Aristoteles de pomo & morte. Væ animæ peccatrici, quæ non habet posse redeundi ad locum suum vnde exiuit, quia turpia opera & delectationes corporis impediunt eius ascensum. Sicut patet de illo, qui hic duxit vxorem carnalem voluptatem, qui non potuit venire ad cœnam cœlestem.

Anima in creatione est tanquam tabula rasa.

vt

vt patuit ex verbis ſuis, *Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* In quibus duo facit principaliter. *Primo*, gloriatur de carnali voluptate, ibi; *Vxorem duxi. Secundo*, ſeparatur à cœleſti hæreditate, ibi; *Non poſſum venire.*

B

Vxor tribus modis ducitur.

Fornicatio ſimplex, quid?

Vbi NOTA quantum ſufficit ad propoſitum, Vxor ducitur tribus modis, videlicet actu fornicario, damnato adulterio, & licito matrimonio, aut coniugio. PRIMO, ergo ducitur vxor in actu fornicario, cum videlicet ſolutus cum ſoluta carnaliter ſe coniungit, & hoc contingit, vel perficitur, ex tribus cauſis vel circumſtantijs, videlicet ex locali amœnitate, ex ſociali communitate, & ex diſſoluta iucunditate. *Primum* patet Sap. 2. quod loci amœnitas fuit quibuſdam cauſa luxuriæ, cum dicebant. *Nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra*, quaſi diceret, nullus locus delectabilis ſit & amœnus in quo non luxuriemur, vt amœnitas conferat delectationẽ, vt dicit Robertus Holkot, lect. 22. Ideò dicit metriſta.

Si venerem vitare velis, loca, tempora vita.
Nam locus & tempus, pabula prabet ei.

Exemplum de Epiſcopo in periculo fornicationis cõſtituto

Secundum patet, quod ſi aliquis eſt ſocialis fœminis & continuus, de facile labitur in peccata fornicationis, ſicut ponit exemplum beatus Gregorius 3. dialog. c. 7. de Andrea Fundanæ ciuitatis Epiſcopo, qui licet vitam plenam virtutibus duceret, ſeſeque ſub Sacerdotali cuſtodia in arcto continentiæ cuſtodiret. Sed quoniam ſanctimonialem fœminam, confiſus de ſua continentia, ſecum permiſit habitare, antiquus hoſtis hunc ad amorem illicitum huius fœminæ cœpit inſtigare, qui & nefanda cœpit cogitare, & niſi poſtea diuina miſericordia fuiſſet per quendam Iudæum præmonitus, in peccatum nefandæ libidinis corruiſſet, & ideò non ſolum illam ſanctimonialem, ſed & omnem fœminam, quam in obſequio eius habebat expellebat. Ideò beatus Gregorius ibidem dicit. Qui corpus ſuum continentiæ dedicant, habitare cum mulieribus non præſumant, ne ruina tanto mente repentina ſurripiat, quãto ad hoc, quod malè concupiſcitur, etiam præſentia concupitæ formæ famulatur. Idem diſt. 31. cap. Volumus, dicit Simacho Epiſcopo. Volumus vt Sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuerſentur, excepta duntaxat matre vel ſorore, propter quod etiam dicit Poëta de muliere iniqua.

Volens continentiam, ne præſumat cohabitare fœminis.

Proſequitur ſi tu ſequeris, fugiendo fugatur,
Si cedis, cedit; ſi fugis, ipſa fugit,
Ergo fuge tactum, ne res procedat in actum.

Tertium, patet Iudith 13. de Holoferne, qui cum eſſet in diſſoluta iucunditate, & bibiſſet vinum multum nimis, captus amore Iudith, iuſſit eam ad ſe in cubiculum introduci. Et patet, quod ex illis tribus integratur fornicatio.

C

An fornicatio ſit peccatum mortale?

Sed hic incidit & oritur vna dubitatio. Vtrum fornicatio ſit peccatum mortale? Ad hanc dubitationem ſimpliciter dicitur, quod ſic: quia Apoſtolus eam numerat inter mortalia, ad Galat. 5. *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio*, ſcilicet ſolutus cum ſoluta, *immunditia*, ſcilicet, quantum ad vitium contra naturam, *impudicitia* quantum ad exteriorem inhoneſtatem, in aſpectu, & tactu, & luxuria, &c. Et ſequitur. *Qui talia agunt, regnum Dei poſſidere non poſſunt.* Et beatus Auguſtinus diſtinct. 25. §. Alias. fornicationem numerat inter mortalia, cum dicitur. Sacrilegiũ, homicidium, periurium adulterium, & fornicatio *Et ſubdit.* Si quis de illis peccatis in ſe dominari permiſerit, igne non purgatorij, ſed æterna illum flamma cruciabit.

bit. Sed gloss. hoc intelligit, si homo de eis non contritus & confessus fuerit, si homo autem de illis cœpit pœnitere, & non perficit pœnitentiam, hic perficiet eam, vel in purgatorio. Ideò fornicationem esse illicitam, probat Apostolus 1. Corint. 6. quatuor rationibus.

Fornicationem esse illicitam probat Apostolus quatuor rationibus.

PRIMA ratio est ista, Fornicatio impedit ne corpus fornicationis suscitetur in forma gloriosa, vt conformetur corpori claritatis Christi, ergò non est licita, propter quod dicit alibi. *Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem*, & sic non habebit glorificationem & incorruptionem, ad Galat. vlt.

SECVNDA ratio est, alia peccata inficiunt solam animam, quia non perficiuntur, scilicet delectatione carnis, sicut auaritia, inuidia, odium & huiusmodi. Fornicatio non solum animam, sed & corpus coinquinat, quia perficitur delectatione corporali intantum, vt intellectus absorbeatur, & homo equus & mulus efficiatur. Gula enim licet perficiatur in delectatione corporis, illa tamen delectatio non est ita vehemens, quod absorbeat intellectum. Potest tamen dici, cum Apostolus dicat. *Omne peccatum est extra corpus præter fornicationem*, quod in fornicatione intelligitur gula, eo quod gula luxuriæ præparat materiam.

TERTIA ratio est, quia sicut per baptismum quilibet fit membrum Christi mysticum. Sic per fornicationem quilibet fit meretricis membrum, igitur non est licita, sed horrenda. Probatur enim Gen. 2. *Erunt*, inquit, *duo in carne vna*, quod dicitur de actu matrimoniali. Et simile est de actu fornicatorio, sed non in toto.

QVARTA ratio, sicut per gratiam baptismalem quilibet fidelis fit templum Spiritus sancti, sic per fornicationem fit templum Diaboli: igitur summè est cauenda, & magis, quàm alia vitia. Nam in alijs vitijs, quanto plus descendit homo ad cogitandum particulares cogitationes, tanto plus inuenit vnde peccatum sibi displiceat, & se ab illo retrahat: in fornicatione vero, quanto plus descendit ad cogitandum particulares conditiones, & cogitationes, in oculis, & tactibus & similibus, tanto plus inualescit tentatio, propter quod hoc peccatum vincitur occasiones vitando & cogitationes fugiendo. Ideò dicit Apostolus 1. Cor. 6. *Fugite fornicationem.* Et idem Apostolus ad Ephes. 5. cum dixisset. *Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem Christi & Dei.* Statim subiungit. *Nemo vos seducat inanibus verbis*, dicit gloss. dicens fornicationem aut immunditiam, &c. esse naturalia, & consequenter non punienda. Nam hoc quidam dicebant, Beguthardi & Beginæ, scilicet quod cum inspexeris mulieris oculum, cum ad hoc inclinetur natura, non est mortale peccatum. Actus autem carnalis, cum ad hunc natura inclinetur peccatum non est, maximè cum tentatur exercens. Quorum error reprobatur in Clemen. de hæreti. ad nostrum.

Carnis tentatio vincitur, fugiendo occasiones.

Beguthardorum & Beginarum error.

Sed contra iam dicta instaret aliquis: Videtur quod fornicatio non sit peccatum mortale, quia nullum peccatum cadit sub diuino præcepto. Sed Oseæ Prophetæ præceptum fuit cap. 1. *Vade sume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationum.* Et beatus Ambrosius super illo verbo 1. ad Timoth. 4. *Exerce te ad pietatem*; Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia & pietate est, quam si aliquis sequens, lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, sed non peribit. Ecce dicit, non peribit, ergò mortale non est, quia non nisi per peccatum mortale homo peribit. *ad primum* de Osea dicit Robertus Holkot lect. 22. quod dispositio Dei

Fornicatio non cadit sub diuino præcepto.

præ-

Digitized by Google

præcipientis fecit, quod non esset peccatum, quod alias peccatum fuisset: Sicut de homicidio, quod Abraham voluit in filio commisisse Genes. 22. Alij autem dicunt, quod Dominus præcipiendo fecit suam quæ prius non erat sua. Ad *secundum* dicendum, quod Ambrosius non negat, quod fornicatio sit peccatum mortale; sed vult quod pietas iuuat hominem, vt liberetur à pœna æterna, si tamen desistat & pœniteat.

D Fornicando plus peccat vir, quam mulier.

Item potest esse dubium, vtrum in fornicatione cæteris paribus plus peccet vir vel mulier. Dicit sanctus Thomas in lib. 4. distinct. 35. q. 5. artic. 4. quod vir. Et ratio est, quia plus de bono habet rationis, licet mulier habeat plus de materia tentationis, quia magis est fragilis.

Sed contra ista videtur esse B. Augustinus de adulterio coniugatorum, & ponitur 32. q. 7. c. Indignantur. Indignantur, inquit, maritis, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas, cum tanto grauius eos punire oportuerit, quantò magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. Ad istud dicit Robertus Holkot lect. 46. quod licet vir, quantum ad vnam circumstantiam grauius peccet, puta quantum ad hoc, quod magis tenetur vigere ratione, & virtute: pensando tamen omnes circumstantias, mulier magis peccat. Beatus autem Augustinus, non loquitur, in dicta auctoritate, nisi de sola circumstantia & virtutis & rationis, quæ in viro debet præeminere. Hanc tamen viam, videlicet, quod vir plus peccat, tenet Petrus de Tarantasia dist. 35. q. 4. Peccat tamen plus mulier, contra bonum matrimonij.

E Adulterium cõmittitur triplicitèr, & an plus peccet vir quam mulier?

Secundo, ducitur vxor in damnato adulterio, & hoc tripliciter. *Primo*, cum legitima peccat cum soluto. *Secundo*, cum legitimus peccat cum soluta. *Tertio*, si legitimus peccat cum legitima. Primum graue, secundum grauius, tertium grauissimũ. Circa hoc quæritur, vtrum in actu adulterij peccet plus vir, quàm vxor, & videtur, quod non plus peccat, quia ad pœnam adulterij diuortium vtrorumque celebratur, ergò à pari ratione cum pœna adæquari debent in peccato, & videtur, quod æqualiter vterque peccet. Antecedens patet in Canone 32. q. 5. Præcepit, vbi dicitur. Apud nos quod non licet fœminis, æquè non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censeatur. Et Innocent. Papa 32. q. 5. Christiana, & allegat Magist. in 4. di. 35. c. 1. Christiana religio, adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat, ergò pari peccato peccant. Ad quæstionem dicendum, quod cæteris paribus plus peccat vxor simpliciter, quia vt dicit S. Thom in 4. di. 33. art. 4. Ipsa addit super malum fidei malum prolis, quia ex peccato vxoris causatur incertitudo prolis. Sed aliter dicendum est in fornicatione simplici, cæteris paribus plus peccat vir, tum quia habet plus de bono rationis, tum quia mulier plus habet de humido inclinante ad hoc, & magis per consequens excusabilis. Sed in matrimonio additur hoc ad peccatũ vxoris, quod est malum prolis. Sed quantum ad bonum fidei, qua vterque alteri æqualiter inclinatur vterque æqualiter peccat. Insuper est notandum, quod quantum ad bonum fidei, qua vterq; alteri obligatur æqualiter peccant, quia æqualiter obligãtur. Sed vlterius quantum ad bonũ prolis, plus peccat mulier, quia causat incertitudinẽ prolis, vnde simpliciter loquendo, plus peccat vxor adultera, quam vir adulter.

Vxor plus peccat quã vir.

In simplici fornicatione plus peccat vir, quã mulier.

Considerando bonũ prolis, plus peccat vxor adultera quã vir adulter.

Ad argumentum in oppositum, concedendum est, quod ad paria dicantur in causa diuortij, quia illud propter quod faciendum est diuortiũ, est fractio fidei, & quantum

tum ad hoc, æqualiter peccant in actu adulterij, non tamen ſimpliciter æqualiter. Vnde dicendum, quod ad æqualem pœnam iudicantur, ſed non ex æqualibus cauſis. Sicut duo fures, quorum vnus in duplo peior eſt alio, ad æqualem pœnam iudicantur. Non ſequitur quod æqualiter peccent, quia mulier peccat contra bonum fidei & bonum prolis. Vir autem ſolum contra fidei bonum, ideò cauſa diuortij in muliere eſt maior cauſa, licet in vtroque cauſa ſit ſufficiens. Ex his duobus modis ducens vxorem, non poteſt venire ad cœnam cœleſtem.

F TERTIO, ducitur vxor in licito coniugio, & qui ſic vxorem duxerit, ad beatitudinem cœleſtis cœnæ peruenire poteſt, vt patuit ſupra ſermon. 36. V. Eſt tamen circa hoc NOTANDVM, vt vir ad cœnam agni perueniat, circa vxorem ducendã quatuor iſta nota, qualiter ſit eligenda, qualiter corrigenda, qualiter dirigenda, & qualiter diligenda. Eſt enim vxor eligenda diſcretè, dirigenda manſuetè, & diligenda cõpletè, vt ſit electio per diſcretam deliberationem, directio per manſuetam gubernationem, correctio per ſecretã informationem. Et dilectio per completam communicationẽ. *Primo*, ergò eſt eligenda vxor diſcretè, nõ ſubitò nec præcipitanter capienda, quia talis feruor in principio facit pœnam in futuro. Exemplum habemus Gen. 34. de Sichem filio Emor, qui ad primum aſpectum Dinæ filiæ Iacob rapuit eam, & mori voluit niſi eam ducere poſſet, & fecit in tanto feruore, quod pro eius amore, ſe & populum ſuum totum circumcidi promiſit, & ob eius facti præcipitationem interfectus eſt cum populo ſuo per fratres Dinæ. Non ergò in ducendo vel eligendo vxorem, habeatur totaliter reſpectus ad formam, vel ſpeciem mulieris. Quia vt dicit Boët. lib. 3. de conſo. proſa. 8. Formæ verò nitor, vt rapidus, id eſt, valde tranſitorius eſt, vt velox eſt, & vernalium florum mutabilitate fugatior. Et dicit Seneca. Si laudas pulchritudinem, expecta modicum, & nihil erit. Et dicit Sapiens. *Propter mulierum ſpeciem multi perierunt;* Eccli. 9. Alij gladijs, alij ſuſpendijs, alijque veneficijs, idcirco non eſt forma vel ſpecies principaliter in muliere conſideranda, vel reſpicienda, nec debet haberi reſpectus ad diuitias. Quia dicit Auguſtin. de verbis Domini Serm. 49. Si vxor amat maritum quia diues eſt, non eſt caſta, non enim amat maritum, ſed aurum mariti, idem eſt de Viro, ſed ad mores debet habere præcipuè reſpectum. Nam in tantum eſt gratioſum negotium benè nubere, quod teſte Salomone donum Dei propriè reputatur. Prou. 19. *Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem vxor prudens.*

Vxor eſt eligenda diſcrete, dirigenda manſuetè.

Vxor nõ præcipitanter accipienda.

G Diſtinguit autem Ariſt. 8. Eth. cap. 3. tres ſpecies amicitiæ, videlicet propter bonum vtile, propter delectabile, & propter honeſtum, id eſt, propter bonos mores, & iſta eſt perfecta amicitia, & quicquid boni eſt in duabus primis ſpeciebus, totum eſt in vna iſta, vnde iſta eſt ſola amicitia manſura, non autem amicitia propter vtile, quæ eſt propriè ſenum & mercatorum, & talium amicitia tranſit beneficio vtilitatis ceſſante. Amicitia autem propter delectabile, quæ eſt proprie iuuenum, & ceſſabit velociter delectatione tranſeunte. Et ideò dicit Ariſtot. quod amicitiæ iuuenum ſunt de facili permutabiles propter duo. *Primo*, propter ætatem variatur delectatio. Non enim delectatio placet adoleſcenti, quæ placet puero. *Secundo*, quia incipiunt amare, non ex perfecto iudicio rationis, ſed ex paſſione: Paſſio autem citò tranſit, & ideò velociter amant, & velociter ab amore ceſſant. Sed tertia amicitia, quæ eſt propter bonum honeſtum, habet iſtas conditiones, quia eſt manſura & rata, quia fun-

Amicitia triplex ſecundum Ariſtotelem.

Amicitia iuuenum mutabilis.

Digitized by Goog

fundatur ſuper bonos mores, quæ virtuoſis ſemper manent. Rara autem eſt, quia pauci ſunt virtuoſi. Et indiget hæc amicitia longo tempore & conuictu, & experientia morum. Vnde dicit ibidem Ariſtoteles. Non ſcire eſt ad inuicem dilectionem veram, donec modius Salis comedatur & conſumatur.

Holkot in li. Sap. lect. 45.

Cum ergò Viri & Vxoris debeat eſſe amicitia maxima, non poterit fundari ſupra pulchritudinem corporalem, quia illa tranſibit, Prouerb. 31. *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo.* Nec poterit fundari ſuper diuitias, quia illa amicitia eſt propter vtile, & amicitia per accidens, quia bona diliguntur non perſona. Vnde Hieronymus contra Iouinianum lib. 1. Marcia, inquit, Catonis filia minor, cum quæreretur ab ea: Cur poſt amiſſum maritum non denuò nuberet? Reſpondit: Se non inuenire virum, qui ſe magis vellet quàm ſua: Quo dicto, inquit Hieronymus, eleganter oſtendit, diuitias magis eligi ſolere, quàm pudicitiam. Hæc ille. Certè modernis temporibus, nec pudicitia, nec honeſtas morum, mouet ad nuptias, ſed tantum diuitiæ & libido, & ideo non perſeuerat amicitia, nec prouenit prolis apta vt frequenter inter coniuges. Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. homil. 1. Exponens illud. *Salomon autem genuit Booz de Raab.* Qui, inquit, ſecundum imperium Dei accepit vxorem à Deo prouiſam, in virtute generat filios & in ſeipſis virtutem habentes. Booz enim robur interpretatur. Qui autem accipiunt vxores ex prouiſione Diaboli, in infirmitate generant filios, nec valentes, nec fortes, niſi in malo, vt ad pœnam ſuæ irregularitatis, non ad gaudium & conſolationem videantur filios genuiſſe. *Et infrà.* Booz genuit Obeth ex Ruth, qui interpretatur ſubditus. Nunc autem qui diuitias eligunt & non mores, pulchritudinem & non fidem. Et quod in meretrice ſolet quæri hoc in coniugijs optant, propterea non generant filios ſubditos, vel ſibi, vel Deo, ſed contumaces contra ſe, & contra Deum, vt filij eorum non ſint fructus iuſtæ commixtionis eorum, ſed pœna condigna irregularitatis eorum. Hæc Chryſoſtomus.

Multi non pudicitiæ aut honeſtatis, ſed diuitiarum & libidinis cauſa nubunt.

Cauſa cur quidam generant contumaces filios.

Exemplum habemus expreſsè, Tob. 6 vbi legitur, quod Sara filia Raguelis ſeptem viris tradita fuit, quos ſingulos prima nocte Deus, Aſmodæus nomine, ſuffocauit, manente Virgine intacta. Et ideo cum Raphaël ſuggereret iuniori Tobiæ, dixit ita. *Audi me, & oſtendam tibi, qui ſunt quibus præualere poteſt Dæmon. Hi namq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem ſuper eos Dæmon.* Taleſque benè poſſunt dicere verbum allegatum, Vxorem duxi, ſcilicet propter libidinem vacandam, & ideò non poſſum venire, quia multi propter vxores à regno Dei excluduntur. Et ſubdit Angelus. *Tu autem cum acceperis eam, ingreſſus cubiculum, per tres noctes continens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus vacabis cum ea. Tranſacta autem tertia nocte, accipies Virginem cum timore Dei, magis amore filiorum, quàm libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ in filijs benedictionem conſequaris.* Et NOTANDVM, quod fuit prima occaſio, quare filij Seth receſſerunt à Deo, & quare diluuium inundauit, Gen 6. *Cum cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filios procreaſſent, videntes filij Dei*, id eſt, Seth *filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.* Sic ergò primo volenti vxorem ducere, debet eam diligere diſcretè. Exemplum quomodo Abraham adiurauit Eleazar ſeruum ſuum, quod non acciperet vxorem filio ſuo Iſaac, *de filiabus Canaan*, Gen. 24. Et Iacob cum matura deliberatione ſibi de vxoribus prouidit, *ſeruiens pro eis, quatuordecim annis*, Gen. 29.

H

I
An licitum fuerit aliquando habere plures vxores.

Incidentaliter hic incidit vna dubitatio seu quæstio. Ex quo dictum est, quod Iacob prouidit sibi de vxoribus, vtrum licitum fuit aliquando habere plures vxores. Dicunt Doctores, quod nunquam licitum fuit vni viro plures vxores habere absque diuina dispensatione, quia inducta fuit homini, à primæua institutione singularitas, ita quod vnus Vir esset coniugio copulatus vxori vni, Genes. 2. *Adhærebit vxori suæ*, & non dicit vxoribus. Sed quod Abraham & Iacob plures habuerunt vxores, fuit propter multiplicationem cultus diuini, qui secundum Doctores fuit causa desponsandi, secundum quod dicit Augustinus super Gen. 2. *Obijciuntur* Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, crimen non erat. Idem in lib. de Virgin. dicit. Antiquitus iustis non fuit peccatum, quod pluribus fœminis vtebantur, neque contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuiendi causa, sed gignendi hoc faciebant. Et si quis *obijceret* de Lamech, Gen. 4. qui primus habuit duas vxores, & secundum gloss. primus contra morem & naturam adulterium introduxit. Et si ille fuit adulter, quare non & alij, qui plures vxores habuerunt? Ad hoc dicunt Doctores, quod Lamech auctoritate propria sine diuina dispensatione plures vxores habuit, & propter hoc dicitur adulterium introduxisse, quia de iure diuino debuit primæ vxori fidem seruasse. Sed alijs patribus licitum fuit, habere plures vxores ex diuina dispensatione, propter generationis officium.

Lamech quare adulter, & non alij.

K
Vxores secretè corrigendæ non publicè confundendæ. Crudelitas quorundã in vxores.

SECVNDO, Vxor corrigenda est secretè, non cum confusione, vel verecundia publicè arguenda. Vnde Varro in quadam Comœdia: Vitium coniugis, aut est tollendum aut ferendum. Qui tollit vitium, commodiorem coniugem efficit: qui fert, seipsum efficit meliorem & ideo multum arguenda fuit seuera austeritas trium virorum, de quibus narrat Valerius lib. 6. cap. 3. quorum vnus vocabatur Sulpitius Gallus, hic publicè vxorem repudiauit: quia in publicum prodierat discooperto capite.

Secundus vocabatur Sexinus Sophus, aliàs Sæuus, hic similiter vxorem suam repudiauit, quia ausa est ludos spectare ipso ignorante. Tertius dicebatur Metellius, hic Vxorem, eò quod vinum bibisset, fuste percussit & interemit. Non sic S. Iob, licet vxorem pessimam habuerit, sic arguebat, sed secretè & modestè. Nam cum diceret ad ipsum, *Benedic*, id est, maledic *Deo & morere ait. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es*, Iob 2. Nec dixit quod fuit stulta, sed quod quasi vna de stultis loquebatur.

Vxor dirigenda mansuetè, sine verborum austeritate.

TERTIO, dirigenda est mansuetè, non tamen Tyrannide cum verborum austeritate, non cum cordis amaritudine. Quia dicit Apostolus ad Colos. 3. *Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas.* Ideo formata fuit mulier, non de capite, nec de pede, sed de costa, & assumpta de latere, in signum, quod nec debet esse domina, nec ancilla, sed socia viro. Sicut notat Magister lib. 2. sentent. distinct. 18. cap. 2. sunt verba Hugonis, libro 1. parte 6. cap. 25. Cum facta sit mulier de viro, non de qualibet parte corporis viri, sed de eius latere formata est, vt ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectionis, ne fortè si fuisset de capite viri facta, viro ad dominationem videretur præferenda, aut si de pedibus ad seruitutem subijcienda. Quia ergò viro, nec Domina, nec ancilla parabatur, sed socia, nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuit facienda, vt iuxta se ponendam agnosceret, quam de suo latere sumptam didicisset. Hæc Hugo cum Magistro. Sed quod dicit, quod viro parabatur socia, hoc verum est, ante peccatum, sed post peccatum dictum fuit mulieri. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*, Gen. 3. Vt iam vir sit mulieri Dominus,

Mulier quare ex latere viri formati.

qui

Digitized by Google

qui antè peccatum fuit ei socius, debet tamen, vt dictum est vir eam mansuetè regere & concorditer, quia tale regimen cum concordia placet Deo. Iuxta illud Eccli. 25. In tribus benè placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & enumerat ea, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi benè consentientes.

Regimen cum concordia placet Deo.

QVARTO, vxor diligenda est completè, istam completionem caritatis & amicitiæ, quæ debet esse inter virum & vxorem, Apostolus mensurat tripliciter. *Primo* modo, per dilectionem Christi ad Ecclesiam, quæ fuit maxima. *Alio modo*, per dilectionem viri ad corpus proprium. *Tertio* modo, per dilectionem ad seipsum. De primo ad Ephes. 5. *Viri diligite vxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea* De secundo, viri debent diligere vxores, sicut corpora propria. De tertio, vnusquisque diligat vxorem suam sicut seipsum. Ita dilexit vxorem suam quidam Romanus, vt potius mori vellet, quàm eam mori permitteret. De quo refert Valerius lib. 4. c. 5. dicens. Tyberius Gracchus Romanus duos apprehendit angues, scilicet masculum & fœminam, certificatus fuit per aruspicem, quod dimisso masculo, vxor sua celeriter moreretur; ille statim fœminam dimitti iussit, sustinuitq; ibi in conspectu serpentis, seipsum interitu serpentis occidi. Et meritò sunt vxores diligendæ propter tria, quia sunt gratæ in conuiuendo, condolendo, & commoriendo.

Vxor quomodo diligenda.

Tyberij Grachi Romani amor in vxorem suam.

Gratæ in conuiuendo, sicut refert Valerius, vbi suprà, de Regina vxore Mithridatis, quæ in tantum effusis caritatis habenis virum amauit, quod tonsis capillis, habitu virili assumpto, equis & armis se assuefecit, vt virum fugientem continuè per terras extraneas sequeretur. Sunt *secundo* gratæ & piæ in condolendo, sicut ibidem narrat Valerius, quod cum Lacedemonij à Spartanis essent capti, & ad decolandum in carcere reseruati: coniuges eorum allocuturæ viros perterritos, intrauerunt carceres, impetrato à custodibus aditu, commutataq; veste per simulationem dolorum, velatis capitibus eos abire passi sunt, & ita ipsi liberabantur, & ipsæ saluabantur. *Tertio*, sunt gratæ in commoriendo. Narrat Hieronymus contra Iouinianum lib. 1. Indi, nec non penè omnes barbari, vxores plurimas habent. Apud Indos lex est vt vxor charissima cum marito defuncto cremetur: nam iuxta cadauer vxor accubat, amplectens illud, & deosculans, & suppositos ignes pudicitiæ laude contemnens. Idcircò vnusquisque vxorem suam discretè eligat, mansuetè regat, secretè corrigat, & completè diligat, vt cum ea pœnas æternas euadat, & cœnam cœlestem beatitudinis feliciter apprehendat.

Vxores diligendæ propter tria:

L

DE EADEM.

Sermo tertius.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia parata sunt omnia. Lucæ 16.

M

COnsuetudo est dominorum magnorum mũdi, & principum, & regum, interdum suis subditis facere conuiuium, vt eos faciant benevolos ad seruiendum sibi. Sicut legitur figura, Gen 40. de Pharaone Rege Ægypti, qui in die natiuitatis suæ fecit conuiuium pueris suis, id est, seruis suis,

& hoc est, quod dicit textus Bibliæ. *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat, qui fecit grande conuiuium pueris suis:* Sicut etiam legitur Marci 6. de Herode Antipa, qui etiam talem consuetudinem seruauit, quia de ipso dicitur. *Cum dies opportunus accidisset, Herodes in natali suo cœnam fecit principibus, & turbis, & primis Galilææ.* Sed notabile est valdè, quod in conuiuio Pharaonis occiditur Pistor, & in cœna Herodis Ioannes Baptista, quia dicitur, Genes. 40. in fine, quod in tali conuiuio Pharao *recordatus pincernæ & pistoris*; Vnum restituit in locum suum pristinum, scilicet pincernam, vt ei poculum ministraret; Alterum verò in patibulo, vt coniectoris, scilicet Ioseph, veritas probaretur. De Herode dicitur, Marci 6. vbi suprà, quod *missso speculatore, præcepit amputare caput eius*, & ferre in disco.

Pharao & Herodes diabolum designant.

Diabolus nudauit hominem virtutibus.

MORALITER. Per hos duos reges Diabolus significatur, ratione interpretationis. Nam Pharao interpretatur nudauit virum, & significat antiquum serpentem qui Adam virum in statu innocentiæ nudauit, & spoliauit virtutibus sibi à Deo datis, vt dicit B. August. & allegatur à Magistro lib. 2. sent. dist. 29. Princeps vitiorum, cum vicit Adam de limo terræ formatum, ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, caritate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliauit, pariterq; peremit. Sed Herodes interpretatur pellibus glorians, & significat iterum malignum spiritum, qui gloriatur in pellibus, id est, reprobis & damnatis, qui significantur per pelles. Habacuc. 3. *Turbabuntur pelles & terræ Madian*, id est, hymni damnabuntur. Iste inquam Rex Ægypti, id est inferni, fecit, hic conuiuium famulis suis, vt sibi eò fidelius famulentur, & in inferno facit eis cœnam: & in vtriusq; tàm præsenti conuiuio, quàm in futuro dat eis ferculorum multitudinem, & in his conuiuijs occidit eos hìc spiritualiter, & ibi æternaliter. quia dicitur in Psal. 48. *Quasi oues in inferno positi sunt*, scilicet post mortem culpæ, & *mors*, scilicet gehennæ *depascet eos*, id est, affliget eos, & ruminabit sicut vermes corrodunt cadauer in sepulchro. De cœna quam ibi suis fecit, videlicet in inferno, quantum ad sensum Allegoricum possunt exponi verba præsentis Euangelij allegata, quæ prius in sermone, id est, ad sensum Anagogicum sunt de cœna cœlesti, breuiter & cursim explanata.

Diabolus hic suis conuiuium parat, vt ei fidelius famulentur.

Ad sensum autem allegoricum in verbis thematis tria tanguntur. *Primo*, conuiuiorum magnitudo, ibi; *Homo quidam fecit*. *Secundo*, inuitatorum multitudo, ibi; *Et vocauit multos*. *Tertium*, seruorum sollicitudo, ibi; *Et misit seruum suum*.

N

Homo singularis dicitur ipse diabolus.

Circa hoc est NOTANDVM, quod homo iste allegoricè significat Diabolum, qui Matth. 13. dicitur. *Inimicus homo, qui superseminauit Zizaniam* peccatorum in agrum huius mundi, & dicitur *quidam*, id est, singularis homo. PRIMO, propter malitiæ multiplicitatem. Sicut enim Christus dicitur homo propter peccati immunitatem. Iuxta illud 1. Pet. 2. *Qui peccatum non fecit*, ita & Diabolus, dicitur è contrario, *quidam*

I.

Propter malitiæ multiplicitatem.

propter peccati multiplicitatem, quia dicit Dionysius de diu. nom. ca. 4. Omnis malitia & omnis immunditia à Diabolo exercitata est, intellige hoc indirectè & occasionaliter, quia ipse instigauit, & induxit Adam patrem nostrum ad peccandum, ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quædam pronitas ad peccandū. Si autem intelligatur hoc directè & effectualiter, tunc Diabolus non est causa omnis peccati, nec omnis malitia ab eo excitatur. Quia dicit Origenes. Etiam si Diabolus non esset, homines appetitum haberent cibi & Venereorum, circa quæ inordinatio multa contingit. Ideo etiam dicit Augustinus de Ecclesiasticis dogmatibus. Non omnes cogitationes malæ excitantur à Diabolo.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDO, dicitur quidam propter naturæ ſubtilitatem; adeò enim ſubtilis eſt dæmon in ſua natura, quod præcellit omnes homines mortales. Ideò dicit Magiſter li. 2. diſt. 7. ca. 5. Nam licet mali angeli ita per malitiam ſunt obſtinati, viuaci tamen ſenſu, id eſt, Sindereſi, vel ſubtilitate ingenij, non penitus priuati ſunt. Et allegat Magiſter ad probationem ſui dicti Iſidorum de ſum. bon. lib. 1. c. 9. Triplici, inquit, acumine ſcientiæ vigent dæmones, ſcilicet, ſubtilitate naturæ, gloſſ. quo ad ſcientiã innatam: experientia temporum ſcilicet, acquiſita ſcientia, & reuelationem ſuperiorum ſpirituum, id eſt, angelorum. *II.* Propter naturæ ſubtilitatem.

TERTIO, dicitur quidam propter naturæ poteſtatem. Nam *non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparatur ei*, quia factus eſt, vt nullum timeret Iob. 41. Diabolus hanc poteſtatem habuit ante paſſionem Chriſti, quæ modo eſt ablata ei. Ideò dicit Magiſter lib. 3. diſt. 19. c. 1. Licet nos tentet poſt Chriſti mortem, quibus modis ante tentabat, non tamen vincere poteſt ſicut ante vincebat. Et declarat hoc in Petro. Nam Petrus qui antè mortem Chriſti voce ancillæ territus negauit, poſt mortem ante reges & præſides ductus non ceſſit. Quare? quia fortior, id eſt, Chriſtus veniens in domum fortis, id eſt, in corda noſtra, vbi diabolus habitat, alligauit fortem, id eſt, à ſeductione compeſcuit fidelium, vt tentationem, quæ ei adhuc permittitur, non ſequatur ſeductio. Hæc ille. Iſte igitur Diabolus ad ſimilitudinem cuiuſdam hominis fecit ſuis famulis duplicem cœnam, vnam in mundo furioſo, aliam in inferno ærumnoſo. *Prima* cœna, quam fecit in mundo furioſo figurata eſt. 2. Reg. 13. vbi legitur, quod *Abſolon fecit conuiuium quaſi regis conuiuium*. Abſolon interpretatur quaſi Patris mei amaritudo. Et figurat Diabolum, qui quantũ in eo eſt Patrem ſuum Deum omnipotentem amaricare nititur per peccatum. Iſte fecit conuiuium regis, quia ipſe eſt *rex ſuper omnes filios ſuperbiæ*. Iob. 41. In quo quidem conuiuio appoſuit ſuis conuiuis multa fercula, ex quo multos vocauit. *III.* Propter naturæ poteſtatem. Diabolus ſuis duplicẽ cœnã facit. Fercula diaboli.

Primo, quidem dat in iſto conuiuio ſuo Pauones Superbiæ, dicit enim Auguſtinus 21. lib. de ciuitate Dei, c. 1. quod caro Pauonis benè decocta, iterum deuenit cruda, ſicut ipſe expertus eſt poſt anni ſpacium iam transactum. Sic ſuperbia quantumcunque vincatur, ſemper recrudeſcit & recreſcit, quia nunc ſuperbiam de naturalibus bonis, vt ſanitate, pulchritudine & naturali induſtria, nunc de fortuitis bonis, vt diuitijs, honoribus & huiuſmodi, nunquam de ſpiritualibus bonis, vt caſtitate, humilitate, & morum honeſtate, cæteris virtutibus, quas à nobis habere non poſſumus, ſed à ſolo Deo. Ideò dicit Auguſtin. de natura & gratia, cætera vitia in maledictis valent, ſuperbia etiam in rectè factis eſt cauenda. 1. Pauones Superbiæ.

Secundo, dat in iſto conuiuio perdices auaritiæ, vel iniuſtitiæ. Perdix enim vt dicit Ambroſius in lib. Hexameron. Cum oua ſua perdiderit, oua alterius perdicis furatur, atque capit. Sed pulli procreati, ad vocem matris relinquunt falſam nutricem & ſequuntur matrem. Ita mali Domini cum bona ſua malè perdiderint, per inutiles expenſas & conſumptiones, bona pauperum auferunt per iniuſtas extorſiones & exactiones, & cum iam deficiunt bona pauperum, attentant & rapere bona Clericorum. 2. Perdices auaritiæ, vel iniuſtitiæ. Quidam bonis ſuis malè conſumptis inuadunt bona Clericorum.

Sicut legitur de quodam Tyranno, qui dum diu pauperes ſuos per iniuſtas exactiones oppreſſiſſet, quadam nocte ſibi in ſomnis videbatur, quod comederet brachium ſiniſtrum pueri, quem virginis imago tenebat ſuper altari. Cumque præ famis

anguſtia brachium dextrum comedere attentaret, puer eleuata manu percuſſit eum, & occidit ante altare. Et cum ex illo caſu euigilaſſet, & ſominum vxori & familiæ enarraſſet, ſubitò expirauit. Quid per manum ſiniſtram pueri niſi pauperes ſubditi, quorum ſubſtantiam rapiunt domini terreni, & inutiliter conſumunt. Et vnicuique tali dicit Sapiens. *Qui aufert in ſudore* ſcilicet acquiſitum *panem, quaſi qui occidit proximum ſuum.* Eccli. 34. Sed quid per manum dextram pueri, niſi Sacerdotes & Clerici, qui debent eſſe immunes ab omni exactione ſeculari, vt probatur 23. q. vlt. ca. Conuenior & §. quamuis. C. de ſacroſ. Eccle. Ad inſtructiones, & L. placet. 11. q. 1. Si tributum. 16. quæſt. 1. in canonibus. Extra de cen. & exact. c. 1. C. de Epiſc. & Cleric. l. de his ff. de publicanis. Imperatores. Sed tamen hos canones & leges ſanctas, quidam domini & Conſules ciuitatum, & rectores & alij, qui poteſtatem habere videntur, non curant, nec aduertunt. Sed tot onera Eccleſijs & clericis ipſorũ imponunt, vt deterioris conditionis factum ſub ipſis ſacerdotium videatur, quàm ſub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat, & tamen omnibus alijs ſeruituti ſubiectis, Sacerdotes & eorum poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimonia miniſtrauit, vt Gen. 47. vt extra de re. Eccleſ. Non minus. Ideò ibidem ſub anathematis diſtrictione ſacrum Concilium Lateranenſe fieri prohibet, & ſi talia de cætero commiſerint, & commoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi, quàm fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubiacere, nec communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem.

Sacerdotes & Clerici immunes ab omni ſeculari exactione.

Sacerdotum cõditio nũc eſt deterior, quàm ſub Pharaone fuit.

Et NOTA, quod etiam ciues & mercatores ad inſtar perdicis iniuſtè furantur aliorum bona, quia quicquid iniuſtè eſt acquiſitum totum eſt furtum. Videmus enim tam de ciuibus, quàm de mercatoribus quàm etiam interdum de nobilibus, quod per viam vſuræ, vel etiam aliam conuentionem, iniuſtas emunt terras, redditus & manerics, quæ aliquando procurauerunt, & occupant ad tempus. Sed certe poſt mortem ſuam omnia ab eis & hæredibus eorum recedunt vt frequenter: quia dicit Metriſta.

Mercatores ſimiles ſunt perdicibus.

Fraudes nobilium in bonis emendis

De malè quæſitis vix gaudet tertius hæres.

Et tunc verificatur illud Hierem. 17. *Perdix fouet, quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio.*

O

3.

Tertio, dat eis Diabolus in ſuo conuiuio, quod hic in mundo fecit, columbas luxuriæ. Nam columbæ multum Venereis vacant, ideò ſecundum Iſidorum. Columba dicitur quaſi colens lumbos. Dicit enim Ariſtoteles, quod columba eſt auis voluptuoſa, & ouat omni tempore & faciunt pullos, cum fuerit eorum manſio calida, & fuerit eorum cibus paratus: Sic etiam heu multi vacant luxuriæ, & faciunt fructus peſſimos, vel *luxuria naturalis*, quæ commixtione vtriusque ſexus perficitur: Vel *luxuria innaturalis*, quæ abſque fæmineo tactu perficitur, quæ in ſacra ſcriptura immunditia nominatur, ad Gala. 5. *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt immunditia, fornicatio*, gloſſ. quantum ad vitia contra naturam: Vel *luxuria ſpiritualis*, quæ ſolo animo concipitur de qua Dominus in Euangelio ait: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Matth. 5. vbi mœchatus eſt idem quod fornicatus. Mœchus enim, eſt idem quod fornicans, cum meretrice, vel adulter: Mœchia enim eſt adulterium. De hac ſpirituali fornicatione dicit Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus: Mulierem non noui, & tamen non ſum virgo. Quod ideo ſecundum

Columbas luxuriæ.

Mœchia eſt adulterium.

dum Ioannem Cassianum dicit. Quia licet integritatem corporis seruauerit, per cogitationes tamen animum alliciens, quandoque perdidit integritatem mentis.

P

Quarto, dat eis de apris iracundiæ. Nam aper est animal sæuum & tantæ feritatis secundum Auicennam, quod etiam mortem paruipendens, contra Venatores ferro intrepidè se infigit. Et etiam iam transfixus contra sibi insistentem, vires recolligit, & nimia audacia mortem non timens contra hostis venabulum se opponit. Sic iracundus homo, vt vindictam de inimicis reportet, ex ipsa ira periculum mortis paruipendens, etiam in tela ferrea se immittit intrepidus, nec vulneratus refugit, sed maiori furore in suos vulneratores insurgit. Ideò dicit Iob. 5. *Virum stultum interficit iracundia.*

4. Aprum iracundiæ.

Quinto dat, seu anteponit de ceruis gulæ. Nam cerui, vt dicit Plinius, in specu. natur. auidè pabula petunt, & cum nimis se pingues sentiunt, latebras petunt. Sic gulosi in sumendis cibis sunt auidi, quod est contra illud Sapientis. *Noli auidus esse in omni epulatione, nec te effundas super omnem escam.* Eccli. 37. Et tales gulosi latebras quærunt tabernarum, in quibus seruiunt Diabolo die ac nocte, cum deberent Christo Dominicis diebus deseruire, & eius mandatis obedire, quæ verè contemnunt propter gulam. Dicit enim Hermannus de soldis. Quando aliquis inordinatè gulæ, vel concupiscentiæ inhæret tanquam vltimo fini, ita quod talis quasi Deum contemnens, paratus sit Dei præcepta & Ecclesiæ transgredi, vt delectationes gulæ assequatur, & talis grauiter peccat.

5. Apponit de ceruis Gulæ.

Gulosi amãt latebras tabernarum.

Sexto, apponit Diabolus suis conuiuis ferculum de vrsis inuidiæ. Nam secundum naturales, indifferenter vrsus comedit mel, vel carnes. Et dicit Aristoteles libr. 6. Animalium, quod propter magnam fortitudinem comedunt carnem. Sed mel comedunt propter dulcedinem. Et in tantum diligunt mel, quod etiam arbores ascendunt, & propter dulcedinem mellis aliquando vrsus cadit & se confringit. Sic inuidia, ad instar Vrsi, comedit carnes cum facit detractiones, & libenter audit detrahentes. Contra, quod dicitur Prou. 23. *Noli esse in conuiuiis peccatorum, nec comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt*, vbi dicit glossa ordinaria. Carnes ad vescendum ferre, est in collatione detractionis, vel derogationis, vicissim vitia proximorum dicere. Et non solum inuidia comedit carnes detractionis, sed etiam mel comedit, quando dulcem famam hominis annihilat & paruipendit, quia adeò corruptus est inuidus, quod ei redolens fama fœteat, & fœtens redoleat. Amara sunt ei etiam dulcia, & dulcia amara. Ideò ad inuidos dicit Dominus Isai. 5. *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Isti inquam inuidi adeò diligunt mel bonæ famæ deuorando consumere, quod etiam in arbores id est, in fide perfectos homines non verentur ascendere, & famam bonam virtutesque eorum extinguere, cum tamen dicit Dominus Apoc. 7. *Nolite nocere terræ neq; arboribus*, id est, hominibus perfectis, neque imperfectis famæ ipsorum nocendo.

6. Apponit ferculum de vrsis Inuidiæ.

Inuidus libenter audit detrahẽtes.

Inuidi mel bonæ famæ proximi deuorant.

SEPTIMO & vltimò apponit in hoc conuiuio ferculum de Cetis acediæ. Quia secundum naturales, Cetus est piscis multum tardus, quia in eo dominatur materia terrestris pluſquam aquæ, & est multæ corpulentiæ & pinguedinis. Et præsertim in senectute fit ita acedioſus, quod stat per aliquot annos quasi immobiliter, & in dorso eius coadunatur puluis & condensatur in tantũ, quod herbæ & frutices ibi crescunt, ita vt similis Insulæ videatur, vt dicit Iorath. Sic acedioſi homines sunt multũ tardi

Q

7. Vltimũ ferculum est de Cetis Acediæ.

ad

ad bona opera, vt in eis interdum coadunetur puluis malarum cogitationum, aut peccatorum, & herbæ carnalium voluptatum. Iuxta illud Prou. 24. *Per agrum pigri hominis transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerunt vrtica, & operuerunt superficiem eius spina,*

Dæmon in specie angeli tentauit S. Iulianam virginem.

Hæc sunt ferculæ septem, quæ præparauit Diabolus in cœna huius mundi, & mittit seruos suos ad omnia mala inuitare homines, sicut patet in legenda sanctæ Iulianæ, quæ tentantem dæmonem cum deprehendisset, qui venit ad eam in specie angeli, monens eam, dijs sacrificaret, & quæsiuit ab eo, ad quid venisset? Respondit ad ipsam decipiendam pater suus eum misisset. Cui cum Iuliana diceret. Et quis est Pater tuus? Ait ille Beelzebub, qui ad omnia mala nos dirigit, & facit nos grauiter verberari, quoties à Christianis fuerimus superati.

Exemplum de Monachorum fornicationem lapso.

Ideo legitur in Vitas pat. lib. 3. c. 66. (*Palladius vita* 103. nu. 17. Quidam Monachus filius Sacerdotis idolorum, cum paruulus esset, & sederet in templo idolorũ, vidit Sathanam sedentem & omnem militiam illius astantem. Et ecce repente vnus de principibus eius veniens adorauit eum. Cui dixit. Vnde venis? Respondit: Fui in illa prouincia suscitans bella, & effusiones sanguinis. Dixit ad eum Sathan: Quanto tempore hoc fecisti? Respondit in triginta diebus: & iussit eum flagellari dicens. Tanto tempore non plus fecisti? Et ecce veniens alius adorauit eum, & ab eo interrogatus; Vnde veniret? Respondit, in mari fui, & feci commotiones submergens naues cum hominibus. Cui Dæmon: Quanto tempore hoc fecisti? Respondit, in viginti diebus, & hunc similiter iussit flagellari. Tertiusque venit nunciauit ei dicens, quod per decem dies in quibusdam nuptijs seditiones commouisset, & quod in illis multi vulnerati sunt, & sponsus interfectus, & hunc similiter iussit flagellari, eò quod tantum tempus expendisset. Tandem vnus venit & adorauit eum dicens, Ecce quadraginta annis impugnaui Monachum in Heremo, & vix in illa nocte præualui, & feci eum fornicari. Quod audiens princeps dæmoniorum surrexit, & osculatus est eum, tollensque coronam quam habuit in capite, & posuit in capite illius, & fecit eum sibi considere, dixit, quod maximũ quid fecisset. Ecce quomodo mittit Sathanas seruos suos vocare inuitatos ad ferculæ sui conuiuij.

Conuiuium diaboli fit causa perditionis.

Sed quilibet homo sanæ mentis non debet ad hoc conuiuium accedere, quia non fit causa refectionis, sed causa perditionis. Quia legitur 2. Reg. 13. Sicut Absolon illud conuiuium grande fecit, vt in eo posset occidere fratrem suum Amon, dicens seruis suis. *Obseruate eum cum temulentus fuerit Amon in vino, & dixero vobis: percutite eum & occidite, nolite timere, ego sum, qui præcipio vobis.* Et sequitur. *Fecerunt pueri Absalon aduersus Amon, quod præceperat eis Absolon.* Sic Diabolus ad conuiuium inuitat nos peccatores iam dictorum, vt nos intoxicatos & inebriatos occidat, qui sumus fratres angelorum. In cuius figura legitur Iob. 1. *Dum filij Iob conuiuarent in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, & omnes oppressit, & mortui sunt.*

Sed NOTA, quod cum Absalon inuitaret ad conuiuium, aliqui venire recusauerunt, quidam verò venerunt. Nam Dauid noluit cum suis venire. Sicut legitur Regum vbi supra, quod Absolon vocauit omnes filios regis, scilicet Dauid, venitque ad Dauid & ait. *Veniat, oro, rex cum suis ad seruum suum: Dixitq; Dauid ad Absolon. Noli fili mi rogare, vt veniamus omnes & grauemus te. Cum autem cogeret eum, & noluisset*

luiſſet venire, ait Abſolon. Si non vis venire, veniat obſecro ſaltem nobiſcum Amon & omnes filij Regis.

MORALITER. Sicut Abſolon omnes filios regis inuitauit, ſic & Diabolus omnes ad conuiuium ſuum inuitat, ſed tamen non omnes veniunt. Nam Dauid interpretatur manu fortis, & ſignificat omnes Chriſtianos, qui fortiter Diaboli perſuaſionibus reſiſtunt, ſecundum doctrinam Apoſtoli, 1. Pet. 5. qui dicit, *Aduerſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens, quem deuoret*, ſcilicet, incorporando ſibi per mortalem culpam, *cui reſiſtite fortiter in fide*, ſcilicet formata caritate. Ideò reſiſtendo ei poſſunt dicere cum Dauid. Noli rogare tu diabole, id eſt, optare, vt veniamus ad tuum conuiuium omnes, vt grauemus te, quaſi diceret. Si omnes, vel ſaltem multi tibi conſentiunt & damnantur, ex hoc pœnæ tuæ aggrauantur. Quia non minus ardebunt, qui cum multis ardebunt, ſcilicet magis, vt dicit Auguſt. 2. q. 1. multi. Quia omnis damnatus eſt vna tæda in igne infernali, & quantò plures ibi erunt, tantò magis pœnas ſuſtinebunt, propter quod dives ille in inferno petijt, ne fratres ſui venirent in locum tormentorum, quia ſciebat ex aduentu eorum pœnas ſuas augmentari Et quia fideles Chriſtiani fortes in fide nolunt diabolo conſentire, & ad eum venire, quare optat, vt ſaltem veniat ad eum Amon, qui interpretatur populus iniquus, vel inutilis, & ſignificat omnes ſuperbos, auaros & luxurioſos, qui ſunt populus iniquus & inutilis, & hi veniunt, quia ſe à cœna Dei excuſando excuſauerunt.

Non omnes veniunt ad conuiuium diaboli.

Tæda in igne infernali, eſt quilibet damnatus.

Superbi, auari, luxurioſi, conuiuæ diaboli.

SECVNDO, cœnam parauit Dominus famulis ſuis in inferno ærumnoſo, de qua poteſt hoc verbum intelligi, *fecit cœnam magnam*. Vbi nota, hæc cœna dicitur magna propter multa. *Primo*, propter loci opportunitatem, & iſte locus eſt infernus, qui valdè congruus & opportunus eſt pro illa cœna, quia dicit Aug. lib. 12. ſuper Geneſ. declarans, quod infernus ſit ſub terris. Ideò, inquit, ſub terris creduntur inferi, quia congruenter per illas corporalium ſimilitudines rerum ſic demonſtrantur, vt quia defunctorum corpora inferis dignè carnis amore peccauerunt, hoc illis per illas corporalium rerum ſimilitudines exhibeatur, quod ipſi carni mortuæ ſolet exhiberi, vt ſub terra recondatur.

R

Cœna in inferno dicitur magna.

I.

Propter loci opportunitatem.

Secundo, iſta cœna miſerabilis dicitur magna, propter temporis congruitatem, videlicet, quando ad hanc cœnam damnati venient. Et eſt duplex, ſcilicet ſpeciale & generale. Tempus congruum *ſpeciale* eſt, quando anima damnandi exijt à corpore, tunc ſtatim ad hanc cœnam conducetur, ſicut ponit Benedictus Papa in quadam extrauagante. Diffinimus, inquit ſecundum communem Dei ordinationem animæ decedentium in actuali mortali peccato mox poſt mortem ad inferna deſcendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur. Tempus *generale* congruum erit poſt diem iudicij, Matth. 13. *Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium.*

II.

Propter temporis congruitatem.

Animæ in peccato mortali decedentes, ſtanti damnantur.

Tertio, iſta cœna dicitur magna propter inuitantis liberalitatem, iſte inuitans eſt diabolus, quia inuitat ad hanc cœnam, Apocal. 19. & promittit ſuam liberalitatem. *Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum & carnes fortium, & carnes liberorum, ac ſeruorum, & puſillorum, ac magnorum.* Quia ibi quilibet qui damnatur, de pœna cuiuslibet, & eius cuius eſt, ſatiabitur. Nam ibi ſatiabitur Rex de pœna ſerui, & ſeruus de pœna regis, & hoc eſt manducare carnes regum & ſeruorum: Vel, iſte inuitans, ideo dicitur liberalis, quia de pœnis nihil

III.

Propter inuitantis liberalitatem.

hil minuit'. Ideo de hoc miratur Augustinus in quadam Oratione. Quid est Deus? Quid est, quid animaduerto? Quid est, quod in terra miseriæ & tenebrarum horreo? Quid est, quod ibi intueor? Ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat'. Heu confusio vlulantium, tumultus dentium stridentium inordinata multitudo gemitum, ignis sulphureus, flamma tartarea; quàm terrifico rugitu, video vos rotari, vermes in igne viuentes, quos mira auiditas rodendi hos sic accidit, quos ignis ille igniũ non accendit, sed dæmones coardentes frementes ardore, frendentes furore. *Et subdit, de ipsorum crudelitate mirando.* Cur, inquit, sic crudeles estis his, qui volutantur inter vos? Omnimoda tormenta iustitia moderata, ad sustinendum immoderata, hæccine nullus ordo, nullus modus, nullum remedium, nullus finis temperabit? Hæccine magnæ pœnæ sunt, ô Deus, quæ præparatæ sunt fornicatoribus, & contemptoribus tuis?

5 Vtrum pœnæ inferni debeant dici corporales.

Hic incidit vna dubitatio, ex quo dicit Doctor ille, quod ibi erunt magnæ pœnæ. Vtrum illæ pœnæ debeant dici corporales? Ad hoc dicitur, quod sic quia omnis pœna quam corpus patitur, est corporea. Sed corpora damnatorum ibi patientur post diem iudicij, quia sicut beati gaudebunt', & in corpore & anima gloriabuntur, ita damnati tristabuntur in anima, & punientur in corpore. Ideo dicit Augustin. 21. de ciuit. Dei, cap. 10. Gehenna quæ stagnum ignis & sulphur dictum est, corporis ignis est, & cruciabit corpora & animas damnatorum. Idem Gregorius dicit 4. dialog. Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, & ideo non solum per ignem punientur damnati, sed sicut dicit Basil super illud Psal. 28. *Vox Domini intercidentis flammæ ignis*, in vltima purgatione mundi fiet quædam separatio in elementis puri ab impuro, vt quicquid est purum vel nobile, remaneat superius ad gloriam electorum, & quicquid fætulentum vel turbidum descendat ad infernum, ad pœnam damnatorũ. Et sicut omnis creatura erit in gaudium electis, ita ex omnibus creaturis & damnatis, pœna fiet seu tormentum.

Gehennæ ignis corporeus est.

IV.

Propter ferculorum copiam. Pœnæ inferni pro ferculis.

Quarto, ista cœna dicitur magna propter ferculorum multiplicitatem; Et hæc fercula nihil aliud sunt, nisi pœnæ magnæ; sicut fercula cœnæ cœlestis, nihil aliud sunt, nisi specialia gaudia, & delitiæ immensæ. Sunt ergo ibi nouem pœnæ, quæ damnatis pro ferculis apponuntur. Et has enumerat August. in Serm. de Aduentu Domini ad iudcium, super illo verbo Apoc. 16. *Et facta est ciuitas magna in tres partes.*

1. Ignis inextinguibilis, deuorans, vermis, stagnum, ignis, æternus.

PRIMA est *ignis*, qui extingui non potest, etiam si mare totum intus mitteretur. Iuxta illud Isaiæ vltimo. *Ignis eorum non extinguetur.* De hoc igne in diuersis locis loquitur scriptura, Iudith. 16. *Dabit eis ignem & vermes in carnes suas, & vt vrantur & sentiant vsq; in sempiternum. Secundo*, Iob 20. *Deuorauit eos ignis, qui non succendetur. Tertio*, Eccli. 7. *Vindicta carnis impij ignis & vermis.* Et Eccli. 21. Stuppa collecta synagoga peccatorum & consumatio illorum flamma ignis. *Quarto*, Apocal. 20. *Qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Quinto*, Matth. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Sed diceres, quare damnati patiũtur ignem? Respondet Augustinus vbi suprà, quia arserunt hic in concupiscentijs suis. Et B. Hieronymus. Qui, inquit, ardet hic in concupiscentia, ardere debet æternaliter in gehenna.

2. Damnati frigore cibantur.

SECVNDA pœna, qua cibantur damnati, est *frigus*, quod nemo potest sustinere, etiamsi ignis mons immitteretur, nihil calefacere posset, & propter istas pœnas dicit

cit Dominus in Euangelio, Matth. 22. *Ibi erit fletus & ſtridor dentium*, fletus namq; & liquefactio oculorum ex calore naſcitur, ſtridor verò dentium ex frigore. Ideo dicit Iob 24. *Ad nimium calorem tranſeunt ab aquis niuium.* Sed quare ſuſtinebunt glacialem pœnam? Reſpondet Auguſtinus, quia hic frigidi in caritate fuerunt.

An fletus damnatorũ ſit corporalis.

Sed dubitatur hic de fletu, an ſit corporalis. Reſpondet Pet. 4. princip. q. 1. Duplex eſt fletus vnus ſpiritualis, ſcilicet dolor interior, & iſte erit in damnatis. Alius corporalis, videlicet dolor exterior. Et in illo eſt duo conſiderare, quorum *vnum* eſt lacrymarum reſolutio, & illa non erit ceſſante motu cœli. *Alterum* eſt capitis & oculorum turbatio & obnubilatio, & hæc erit in eis, quia affligentur non tantum ab agente exteriori, ſed à paſſione animæ interiori, vnde delectationi ſenſuali non reſpondet lacrymarum effuſio, imò magis interior turbatio, veruntamen ſtridor erit corporalis, quia non habet reſolutionem.

T

3.

Pœna vermium non morientiũ.

TERTIA pœna eſt de *vermibus*, qui nunquam moriuntur Iſaiæ vltimo. *Vermis eorum non morietur*, vt Serpentes & Dracones infernales, qui ita viuunt in igne, vt piſces in aqua. Cauſa autem quare mordentur vermibus eſt, quia ſic inuidiam contra proximos habuerunt, & congruum eſt, vt mordeantur vermibus, ſicut felicitate proximorum per inuidiam hic mordebantur, vt dicit Auguſtinus.

An vermes iſti ſint corporales.

Sed diceret quis; Nunquid iſti vermes erunt corporales? *Reſpondet* Petrus vbi ſuprà artic. ſequenti. Poſt reſurrectionem non remanebit aliquod animal irrationale, cum nullum tale habeat ordinem ad incorruptionem perpetuam. Ideo Vermis, quem Dominus nominat, nequaquam materialis, ſed immaterialis erit, corrodens animam & corpus. Et dicitur vermis ille conſcientiæ morſus, ſecundum S. Thomam, qui oritur ex putredine peccati, & animam affligit, ſicut vermis corporalis ex putredine ortus pungit. Et hæc eſt Veritas. Volunt tamen aliqui opinatiuè ſuper illud Iſaiæ vlt. *Ignis eorum non extinguetur*, quod ibi ſunt vermes corporales, quia dicunt, ſicut ignis eorum eſt corporeus, ſic & vermes ſunt corporei, ſed opinio non eſt vera.

Vermis corrodens animam eſt immaterialis.

Si autem aliquis diceret, tamen Auguſtinus dicit in libro 2. de ciuitate Dei, cap. 22. In pœnis malorum, inextinguibilis eſt ignis, atque viuaciſſimus vermis, Reſponde, quod ad corpus refert ignem, & ad animam vermem.

4.

Fœtor ſulphuris inferni.

QVARTA pœna inferni eſt *fœtor* quaſi ſulphuris, & iſtum ſuſtinebunt propter fœtorem luxuriæ. Vnde Pſal. 10. *Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis*, Iſa. 30. *Flatus Domini quaſi torrens ſulphuris ſuccendens eam*, Apoc. 21. *Pars illorum erit in ſtagno ardente igne & ſulphure.*

5.

Flagella percutientium.

QVINTA pœna ſunt flagella percutientium, quæ feriunt ad inſtar malleorum: hæc præcipuè ſunt contra Tyrannos, alios iniuſtè flagellantes. De his flagellis Prou. 19. *Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus.* Sed dicit Thomas de Argent. in Compend. Theolog. verit. lib. vlt. Iſtud non intelligitur de malleis materialibus, ſed de diuerſitate pœnarum quibus impij malleantur.

6.

Tenebræ ſpiſſæ & palpabiles.

SEXTA pœna ſunt tenebræ ita ſpiſſæ, vt ſicut arena maris poſſint pugillari id eſt, pugillo apprehendi, quia dicit Gregorius in Moralibus. Ignis infernalis concremationem habet, ſed lumen non habet: & hanc pœnam patientur, qui in tenebris peccatorum finaliter perſtiterunt. Et dicit S. Thomas q. 7. artic. 4. quod aliqui cauſam aſſignant tenebrarum, videlicet ex commaſſatione & compreſſione corporum damnatorum, qui propter multitudinem ita replebunt locum inferni, quod nihil de aere remanebit, & ſic nihil erit diaphanũ, q̃ poſſit eſſe ſubiectũ lucis.

V
Vtrum damnati mutuas suas pœnas videant.

Sed contra hoc posset aliquis dicere. Sicut patet per Philosophum, 2. de anima. Nihil videtur sine lumine, sed damnati videbunt mutuas suas pœnas, quia visus in eis esset aliter otiosus & superfluus, ergò ibi erit lumen. Ad hoc respondet Holkot lect. 73. super lib. Sap. quod dispositio inferni erit talis, qualis esse poterit, maximè ad afflictionem damnatorum: Visio ergò secundum se est delectabilis, sicut patet, 1. Metaph. Per accidens verò est tristabilis, secundum quod aliquod nociuum visu apprehenditur, Ergò dispositio inferni talis est, quod nihil perspicuè ibi videbitur, sed sub quadam vmbrositate, vt illa videantur, quæ animæ infligere possunt afflictionem. In hoc concordat Thomas vbi suprà: & addit, quod simpliciter loquendo ibi est locus tenebrosus sed ex diuina dispositione ibi erit aliquid luminis, quod sufficit ad illa, quæ animam torquere possunt. Et ratio est naturalis. Situs inferni est in medio terræ, vbi non potest esse ignis nisi fœtulentus, turbidus, & fumosus.

In inferno nihil perspicuè videtur.

7. Verecũdia, quia damnatorum peccata occultari non possunt.

SEPTIMA pœna est *verecundia*, quia ibi videbuntur horrores, & peccata eorum nec potuerunt occultari. Et huius causam allegat Augustinus in sermone de aduentu Christi ad iudicium, dicens. Quia noluerunt ad confessionem venire, nec pœnitentiam agere pro peccatis.

8. Timor magnus.

OCTAVA pœna est *timor* magnus, quando videbunt dæmones emittentes flammas igneas, & audient clamores miserorum, quia cruciabuntur, exspectabuntq; semper acrius cruciari. Et hoc est ideo, quia hic timore Dei postposito peccauerunt. Ideo dicit Gregorius super Iob. Sempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi, & in supplicijs dolorem sentiunt, & in doloris angustia pulsati, semper fauore feriuntur, vt quod timent tolerent, rursum quod tolerant sine cessatione pertimescant.

9. Catena ignis.

NONA pœna est, *Catena ignis*, quia proprijs peccatis receſſerunt irretiti & quasi vna catena ligati, Ideo dicitur, Matth. 26. *Ligatis manibus & pedibus, proijcite eum in tenebras exteriores.* Has nouem pœnas sustinebunt, qui pœnitentiam non egerunt de peccatis suis, vt essent consortes nouem ordinibus angelorum. Sed DECIMAM pœnam ponit B. Augustinus in libro, qui vocatur de triplici habitaculo, & est separatio à Christo. Dicit enim, quod hæc erit pœna illorum specialis absentia Christi post visionem eius, quæ pœna sola omnia prædicta superat, & est omnibus pœnis intolerabilior supradictis. Hoc etiam confirmat Chrysost. de reparatione lapsi. Nonnulli imperitorum sibi satis esse credunt, & optabile videri, si gehenna tantummodo careant, ego multò grauiores gehennæ esse dico cruciatus, ab illa gloria remoueri, & arceri à conspectibus Christi. Idem confirmat Ambrosius. Excidi inquit à gloria grauius fortassis est quàm ignis gehennæ. Et Chrysostomus super Matthæum. Horrendum, inquit, illud æternale gehennæ supplicium, & res intolerabilis: tamen si decem millia gehennæ ponat aliquis, nihil tale dicit, quale est à beatæ illius gloriæ propellere honore, & Christum exosum esse. Idem probat Gregorius Nazianzenus de plaga grandinis. His, inquit, qui à regno cœlorum indigni habebuntur, erit hæc maior omnium pœna, quod à Deo proijciantur, & pudore ac confusione conscientiæ, cuius finis ac remedium nunquam inuenitur. Hæc sunt fercula, quæ magnificant cœnam gehennalem.

S. Augustinus addit decimam pœnam, quæ est priuatio visionis Dei.

Propter ferculorum diuersitatem.

QVINTO, ista cœna dicitur magna propter ferculorum diuersitatem, quorum aliqua enumerat Moyses Deut. 32. *Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.*

SEX-

SEXTO hæc cœna dicitur magna propter miniſtrorum deformitatem & horribilitatem Iob. 20. Vadunt & venient ſuper eos horribiles. Vnde legitur quod quidam religioſus in nocte cœpit clamare horribiliter, & cum Conuentus conueniſſet, videbant fixis oculis immobiliter aſpicientem parietem, nec aliquid reſpondentem, ſed mirabili horrore percuſſum. In mane autem requiſitus à Priore quid habuiſſet, reſpondit ſe non poſſe deſcribere. Sed hoc dico, ait, ſi eſſet furnus ardens ex vna parte, & figura illa ex alia quam vidi, magis eligerem intrare in furnum quàm videre figuram illam. Ideo dixit Senex quidam in Vitas patrum: Credo quod ſi quis videret dæmones in ea forma, qua viſuri ſunt damnati, non poſſet viuere. Ideo refert Grego. 4. dialo. cap. 38. de Criſorio, qui ea hora, qua exiturus erat à corpore apertis oculis vidit teterrimos dæmones & nigros, & cœpit clamare: Inducias vel vſque manè, & ſic dum clamaret præ timore mortuus eſt. O ſi tantum horrorem habet homo, quãdo videt in præſenti vnum dæmonem, quantus horror erit ibi, vbi tot horribiles apparebunt, & magis horribiles videntur quam appareant in præſenti.

X. VI. Propter miniſtrorũ deformitatem.

Criſorius quidam dũ petit inducias, moritur.

SEPTIMO hæc cœna dicitur magna propter Cantorum lamentabilitatem. Nam cantant ibi Væ, Væ, & cantus eorum eſt maledicere & blaſphemare. Ideo dicit deuotus Amandus in hor. Sap. lib. 1. cap. 10. quod damnati dicunt lamentando, Væ væ nobis, iam nunc & in æternum, Væ quia nati ſumus, nec vltra mori valemus, Væ quia malè torquemur, nec à tormentis vnquam liberamur. Vnde legitur quod duo Scholares in dilectione mutua viuebant, & in magnis delitijs & frequenter in peccatis, tandem vnus eorum miſerabiliter moritur, ſuper illo tamen alter non correctus, ſed delitijs comeſſationibus & ebrietatibus & immunditijs vacabat. Contigit ergò ipſo quadã nocte de taberna recedente, cœpit ebrius deuiare, & ipſe ignorabat quo ſe diuerteret. Sicque venit in ſyluam magnam, vnde audiuit lamentabilem & miſerabilem vocem, & eiulatum, ad quam cum plurimum miraretur, cœpit appropinquare quidnam eſſet, tunc vidit beſtiam quandam, & ſuper eam vnum ſedentem ac baculum ferreum tenentem in manibus, & in frontem beſtiam percutientem, tam crudeliter quòd cerebrum cum ſanguine in terram fluebat, & intolerabili cruciatu ipſum afficiebat, ad quod ſtupens cum miraretur, quidnam eſſet, beſtia cæpit loqui dicens, Heu ego ſum miſer ſocius tuus, qui autem ſuper me ſedet eſt diabolus, cui datus ſum in perpetuum cruciandus; quod cum ille audiſſet, valdè timuit, & fecit votum Deo quod vellet intrare religionem, vt eum à dæmone liberaret, & poſtea votum adimpleuit.

VII. Propter lamenta cantorum Væ, væ cantantium.

Scholaſticus vnus moriẽs damnatur, alter religionem ingreditur.

OCTAVO dicitur magna propter luminarium defectibilitatem. Nam vt etiam dictum eſt de ſexta pœna, quod ibi ſunt tenebræ ſpiſſæ & denſæ, ſicut & hoc reuelatũ fuit cuidam viro ſancto, qui cum raptus eſſet ad videndum pœnas inferni, vidit inter alias pœnas inferni, ſcilicet tenebras denſiſſimas, & in medijs tenebris voces lugubres dicentes, Væ, væ, væ, quantæ ſunt tenebræ. Et NOTA, ſi dãnati habent aliquod lumen, hoc non eſt eis ad conſolationem, quia dicit Iſidorus de ſummo bono. lib. 1. Ignem autem gehennæ ad aliquid lumen habere dicimus, ad aliquid non habere, hoc eſt, habere lumen ad damnationem, vt videant impij vnde doleant, & non habere ad conſolationem, ne videant vnde gaudeant.

VIII. Propter luminarium defectum.

NONO iſta dicitur magna cœna propter ſuppliciorum perpetuitatem. Et hæc perpetuitas affligit damnatos multum. Satis facile eſt iacere in vno lecto molli, mundo & ſua-

IX. Propter ſuppliciorum

perpetuitatem. & ſuaui, & tamen ſi alicui poſito in tali loco diceretur, Iace & quieſce, quia oportebit hic iacere viginti annis, ipſe reſponderet potius vellem eſſe mortuus. Quid ergo erit de illo, qui in igne ardenti & in loco pœnoſo, vbi ſibi ſubſternentur tineæ, & vermibus operietur. Sicut dixit Iſa. 14. *Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erit vermis*, & ſcit ſe manſurum ibi, non per viginti annos, vel per centum, vel per mille, ſed per infinita ſecula ſeculorum.

Ideo amandus in lib. Horol. Sap. lib. 1. c. 10. Audiuit in ſpiritu animas damnatorum ſic clamantes: O æternum nunquam finem habiturum perpetuum mortis ſupplicium. O finis ſine fine, mors grauior omni morte, ſemper mori & tamen mori non poſſe. *Et infra.* O pia corda, iſtud interminabile & crudele perpetuum, inſpicite & lugete, & flete. O montes cadite ſuper nos, & colles operite nos. Heu cur hæc maxima mala nobis futura non præuenimus, cum nobis robur affuit, cum tempus aderat oportunum, vtinam & de tempore illo toto inutiliter expenſo ſuper eſſet nobis vel vna horula, tantæ pœnæ in remedium conceſſa, ſed heu ſententiati diuina Iuſtitia, præcluſa eſt nobis via ſalutis, negata miſericordia, ſpesque omnis ablata.

Damnatorũ ſera pœnitẽtia.

Cur pœna ſit perpetua cum peccatum ſit tranſitorium.

Sed diceres; Ex quo peccatum eſt tranſitorium, quare pœna eſt perpetua? *Reſpondet* Thomas de Argent. in Compen. Theolog. verit. vlt. quod hoc multiplici fit ratione. *Prima* quia homo peccat in ſuo æterno, ideo punietur in æterno Dei. *Secundo* quia materia ignis infernalis eſt æterna, ſcilicet peccati macula ideo & pœna. *Tertio* quia peccatum eſt contra illum qui eſt infinitus, ideo & pœna debet eſſe infinita, non quidem acerbitate ſed duratione. *Quarto* quia homo per peccatũ perimit in ſe bonum, quod poſſet eſſe æternum. *Quinto* quia mala voluntas reproborum æterna eſt, vellent enim ſi poſſent in peccato perpetuo delectari, & ideo perpetuè debent puniri. *Sexto* quia in infinitum erat rationalis, cum in iudicio præponit finitum infinito: ſimiliter concupiſcibilis in appetendo & iraſcibilis id adhærendo, vnde & meritò pœna erit infinita. *Septimo* quia damnatus de peccato perpetrato nunquam habebit verã pœnitentiam, ideo Deus nunquã mutat illius punitionis ſententiam.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

Ad hoc etiam probandum talia ponit exempla. Videmus enim quod emptio momentanea, dat ius poſſidendi perpetuum. Et vulneratio momentanea, mortem inducit perpetuam. Item, caſus in ſqueam, eſt detentio perpetua. Item, crimen læſæ Maieſtatis, eſt ſeruitus perpetua. Ideo legitur in Annulo parte 2. c. 113. Pariſijs duo ſocij pariter viuentes turpiter, cum vnus moreretur, & alter poſt mortem eius, quadam die ſolus ad campos ibat ſpaciando, clamorem audiuit miſerabilem. Accedit propius, vidit Caminũ ignis, & duos nigerrimos Æthiopes, qui quendam quem non videbat, ſed horribiliter clamantem indeſinenter cruciabant: hic autem qui folles calcabat ſic inquiebat ſemper & ſemper, væ mihi vndique. Cum ergo quæreret, quis ibi cruciaretur. Reſpondit malleator, anima ſocij tui eſt: territus ille quæſiuit, quanto tempore illa pœna durare deberet? Calcator ait, ſemper & ſemper: turbatur ille, petit tamen vt ad modicam horam permittant quieſcere, ſed non perfecit. Tandem quærit, quare ſemper puniri deberet? Reſpondit Calcator. Iuſto Dei iudicio ſemper punietur, qui ſemper peccare elegit. Quo dicto, illa viſio diſparuit.

Fabula eſt, quod damnati aliquan

Ex his dictis patet quod illud eſt erroneum, quod in quibuſdam Apocriphis inuenitur, de reuelatione facta cuidam perſonæ, quod animæ damnatorum ab hora nonæ

in

in Sabbatho, vsque ad horam nonam in Dominica vel vlterius, nescio quam diu, refrigerium habent vel obtinent, quod nihil est. Si enim pœna non semper duraret non esset perpetua: quicquid enim perpetuum est, continuum est & æternum. Et ideo omnes tales narrationes, pro fictione sunt habendæ, sicut & illa Sedulij in carmine Paschali; Sint & spiritibus sub stige iacentibus celebres feriæ, vt illa sacra nocte qua Dominus redijt à stagnis Acherontis, &c.

do requiem habeant.

DECIMO & vltimo hæc Diabolica cœna dicitur magna propter inuitatorum innumerositatem, licet enim *multi sunt vocati* ad vitam scilicet æternam, *pauci tamen sunt electi.* Matth. 22. Ideo plures damnantur quàm saluantur, & hoc non est mirum, quod probatur ex multis. *Primo*, quia vilium est maior multitudo quàm pretiosorũ, vt ferri, plumbi, quàm auri & argenti, & lapidum communium quàm gemmarum, & quercuum quàm Cedrorum vel palmarum. Sic est maior numerus stultorũ quàm sapientium. Iuxta illud Eccles. 1. *Stultorum infinitus est numerus. Secundo* cum in tanta multitudine hominum pauci sunt reges temporales, quare non mirum si pauci sunt habituri regnum cœlorum. *Tertio* cum pauci ad regnum cœlorum venire curent, quid mirum si pauci perueniunt. Quomodo enim peruenient, si venire nolunt? *Quarto* quid mirum si pauciores ascendunt in cœlum, quàm descendunt in infernũ, cum facilius sit descendere quam ascendere, & si pauciores *intrant per angustam portam* cœli, quàm per portam inferni latam. Matth. 7. *Intrate per angustam portam, quia lata est porta, & spatiosa est via, qua ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.*

Z X. Cœna hæc diabolica, magna dicitur propter innumeros & inuitatos.

Ideo legitur in Annulo vbi supra. Duo studentes se mutuo diligentes in peccatis viuebant, quadam die dum tractarent & optarent hanc vitam miseram semper duraturam, in hoc conuenerunt, quod qui prior moreretur infra mensem appareret. Mortuus est igitur alter eorum, & socio apparens, damnatum se esse asserens, vestem pulcherrimam qua vtebatur, ponderosissimam & ardentissimam sibi esse dixit. Tunc alter qualitatem pœnarum, & numerum damnatorum quæsiuit. Ad primam quæstionem, qualitatem pœnarum, damnatus manum excipiens, eijcit tres guttas in faciẽ eius, & statim cecidit quasi mortuus. Et ille: Ne timeas, talis ego sum totus. Propter secundam quæstionem, de numero damnatorum extraxit literam de sinu suo, & dedit ei legere, & sic legit: Omnes principes inferni & rectores tenebrarum. Vniuersis Ecclesiæ Prælatis Tartaream salutem. Quoniam optimè quæ nostra sunt sentitis nobiscum, & tot animas mittitis ad infernum, quod via spatiosa & lata vix eas capit. Sciatis vos dignam apud inferos retributionem habituros. Cum ergo ille stupidus & tremens legisset, post hoc religionem intrauit. Quapropter dicitur hic de illo, *qui fecit cœnam magnam, & vocauit multos.*

Studioso socius mortuus & damnatus apparuit.

Literæ Principis inferni ad Ecclesiæ Prælatos.

Quantum ad TERTIVM ponitur Sathanæ sollicitudo, cùm dicitur. *Misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia.* Per hunc seruum potest vniuersitas dæmonum designari, sed per horam cœnæ spiritualem finem cuiuslibet peccatoris. Sed per generalẽ horam cœnæ, finem vltimi iudicij conuenit designari. Mittit ergò princeps tenebrarum multitudinem seruorum suorum in hora mortis cuiuslibet peccatoris, vt adducant ad cœnam suã omnes inuitatos, & hoc fit iusto Dei iudicio, qui ad hoc dat consensum, sicut legitur in Vitaspat. de quodã, qui vidit quod anima cuiusdã hypocritæ, eiecta fuit à corpore, & cum nollet exire, facta

Pars tertia concionis. Sathanæ sollicitudo. Generalis hora cœnæ est dies vltimi iudicij.

Digitized by Google

est vox ad dæmones: Extrahite eam, velit nolit, & sicut non dedit mihi requiem in peccatis, quæ fecit assiduè coram me, ita nec vos detis ei requiem. O vtinam omnes Christiani Christi pretioso sanguine redempti se ab hac ærumnosa cœna excusarent, nec peccata digna huius cœnæ perpetrarent, vt verificaretur illud de ipsis, quod sequitur. *Primus* dixit, *Villam emi, & necesse habeo exire & videre eam.* Per villam intelligitur massa reproborum. Iuxta illud Lucæ 15. de filio prodigo, *misit illum ad villam, vt pasceret porcos*, id est, satiauit eum impiorum conuenticulis, vt spiritus nutriret immundos, Hanc villam quidam ære peccatorũ emerunt, quando cum nuptijs fuerunt, vt Manasses, qui plateas Hierusalem sanguine Prophetarum purpurauit 4. Reg. 21. Matthæus qui in telonio sedit. Matth. 9. Zachæus qui princeps peccatorũ & publicanorum extitit. Luc. 19. Petrus qui Christum negauit. Saulus qui Ecclesiã Dei persecutus fuit. Actor. 9. & 22. Maria Magdalena, quæ septem peccatis plena fuit mortalibus Lucæ 7. & 8. Et multi alij peccatores. Sed ipsi exierunt quando pœnituerunt, & per confessionem & cum lacrymis peccata deleuerunt, petentes Dominum, vt à cœna inferni excusati haberentur, sic & tu homo fac.

Villa designat massã reproborũ.

Secundus dixit. *Iuga boum emi quinq́, eoq́ probare ea.* MORALITER. Per boues intelligitur omne opus bonum. Iuxta illud Deut. 15. *Non operaberis in primogenito bouis*, id est, non exercebis in publico primordia boni operis. Ille ergò iuga boum emit quinque, qui omne opus bonum in quinque virtutibus intellectualibus, scilicet, sapientia, scientia, intellectu, arte & prudentia, quæ enumerantur 6. Ethicorum, perficit. Iuxta illud Metristæ:

Per boues intelligitur omne opus bonum.

Quicquid agis, prudenter agas & respice finem,

Nam idem optat Moyses hominibus omnibus, Deut. 32. *Vtinam saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent*, quasi diceret, vtinam saperent quæ Dei sunt, & prouiderent quæ inferni sunt, scilicet pœnas iam dictas, profectò Deum timerent, superna appeterent, mundum contemnerent, infernum horrerent, & sic de peccatis suis exirent, sicut factum est de multis, quorum quilibet potest dicere verba prædicta. *Iuga boum quinq́ emi*, id est opera mea bona, in quinque prædictis virtutibus perfecti, *& necesse habeo exire*, scilicet à peccatis, & à malorum consortijs, *& probare ea*, scilicet per opera bona, an sint digna vita æterna.

Tertius dixit. *Vxorem duxi ideo non possum venire*, scilicet ad cœnam diaboli. MORALITER. Per vxorem intelligitur *vno modo* sancta Ecclesia. Iuxta illud Apocal. 21. *Veni ostendam tibi sponsam vxorem agni*, id est, Ecclesiam sponsam Christi. Et ista Ecclesia est nihil aliud nisi omnium fidelium in gratia gratum facienti existentium congregatio, cuius Christus secundum quod est homo, est caput, Ephes. 5. *Vir est caput mulieris, sicut & Christus est caput Ecclesiæ.* Et qui hanc vxorem ducit, & finaliter cũ ea perseuerat, ad cœnam inferni venire recusat, quia nullus qui est in congregatione fidelium, & in ea finaliter permanet, damnabitur in æternum. Nam peccatores non sunt in Ecclesia fidelium, sed malignantium. *Secundo* per vxorem intelligitur sapientia sanctorum. Iuxta illud Psalm. 127. *Vxor tua sicut vitis abundans*, quasi diceret: Sapientia sanctorum internæ gratiæ humore ditatur, Et qui hanc vxorem ducit, versutias atque fallatias Diaboli apprehendit, quibus apprehensis, ad cœnam eius venire contemnit, quia sapientiam hanc astutiæ diaboli non superant. Iuxta illud Isa. 11.

Vxor Ecclesiã designat.

Per vxorem intelligitur etiam sapientia sanctorum.

Non

Digitized by Google

Non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo, quia repleta eſt terra ſcientia Domini, vbi per terram intelligit homines de terra formatos.

Audiens ergò diabolus Sathanas, quod hi triplices homines de cœna ſua ſe excuſarent, & ideo omninò venire recuſarent, iraſcitur, & mittit ſeruos ſuos ad vicos & plateas, vt introducant pauperes, debiles cæcos & claudos. Per plateas & vicos, quæ clauduntur, intelligitur ſynagoga Iudæorum, in qua ſunt pauperes defectum bonæ virtutis habentes; Debiles, defectus bonæ operationis habentes: Cæci in vera cognitione, & claudi in vera intentione vel ratione, & hos omnes introducit diabolus ad ſuam cœnam, quia hi clauduntur legalibus obſeruantijs, quæ modo obſeruantiæ damnantur. Quia, *niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei*, Ioan. 3. & Marci vlt. dixit Dominus. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Diabolus mittit ſeruos ſuos ad plateas.

Et licet omnes Iudæi ſine baptiſmo decedentes condemnentur, nec tamen Dæmones in eis contentantur, ſed dicunt ad principem ſuum; *Domine factum eſt vt imperaſti*, quaſi dicerent, multos de Iudæis introduximus in cœnam tuam, *ſed adhuc eſt locus*, ſcilicet, pro gentilibus & malis Chriſtianis in inferno, quia infernus eſt vnum de inſatiabilibus, quæ enumerat Salomon, Prouerb. 30, *Tria ſunt inſatiabilia & quartum dicit, nunquam ſufficit*, Et ſubdit. *Infernus*, id eſt, diabolus, qui ſemper ad ſe nititur trahere peccatores. Ideo dicit, *Exi in vias & ſepes*, per quæ intelliguntur gentiles quaſi agreſtes, qui in vijs & ſepibus ſunt diſperſi, & hos compellunt intrare ad cœnam infernalem, quia non habent fidem, *ſine qua impoſſibile eſt placere Deo*, ad Hebræ. 11. Ideo legitur, *apud S. Vincentium Serm. 6. de Septuageſima. Et Martinum Polonum in ſuo Promptuario exemplorum, cap. 18.* quod quidam Decanus Eccleſiæ Lingonenſis bonæ vitæ deceſſit & Epiſcopo cum magna gloria apparuit, qui quæſiuit ab eo, quot animæ in hora mortis ſuæ ex hac vita emigraſſent, & quot ex eis ſaluatæ, & quot perditæ fuiſſent. Reſpondit, quod triginta millia emigraſſent, ex quibus, inquit, ego & B. Bernardus & Scholaris vnus euolauimus, & tres ad purgatorium perductæ ſunt, & reliquæ omnes deſcenderunt in infernum. Nec de hoc mireris, ô homo, quia tot ſunt infideles in mundo, quot ſunt arenæ in profundo, qui omnes damnantur, niſi aliqui ad vnitatem Eccleſiæ redierint, & ſe baptizari permiſerint, quia extra vnitatem Eccleſiæ nullus ſaluatur. Iuxta illud de ſumma Trinitate & fide Cathol. c. Firmiter. Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur. Et rectè, ſicut omnes qui non erant in Arca, perierunt, ſic omnes qui non ſunt in Eccleſia ſancta, damnabuntur. Quid enim deſignat arca niſi Eccleſiam Catholicam? quia ſicut arca erat tantum vna, vnum habens gubernatorem, ſicut Noë: ſic ſancta Eccleſia è tantum vna. Cant. 6. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, electa mea*, quam viderunt filiæ Sion, id eſt, virtutes angelicæ, & beatiſſimam prædicauerunt, & habet vnum rectorem videlicet Chriſtum ſummum pontificem, vt patet in extrauaganti Boniſacij 8. quæ incipit, Vnam ſanctam Eccleſiam. Ex iam dictis patet. Sicut tempore diluuij extra arcam nihil ſaluabatur, ita extra Eccleſiam nulla eſt ſalus. Ideo nullus Iudæorum vel gentilium ſaluatur. O ſi tot extra Eccleſiam non ſaluantur, quot tunc de Chriſtianis damnantur? Quot enim ſunt Chriſtiani, qui in vijs præſentis delectationis ambulant, quos dæmones finaliter ad cœnam ſuam ire compellunt, vt domus diabolica impleatur. Extra Eccleſiæ vnitatē, nullus ſaluatur.

Digitized by Google

DE EADEM DOMINICA.

Sermo IV.

Iuga boum emi quinq;, & eo probare ea. Lucæ vbi suprà.

A

COntigit multoties, quod Domini terreni habentes populos & subditos, necessitate compulsi, vendunt populos & terram alijs Dominis se ditioribus, & hi sub suo dominio ad longum interdum tempus vtuntur populo & terris, quousq; successor ditior venit, & terras cum populo venditas à prædecessore suo redemerit, & super populum resumpserit principatum. Sic ad literam factum est de Adam, quem constituit Dominus dominum super omnem terram, committendo ei bestiarum, volatilium, & piscium maris dominatum, cum dixit sibi & suis sequacibus, Gen. 1. *Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ sunt super terram*, & non solum fuisset Dominus creaturarum irrationalium, sed etiam hominum quam diu steterisset Deo subiectus ille autem nulla necessitate compulsus, sed libera voluntate peccando vendidit non solum populum, sed se cum populo, diabolo ære peccatorum, de quo potest exponi illud, Psalm 43. *Vendidisti populum tuum sine pretio*, quia peccatum nihil est secundum Augustinum super Ioannem, ideo dicit sine pretio. Et extunc primum diabolus cœpit habere potestatem super omne genus humanum. Ideo dicit Ambrosius de beata vita, & habetur 15. q. 1. c. Non est. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se ei prius ære peccatorum vendiderit. Sic quia per longum tempus, diabolus tanquam diues, sibi populum ære peccatorum venditum tenuit, vsus est, & possedit, videlicet per quinque millia & ducentos annos, quousque venit Christus, diues in omnes, in cuius domo *sunt diuitiæ & gloria*, secundum Psalm. 111. Et redemit populum venditum de manu Dæmonis, effusione proprij sanguinis in sua morte. Sicut de hoc dicit Magister lib. 3. sent. dist. 19. in principio.

Adam vendidit nos diabolo ære peccatorum.

Christus redemit nos venditos, de manu dæmonis.

Nunc ergò quæramus quomodo per mortem Christi, à diabolo & à pœna & à peccato redempti sumus. A Diabolo ergò & à peccato per Christi mortem liberati sumus, quia vt ait Apostolus ad Roman. 5. *In sanguine ipsius iustificati sumus*, & in eo quod sumus iustificati à peccato soluti, & à diabolo liberati, qui nos vinculis peccatorum tenebat, ideo congruè possunt esse hæc verba pro themate allegata verba Christi. *Iuga boum emi quinque*, vbi per quinque iuga boum intelligitur vniuersitas hominum. Eo quod secundum beatum Augustinum in quolibet homine, duo & duo sensus combinantur. Nam duo sunt oculi, duæ aures, &c. Ideo in prædictis verbis duo Dominus Iesus Christus insinuat, *Primo* redemptionem nostram pretiosam, ibi; *Iuga boum emi*. *Secundo* probationem suam studiosam, ibi; *Et eo probare ea*.

Morte Christi redempti sumus à diabolo, à peccato, & à pœna.

B

Prima pars concionis.

DE PRIMO est sciendum, quod Rex vel princeps terrenus habens dilectam sibi desponsatam, & si illa ab alio rege raperetur, & vt ita dicam, violaretur, Rex qui violentiam in sua dilecta passus esset, nec duntaxat commoueretur ergo raptorem illum, sed pro liberatione ipsius se daret in mortem, & proprium effundere sineret sanguinem. Sicut probat Dares Phrygius in lib. 4. historiæ Troianæ, de Menelao rege Græcorum. Cui Paris filius Priami, regis Troiæ, quodam tempore pergens per Græciam de tem-

Historia de Menelao.

Digitized by Google

de templo Veneris rapuit Helenam vxorem pulcherrimam, & postea tenuit eam adulteram, propter quod Menelaus inuocato auxilio fratris sui, qui dicebatur Acrides, cum machinis, & alijs armis bellicis Troiam circumdedit, seq; vsque ad mortem pro dilecta sua dedit, & Troiam cœpit, eamq; combussit. Et hanc historiam tangit Alexander in tertia parte, in his metris. Græcorum rege.

Vrit amor Paridem, nuptam rapit, armat Atriden,
Vltimo pugnatur, cum machina Troia crematur.

SPIRITV ALITER per regem intelligitur & significatur Deus omnipotens, de quo Isaiæ 33. *Regem in decore suo videbunt*, & Apoc. 19. *Rex regum & dominus dominantium*, hic Rex & Dominus dominantium habuit sponsam, videlicet animam humanam, quam dilexit ex perpetua charitate. Iuxta illud Hierem. 21. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui.* Sed venit Diabolus, qui est *rex super omnes filios superbiæ*, Iob 41. Et rapuit sponsam Christi, quando Adam per peccatum consentit. Nam cum mulier seducta esset à diabolo, & de pomo manducasset, dedit viro, vt similiter ederet, & ille noluit eam contristari, quam credebat sine suo solatio tabescere, & à se alienatam omninò interire, comedit de pomo, vt dicit Magister lib. 2. dist. 22. c. 5. Sicque diabolus tenuit prius Christi dilectam quasi adulteram, ita vt Christus diceret sibi Hiere. 3. *Fornicata es cum multis amatoribus tuis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te.* Sed quia anima hominis est *spiritus vadens* liber à Deo, *& non rediens*, videlicet per se ad ipsum, vt dicit Psalm. 77. Ideo Deus factus est homo, & se pro dilectæ suæ liberatione vsque in mortem dedit, sanguinem suum fudit, & dilectam suam redemit.

De hoc dicit B. Augustinus in libro de Baptism. & allegatur à Magistro lib. 3. dist. 19. cap. 1. Nihil, inquit, inuenit diabolus in Christo vt moreretur, sed pro voluntate Patris Christus mori voluit, non habens mortis causam de peccato sed de obedientia & iustitia mortem gustauit, per quam nos redemit de seruitute Diaboli. Incideramus enim in principem huius seculi, qui seduxit Adam, & seruum fecit, cœpitque nos quasi vernaculos possidere. Sed venit Redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit Redemptor Captiuatori nostro? tetendit ei muscipulam, crucem suam posuit ibi quasi escam, sanguinem suum fudit, vt peccata nostra deleret. Vnde ergo diabolus tenuit nos, deletum est sanguine Redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum, istæ enim erant cathedræ captiuorum. Venit ille scilicet Christus, alligauit fortem, id est, diabolum vinculo passionis suæ, intrauit in domum eius, id est, in corda eorum vbi habitabat & vasa eius, scilicet nos rapuit, quæ ille impleuerat amaritudine sua, id est peccatis. Deus autem noster vasa eius eripiens, & suam faciens fudit amaritudinem, & impleuit dulcedinem, scilicet gratiarum, per mortem suam à peccatis redimens, & adoptionem largiens. Hæc ille. Ecce qualiter Christus nos emit omnes à diabolo sanguine suo pretioso, & hoc prædixit, Psal. 129. *Ipse redemit Israel*, Gloss. venditum peccato suo *ex omnibus tribulationibus suis.* Quia scilicet apud eum est copiosa redemptio. Ideo dixit B. Apostolus Paulus, 1. Corinth. 6. *Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpibus vestris.* Et B. Petrus 1. Pet. 1. *Scientes quoniam non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati Iesu Christi.*

Christus pro voluntate Patris mori voluit.

Christus vinculo passionis alligauit diabolum.

Christus sanguine suo pretioso nos emit à diabolo.

C

Quare nos Christus sanguinis sui effusione liberare voluit.

Sed diceres. Quare noluit nos aliter redimere, nisi sanguinis sui effusione? Ad hoc dicitur, quando totum corpus est infirmum, vt tunc corpus sanetur, inciditur brachium, quia vt dicunt medici, in brachio fit minutio sanguinis pro totius sanitate corporis. Nam in toto corpore humani generis non fuit pars aliqua tota sana. Iuxta illud Psalm. 37. *Non est sanitas in carne mea*, nisi in brachio, id est, in Christo. De quo Isaiæ 33. *Esto brachium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis.* Ideo in isto brachio facta est minutio totius corporis incisa sanitate. Et sicut brachium quod debet minui, debet prius calefieri. Sic istud brachium, fuit per motum quidem certi itineris triginta trium annorum in quo spatio legimus eum fatigatum, Ioan. 4. *Iesus fatigatus ex itinere sedebat supra fontem.* Per ignem vero calefactum, quando imminente tempore passionis circumdederunt eum Iudæi facibus & lucernis, & ligatum fuit brachium; sed in lanceatione fuit valdè profundè percussum, & in flagellatione; sed habuit valdè malum potum in sua minutione. Dicitur enim in Psal. 68. *Dederunt in escam meam fel, & in sitim meam potauerunt me aceto*: datur etiam potus homini minuto, vt sanguis fortiter exeat. Sic & Christo datus fuit potus, vt sanguis viuens omnis exiret, vt nobis medela salutis foret. Ideo dicit Augustinus. *Effusus est* sanguis medici, & factus est medicamentum frenetici. Et Psalm. 76. *Redemisti in brachio tuo populum tuum filios Iacob & Ioseph* vbi per Iacob intelligitur Iudęos, per Ioseph gentiles electos, qui ante conuersionem velut boues arabant in terra cupiditatis, quos redemit, quo ad efficaciam: quia omnes Christiani vel fuerunt ex gentilibus, vel ex udæis. Illos autem, qui non credunt redemit quantum ad sufficientiam. Ideo

Pars secunda cõtionis.

dicit Bernardus, *Iuga boum emi quinque.* Quantum ad secundum insinuat probationem suam studiosam, cum dicit, *& eo probare ea.*

D

Electi probantur quadrupliciter.

Circa quod NOTANDVM, quod quilibet electus probatur à Christo quadrupliciter, vt dicit Holkot super lib. Sap. lect. 33, super illo verbo. *Tanquam aurum in fornace probauit electos suas Dominus*, Sap. 3. Probat eos PRIMO, sicut probatur Clericus ante promotionem. Nam omnes Clerici ordinandi, sunt diligenter examinandi, cum ordinatori non licet malos ministros habere, extra de ætate & qualit. ordinan. Cum sit ars artium. Et principaliter examinantur, an sint digni, vt habetur extra de Scrutin. in ord. Sa. Ex parte tua, ait Innocentius III. Cum aliquem in Diaconum vel presbyterum promouemus prior diaconorum id est, Archidiaconus qui nobis assistit, dicit: Postulat sancta mater Ecclesia hunc diaconum, vel subdiaconum. ad onus presbyteratus assumi, & nobis interrogantibus. Si eum cognouerit esse dignum. Respondet quod quantum fragilitas humana nosse sinit, & scit, testificatur illum ad huiusmodi onus officij esse dignum. Sed ad hanc dignitatem. vt dicit Apostolus 1. Tim. 3. requiritur, quod clericus aut sacerdos sit *irreprehensibilis, sobrius, prudens, pudicus, ornatus, hospitalis, non litigiosus neq; cupidus.*

In futuro erimus omnes Sacerdotes.

SPIRITVALITER omnes sumus promouendi ad ordines, quia omnes erimus in futuro sacerdotes. Iuxta illud Apocal. 5. *Fecisti nos Deo nostro regnum*, id est regni eius participes *& sacerdotes*, id est, hostias laudis Deo offerentes, *& regnabimus super terram*, id est, in cœlo, sic exponit Lyra. Et quia erimus ibi omnes sacerdotes hostias laudis Deo offerentes idcirco probat nos Christus, an sumus digni, quia nullus indignus ibi admittetur. Sed tunc quilibet erit dignus, cum fuerit inreprehensibilis videlicet sine crimine, sobrius, prudens, &c, & principaliter misericors & hospitalis.

Nam

Nam Christus nos præmonet, de quibus nos probare vel examinare velit. Magnus enim fauor fieret Clerico si posset præmoneri, de quo passu vel qua materia, deberet examinari, quia tunc posset sibi prouidere, iste fauor fit nobis. Ordines enim generales fient in die Iudicij, quando iuxta merita nostra ad ordines angelorum recipiemur prosperè. Et dicetur in generali omnibus illud. 1. Pet. 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, populus acquisitionis, gens sancta.* Sed in speciali dicetur vnicuiq; illud. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* Et modo sumus præmoniti de quibus examinabimur, & certè non de difficilibus sed de communibus, scilicet de Donato & partibus nostris, id est, de operibus nostris, sicut patet Matth. 25. *Esurini & dedisti mihi manducare, &c.* & totum est de Donato. Illi qui inueniuntur nescisse de Donato, deficient de ordinibus, & depellentur sicut Laici, & ponentur illuc, vbi est *vmbra mortis, & nullus ordo.* Iob. 10. Quando dicetur illis. *Ite maledicti in ignem æternum.* Sed boni & recti qui benè responderunt, de corde securi erunt. Iuxta illud Tob. 3. *Hoc habet pro certo omnis homo qui colit te, quia vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur.* Et Iacobi 1. cap. *Beatus vir qui suffert tentationem, quia cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.*

In die iudicij erit generalis Ordinum collatio.

SECVNDO probat Christus electos suos, sicut probatur nouitius ante probationē & professionem. Vnde tempus nouitatus est tempus probationis nostræ. Licet enim nouitius gerit interdum habitum professoris, tamen in voluntate sua est, proijcere habitum infra tempus probationis, quandocunque sibi placuerit, & ideo non habet habitum inseparabiliter. Moraliter, habitus & ornatus animæ, est gratia: præsens vita, est nouitiatus & tempus probationis, in quo dicetur nobis Rom. 12. *Reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona.* Licet enim in hoc tempore geramus habitum professorum, id est bonorum, quæ est gratia consummata, tamen sumus professi. Sed habitum possumus proijcere per peccatum mortale quando placet.

E

Christus probat electos sicut Nouitij probātur ante professionem.

Habitū abijcimus per peccatum mortale.

Ex his iam dictis soluitur quæstio, qua quæritur. Vtrum caritas semel habita possit amitti? Et habetur quod sic. Nam quibuscunque modis caritas perfecta sit, in hac vita potest amitti. Sed illa quæ habetur in patria est perfectissima, quæ cum semel fuerit habita, amitti non potest, vt de pœn. dist. 2. Caritas est. Est tamen notandum quod nouitij interdum probantur, aut examinantur generaliter, de quinque scilicet, an sint seruilis conditionis, an sint alterius professionis, an mulieri coniugati, an ratiocinijs obligati, an occultam habeant infirmitatem. Si vero aliquem istorum habuerint defectum & sciatur, à professione propellentur.

Nouitij in quinq; punctis examinantur.

PRIMO quæritur; An sit seruilis conditionis: quia nullus seruus siue priuati, siue Ecclesiæ ordinari debet, nisi prius manu mittatur, vt 54. distinct. c. 2. & 3. Et ratio est, quia seruilis vilitas atque clericalis dignitas vt 54. dist. non æquiparantur, extra de Ser. non or. de seruorum in fine. Et hoc intellige verum in omni genere seruorū, siue sint asscriptitij, siue origenarij. Sed MORALITER significatur per hoc quod Deus probat omnes, quos assumit ad suam professionem, an sit seruilis conditionis, id est, an sit totus datus mundi seruitijs, pro diuitijs & honoribus consequendis in hac vita; & si sic, non admittit eum ad professionem, quia *nemo potest duobus Dominis seruire.* Matth. 6. Vnde legitur, quod Philosophus quidam noluit assurgere aduenienti principi, alijs eum honorantibus & assurgentibus, & rationem reddidit:

F

An sit seruilis conditionis.

Quosnam Deus assumat ad suā professionē.

ſeruit enim ſeruo meo, quia ego contemno mundum, & mundus mihi ſeruit, & ipſe ſeruit ei, quare non aſſurgo. Iſte non fuit ſeruilis conditionis, ſed valde nobilis.

An in alia religione profeſſionem faceat.

SECVNDO quæritur à nouitio; An ſit alterius profeſſionis, quia dicit ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ q. vlt. Tranſire de vna religione ad aliam, niſi propter magnam neceſſitatem vel vtilitatem, non eſt laudabile, tum quia ex hoc plerunque ſcandalizantur illi qui relinquuntur, tum quia etiam facilius proficit aliquis in religione quã conſueuit cæteris paribus. Vnde in collatione Patrũ Abbas Neſtorius dicit. Vnicuiq; vtile eſt, quod ſecundum propoſitum quod elegit, ſummo ſtudio ac diligentia ad operis incepti perfectionem peruenire feſtinet, & nequaquam à ſua quam ſemel elegit profeſſione diſcedat, ideo requiritur nouitius, an ſit alterius profeſſionis. Sed in hoc MORALITER denotatur, quod ille qui eſt radicatus & habituatus aliqua conſuetudine viuendo in peccatis, ipſe quaſi alterius profeſſionis teneat ſibi, quod licet recipi poſſit à Chriſto, tamen cum magna difficultate.

An habeat vxorem.

TERTIO requiritur; An ſit mulieri coniugatus, quia vir continentiam vouere non poteſt inuita vxore, necè conuerſo. Nam dicit Auguſtinus ſuper Pſalm. 66. Si dicat vir, continere iam volo, nolit autem vxor, non poteſt. Quid enim tu vis, illa non vult, nunquid per continentiam tuam illa fieri debet fornicaria? ſi alij nupſerit, te viuo, adultera eſt, non vult tali lucro Deus tale damnum recompenſari, redde debitum, & ſi non exigis, redde, pro ſanctificatione perfecta tibi computabit Deus. Si non quod tibi debetur exigis, ſed reddes quod debes vxori. Sed MORALITER intelli-

Carnis operibus deditũ non recipit Deus ad ſuã profeſſionẽ.

lige quod Chriſtus probat ſeu examinat omnem, quem ad ſuam profeſſionem recipit, an ſit operibus carnis deditus, & ſi ſic eum non recipit, quia talis non peruenit ad eum perfecta voluntate, quia Lucæ 14. dicit. *Vxorem duxi & ideo non poſſum venire.*

G

An ſit ratiocinijs obligatus.

QVARTO quæritur à nouitio; An ſit ratiocinijs obligatus, quia obligati reipublicæ, non ſunt in religiones recipiendi 53. diſt. c. 1. Et ſi obligatus ſit ad ratiocinia priorum, honeſtum eſt quod prius de ratiocinijs ſe expediat, &c. MORALITER quilibet homo tenetur ad computum & reſtitutionem ſi fuerit vſurarius, & de pecunia vſuraria ſit debitus, & non vult reſtituere, Chriſtus non curat de eo, quia ipſe eſt ratiocinijs obligatus. Sed cui vſura eſt reſtituenda? Reſpondet Hoſtienſis, generali-

Vſura cui reſtituenda ſit.

ter debet ei reddere, à quo quis extorſit, vel hæredi eius. Et ſi non inueniretur, pauperibus eſt eroganda. Extra de vſuris, Cum tu. Quod ſi abſens eſt, eò quod vſurarius tranſtulit ſe ad locum alium, tenetur ei mittere ſuis proprijs expenſis. Quod ſi ille qui debeat recipere ab vſurario, vel hæres tranſtulit ſe ibi, tunc mittit ei ſumptibus illius cui mittit, niſi expenſæ excederent totam ſummam, tunc enim debet pauperibus erogare, 7. q. 5. Anteriorum, & extra de Iudæis. Cum ſit, &c. Si Clericus Si-

Clericus Simoniacus quid facere aut reſtituere debeat.

moniace intrauit Eccleſiam, occupauit bona per amicos, & non eſt paratus reſignare & reſtituere, iſte eſt obligatus ad ratiocinia, & Chriſtus eum ad profeſſionem donec perſoluerit non permittit, quia tenetur renunciare beneficio, & reſtituere omnes fructus perceptos, & qui percipi potuiſſent. 14. q. 6. ſi res, de reſtit. Spol. Grauis, niſi illos fructus expendiſſet in vtilitatem Eccleſiæ. Item, ſi ſpoliaſſet pauperem per potentiam, vel falſum indicium, vel teſtimonium perhibitum contra eum, & non feciſſet reſtitutionem, tu es obligatus ad ratiocinia, & te Chriſtus ad ſuam profeſſionem non admittit, quia peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum, vt

dicit

dicit regula Iuris lib. 6. Et de his omnibus dicit Psal. 124. *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.*

QVINTO requiritur; Si habeat aliquam occultam infirmitatem, sic & Christus probat quemlibet, & quærit ab eo, si commisit aliquod peccatum vile de quo non est confessus, & illud celat & occultat infirmitatem spiritualem, & sic eum non admittit nisi curetur. Idcirco omissis & exclusis istis impedimentis, vnusquisque curet se probabilem nouitium exhibere, ne à professione Dei confusibiliter reprobetur. Iuxta illud 2. Timoth. 2. *Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem, rectè tractando verbum veritatis.* Et qui falsus inuentus fuerit, faciet suam professionem finali iudicio terminato dicens illud Deuteron. 26. *Profiteor hodie coram Domino Deo quod ingressus sum in terram pro qua iurauit Patribus nostris.* An occultũ aliquam habeat infirmitatem.

TERTIO probat Deus homines quos emit sanguine suo pretioso, sicut probatur Baccalaureus ante magistrationem. Iste enim antequam incipit Magisterium probatur tribus modis, videlicet in legendo, opponendo & respondendo; habet enim necesse legere cursoriè aliquid vnum volumen suæ facultatis ad minus. Sic & nos *Primo* debemus legere ante professionem volumen conscientiæ nostræ. Stolidus est scholaris & Clericus, qui nescit legere scripturam suam & opus suum. Sic fatuus censendus est homo, qui nescit in libro conscientiæ suæ legere scripturam peccatorum suorum, & opus suum malum. Ideo dicit Apostolus ad Galat. 6. *Opus autem suum vnusquisq; probet, & sic in semetipso habebit gloriam. Secundo* debemus opponere & arguere per iustam correctionem proximorum, & principaliter ad Prælatos pertinet, & in casu ad omnes. Iuxta illud Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum.* Sed cuilibet dicitur Sapientiæ 1. *Probata virtus corripit insipientes. Tertio* debemus respondere per gratiarum actionem. Iuxta Thessal. 5. *In omnibus gratias agite,* & qui hoc compleuerit dignus est gradu Magistrali, exemplo Tobiæ, qui in se fortiter & deuotè compleuit peccata sua confitendo, vxorem corrigendo, & Deo pro cæcitatis flagello gratias agendo. Et ideo sibi dictum est. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.* H Quomodo Christus probet electos suos. I. Legendo. II. Opponendo III. Respondendo.

QVARTO probat Christus redemptos sicut probatur denarius antè solutionem: qui alteri mutuat denarium, diligenter antè solutionem quantitatem, pondus & imaginem pensat. Et si in aliquo loco defecerit non est moneta regalis, nec recipienda. MORALITER. Quantitas est æquitas, pondus est caritas, imago est veritas. Æquitas ad proximum, Caritas ad Deum, veritas autem ad seipsum. Vnusquisque à Deo accipit denarium mutuò, id est animam rationalem habentem imaginem regis, & in die mortis est tempus solutionis, tunc oportet denarium reddere & Christo offerre, Iuxta illud quod dicit Angelis. Matthæi 22. *Afferre mihi denarium.* Et certè nisi hæc tria prædicta, scilicet quantitatem, pondus, & imaginem in eo inuenerit, reprobatur. Iuxta illud Hierem. 6. *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos.* Si vero illa habuerit dicit Christus illud Genes. 43. *Pecuniam quam dedistis mihi habeo probatam.* Et tunc verificabitur de nostro denario illud Psal. 11. *Argentum igne,* scilicet caritatis *examinatũ probatum terræ,* id est terra nihil habens terrenæ cupiditatis, *purgatum septuplum,* id est, à septem peccatis capitalibus vitijs, quæ sunt radices. I Christus probat redẽtos sicut denarium. Denarius est anima rationalis habens imaginem regis.

vni-

vniuersæ iniquitatis. Tale argentum concedat nobis sancta Trinitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Amen.

DOMINICA III. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Sobrij estote & vigilate. Ita scribitur 1. Pet. 5.

DIcunt naturales, O rex est piscis adeo magnus, quod vix eum possunt equi decem portare. Et iste piscis delectatur in vino, quod si multum bibit, ex hoc lenescit, ideo prudentes piscatores qui hoc sciunt, cum cœperint ipsum, dant ei vinum bibere, & sic in tantum bibit, quod inebriatur, & à paucis deinceps baiulatur,

K

MORALITER, Per pisces significantur generaliter homines. Iuxta illud Matt. 13. *Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti*, vbi per mare intelligit præsens seculum propter multa pericula. Sed per omnia genera piscium, intelligit bonos & malos, diuites & pauperes. Sed tamen SPIRITVALITER per hunc piscem qui dicitur O rex, & qui est magnus intelliguntur boni & magni homines in virtutibus, qui adeò magni & firmi sunt in suo bono proposito, quod multi equi, id est, dæmones, quorum quilibet dicitur *fallax equus ad salutem*, secundum Psal. 32. Non possunt eos falsis deceptionibus ducere & portare ad peccatum. Sed cum biberint vinum & inebriati fuerint, adeo leues fiunt, vt eo facilius consentiant in omne malum. Exemplum patet & figura in Loth Genes. 19. Qui adeo magnus fuit in virtutibus vel virtute hospitalitatis, quod omnes peregrinos recepit, & in tantum fuit castus, quod inter Sodomitas mansit continens & pudicus, sed illum quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. Nam filiæ eius eum vino inebriauerunt, dicentes vna ad alteram, *Pater noster senex est*, quasi dicerent, cito deficiet ei virtus generandi, *& nullus virorum mansit in terra, qui possit ingredi ad nos.* Credebant enim, vt dicit gloss. sicut per diluuium omnes mortui fuerant, ita & incendio. Ideo habuerunt piam intentionem, scilicet conseruationem generis humani, licet malo medio ad hoc vellent venire, scilicet per incestum cum patre, quod est detestabile. *Veni*, inquit, *vna ad aliam, & inebriemus eum vino*, quod secundum glossam, nobiscū portauimus. Et dicunt aliqui, quod in isto vino miscuerunt aliqua, quæ habebant virtutem inebriandi, & prouocandi ad coitum, ignorante patre, & sic dormierunt cum eo, & ille non sensit. Quia dicit gloss. Loth euigilans de nocte, benè aduertit mulierem iuxta se, & cognouit eam carnaliter. Sed quod esset filia ignorauit, quia calefactus vino non recoluit, quod vxor sua esset mortua, & ideo credebat se esse cum ea, propter quod dicitur in Canone. Sane 15. quæst. 1. Sanè, inquit, dixerint ebrietatem vitandam, per quam crimina cauere non possumus. Nam sobrij cauemus, quod per ebrietatem ignorantes committimus, nesciunt quid loquuntur, qui nimio vino indulgent, iacent sepulti. Ideo Apostolus in verbo proposito ad sobrietatem nos inducit, cum dicit. *Sobrij estote*, & monet ad duo, *Primo* ad sobriè viuendum, ibi; *Sobrij estote: Secundo* ad sollicitè vigilandum, ibi; *Et vigilate.*

Mare seculũ præsens, O rex piscis signat bonos & virtuosos homines.

Loth inebriatus, cognouit filias suas.

Quan-

Digitized by Google

Quantum ad PRIMVM, mouet ad ſobriè viuendum. Pro quo NOTA Magiſter lib. 16. proprietatum Bartholomæus, dicit, quod Amethyſtus eſt lapis Indicus, inter gemmas purpuræ obtinet principatum. Nam contra ebrietatem facit vigilem, malam repellit cogitationem, bonum affert intellectum, & mollis eſt ad ſculpendum. Iſte lapis MORALITER ſignificat ſobrietatis virtutum, quæ contra vitium ebrietatis facit hominem vigilem, repellit malam luxuriæ cogitationem, &c. Et in ſacra ſcriptura reperitur triplex ſobrietas neceſſaria homini virtuoſo. Debet enim habere ſobrietatem, vt ſit ſcientia ſine præſumptione in parte intellectiua; vt ſit continentia ſine ſolutione in parte ſenſitiua; vt ſit abſtinentia ſine ingurgitatione in parte nutritiua, vt dicit Robertus Holkot, ſuper lib. Sap. lect. 122. *Primo* ergo neceſſaria eſt homini virtuoſo ſobrietas, vt ſit ſcientia ſine præſumptione in parte intellectiua. Et hanc ſuadet Apoſtolus ad Rom. 12. *Dico enim per gratiam, quæ data eſt mihi, omnes qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quàm oportet ſapere*, ſcilicet ad ſobrietatem. Vnde dicit Seneca ad Lucillum epiſtola 125. Plus ſcire velle, quàm ſatis eſt: intemperantiæ genus eſt; & Epiſtola 19. dicit. Quemadmodum aliarum rerum, ita literarum intemperantia laboramus.

L
Amethyſti lapidis via & natura.

Sobrietas triplex.

Sobrietas eſt homini virtuoſo neceſſaria, & quare.

Sed NOTA, huic ſobrietati eſt contraria ebrietas præſumptionis, qua quis ſententiam ſenſus proprij nimis approbat, & eam præponderat ſententijs melioribus. Contra quod dicit Sapiens Prouerb. 3. *Ne innitaris prudentiæ tuæ, nec ſis ſapiens apud temetipſum*, vbi dicit gloſſ. prudentiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſunt agenda, & dicenda videntur, Patrum decretis præponit. Et gloſſ. Hieron. Et ponitur etiam Extra de conſtit. c. Ne inniteris. Sed ſapiens eſt apud ſe, qui in illis quæ ex Patrum magiſterio potuit rectè cognoſcere, ſe præ cæteris quaſi doctiorem extollit. Et talis hominis præſumptuoſi ſigna docet Hugo libro ſuo de 12. gradibus humilitatis. Primus, inquit, in conuentu reſidet in conſilijs, primus reſpondet, non vocatus accedit, non iuſſus ſe intromittit, reordinat ordinatos, reficit facta, quicquid ipſe non fecerit, nec ordinauerit, non rectè factum æſtimat, ordinatum iudicat, iudicantes præiudicat iudicaturos. Iſtius etiam conditiones docet Ariſtoteles 7. Ethic. cap. 13. vbi dicit, quod quidam ſunt nimis manſuri in propria opinione, & ſunt ita pertinaces, quod nullo modo à ſuis opinionibus auelluntur. Et tales Græcè vocat *ἰσχυρογνώμονες* ab *ἰσχύρον* Græcè, quod eſt fortis Latinè, & *γνώμη* quod eſt cognitio, quia fortiter opinioni ſuæ vel cognitioni intendunt. Et iſtis attribuit quatuor conditiones,

Sobrietati eſt contraria Intemperantia præſumptionis.

Signa præſumptuoſi.

Primo ſe habent ad continentem, ſicut prodigus ad liberalem, & audax ad fortem. Continens enim vocatur ſecundum Ariſtotelem, qui contra paſſiones manet fixus in virtute ſecundum rectam intentionem ſemper immobiles, *ἰσχυρογνώμων* habet tamen de continente, quod ſibi manet & immobiliter adhæret. Hoc autem non eſt virtuoſum ſecundum ſe, ſed quando fit ſecundum rectam rationem. Vnde ſicut prodigus liberalem excedit, quia plus dat, quàm oportet, & vbi non oportet, ita præſumptuoſus excedit conſtantem virtuosè, quem vocat Philoſophus continentem, quia adhæret pluſquam oportet ſenſui ſuo proprio. *Secundo*, dicit Ariſtoteles de talibus, quod ſunt indiſciplinati; quia nolunt ab alijs inſtrui. *Tertio*, ſunt agreſtes, quia cum ſemper volunt ſequi proprium ſenſum, non poſſunt de facili commorari cum alijs, & ideo neceſſe habent fieri ſolitarij parum communicantes cum alijs. Omnis homo qui amicabiliter vult cum alijs conuerſari, multipliciter ſe debet eis con-

M

Amicitiam

volens se aliis conformat.

formare. Et hoc docet B. Augustinus distinct. 12. c. Illa. Quod enim, inquit, neque contra fidem, nec contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuitur societate seruandum. Ideo legitur in historia Alexandri. Cum adeptus fuisset regnum Persarum, statim relicta forma Macedonum, in

Alexander habitu & veste Persis se cōformauit.

habitu & veste se conformauit Persis, vt eorum beneuolentiam captaret. Omnis enim singularis, fit eo ipso odiosus, sicut probat Vincentius in spec. histor. lib. 24. de Cosdroë rege Persarum, qui adeo singularis fuit, quod cum hominibus habitare noluit, sed elatus insolentia, ausus est se Deum Deorum, & Dominum Dominantium, & Regem Regum appellare, propter quod fecit sibi turrim argenteam, in qua vt Deus resedit. Sed cum Heraclius Imperator terram suam intrasset, & tàm filium Cosdroë, quàm populum eius sibi subiugasset, ille exitum belli ignorabat, quia cum ab omnibus odiretur, à nemine sibi intimabatur, ideo de terra fuit eiectus, quare dicit Salustius vt recitat Albertus in libro Politicorum istos versus.

Cosdrois Regis Persarū superbia.

Consulo quisquis eris, qui pacis fœdera quæris,
Consonus esto lupis, cum quibus esse cupis.

Hæc est ergò sobrietas *Prima* dicta scientia, videlicet sine præsumptione in parte intellectiua, & hanc docet hic Apostolus, cum dicit: *Sobrij estote.*

N

Secunda sobrietas est continentia sine dissolutione in parte sensitiua, & ista sobrietas est ordinata modestia sensuum exteriorum, vt nihil vage mentis appareat, nihil libidinosum, sed totum sit religiosum. Hanc sobrietatem habuit Maria mater Domini, de qua scribit Vincen. in spec. histor. lib. 7. quod omnis sermo eius ita erat gratia plenus, vt in lingua eius cognosceretur Deus, semper in oratione & in perscrutatione legis Dei permanebat. Illam etiam sobrietatem sensus visus habuit ille, de quo legitur in Vitaspat. lib. 4. cap. 229. *Et in lib. Doct. Patrum, lib. de Sobrietate, num. 5.* quod Abbas Siluanus habuit discipulum, qui iuit rigare hortum; & dum ibat ad mittendum aquam, tegebat faciem cuculla, tantum ad pedes suos intendens. Contigit autem, vt quidam frater superueniret, & considerans eum à longè quid fecisset, & dixit ei. Dic mihi Abba, vt quid tegebas cuculla faciem tuam, & sic adaquabas hortum? Dixit ei senex: fili, ne viderent oculi mei arbores, & occuparetur animus meus, ne in bono opere suo, in consideratione earum impediretur.

Sobrietas B. Mariæ Virginis.

De monacho faciem tegēte dum hortum rigaret.

Sed huius sobrietatis contrarium est ebrietas dissolutionis, quæ est vana insolentia gestus & ornatus in homine exteriori. Istam sobrietatem in gestu, monet vel hortatur Apostolus, 1. Timoth. 2. sic: *Volo viros orare in omni loco, eleuantes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres*, orare volo, scilicet, *in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se*, scilicet non curiosè, *& non in tortis crinibus*, id est in crispatis *aut auro*, id est ornamentis aureis, *aut margaritis*, scilicet affixis auro vel argento, vel vestibus consutis, scilicet circa collum suum vel manus, *vel veste pretiosa*, videlicet vltra modum status vel personæ, sed habere vestes simplices & honestas, *quod mulieres decet promittentes pietatem per opera bona*, quasi diceret, ita quod pecunia non expendatur in talibus vanis & curiosis, sed in operibus pietatis. Hæc omnia ad sobrietatem istam videntur pertinere. Ideo dicit Augustinus in regula. In omnibus moribus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram decet sanctitatem. Et Ambrosius de Officijs lib. 4. Sermones, inquit, proferimus, libra iustitiæ examinantes, vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus.

Verba nostra, libra iustitiæ.

Digitized by Google

dus. Temperantia cordis habeat animi munditiam, iuſtitia miſericordiam, prudentia pacem, fortitudo manſuetudinem. Hæc ille. Iſta ſobrietate carent diſſoluti & voluptuoſi homines, quamdiu ſunt incolumes & ſani, qui propter corporis caliditatem & animi leuitatem, infra ſemetipſos non poſſunt conſiſtere. Sed ſi febre corripiantur per vnam hebdomadam vel duas, ſtatim fiunt ſobrij, ſaltem ad tempus. Ideo ſignanter dicit Sapiens, Eccleſ. 31. *Infirmitas grauis, ſobriam facit animam.*

iuſtitiæ examinanda ſunt.

O

Tertia ſobrietas eſt abſtinentia ſine ingurgatione in parte nutritiua. Et ſic de ea loquitur Sapiens, Eccleſ. 21. *Æqualis vita omnibus, vinum in ſobrietate, ſi bibas moderatè, eris ſobrius.* Idem Eccleſ. 29. *Initium vitæ hominis aqua & panis.* Gloſſa, id eſt, cibus & potus moderatus. De iſto etiam loquitur Apoſtolus ad Titum 2. *Iuuenes hortare, vt ſobrij ſint, adoleſcentulas vt viros ſuos ament, diligant filios ſuos, prudentes, caſtas, & ſobrias,* ſcilicet in cibo & potu, *domus curam habentes.* De hac etiam Orige. Homil. 37. Sobrietas omnium virtutum mater eſt.

Sobrietas omnium virtutum mater, valet.

Circa hoc NOTANDVM, quod hæc virtus, ſobrietas ad multa valet. *Primo*, ad corporis ſanitatem. Iuxta illud Eccleſ. 31. *Sanitas eſt anima & corporis ſobrius potus.* Cui concordat Chryſ. ſuper Epiſtolam ad Hebræos. Et allegatur de Conſe. diſt. 5. c. Nihil. Nihil, inquit, ſalutem ſic vel ſenſuum acumen operatur, nihil ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata refectio. *Et infrà*, Fames, inquit, in paucis diebus aufert hominem, & liberat eum ex hac vita pœnali, exceſſus verò ciborum conſumit & putreſcere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli conſumit. *Secundo*, ad vitæ diuturnitatem. Iuxta illud Eccle. 37. *Qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.* Et hæc fuit vna cauſa, quare ſancti Patres tàm diu vixerunt, ſcilicet abſtinentia cibi & potus. *Tertio*, valet ad ſpiritualem & corporalem iucunditatem. Iuxta illud Eccli. 31. *Exultatio corporis & animæ, vinum moderatè potatum.* De hac etiam dicit Chryſoſtomus, vbi ſupra. Sufficientia, inquit cum nutrimento & ſoſpitatem ſimul etiam procurat & voluntatem, id eſt, hilaritatem, ſecundū gloſ. abundantia vero morbum facit, & moleſtias ingerit, & ægritudinem generat & facit. Cui conſonat Gregorius in moralibus: Si à carne, hoc quod licet, abſcindimus, mox in ſpiritu hoc quod delectat inuenimus: homo enim ſobrius delectabiliter viuit dormiendo & vigilando, Eccli. 31. *Somnus ſanitatis in homine parco, dormiet vſque ad manè, & anima ipſius in ipſo delectabitur.*

1. Ad corporis ſanitatem.

2. Ad vitæ diuturnitatem.

3. Ad ſpiritualem & corporalem iucunditatem.

Hominis ſobrij vita delectabilis.

P

Quarto, ſobrietas rationis ſeruat libertatem, quam eius oppoſitum, ſcilicet ebrietas conſueuit impedire, quia dicit Hieronymus in epiſtolis, Qui inebriatur, mortuus eſt & ſepultus. Ideo dicit Sapiens, Eccleſ. 31. *Ne comprimaris in conuiuio vino.*

4. Sobrietas rationis ſeruat libertatem.

Hic oritur dubitatio, vtrum quælibet ebrietas, ſeu quilibet exceſſus in cibo vel potu, virtutem ſobrietatis deſtruat? Quod ſi verum ſit, omnis exceſſus in cibo vel potu, mortale peccatum erit. Ad hoc dicendum, quod duplex eſt modus ſiue menſura pertinens ad ſobrietatem: *Vnus* attenditur in commenſuratione naturæ, vnde menſuratè ſumit cibum & potum, qui ſumit quod neceſſarium eſt, & ſufficit naturæ: immoderatè verò, qui ſumit plus quàm neceſſarium eſt, & iſte exceſſus poteſt eſſe venialis & mortalis: Vnde non omnis exceſſus deſtruit virtutem ſobrietatis. *Alius modus* attenditur in comparatione boni temporalis ad æternum, Vnde ſecundum hunc modum ſeruat quis in ſumendo cibum & potum menſuram quando temporale bonum non præfert, vel æquat bono æterno. Immoderatè verò ſe habet ſumendo cibum &

Quænam ebrietas aduerſetur ſobrietati.

Non omnis exceſſus ebrietatis eſt mortalis.

potum, cùm temporale bonum præfert, vel æquat æterno. Et talis excessus mortale est peccatum, & destruit virtutem sobrietatis.

Q Pars secunda cõcionis.

Quantum ad SECVNDVM hortatur Apostolus ad sollicitè vigilandum, cum dicit: *Et vigilate.* Vbi NOTA, quando homo in nocte, vbi sibi imminet periculum ambulat, non dat somnum oculis suis, sed sollicitè vigilat, ne aliquod damnum capiat, & horas noctis numerat attentè, atque pensat, vt sic solerter custodiat.

Nox est præsens vita.

MORALITER. Nox est præsens vita, secundum illud Isaiæ 26. *Anima nostra desiderat te in nocte*, id est, in præsentis vitæ obscuritate. In ista ergo nocte præsentis vitæ ambulamus, in qua multa pericula dæmonum nobis aduersantium habemus. Sicut testatur Gregorius in homil. In præsenti, inquit, vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus, maligni autem spiritus, quasi quidam latrunculi iter nostrum obsident, ideo necesse est, vt vigilemus, secundum illud Psalm. 120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel*, id est animam quæ videt hic Deum per fidem, vel hic videt eum in spe, ibi autem in re, id est in veritate, vnde præsens vita ad instar noctis distinguitur in tres vigilias quarum quælibet habet tres horas.

Vita nostra distinguitur in tres vigilias.

I. Mundi contemptus.

PRIMA VIGILIA, est mundi contemptus. In hac debet homo sollicitè vigilare & videre, quia per multas tribulationes docet nos mundus seipsum contemnere. Sicut dicit Gregorius. Ipse mundus, cum tot amaritudines nobis inijciat, cum tot calamitates ingeminet, quid aliud, nisi vt non ametur, clamat. Ista vigilia habet tres horas, quia tres sunt res, quas affectat homo mundanus. De hoc Innocent. de vilit. hum. condi. li. 2. c. 1. Tria sunt, quæ solent homines affectare, opes, voluptates, & honores: de opibus praua, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt.

Prima vigilia habet tres horas.

R Prima hora est contemptus opum aut diuitiarum.

Prima ergo hora est contemptus opum aut diuitiarum, debent ergo diuitiæ contemni, quia nihil sunt, Sap. 7. *Diuitias nihil dixi esse in comparatione illius*, scilicet sapientiæ: super quo dicit Holkot lect. 91. Vnde dicuntur diuitiæ nihil, quia pro eis se homines annihilant, irritando, insidiando, machinando, & bellando. Nam propter diuitias vnusquisq; annihilare nititur alium. *Secundo*, dicuntur nihil, quia in maxima necessitate, scilicet in morte & in iudicio non iuuant, & quando homo maximè indiget, tunc dominum suum derelinquunt. Iuxta illud Psalm. 75. *Dormierunt somnum suum*, scilicet mortis, *omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis*, & Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil secum aufert, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Tertio*, dicuntur nihil, quia non satiant animum possidentis. Sicut vacuum dicitur nihil, Eccli. 1. *Non satiabitur oculus visu, nec auris auditu implebitur*, nec mirum quia omnia terrena sunt vacua, Hierem. 4. *Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil.*

Diuitiæ in morte & iudicio non iuuant.

Diuitiæ non satiant animam.

S Secunda hora est, contemptus diuitiarum.

Secunda hora est contemptus voluptatum, quia dicit Chrysostomus in libro de reparatione lapsi. Quid profuit illis, qui in luxuria corporis, & in præsentis vitæ voluptatibus vsq; ad diem vltimum permanserunt? Intuere nunc sepulchra eorum, & vide, si est in eis aliquid iactantiæ seu vestigium: si aliqua luxuriarum vel diuitiarum signa cognoueris: Require nunc, vbi vestes & ornamenta peregrina, vbi spectaculorum voluptas, vbi & secutorum turbæ, conuiuio cessit opulentia: risus, iocus, & immoderata atque effrenata lætitia, quo abijt? quo abscessit? vbi illa nunc, vbi ipsi, quis finis vtrorumq;? Intuere diligentius, & accede ad singulorum sepulchra: Et recordare hunc esse corporum finem, etiam si in delitijs & lætitia, si in labore & continentia transegerint vitam. Hæc Chrysostomus, In illa hora si ista cogitaueris, voluptatem non amabis.

Voluptatũ quis finis.

Ter-

Digitized by Google

Tertia hora eſt contemtus honorum. Vnde dicit Robertus Holkot ſuper lib. Sapien. lect. 91. Honor mundi, eſt quaſi equus eleuans hominem à terra, & portans eum ſuauiter, quia delectabile eſt hominem honorari, per miniſteria hominum, adulationes, inclinationes, genu flexiones, & vocari domine & magiſter; Sed caueant iſti honorati, quia iſte equus eſt valde doloſus. Iuxta illud Pſalm. 32. *Fallax equus ad ſalutem*, quia in fine ſuos aſſeſſores grauiter præcipitat. Ideo dicit Bernard. in lib. de contemtu mundi. Eia quam duriſſimum iudicium his qui præſunt, fiet, aſcendet ſuperbia tua ſemper, ſequere regem tuum, omne ſublimè videant oculi, feſtina multiplicare præbendas: Deinde ad Archidiaconum euola, deinde ad prælaturam aſpira, quoniam ſic itur ad aſtra, vt altiori gradu grauior caſus ſit, neque enim ſic paulatim decides, ſed tanquam fulgur impetu vehementi, quaſi alter Sathanas deijceris.

I. Tertia hora eſt, contemtus honorũ.

SECVNDA VIGILIA eſt appetitus virtutum: & certè multum debent homines vigilare circa virtutes; & appetere illas, quia *virtutibus nihil eſt vtilius hominibus in hac vita*, Sapien. 8. Diuitiæ etiam corporales auferri poſſunt, ſed non ſpirituales videlicet virtutes. Ideo ſecundum Philoſophum virtus bonum noſtrum eſt, propriè tamen bona fortunę ſunt nobis bona aliena. Sed bonum propriè nulla vis à nobis excutit. Iuxta illud Senecæ: Non poteſt auferri ab hominibus virtus, nec in vita, nec in morte. Cui conſonat Tullius. Omnia, inquit, alta caduca ſunt; virtus vna eſt altiſſimis defixa radicibus. Iſta vigilia circa virtutes, tres habet principales horas. *Prima* eſt pura oratio, de qua dicit Caſſiodor. ſuper illud Pſalm. 87. *Intret oratio mea in conſpectu tuo.* Virtus magna hic puræ orationis notatur, quia perſona quidem ad Deum intrat, & mandatum peragit, quo caro nequit peruenire. Eſt enim quaſi quædã auicula, aquilinis pennis cœlum penetrans, & vſque ad ſedem Dei pertingens. Et velut apis, de fauo ſecreti cordis munerata recedit, de flore tamen qui Chriſtus fœcunda reuertitur, nec inde floris ſubſtantia minuitur de ipſa. Etiam dicit Effrem in lib. de luctationibus ſeculi. Sanctæ & puræ orationes, & confabulationes, & colloquia deſuper, & magna exultatione ad Deum aſcendunt, Angeli & Archangeli eis occurrunt, & ſuſcipientes eas vſque ad thronum gloriæ Dei ſancti perducunt. *Secunda* huius vigiliæ appetitus videlicet virtus eſt lacrymarum effuſio. De illis Rabanus ſuper Matth. Proprietates lacrymarum ſunt quatuor. Sunt enim humidæ, vt ſordidum cor abluant; calidæ, vt frigidum calefaciant: ſalſæ, vt fœtidum condiant; amaræ, vt dolectationem cordis temperent. Vno ergo momento Deum pulſant, ſcelus rigant, animam lauant, ignem inferni extinguunt, quod non faceret tota aqua maris. *Tertia* hora eſt eleemoſynarum largitio, quia dicit Leo Papa in quodam ſermone. Delitiæ noſtræ ſunt opera pietatis, illisque cibis impleamur, quibus ad æternitatem inuitamur. Sentiant omnes pauperes humanitatem, in quibus inuandis nemo eſt, qui non poſſit aliquam exequi beneuolentiæ portionem.

II. Appetitus virtutum.

Secunda vigilia habet tres horas.

1. Pura oratio.

2. Lacrymarũ effuſio.

3. Eleemoſynarũ largitio.

X

TERTIA VIGILIA eſt æternorum deſiderium. In hac vigilauit Propheta quando dixit Pſalm. 41. *Sicut deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Hæc vigilia habet tres horas. *Prima* eſt oblitio temporalium, ad quam hortatur Chriſtus Pſalm. 44. quamlibet animam. *Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.* Et ponit rationem. *Et*, id eſt, *quia concupiuit rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus.* Et hoc dicit contra illos,

III. Deſiderium æternorum.

Hora vigiliæ huius.

1. Oblitio tẽporalium.

illos, qui hic pecuniam & temporalia colunt pro Deo. *Secunda* hora est contemplatio cœlestium. In hac hora vigilauit Hieronymus quando scripsit super Psal. Si fieri posset, quod aliquis vno die tantum in regno cœlorum esset, & postea præcipitatus decideret, rectè quoq; dicere posset. *Melior est dies vna in atriis tuis super milia.* Psal. 83. In ista etiam hora vigilauit Anselmus in Prosologio, sic dicens. Quid per incerta vagaris, ô homuncio, quærendo bona creata? ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona. Si delectat pulchritudo, *fulgebunt iusti & sol.* Si libertas aut fortitudo, similes erunt angelis Dei in cœlo. Si longa & salubris vita, ibi sanitas æterna. Si satietas aut ebrietas, satiabuntur de gloria Domini, *& inebriabuntur ab vbertate domus Dei.* Si melodia, ibi canunt angeli. Si societas & amicitiæ, ibi beatorum societas & omnium vna voluntas. Si honores & diuitiæ, quia *gloria & diuitiæ in domo eius.* Si securitatis certitudo, ibi omnium temporum erit longitudo. O cor humanum, cor indigens, cor expertum ærumnas, imò obrutum ærumnis, quantum gauderes, si in his omnibus abundares? Interroga intima tua, si capere possent, quantum gaudium suum de tanta beatitudine foret. Hæc ille. Ecce qualiter cœlestia contemplatus est. Et hęc si quilibet homo contemplaretur, præsentia non tantũ quæreret aut amaret. *Tertia* hora est ingressus in regnum, in hac vigilauit Dauid, cum dixit. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Psal. 121.

2. Cœlestium contẽplatio.

Bonorũ cœlestium descriptio.

3. Ingressus in regnum.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo II.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores vt audirent illum. Luc. 15.

TRia sunt propter quæ vnaquęque res alteri appropinquat. *Primum* est inclinatio naturalis. *Secundum* necessitas corporalis. Et *Tertium* vtilitas specialis. Propter primum, lapis appropinquat ad fundum, quia dicit Aristoteles, in de cœlo & mundo. Omne leue sursum, & omne graue deorsum. Propter secundum, necessitas vrgens famelicos, facit appropinquare ad cibum, & facit infirmos ad medicum properare. De *Primo* legitur Ioan. 6. de multitudine maxima, quæ necessitate compulsa venit ad Christum, quos ille *vsq; ad satietatem pauit.* De *Secundo* Matth. 8. legitur, *quod Centurio accessit* ad medicum Christum petens pueri sui sanitatem. Propter *Tertium*, mercator audiens forum in aliqua ciuitate, ad ipsum, vt aliquid lucretur, appropinquat.

A

Ad Christũ appropinquandum.

MORALITER. Propter hæc tria debet quilibet pęccator ad IESVM appropinquare.

1. Propter inclinationem naturalem.

PRIMO propter inclinationem naturalem. Nam quilibet homo cum peccat à Deo se elongat. Sicut testatur Magister lib. 2. Sentent. dist. 35. cap. 6. Ab eo se, inquit, elongat per peccatum non loci distantia, quia vbique totus & præsens est omnibus, & omnia in ipso sunt, vt ait August. in lib. de octoginta tribus quæstionibus, & ipse locus non est locus, tamen Dei abusione dicitur templum Dei, non quod in eo contineatur, sed quod præsens sit & inhabitans. Per illud autem anima munda intelligitur.

Digitized by Google

tur. Per peccatum igitur, non ſolum ſecundum locum aliquis longè fit à Deo, ſed in eo longè fit à Deo, quod ab eius ſimilitudine recedit, & tanto longius quanto fit diſſimilior. Et propter hunc receſſum à Deo ait Ariſtot. de pomo & morte. Beata anima, quæ non eſt infecta prauis operibus huius mundi, licet tamen homo per peccatum ſe à Deo elongauerit tamen natura ipſum inclinat, vt ad ſuum creatorem reuertatur, auertendo ſe à bono commutabili ad bonum incommutabile, quia dicit Boët. de conſola. lib. 3. Proſa. 2. Eſt enim mentibus hominum veri boni, ſcilicet beatitudinis, quæ Chriſtus eſt, naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa ſcilicet ad bona deuius error abducit.

II. Propter neceſſitatem corporalem.

SECVNDO debet homo appropinquare ad Ieſum propter neceſſitatem corporalē. Vnde Ambroſius in lib. de virginitate. Omnis anima accedit ad Chriſtum, quia ipſe omnia nobis eſt. Si vulnus curare deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt. Si iniquitate grauaris, iuſtitia eſt. Si auxilio indiges, virtus eſt. Si mortem times, vita eſt. Si cœlum deſideras, via eſt. Si tenebras fugis, lux eſt. Si cibum quæris, alimentum eſt.

III. Propter vtilitatem.

TERTIO debent homines ad Chriſtum appropinquare propter vtilitatem ſpecialem, quia ipſe mercator eſt, venale habens regnum cœlorum. Sicut teſtatur Auguſtinus in perſona Chriſti. Venale, inquit, habeo. Quid? Cœlum. Quo emitur? Reſpondit; labore, requies; gloria, ignominia. Propter hæc iam dicta homines appropinquant ad Chriſtum, qui ſe elongauerunt per peccatum, vt dicit Euangelium. *Erant appropinquantes, &c.* In quo principaliter tria tangit. *Primo* Peccatorum ad Chriſtum neceſſariam appropinquationem, ibi; *Erant appropinquantes. Secundo* eorum ab ipſo benignam receptionem, ibi; *Hic peccatores recipit. Tertio* exemplorū debitam allegationem, ibi; *Quis ex vobis.*

B

Circa PRIMVM eſt notandum quod Phiſologus dicit, de Panthera, vnde Verſus.

Eſt animal Panther quo non eſt pulchrior alter,
ſcilicet Panther.
Qui niger ex albo conſpergitur orbiculato.

Panthere natura.

Huius natura eſt, cum comederit & ſaturatus fuerit, ſe recondit in ſpelunca, & dormit continue ferè per tres dies. Poſt triduum vero à ſomno ſurgens, emittit vocem, & ab ore eius exit odor aromaticus ſupra modum ſuauis, propter cuius ſuauitatem ipſam omnia animalia ſequuntur, ſolus autem Draco audiens vocem eius, timore præterritus, in ſeipſo deficit, & torpeſcit. Odorem enim eius reputat pro veneno.

Panthera Chriſtum myſtice deſignat.

MYSTICE per Pantheram ſignificatur Chriſtus. Iuxta illud Phiſologi.

Eſt autem Chriſtus Panther allegoricè dictus.

Qui ſuperat homines forma collatus, id eſt, comparatus *ad omnes*. Nam ſicut Panther eſt ornatus ex albo & nigro colore. Sic Chriſtus decoratus eſt ex nigro humilitatis & ex albo puritatis. Et ſicut Panther excellit omnia animalia in ſpecioſitate, ſic Chriſtus excellit homines cunctos in formoſitate, quia nunquam formoſior eſt eo viſus, nec vnquam formoſior gignitur. Quod Dauid animaduertens, ait Pſal. 44. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Hic ergò Chriſtus Ieſus Dominus noſter ad ſimilitudinem Pantheræ tunc ſaturatus fuit, quando angelos bonos elegit, & in gratia confirmauit, malis peccantibus & cadentibus ſponte a voluntate. Nam Chriſti ſaturatio

Chriſti ſatietas nihil tutius eſt

bonorum electio. nihil aliud est quam bonorum electio & confirmatio. Ad hoc sonat hoc metrum Phisologi.

Et fuit ille fuit, quia quot vult tot sibi sumit, id est, recipit eligendo bonos, & reprobando malos. De hoc dicit Hugo lib. 1. parte 2. cap. 21. & 22. & allegatur à Magistro 2. Sent. dist. 5. cap. 2. Post creationem, inquit, spontanea voluntate, alij, scilicet boni, elegerunt bonum, & alij malum, & ita discreuit, id est, *diuisit Deus lucem à tenebris*, sicut dicit scriptura, Genes. 1. id est, bonos scilicet angelos à malis, & lucem appellauit diem, tenebras verò noctem, quia bonos angelos gratia sua illuminauit, malos verò excæcauit. Gloss. non effectiuè sed permissiuè. Hoc ergo facto, quieuit Christus ferè tres dies. *Prima* dies fuit tempore naturæ: *Secunda* tempore legis: *Tertia* fuit initium temporis gratiæ, quia in illis temporibus non est vox sua audita.

C Sed quod dicitur Exod. 33. *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum.* Et Isaiæ 7. Locutus est Dominus ad Achab dicens, *Pete tibi signum, &c.* Dicunt Doctores, quod hoc fecit propter Angelos. Ad hæc verba Magistri li. 2. dist. 8. Illa omnia quæ Patribus visa sunt, cum Deus illis præsentaretur, per creaturam facta esse, manifestum est. Etsi nos latet, quomodo ea ministris angelis fecerit Deus, per angelos tamen facta esse credimus, Hæc ille. Et dicitur Christus quieuit ferè ad tres dies, quia in tempore gratiæ non statim prædicauit, sed vsque ad trigesimum tertium annum expectauit. Nam dicit Chrysostomus. Cum Christus baptizatus fuit, erat triginta annorum, & inceperat trigesimum primum & statim ductus fuit in desertum, & ibi ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea tentatus fuit à Diabolo. Exinde cum traditus esset Ioannes Baptista scilicet ad mortẽ, secessit Iesus in Galilæã, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaũ, & cœpit prædicare & dicere. *Pœnitentiam agite appropinquabit n. regnum cœlorum*, vt habetur Matt. 3. manifestè. Ecce quam dulcem odorem ab ore suo emisit Panther noster Iesus Christus. Et Matt. 5. legitur, quod aperuit os suum, & misit odoriferam vocem in discipulos suos, cum octo beatitudines edocuit dicens, *Beati pauperes spiritu.* Et propter tales dulces voces, quas emisit Christus ab ore suo, semper multitudo hominum ad eum veniebat. Ita & hic cum ipse diceret, vt habetur Lucæ 14. *Qui habet aures audiendi audiat*, sequitur cap. 15. *quod erant appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illum.*

Quare Christus non appropinquauerit ad peccatores. Sed hic posset aliquis dicere. Ex quo dicit Euangelista Lucæ 19. *Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat*, & quare ipse non appropinquauit ad peccatores? Ad hoc dicitur dupliciter. *Primo*, quia non erat necesse Christum ad peccatores appropinquare, quos ad se potuit virtute diuina attrahere. Nam dicunt naturales de magnete, quod attrahit & eleuat grauia. Sunt enim montes in mari ex huiusmodi lapidibus qui naues ferro compactas attrahunt & dissoluunt. Quid per naues nisi homines in mari huius mundi natantes, qui sunt compacti ferro peccati, quos Dominus ad similitudinem Magnetis ad se trahit, & duritia peccati dissoluit? Ideo dicit Hieronymus. Fulgor & maiestas diuinitatis occultus, qui etiam in humana facie relucebat, ipso aspectu poterat ad se attrahere intuentes. *Secundo* ipsi erant cæci, frigidi & infirmi. De primo dicitur. Sap. 2. *Excæcauit eos malitia eorum.* Et Sophon. 1. *Ambulant vt cæci quia Domino peccauerunt.* De secundo Hierem. 6. *Frigidam*

Christus instar magnetis peccatores ad se trahit.

facit

Digitized by Google

facit peccatum animam peccatorum. Sed quia Christus lumen est, Ioan. 8. *Ego*, inquit, *sum lux mundi.* Et quia ignis est, Deut. 4. *Deus noster ignis consumens est*, ideo ad ipsum peccatores merito accesserunt, vt illuminarentur, & accenderentur, Psalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini.*

D

Sed sicut dicitur de panthera, quod omnia animalia ad eum veniunt, dum vocem eius odoriferam sentiunt, sic de Christo fuit. Nam communiter omnes ipsum sequebantur homines, tàm deuoti quàm peccatores, præter solos dracones, per quos intellige Pharisæos, qui salubrem & redolentem doctrinam Christi audire non poterant, sed contra Christum murmurabant, & ei detrahebant. Quia dicit Plinius in spec. natu. quod linguæ draconum semper vi veneni eriguntur, & quandoque ex veneni calore inflammant aërem, ita vt videntur ex se ignem spirare. Ita linguæ Pharisæorum ex veneno detractionis, maledictionis, & murmurationis semper erant erectæ contra Christum, quod ignem inuidiæ & iracundiæ semper de se spirabant. De quibus prædixit Dauid Psal. 5. *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenũ est.* Ideo dicit Euangelista. *Murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit*, &c.

Christum sequuntur deuoti & peccatores.

Linguę Pharisæorum ignem inuidiæ contra Christum spirant.

MORALITER autem panthera, vt dictum est, significat Christum, cuius os est omnis prædicator. Iuxta illud Hiere. 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*, vbi dicit glossa. Prædicator pretiosum à vili separat, qui pretiositatem virtutum, & vtilitatem temporalium ostendit, & animam ab amore temporalium seiungit, & ad amorem virtutum inducit, & talis quasi os Dei est, Illud, inquam, os aperit Christus nunc tempore gratiæ, cum per prædicatores annunciat omnibus hominibus dulcia verba salutis æternæ. Et sicut panthera emittente dulcem vocem & odorem, ad ipsum omnia animalia, præter Draconem, currunt & sequuntur, sicut leones & elephantes, tygrides & hirci siluestres, vulpes & lepores, & sic de alijs. Sic etiam prædicatores verbum Dei dulce eructantes, concurrunt homines bestijs æquales. Quia secundum Psalm. 48. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.*

Omnis prædicator est os Christi.

Pantheræ actus.

E

PRIMI igitur qui sequuntur prædicatores, sunt Domini terris præsidentes. Et hi similantur leonibus de quibus dicit Plinius in spec. natu. & Magister lib. proprietatum c. 12. Quando semel satiantur duobus vel tribus diebus cibis carent. Et si aliquo casu eis fugiendum sit, cibos ad fauces reijciunt, & cum vnguibus eos extrahũt, vt leuiores fiant & sint ad fugam. Sic sunt domini, principes, reges barones, & milites, & populi rectores similes leonibus. Cum enim semel in anno satiantur cibo verbi Dei, interdum ad duos, vel ad tres annos, carent cibo salutari. Contra quos dicit Dominus, Prou. 8. *Beatus homo, qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie*, vbi per fores intelligit prædicatores, per quos venitur ad Christum. Et forte tales terræ Domini non solum verbi Dei quod est cibus animæ rarò audiunt, sed etiam auditum reijciunt. Ideo præceptum fuit eis, Deut. 17. *Postquam sederit rex in solio regni sui, describet sibi Deutronomium legis huius in volumine, accipiens exemplum à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias, quæ in lege eius præcepta sunt.* Et Sap. 6. dicitur eis. *Audite reges & intelligite*, scilicet aure corporis & mentis, *& discite iudices*

Domini temporales leonibus similes.

Quidam semel in anno alij duobus vel tribus annis non audiunt confessionem.

Digitized by Google

vniuersæ iniquitatis. Tale argentum concedat nobis sancta Trinitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Amen.

DOMINICA III. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Sobrij estote & vigilate. Ita scribitur 1. Pet. 5.

DIcunt naturales, O rex est piscis adeo magnus, quod vix eum possunt equi decem portare. Et iste piscis delectatur in vino, quod si multum bibit, ex hoc lenescit, ideo prudentes piscatores qui hoc sciunt, cum cœperint ipsum, dant ei vinum bibere, & sic in tantum bibit, quod inebriatur, & à paucis deinceps baiulatur.

K

MORALITER, Per pisces significantur generaliter homines. Iuxta illud Matt. 13. *Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti*, vbi per mare intelligit præsens seculum propter multa pericula. Sed per omnia genera piscium, intelligit bonos & malos, diuites & pauperes. Sed tamen SPIRITVALITER per hunc piscem qui dicitur O rex, & qui est magnus intelliguntur boni & magni homines in virtutibus, qui adeò magni & firmi sunt in suo bono proposito, quod multi equi, id est, dæmones, quorum quilibet dicitur *fallax equus ad salutem*, secundum Psal. 32. Non possunt eos falsis deceptionibus ducere & portare ad peccatum. Sed cum biberint vinum & inebriati fuerint, adeo leues fiunt, vt eo facilius consentiant in omne malum. Exemplum patet & figura in Loth Genes. 19. Qui adeo magnus fuit in virtutibus vel virtute hospitalitatis, quod omnes peregrinos recepit, & in tantum fuit castus, quod inter Sodomitas mansit continens & pudicus, sed illum quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. Nam filiæ eius eum vino inebriauerunt, dicentes vna ad alteram, *Pater noster senex est*, quasi dicerent, cito deficiet ei virtus generandi, *& nullus virorum mansit in terra, qui possit ingredi ad nos.* Credebant enim, vt dicit gloss. sicut per diluuium omnes mortui fuerant, ita & incendio, Ideo habuerunt piam intentionem, scilicet conseruationem generis humani, licet malo medio ad hoc vellent venire, scilicet per incestum cum patre, quod est detestabile. *Veni*, inquit, *vna ad aliam, & inebriemus eum vino*, quod secundum glossam, nobiscū portauimus. Et dicunt aliqui, quod in isto vino miscuerunt aliqua, quæ habebant virtutem inebriandi, & prouocandi ad coitum, ignorante patre, & sic dormierunt cum eo, & ille non sensit. Quia dicit gloss. Loth euigilans de nocte, benè aduertit mulierem iuxta se, & cognouit eam carnaliter. Sed quod esset filia ignorauit, quia calefactus vino non recoluit, quod vxor sua esset mortua, & ideo credebat se esse cum ea, propter quod dicitur in Canone. Sane 15. quæst. 1. Sanè, inquit, dixerint ebrietatem vitandam, per quam crimina cauere non possumus. Nam sobrij cauemus, quod per ebrietatem ignorantes committimus, nesciunt quid loquuntur, qui nimio vino indulgent, iacent sepulti. Ideo Apostolus in verbo proposito ad sobrietatem nos inducit, cum dicit. *Sobrij estote*, & monet ad duo, *Primo* ad sobriè viuendum, ibi; *Sobrij estote*: *Secundo* ad sollicitè vigilandum, ibi; *Et vigilate.*

Mare seculũ præsens, O rex piscis signat bonos & virtuosos homines.

Loth inebriatus, cognouit filias suas.

Quan-

Digitized by Google

Quantum ad PRIMVM, mouet ad ſobriè viuendum. Pro quo NOTA Magiſter lib. 16. proprietatum Bartholomæus, dicit, quod Amethyſtus eſt lapis Indicus, inter gemmas purpuræ obtinet principatum. Nam contra ebrietatem facit vigilem, malam repellit cogitationem, bonum affert intellectum, & mollis eſt ad ſculpendum. Iſte lapis MORALITER ſignificat ſobrietatis virtutum, quæ contra vitium ebrietatis facit hominem vigilem, repellit malam luxuriæ cogitationem, &c. Et in ſacra ſcriptura reperitur triplex ſobrietas neceſſaria homini virtuoſo. Debet enim habere ſobrietatem, vt ſit ſcientia ſine præſumptione in parte intellectiua; vt ſit continentia ſine ſolutione in parte ſenſitiua; vt ſit abſtinentia ſine ingurgitatione in parte nutritiua, vt dicit Robertus Holkot, ſuper lib. Sap. lect. 122. *Primo* ergo neceſſaria eſt homini virtuoſo ſobrietas, vt ſit ſcientia ſine præſumptione in parte intellectiua. Et hanc ſuadet Apoſtolus ad Rom. 12. *Dico enim per gratiam, quæ data eſt mihi, omnes qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quàm oporteat ſapere*, ſcilicet ad ſobrietatem. Vnde dicit Seneca ad Lucillum epiſtola 125. Plus ſcire velle, quàm ſatis eſt: intemperantiæ genus eſt: & Epiſtola 19. dicit. Quemadmodum aliarum rerum, ita literarum intemperantia laboramus.

L

Amethyſti lapidis via & natura.

Sobrietas triplex.

Sobrietas eſt homini virtuoſo neceſſaria, & quare.

Sed NOTA, huic ſobrietati eſt contraria ebrietas præſumptionis, qua quis ſententiam ſenſus proprij nimis approbat, & eam præponderat ſententijs melioribus. Contra quod dicit Sapiens Prouerb. 3. *Ne innitaris proprie prudentiæ tuæ, nec ſis ſapiens apud temetipſum*, vbi dicit gloſſ. prudentiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſunt agenda, & dicenda videntur, Patrum decretis præponit. Et gloſſ. Hieron. Et ponitur etiam Extra de conſtit. c. Ne inniteris. Sed ſapiens eſt apud ſe, qui in illis quæ ex Patrum magiſterio potuit rectè cognoſcere, ſe præ cæteris quaſi doctiorem extollit. Et talis hominis præſumptuoſi ſigna docet Hugo libro ſuo de 12. gradibus humilitatis. Primus, inquit, in conuentu reſidet in conſilijs, primus reſpondet, non vocatus accedit, non iuſſus ſe intromittit, reordinat ordinatos, reficit facta, quicquid ipſe non fecerit, nec ordinauerit, non rectè factum æſtimat, ordinatum iudicat, iudicantes præiudicat iudicaturos. Iſtius etiam conditiones docet Ariſtoteles 7. Ethic. cap. 13. vbi dicit, quod quidam ſunt nimis manſuri in propria opinione, & ſunt ita pertinaces, quod nullo modo à ſuis opinionibus auelluntur. Et tales Græcè vocat *ἰσχυρογνώμονες* ab *ἰσχύρον* Græcè, quod eſt fortis Latinè, & *γνώμη* quod eſt cognitio, quia fortiter opinioni ſuæ vel cognitioni intendunt. Et iſtis attribuit quatuor conditiones.

Sobrietati eſt contraria Intemperantia præſumptionis.

Signa præſumptuoſi.

M

Primo ſe habent ad continentem, ſicut prodigus ad liberalem, & audax ad fortem. Continens enim vocatur ſecundum Ariſtotelem, qui contra paſſiones manet fixus in virtute ſecundum rectam intentionem ſemper immobiles, *ἰσχυρογνώμων* habet tamen de continente, quod ſibi manet & immobiliter adhæret. Hoc autem non eſt virtuoſum ſecundum ſe, ſed quando fit ſecundum rectam rationem. Vnde ſicut prodigus liberalem excedit, quia plus dat, quàm oportet, & vbi non oportet, ita præſumptuoſus excedit conſtantem virtuosè, quem vocat Philoſophus continentem, quia adhæret pluſquam oportet ſenſui ſuo proprio. *Secundo*, dicit Ariſtoteles de talibus, quod ſunt indiſciplinati; quia nolunt ab alijs inſtrui. *Tertio*, ſunt agreſtes, quia cum ſemper volunt ſequi proprium ſenſum, non poſſunt de facili commorari cum alijs, & ideo neceſſe habent fieri ſolitarij parum communicantes cum alijs. Omnis homo qui amicabiliter vult cum alijs conuerſari, multipliciter ſe debet eis con-

Amicitiam

colens se aliis conformare.

formare. Et hoc docet B. Augustinus distinct. 12. c. Illa. Quod enim, inquit, neque contra fidem, nec contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuitur societate seruandum. Ideo legitur in historia Alexandri. Cum adeptus fuisset regnum Persarum, statim relicta forma Macedonum, in habitu & veste se conformauit Persis, vt eorum beneuolentiam captaret. Omnis enim singularis, fit eo ipso odiosus, sicut probat Vincentius in spec. histor. lib. 24. de Cosdroë rege Persarum, qui adeo singularis fuit, quod cum hominibus habitare noluit, sed elatus insolentia, ausus est se Deum Deorum, & Dominum Dominantium, & Regem Regum appellare, propter quod fecit sibi turrim argenteam, in qua vt Deus resedit. Sed cum Heraclius Imperator terram suam intrasset, & tàm filium Cosdroë, quàm populum eius sibi subiugasset, ille exitum belli ignorabat, quia cum ab omnibus odiretur, à nemine sibi intimabatur, ideo de terra fuit eiectus, quare dicit Salustius vt recitat Albertus in libro Politicorum istos versus.

Alexander habitu & veste Persis se cõformauit.

Cosdrois Regis Persarũ superbia.

Consulo quisquis eris, qui pacis fœdera quæris,
Consonus esto lupis, cum quibus esse cupis.

Hæc est ergò sobrietas *Prima* dicta scientia, videlicet sine præsumptione in parte intellectiua, & hanc docet hic Apostolus, cum dicit: *Sobrij estote.*

N

Secunda sobrietas est continentia sine dissolutione in parte sensitiua, & ista sobrietas est ordinata modestia sensuum exteriorum, vt nihil vage mentis appareat, nihil libidinosum, sed totum sit religiosum. Hanc sobrietatem habuit Maria mater Domini, de qua scribit Vincen. in spec. histor. lib. 7. quod omnis sermo eius ita erat gratia plenus, vt in lingua eius cognosceretur Deus, semper in oratione & in perscrutatione legis Dei permanebat. Illam etiam sobrietatem sensus visus habuit ille, de quo legitur in Vitaspat. lib. 4. cap. 229. *Et in lib. Doct. Patrum, lib. de Sobrietate, num. 5.* quod Abbas Siluanus habuit discipulum, qui iuit rigare hortum; & dum ibat ad mittendum aquam, tegebat faciem cuculla, tantum ad pedes suos intendens. Contigit autem, vt quidam frater superueniret, & considerans eum à longè quid fecisset, & dixit ei. Dic mihi Abba, vt quid tegebas cuculla faciem tuam, & sic adaquabas hortum? Dixit ei senex: fili, ne viderent oculi mei arbores, & occuparetur animus meus, ne in bono opere suo, in consideratione earum impediretur.

Sobrietas B. Mariæ Virginis.

De monacho faciem tegẽte dum hortum rigaret.

Sed huius sobrietatis contrarium est ebrietas dissolutionis, quæ est vana insolentia gestus & ornatus in homine exteriori. Istam sobrietatem in gestu, monet vel hortatur Apostolus, 1. Timoth. 2. sic: *Volo vires orare in omni loco, eleuantes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres*, orare volo, scilicet, *in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se*, scilicet non curiosè, *& non in tortis crinibus*, id est in crispatis *aut auro*, id est ornamentis aureis, *aut margaritis*, scilicet affixis auro vel argento, vel vestibus consutis, scilicet circa collum suum vel manus, *vel veste pretiosa*, videlicet vltra modum status vel personæ, sed habere vestes simplices & honestas, *quod mulieres deeet promittentes pietatem per opera bona*, quasi diceret, ira quod pecunia non expendatur in talibus vanis & curiosis, sed in operibus pietatis. Hæc omnia ad sobrietatem istam videntur pertinere. Ideo dicit Augustinus in regula. In omnibus moribus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram decet sanctitatem. Et Ambrosius de Officijs lib. 4. Sermones, inquit, proferimus, libra iustitiæ examinantes, vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus,

Verba nostra, libra iustitiæ.

Digitized by Google

dus. Temperantia cordis habeat animi munditiam, iustitia misericordiam, prudentia pacem, fortitudo mansuetudinem. Hæc ille. Ista sobrietate carent dissoluti & voluptuosi homines, quamdiu sunt incolumes & sani, qui propter corporis caliditatem & animi leuitatem, infra semetipsos non possunt consistere. Sed si febre corripiantur per vnam hebdomadam vel duas, statim fiunt sobrij, saltem ad tempus. Ideo signanter dicit Sapiens, Eccles. 31. *Infirmitas grauis, sobriam facit animam.*

iustitiæ examinanda sunt.

O

Tertia sobrietas est abstinentia sine ingurgatione in parte nutritiua. Et sic de ea loquitur Sapiens, Eccles. 21. *Æqualis vita omnibus, vinum in sobrietate, si bibas moderatè, eris sobrius.* Idem Eccles. 29. *Initium vitæ hominis aqua & panis.* Glossa, id est, cibus & potus moderatus. De isto etiam loquitur Apostolus ad Titum 2. *Iuuenes hortare, vt sobrij sint, adolescentulas vt viros suos ament, diligant filios suos, prudentes, castas, & sobrias.* scilicet in cibo & potu, *domus curam habentes.* De hac etiam Orige. Homil. 37. Sobrietas omnium virtutum mater est.

Sobrietas omnium virtutum mater, valet.

1.

Ad corporis sanitatem.

Circa hoc NOTANDVM, quod hæc virtus, sobrietas ad multa valet. *Primo*, ad corporis sanitatem. Iuxta illud Eccles. 31. *Sanitas est anima & corporis sobrius potus.* Cui concordat Chrys. super Epistolam ad Hebræos. Et allegatur de Conse. dist. 5. c. Nihil. Nihil, inquit, salutem sic vel sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. *Et infrà*, Fames, inquit, in paucis diebus aufert hominem, & liberat eum ex hac vita pœnali, excessus verò ciborum consumit & putrescere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli consumit. *Secundo*, ad vitæ diuturnitatem. Iuxta illud Eccle. 37. *Qui autem abstinens est, adiiciet vitam.* Et hæc fuit vna causa, quare sancti Patres tàm diu vixerunt, scilicet abstinentia cibi & potus. *Tertio*, valet ad spiritualem & corporalem iucunditatem. Iuxta illud Eccli. 31. *Exultatio corporis & animæ, vinum moderatè potatum.* De hac etiam dicit Chrysostomus, vbi supra. Sufficientia, inquit cum nutrimento & sospitatem simul etiam procurat & voluntatem, id est, hilaritatem, secundū glos. abundantia vero morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudinem generat & facit. Cui consonat Gregorius in moralibus: Si à carne, hoc quod licet, abscindimus, mox in spiritu hoc quod delectat inuenimus: homo enim sobrius delectabiliter viuit dormiendo & vigilando, Eccli. 31. *Somnus sanitatis in homine parco, dormiet vsque ad manè, & anima ipsius in ipso delectabitur.*

2.

Ad vitæ diuturnitatem.

3.

Ad spiritualem & corporalem iucunditatem.

Hominis sobrij vita delectabilis.

P

Quarto, sobrietas rationis seruat libertatem, quam eius oppositum, scilicet ebrietas consueuit impedire, quia dicit Hieronymus in epistolis, Qui inebriatur, mortuus est & sepultus. Ideo dicit Sapiens, Eccles. 31. *Ne comprimaris in conuiuio vino.*

4.

Sobrietas rationis seruat libertatem.

Hic oritur dubitatio, vtrum quælibet ebrietas, seu quilibet excessus in cibo vel potu, virtutem sobrietatis destruat? Quod si verum sit, omnis excessus in cibo vel potu, mortale peccatum erit. Ad hoc dicendum, quod duplex est modus siue mensura pertinens ad sobrietatem: *Vnus* attenditur in commensuratione naturæ, vnde mensuratè sumit cibum & potum, qui sumit quod necessarium est, & sufficit naturæ: immoderatè verò, qui sumit plus quàm necessarium est, & iste excessus potest esse venialis & mortalis: Vnde non omnis excessus destruit virtutem sobrietatis. *Alius modus* attenditur in comparatione boni temporalis ad æternum, Vnde secundum hunc modum seruat quis in sumendo cibum & potum mensuram quando temporale bonum non præfert, vel æquat bono æterno. Immoderatè vero se habet sumendo cibum &

Quænam ebrietas aduersetur sobrietati.

Non omnis excessus ebrietatis est mortalis.

Digitized by Google

potum, cùm temporale bonum præfert, vel æquat æterno. Et talis exceſſus mortale eſt peccatum, & deſtruit virtutem ſobrietatis.

Pars ſecunda cõtionis.

Quantum ad SECVNDVM hortatur Apoſtolus ad ſollicitè vigilandum, cum dicit: *Et vigilate.* Vbi NOTA, quando homo in nocte, vbi ſibi imminet periculum ambulat, non dat ſomnum oculis ſuis, ſed ſollicitè vigilat, ne aliquod damnum capiat & horas noctis numerat attentè, atque penſat, vt ſic ſolerter cuſtodiat.

Nox eſt præſens vita.

MORALITER. Nox eſt præſens vita, ſecundum illud Iſaiæ 26. *Anima noſtra deſiderat te in nocte*, id eſt, in præſentis vitæ obſcuritate. In iſta ergo nocte præſentis vitæ ambulamus, in qua multa pericula dæmonum nobis aduerſantium habemus. Sicut teſtatur Gregorius in homil. In præſenti, inquit, vita quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus, maligni autem ſpiritus, quaſi quidam latrunculi iter noſtrum obſident, ideo neceſſe eſt, vt vigilemus, ſecundum illud Pſalm. 120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael*, id eſt animam quæ videt hic Deum per fidem, vel hic videt eum in ſpe, ibi autem in re, id eſt in veritate, vnde præſens vita ad inſtar noctis diſtinguitur in tres vigilias quarum quælibet habet tres horas.

Vita noſtra diſtinguitur in tres vigilias.

I.

Mundi contemptus.

PRIMA VIGILIA, eſt mundi contemptus. In hac debet homo ſollicitè vigilare & videre, quia per multas tribulationes docet nos mundus ſeipſum contemnere. Sicut dicit Gregorius. Ipſe mundus, cum tot amaritudines nobis inijciat, cum tot calamitates ingeminet, quid aliud, niſi vt non ametur, clamat. Iſta vigilia habet tres horas, quia tres ſunt res, quas affectat homo mundanus. De hoc Innocent. de vilit. hum. condi. li. 2. c. 1. Tria ſunt, quæ ſolent homines affectare, opes, voluptates, & honores: de opibus praua, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt.

Prima vigilia habet tres horas.

R

Prima hora eſt contemptus opum aut diuitiarum.

Prima ergo hora eſt contemptus opum aut diuitiarum, debent ergo diuitiæ contemni, quia nihil ſunt, Sap. 7. *Diuitias nihil duxi eſſe in comparatione illius*, ſcilicet ſapientiæ: ſuper quo dicit Holkot lect. 91. Vnde dicuntur diuitiæ nihil, quia pro eis ſe homines annihilant, irritando, inſidiando, machinando, & bellando. Nam propter diuitias vnusquisq; annihilare nititur alium. *Secundo*, dicuntur nihil, quia in maxima neceſſitate, ſcilicet in morte & in iudicio non iuuant, & quando homo maximè indiget, tunc dominum ſuum derelinquunt. Iuxta illud Pſalm. 75. *Dormierunt ſomnum ſuum*, ſcilicet mortis, *omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus ſuis*, & Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Tertio*, dicuntur nihil, quia non ſatiant animum poſſidentis. Sicut vacuum dicitur nihil, Eccli. 1. *Non ſatiabitur oculus viſu, nec auris auditu implebitur*, nec mirum quia omnia terrena ſunt vacua, Hierem. 4. *Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil.*

Diuitiæ in morte & iudicio non iuuant.

Diuitiæ non ſatiant animam.

S

Secunda hora eſt, contemptus diuitiarum.

Secunda hora eſt contemptus voluptatum, quia dicit Chryſoſtomus in libro de reparatione lapſi. Quid profuit illis, qui in luxuria corporis, & in præſentis vitæ voluptatibus vſq; ad diem vltimum permanſerunt? Intuere nunc ſepulchra eorum, & vide, ſi eſt in eis aliquid iactantiæ ſeu veſtigium: ſi aliqua luxuriarum vel diuitiarum ſigna cognoueris: Require nunc, vbi veſtes & ornamenta peregrina, vbi ſpectaculorum voluptas, vbi & ſecutorum turbæ, conuiuio ceſſit opulentia: riſus, iocus, & immoderata atque effrenata lætitia, quo abijt? quo abſceſſit? vbi illa nunc, vbi ipſi, quis finis vtrorumq;? Intuere diligentius, & accede ad ſingulorum ſepulchra: Et recordare hunc eſſe corporum finem, etiam ſi in delitijs & lætitia, ſi in labore & continentia transegerint vitam. Hæc Chryſoſtomus. In illa hora ſi iſta cogitaueris, voluptatem non amabis.

Voluptatũ quis finis.

Ter-

Tertia hora eſt contemtus honorum. Vnde dicit Robertus Holkot ſuper lib. Sapien. lect. 91. Honor mundi, eſt quaſi equus eleuans hominem à terra, & portans eum ſuauiter, quia delectabile eſt hominem honorari, per miniſteria hominum, adulationes, inclinationes, genu flexiones, & vocari domine & magiſter; Sed caueant iſti honorati, quia iſte equus eſt valde doloſus. Iuxta illud Pſalm. 32. *Fallax equus ad ſalutem*, quia in fine ſuos aſſeſſores grauiter præcipitat. Ideo dicit Bernard. in lib. de contemtu mundi. Eia quam duriſſimum iudicium his qui præſunt, fiet, aſcendet ſuperbia tua ſemper, ſequere regem tuum, omne ſublimè videant oculi, feſtina multiplicare præbendas: Deinde ad Archidiaconum euola, deinde ad prælaturam aſpira, quoniam ſic itur ad aſtra, vt altiori gradu grauior caſus ſit, neque enim ſic paulatim decides, ſed tanquam fulgur impetu vehementi, quaſi alter Sathanas deijceris. I. Tertia hora eſt, contemtus honorū.

SECVNDA VIGILIA eſt appetitus virtutum: & certè multum debent homines vigilare circa virtutes, & appetere illas, quia *virtutibus nihil eſt vtilius hominibus in hac vita*, Sapien. 8. Diuitiæ etiam corporales auferri poſſunt, ſed non ſpirituales videlicet virtutes. Ideo ſecundum Philoſophum virtus bonum noſtrum eſt, propriè tamen bona fortunę ſunt nobis bona aliena. Sed bonum propriè nulla vis à nobis excutit. Iuxta illud Senecæ: Non poteſt auferri ab hominibus virtus, nec in vita, nec in morte. Cui conſonat Tullius. Omnia, inquit, alta caduca ſunt; virtus vna eſt altiſſimis defixa radicibus. Iſta vigilia circa virtutes, tres habet principales horas. *Prima* eſt pura oratio, de qua dicit Caſſiodor. ſuper illud Pſalm. 87. *Intret oratio mea in conſpectu tuo.* Virtus magna hic puræ orationis notatur, quia perſona quidem ad Deum intrat, & mandatum peragit, quo caro nequit peruenire. Eſt enim quaſi quædā auicula, aquilinis pennis cœlum penetrans, & vſque ad ſedem Dei pertingens. Et velut apis, de fauo ſecreti cordis munerata recedit, de flore tamen qui Chriſtus fœcunda reuertitur, nec inde floris ſubſtantia minuitur de ipſa. Etiam dicit Effrem in lib. de luctationibus ſeculi. Sanctæ & puræ orationes, & confabulationes, & colloquia deſuper, & magna exultatione ad Deum aſcendunt, Angeli & Archangeli eis occurrunt, & ſuſcipientes eas vſque ad thronum gloriæ Dei ſancti perducunt. *Secunda* huius vigiliæ appetitus videlicet virtus eſt lacrymarum effuſio. De illis Rabanus ſuper Matth. Proprietates lacrymarum ſunt quatuor. Sunt enim humidæ, vt ſordidum cor abluant; calidæ, vt frigidum calefaciant: ſalſæ, vt fœtidum condiant; amaræ, vt delectationem cordis temperent. Vno ergo momento Deum pulſant, ſcelus rigant, animam lauant, ignem inferni extinguunt, quod non faceret tota aqua maris. *Tertia* hora eſt eleemoſynarum largitio, quia dicit Leo Papa in quodam ſermone. Delitiæ noſtræ ſunt opera pietatis, illisque cibis impleamur, quibus ad æternitatem inuitamur. Sentiant omnes pauperes humanitatem, in quibus iuuandis nemo eſt, qui non poſſit aliquam exequi beneuolentiæ portionem. II. Appetitus virtutum. Secunda vigilia habet tres horas. 1. Pura oratio. 2. Lacrymarū effuſio. 3. Eleemoſynarū largitio.

X

TERTIA VIGILIA eſt æternorum deſiderium. In hac vigilauit Propheta quando dixit Pſalm. 41. *Sicut deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Hæc vigilia habet tres horas. *Prima* eſt oblitio temporalium, ad quam hortatur Chriſtus Pſalm. 44. quamlibet animam. *Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.* Et ponit rationem. *Et*, id eſt, *quia concupiuit rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus.* Et hoc dicit contra illos, III. Deſiderium æternorum. Hora vigiliæ huius. 1. Oblitio temporalium.

illos, qui hic pecuniam & temporalia colunt pro Deo. *Secunda* hora est contemplatio cœlestium. In hac hora vigilauit Hieronymus quando scripsit super Psal. Si fieri posset, quod aliquis vno die tantum in regno cœlorum esset, & postea præcipitatus decideret, rectè quoq; dicere posset. *Melior est dies vna in atriis tuis super milia.* Psal. 83. In ista etiam hora vigilauit Anselmus in Prosologio, sic dicens. Quid per incerta vagaris, ô homuncio, quærendo bona creata? ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona. Si delectat pulchritudo, *fulgebunt iusti & sol.* Si libertas aut fortitudo, similes erunt angelis Dei in cœlo. Si longa & salubris vita, ibi sanitas æterna. Si satietas aut ebrietas, satiabuntur de gloria Domini, *& inebriabuntur ab vbertate domus Dei.* Si melodia, ibi canunt angeli. Si societas & amicitiæ, ibi beatorum societas & omnium vna voluntas. Si honores & diuitiæ, quia *gloria & diuitiæ in domo eius.* Si securitatis certitudo, ibi omnium temporum erit longitudo. O cor humanum, cor indigens, cor expertum ærumnas, imò obrutum ærumnis, quantum gauderes, si in his omnibus abundares? Interroga intima tua, si capere possent, quantum gaudium suum de tanta beatitudine foret. Hæc ille. Ecce qualiter cœlestia contemplatus est. Et hęc si quilibet homo contemplaretur, præsentia non tantū quæreret aut amaret. *Tertia* hora est ingressus in regnum, in hac vigilauit Dauid, cum dixit. *Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Psal. 121.

2. Cœlestium contẽplatio.

Bonorũ cœlestium descriptio.

3. Ingressus in regnum.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo II.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores vt audirent illum. Luc. 15.

A

TRia sunt propter quæ vnaquęque res alteri appropinquat. *Primum* est inclinatio naturalis. *Secundum* necessitas corporalis. Et *Tertium* vtilitas specialis. Propter primum, lapis appropinquat ad fundum, quia dicit Aristoteles, in de cœlo & mundo. Omne leue sursum, & omne graue deorsum. Propter secundum, necessitas vrgens famelicos, facit appropinquare ad cibum, & facit infirmos ad medicum properare. De *Primo* legitur Ioan. 6. de multitudine maxima, quæ necessitate compulsa venit ad Christum, quos ille *vsq; ad satietatem pauit.* De *Secundo* Matth. 8. legitur, *quod Centurio accessit* ad medicum Christum petens pueri sui sanitatem. Propter *Tertium*, mercator audiens forum in aliqua ciuitate, ad ipsum, vt aliquid lucretur, appropinquat.

Ad Christũ appropinquandum.

MORALITER. Propter hæc tria debet quilibet pęccator ad IESVM appropinquare.

1. Propter inclinationem naturalem.

PRIMO propter inclinationem naturalem. Nam quilibet homo cum peccat à Deo se elongat. Sicut testatur Magister lib. 2. Sentent. dist. 35. cap. 6. Ab eo se, inquit, elongat per peccatum non loci distantia, quia vbique totus & præsens est omnibus, & omnia in ipso sunt, vt ait Augustin. in lib. de octoginta tribus quæstionibus, & ipse locus non est locus, tamen Dei abusione dicitur templum Dei, non quod in eo contineatur, sed quod præsens sit & inhabitans. Per illud autem anima munda intelligitur.

Digitized by Google

tur. Per peccatum igitur, non ſolum ſecundum locum aliquis longè fit à Deo, ſed in eo longè fit à Deo, quod ab eius ſimilitudine recedit, & tanto longius quanto fit diſſimilior. Et propter hunc receſſum à Deo ait Ariſtot. de pomo & morte. Beata anima, quæ non eſt infecta prauis operibus huius mundi, licet tamen homo per peccatum ſe à Deo elongauerit tamen natura ipſum inclinat, vt ad ſuum creatorem reuertatur, auertendo ſe à bono commutabili ad bonum incommutabile, quia dicit Boët. de conſola. lib. 3. Proſa. 2. Eſt enim mentibus hominum veri boni, ſcilicet beatitudinis, quæ Chriſtus eſt, naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa ſcilicet ad bona deuius error abducit.

SECVNDO debet homo appropinquare ad Ieſum propter neceſſitatem corporalē. Vnde Ambroſius in lib. de virginitate. Omnis anima accedit ad Chriſtum, quia ipſe omnia nobis eſt. Si vulnus curare deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt. Si iniquitate grauaris, iuſtitia eſt. Si auxilio indiges, virtus eſt. Si mortem times, vita eſt. Si cœlum deſideras, via eſt. Si tenebras fugis, lux eſt. Si cibum quæris, alimentum eſt. *II.* Propter neceſſitatem corporalem.

TERTIO debent homines ad Chriſtum appropinquare propter vtilitatem ſpecialem, quia ipſe mercator eſt, venale habens regnum cœlorum. Sicut teſtatur Auguſtinus in perſona Chriſti. Venale, inquit, habeo. Quid? Cœlum. Quo emitur? Reſpondit; labore, requies; gloria, ignominia. Propter hæc iam dicta homines appropinquant ad Chriſtum, qui ſe elongauerunt per peccatum, vt dicit Euangelium. *Erant appropinquantes, &c.* In quo principaliter tria tangit. *Primo* Peccatorum ad Chriſtum neceſſariam appropinquationem, ibi; *Erant appropinquantes. Secundo* eorum ab ipſo benignam receptionem, ibi; *Hic peccatores recipit. Tertio* exemplorū debitam allegationem, ibi; *Quis ex vobis.* *III.* Propter vtilitatem.

Circa PRIMVM eſt notandum quod Phiſologus dicit, de Panthera, vnde Verſus. B

Eſt animal Panther quo non eſt pulchrior alter,
ſcilicet Panther.
Qui niger ex albo conſpergitur orbiculato.

Pantheræ natura.

Huius natura eſt, cum comederit & ſaturatus fuerit, ſe recondit in ſpelunca, & dormit continue ferè per tres dies. Poſt triduum vero à ſomno ſurgens, emittit vocem, & ab ore eius exit odor aromaticus ſupra modum ſuauis, propter cuius ſuauitatem ipſam omnia animalia ſequuntur, ſolus autem Draco audiens vocem eius, timore præterritus, in ſeipſo deficit, & torpeſcit. Odorem enim eius reputat pro veneno.

MYSTICE per Pantheram ſignificatur Chriſtus. Iuxta illud Phiſologi. Panthera Chriſtum myſtice deſignat.

Eſt autem Chriſtus Panther allegoricè dictus.

Qui ſuperat homines forma collatus, id eſt, comparatus *ad omnes*. Nam ſicut Panther eſt ornatus ex albo & nigro colore. Sic Chriſtus decoratus eſt ex nigro humilitatis & ex albo puritatis. Et ſicut Panther excellit omnia animalia in ſpecioſitate, ſic Chriſtus excellit homines cunctos in formoſitate, quia nunquam formoſior eſt eo viſus, nec vnquam formoſior gignitur. Quod Dauid animaduertens, ait Pſal. 44. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Hic ergò Chriſtus Ieſus Dominus noſter ad ſimilitudinem Pantheræ tunc ſaturatus fuit, quando angelos bonos elegit, & in gratia confirmauit, malis peccantibus & cadentibus ſpontanea voluntate. Nam Chriſti ſaturatio nihil tuitus eſt. Chriſti ſaturatio

bonorum electio.

nihil aliud est quam bonorum electio & confirmatio. Ad hoc sonat hoc metrum Phisologi.

Et fatur ille fuit, quia quot vult tot sibi sumit, id est, recipit eligendo bonos, & reprobando malos. De hoc dicit Hugo lib. 1. parte 2. cap. 21. & 22. & allegatur à Magistro 2. Sent. dist. 5. cap. 2. Post creationem, inquit, spontanea voluntate, alij, scilicet boni, elegerunt bonum, & alij malum, & ita discreuit, id est, *diuisit Deus lucem à tenebris*, sicut dicit scriptura, Genes. 1. id est, bonos scilicet angelos à malis, & lucem appellauit diem, tenebras verò noctem, quia bonos angelos gratia sua illuminauit, malos verò excæcauit. Gloss. non effectiuè sed permissiuè. Hoc ergo facto, quieuit Christus ferè tres dies. *Prima* dies fuit tempore naturæ: *Secunda* tempore legis: *Tertia* fuit initium temporis gratiæ, quia in illis temporibus non est vox sua audita.

C Sed quod dicitur Exod. 33. *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum.* Et Isaiæ 7. Locutus est Dominus ad Achab dicens, *Pete tibi signum, &c.* Dicunt Doctores, quod hoc fecit propter Angelos. Ad hæc verba Magistri li. 2. dist. 8. Illa omnia quæ Patribus visa sunt, cum Deus illis præsentaretur, per creaturam facta esse, manifestum est. Etsi nos latet, quomodo ea ministris angelis fecerit Deus, per angelos tamen facta esse credimus, Hæc ille. Et dicitur Christus quieuit ferè ad tres dies, quia in tempore gratiæ non statim prædicauit, sed vsque ad trigesimum tertium annum expectauit. Nam dicit Chrysostomus. Cum Christus baptizatus fuit, erat triginta annorum, & inceperat trigesimum primum & statim ductus fuit in desertum, & ibi ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea tentatus fuit à Diabolo. Exinde cum traditus esset Ioannes Baptista scilicet ad mortē, secessit Iesus in Galilæā, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaū, & cœpit prædicare & dicere. *Pœnitentiam agite appropinquabit n. regnum cœlorum*, vt habetur Matt. 3. manifestè. Ecce quam dulcem odorem ab ore suo emisit Panther noster Iesus Christus. Et Matt. 5. legitur, quod aperuit os suum, & misit odoriferam vocem in discipulos suos, cum octo beatitudines edocuit dicens. *Beati pauperes spiritu.* Et propter tales dulces voces, quas emisit Christus ab ore suo, semper multitudo hominum ad eum veniebat. Ita & hic cum ipse diceret, vt habetur Lucæ 14. *Qui habet aures audiendi audiat*, sequitur cap. 15. *quod erant appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illum.*

Quare Christus non appropinquauerit ad peccatores.

Sed hic posset aliquis dicere. Ex quo dicit Euangelista Lucæ 19. *Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat*, & quare ipse non appropinquauit ad peccatores? Ad hoc dicitur dupliciter. *Primo*, quia non erat necesse Christum ad peccatores appropinquare, quos ad se potuit virtute diuina attrahere. Nam dicunt naturales de magnete, quod attrahit & eleuat grauia. Sunt enim montes in mari ex huiusmodi lapidibus qui naues ferro compactas attrahunt & dissoluunt. Quid per naues nisi homines in mari huius mundi natantes, qui sunt compacti ferro peccati, quos Dominus ad similitudinem Magnetis ad se trahit, & duritia peccati dissoluit? Ideo dicit Hieronymus. Fulgor & maiestas diuinitatis occultus, qui etiam in humana facie relucebat, ipso aspectu poterat ad se attrahere intuentes. *Secundo* ipsi erant cæci, frigidi & infirmi. De primo dicitur. Sap. 2. *Excecauit eos malitia eorum.* Et Sophon. 1. *Ambulant vt cæci quia Domino peccauerunt.* De secundo Hierem. 6. *Frigidam*

Christus instar magnetis peccatores ad se trahit.

facit

Digitized by Google

facit peccatum animam peccatorum. Sed quia Christus lumen est, Ioan. 8. *Ego*, inquit, *sum lux mundi.* Et quia ignis est, Deut. 4. *Deus noster ignis consumens est*, ideo ad ipsum peccatores merito accesserunt, vt illuminarentur, & accenderentur, Psalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini.*

D

Sed sicut dicitur de panthera, quod omnia animalia ad eum veniunt, dum vocem eius odoriferam sentiunt, sic de Christo fuit. Nam communiter omnes ipsum sequebantur homines, tàm deuoti quàm peccatores, præter solos dracones, per quos intellige Pharisæos, qui salubrem & redolentem doctrinam Christi audire non poterant, sed contra Christum murmurabant, & ei detrahebant. Quia dicit Plinius in spec. natu. quod linguæ draconum semper vi veneni eriguntur, & quandoque ex veneni calore inflammant aërem, ita vt videntur ex se ignem spirare. Ita linguæ Pharisæorum ex veneno detractionis, maledictionis, & murmurationis semper erant erectæ contra Christum, quod ignem inuidiæ & iracundiæ semper de se spirabant. De quibus prædixit Dauid Psal. 5. *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenũ est.* Ideo dicit Euangelista. *Murmurabant Pharisæi & Scribæ dicentes: Quia hic peccatores recipit*, &c.

Christum sequuntur deuoti & peccatores.

Linguę Pharisæorum ignem inuidiæ contra Christum spirant.

MORALITER autem panthera, vt dictum est, significat Christum, cuius os est omnis prædicator. Iuxta illud Hiere. 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*, vbi dicit glossa. Prædicator pretiosum à vili separat, qui pretiositatem virtutum, & vtilitatem temporalium ostendit, & animam ab amore temporalium seiungit, & ad amorem virtutum inducit, & talis quasi os Dei est, Illud, inquam, os aperit Christus nunc tempore gratiæ, cum per prædicatores annunciat omnibus hominibus dulcia verba salutis æternæ. Et sicut panthera emittente dulcem vocem & odorem, ad ipsum omnia animalia, præter Draconem, currunt & sequuntur, sicut leones & elephantes, tygrides & hirci siluestres, vulpes & lepores, & sic de alijs. Sic etiam prædicatores verbum Dei dulce eructantes, concurrunt homines bestijs æquales. Quia secundum Psalm. 48. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.*

Omnis prædicator est os Christi.

Pantheræ actus.

PRIMI igitur qui sequuntur prædicatores, sunt Domini terris præsidentes. Et hi similantur leonibus de quibus dicit Plinius in spec. natu. & Magister lib. proprietatum c. 12. Quando semel satiantur duobus vel tribus diebus cibis carent. Et si aliquo casu eis fugiendum sit, cibos ad fauces reijciunt, & cum vnguibus eos extrahũt, vt leuiores fiant & sint ad fugam. Sic sunt domini, principes, reges barones, & milites, & populi rectores similes leonibus. Cum enim semel in anno satiantur cibo verbi Dei, interdum ad duos, vel ad tres annos, carent cibo salutari. Contra quos dicit Dominus, Prou. 8. *Beatus homo, qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie*, vbi per fores intelligit prædicatores, per quos venitur ad Christum. Et forte tales terræ Domini non solum verbi Dei quod est cibus animæ rarò audiunt, sed etiam auditum reijciunt. Ideo præceptum fuit eis, Deut. 17. *Postquam sederit rex in solio regni sui, describet sibi Deutronomium legis huius in volumine, accipiens exemplum à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias, quæ in lege eius præcepta sunt.* Et Sap. 6. dicitur eis. *Audite reges & intelligite*, scilicet aure corporis & mentis, *& discite iudices*

E

Domini temporales leonibus similes.

Quidam semel in anno alij duobus vel tribus annis non audiunt confessionem.

Digitized by Google

finium terræ, quasi diceres: Vos estis, qui sapientiam & iustitiam subditis vestris tenemini ministrare & quomodo ministrabitis qui non didicistis? Et subdit. *Præbete aures vos*, scilicet ad audiendum, *qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis, quoniam data est potestas vobis à Domino, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur.*

Sed quia multi sunt, qui exhortationem istam sapientis non curant legere, non audiunt nec seipsos, nec subditos rectè regunt & iudicant. Ideo apponit comminationem, cum dicit: *Quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei iudicastis, & ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim*, id est ei qui peccat ex ignorantia vel fragilitate *conceditur misericordia*, id est minor pœna *potentes autem potenter tormenta patientur*, quia ad scientiam obligati sunt. Et quia æquè audire vel discere noluerunt, ideo abundanter punientur, cum pœnæ subditorum mererentur.

F
Mulieres tigridi assimilantur.

SECUNDI sunt, mulieres vanè se ornantes, & hæ assimilantur Tigridibus, quæ vt inquit Isidorus in historijs naturalibus, sunt animalia velocissima: tamen circa specula adeo tarda efficiuntur, quod etiam capiuntur. Ideo Venatores cum receperint catulos Tigridum, & ab eis persequuntur, ponunt eis specula magna in via, in quibus se super pulchritudine sua contemplantur, Venatores fugiunt & catulos perdunt. ita quædam mulieres tàm generosæ quàm ciuiles, licet in alijs suis actionibus sint veloces, tamen circa salutem animarum suarum sunt pigræ & tardæ. Nam tardè ad Ecclesiam veniunt, sed quia magnam partem prædicationis negligunt vel amittunt. & hoc facit Venator infernalis diabolus, aut procurat. Nam specula etiam corporalia aut monilia ponit eis in via, vt in illis se contemplentur pepla rectè colligando & collocando, faciem colorando, faciem abluendo, & rugas contegendo, & sic tempus prorogatur, verbumque Dei negligitur. Contra quas dicit Apostolus Iacobus cap. 1. *Sit omnis homo velox ad audiendum*, scilicet verbum Dei, quod tales mulieres non faciunt, ideo impunitæ non permanebunt.

Mulieres quare interdum negligant diuina.

Mulier dum in speculo se contemplatur & ornat, concionem & sacrum negligit, damnatur.

Ideo legitur in Annulo parte 2. 119. cap. de quadam muliere seculari, quæ in speculo se ornando multotiens sermones & Ecclesiam neglexit, ideo in vltima hora, quæ ab hac recedere debebat vita, cum multi adessent, clara die cunctis cernentibus, aries terribilis inter cornua sua specula gerens, domum ingressus, super lectum ad pedes se locauit vel strauit, mulieri ostendens, in quo illa quæ gessit scelera diuino iudicio compulsa vidit, nec auertere se in potestate sua fuit. Et semper quando illud intuebatur, miserabiliter vlulabat, prædictus verò aries nullo modo ab aliquo poterat remoueri. Sed tandem egressus disparuit, & mulier spiritum exhalauit. Et rectum fuit in hoc iudicium Dei, vt quæ antea in speculum intuita est pulchritudinem vanitatis, videret & in egressu suo iniquitatis deformitatem, & quæ prius in sua pulchritudine gloriabatur, postea in peccatorum enormitate puniretur, vt verificaretur illud, Sap. 11. *Per quæ quis peccat, per hæc & punietur.* Quare regia hæc Domina Maria Magdalena, postquam fuit conuersa, adeo velox fuit ad verbum Dei audiendum, quod semper prima erat sedens ad pedes Christi. Nam si tardè exstitisset, ad pedes Domini venire præ multitudine audientium non potuisset. Ideo laudat eam scriptura, Lucæ 10, *Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine*

exce-

excepit illum in domum suam, & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiuit verbum illius.

G

TERTII, qui sequuntur prædicatorem, qui est os & vox veri pantheri Christi, sunt curiosi noua cupientes, & hi similantur ceruis. De quibus scribit Plinius in spec. natu. quod tantæ sunt simplicitatis, quod omnem mirentur & stupeant nouitatem. Nam equo vel bubalo ad eos accedente, ita in ipsum respiciunt, quod prius hominem iuxta se venientem, & sagittis impetere volentem, non attendunt. Sic adhuc multi sunt curiosi simplices homines, qui omnem mirantur nouitatem sermonum, & nouis fabulis plus quàm solidis scripturis delectantur. Sicut prædixit Apostolus, 2. Timoth. 4. *Erit in nouissimis enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros* scilicet loquentes tantum placentia, *prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent ad fabulas conuertentur.*

Curiosi audientes concionatorem, ceruis similes sunt.

Sed contra hoc dicit Aristoteles, quod consuetudo audiendi Apologos, id est fabulas, magnum est impedimentum in cognitione veritatis. Idcirco fabulas Iouis aut Grammaticam, non debet prædicator in sua prædicatione exponere populo. Nam hoc tanquam graue nephandum, & irreligiosum, prohibuit Gregorius expressè 86. distinct. c. Cum multa. Vbi dicitur. In vno se ore cum laudibus Iouis, Christi laudes non capiunt. Et dixi, quod isti mirantur in nouitate sermonum, cum tamen nihil sit nouum sub sole, nec quisquis valet dicere, *hoc ecce recens est*, Ecclesiastici 1. Et secundum Philosophum. Nostrum scire est antiquorum reminisci.

Audire fabulas, impedit cognitionem veritatis.

H

QVARTI qui sequuntur, prædicatores sunt, dolosi, detrahentes; & hi similes sunt hyænis. Sunt enim hyænæ bestiæ crudeles in Affrica, eorum dolositas apparet in hoc, quod circumeunt domos per noctes, & humanas pro vt possunt, fingunt voces, vt putentur esse homines, vt dicit Isidorus. Intrant etiam domos, vt deludant homines, & capiunt canes, & deuorant eos, & cauant sepulturas, & carnes comedunt mortuorum, vt refert Bartholomæus in lib. 12. proprietatum. Ita dolosi detractores fingunt se homines verbis mansuetis, & intrant domos Dei cum alijs hominibus qui putant ipsos esse bonos, sed eos deludunt & canes, id est prædicatores, qui similes sunt canibus, capiunt in sermone suo, sicut illi fuerunt, *qui inierunt consilium, vt Iesum caperent in sermone*, Matth. 22. Et dum in aliquo eos cœperint, deuorant eos, famæ ipsorum bonæ, & doctrinæ salutari detrahendo. Sicut refert Vincen. in Spe. Histor. lib. 20. cap. 119. Dum scilicet Amandus Traiectensis vrbis Episcopus in Vasconia, verbum Domini prædicauit, quidam lubri eius ioculator & leno verbis Dei detrahere cœpit, qui statim à dæmone correptus, proprijs dentibus se discerpens, & quod iniuriam viro Dei fecerat, confitens, protinus expirauit. Ita refert Thomas Cantiprat. lib. 2. Apum cap. 48. parte 5. de vno magistro, qui detraxit sermonibus Christi & Moysi, dicens. Magister Simon de Tornaco Parisijs in Theologia regebat, & erat excellens ille in tempore suo. Sed contra decentiam talis officij supra modum incontinens & superbus. Hic cum super Doctores omnes ciuitatis auditores haberet, & in schola coram omnibus de humilitate altissimæ doctrinæ Christi, quæstionem, præhabita disputatione terminaret: In fine tandem datus in reprobum sensum, in execranda contra CHRISTVM verba blasphemiæ prorupit. Tres sunt, inquit, qui mundum sectis suis & dogmatibus subiugauerunt: Moyses, IESVS & Machometus. Moyses primo Iudaicum populum infatuauit. Secun-

Detrahentes prædicatoribus similes sunt hyænis.

Dolosi & detractores incautos decipiunt.

Detrahentes prædicatoribus à Deo puniuntur.

Exemplum de Simone Tornacensi superbo & incontinẽte.

Digitized by Google

do Iesus Christus à suo nomine Christianos. Tertio, gentilem populum Machometus: de Moyse & Christo falsum dixit, quia nisi verissima docuerunt. Ideo in hac hora, cum hoc dixisset, euersis oculis pro humana voce mugitum emisit, & epilepsia statim elisus in terram, die tertio eiusdem morbi vindictam accepit. Plaga ergo insanabili percussit eum omnipotens, & omni scientia, vsque ad prima literarum elementa priuauit, & grauiori quidem in anima cum plaga hac percussus est: cum vsque in diem mortis suæ quasi mutus comparatus est iumentis insipientibus, & in luxuriæ permansit fœditate. Et vide supremæ admirationis miraculum. Aloydem fornicariam suam concubinam nominare poterat, & sciebat. Boëtium vero de Trinitate, qui iuxta eum ad spectaculum ponebatur, quem olim corde tenus scierat post inditam plagam, nec nominare nouerat, nec valebat.

I Auditores obliuiosi, similes struthionibus.

QVINTI qui sequuntur, prædicatores sunt obliuiosi audientes, & hi similes sunt struthionibus. Nam struthio est animal graue secundum corpus, licet pennas habeat vt auis, tamen in aëre non eleuatur, & est valdè obliuiosum. Nam dicit Gregorius super Iob 29. Quando venit tempus, vt pariat, ad stellas, quæ vocantur Pleiades, oculos eleuat: quibus visis, fodit arenam, & ibi ponit oua, & fabulo ea cooperit. Cum autem reliquerit ea, statim obliuiscitur ea, vbi posuerit, & nunquam ad ea redit, sed calefacta arena feruore solis abscondita oua decoquit, & ex illis pullos producit. Cum autem fracta testa pulliculus productus fuerit, tunc eum mater recolligit atque nutrit, & quem in ouo contempsit, egressum de ouo recognoscit.

Solis feruore oua struthionis excoquuntur.

MORALITER. Per struthionem obliuiosum intellige hunc, qui obliuiosè audit verbum Dei. De quo Iacob. 1. *Si quis est auditor verbi Dei & non factor, hic comparabitur considerati vultum nativitatis suæ in speculo, considerauit se, & abiit, & statim qualis fuit obliuiscitur.* Per *oua* autem significatur spes salutis, quia sicut ex ouis pulli procreantur, sic ex spe salutis, virtutes, quæ sunt pulli animæ, generantur. Quia super illo Psalmo 36. *Spera in Domino*, dicit Glossa. Spes est introitus fidei. Sed per stellas Pleiades significantur peccatores, iuxta illud Daniel. 12. *Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates*: per arenam intellige, scilicet instabilitatem cordis, Matth. 7. *Qui ædificat domum suam super arenam*, id est mentem suam super instabilitatem, & tunc applica sic. Cum venerit ergo tempus spei salutis, vt dies Dominicus & festiuus, in quibus debent homines quærere salutem propriam in Ecclesijs verbum DEI audiendo, eleuant oculos suos ad prædicatores, iuxta illud sapientis Tullij. Cum quis tibi loquitur, in faciem cerne loquentis, id est, attentè audiendo. Sed quia spem suam fodiunt in arenam, id est, in instabilitatem cordis, ideo obliuiscuntur eorum quæ audierunt, nec possunt ea retinere. Sed tamen non debent tales ab auditione cessare, sicut quidam faciunt dicentes: quid nobis prodest audire, cum non possumus tenere? Quibus dicendum est, quod auditio talis adhuc prodest, quia dicit Isai. 55. *Verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum.* Nam propter spem, quam tales homines habent de salute sua, verus sol iustitiæ Christus Deus, producit pullos exinde operum virtuosorum, quæ fracta testa corporis, sequuntur animam quasi matrem suam.

Verbum Dei audiendum, etiamsi nihil retineas.

SEX-

Digitized by Google

SEXTI & vltimi qui ſequuntur prædicatores, ſicut animalia Pantheram, ſunt deuoti Deumque timentes, & hi ſimiles ſunt leporibus. Eſt enim lepus ſecundum Iſidorum animal velox & timidum; melioris eſt auditus, potiſſimè quando aures ſunt erectæ, eius aures ſunt longæ & flexibiles: & eſt animal ita fœcundum, quod vno fœtu naſcente, ſtatim altero nouo fœtu vterus grauidatur, ita deuoti homines veloces ad verbi Dei & optimi exiſtunt auditus, quia audiunt cum attentatione & cuſtoditione. De quibus Lucæ 11. *Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Nam aures habent erectas contra ſomnolentos, qui aures declinant prædicatore prædicãte. Contra quos dicitur Prouerb. 28. *Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Habent etiam iſti deuoti longas aures & flexibiles, qui de longis ſermonibus non attædiantur, nec de correctionibus aggrauantur. Sed omnia verba prædicatorum exponunt & flectunt in bonum; & ſi ſe nouerint culpabiles, vitam meliorant, ſicut illi publicani & peccatores qui Chriſto appropinquauerunt, vt verbum eius audirent. Et hoc fecerunt ex cordis deſiderio, & hoc magnum fuit in eis ſignum. Nam ſicut deſiderium cibi corporalis, ſignum eſt corporalis ſanitatis, ſic deſiderium verbi Dei, quod eſt cibus animæ, euidens ſignum eſt ſpiritualis ſanitatis. Nam cum homo eſt in peccatis mortalibus, tunc obſtinatus eſt morbidus & mortuus. Si autem deuotè verbum Dei audierit, ſanus eſt & viuus fieri poteſt. Nam verbum Dei habet tres vires, quæ reſpiciunt ſtatum peccatorum conuertendorum & ſanandorum.

K

Deuoti, Deumq; timentes leporib. ſimiles ſunt.

Deſiderium verbi Dei, quale ſignũ.

Verbi Dei vires.

Primo ergo Verbum Dei habet vim contritiuam, quia corda obſtinata in peccatis frangit & conterit. Iuxta illud Hierem. 23. *Nonne verba mea quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petram?* O quanti indurati peccatores ex prædicatione verbi Dei ſunt conuerſi, ſicut patet de publicano Matthæo: Matt. 9. & de Maria Magdalena Luc. 7. & de omnibus qui erant de Cornelio gentili, qui in Cæſarea in prædicatione Petri ſunt conuerſi. Actor. 10.

1. Habet vim conterendi.

Secundo verbum habet virtutem ſanitatiuam, quia animam, in peccatis ſordidam & morbidam, ſanat. Iuxta illud Pſal. 106. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos.* & hoc quantum ad defectus culpabiles citra mortales: quia qui in peccatis mortalibus exiſtunt, non morbidi ſed mortui cenſentur.

2. Habet virtutẽ ſanandi.

Tertio habet vim viuificatiuam, qui ſuſcitat ad vitam gratiæ. Sicut patet de peccatoribus iſtis & publicanis qui mortui erant in peccatis, ſed per Chriſti verbum ad vitam gratiæ ſunt ſuſcitati. Ideo cuilibet peccatori dicit Bernardus. Si mortuus fueris in peccatis, viues, ſi vocem Dei viui audieris. Et alludit ei quod dicitur Ioann. 5. *Venit hora quando mortui*, ſcilicet in peccatis quo ad animam, *audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent.*

3. Habet vim viuificandi.

Sed NOTANDVM eſt, licet omnia animalia audientia vocem, & odorem ſuauem ſentientes, appropinquant Pantheræ, tamen ſoli Dracones ab eo ſe elongant, & in antris ſe abſcondunt. Sic licet multi veniunt prædicatore prædicante, tamen Dracones ſpirituales ab auditione eius ſe elongant. Sed qui ſunt hi Dracones? PRIMI ſunt apud ſe ſapientes, & prædicatores ſimplices ſpernentes. Nam dicunt, non poſſum intereſſe prædicationi: nam intendo ſcripturarum lectioni, & hoc quod ipſe prædicauit prius audiui, & melius eo noui: & ſic ſe præferunt in ſcientiæ magnitudine doctrinis prædicatorum. Sicut Draco eſt maximus ſerpentum cunctorum, ſecun-

L

Spernentes ſimplices cõcionatores, ſimiles ſunt draconibus.

Digitized by Google

dum Isido. lib. 12. Sed dato quod tales lectionibus insudent, melius sciant & etiam prius audierint, adhuc vtile est eis vt audiant. Quia dicit Valerius in Policrate, lib. 8. Plus prodest docentem audire, quàm in libris studere, quia vehementior fit impressio in mentibus audientium ex visu doctoris & auditu, quàm ex studio & libro. Vnde vix esse poterit, quin ex sermone audito emendatior fias. Si attentè audieris, & si fortè eadem prius sciuisti, nō tamen aduertisti, vel cordi impressisti. Ideo dicit Chrysostomus. Frequenter eadem audire, etiam scientibus prodest. Quod enim nouimus si audiuimus sæpius, amplius compungimur, & ad hoc multum facere, credendum est gratiam diuinam quæ in principio sermonis ex consuetudine impetratur, quod vix esse potest, quin illa communis oratio tantorum fidelium effectum aliquē operetur in aliquo auditorum, sicut oratio sancti Stephani effectum operabatur in beato Paulo, etsi non in omnibus eum lapidantibus. Vnde dicit beatus Augustinus lib. 8. Confess de B. Antonio, quod ipse audiens, *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. & veni sequere me.* Matth. 19. Ipse reputans verbum illud ad se dictum, confestim ad Deum conuersus fuit; Licet enim pluries Euangelium legerit, vel audierit, non tamen cordi impresserat, sicut tunc.

Quam sit vtile eadem sæpius pro lectione audire.

Nemo ergo vilipendat sermones simplices & communes, quia in simplicitate verborum est ædificatio animorum. Vnde Euangelia & tota sacra Scriptura in simplicitate verborum sunt fundata, propter quod nonnulli sacram Scripturam vilipendentes, appellant eam esse fabulam, propter simplicem loquendi modum. Contra quos dicit Hugo in didascal. lib. 4. quod tales non intelligunt, quod DEO iniuriam faciunt, cuius verba pulchro vocabulo simplicia, sed sensu prauo insipida prædicant. Non enim elegit Christus Philosophos & Rhetores, sed simplices piscatores indoctos, qui in simplicitate fidei totum mundum illustrauerunt. Ac vbi, id est, quando ab hac sancta simplicitate receditur, faciliter ad hæresim quis prolabitur: propter quod docet Apostolus, ad Hebræ. 13. *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.*

Simplices cōciones non sunt vilipendendæ.

M

SECVNDI qui signantur per Dracones, sunt potatores tabernis inhærentes. Quia, sicut dicit Hieronymus super Leu. 14. quod Draco est animal valde sitibundum, in tantum, quod vix potest in aqua satiari, & facit hoc ardor quo abundat. Nam aperit os vento vt sic extinguat ardorem sitis, ita & illi potatores sunt adeo sitibundi ex bibitione frequenti, quod nec vna Dominica in anno possunt sermoni interesse. Sed vadunt ad ientacula ad tabernas, quæ sunt Ecclesiæ Diaboli, & ibi seruiunt ei die ac nocte, vt supra satis patet Sermon. 16. F. M. Et talibus optat Dauid in Psal. 31. *In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Non appropinquantes ad Deum, dicit gloss. Sunt homines cibo & potu se replentes, quibus optat Dauid. Magis ac magis maxillas constringi, & parcius potagia & victualia dari, vt saltem cogantur ad Deum, & prædicationes approximare, sicut accedit famelicus ad Dominum suum. Et certè audeo dicere, & sic est in veritate, si talia ientacula præsertim in ciuitatibus ante diuina officia prohiberentur dari, tales mane bibuli ad Ecclesias appropinquarent, & sermones nequaquam negligerent, vnde in omnibus peccatis, quæ illi in taberna, præcepta Ecclesiæ contemnendo, maledicendo, ludēdo committunt, isti qui deberent attendere & prohibere, participes fiunt: & non solum isti, sed & illi qui talia ientacula faciunt. Quia dicitur extra de sent. excom.

Potatores per dracones designātur.

Tabernæ sunt Ecclesiæ diaboli.

Ientacula in tabernis ante diuina officia prohibenda, & quare.

Quan-

Digitized by Google

Quantæ, lib. 5. Agentes & consentientes par pœna constringit. *Et subditur ibidem.* Ille autem consentit, qui, cum possit, manifesto facinori desinit obuiare.

Legitur de quodam hospite, qui indifferenter omnes bibulos recepit, & alios malos homines de Ecclesia non curantes, & apud se non solum feriatis, sed festiuis etiam & diebus Dominicis ludere permisit. Et cum talis sæpè monitus cessare noluisset, infirmari cœpit, tunc se fecit deportare ad medium domus, vt bibulos & lusores audire posset & videre. In meridie enim venerunt dæmones in forma Æthiopum, & vnus portauit asserem, & alter taxillos. Et dixit vnus alteri, proijciamus cuius ille erit, hospite demonstrato. Et sic fecerunt. Primus enim dæmon proiecit bastardum, cui secundus ait, Væ quia perdidi, quia multa cogitaueram facere de ipso. Respondit primus, & ego similiter faciam, sed rogo te, adiuua me. Ductus est ergo hospes per tectum, cœpit omnibus audientibus & videntibus dicere: Heu Deus, quid erit de anima mea? Sicque de aëre super agrum cadere permiserunt, & tandem miserabiliter defunctus est. Exemplum terribile de hospite, recipiente potatores & lusores festis diebus.

Et NOTA, quod non illi, qui tales in domos suas recipiunt bibulos, vel lusores, præcipue Dominicis & festiuis diebus infra diuina officia, soli puniuntur, sed propter eorum peccata, quæ sic committunt interdum tota communitas luit & punitur. Et hoc probatur, Iosuæ 7. de Achas, qui solus peccauit, & quia non statim punitus fuit, ira Dei in totam multitudinem desæuijt. Ideo dicit Augustin. 23. q. 4. c. si ea. Si ea, de quibus vehementer ostenditur Deus, insequi vel vlcisci differimus, ad iracundiam vtique diuinitatis patientiam prouocamus. Et 45. dist. c. si illud. dicit Hieron. Vno peccante ira Dei super omnem populum venit. *Et subdit Hieronym.* Hoc, inquit, accidit quando Sacerdotes qui populo præsunt erga delinquentes benevoli videri volunt, & verentes peccantium linguas ne forte de eis male loquantur, Sacerdotalis seueritatis immemores, nolunt complere quod scriptum est. *Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri metum habeant.* Hæc ille. Propter bibulos & lusores tempore officij diuini, punitur interdū tota communitas.

Sed quid vltra dicam, cum Sacerdotes & prædicatores hoc peccatum, videlicet contemptus, præceptorum Dei & Ecclesiæ Dei, corrigunt in populo publicè in ambone, dicentes eis, vt diebus saltem Dominicis, & præcipuè beatæ Virginis, & Apostolorum festiuitatibus, ante Missarum solennia, ceruisiam nec vina initient, vel propinent, ne sic homines alliciant ad peccandū, ad præceptum Ecclesiæ frangendum, nunquid ipsi scilicet Sacerdotes amodo à peccatis eorum excusantur? Ad hoc respondeo, quod sic. Sicut trahitur ex verbis Domini sic loquentis per os Ezech. c. 3. ad quemlibet peccatorem. *Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei, neq; locutus fueris ei, vt auertatur à via sua impia & viuat, ipse impius in impietate sua morietur, & sanguinem eius de manu tua requiram*, vbi per sanguinem intelligit peccatum. Et sequitur. *Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua mala, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.* Sacerdotes quando à peccatis subditorum excusantur.

Et si Sacerdotes curati, vel eorum prædicatores, sic corrigendo saluent animas suas: & Domini ciuitatum, Consules & proconsules eorundem. Ad hoc dicunt Doctores, quod prohibendo ne talia fiant, animas suas saluant, & si à talibus non desistant, ab eis emendam, etiam satis grauem, accipiant, vel pecunialem, vel corporalē; quia ad hoc leges factæ sunt, quas ipsi defendere & exsequi tenentur. Quia dicit Isi-

Digitized by Google

Isidorus dist. 4. c. Factæ. Factæ, inquit, sunt leges, vt eorum metu humana coërceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia.

DE EADEM.

Sermo tertius.

Hic peccatores recipit & manducat cum illis. Luc. 15.

N Aquilæ natura.

NOTA, quod dicit Aristot. libro animalium quod aquila est valde acuti visus, adeo quod solem irreuerberatis oculis intuetur, & minimos piscículos in mari contempletur. Illius est naturæ, quod pullos suos obijcit radijs solis, & solem conspicere compellit: Et si alicuius oculus lacrymetur, ipsum tanquam degenerem interficit, vel in nido abijcit & contemnit. Et hunc pullum quem aquila abijcit, herodius accipit & nutrit: quia dicit Ambrosius in hexameron; Eodem sedulitatis officio, quo proprios fœtus pascit, pari subministratione pullum ab aquila abiectum, siue non agnitum, suscipit & nutrit.

Aquila designat Deum patrem.

SPIRITVALITER. Per aquilam intellige Deum patrem, qui est adeo acuti visus & contemplatiuus, iuxta illud Psal. 112. *Quis sicut Deus noster, qui in altis habitat, humilia respicit in cœlo & in terra.* Et Apostolus ad Hebræos 4. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.* Hic, inquam aquila cœlestis, Deus pater omnipotens, habuit vnum pullum, videlicet genus humanum, quod in Adam fuit degener factum. Nam per solē intelligitur patria cœlestis; huic obiecit Deus pater Adam nostrum protoplastum, vt eam intueretur, quia in eandem de statu bono esset transferendus, si in innocentia permaneret, vt dicit Magist. lib. 2. sent. dist. 20. cap. 9. de statu scilicet bono transferendus erat, cum vniuersa posteritate ad meliorem & digniorem statum, vbi cœlesti & æterno bono, scilicet in cœlis sibi præparato, frueretur. Et sunt verba Hugonis lib. 3. summæ cap. 13. Oculi autem eius lacrymati sunt: Per oculos intelligitur interior aspectus, qui vidit mulierem per comestionem pomi præuaricasse mandatum Dei, cui compatiens præuaricatus est & ipse, quia dicit Magister lib. 2. dist. 22. cap. 5. Postquam mulier seducta manducauit, eique dedit vt similiter ederet noluit eam contristare. Ecce compassio, quæ capitur hic pro lacrymatione, quam credebat sine suo solatio contabescere, & à se aliena iam omnino interire. Ideo Deus pater, tanquam degenere abiecit eum à nido paradisi; Similiter negauit ei ingressum cœli cum omnibus suis posteris, sed regia auis Herodius, id est, Christus altissimi regis filius vnigenitus & coæternus, veniens in hunc mundum, vidit pullum humani generis, tam miserabiliter propter præuaricationem suam abiectum, propter infinitam misericordiam suam ipsum reassumpsit, vt dicunt verba thematis prælibati; *Hic peccatores recipit:* in quibus Euangelista duo tangit. *Primo* peccatorum benignā receptionem, ibi; *Hic peccatores recipit. Secundo*, ipsorum gratam recompensationē, ibi; *Et manducat cum illis.*

O Abbatiā volens intra-

Circa quod NOTANDVM. Consuetudo est in Abbatijs, vt cum aliquis recipi in fratrem debeat. *Primo*, necesse est, vt porrigatur deuota supplicatio Abbati. *Secundo*, fit

fit recipiendi ſtudioſa examinatio. *Tertio*, mouetur impedimentorum interrogatio. *Quarto* fit veſtimentorum mutatio. *Quinto*, conuiuiorum celebratio. *Sexto*, temporis probationis aſſignatio. *Septimo*, fit Voti promiſſionis emiſſio & ratificatio.

re, debet Abbati ſupplicare & examinari.

SPIRITVALITER. Abbatia in qua eſt vnio fratrum, & omnia eis communia, nullusque defectus, eſt beatitudo cœleſtis ciuitatis, in qua omnes ſunt vnanimes iuxta illud Pſal. 132. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* In iſta cœleſti Abbatia ſunt eis omnia communia, quia B. Ioannes Baptiſta apparens B. Auguſtino, vt idem Auguſtinus ſcribit in Epiſtola ad Cyrillum, ſibique ſic ait: Quilibet ſanctorum ita alterius gaudet gloria ſicut ſua, quando etiam vellet quisq; maior, vt quisque minor eſſet æqualis, & penè maior; quia eius gloria ſua eſſet: ita minor maioris gloria gaudet, ſicuti eam haberet, imò potius de ſua ſi fas eſſet impartiretur. Ecce quod cœleſtibus fratribus omnia ſunt communia, ibique nullus eſt defectus, quod patet ex verbis glorioſi Hieronymi, qui poſt obitum venit ad B. Auguſtinum, vt ipſe ſcribit in Epiſtola vbi ſupra; & dixit ei: Vnum Auguſtine noueris, quod nemo noſtrum fraudatur ſuis deſiderijs, quia nihil præter Deum aliquis noſtrum optat; quoniam ſemper vt Deus volumus, habemus Deum, noſtra deſideria ſemper veriſſimè ſunt adimpleta. Ideo B. Bernardus in ſuis meditationibus c. 4. loquens de hac cœleſti Abbatia, dicit ſic: O ciuitas cœleſtis, manſio ſecura, patria fertilis & ampla, totum continens; quodque delectat, populus ſine murmure, incolæ quieti, homines nullam indigentiam habentes. Quam glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei? Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Hæc ille. In iſta quidem deſiderabili Abbatia Deus noſter eſt Abbas, iuxta illud Marci 14. quod orabat filius Chriſtus in horto ante paſſionem ſuam: Abba, inquit, pater omnia tibi ſunt poſſibilia, transfer calicem hunc à me. Sed Prior illius Abbatiæ, Chriſtus ſummi patris filius eſt, de quo Eccli. 1. Prior omnium, ſcilicet Angelorum, *creata*, id eſt, genita *eſt ſapientia*, id eſt, Chriſtus, qui eſt ſapientia patris. Magiſter autem nouitiorum in iſta Abbatia eſt Spiritus ſanctus, qui docet omnes illuc venientes, de omnibus ad beatitudinem pertinentia. Sicut enim non oportet, quod fratres in aliquo ordine omnia ſciant, ſed ſolum quæ ad religionem ordinis pertinent; ſic nec illos in cœleſti ordine neceſſe eſt omnia ſcire, ſed ſolum illa, quæ ad ipſorum beatitudinem videntur pertinere. Nam vt dictum eſt à B. Gregorio 4. dialog. Quid, inquit, eſt, quod non vident beati, quoniam videntem omnia vident, quaſi diceret nihil. Intelligitur de his, quæ pertinent ad beatitudinem, non autem vniuerſaliter de omnibus, vt dicunt Doctores ſuper 4. ſent. Quis igitur ad talem Abbatiam ſiue clauſtrum, non anhelaret, vbi vera concordia & omnia communia, nulla deficientia & omnium ſcientia? Ideo dicit B. Bern. in lib. medit. c. 4. Quæ nos tangit veſania vitiorum, ſitire abſinthium huius mundi, ſequi naufragium vitæ labentis? pati infortunium, impię tyrannitatis ferre dominium, & non magis conuolare ad angelorum ſocietatem, ſanctorum ſplendorem, regis potentis honorem, ſupernæ gloriæ iucunditatem. Sed ad hæc omnia quis idoneus? Profecto verus pœnitens, bonus obediens, amabilis ſocius, fidelis ſeruus. Hæc ille.

In cœleſti Abbatia omnia ſunt cõmunia.

In cœlo eſt Deus Pater Abbas.

Chriſtus Prior.

Spiritus ſanctus, Magiſter nouitiorum.

Sed NOTANDVM, ſi volumus ad hunc ordinem huius Abbatiæ cœleſtis recipi, neceſſe eſt PRIMO, vt porrigatur ad Deum patrem, qui eſt Abbas illius ordinis deuota ſupplicatio: quia dicit gloſſa ſuper illud 1. Ioan. 3. *Si cor noſtrum non reprehendit nos, quidquid à Deo petierimus, accipiemus*, & ſi non ad voluntatem, ſemper tamen ad

P

salutem. Ideo B. Augustinus in soliloquijs petens pro cœlesti ordine, petiuit prō venia peccatorum, cum ait. O vtinam concessa mihi peccatorum venia, mox hac carnis sarcina deposita, in tua gaudia veram requiem habiturus intrarem, & tuæ ciuitatis præclara atque speciosa mœnia, coronam vitæ de manu domini accepturus ingrederer, & illis sanctissimis choris interessem, vt cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assisterem, vt & præsentem Christi vultum cernerem, & illud summum & ineffabile & incircumscriptum lumen semper aspicerem. Sicq; nullo metu mortis affici, sed de incorruptione perpetuæ gloriæ lætari possem sine fine. Hæc Augustinus.

Trium nobis scientia necessaria.

Secundo, circa recipiendum in ordine Abbatiæ fit studiosa examinatio, videlicet in scientia, in moribus, & in fama. Sic etiam qui recipi debet in ordine cœlestis Abbatiæ, in his tribus etiam examinatur. *Primo*, in scientia, & hoc debet esse circa tria, vt dicit Holkot lect. 110. PRIMA scientia debet esse circa notitiam nostrorum flagitiorum, vt illa discutiamus & nosmetipsos paruipendamus & non superbiamus. Et argumentum ad causandam istam notitiam vel scientiam, affert nobis conscientia nostra murmurans & læsa quodammodo de malitia suorum factorum. Vnde signanter dicit, Hiere. 2. *Arguente malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide, quia malum & amarum est, dereliquisse te Dominum Deum tuum.*

I. Cognitio nostrorum peccatorum

Conscientia quorundam rari similis.

Sed defectum huius scientiæ multi habent, quorum PRIMI habent conscientiam dilatatam qui nunquam ponderant nisi grauiora peccata, quorum conscientia est sicut rete habens larga foramina, vbi non comprehēduntur nisi maiores pisces, sed minores semper euadunt. Tales non ponderant otiosa iuramenta, imò nec mendacia, nec periuria, nisi fortè fuerit coram iudice super librum. Mendacia nullius sunt momenti, nisi cedant in diffamationem. Furtum non est magni ponderis, de bonis diuitis vel alterius magni hominis, sed tantum si fiat de bonis pauperis. Et si fit de bonis pauperis, remordet conscientia: Sed si fit de bonis regis vel ciuitatis, non remordet, sed dilatant conscientias suas, dicentes illud, Gen. 43. *Non est in conscientia nostra quis eum*, scilicet pecuniam, *posuit in marsupijs nostris.*

Conscientia erronea, ædificat ad gehennam.

SECVNDI habent conscientiam nimis firmam per oppositum, qui non solum magna peccata, sed etiam parua ponderant plus iustè, & non sicut debent: quę non sunt peccata, iudicant esse peccata. Et hæc conscientia frequenter à cogitatione diaboli generatur, qui sic inducit homines ad perplexitatem peccandi, & quicquid sit contra conscientiam, etiam si sit erroneum, ædificat ad gehennam. Et hæc est infirma conscientia, quam prohibet Apostoli. 1. Cor. 10. *Omne, quod in macello venit*, id est, venditur, *manducate*, scilicet tanquam licitum, *nihil interrogantes contra conscientiam.*

Conscientia perturbata inducit ad desperationem.

TERTII habent conscientiam perturbatam, qui propter commissa desperant. Contra quos Bern. super cantica, Serm. 61. Quid, inquit, efficacius ad curandum conscientiæ vulnera, nec non ad purgandum aciem mentis, quàm Christi vulnerum sedula meditatio. *Et ibidem.* Turbabor, sed non perturbabor, Christi vulnerum dum recordabor. De ista conscientia dicitur Sap. 17. *Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia*, quasi diceret, præconcipit sibi euentura pœnalia & crudelia.

Conscientia cauteriata.

QVARTI habent conscientiam cauteriatam. Hi ponderant parua, & de magnis nihil curant. Tales fuerunt Pharisæi *decimantes mentam & rutam & omne olus, & grauiora legis prætermiserunt*, Matth. 23. Hi sunt hypocritæ, de quibus prophetauit Apostolus, 1. Tim. 4. *Quia in nouissimis venient quidam loquentes mendacia, & cauteriatam con-*

Digitized by Google

conſcientiam habentes: Sed illam conſcientiam deponere debemus, ſi ad ordinem cœleſtem recipi volumus, & faciamus, ſicut ſcribitur ad Hebr. 10. *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei*, ſcilicet omnium, quæ credit Eccleſia, auerſo corde à conſcientia mala. Item, defectum huius ſcientiæ multi habent, qui in rebus mundanis & in defectibus aliorum perpendendis, ſunt prudentes, & circa ſemetipſos negligentes, ſicut oculus omnia videt, præter ſe. Contra quos dicit Bernardus, in principio meditationum. Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt. Alios inſpiciunt, & ſeipſos deſerunt. Ideo ſignanter dicit Apoſtolus, 1. Theſſal. 4. *Sciat vnusquisque vas ſuum*, id eſt, conſcientiam ſuam, aut corpus ſuum *poſſidere in ſanctificatione & honore.*

Curioſi in obſeruandis aliorum defectibus, ſemetipſos interim negligentes.

SECVNDA ſcientia debet eſſe circa notitiam beneficiorum, quæ reportauimus: inter quæ præcipuum eſt redemptio, quam recipimus per paſſionem Chriſti, in qua Chriſtus fecit nobis vnum demonſtratiuum argumentum ſuæ dilectionis, maximè quando pro nobis mori voluit, vehementiſſimo dolore in ligno crucis. Tria autem requiruntur ad demonſtrationem, ſicut docetur. 1. Poſteriorum: Subiectum, paſſio, & diffinitio, quę fit medium ad concludendum propriam paſſionem de aliquo ſubiecto. *Subiectum* autem iſtius demonſtrationis fuit filius Dei, qui licet æqualis eſſet Patri ſecundum diuinitatem, multipliciter ſe ipſum exinaniuit, & ſe ſubiecit, *factus obediens vſque ad mortem*, ad Philip. 2. Ideo 1. Corinth. 15. *Filius*, inquit, *erat ſubiectus ei, qui ſubiecit ei omnia. Paſſio* autem concluſa ad hoc ſubiectum, fuit paſſio mortis; iuxta illud ad Hebr. 2. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis dotatum.* Medium ad concludendum hanc paſſionem de hoc ſubiecto, fuit *diffinitio ſubiecti*, id eſt, præordinatio ipſius filij, qui tradidit ſemetipſum pro nobis, vna cum Patre & ſancto Spiritu, Lucæ 22. *Filius quidem hominis ſicut definitum eſt vadit.* Hæc fuit definitio perfecta pro nobis in figura crucis, cauſans in nobis tantam ſcientiam, vt in comparatione illius omnis alia ſcientia contemnatur. Vnde Paulus 1. Cor. 2. *Non enim me iudicaui aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum.*

R 2. Notitia beneficiorum. Ad demonſtrationem tria requiruntur.

TERTIA ſcientia eſt, circa notitiam ſuppliciorum, quæ meruimus; & hanc habemus per demonſtrationem pœnarum infernalium, quæ ſunt diuerſis Patribus reuelatæ, & in verſibus duobus tanguntur.

Sitis, & eſuries, frigus, ignis, fœtor, & horror,
Deſperant tenebræ vinčti vermeſq; rodentes.

3. Cognitio ſuppliciorũ quæ meruimus.

Et de iſta ſcientia dicitur in Pſalm. 9. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes qui obliniſcuntur Deum.* Et cito poſt: *Vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt*, id eſt, mortales & puniendi ſi delinquant.

QVARTA ſcientia poteſt ſuperaddi, quæ eſt circa fidem, quam in baptiſmo promiſimus; & hanc ſi habuerimus, in cœlum rapiemur. Sicut patet de Petro, Matt. 16. A quo quæſiuit Chriſtus. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Reſpondit, rectè credens. *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Ex hac fide ſtatim receptus eſt, cum ei dictum fuit. *Tibi dabo claues regni cœlorum.* Si ergo has quatuor ſcientias habuerimus, in cœleſtem ordinem recipi digni erimus.

4. Scientia fidei promiſſę in baptiſmo.

SECVNDO, examinatur in moribus. Niſi enim quis eſſet conuerſationis honeſtæ, licet eſſet competentis literaturæ, de facili non reciperetur ad ordinem; Sic qui debet recipi ad ordinem cœli, debet eſſe conuerſationis bonæ, tàm coram Deo, quam coram hominibus: iuxta illud 2. Cor. 8. *Prouidemus bona, non ſolum coram Deo, ſed*

5 Examen morum ſubeundum.

etiam coram omnibus hominibus. Idem ad Galat. 6. *Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus*, quaſi diceret; ad inſtinctum Spiritus ſancti, conuerſationem ſanctam & bonam ſanctorum imitari debemus: iuxta illud; *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*, 1. Cor. 11. Ideo dicit Gregorius in moralibus lib. 15. Quod boni in hac vita, ſanctorum patrum præcedentium exemplis paſcuntur, quibus refici debemus, donec præſentis mortalitatis vmbras tranſeamus, vt ſic ſemper honeſtè ambulemus; quam honeſtatem quilibet in conuerſatione exteriori repræſentat. Non enim ſufficit bonam vitam in occulto habere, niſi etiam quis ſtudeat ſe exemplarem exterius exhibere, vt dicit Gregorius: iuxta illud. *Luceat lux veſtra coram hominibus*, Matth. 5. Quod verbum tractans Hugo in de clauſtro animæ. Hoc, inquit fit, cum apparet miſericordia in effectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modeſtia in cohabitatione, patientia in tribulatione. Idcirco *omnia honeſtè fiant in vobis*, 1. Cor. 14. Quia plus facit famoſum, morum nobilitas, quàm generis dignitas; vt dicit Gregor. diſtinct. 40. Nos. Vnde merito quilibet plus debet gaudere de morum nobilitate, quàm de generis, ſeu locorum dignitate; & plus dolere de corruptione morum quàm dignitatum. Nam multum diſtãt damna morum à damnis temporalium rerum: cum illa extra nos ſint, illa verò in nobis, vt dicit Gregorius, & ponitur 6. q. 1. c. Sunt plurimi. §. verum.

T Recipiendus ad ordinem, examinandus eſt de bona fama.

TERTIO, qui petit recipi ad ordinem examinatur in fama. Quia dicit B. Auguſt. in Serm. de communi vita clericorum; Et ponitur 12. q. 1. Nolo. Propter nos conſcientia veſtra neceſſaria eſt, bona autem fama propter alios. Ideo homines infames non de facili recipiuntur. Ita à ſimili, recipiendus ad Abbatiam cœleſtem, debet habere famam bonam: hanc autem facit humilitas, quia multum redolet in conſpectu Dei. Iuxta illud Canticorum 1. *Cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus*, id eſt, humilitas *mea dedit odorem ſuum.* Et quia benè redolet humilitas ante Deum de facili recipitur humilis in cœlum: iuxta illud Prou. 29. *Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.*

Interrogandum de impedimentis.

TERTIVM, quod conſiderandum eſt circa ordinis ingreſſum, eſt impedimentorum interrogatio, quorum ſunt quinque, vt ſuprà Dominica præcedente Sermon. 2. E. & F. Et qui habuerit aliquod iſtorum impedimentorum, non de facili recipitur; ſed Chriſtus nullum refutat recipere ad ſuum ordinem, ſi per pœnitentiam veram ad ipſum accedat. Quia dicit Ioan. 6. *Omne quod venit ad me, non eiciam foras.* Et in ſignũ quod omnes benignè recipit, dicit Hieremiæ 3. *Reuertere ad me, & ego recipiam te.* Ipſe enim manumittit ſeruos ſuos, & abſoluit debitis obligatos, & curauit infirmos. De PRIMO, ad Galat. 4. *Fratres non ſumus ancillæ filij*, id eſt, ſuperbiæ, auaritiæ, & luxuriæ, &c. quarum quælibet facit ſeruire nos peccatis, *ſed liberæ*, id eſt militantis Eccleſiæ, *qua libertate Chriſtus nos redemit ſeu liberauit.* Et poſtquam eos manu miſit, ipſos benignè recepit. Hoc figuratum eſt, 1. Reg. 30. de Dauid, qui ſeruum Amalechitæ quem in via inuenit, *benignè recepit, & iurauit ei, quod non traderet eum in manus domini ſui*, & refecit eum, quia non comedit in tribus diebus.

V Triduum ſignificat tres partes pœnitentiæ.

MORALITER. Per triduum ſignificatur pœnitentia, quæ habet tres partes, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem: poſt quod triduum ſuſcipit quemlibet hominẽ verus Dauid Chriſtus, & iurat ei, quod non tradat eum in manus Amalechitę, qui interpretatur populus ſanguinẽ, ingẽs, vel gens brutalis; & ſignificat diabolum cui ſeruiuit prius per peccatũ, & reficit eum pane ſui venerabilis ſacramẽti, & demum recipit eum in ordinem cœleſtis paradiſi. De SECVNDO habetur Luc. 7.

De

De duobus debitoribus, qui erant Christo obligati, & cum non haberent vnde redderent donauit vtrisq; Et non solum soluit à debitis, sed etiam in suam societatem recepit. Sicut figuratum est. 1. Reg. 22. vbi legitur, quod venerunt ad Dauid omnes, *qui erãt in angustia constituti & oppressi ære alieno & amaro animo* & factus est eorum princeps. De TERTIO legitur Luc. 4. *Cum sol occubuisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Iesum. Ille singulis manus imponens curabat eos.* Legitur etiam 1. Reg. 30. de Dauid, qui significat Christum, qui infirmos qui eum sequi non poterant, sed lassi substiterant, quos residere iusserat in torrente Besor, & pacifice salutauit, eosque ad æqualem portionem de spolijs recepit, dicens: *Æqua enim erit pars descendentis ad prælium & remanentis ad sarcinas.*

QVARTVM est vestimentorum mutatio. Sicut enim volentes instare ordinem, oportet seculares vestes deponere, & religiosas induere. Sic volens ingredi ordinem angelorum, debet deponere vestes vitiorum. Vestium secularium mutatio.

X

Tres ergo sunt status hominum, vt habetur de summa Trinit. & fide Catholic. cap. Firmiter, qui perueniunt ad æternam beatitudinem, seu merentur peruenire. PRIMVS status est *virginum*, in quo debent esse *Sacerdotes*. Ex quo enim existunt *angeli Domini exercituum*. Malachiæ. 2. Ideo debent esse vt angeli puri, vt virgines, vt quilibet possit dicere cum Iob. 33. *Mundus sum*, ego scilicet à vitio carnis *& absq; delicto*, id est, peccato omissionis. Sed heu timendum est, quod vix inter mille vnus ad sacerdotium accedit virgo, ex quo *totus mundus in maligno positus est*. 1. Ioan. 5. Vt ergo in sacerdotio saluentur, debent deponere deturpatam vestem luxuriæ, & induere vestem continentiæ. Quia dicit Holkot super librum Sap. 205. Tres hominum status ad cælũ perueniunt. I. Sacerdotes, Virgines.

PRIMVM vestimentum vel ornamentum, quo se vestire debet persona Ecclesiastica, est poderis continentiæ, vt totum corpus à motibus petulantiæ, lasciuiæ, & insolentiæ compescatur. Poderis vestis corporis.

SECVNDVM, quo debent se induere, est rationale scientiæ. In isto rationali scribebatur doctrina & veritas. Quia omnis intentio clerici debet esse principalis, vt possit vera addiscere, & vera docere. In Vitas patrum libr. 10. cap. 29. Sic dicit Palladius Abbas quod anima secundum voluntatem Christi conuersans, aut fideliter inquirit, quæ nescit, aut manifestè nouit quæ nouit. Si autem vtrumque, cum possit, non vult facere, insaniæ morbo laborat. Initium enim recedendi à Deo, fastidium doctrinæ est; eum non appetit illud, quod anima semper esurit, quæ Deum diligit. De isto ornamento dicitur Eccles. 21. *Ornamentum aureum prudentis doctrina.* Rationale pectoris.

TERTIVM ornamentum quo se debet induere persona Ecclesiastica, est diadema caritatis. Est enim diadema signum regale. Et certè sola caritas diuidit inter filios perditionis, & filios regni, secundum Augustinum. Vnde Hester 6. dicitur in figura: *Homo quem rex honorare cupit debet indui vestibus regijs, & poni in equo qui est de sella regis, & accipere regni diadema super caput eius.* Vestes nostri regis, id est, Christi, fuerunt virtutes quas etiam Philosphus vocat habitus; equus de sella regis fuit crux; diadema regni fuit caritatis; & per hæc tria nos honorabiles facimus apud Deum & homines, videlicet virtutibus, pœnitentia, & caritate. Diadema capitis.

SECVNDVS status continentium est viduarum, quæ debent deponere vestes varij coloris, seu delitiarum. Nam 1. Timoth. 5. dicitur de viduis: *Quæ in delitijs viuens est,* Ÿ Ii

Viduæ. Vestitus viduarum.

scilicet molliter se vestiendo & iacendo, *mortua est*, id est propinqua morti spirituali. Et debent induere vestes nigras humilitatis, in quibus multum placent Deo. Nam illæ sunt vestes, quibus intratur in regnum cœlorum. Iob. 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* & Matth. 18. *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.*

III. Coniugati.

TERTIVS status est coniugatorum; & hi debent induere vestem consutilem caritatis. Nam debet vir diligere vxorem, & vxor virum, ne aliquando vestis caritatis deseratur, quia dicitur Eccli. 25. *In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier bene consentientes.*

Conuiuiorũ celebratio.

QVINTVM est conuiuiorum celebratio. Solet enim nouitius in ingressu suo, si habet, fratribus suis facere vnum conuiuium, vel Abbas. SPIRITVALITER fratres nostri sunt angeli, quibus conuiuium facimus scilicet gaudij, cum pœnitentiam facimus. *Quia gaudium est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente.* Vel Abbas, videlicet Pater cœlestis facit conuiuium nouitijs pœnitentibus, sicut figuratum habetur Luc. 15. De Patre qui filio suo ad se reuertenti post benignam receptionem fecit conuiuium dicens seruis suis: *Adducite vitulum saginatum, & occidite, vt manducemus & epulemur:* vbi per vitulum saginatum intelligitur Christus, qui dicitur vitulus propter naturam passibilem, & saginatus propter gratiarum plenitudinem. De isto ergo vitulo à Iudæis occiso, & in cruce immolato, facit pater cœlestis conuiuium peccatori, quem per pœnitentiam recipit.

Tempus probationis.

SEXTVM est temporis probationis assignatio. Nam assignatur omni nouitio annus vnus ad probandum ordinis austeritatem. MORALITER. Annus iste assignatus, est annus placabilis & gratiosus, tota vita præsens, in qua potest quilibet eligere bonum vel malum. Nam dicitur Eccli. 15. *Ante hominem vita,* scilicet gratiæ, *& mors,* scilicet culpæ, *bonum* videlicet meritorum, *quod voluerit dabitur illi.* In isto anno probantur omnes, qui debent recipi ad ordinem cœlestem: Iuxta illud Sap. 3. *Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos.*

Emissio voti professionis.

SEPTIMVM est voti professionis emissio, & ratificatio, Quia omnis qui recipitur ad ordinem cœlestem, profitebitur regulam amoris dicens cum beato Augustino libro soliloquij. Diligam te Deum meum ex toto corde meo totisque medullis præcordiorum meorum, habens te in corde meo, & in ore præ oculis meis semper & vbique, ita vt nullus in me adulterinis amoribus pateat locus. Post hanc amoris professionem dabitur vnicuique locus æternæ fruitionis, vt edat super mensam Dei Luc. 22. *Ego dispono vobis,* scilicet secundum exigentiam meritorum, *vt edatis, & bibatis super mensam meam.* Quia legitur Gen. 43. sederunt coram Ioseph *primogenitus iuxta primogenita sua & minimus iuxta ætatem suam.*

Locus in choro angelorum assignatur.

VLTIMO, assignabitur sibi locus in choro angelorum. Nam quilibet, secundum quod maius, vel minus habet meritum, sortietur apud summos angelos, medios, vel infimos, locum vbi Deum laudat sine fine, dicens cum Psalmo.

Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es. Psal. 58.

DE

DE EADEM.

Sermo quartus.

Gaudium est angelis super uno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15.

A

AD experientiam videmus, quod cœlum aliquando profert stellas tristes, vt galaxiam pallidam, aut cometam, pesti hominis quasi condolens: & etiam profert stellas claras & lucidas, lætis quasi congaudentes. Nam in aduentu pestilentiæ, cœlum tristia profert signa, vel stellas iam dictas, quibus grandis pestilentia dignoscitur mundanis regionibus præuentura. Ideò dicit Hugo in Didascal. lib. 4. Cœlum semper in se profert iudicia atque signa pestilentiæ, in mundanis vtpote, ac si instar hominis pesti condoleat miseriæque humanæ.

SPIRITVALITER. Per cœlum intelligitur cœlum superiorum ciuium, de quibus in Psal. 18. *Cœli enarrant gloriam Dei*: illud inquam cœlum ciuium cœlestium, profert in se stellas, id est angelos sanctos, qui condolent pesti nostræ, id est peccatis, quæ sunt pestes animæ nostræ, & de serenitate nostræ conscientiæ, quæ facit eos lætos, gaudent & lætantur. Et hoc testatur beatus Augustinus libro soliloquij ca. 27. Quoties, inquit, benè agimus, gaudent angeli, & tristantur dæmones. Quoties à bono deuiamus, diabolum lætificamus, & angelos suo gaudio defraudamus. De hoc legitur in Vitas Patrum lib. 2. cap. 57. Quod Abbas Paulus quodam die vidit, homines clara facie ad Ecclesiam, & læto animo, ingredientes, & angelos ipsorum cum ipsis gaudentes. Vnum tamen vidit nigerrima facie, ad modum Æthiopis, & dæmones hinc inde gaudentes, & misso in naribus freno eum trahentes, & angelū eius à longe sequentem tristem. Cum autem omnes exirent de Ecclesia, vidit & illum clara facie egredi, & dæmones à longe abominantes eum, sanctumq; angelum eius hilarem & gaudentem. Nam iste quamuis fornicator fuerit, tamen ad verba prædicatoris qui ait, *Lauamini & mundi estote*, conuersus fuit, & pœnitentiam egerat. Ideo angelis gaudium fecerat, iuxta illud verbum allegatum; *Gaudium erit angelis super, &c.* In quo tria tanguntur. *Primo*, gaudentium status & conditio, ibi; *Angelis Dei. Secundo*, qualitas gaudij & discretio, ibi; *Gaudium. Tertio*, gaudendi caussa & ratio, ibi; *Super uno peccatore*; vt sic dicatur, *Angelis Dei erit gaudium.* Vbi NOTA Augustinū de miraculis sacræ scripturæ dicentem.

Angeli nostri lætantur de operibus bonis, & tristantur de malis.

Qui per pœnitentiam peccata diluit, angelicæ felicitatis consors in æternum erit. Hinc est, quod super conuersionem peccatoris, velut de suo consorte, angeli in cœlo gaudere dicuntur. Nam nos, vt dicit Origenes, angelis in cœlis occasionem gaudij præbemus, cum super terram ambulantes, conuersationem habemus in cœlis. Vnde angeli sunt quadruplices: consubstantialis Deitatis, intellectualis mobilitatis, sacerdotalis dignitatis, & mentalis puritatis. PRIMVS ergo angelus est Christus, qui *consubstantialis Deitatis est*, cum patre; sicut canitur in symbolo Nicæno; *Genitū, non factum, consubstantialem patri*, id est vnius substantiæ, seu essentiæ: & hoc est contra Arrianum, qui ait, quod non sit vna cum patre natura. Hic est *angelus magni consilij*, Isa.

B

Angeli sunt quadruplices.

1. Consubstantialis Deitatis.

Isa. 9. Ipse enim Christus media in Trinitate persona, velut angelus missus est, de sinu patris in vterum mittis, vt nobis consilia perfectionis daret, & doctrinam noui testamenti nunciaret, de quo prædixit Malach. 3. *Statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis.* Iste angelus gaudet super conuersione peccatoris propter duo.

Quare Christus gaudeat super conuersione peccatoris.

I. PRIMO, quia propter pœnitentiam via sua placatur. Quando peccat homo, Deus odit eum: iuxta illud Eccli. 12. *Altissimus odio habet peccatores.* Cum autem per pœnitentiam conuertitur, miseretur ei, & placatur: ideò subdit Eccles. 12. *Et misertus est pœnitentibus.* Habet enim dominus se ad modum hominis, qui cum iratus est, turbatur; & cum placabitur, lætatur. Ideo dicit Hierem. 18. *Si pœnitentiam egerit gens ista a malo suo, ago & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem eis.*

II. SECVNDO, gaudet Christus de peccatore pœnitente, quia pretium sanguinis sui in eo non frustratur. De hoc gaudio dicitur Prouerb. 23. *Exultat gaudio pater iusti.* Pater noster Christus est, qui nos genuit sanguine suo, & parturiuit in dolore & paupertate crucis. De hoc Augustinus, in quodam sermone: Multos filios Deus fecit, vnicus Dei filius emit sibi multos fratres sanguine suo, probauit reprobatos, redemit venditos, honorauit iniuriatos, viuificauit ociosos. Hæc ille. Ergo ne sua emptio frustretur in nobis, assumamus crucem pœnitentiæ, vt ipse de nobis possit gaudere. Quia dicit Origenes super libro Numerorum homilia 13. Puto, quod super fideles singulos, qui conuertuntur ad Deum, & in fide proficiunt, festiuitas gaudiosa Deo oritur, lætificat eum, qui fuerat impudicus, vt sic sit castus: qui erat iniustus, qui iustitiam colit, agit festum. Hæc Origenes.

Festum gaudiosum de ijs, qui à peccatis conuertuntur.

C Est enim tantum gaudium Christo, de conuersione peccatorum, quod si non sufficeret sua passio, rursus mori & pati paratus esset. Ad hoc exemplum quod scribit Dionysius in Epistola ad Demophylum, quod cum quidam infidelis quendam fidelem à fide conuertisset, Carpus quidam vir magnæ sanctitatis, adeò hoc molestè ferebat, vt vtrumque igne comburi Deum rogaret. Cui circa noctis medium apparuit Christus in aëre, cum multitudine angelorum; in terra verò apparuit fornax, cum serpentibus incensa, ad quam trahebantur illi duo homines. Carpo ergo illi petenti magno desiderio, vt mitterentur in fornacem, & molestè ferebat dilationem; Ecce Christus misertus descendebat à solio in terram, & extensis manibus illos eripiens, eleuataque manu, dixit Carpo; iterum percute me lancea, paratus sum rursus pati & mori pro hominibus saluandis.

III. Item, quod Christus gaudet de conuersione peccatoris & eius saluatione, patet de duobus in parabolis hodierni Euangelij, de oue perdita & inuenta, & de drachma. Nam PRIMA parabola est ista. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam. Et cum inuenerit eam, imponit super humeros suos gaudens & veniens domum, conuocat amicos & vicinos dicens. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.* Ista parabola recte Christum respicit, qui est homo ex nobis, & caro ex carne nostra, quia secundum Psalm. 86. *Homo natus est in ea*, scilicet Virgine Maria, cuius centesima ouis est humana natura, quia numerus centenarius est numerus perfectus, designans perfectionem humanæ naturæ. Hanc ouem perdidit, quando eum diabolus pomi fractione decepit, sed hoc principaliter intellige de

Eua,

Digitized by Google

Eua, quam seduxit diabolus, vt crederet verum esse, quod dixit. *Eritis sicut dij*, Genes. 3. Sed Adam non credidit, sed de pœnitentia & Dei misericordia cogitauit. Tamen vxori morem, id est, voluntatem gerens, eius persuasioni consensit, nolens eam contristare & à se alienatam relinquere, ne periret, arbitratus est illud veniale, & non mortale delictum, vt dicit Magister lib. 2. dist. 22. Et ponit ibidem dictum Apostoli, 1. Timoth. 2. *Adam non est seductus*: Et ponit, quod vtique ita accipi potest, vt intelligatur; non est seductus, prior videlicet, vel in eo, in quo mulier, vt scilicet crederet, illud esse verum. *Eritis sicut dij*, sed putauit vtrumque posse fieri, vt & vxori morem gereret, & per pœnitentiam veniam haberet. Hæc ille. Et quia hæc centesima ouis perijt. Idcirco Christus reliquit nouem choros angelorũ in cœlo, quod significatur per desertum, id est, derelictum erat ab angelis apostatis, & venit in mundum per suam benedictam natiuitatem, & diligenter quæsiuit sua prædicatione, donec inuenit: quam cum inuenisset in humeris suis posuit gaudens, quasi peccata nostra in *corpore suo portauit*, 1. Petr. 2. Nam secundum naturam diuinam, & similiter in natura humana, quantum ad partem animæ superiorem, quę est intellectiua, in qua Christus ab instanti suæ conceptionis fuit comprehensor, summo gaudio fruebatur: ideo dicitur. *Accepit eam in humeris suis gaudens*; Licet ad partem animæ inferiorem, quæ dicitur sensitiua, & est in organo corporali, in qua fuit viator, tristaretur, Matth. 26. *Tristis est anima mea vsque ad mortem*. Ideo Aug. lib. 5. in persona Christi dicit, contra hæreses: Te, cum esses inimicus patri meo, reconciliaui, cum esses longè, ego inueni te, vt redimerem te. Cumq; inter montes & siluas errares, quæsiui te; humeris meis portaui te, patri meo reddidi te; laboraui, sudaui, caput meum spinis appositi, manus meas clauo adieci lancea latus meum aperui, totis, vt ita dicam, iniurijs & asperitatibus laceratus sum; sanguinem meum fudi, animam meam posui, vt coniungerem te mihi, & tu diuideris à me.

Adam nolens contristare Euam, Deum offendit.

Peccator est ouis centesima, quam Christus venit è cœlo quærere.

SECVNDA parabola est, quando *mulier habens drachmas decem, &c.* Id est, nouem ordines angelorum, & humanam naturam, quæ erat decima drachma. Nam drachma est nummus vsualis, habens imaginem Imperatoris & significat humanam naturam, ad imaginem Dei factam; iuxta illud August. Fecisti me Domine ad imaginem & similitudinem tuam, fecisti nos nummum tuum; mitte radium sapientiæ, vt expellat tenebras nostras, & effulgeat in nobis imago tua. Hanc etiam drachmam diuina sapientia perdidit, quando Adam primus parens de paradiso expulsus fuit; sed eum reinuenit, cum naturam humanam assumpsit, & angelicas potestates ad congratulandum sibi inuitauit.

D

2. Intellectualis mobilitatis.

SECVNDI angeli sunt, *intellectualis mobilitatis*. De quibus in Psalm. 103. *Qui facis angelos tuos spiritus*. Quod verbum tractans Damascenus lib. 2. cap. 4. Angelus, inquit, est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo mini strans, immortalitatem suscipiens, gratia non natura. Et hi angeli gaudent de pœnitentia peccatoris, propter tria. *Primo*, quia vident suæ custodiæ tàm gloriosum fructum. Nam Origenes super libro Numeri, tractans illud verbum Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui est in cœlis*. Adest enim vnicuique nostrum, & minimis qui sunt in Ecclesia Dei, angelus bonus, angelus Domini qui regat, qui moueat, qui gubernat, qui pro peccatis nostris corrigendis & miserationibus exposcendis quotidiè videat faciem patris, qui in cœlis est. Hæc Origenes.

I. Triplex gaudium angelorum propter pœnitentiam peccatorum.

Igitur quandocunque homo conuertitur ad bonum, & recedit à malo per pœnitentiam, tunc angeli gaudent. Sic etiam è conuerso, quando homo peccat, dolent eodem modo, quo dolor cadit in angelum. De hoc dicit Origenes super libro Numeri homil. 23. Sicut, inquit, boni actus nostri & virtutum profectus, gaudium Deo & angelis gignunt, ita vereor ne mala conuersatio nostra, non solum terris, sed & cœlo lamentationes inducat, & luctus. Et ad hoc probandum, inducit illud Gen. 6. *Pœnitet me fecisse hominem*, & plura alia scripturæ sacræ loca, subdens: Hæc, inquit, omnia in quibus lugere, vel gaudere, vel odire, vel lætari, dicitur Deus, tropologicè & humano more accipienda sunt. Aliena quippe est diuina natura, ab omni alienationis affectu. In illo semper beatitudinis apice immobilis & inconcussa perseverans. Hæc Origenes. Quod enim sancti angeli lætantur de operibus nostris bonis, & tristantur de malis, patuit suprà in arenga. Et in exemplo quod habetur in Vitas patrum, lib. 2. cap. 32. & lib. sententiarum PP. §. 35. Fuit quidam magnus de istis senioribus, qui talem habuit gratiam, vt videre posset, quod alij non videbant. Vidit enim aliquando plures sedentes fratres, simulq; loquentes de scripturis sanctis, quæ ad salutem pertinent animarum: Cumq; hoc facerent, stabant circa eos sancti angeli lætantes, & delectabantur de eloquijs Dei. Cum autem verba ociosa colloquerentur, tunc angeli indignantes recedebant, & veniebant porci sordidissimi, voluentes se inter eos. Dæmones enim in specie porcorum delectabantur vaniloquio eorum.

E *II.* Gaudium angelorum.

SECVNDO, gaudent angeli illi de conuersione peccatoris, eò quod vident ex eorum profectu adimpleri ruinam & numerum eorum. Quia dicit Magister lib. 2. dist. 9. In hominibus restaurabitur, quod in angelis lapsum est. *Et addit.* Quia secundum numerum eorum qui permanserunt, homines ad beatitudinem admittuntur: quia scriptum est, Deut. 32. *Statuit terminos populorum*, id est saluandorum, *iuxta numerum angelorum Dei*: Vbi translatio nostra habet. *Iuxta numerum filiorum Dei*, id est angelorum, quia & angeli sunt filij Dei dicti, Iob 1. vbi dicitur. *Quadam die cum venissent filij Dei, vt sisterent coram Domino.* Vbi glossa exponit id est, sancti angeli, ministri ad præsentandum coram Deo merita hominum, id est, filiorum Dei & Angelorum. Et addit Magister. Tamen à quibusdam putatur, quod homines reparantur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt, vt illa cœlestis ciuitas nec suorum numero ciuium priuetur nec maiori copia regnet. Et illius opinionis est Augustinus in Enchiridio, cap. 24. Si ergo tot ascendent de hominibus, quot remanserunt vel ceciderunt, notum est, quod ruina eorum per homines repararetur. Ideo multum gaudent. Et hoc gaudium primum manifestabant cum in Natiuitate Christi, gaudenter cantabant, Luc. 2. *Gloria in excelsis Deo*, qui tunc natus erat in terra, per quem eorum ruina reparari debebat. Ideo dicitur Apoc. 19. quod audita est vox dicentium: *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam Deo, quia nuptiæ venerunt Agni.* Hæ nuptiæ sunt filij Dei coniunctio & Ecclesiæ, vt dicit Glossa. Harum sponsalia sunt contracta in incarnatione; Sed solennitas celebrata est in passione per causam: in ascensione autem per effectum. De his nuptijs gaudent angeli, quia per eas homines sociantur angelis.

III. Gaudium angelorum.

TERTIO, gaudent de conuersione peccatoris, quia vident in laudando Deum se habere consortium. Quia sicut angeli semper laudant Deum in cœlis, & nunquam cessant clamare: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, Isa. 6. Sic & boni homines de peccatis conuersi, laudant Deum in terris, quia ad hoc creati sunt, tàm angeli, quàm

li, quàm homines: iuxta illud Magistri lib. 2. dist. 1. Si, inquit, quæritur ad quid creata sit rationalis creatura? Respondetur, ad laudandum Deum. Idcirco ille deuotus Amandus orauit in horologio Sapientiæ. lib. 2. cap. 5. Amantissima sapientia, bonitas æterna, te deprecor, vt omni manè diluculo cum ad te surrexero, & oculos aperuero simulq; cor meum in laude tua aperiatur, quod hæclaus tàm suauiter & blandè resonet in corde paterno tuo, sicut sonare consueuit suo modo, omnium citharedorum & musicalium instrumentorum suauis modulatio in corde iucundo, statu iuuentutis florido.

F

3. Sacerdotalis dignitatis. Sacerdotes in quibus angelis similes.

TERTIO, sunt angeli *sacerdotalis dignitatis*. Nam sacerdotes sunt similes angelis in multis. PRIMO, in esurientium nutritione: Sicut enim angelus Domini detulit panem subcinericium, aquamq; ad Heliam dormientem & famelicum, dicens: *Surge & comede, grandis tibi restat via*, 3. Reg. 19. Isto modo officium proprium sacerdotum est, nutrire & pascere populum Domini, verbo & exemplo, & corporali, si possit, cibo. Propter quod dixit Dominus Petro, primo Prælato & principi sacerdotum, ter; *Pasce oues meas*, Ioan. 21. Bis enim dictũ est; *Pasce agnos meos*, & semel, *Pasce oues meas*, ad innuendam differentiam inter doctrinã necessariam iuuenibus & senibus. Senibus enim simplex monitio sufficit, iuxta illud, 1. Tim. 5. *Seniorẽ ne increpaueris*, scilicet arguendo eum verbis duris, *sed obsecra vt patrem*, scilicet vt caueat ab indecentibus suæ senectuti. Hoc tamẽ nõ est de illis in malitia obstinatis, quia tales sunt durè increpãdi, Dan. 13. In iuuenibus verò, scilicet, opus est verbis & verberibus, vt debitè doceãtur.

Negligentes exhortandi sunt.

SECVNDO, sacerdotes sunt similes angelis in negligentium exhortatione. Nam sicut angelus exhortatus est Ioseph, cum dixit: *Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum*, Matth. 2. ita sacerdotes exhortantur negligentes eis sana consilia tribuendo, ideo dicitur dist. 93. sacerdotes. Sacerdotes dicebat B. Petrus sal terræ, id est sapientia mundi: Etiam dicebat eos lumen mundi, docens eos in splendore bonorum glorificare Deum, scilicet in bonis exhortationibus.

Animas morientium deducunt angeli in cœlum.

TERTIO, in morientium deductione. Nam boni angeli ducunt animas morientium in cœlum, Lucæ 16. *de Lazaro*. Sic sacerdotes angelici, de terrenis desiderijs ad amorem cœlestium transferunt pœnitentes, quando eis confitentes peccatis pristinis moriuntur, 1. Petr. 2. *Peccatis mortui, iustitiæ viuamus*.

Angeli excitant dormientes.

QVARTO, in dormientium excitatione. Nam Act. 12. legitur, quod *Angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussitq; latus*, per excitationem eius, dicens: *Surge velociter*.

MORALITER. Petrus dormiens in carcere, est peccator irretitus mala consuetudine, qui iacet inter duos milites vinctus catenis duabus & duo custodes ante ostiũ custodiebant. Duo milites, mors & dæmon. Mors insidiatur corpori, dæmon animæ: duæ catenæ, amor deliciandi, & pudor reuelandi: duo custodes, ne homo ostiũ confessionis exeat præsumptio veniæ & confidentia prolixæ vitæ. Huic astare debet sacerdos angelicus, & eum corrigendo excitare, percutere, & non palpare. Sic moralizat hoc Holkot super librum Sapientiæ, lect. 183.

1. Sacerdotes quare gaudeant pro-

Isti angelici sacerdotes etiam gaudent de conuersione peccatorum, & pœnitentia ipsorum propter duo. *Primo* quia pœnitentibus peccatoribus exhortatione sacerdotum, ipsi, scilicet sacerdotes, à damnatione liberantur, quia dicit Isidorus de summo bono, li. 3. Sacerdotes propter populorũ iniquitatem damnantur: si eos aut ignorantes

pter conuersionem peccatorum.

nonerudiant: aut peccantes non arguant; dicente Domino per Prophetam Ezech. 2. 3. & 33. *Speculatorem dedi te domui Israel: si non fueris locutus, vt custodiant se à via mala: & si impius in iniquitate sua morietur; sanguinem eius de manu tua requiram.* 2. *Secundo*, ideo gaudent, quia de pœnitentia peccatorum præmiantur: teste Chrysost. de dignitate sacerdotali libro 3. Benè agente populo, vnusquisque pro merito suo remuneratur, sacerdos autem pro bonis omnium. Habebit enim pro bonis proprijs auream; pro acquisitione aliorum aureolam: Quod tamen principaliter intelligitur de prædicatoribus.

G

4. Mentalis puritatis.

QVARTI angeli sunt *mentalis puritatis*, videlicet homines iusti & sancti, angelicæ puritatis sectatores: qui in terra, cœlum hoc corporale, in corporibus mundis & castis adhuc positi, præter carnem viuentes, angelicam ducunt vitam: Quia secundum Hieron. In carne præter carnem viuere, angelica vita potius est quàm humana Tales possunt dicere cum Apostolo. *Nostra conuersatio est in cœlis*: ad Philip. 3. Vnde Ambros. in libro de viduis. Supergreditur, inquit, virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines assimilantur angelis, maior tamen victoria virginum quàm angelorum; angeli enim sine carne viuunt, virgines autem in carne triumphant. Isti angelici homines de pœnitentia peccatorum gaudent propter tria. *Primo*, propter Dei honorē; secundum illud Baruch. 6. *Gaudentes in honore Dei.* Cum enim angeli omnes affectiones & actiones suas ordinant ad Deum, hinc est, quod in quocunq; facto reluceat honor diuinus: super illo gaudent, & de contrario contristantur. Et quia conuersio peccatoris est ad honorem Dei: sicut eius auersio est in inhonorationem ipsius & contemptum, sicut patet, Ioan. 8. Dominus dixit Iudæis ipsum blasphemantibus. *Ego honorifico patrem meum, vos inhonorastis me.* Idcirco isti angeli dignè gaudent de conuersione peccatoris ad Deum, sicut gauisus est B. Paulus, 2. Cor. 7. de conuersione Corinthiorum. *Multa mihi fiducia est apud nos*, scilicet de perfectione boni inchoati, *multa mihi gloriatio pro vobis*, id est, de operibus vestris bonis. Et infrà. *Quoniam si contristaui vos in epistola*, scilicet durè recipiendo *non me pœnitet: & si me pœniteret*, scilicet prius videns, quod epistola illa *& si ad horam*, id est, transitoriè, *vos contristauit, nunc gaudeo: non quia contristati estis: sed quia contristati estis ad pœnitentiam.* Glossa, sicut medicus non gaudet de amaritudine medicinæ, quam infirmo propinauit: sed de sanitate plena consecuta. *Secundo*, gaudent propter Dei infinitam bonitatem. Cum ergo minus bonum eligitur pro optimo bono: tunc illud optimū vilipenditur. Sic contingit, quando creatura pro creatore eligitur & diligitur & conuertit se ad delitias corporis & præponit illas Deo & gaudijs cœli. Ergo peccator quotiescunq; peccat, maius dedecus exhibet Deo, quàm Iudæi, qui aliqualiter ignoranter peccauerunt, Christū crucifigendo: quia scienter peccat, non ex infirmitate vel ignorantia, sed sæpius ex certa malitia. Quando autem conuertitur & pœnitet, tunc honorat Deum pœnitendo, quē inhonorauit prius peccando: ideo de hoc merito gaudent angelici homines. *Tertio*, propter proximi caritatem. Quia quisque fidelis congaudet proximo de suo bono, quia secundum Apostolum. *Omnes vnum corpus sumus, singuli autem alter alterius membra. Si gaudet vnum membrorum, congaudent omnia membra & si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia.* Sic in corpore mystico quilibet fidelis ex caritate congaudet alteri in bono suo, & cōpatitur in malo. 1. Cor. 12. Sic fecit Apostolus ad Phil. 2. *Gaudeo*, inquit, *& congratulor omnibus vobis. Idipsum aūt & vos gaudete, & cōgratulamini mihi.*

I. Angelicorū hominum gaudium triplex.

II. Scienter peccans, quàm grauiter Deum offendat.

III.

mihi: Et hoc de bonis in gratia Dei acceptis. In malis autem qualiter omnibus compatiebatur, apparet. 2. Cor. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror.*

DOMINICA IV. POST TRINITATEM.

Sermo primus.

Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Ad Roman. 8.

H

CONsueuerunt structores templorum & regalium palatiorum, prius per manus lapicidarum lapides aptare, & subtiliter polire, qui debebant in structuram templi aut palatij regalis poni vel locari, ne ædificationis tempore sonus aliquis audiatur; sicut legitur. 3. Reg. 6. feciſſe Salomonem, qui cum vellet ædificare templum domino de lapidibus quadratis & politis, prius iuſſit lapides parari; & ſic in ædificatione non audiebatur ſonus malleorum, quia extra templum lapides fuerunt ſecti & politi.

SPIRITVALITER. Structor cœleſtis templi & palatij regis Chriſtus eſt, lapides ad hoc ædificium cœleſte, ſunt homines electi. De quibus 1. Petr. 2. *Ipſi tanquam lapides viui ſuper ædificamini, domus ſpirituales.* Et Apocal. 21. *Fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioſo ornata.* Sed per lapicidas MORALITER intelliguntur omnes mali & tortores bonorum electorum: Quia ſicut illi ſecant lapides, & expoliunt eos, qui debeant poni in ædificium materiale; ſic & mali, varijs percuſſionibus & paſſionibus, aptant bonos vt fiant apti in ſtructuram cœleſtem. De quibus canitur in hymno.

Structor cœleſtis templi Chriſtus.

Lapicidæ, omnes mali & tortores.

Tunſionibus, preſſuris,
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis,
Per manus artificis, Scilicet Chriſti.
Diſponuntur permanſuri,
Sacris ædificiis.

Et hoc facit ille cœleſtis ſtructor Chriſtus. Ideo, ne ibi ſonus tribulationis aut paſſionis ab electis audiatur; quia *abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis ſanctorum, & mors non erit vltra, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.* Apoc. 21. Ideò dicit Petrus Rauennas. In ædificatione templi, omnes lapides prius ſecabantur, ne in illius poſitione ſonus audiretur malleorum; nec in horreo ponitur granum, donec flagellis, aut triturantium pedibus ſit excuſſum. Sic & viui lapides, qui ponendi ſunt in illa cœleſti Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, varijs infortuniorum excuſſionibus polliuntur, antequam in ædificio cœleſtis Hieruſalem collocentur. Et B. Bernard. libro meditationum: In regione, inquit, tua locum amaritudo non habet, non eſt aduerſarius impugnans, nulla rixa, nullum impedimentum, nullus timor, nulla inquietudo, nulla pœna, nulla moleſtia, nulla diſcordia,

sed pax summa & laus Dei secura sine fine Poliuntur etiam lapides hic qui imponi in illo ædificio debent, quia sancti viri quos prouidentia Dei elegit ad percipiendum cœleste regnum, prius hic examinantur tribulationibus & pœnis, & cum iracundi & impatientes ac etiam deficientes sub diuino examine, in gehennam proijcientur, pulchri verò & politi, in loco cœlestis ædificij honorabiliter reponentur. Attamen tales tribulationes & passiones, quas hic electi patiuntur, ad futura gaudia, quæ pro illis dabuntur, nihil omnino reputantur. Quia dicit Haymo: Si quilibet hominum, omnia præcepta veteris & noui testamenti potuisset impleuisse, & posset implere, & omnia genera tormentorum perferre, carceres, saltus, aculeos, vngulas, vstiones, lapidationes, crucifixiones, in sartagine frixiones, per multa curricula temporum, nequaquam adhuc esset dignus gloria, quam percepturi sunt electi. Ideo Apostolus in verbis allegatis dicit: *Non sunt condignæ passiones, &c.* Sed quare? quia illa temporalia & illa æterna sunt. In his verbis tria innuit. *Primo* præsentis temporis passiones, ibi: *Passiones huius temporis. Secundo* ingentis gloriæ reuelationes, ibi; *Ad futuram gloriam. Tertio*, amborum ad inuicem comparationes, ibi; *Non sunt condignæ*, vt sic dicatur, *passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in vobis* scilicet cõparando *non sunt condignæ.*

Tribulationes propter futura gaudia æquanimiter tolerandæ.

I

Pro quo NOTANDVM quod passiones huius temporis triplices sunt: innatæ necessariæ, illatæ probatoriæ, & assumptæ voluntariæ. PRIMO *passiones innatæ* sunt fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, ægritudo, & mors. Has passiones Adam in statu innocentiæ non sensit. Sic declarat Thomas de Argent. in compendio Theologicæ veritatis lib. 2. cap. 62. vbi loquens de Protoplasto. Fuit, inquit, sine pœnalitatibus, quia nec esuriuit, nec sitiuit, frigus vel æstus, labor vel infirmitas eum non læsit, nec mortem exspectauit, quia viuens erat ad gloriam transferendus; vestibus non indiguisset, & verecundiam nudus non sensisset; Natura quoque in eo ad deformitatem membrorum non errasset. Hæc ille. Sed cum per peccatum cecidit extra innocentiæ statum, statim illas passiones sensit, quia fames, sitis, & alia, sunt defectus & pœna sui peccati, vt dicit Magister lib. 2. distinct. 20. & Hugo. 1. libro. part. 6. cap. 26. Ideò dicit Thomas super scripto. 2. sententiarum; Quam citò homo per inobedientiam peccauit, sublata est ab eo originalis iustitia, quæ non potest auferri, nisi prius ratione à Deo auertente, & tunc subtracto vinculo iustitiæ originalis, vires inferiores factæ sunt rebelles rationi Ideò sequuntur in homine mors & alij defectus naturales, ideò dicit S. Thomas in scripto quæst. 2.

Passionis huius tẽporis sunt triplices.

Per inobedientiam amisit homo originalem iustitiam.

K

I.

PRIMA ergo passio vel defectus est FAMES, de qua Magister lib. 2. dist. 20. Est enim immoderatus appetitus edendi, cui non subiacuisset homo, si non peccasset. Sed procul dubio peccaret, nisi hunc defectum cibo præueniret. Habebat enim naturalem appetitum & immoderatum, cui ita satisfaciendum erat, ne defectus famæ sentiretur. Et sunt verba Hugonis lib. 1. vbi suprà. Sicut enim fames ex primorum parentum peccato prouenit, ita adhuc ex peccato hominum, fames per mundum homines angit; quia legitur. 2. Regum 21, quod *facta est fames in diebus Dauid tribus annis, & dixit Dominus. Propter Saul & domum eius, qui occidit Gabaonitas, quia Saul fecit irritum iuramentum, quod statuit Iosue cum Gabaonitis.* Iosue 9. *Et occidit eos.* Ob hanc causam misit Dominus famem ad vltionem. Ad idem legitur. 4. Regum 6. Quod *fames facta est in Samaria, & tam diu obsessa fuit, donec venderetur caput asini*

Fames quid sit?

asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. vbi dicit Glossa caput hic accipitur pro toto animali secundum aliquos; quia hic est modus loquendi secundum emptores: secundum aliquos verò accipitur pro parte: sed cabus est quædam mensura determinata. Nam secundum Isido. 16. Etymologiæ. Amphora est vas continens vrnas tres: Stercus autem columbarum non accipitur hic propriè, quia non est comestibile, nec refectiuum, sed magis corruptiuum: sed accipitur impropriè, pro gutture, vbi congregantur grana à columbis comesta, & illud proijcit in fimo communiter. Sed tunc fame inualescente coci diuitum illud reseruabant, vt grana, populo fame periclitanti; venderent. Et quis dubitat, talem famem etiam propter peccata hominum accidisse; quia dicit Dominus Ezech. 14. *Terra cum peccauerit, extendam manum meam super eam, & conteram panem eius, & immittam in eam famem.*

Quid per caput asini, cabum, & stercus columbarum intelligatur.

Recordor & ego, nondum senior, aliquot fames per mundum generales; & fortassis ideò venerunt, quia eleemosyna fraudati sunt ipsi pauperes. Quia dicit Hieronym. Doctor gloriosus super Malachiam, & habetur allegatiuè. 16. q. 1. c. Reuertimini. Si quando fames & penuria, & rerum omnium egestas opprimit mundum, sciamus hoc ex via Dei descendere, qui se in pauperibus, qui non accipiunt eleemosynam, fraudari loquitur. Hæc Hieronym. Sed vt de generalibus taceam, de specialibus videmus per experientiam quotidianam. Nam si homo iam saturatur, cito facta digestione fame angariatur. Nam & *Chrysus post quam ieunasset quadraginta diebus, & totidem noctibus postea esuriuit.*

Quare mundus interdū labores fame & egestate.

SECVNDA passio est SITIS, quam electi homines propter Deum libenter sustinent; sicut legitur de Abbate Machario, quoties cum fratribus facta caritate reficiebatur, hoc in proprio corde statuerat, vt quãtos calices vini habuisset, tot diebus nec ipsam aquam gustaret, omnino. Cum fratres eius vinum porrigerent, cum gaudio suscipiebat & sumebat, vt postea se siti maceraret. Quod cum discipulus eius vidisset, patefecit senibus, ne ei vinum porrigerent; & sic ammodo non fecerunt ne senimitum maceraret: vt habetur in Vitas patrum lib. 4. cap. 4. nu. 9.

II. Sitis.

Sed sunt nonnulli, qui hic passiones has & defectus omnino sustinere, nec vna die quidem possunt, sed eas tanquam vincula quædam dirumpunt. *Primam* videlicet famem per quotidianam crapulam. *Secundam* scilicet sitim per ebrietatem. Ideò ibi famem patientur vt canes, nec aquam vnius guttæ possunt impetrare; sicut probat deuotus Doctor Amandus in horologio Sapientiæ lib. 1. cap. 10. Bibuli, inquit, crapulosi, & qui ventri suo seruierunt, velut lupi famelici, fame incredibili ac siti intolerabili affligentur, cupientes guttam aquæ minimam pro refrigerio linguæ suæ, flammatam incendio adusti recipere, & nemo illis dabat. Sed & dæmones deterrimi cum situlis ardentibus iuxta eas stabant, & potum quendam sulphureum, plumbo liquefacto similem, nimio colore æstuantem in os eorum infundebant.

Bibuli & crapulosi famē in inferno patiuntur.

TERTIA passio est CALOR, quem multi sancti Patres in desertis locis, pro futura gloria habenda, sustinuerunt: sicut B. Hieronymus, qui in vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridum Monachis præstabat habitaculum, per quadriennium moratus est, vt habetur in legenda sua.

QVAR-

IV. Frigus.

QVARTA est FRIGVS, quod etiam multi electi passi sunt, & adhuc propter Deum patiuntur; sicut beatus Paulus, qui dicit se fuisse *in frigore & nuditate*. 2. Corinth. 11. Sed hæc duo vincula passionum rumpunt moderni. *Primum* videlicet calorem per vestrum subtilitatem. *Secundum* scilicet frigus, per vestium nimietatem. Et ideo in futuro habebunt calorem nimium, & stridorem dentium; quia *ad calorem nimium transeunt ab aquis niuium*, Iob. 24.

V. Lassitudo.

QVINTA passio est LASSITVDO quam & Christus assumpsit vt habetur Ioan. 4. Quod *fatigatus est ex itinere, sedebat supra fontem.* Fatigatus enim fuit, & lassus propter salutem nostram, & verè beatus erit qui exemplo Christi fatigatur, propter salutem suam propriam. Et sunt nonnulli, qui lassantur in multitudine peccatorum, quales sunt illi qui dicunt, Sapientiæ. 5. *Lassati sumus in via iniquitatis.* Et bene dicunt se lassos & lassatos: nec mirum, quia scitis, quod graue onus impositum viatori, facit eum cito lassum. Iniquitates nostræ sunt graue onus, iuxta illud Psal. 37. *Sicut onus graue grauate sunt super me.* Igitur volumus, nolumus, si iniqua egimus, in via lassamur & dicit Holkot super prædicto verbo, *Lassati sumus in via iniquitatis*, quæ assumit pro lect. 62. Ista lassatio occulto experimento verificatur, in omni genere peccatorum peruersorumque hominum. Quia inter nobiles & milites quidam sunt qui pro vanitate & fama volanti, in ore hominum se exponunt totaliter. Nam manifestum est, quod plus sustinent de pœna in vno torneamento, vel bello, quam sanctus monachus in decem annis. Similiter mercatores, qui mare transeunt personaliter, passus periculosos, latronum insidias, & inuidias sociorum, verè experiuntur vias huius mundi esse difficiles. Similiter Clerici vel Laici, qui curias magnorum regum, vel comitum, vel Episcoporum ingrediuntur ad seruiendum, sciunt quantum ista via habeat difficultatis, vbi per decem vel septem annos seruiunt cum remorsu conscientiæ, si non sunt desperati, vel omnino fatui. Quare dicere bene possunt. *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis & ambulamus vias difficiles, viam autem domini ignoramus.* Nam frequenter, vt dicit Glossa, plus laborant homines mali ad perficiendum peccata sua, quàm iusti laborant ad perficiendum opera iustitiæ. Sicut patet de fornicatore, vel furore, qui maioribus laboribus & periculis se exponunt, vt habeant intentum, licet frequenter deficiant, quàm iustus religiosus ad Matutinum surgendo, Deoque pro futura gloria seruiendo. Et quia hic scilicet lassantur, solummodo pro inani gloria & terrenis, ideo laborabunt & lassantur ibi in supplicijs æternis: quia de quolibet tali dicitur Psal. 48. *Laborauit in æternum, & viuet adhuc in finem.*

Etiam nolentes in via iniquitatis lassantur.

Studiū peccatorum ad malum, religiosorum negligentiā arguit.

VI. Ægritudo

SEXTA passio est ÆGRITVDO. Nec istam Adam in statu innocentiæ sensit, nec si in ea mansisset: quia dicit Augustinus in libro de quæstionibus veteris & noui Testamenti, quod arbor vitæ omnino omnem corruptionem prohibebat, & valebat vsq; ad determinatum tempus; quo finito erat homo translatus ad spiritualem vitam, vel iterum indiguisset sumere de ligno vitæ. Hæc ille. Sed post peccatum corrupta est adeo humana natura, quod multis subiacet infirmitatibus, quia dicit Innocentius de vilitate human. condit. lib. 1. cap. 27. Subitò cum non suspicatur infortunium, calamitas irruit, accidit morbus, inuadit mors. Attamen ægritudo, quamuis irritari non possit, si hanc quis patienter tulit, vitam æternam mereri poterit: quia *infirmitas grauis sobriam facit animam.* Eccli. 31. Ideò legitur, quod quidam miles rogauit

Propter peccatum, natura humana subiacet multis infirmitatibus.

san-

Digitized by Google

ſanctum virum, vt eum à morbo liberaret; Sed audito ab eo, quod melior eſſet in ægritudine, quàm in ſanctitate; dixit vir ſanctus, Ora Deum, vt ſeruet te in ſtatu in quo magis humilieris. Sed hanc ægritudinem, quaſi vinculum ſalubre, rumpunt quidam per medicinam, vt dicit Dominus per Pſalm. 115. *Dirupiſti vincula mea, &c.*

VII. Mors.

SEPTIMA paſſio eſt MORS, quæ omnium terribilium eſt terribiliſſima, 3. Ethicorum. Hæc etiam inflicta eſt pro peccatis primorum parentum, vt dixi ſuprà feria ſecunda Paſchæ ſermone 4. N. Ideo dicit Innocentius, vbi ſuprà cap. 20. Morimur cum viuimus, & tunc deſinimus mori, cum deſinimus viuere. *Et iterum.* Mors, inquit, inſtanter occurrit, & impediri non valet. Sed tamen NOTA. Si mors, licet timoroſa, æquanimiter fertur, homo per eam purgatur. Sicut probat Gregorius 3. dialogorum de quodam viro ſancto, qui mirabiliter timuit in morte; poſtea apparuit cuidam in ſplendida veſte, dicens: ſe illo timore purgatum.

Hæ ſunt ſeptem paſſiones innatæ neceſſariæ, quæ iam vitari non poſſunt: quod patet ex verbis Magiſtri lib. 2. diſtinct. 32. vbi dicit: Illud autem non immeritò quæri poteſt, vtrum peccatum originale debeat dici voluntarium vel neceſſarium. Et reſpondet: Et *neceſſarium* poteſt dici, quia vitari non poteſt: Vnde Propheta dicit, *De neceſſitatibus meis erue me.* Et *voluntarium*, non incongruè appellatur, quia ex voluntate primi parentis proceſſit.

An peccatū originale poſſit dici voluntariū vel neceſſarium.

SECVNDO, paſſiones ſunt illatæ probatoriæ, quia per eas homo cognoſcitur & probatur. Vnde legitur in libro de nugis Philoſophorum, quod multis Philoſophis congregatis cœperunt conferre inter ſe; quomodo cognoſceretur homo aut probaretur; & diuerſi diuerſimodè reſponderunt. *Vnus* dixit, homo probatur ad modum vitri. *Alius* dixit, quod probatur ad modum carbunculi. *Tertius* dixit, quod cognoſceretur ad ſimilitudinem auri. Primus benè dixit; ſecundus melius; tertius optimè.

O

Paſſiones probatoriæ.

PRIMVS igitur dixit, quod probaretur ad modum vitri quia vitrum pulchrum eſt; & aſpectu perlucidum: & tamen non probatur viſu, an ſit integrum, ſed tactu: quando enim tangitur, tunc per ſonum probatur. Si enim integrum eſt, dat ſonum integrum & acutum: ſi verò eſt fractum, reddit ſonum raucum & diſſonantem: ita eſt de homine. Ideo dicit Gregorius 1. dialogorum. Qualis vnusquisque intra ſe lateat, illatæ contumeliæ probant. Nam ſicut ſuperbi honoribus ſic plerunq; humiles ſui deſpectione gratulantur. Ideo legitur de Philoſopho Ariſtippo, qui fuit diſcipulus Socratis, & claruit Athenis: Hic cum vituperaretur verbis à quodam contumelioſis fugit ab eo; & cum ille inſequeretur eundem, reſponde mihi, ait Philoſophus; Tibi data eſt poteſtas maledicendi, mihi verò audiendi. Ille inquit erat vitrum integrum & incorruptum. Sic adhuc reperiuntur boni homines, qui cum maledicuntur & iniuriantur, reſpondent maledicentibus; Verum dicis, peior ſum, quàm dicis. Et tales qui ſic probantur & non remurmurant, digni ſunt cœleſti gloria. Quia dicit Petrus Damianus: Cum homo facit bona, & mala tolerat, tunc ſe procul dubio numerari inter membra Chriſti deſiderat. Quisq; enim rectè viuens, flagellis atteritur. Sicut Chriſti nunc in vtroque veſtigia imitatur, ita poſtmodum eius conſortio non priuatur. Hæc ille. Sic mali homines cum tanguntur tribulationibus, franguntur per impatientiam & remurmurationem. De his loquitur B. Auguſtinus in ſermonibus communibus ſerm. 18. Nimis dolendum eſt, quod cum Apoſtoli, nec horroribus, nec tormentis potuerunt à caritate Dei ſeparari, nos interdum otioſis fabu-

Patiens vitro integro comparatur.

lis, & sæpè ob paruissimum vitium, imò quandoq; propter signum, ita relinquimus caritatem, vt non solum multis diebus, sed etiam mensibus, nec loqui possumus, nec amicitiam habemus, nec attendimus. Quia dum nos inuicem odio habemus, muros ciuitatis sanctæ Hierusalem sic contra nos claudimus, vt nullus nobis remaneat aditus, per quem intrare possumus.

P

Boni & electi quare Carbunculo similis.

SECVNDVS autem melius dixit. Quia secundum Isidorum libro Etymologiæ: Carbunculus licet in se sit splendidus & clarus, proiectus tamen in ignem, velut inter mortuos carbones extinguitur, sed aqua perfusus exardescit. Sic bonus & electus, cum extat in societate bonorum virorum per sanctitatem lucentium, ipse lucet sicut sanctus; tamen ex humilitate occultat lucem suæ sanctitatis. Sed cum perfunditur aqua tribulationis, ostendit suam sanctitatem, se amplius humiliando, sicut probat Greg. 1. dial. c. 5. de Constantino Monacho, qui erat pusillus valdè, & exili forma ac despecta, quem tamen multi, propter eius sanctitatem videre, de multis prouincijs anxiè sitiebant. Quadam verò die ex longinquo loco ad videndum eum quidam rusticus venit, cumq; pro viro Dei inquireret, quisnam esset ille. Tunc hora eadem stetit in ligneis gradibus, reficiendisq; lampadibus deseruiens. Hi autem qui eum nouerant, quis esset, rustico demonstrabant. Sed sicut stultæ mentes hominum merituum, ex qualitate corporis metiuntur, eum paruulum atq; despectu videns, hunc non esse, cœpit omninò credere in mente rustica, inter hæc quæ audiebat & videbat. Cui ipsum esse, dum à pluribus fuisset attestatum, despexit & derisit, dicens. Ego hunc grandem hominem credidi, iste autem de homine nihil habet. Quod vir Dei Constantius audiuit, lampades quas reficiebat protinus relinquens, concito lætus descendit, atq; in eiusdem rustici amplexus ruit, eumq; ex nimio amore brachijs constringere cœpit & osculari, magnasq; gratias agere, quod de se talia iudicasset, dicens: Tu solus oculos apertos super me habuisti. Ecce qualiter iste sanctus vir perfusus aqua despectionis & irrisionis, luxit eum: irridentem se amplexans, sincerè dilexit.

Exemplum de Constantio Monacho.

Constantij Monachi humilitas.

Q

Igne tribulationis virtus probatur.

TERTIVS optimè dixit. Quia aurum in igne non minuitur atque consumitur, aut fumat, sed splendidius efficitur. Sic bonus homo sub igne tribulationis & passionis non minuitur, in bonis virtutibus deficiendo; nec consumitur impatientiæ verba dicendo; nec fumat verba blasphemiæ euomendo, sed splendidior efficitur, si quid habet peccati expurgando. Sicut patet de viro sancto in Vitas Patrum, qui dum iniustè damnatus esset ad mortem, & fustigaretur, dixit: Percutite benè hanc paleam, vt granum purum inde exeat. Ideo dixit sapiens Salomon, Sap. 3. *Tanquam aurum in fornace probauit illos*, scilicet electos, *& quasi holocausti hostiam accepit illos.* Quantò enim aurum frequentius liquefit, & transit per ignem, tantò est purius, clarius, & acceptabilius. Tribulatio enim & passio vitæ præsentis, est sicut fornax vel caminus, in quo homines deputantur; & quantò magis in illa fornace ponuntur, tantò purius efficiuntur, vt ad futuram gloriam recipiantur; quia dicitur Eccli. 2. *In igne probatur aurum & argentum, homines verò recipibiles in camino humiliationis.* Ergo iusti quantò magis pro Christo tribulantur & patiuntur, tantò sunt magis pretiosi & acceptabiles.

R

Passiones voluntariæ.

TERTIO, passiones assumptæ voluntariæ, vt sunt vigiliæ, ieiunia, & orationes, & aliæ corporis castigationes. De *vigilijs* dicit B. Ambrosius, super Beati immaculati, super illo verbo, *Memor fui nocte nominis tui Domine.* Si studentes doctrinis secularibus

bus perparum ſomnò indulgent, quantò magis qui Deum cognoſcere cupiunt, ſomno corporis, niſi quantum naturæ ſit ſatis, impediri non debent. Non ergo totam noctem dormiamus, ſed maximam partem eius lectioni & orationi deputemus. De *ieiunio* dicit Hieronymus ſuper Pſalm. 18. Tales milites qui ieiunio vacant, diligit Chriſtus: quia in ieiunio victoria eſt, & in victoria triumphus. Et Iſidorus libro 3. de ſummo bono. Facilius per ieiunium oratio penetrat cœlum: tunc enim homo ſpiritualis effectus angelis coniungitur, & Deo liberius copulatur.

S

Pro concluſione huius ſermonis, oritur hic vna dubitatio. Vtrum homo, etiam adiutus gratia poſſit mereri vitam æternam? Et videtur quod non, per verbum Apoſtoli pro themate allegatum; *Non ſunt condignæ paſſiones*, &c. ſed quia Sanctorum paſſiones ſunt maximè meritoriæ, etſi illæ non ſunt condignæ: Ergo nulla opera hominis ſunt condigna ad vitam æternam. Et ad hoc dicit Holkot ſuper lib. Sapientiæ, lectio. 36. Quod hominem adiutum gratia, mereri vitam æternam ex condigno, poteſt intelligi dupliciter. *Vno modo*, quod merita hominis tantum valent naturaliter, puta quod tanta ſit bonitas & valor in natura & ſubſtantia meriti, quod ei debeatur vita æterna. *Alio modo*, quod tantum valet legaliter ex inſtitutione legis, ſicut parua pecunia cupri: ex natura ſua ſiue naturali valore, non valet tantum, quantum vnus panis; ſed ex inſtitutione principis tantum valet. *Iſto modo*, opera noſtra ex ſuo naturali valore & bonitate non merentur vitam æternam de condigno, ſed de congruo tantum: quia congruum eſt, quod homini facienti bonum, ſecundum ſuam finitam potentiam Deus retribuat præmium æternæ vitæ ſecundum potentiam ſuam infinitam. Nam Alexander cuidam pauperi petenti denarium, tribuit ſibi ciuitatem, dicens: quod ſibi conueniebat facere tale bonum, licet non recipienti, ſicut in propoſito. Sed *ſecundo modo* poſſumus dicere, quod opera noſtra ſunt condigna vitæ æternæ, ex gratia, non ex ſubſtantia actus; Statuit enim Deus, quod benè operans in gratia, habeat vitam æternam, iuxta illud Hierem. 31. *Erit merces operi tuo.* Et Ezech. 7. *Secundum vias eorum faciam eis.* Ex quibus auctoritatibus patet, quod homo adiutus per gratiam, de condigno meretur vitam æternam, quæ incomparabiliter maior eſt merito: quia multò melior & maior eſt ibi gloria, quàm hic labor, vt dicit Magiſter Petrus Lombardus ſuper verba thematis. Ideo dicunt Doctores; Sicut punit Deus malos citra condignum, ita bonos præmiat vltra condignum. Ad dictum autem Apoſtoli. *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis*, id eſt naturaliter, ſed benè legaliter, vt dictum eſt.

An homo adiutus gratia, poſſit mereri vitã æternam ex condigno.

Alexandri Magni in pauperem liberalitas.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo ſecundus.

Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt. Lucæ 6.

A

COnſuetudo eſt hęc inter Magiſtros ſcholarum, quando ipſi Magiſtri per ſe legerunt aliquam lectionem, quæ multum eſt pro vtilitate ſcholariũ, hanc non ſinunt ſtatim tranſire ſine fructu. Et quia non poſſunt eſſe cũ ſcholaribus ſemper, ideo ſtatuunt eis Locatos intelligentes, qui lectiones eis à Magiſtris lectas, ruminent & reſumant. Et hi Locati cum velint recedere ad tempus, vel ad horam, deputant eis reſumptores, vt ſic ſcholares in lectionibus eis lectis, fiant perfectiores.

Digitized by Google

SPIRITVALITER. Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt ſummus Magiſter, qui dicit, Matth. 23. *Nolite vocare Rabbi, vnus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis*: Et poſt pauca. *Nec vocamini Magiſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* Et Ioan. 13. *Vos vocatis me Magiſter & Domine, & bene dicitis; ſum etenim.* Iſte Magiſter olim habuit, & adhuc habet *vnam* ſcholam in cœlo, in qua ſchola ſunt tres angelici Spiritus. *Aliam* habet in mundo, in qua ſunt homines ignari: quia ſecundum Philoſophum ea ſcilicet quæ ſcimus, ſunt minima, reſpectu eorum quæ ignoramus. Sed quia angeli in cœlo erant in ſcientia perfecti, quia vt dicit Gregorius 4. dialogorum; Quid eſt quod non vident qui vident omnia videntem? Ideo Chriſtus verus magiſter dimiſſa ſchola cœli, venit in ſcholam mundi in qua dignatus eſt regimen acceptare, ignaros informare. Nam valdè vtiles lectiones legit, iuxta illud Iſaiæ 48. *Ego Deus tuus docens te vtilia.* Inter cæteras legit vnam valdè neceſſariam, videlicet de miſericordia, quæ ſecundum Ambroſium eſt ſumma lectio. Et hoc quando dixit in verbis allegatis, *Eſtote miſericordes, &c.* Et iterum, *Date & dabitur vobis.* Et Lucæ 11. *Quod*, inquit *ſupereſt date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.*

Chriſtus habet duplicem ſcholã.

Miſericordia præcipitur à Deo.

Sed quia de hoc mundo Chriſtus magiſter veritatis tranſiturus erat, propter quod ſtatuit eis, videlicet hominibus, intelligentes Locatos, videlicet ſanctos Apoſtolos, qui erant loco ſui: & hanc electionem ſæpius reſumebant. Nam B. Petrus, qui principaliter fuit loco magiſtri ſui Chriſti hanc lectionem reſumpſit, quando dixit, 1. Petri 3. *Eſtote compatientes, fraternitatis amatores & miſericordes.* Et 2. Petri 1. *Miniſtrate in pietate fraternitatis amorem.* Hanc B Paulus præcisè reſumpſit etiam, cum ait ad Epheſ. 4. *Eſtote inuicem benigni & miſericordes* Et 2. Cor. 8. *Veſtra abundantia illorum ſuppleat inopiam.* Contingit enim interdum, quod ſcholares ſint negligentes nec lectiones aduertentes, & tunc aliqui inter Locatos apponunt eis minas, ſicut S. Iacobus minor in ſua lectione comminabatur negligentibus, cum dixit: *Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam*, Iac. 2.

Apoſtoli conſtituti repetitores lectionis à Chriſto prælectæ.

Sed quia illi Apoſtoli non potuerunt ſemper eſſe cum hominibus, & hanc lectionem eis reſumere legendo; Ideo decreuerunt poſt ſe reſumptores ſanctos Doctores & prædicatores relinquere; quorum *vnus* fuit S. Hieronymus, qui ait ſuper Pſal. 33. Da pauperi, & gratias age Domino, qui dedit tibi vnde dares fratribus. *Alius* eſt Auguſtinus in quodam ſermone: De duo ieiunio fames pauperis ſatietur; aut ſi ieiunare non potes, paſcas pauperes, quorum ſaturitate venia tibi concedatur. *Tertius* eſt Leo Papa in ſermon. Sentiant omnes pauperes noſtram humanitatem, in quibus iuuandis nemo eſt, qui non poſſit aliquam exequi beneuolentiæ portionem.

Apoſtoli conſtituerũt Doctores & Prædicatores, ſuos ſucceſſores.

Ecce quomodo ſancti Doctores reſumunt lectionem Chriſti & Locatorum Apoſtolorum: & beati ſunt homines, qui hanc benè ſtuduerint; Quia cum magiſter ſummus, Chriſtus, in fine aduenerit, audient ab eo lætam vocem; *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum ante conſtitutionem mundi.* Quare? Quia lectionem meam benè ſtuduiſtis & impleuiſtis; *Eſurini enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c.* Væ autem illis, qui per tot annos hanc lectionem de miſericordia audierunt, nec eam didicerunt, nec ſecundum eam fecerunt. Nam à magiſtro æternis ſupplicijs flagellantur, cum dicit eis: *Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt Satanæ & angelis eius. Eſurini & non dediſtis mihi manducare, &c.*

Matth.

Digitized by Google

Matth. 25. Ne ergo hoc durum verbum audiamus, & flagellis æternis subijciamur, dimissi sunt nobis in schola huius mundi *Subressumptores*, seduli prædicatores, qui quasi in omnibus prædicationibus suis resumunt hanc lectionem de misericordia, & principaliter in hac quarta Dominica cum dicunt in verbo præassumpto, *Estote misericordes* & duo facit. *Primo* mandando misericordiam, ibi; *Estote misericordes. Secundo* donando formam, ibi; *Sicut pater vester misericors est.*

De PRIMO est NOTANDVM, quod Domini terreni libentius ducunt in sponsam, virginem genere nobilem, specie decoram, diuitijs opulentam, conuersatione benignam, & prole fœcundam. Et PRIMO quidem quærunt sponsam *nobilem*. Ex quo enim ipsi sunt nobiles, ideo ducendo tales, vitant imparitates. Dicit enim Egidius Romanus in de regimine Principum, parte 1. lib. 2. cap. 12. Quod coniugium ordinatur, ad debitam societatem, & pacificum esse, & sufficientiam vitæ. Pro vt ordinatur ad *debitam* societatem, quærenda est nobilitas sui generis. Nam Reges & Principes decet habere nobiles, vt in eis sit pax, & digna seu laudabilis *societas*. In omni enim coniugio nimia imparitas est vitanda; quia talis siue sit secundum nobilitatem siue ætatem, vt plurimum est causa litis, vel est causa quod fidem sibi non seruant. SECVNDO quærunt libentius *specie decorē*, quia pulchritudo numeratur inter bona corporis, de qua laudat Salomon sponsam suā: *Quam pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Et iterū. *Tota pulchra es amica mea.* Can. 4. TERTIO optant *diuitijs opulentam* quia secundum Philosophum. 1. Rhetoricorum, Honorabilitas generis, pluralitas amicorum, & multitudo diuitiarum, inter bona exteriora computantur. Magis tamen, vt dicit Egidius vbi suprà attendendum est in coniuge, honorabilitas generis & pluralitas amicorum, quàm multitudo diuitiarum pro vt tamen ordinatur coniugium ad esse pacificum, quærenda est multitudo amicorum: Pro vt verò ordinatur ad sufficientiam vitæ, quærenda est pluralitas diuitiarum. Quæruntur in coniuge dotes & diuitiæ, ad portandum onera coniugij, & propter sufficientiam vitæ. QVARTO cupiunt *conuersatione benignam*. Quia mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ, id est, viri eruditi; quia pro nulla re vellet eam dare. QVINTO desiderat prole fœcundam, vt habeat hæredes, ne hæreditas ad alienos & exteros deuoluatur.

B

Coniugium ad quid ordinetur.

Quid in coniugio quærē dum.

MORALITER hoc intelligendo, dicendum est, quod quilibet homo dominus est operum suorum, sicut testatur Aristot. 3. Ethicorum: Nos enim sumus Domini nostrarum operationum à principio vsque ad finem: & quia sumus Domini, debemus ducere talem virginem, quæ hæc quinque habeat iam prædicta. Et hęc est misericordia, quæ est nobilis, decora, opulenta, benigna, & fœcunda.

C

Misericordia comparatur.

I.

Virgini nobili.

PRIMO dico quia *est nobilis*, quia filia regis altissimi Domini nostri Iesu Christi est. De quo canitur: O Iesu Christe pater misericordiarum, & Deus totius consolationis nos peccatis solutos, &c. Et Apostolus dicit de ipso. 2 Corinth. 1. *Pater misericordiarum & Deus totius consolationis.* Ecce nobilitas misericordiæ; hanc ergo assume in sponsam spiritualem, & eris filius altissimi. Sicut enim gener alicuius patrisfamilias reputatur, qui desponsat sibi filiam suam; sic gener Dei & filius est, qui desponsat sibi filiam. Si autem vis illam nobilem puellam in sponsam ducere, oportet te miserijs pauperum misericordem esse. Quia dicit Damascenus lib. 8. Indignus est misericordia clementiaq; diuina, qui non auxiliatur aut miseretur super miseria aliena.

II. Virginij decoræ.

SECVNDO hæc puella nobilis, *est decora* sicut ostensum est beato Ioanni Eleemosynario in visione. Nam idem Ioannes Patriarcha Alexandrinus, quadam nocte in oratione persistens, vidit quandam puellam pulcherrimam sibi assistentem, & coronam oliuarum in capite baiulantem, quam videns ille nimium stupefactus: quæ esset inquisiuit. Et illa, Ego, inquit, sum misericordia quæ filium Dei de cœlo adduxi; me sponsam accipe, & bene tibi erit. Intelligens ergo per oliuam misericordiam designari, ab illo die sic factus est misericors, vt Eleemon, id est, eleemosynarius vocaretur; pauperes autem suos Dominos semper appellabat. Et inde Hospitalarij habent, vt pauperes suos dominos vocent. Omnes ergo famulos suos conuocauit, eisque dixit. Euntes per totam ciuitatem, conscribite mihi vsque ad vnum omnes dominos meos. Illis vero non intelligentibus, ait. Quos vos egenos & mendicos vocatis; illos ego dominos & auxiliatores prædico. Isti enim auxiliarij nobis cœleste regnum dare poterunt, quia *ipsorum est regnum cœlorum*. Matth. 5. Ideo laudat misericordiam, quam puellam pulchram vocat. Eccl. 35. *Speciosa misericordia in tempore tribulationis.*

Visio Ioānis Eleemosynarii.

Hospitalarij pauperes vocant suos dominos.

D III. Virginis opulentæ.

TERTIO, hæc puella misericordia *est opulenta*: & quicunq; eam in sponsam duxerit, fit dives. Nam qui misericorditer tribuit pauperibus, multiplicabitur in operibus. Quod probat Gregor. in dialogis. Terrenæ, inquit, substantiæ quæ pauperibus distribuntur multiplicantur, quia Ephes. 2. dicit Apostolus. *Deus dives in misericordia*, quasi diceret: qui misericors fuerit, diuitias à Deo recipit.

Exemplum de sene misericorde.

Ad quod probandum legitur in libro Doctrinæ Patrum, num. 12. Senex quidam cum alio fratre communem habebat vitam. Erat autem senex ille misericors. Contigit autem vt veniret fames: venerunt quidam ad ostium eius vt acciperent eleemosynam: Senex ille omnibus venientibus ministrabat panem. Videns autem frater quod fiebat, dixit seni: Da mihi partem meam de panibus, & quod vis de parte tua fac. Senex autem diuisit panes, & faciebat more solito de parte sua eleemosynam. Videns autem Deus propositum voluntatis eius, benedixit panes. Frater autem ille consumpsit partem suam: & dixit seni. Modicum est quod adhuc habeo: suscipe me ad communem vitam. Et ille. Quomodo vis, inquit, sic facio. Et iterum cœperunt simul viuere. Facta autem iterum victualium penuria, veniebant iterum indigentes vt acciperent eleemosynam. Contigit vna die vt intraret frater ille, & videret quia defecerant panes; venit pauper postulans panem vel agapem. Senex autem dixit fratri. Da ei partem. Dixit autem; Non habeo. Et dixit senex: Intra & quære. Ingressus ergo vidit repositionem plenam panibus, & videns timuit, & tollens dedit pauperibus, & glorificauit Deum. Ideo dicit Sapiens: *Alij diuidunt propria, & ditiores sunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sua sunt*. Prou. 11. Quod vtique patuit in illo sene, & in multis alijs misericordibus. Quapropter hæc speciosa puella, dicere potest ad quemlibet misericordem, illud quod dixit Iacob ad Laban Gen. 30. *Modicum habuisti, antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es: benedixitq; tibi Deus ad introitum meum.* Cui misericors habet respondere: *Inueni gratiam in conspectu tuo, & experimento didici, quod benedixerit mihi Deus propter te.*

E IV. Virgini benignæ.

QVARTO hæc puella misericordia *est benigna* & mansueta: non enim contristat sponsum suum, quia dicit Psal. 111. *Iucundus homo qui miseretur & commodat*. Et Apostolus ad Romanos 12, *Qui*, inquit, *miseretur*, id est miseriam alterius releuat *in-*

hia-

Digitized by Google

hilaritate, ſupple hoc facit, ideo Eccleſ. 35. dicitur in omni dato hilarem fac vultum tuum & rationem ponit Apoſtolus. 2. Cor. 9. *Hilarem datorem diligit Deus.* Vnde legitur in vita B. Ioannis Eleemoſynarij, quod ad eum venit quidam Epiſcopus, nomine Troylus, vt emeret ibi vaſa aurea & argentea, quem vocans Epiſcopus Ioannes, duxit eum ad hoſpitale, dicens: Quid dabis dominis meis? Qui dedit cuilibet vnum aureum in ſumma triginta talenta auri: & ex hac donatione turbatus, quia auarus erat, incidit in febres. Quod videns Ioannes Epiſcopus, reddidit ei pecuniam & ſtatim ſanatus eſt Troylus. Cumque idem obdormiuiſſet nocte, audiuit angelos dicentes: Ecce palatium quod ædificauit Troylus pecuniam dando pauperibus, & cum nimium in Deo delectaretur, venit illius angelus dicens; Eijciatur Troylus, quia palatium non eſt ſuum, ſed Epiſcopi Ioannis. Euigilans egit pœnitentiam coram epiſcopo, & poſtea pius effectus, multa vt palatium recuperaret, pauperibus erogauit. Ideo miſericordia exhibenda eſt cum mentis iucunditate, nec poſtea dolendum eſt de datione. Ideo dicit B. Auguſtinus ſuper Pſal. Non debet differri eleemoſyna, cum adſit facultas tribuendi; quia nec Deus penſat quantitatem muneris, ſed deuotionem cordis. Nec per iram pauper eſt exaſperandus, ſed blanda placandus locutione. Qui ergo poteſt, eribuat munus abſconditum; qui verò non poteſt, ſermo Dei bonus eſt ſuper datum optimum.

QVINTO iſta puella regia videlicet miſericordia eſt *multum facunda*; quia multos fructus ſpirituales de ſe gignit. PRIMVS fructus eſt, peccatorum præteritorum exeitatio, quod probatur ſic. Dioſcorides dicit. Quamuis venenoſa ſit aranea, tamen de eius viſceribus egreditur tela, quæ medicinæ vſibus mire eſt vtilis, & neceſſaria. Tela enim alba & munda, puluerulentis ſordibus non admixta, ſanguinem reſtringit à vulnere defluentem, & exſiccat; & ſuperpoſita vulneri, prohibet fieri ſaniem, & ſanat plagam recentem, & prohibet inflaturam, ſanitatem vulneris retardantem. Quid enim eſt aranea venenoſa, niſi peccator venenis peccatorum plenus? Secus ſi ex viſceribus pietatis egreditur tela eleemoſynæ: Hæc reſtringit & exſiccat ſanguinem peccatorum, de quibus petiuit liberari Dauid Pſal. 50. *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ.* & ſic ſanat vulnera peccatorum. Quod patet de Cornelio Actor. 10. qui erat gentilis & peccator, & tamen multas eleemoſynas faciebat plebi cum familia ſua, ad quem angelus hora nona introiuit, & dixit ei: *Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ, aſcenderunt in conſpectu Domini*: qui poſtea cum omni domo ſua à beato Petro baptizatus eſt, vbi omnia peccata ſua fuerunt dimiſſa. Ideo dicit Leo Papa in quodam ſermone: Efficaciſſima eſt oratio pro peccatis cum eleemoſyna & ieiunijs, nihilq; eius tam proprium quàm quod impendit in proximum. Ad idem Ambroſius ſuper Lucam de ſermone Domini: Ita plurima ſubſidia habemus, quibus peccata noſtra redimimus. Non quidem venalis eſt dominus, ſed tu venalis es, peccatis tuis venundatus; & ideo redime te tuis operibus. Ad idem Gloſſa ſuper Eccle. 3. *Sicut aqua ſuper fuſa extinguit ignem, ſic eleemoſyna per charitatem fuſa; peccati flammam obruit.*

F V. Virgini fœcundæ. Fructus Miſericordiæ. 1. Peccatorum excitatio.

Eſt tamen NOTANDVM, quod eleemoſyna à peccatis purgat & exſiccat, tamen nolentes à peccatis ceſſare, ad vitam æternam non iuuat. Quia dicit Gregorius in mortalibus 12. Diuites qui ſemper peccare volunt; fruſtra quaſi precium pro ſuis iniquitatibus tribuunt eleemoſynas, quæ nequaquam animas ſuas redimunt, quas à vitijs

Eleemoſyna purgat à peccatis.

vitijs nunquam compescunt. Et B. Augustinus de ciuitate Dei, lib. 21. Tales eleemosynas quæ ad peccata delenda valent, non dicendi sunt facere, qui vitam nolunt à scelerum consuetudine reuocare. Deus enim non attendit quantum, sed quo animo detur.

G

SECVNDVS fructus est peccatorum futurorum declinatio, quod sic probatur. Quia dicit Ioannitius in deregimine sanitatis; Fontes qui largè effluunt, corruptionem in se nullam habent. Cuius ratio est; Nam corruptio fortium, siue à venis, siue fundo proueniens, sursum fertur; de fonte autem qui effluit aquæ superior pars recedit. Per fontes moraliter intelliguntur homines iuxta illud Eccles. 12. *Conteratur hydria super fontem*, id est caro hominis per mortem. Isti, inquam, fontes qui large effluunt per eleemosynarum elargitionem, peccatorum in se non habent corruptionem, & principaliter luxuriosæ fœditatis, in qua multi corrumpuntur, & putrescũt, iuxta illud Ioelis 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo*: quod exponit Gregor. Iumenta in stercore putrescere est, homines in fœtore luxuriæ vitam finire. Ecce ab illa putrefactione præseruat misericordia, sicut testatur Ambros. super illud 1. Timoth. 4. *Pietas ad omnia valet*. Omnis summa disciplinæ Christianæ, in misericordia & pietate est, quam aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur, vapulabit: id est percutitur aut corripitur, sed non peribit. Sed hoc non est intelligendum de illo, qui propter fiduciam, quam habet in eleemosynis quas facit, peccat: tali enim dicitur Roman. 2. *An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te exspectat vel adducit? Secundum duritiam autem tuam, & cor impœnitens, thesaurizas*, id est, cumulas *tibi viam*, id est, pœnam, *in die iræ*, id est vltionis, *& reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera eius*.

2. Peccatorum futurorum declinatio.

Elemosyna pellit luxuriosam fœditatem.

Misericordia est summa disciplinæ Christianæ.

TERTIVS fructus est meritorum augmentatio. Quod probatur sic. Dicit enim Philosophus 6. lib. animalium, quod manus & brachia, quæ in sedula fuerint actione & motu, maiora & fortiora esse approbantur; quemadmodum videmus in cursoribus, qui maiores habent cæteris pedes. Causa est, quia ad ea membra, quæ in exercitio fuerint sedulæ actionis, semper concurrit & confluit ipse sanguis, ex quo nimirum influxu sanguinis & humoris, membra huiusmodi intumescunt. Per manus intelliguntur opera misericordiæ, quæ si sedulo officio frequententur, quantum ad meritum in Dei oculis augmentantur. Ideo dicit de misericordibus Apostolus 2. Cor. 9. *Augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ*. Glossa secundum Lyram, id est, mercedem quæ ex hoc in patriam colligitur.

3. Meritorum augmẽtatio.

H

QVARTVS fructus est, vniuersorum benedictio. Nam misericordes benedixit Deus Deut. 15. *Omnino indigens & mendicus, non erit inter vos, vt benedicat tibi Deus*. Et benedicit etiam ei populus; iuxta illud Prouerb. 22. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur; misericordes etiam benedicunt pauperes, sicut factum est Iob. 29. *Benedictio pauperum super me veniebat*. Quare autem hoc? Quia ipse maxime cibaria sua communicauit pauperibus, sicut testatur 31. cap. *Si comedi buccellam, meam solus*: & exponitur *si pro non: quia ab infantia creuit mecum miseratio, & ab vtero matris egressa est*. Quia dicit Glossa, quod Iob ex complexione ad misericordiam pronus erat, & inclinatio per continuum exercitium creuerat; sicut aliqui ex natura proni sunt ad libertatem, aliqui ad castitatem, &c.

4. Benedictio vniuersorũ.

QVIN-

Digitized by Google

QVINTVS fructus est æternorum gaudiorum possessio. Quia misericordia vnicuiq; in regno cœlorum locum assignat, iuxta illud Eccles. 16. *Omnis misericordia facit vnicuiq; locum secundum intellectum peregrinationis illius, & secundum meritum operum suorum.* Ideo dicit Origenes in libro de Ecclesiarum ritu. Sola eleemosyna, quæ nutu charitatis Christi facta fuerit, felicitatis beatitudinisq; æternę gaudia obtinebit. Et Petrus Rauennas in quodam sermone: Manus, inquit, pauperis, est Christi Gazophilatium; quia quicquid accipit pauper, habet Christus acceptum. Da ergo pauperi terram, & accipe cœlum; nummum, vt accipias regnum: & propter istos fructus præcipit nos Dominus esse misericordes. 5. Possessio æternorum gaudiorum.

Sed est vna dubitatio. Vtrum aliquis possit ad seipsum misericors esse? Et videtur quod sic. Quia dicit Augustinus in Enchiridion, sumens pro se illud, Eccles. 30. *Miserere animæ tuæ placens Deo.* Hic primitus debetur ipsi homini misericordia & eleemosyna, qua mundantur eius interiora. Nec tamen illas eleemosynas, quæ fiunt de fructibus terræ, videtur Deus respicere; *quia*, inquit, *hoc oportuit facere & illa non amittere*, Matth. 24. Sed in contrarium est illud August. qui dicit 10. de ciuitate Dei describendo misericordiam. Misericordia enim est alienæ miseriæ in nostro corde compassio. Cui concordat Damascenus, dicens, quod misericordia est tristitia in alicuius malis. Et Isidorus libro secundo Etymologiæ dicit, quod misericors à compatiendo alienæ miseriæ, vocabulum sortitus est. I Misericordiam an quis ad se ipsum habere possit.

RESPONDETVR. Quod nullus potest misericordiam ad se habere: quia licet quilibet doleat de misericordia propria naturaliter, non tamen sibi miseretur, nec compatitur propriè loquendo; cum compati sit cum alio pati. Iste autem qui patitur in corpore, si sit in charitate, & patienter sustinet, magnum sibi meritum acquirit, non tamen ex opere misericordiæ, sed ex virtute patientiæ: vt est dictum Sapientis, dicentis. Nullus miseretur sui ipsius, propriè loquendo: sed in quantum est sibi alienus, vt quando caro se fecit alienam à spiritu, recalcitrando sibi, ac per hoc anima cadit in miseriam duplicem, videlicet culpæ & pœnæ. Vnde rectè Sapiens admonet spiritum, Eccles. 30. *vt misereatur animæ suæ* subueniendo misericordia sua, ne incidat in culpam; vel si incidit, quod resurgat ne gehennæ pœnam incurrat. Vnde Augustinus 10. de ciuitate Dei, tractans verbum Sapientis, Eccles. 30. *Miserere animæ tuæ*, dicit: Quodlibet opus misericordiæ, si propter Deum fiat, sacrificium Deo est. Vnde si homo mundo moritur, vt Deo viuat (quoniam & hoc ad misericordiam pertinet) sacrificium est. Cum etiam corpus nostrum temperantia castigamus, si hoc quemadmodum debemus propter Deum faciamus, vt *exhibeamus membra nostra arma iustitiæ*: Deo sacrificium est. Hæc Augustinus. De hac misericordia propriè sumpta dicit Sapiens etiam alibi. *Benefac animæ tuæ vir misericors*, Prouerb. 11. Per virum intelligitur portio superior animæ, quæ tunc benefacit animæ, quando miseretur super miseria portionis inferioris, videlicet partis sensitiuæ, cohibendo eam ne trahatur ad culpam, & consequenter nec ad pœnam.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Estote

Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Lucæ 6.

K DIcit Aristot. lib. 1. Metaph. Humanum genus arte & ratione viuit. Et quia homines viuunt ex arte, ideo quilibet pater diligens filium suum, docet eum artem meliorem quàm nouit, & nullam subtilitatem in ea abscondit; & hoc ideo facit, vt filius per artem hanc nutriatur, vel ipse in docendo sapiens videatur. Quia dicit idem Aristot. vbi supra signum sapientis est, posse docere. Ideo legitur Tobiæ 4. *Honorem habebis matri tuæ.* Cum Tobias mori debuit, vocauit filium suum, & docuit eum artes suas, quas ipse nouit, quarum *vna* fuit de honore matris; & ne Dei obliuisceretur, quæ alia fuit, sed semper eius memoretur. *Tertio*, ne peccato consentiret. Inter has tamen habuit vnam subtilem artem, per quam acquisiuit regnum cœlorum in spe, quamuis non in re; & hæc fuit misericordia, per quam acquiritur regnum Dei. Quia dicit Petrus Rauenn. in Serm. Ecce Deus amore pauperum vendit regnũ, & vt illud omnes emere valeamus, ipsum pro fragmento panis exposuit. Quis ergo excusare non ementem valeret, quem tanta vilitas venditionis accusat? Ideo Tobias hanc subtilem artem, per quam in breui magna lucraretur, docuit filium dicens: *Quantumcunq; poteris esto misericors, si multum tibi fuerit, multum tribue; si parum, stude illud impartiri*: quasi diceret, æquè pro paruo sicut pro magno acquiritur regnum. Sic & Christus, qui concessit se nominare patrem, Matth. 6. Cum dixit, *Sic orabitis*; *Pater noster qui es in cœlis.* Habuit spiritualem artem, scilicet misericordiam, quam didicit ab æterno. Sed tamen hac virtute, non est manifestè vsus, nisi cum de virgine fuit natus, & ex tunc secundum Gregorium, proprium est sibi misereri & parcere, qui ante solebat punire & percutere. Ideo hanc artem, videlicet misericordiæ, tanquam virtutem specialissimam, docuit filios suos sanctos Apostolos, quos præ alijs dilexit, cum dixit, *Estote misericordes.* In quibus verbis principaliter duo tanguntur. *Primo*, diuinæ miserationis inuitatio, ibi; *Estote misericordes sicut pater vester. Secundo*, humanę iudicationis prohibitio ibi; *Nolite iudicare.*

L Misericordia Dei fortis est. Intensiuè. Circa PRIMVM notandum, quod Holkot super lib. Sapient. lectione 127. dicit, quod misericordia Domini, fortis in homines est intensiuè, extensiuè, & duratiuè. *Intensiuè*, quia parcit homini in peccato, quod est tantæ malitiæ, quod homo nullo modo posset per se satisfacere. Ideo dicit Anselmus libro 2. Cur Deus homo cap. 6. quod oportuit hominem Deo dare aliquid maius omni eo, quod non est Deus, ad satisfaciendum pro peccatis suis. Sed constat, quod hoc nullo modo potuit facere: & ideo Deus misericorditer est incarnatus, & vt pro homine satisfaceret, factus est homo. Ideo etiam dicit Apostolus ad Titum. 3. *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Ista ergo misericordia fuit fortis intensiuè; quia dicit Philosophus 1. de cœlo, quod fortitudo potentiæ actiuæ terminatur per maximum in quod potest. Vnde si aliqua esset potentia, quæ posset in aliquid duplum, vel triplum, vel quadruplum, & sic vsq; in infinitum, illa potentia diceretur infinita intensiuè; sed talis est misericordia Dei: quia non est aliquod peccatum ita turpe vel malitiosum, ita deforme quin misericordia Dei sit maior ad dimittendum. Ideo dicit B. Augustt. O qualis Dei pietas, quam nulla potest superare iniquitas vel impietas. Et Gregor. super Ezechielem: Sicut scintilla in medio maris, sic omnis malitia ad misericordiam Dei.

SECVN-

SECVNDO, misericordia Dei est fortis in nos *extensiuè*: & hoc potest dupliciter declarari. *Primo*, à parte subiecti ipsius: *Secundo*, ex parte hominis, siue misericordiæ obiecti. A parte quidem Christi sic. Sic aliquis omnibus vicinis suis riuulos concederet de fonte suo, vt sibi inde facerēt aquæ ductus pro suo libitu, signum esset quod illæ fons magnæ foret sufficientiæ. Isto modo Deus pater habens filium, qui est verbum, & fons omnis bonitatis, quia *fons sapientiæ verbum Dei in excelsis*, Eccles. 1. Misit enim eum in mundum, & iussit eum scaturire de terra virginalis ventris, vt esset operosus & abundans omnibus, permisit cuilibet sibi facere riuulum, quando omnium Iudæorum & gentilium flagellationi & crucifixioni se dedit. Et ideo benè dixit pluraliter per Prophetam: *Dabo vobis misericordias, & miserebor vestri*, Hierem. 42. *Secundo*, apparet à parte obiecti, quod est homo, cui Deus multipliciter miseretur, reseruando vt caueat, exspectando vt redeat, condonando si pœniteat. Ideo dicit Augustinus lib. 2. Confessionum, cap. 7. Gratiæ tuæ deputo & misericordiæ tuæ, quod peccata mea tanquam glaciem soluisti: Gratiæ tuæ deputo, quæcunque non feci mala. Idem Augustinus dicit alibi iterum: Largissima misericordia Dei, multis ac varijs modis se humanæ animæ exhibet, & impendit. Nam peccatorem patienter exspectat, benignè reuocat, hilariter suscipit, plenè ignoscit, gratiam multiplicat, conseruat, conseruatam remunerando coronat. Et B. Bernardus enumerat septem misericordias Dei. Extensiuè.

PRIMA, quod à multis peccatis me eripuit, & in seculum positum me à multis custodiuit. Quis enim, inquit, non videat, quod sicut in multa cecidi, & sic in alia poteram incidisse, nisi me omnipotentis Dei misericordia præseruasset. Ideo fateor & fatebor, nisi Dominus adiuuerit me, paulominus cecidisset in omne peccatum anima mea. M Septem misericordiæ Dei. I.

SECVNDA misericordia, quia peccabam & stabam in sceleribus, & tu abstinebas à verberibus: prolongabam iniquitatem meam, & tu prolongasti pietatem. II.

TERTIA misericordia, quia ipse visitauit cor meum, & sic immutauit, vt fierent amara, quæ prius dulcia fuerunt. III.

QVARTA, quod me pœnitentem misericorditer suscepisti. IV.

QVINTA, quod mihi tempus pœnitendi, emendandi, viuendi, & ne recidiuum paterer, auxilium tribuisti. In his quinque me à malis liberasti: in alijs duabus misericordijs sequentibus bona largiris: Et ideo. V.

SEXTA misericordia est, quia gratiam mihi promerendi dedisti. VI.

SEPTIMA, quia mihi spem obtinendi gratiam tribuisti. Hæc Bernardus. VII.

TERTIA misericordia Dei est fortis in homines *duratiuè*; quia quantumcunque homo peccat, si post infinita mala, in fine tardissimè pœnitere velit, recipit eum statim. De latrone, cui tardissimè & breuissimè pœnitenti dictum est. *Hodie mecum eris in paradiso*, Lucæ 23. Propter quod dicit B. Bernardus super Cantica: Omninò propter consuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus post te Domine Iesu Christe, audientes quod non spernas pauperem peccatorem non abhorreas. Non abhorruisti latronem pœnitentem; Luc. 23. non lacrymantem peccatricem; Luc. 7. non Chananæam supplicantem; Matt. 15. non deprehensam in adulterio; Ioan. 8. non sedentem in telonio; Matt. 9. non supplicantem publicanum; Luc. 18. non negantem discipulū; Matt. 26. non persecutorem discipulorū; Act. 9. non ipsos crucifixores tuos, Luc. 23. Duratiuè.

Digitized by Google

Hæc ille. Et Augustinus: Deus, inquit, misericors est, peccata enim condonat conuersis; patiens est super peccatores; donec conuertantur exspectat; quandocunque conuersi sunt, eos benignè suscipit.

N

Misericordia hominum debilis, triplicitèr.

Sed NOTANDVM, quod misericordia hominis ad hominem inuenitur, heu debilis & modica, intensiuè, extensiuè, & durationè. *Intensiuè*, quia vix aliquis modus ad compariendum cuicunque reperitur: quia adimpletur iam illud, 2. Tim. 3. *Erunt homines seipsos amantes.* *Extensiuè*, quia si aliqua sit compassio hominis ad alium, erit fortè ad consanguineum, non ad extraneum: ad amicum & ad familiarem, & non vltra: iuxta illud Eccli. 18. *Miseratio hominis ad proximum suum: misericordia autem Dei super omnem carnem.* Contra quod dicit Hieronymus ad Demetriadem virginem. Da pauperibus, non diuitibus, non propinquis, non ad luxuriam, sed ad necessitatem; nec in eis aliquid consideres, nisi paupertatem. Laudent te esurientes viscera, non eructuantium opulenta conuiuia. Similiter quibus est miserandum, ostendit Ambrosius, libro de officijs 1. Sunt, inquit, quidam, qui malunt miseria tacitæ ægestatis astringi, quàm publica petitione confundi; hiq; sunt inuestigandi, & ab occulta necessitate reseruandi, vt per hoc amplius gaudeant, quod paupertati consulunt & pudori. Et Ioannes Chrysostomus super epistolam ad Hebræos: Qui amico benè facit, plerunq; non propter Deum benefacit: qui autem ignoto, vtiq; propter Deum benefacit. Hæc Chrysost: Item *durationè*, quia misericordia hominis non durat diutiùs, quàm dum homo cernitur oculis, sicut porcus compatitur socio, quam diu audit eum clamare. Ideo dicitur Oseæ 6. *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.* Non sic docuit Tobias filium suum sed ait: *Quomodo poteris, ita esto misericors:* quasi diceret, non solum in præsentia pauperis, sed etiam in absentia illius, Tobiæ 4. Et Apostolus ad Colos. 3. *Induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiæ.* Multi enim sermonibus compatiuntur, sed operibus pauci: tamen de solis operibus misericordiæ fit computatio in iudicio generali, sicut testatur Petrus de Rauenna in 3. sermone: In regno cœli coram omnibus angelis in conuentu resurgentium, quod Abel passus sit, quod mundum seruauit Noë, quod Abraham fidem seruauit, Moyses legem tulit, quod Petrus resupinus crucem ascendit, Deus tacet, & clamat: Quid pauper comedit? dicens: *Esurui, & non dedistis mihi manducare.* Ergo qui misericors est, misericordia dignus est. Hæc ille.

Misericordia exercenda in eos qui tacita egestate premuntur.

Ideo hortatur nos Dominus ad misericordiam, cum dicit: *Estote misericordes sicut pater vester*, id est, Deus misericors est, non quantitate secundum Glossam, sed qualitate: vt sicut ipse misericors est in diuinis donis & vniuersaliter, sic nos misericordes esse debemus in donis humanis & particulariter, quia creatura morte finibilis ad finitatem virtutum non potest contingere in hac vita: Simus ergo misericordes imitatione, ex quo non possumus perfectione.

O

Et PRIMO debet esse quilibet misericors sibi ipsi: quia Augustinus in Enchiridio, cap. 4. Qui vult ordinatè eleemosynam dare à se debet primum incipere, & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ. *Et infra.* Qui vero diligit iniquitatem, & odit animam suam, non est ei misericors sed crudelis. Et idem Augustinus de verbis Domini, sermone 7. Quomodo misericors est alteri, qui peruersè viuendo, crudelis est sibi ipsi? Ideo quilibet impendat sibi misericordiam, peccatorum suorum contritionem & confessionem, per quæ saluet animam.

Est

Est tamen NOTANDVM, quilibet homo debet misereri animæ suæ in quatuor.

Homo debet misereri animæ suæ.

PRIMO infirmam curando. Quandoque enim anima infirmatur ex culpa. Nam in persona peccatoris dicit Psal. 6. *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum.* Sicut ergo est opus misericordiæ infirmum corporaliter visitare, & ad eius sanitatem curam impendere: ita est opus veræ misericordiæ, animam spiritualiter per contritionem & pœnitentiam sanare, & sanitatem eius à cœlesti medico implorare, sicut fecit Dauid in Psal. 40. *Sana animam meam, quia peccaui tibi.*

I. Infirmam curando.

SECVNDO debet misereri animæ suæ ipsam nudam vestiendo. Est enim opus misericordiæ, *nudum vestire.* Isa. 58. Cum perpendit homo animam suam esse nudam à virtutibus, debet eam cum virtutibus vestire & ornare: quia sicut vestes ornant corpus, & cooperiunt turpitudinem eius, sic virtutes ornant animam. De his vestimentis animæ dicitur Apocal. 16. *Beatus qui seruat vestimenta sua ne nudus ambulet: & charitas,* quæ est regina virtutum, *operit multitudinem peccatorum.* 1. Pet. 4.

II. Nudam vestiendo.

TERTIO debet misereri animæ suæ, ipsam esurientem reficiendo. Nonnunquam enim anima patitur famem verbi Dei, & tunc homo debet procurare verbum Dei, legendo sacram Scripturam, vel accedendo ad prædicationes. Vnde Psal. 106. *Animam esurientem satiauit bonis.*

III. Esurientem reficiendo.

QVARTO debet misereri animæ suæ, captam concupiscentiarum laqueis redimendo, vel ne capiatur tentationibus conseruando, sicut Sara Tobiæ 3. *Mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia.*

IV. A laqueis cõcupiscentiæ redimendo.

SECVNDO debet homo esse misericors proximo, quo ad quatuor misericordias. *Primo* consistit in non iudicando, & hoc tangitur cum dicit: *Nolite iudicare & non iudicabimini.* Vbi NOTA, dicit Holkot super lib. Sapientiæ, lectione 177. Sicut impium est, peccata, quæ commisimus pertinaciter excusare; ita virtuosum est valde, peccata proximi non faciliter iudicare, sed compatiendo aliqualiter excusare, considerantes communis fragilitatis conditionem, sincerę familiaritatis communionem & veræ pietatis exercitationem.

Misericors debet esse homo proximo.

I. Non iudicãdo ipsum.

PRIMO enim communis fragilitas, qua communiter nos omnes erramus, mouere nos debet aliqualiter ad excusandum, & non faciliter iudicandum. Nam in Vitas patrum dixit quidam senex lib. 4. cap. 138. Non iudices fornicatorem si castus es, quoniam similiter legem præuaricaberis: Etenim qui dixit, ne forniceris: dixit etiã, non iudices. Ibidem capit. 160. Vir quidam sanctus, cum quendam audiuisset peccantem, fleuit amare, & dixit: Ille hodie, & ego crastino. Veruntamen qualiter quis peccat ante te, non iudices eum: iudica magis te ipsum peccatorem esse, quàm illũ. Ideo etiam dixit Bernardus super Cantica sermo. 41. Noli iudicare proximum, sed magis excusa intentionem, si opus non possis; scilicet, quod illud fecerit ex ignorãtia, vel ex surreptione, vel ex casu.

1. Peccata proximi excusanda propter cõmunem fragilitatem.

SECVNDO admonere nos debet sinceræ familiaritatis communio, vt saltem de amicis non credamus faciliter mala, nec etiam de prælatis, vel ætate confectis. Vnde Hieronymus in epistola ad Rusticum: Non est facile malum de prouecta ætate credendum, quam vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis; Et ponit exemplum: De amico, inquit, suo Xenocrate, cum quidam Platoni dixisset, quòd dixerat de eo malum: Respondit, non esse sibi credibile, quod ille quem tantum amabat,

2. Propter sinceræ familiaritatis communionem.

mabat, eum non diligeret. Cumque narrans, dictum suum se probaturum assereret: Respondit Plato, nunquam Xenocratem talia dixisse, nisi expedire iudicasset.

5. Propter pietatis exercitationem.

TERTIO nos mouere debet, ne faciliter iudicemus peccata aliorum, veræ pietatis exercitatio; pium est enim alienos defectus sine læsione iustitiæ, quantum fieri potest, excusare; & famam proximorum, quantum possibile est, illibatam seruare. Quia dicit Origenes super Leuit. ca. 33. Non vult te Dominus, si forte videris peccatum fratris tui, continue euolare ad publicum, & proclamare passim, & diuulgare aliena peccata: quod esset vtique non corrigentis, sed infamantis. Ideo dixerunt B. Apostoli Simon & Iudas: Nos innocentes absoluere, nocentes vero prodere non decet. Propter quod dixit quidam senex in Vitas patrum, vbi suprà cap. 136. dictus Pastor, quem cum interrogauit frater, dicens: Si video culpam fratris mei, bonum est celare eam. Qua, inquit, hora tegimus peccatum fratris nostri, tegit etiam Deus nostrum; & qua hora prodiderimus culpam fratrum, prodit & Deus nostram similiter.

II. Non condemnando proximum.

SECVNDA misericordia, consistit in non condemnando cum dicit: *Nolite condemnare & non condemnabimini*: quasi diceret. Si ex humana fragilitate contingat forte, vos quenquam suspiciose iudicare; nolite tamen condemnare, id est, dignum aliquē damnatione deferre. Nam qui hodie est peccator, cras erit confessor; eò quod facile est in oculis Domini subito *honestare pauperem*. Eccles. 11. Quod tamen multi nō aduertunt, sed nunc illum, nunc alium, condemnant. Ideo in Vitas patrum legitur 2. lib. cap. 26. Solebat dicere abbas Ioannes, paruam sarcinam dimisimus, id est, nosmetipsos reprehendere, & grauem portare negligimus, id est, si nosmetipsos iudicemus, & alios condemnemus. Ibidem etiam legitur, in lib. Doct. Patrum, contra temerarium iudicium, num. 6. Dum Patres de multorum vita & rebus plurimis loquerentur, Abbas qui prius tacebat, postea vero egressus, tollens saccum impleuit cum arena, & portauit eum in dorso suo, & iterum in alio panno paruo misit alteram arenam, & portabat ante se. Videntes autem cæteri Patres, requisierunt ab eo, quid hoc esset? Dixit. Iste saccus qui habet multam arenam, peccata mea sunt quàm plurima, & ecce dimisi ea post dorsum meum, nolens ea videre, vt pro ipsis doleam vel plangam; & pauca hæc delicta fratris mei ante oculos posui, & crucior in ipsis fratrē condemnans. Sed non oportet sic iudicare, sed magis mea ante me ducere & de ipsis cogitare, & rogare Deum vt indulgeat mihi; Quod audientes patres dixerunt: In veritate, hæc est via salutis.

III. Remittendo iniurias.

TERTIA misericordia consistit in remittendo, cum dicit; *Dimittite* scilicet iniurias vobis illatas à proximis, *& dimittetur vobis* peccatum, iuxta illud Eccles. 17. *Relinque proximo nocenti te & tunc te deprecanti tibi peccata tua soluentur.*

IV. Largiendo temporalia

QVARTA misericordia consistit in largiendo quam tangit cum dicit. *Date* scilicet temporalia *& dabitur vobis* scilicet bonum naturæ, fortunæ, & gloriæ. De hoc refert Vincentius in Spec. hist. lib. 23. cap. 105. quia vir Dei Iodocus, qui rex erat Britonum, dum esset in quodam loco, nomine Brachiceum, cum Mirmaro discipulo suo, venit pauper & petiuit eleemosynam. Quo audito, præcepit vir Mirmaro, vt vnicum, quem habebat, panem, in duas partes diuideret & vnam pauperi daret. Quo facto, non multò post venit alter, similiter eleemosynam petens, cui alium panis quadrantem dari iussit, Tertius verò venit, & ei tertium dari præcepit. Discipulo

pulo moleſtè ferente, & dicente: Non vis ſaltem vt nobis medietas panis ſeruetur? Qui reſpondit: Noli, inquit, fili ſolicitus eſſe de cibo, ſed memento quod dicitur, *Date & dabitur vobis.* Pauper inde vix receſſerat, venit quartus egenus, cui reſiduum panis dari iuſſit. Iterum diſcipulo murmurante, confortauit eum in fide: vixque ſermonem compleuit, ecce quatuor nauiculæ ſecundum numerum pauperum mittuntur ei cibo & potu plenæ.

Ecce vnum & primum præmium hominum miſericordium, videlicet augmentū temporalium. Et hæc eſt menſura bona, quia *qui dat pauperi non indigebit.* Prouerb. 28. Ideo ad miſericordiam hortatur vnumquemque Petrus Rauenna in ſermone: Da pauperi micam, vt accipias tortam; da pauperi, vt det tibi; quia quicquid dederis pauperi, tu habebis: & quod à te non accipit pauper, habebit alter. Et idem Petrus declarat quod Deus retribuit eleemoſynam cum fœnore. Deus ad vſuram accipit vnum pro centum, & tamen homines nolunt habere cum eo contractum. Quare? quia ſorte ſoliciti ſunt de cautione. Nonne exiguæ homo carthulæ obligatione conſtringitur, Deus tot & tantis voluminibus cauit, & debitor noſter tenetur? Exiſtimo quod ſe ipſum reſtituet exigenti; quia non poteſt ille mentiri. Idem enim ipſe eſt exſecutor & debitor, nec erit in reddendo durus quia largitor eſt profuſus.

8 Præmium miſericordię augmentū temporaliū.

SECVNDVM præmium eſt remiſſio iniquitatum: iuxta illud Prouerb. 16. *Iuſtitia & miſericordia redimitur iniquitas.* Et Eccl. 3. *Quia ſicut aqua extinguit ignem, ita peccatum extinguit eleemoſyna.* Ideo hortatur Daniel Nabuchodonoſor: *Peccata,* inquit, *tua eleemoſyna redime.* Danielis 4. Quia eleemoſynæ ſunt precium redemptionis animæ, quam vendidit peccator ære peccatorum: Sicut declarat Auguſtinus ſuper illo verbo, *Precium redemptionis animæ ſuæ.* Pſalm. 48. Illi, inquit, precium habent animæ ſuæ, qui non ceſſant eleemoſynas facere. Et hæc eſt menſura conferta, id eſt, plena.

Remiſſio iniquitatum.

TERTIVM præmium eſt, liberatio pœnalitatum. Nam propter miſericordiam, quam quis facit pauperi, Deus miſeretur ſibi, à pœnis æternis eum liberando. Quia ſuper illo verbo Pſal. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem in die mala, &c.* dicit Petrus Rauenna, in die mala Deus illi liberator aſſiſtet, qui pauperem à malis liberauit. Nam ſine cauſa peccatum accuſatur, quod pauper excuſat: imò accuſari non poterit, quem ſatietas pauperis excuſauit. Diem verò malum videbit, qui diem iudicij ſine aduocatione pauperis intrabit. Denique quia audiuit egenum rogantem, audit toto orbe terrarum eccleſiam ſic rogantem; Deus conſeruet eum & viuificet eum. Conſeruat eum ne gradiatur ad pœnam, viuificat vt reſurgat ad vitam. Da ergo pauperi panem, da potum, da veſtimentum, da tectum, ſi debitorem, non iudicem, vis habere Deum. Hæc ille. Et hæc eſt menſura agitata.

Liberatio à pœnis.

QVARTVM præmium eſt, donatio cœleſtium voluptatum. Congruum eſt enim, vt qui hic pauperes voluptatibus ſuis refecerunt, quod & ibi voluptatibus cœleſtibus reficiantur, & qui hic eis neceſſaria negauerunt, quod ibi apud inferos torqueantur: iuxta illud quod dixit Petrus Rauennas in ſermon. loquens de diuite epulone & Lazaro: Ob hoc, inquit, diues ille torquebatur apud infernum, quia Lazarum nō fecerat ſibi amicum. Quid ergo ſunt pauperes quibus damus, niſi Lazari noſtri per quos de terra ad cœlum migramus? Ecce, pauper cui das, non habet quod retribuat,

Donatio cœleſtium voluptatum

ſed

ſed cum pro te Deum orat, quaſi ad Deum clamat: Domine mutuum accepi ab homine, fide iube pro me. Ideo & ſi non tenes pauperem redditorem idoneum, habes tamen fideiuſſorem. Quaſi diceret: qui reſtituet tibi datum centuplum. Et hæc eſt menſura ſuper effluens, quam dabit in ſinum noſtrum. Quod nobis præſtare dignetur, &c.

DOMINICA V. POST FESTVM SANCTÆ TRINITATIS.

Sermo primus.

Omnes vnanimes in oratione eſtote, compacientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti humiles: non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto: Sed econtrario, benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis. Ita legitur. 1. Pet. 3.

A

AMbroſius in hexameron, dicit: Apes quando præſciunt cæli temperiem profuturam, cum agmine procedunt ad opera de alueario, ſuper flores & prata: & aliæ flores aggregant pedibus, aliæ aquam ore portant, & interdum ita ſe aggrauant, quod non poſſunt ex grauedine ad aluearia reuolare. Veniunt ergo aliæ apes, & ſic onuſtas exonerant, & cum eis ad alueare, quaſi congaudentes, ſtudent conuolare.

MORALITER per apes in propoſito ſignificantur immundi peccatores. Iuxta illud Iſa. 7. *Sibi labit Dominus api*, id eſt, immundum peccatorem per inſpirationem ad ſe vocat. Iſti igitur cum magno agmine, quia *ſtultorum infinitus eſt numerus* Eccleſ. 1. procedant ad opera mala, videlicet ad flores voluptatum, & prata vanitatum. Sicut illi qui dicunt Sap. 2. *Venite fruamur bonis, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter; bono vino & vnguentis nos impleamus, & non pratereat nos flos campi*, id eſt, amœnitas temporis, *coronemus nos roſis antequam marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra: vbiq; relinquamus ſigna letitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra.* Et ſic intantum ſe aggrauant voluptatibus & dulcedinibus peccatorum, quod dicere poſſunt cum Pſalm. 37. *Sicut onus graue grauate ſunt ſuper me.* Ex talique grauedine impediti & tardati nequeunt ad aluearia ſanctæ Eccleſiæ aut regni cœleſtis reuolare. Quia ſecundum Pſal. 77. *Homo eſt ſpiritus vadens* ſcilicet in peccatum, *& non rediens* de per ſe à peccato. Et ideo aliæ apes, id eſt homines humiles, de quibus dicit vnicuique ſeorſum ipſe Sapiens Eccl. 11. *Breuis eſt in volatilibus apis*, id eſt humilis inter ſuperbos, debent compati eorum aggrauationibus & eis venire in adiutorium, eoſque orationibus ſuis exonerando, iuxta illud Apoſt. ad Gal. 6. *Alter alterius onera portate*, vt ſic poſſint ad alueare ſanctæ Eccleſiæ, videlicet congregationis fidelium, peruenire. Ad hoc etiam hortatur Apoſtol. Petrus in verbis præaſſumptis. *Omnes vnanimes in oratione eſtote* videlicet orantes pro peccatoribus & eis compatientes, vt redeant ad fidelium vnitatem. In hac epiſtola ducit nos *Primo* ad multiplicem virtutum perfectionem, ibi; *Omnes vnanimes. Secundo* oſtendit quibus

vult

Digitized by Google

vult dare gloriæ adeptionem, ibi; *Qui enim vult. Tertio*, ponit inualidam malorum perſecutionem, ibi; *Quis eſt qui vobis.*

B

Circa PRIMVM introducit nos ad multiplicem virtutum perfectionem, cum dicit: *Omnes vnanimes.* Vbi NOTA. Tullius 2. Rhetoricæ ſuæ dicit. Quidam pictor volens formare imaginem pulchram, videns quod nulla eſſet ita ſpecioſa, quin ibi eſſet aliqua imperfectio ad mixta, congregauit ſeptem virgines ſpecioſiſſimas, à quarum qualibet accepit, quod fuit pulchrius & ſpecioſius, & dimiſit illud quod fuit deformitatis; ſic quod fecit pulchram imaginem nullam imperfectionem habentem.

Pictor elegit ſeptem virgines, à quibus ſumpſit quod pulchrius eſt.

MYSTICE pictor ille eſt quilibet Chriſtianus homo, imago verò eſt anima, de qua dicit Auguſtinus in libro, de ſpiritu & anima. Anima eſt ſubſtantia creata, immortalis, Deo ſimilis, imaginem habens Dei creatoris. Hanc autem volens homo Chriſtianus facere pulchram, non inuenit aliquam ad eius ſimilitudinem faciem decoram, quia *omnes declinauerunt, & ſimul inutiles facti ſunt*, Pſalm. 13. Et Rom. 3. *Omnes peccauerunt & egent gratia Dei*, & ſic non eſt aliqua adeo pulchra, quin habeat aliquid imperfectionis; & dicere poteſt cum Dauid, Pſal. 138. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Ideo congregare debet ſeptem virgines ſpirituales, ſcilicet ſeptem virtutes, à quibus quod pulchrius eſt, debet ſumere, & id quod deformius dimittere, vt ſic imaginem animæ ſuæ pulchram pingere & ornare poſſit.

Virgines ſpirituales ſunt ſeptem.

PRIMA igitur virgo vocatur *concordia*: Et vt habetur in libello, qui dicitur Paradiſus animæ, concordia ad Deum vera eſt, ſe vnire voluntati diuinæ, in proſperis & in aduerſis propoſſe. Et habet aliquid veritatis & aliquid falſitatis. Argumentum veræ concordiæ eſt, quod ad omnes tam ſanctè ſe habere debet homo, vt nullus de eo querelam moueat, vel etiam verbum de ipſo loqui valeat. Ecce hæc eſt pulchritudo, quam ab hac virgine ſumere debeas, pro anima tua exornanda: quia diabolus nihil plus timet, niſi veram concordiam, vt dicit Hugo, quia ea nihil iucundius, vt dicit Pſalm. 132. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare, &c.* Vbi dicit Gloſſa, habitare in vnum omnibus Chriſtianis conuenit, qui in vnum debent habitare mente & fide: in cuius ſignum dicit Abraham ad Loth. *Quæſo, ne ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores noſtros: fratres enim ſumus*, Gen. 13.

1. Concordia. Argumentū veræ concordiæ.

Hanc ergò veram concordiam debemus inuiolabiliter obſeruare, quia eſt vnum de illis, quæ placita ſunt ſapienti. Eccl. 25. *In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ probata ſunt coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier benè conſentientes.* Quapropter ſi occaſione quacunque fuerit concordia violata, ſtatim debet reconciliari; iuxta illud; *Vade, reconciliari fratri tuo*, Matth. 5. Cuius figura præceſſit in Ioſeph, qui licet fuit *à fratribus venditus*, & in grauem ſeruitutem redactus, tamen faciliter fuit eis concordatus & reconciliatus, in ſignum puriſſimæ concordiæ & veræ oſculatus eſt eos, Gen. 45. Sed ſignum falſæ concordiæ inter Deum & hominem eſt, quando aliquis non ſolicitè inueſtigat conſcientiam ſuam, & ſic per erroneam conſcientiam credit ſe placere Deo, cum in omnibus verè diſpliceat. Vel argumentum falſæ concordiæ eſt, quando mali aduerſum bonos concordes fiunt, ſicut *Balaam & Balach ad maledicendum populo Dei facti ſunt concordes*, Num. 22. Et *Herodes* ſcilicet *& Pilatus facti ſunt concordes & amici*, vt Chriſtum morti condemnarent, Lucæ 23. Et hoc eſt quoddam deforme in hac virgine concordia. Igitur pulchrum eſt ſumendum, & deforme relinquendum; ne imago animæ tuæ per hoc deformetur.

Signum falſæ concordiæ quomodo cognoſcendum.

C

2. Oratio.

SECVNDA virgo, à qua debes sumere pulchritudinem, est *Oratio*, quæ significatur per puellam, quàm homines Indiæ regionis miserunt in montem, vt cantaret dulciter coram fonte. Et hæc causa cantus, vt fons daret aquas largissimè, & totam regionem ariditatis tempore irrigaret, vt scribit Solinus de miraculis mundi. Quia oratio mittitur in montem cœli, vt cantet coram fonte Christo, vt aquas gratiarum nobis largissimè largiatur. Sed hæc puella aut virgo, habet aliquid speciositatis, & aliquid deformitatis. Dicit enim Alanus in speculo suo de arte prædicandi, capite de oratione. Quædam oratio est *pernicioſa*, qua petimus malum: qualis fuit oratio proditoris Iudæ, qua petijt proditionem saluatoris. Vnde in Psalm. 108. *Oratio eius fiat in peccatum.* *Alia* est oratio *quæstuosa*, qua petimus temporalia, qualis fuit oratio filiorum Zebedæi; qui petierunt, vt *alter sederet ad dexteram, alter verò ad sinistram Christi in regno suo*: quem credebant temporaliter regnaturum, Matth. 20. *Tertia* est *infructuosa*, qua quis obstinatus petit salutem æternam, de qua Dominus dicit. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum*, Matth. 7. *Quarta* est *fructuosa*, in qua contingentibus nihil omittitur. De qua dicitur; quæcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Oratio pernitiosa.

Quæstuosa.

Infructuosa.

Fructuosa.

Primas tres petitiones debemus declinare tanquam deformes, malas, & infructuosas; quia deformant animas; Quartam verò vnaniniter tenere debemus, vt illa oratione vnus alterius studeat salutem postulare: iuxta illud Iacob. 5. *Orate pro inuicem, vt saluemini.* Quia vt dicit B. Augustinus super. *Beati immaculati.* Nihil certè delectabilius est in aure Domini, quàm pura oratio directa de corde fideli. Ad exornandam ergo animam tuam, accipe de hac virgine, quod est pulchrius, scilicet fructuosum; & dimitte, quod difformius est, scilicet pernitiosum, quæstuosum, & infructuosum: quia bona intentio orationis, cor nostrum ornat & serenat: sicut testatur Augustinus in sermone Domini, lib. 5. Quid tibi, inquit, opus est ipsa oratione si Deus nouit, quid nobis sit necessarium nisi quia ipsa orationis intentio, cor nostrum serenat atque purgat, & ad excipienda diuina munera, quæ nobis spiritualiter infunduntur, capatius efficit?

D

3. Dilectio vel fraternitatis amor.

TERTIA spiritualis virgo, à qua debemus sumere pulchritudinem ad decorandam animam, est *dilectio vel fraternitatis amor*. Et hæc habet etiam aliquid turpitudinis, deformitatis, vel falsitatis; & aliquid pulchritudinis, vel veritatis. Argumentum *veræ dilectionis* proximi vel fratris est, condolere cum amico vel inimico in quacunque aduersitate, verè & ex corde congaudere in omni prosperitate. Argumentum autem *falsæ dilectionis*, vel odij ad proximum est; quando aliquis cum gratuitate mentis de proximo cogitat; quando & tristis eum videt; quando in amaritudine animæ cum ipso loquitur, vel de ipso loquitur, vel audit de ipso loqui; omne bonum ipsius, vel quod sibi vtile est, quando potest, impedit; quando bonum quod in ipso est, diminuit, & puertit. Hæc ex Paradiso animæ. Et certè qui hanc falsam dilectionem habet, aut odium ad proximum aut bestialem habet animum. Quia dicit glossa super illo verbo, Psal. 48. *Homo cum in honore esset*, quod homo cum ad imaginem Dei est factus, quando studet vanis, comparatus est iumentis: ex eo quod non agit secundùm rationem. Et dicit Magister Holkot super eodem verbo. Quod homo sine charitate, scilicet vera, viuens, & contra rationem agens, meritò assimilatur bestijs. Qui ergo vult animam, à bestialitate deformatam, pulchram facere, debet veram dilectionem

Vera dilectio proximi

Falsa dilectio.

ad

ad proximum habere, & fraternitatis amator esse. Vnde sacra scriptura ponit tres modos fraternitatis, quia Christus dicit, Matth. 23. *Omnes vos fratres estis.*

E

Primo. Aliqui dicuntur *vterini*, ab eiusdem vteri egressione. Hoc modo fuerunt fratres Ioseph & Beniamin, Gen. 45. *Aliqui* dicuntur fratres *collactanei*, ab eiusdem lactis susceptione: sicut Manachen & Herodes, Actor. 13. *Tertio*, aliqui dicuntur fratres *adoptiui*, ab eiusdem hæreditatis participatione: sicut Moyses fuit filius adoptiuus filiæ Pharaonis, Exodi 2.

Moraliter, omnes sumus fratres.

Sic MORALITER omnes sumus fratres, de eodem vtero Ecclesiæ, Spiritus sancti semine procreati in quo vtero genuit nos Pater verbo veritatis. Etiam sumus fratres collactanei, de eodem lacte manente, ab vberibus consolationis Ecclesiæ. Ideo dicit Dominus Isaiæ vltimo. *Gaudete in Domino vniuersi, vt sugatis & impleamini ab vberibus consolationis eius.* Ad cuius lactis sumptionem vel suctionem, & spiritualis dulcedinis consolationem inuitat nos Apostolus, 1. Pet. 2. *Quasi modo geniti infantes, sine dolo lac concupiscite, vt crescatis in salutem.* Tertio etiam sumus fratres adoptiui, ad hæreditatem eandem, scilicet æternæ felicitatis gloriam adoptati; Iuxta illud. *Vocati estis, vt hæreditatem æternam possideatis*, 1. Pet. 3. Ideo merito debemus in pace & fraternali dilectione esse vniti.

F

4.

Compassio.

Vera compassio, quæ?

Falsa compassio.

QVARTA virgo dicitur *compassio*. Ista etiam habet aliquid pulchritudinis, vel veritatis, vel aliquid deformitatis, vel falsitatis; Signum veræ compassionis ad proximum est; condolere afflictionibus proximorum, tàm corporalibus, quàm spiritualibus: Sicut Moyses qui tantum compatiebatur populo Israël peccanti, quod dicebat: *Dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro, in quo me scripsisti*, Exodi 32. Sed argumentum falsæ compassionis est, cum aliquis verba compassionis profert & multum compassionis exhibet, & tamen de afflictione in corde gaudet, & afflictionem eius non alleuiat, vel affligentes eum, cum potest, non compescit, sed potius ad affligendum eum, verbo, signo, & facto, alios prouocat & confortat. Et illud est quiddam deforme in compassione. Accipe ergo quod pulchrum est & verum, scilicet veram compassionem, scilicet ad pulchrificandam tuam animam, & dimitte illud, quod est distortum. Ideo dicit Ioannes Cassianus in libro collationum. Filij, proximum habete, quasi vnum de membris vestris; Si videris in bonis actibus conuersantem proximum tuum, congratulare ei, & illius gaudium ad tuum gaudium ducito: si quid autem patitur aduersum compatere ei, & illius tristitiam, tuam tristitiam deputa: quasi diceret, sic ornatur anima tua. Et B. Gregorius 6. moralium, ad compassionem hortatur veram, cum dicit: Visitans speciem suam non peccabit, vt quisq; in altero considerans, ex se ipso colligat, qualiter infirmitati alterius condescendat.

G

5.

Misericordia.

Veram misericordia, quæ?

Falsa misericordia.

QVINTA virgo, à qua capienda est, pulchritudo est *misericordia*: & hæc similiter habet aliquid pulchritudinis & veritatis: & aliquid deformitatis & falsitatis. Signum veræ misericordiæ est, cum aliquid sibi subtrahere potest: insuper continuo laborans etiam super vires, vt possit indigentibus subuenire. Et verè misericors, quamdiu habet aliquid indigentibus, subministrat; quod si non faceret, misericordiam veram non haberet: iuxta illud Chrysostomi: Quamdiu aliquid habueris, & omnibus non sufficeris, nondum opus misericordiæ compleuisti. Sed signum falsæ misericordiæ est, cum necessitatem cuilibet pro posse non subleuat, vel cum tribuit, vt laudem humanã habeat; vel qui pauca dant, vt maiora accipiant. De qua dicit Chry-

soſt. ſuper Matth. lib. 1. Omnia quæ nobis dat, non ſolum nobis, ſed etiam alijs per nos dat Deus, vt ex eo quod à Deo accipimus, partem impetentibus faciamus. Qui ergo de laboribus indigentibus non dat prandium, non ſuum ſed alienum manducat. De *Secundo* dicit Auguſtinus ſuper Pſalmos. Sunt pleriq;, quos ſi pleriq; rogant, huc illucque circumſpiciunt, niſique teſtem viderint, pecuniam non tribuunt; vel niſi ſolus teſtis fuerit in præſentia, non libenter dant ſed manu contracta. O Chriſtiane, ſi Deum teſtem quæris, humanos oculos cur requiris? Cum ergo pauperi damus, non quantum de noſtro, ſed quaſi de Chriſti dono tribuamus, & tollamus manus noſtras in ſancta, vt quicquid facimus, faciamus cauſa Dei. De *Tertio* dicit Hieronymus ad Nepotianum. Sunt qui parum pauperibus tribuunt, vt amplius accipiant, & ſub prætextu eleemoſynæ diuitias quærunt, quæ magis venatio appellanda eſt quàm eleemoſyna. Sic beſtiæ, ſic aues capiuntur, & piſces modici in eſcam ponuntur, vt matronarum in eo ſacculi protrahantur. Hæc Hieronymus de vita clericorum. Ideirco accipe de miſericordia, tanquam de virgine pulchra, id quod eſt pulchrius, & dimitte quod eſt turpius, videlicet exercendo opera miſericordia propter Deum vel corporaliter, vel ſpiritualiter.

Quidam eleemoſynam tantum tribuunt, cum alij vident.

H

Corporaliter quidem infirmorum viſitatione, ſitientium potatione, eſurientium cibatione, captiuorum redemptione, nudorum veſtitione, peregrinorum collectione, aduenarum mortuorum ſepelitione. Vel *ſpiritualiter*, cum moleſtanti ignoſcitur, peccans corripitur, ignorans docetur, inſipiens conſilio dirigitur, mœſtus conſolatur pro ſaluteq; proximi omnis iniuria patienter ſuſtinetur. Et hoc vltimo numeratur inter opera miſericordiæ, quia per hoc feruor iráti hominis mitigatur. Ideo dicit Iſidorus de ſummo bono; Semper impartiaris, & ſi non ſemper pecuniam, ſaltem gratiam. De his Albinus diſt. 45. Tria, inquit, ſunt genera eleemoſynarum, *Vna corporalis*, videlicet egenti dare quicquid poteris; *Alia ſpiritualis*, dimittere à quo læſus fueris; *Tertia* delinquentem corrigere, & errantem in viam veritatis inducere.

Opera miſericordiæ diligenter exercenda.

6. Modeſtia.

SEXTA virgo eſt *modeſtia*, & eſt in dictis vel factis; & ſecundum Tullium 2. Rhetoricorum; Temperare animum, ne immoderatè tendat in excelſa, reprimere omnes delectationes ſuperfluas, reformare appetitum delitioſum, excludere omnem ſolicitudinem ſuperfluam; & in omnibus talibus tenet modum, quia ſemper timet Deum offendere per excelſum. Ideo, inquit, Sapiens; *Finis modeſtiæ timor Domini*, Prouer. 22. Ad hanc hortatur nos Apoſtolus: *Modeſtia*, inquit, *veſtra nota ſit omnibus hominibus*. Ad Philippenſes 4.

I

7. Humilitas.

SEPTIMA & vltima eſt *humilitas*, quæ eſt conſeruatio omnium virtutum, iuxta illud Gregorij: Qui cæteras virtutes ſine humilitate congregat, puluerem in ventum portat. Iſtius humilitatis ſunt aliqua pulchra, & aliqua deforma. Signum veræ & pulchræ humilitatis eſt, quando homo tantum ſe deijcit, quod omni gratia indignum ſe ſentit, vel quando quærit infimum locum, infimos ſocios, infimum officium, & in infima veſtimenta; & habet ſex gradus. *Primus* eſt, in omnibus ſe Deo ſubijcere. *Secundus*, ſe omnibus inferiorem iudicare. *Tertius*, nulli iniuriam irrogare. *Quartus*, de illata iniuria non dolere. *Quintus*, nulli malum pro malo reddere. *Sextus*, maledicentibus benedicere, vel benedicentibus non maledicere. De *Primo* dicit Auguſtinus libro 14. de ciuitate Dei. Pia, inquit, humilitas facit hominem ſubiectum ſuperiori; nihil enim ſuperius DEO. Ideo exaltat humilitas, quia hominem ſubiectum

Vera humilitas, quæ? Sex gradus humilitatis.

Digitized by Google

ctum facit Deo. De tribus alijs dicit in epistola ad Hilarium. Tunc virtutem humilitatis haberemus, si omnibus nos minores iudicaremus, nec vltra alicui iniuriam faceremus, nec illatam nobis grauiter doleremus. Et beatus Petrus etiam tangit. *Quintum* signum humilitatis, cum dicit: *Non reddentes malum pro malo*, scilicet in factis, *nec maledictum pro maledicto*. In verbis autem, etiam secundum Anselmum libro similitudinum, homo vere est humilis, quando patienter sustinet molestias sibi illatas, siue in maledictis, siue in malè factis. Et talis consequitur misericordiam à Deo, quod ostendit idem per similitudinem. Si aliquis seruorum alicuius Domini discreti peccasset in eum, & dum multæ sibi fierent molestiæ, si non reclamaret, nec inde murmuraret, sed se potius iustè talia pati diceret, citius apud Dominum misericordiam inueniret. Nos itaque, ait Anselmus, quia multa contra creatorem nostrũ commisimus, tanto humiliari studiosius debemus, quanto magis indulgentia nos indigere videmus, vt possimus cum Psalmista dicere: *Bonum mihi, quia humiliasti me.* Hæc ille.

Et non solum non debemus malum pro malo reddere, sed & *maledicentibus benedicere.* Roman. 12. Hoc signum humilitatis fecit Christus verbo & exemplo, cum maledicenti & percutiendi dixit: *Si male locutus sum, de malo perhibe testimonium.* Ioann. 18. Et quare debemus maledicentibus benedicere, ostendit Apostolus Petrus rationem, dicens: *Quia in hoc vocati estis, vt benedictionem qua Dominus benedicet iustus*, Matth. 25. *Venite benedicti: hæreditate possideatis*, quasi diceret: qui vocati estis ad hæreditatem, & exspectatis æternam benedictionem, iustum est, quod pro maledictione benedictionem reddatis; Et hæc sunt signa veræ humilitatis.

K

Falsa humilitas.

Sed signa falsæ humilitatis sunt per contrarium, cum quis se non vult Deo subijcere, nec inferior apparere; & sic de alijs. De tali dicit Sapiens. Eccles. 19. *Est qui nequiter se humiliat.* Glossa, vt homines magis decipiat, *& interiora eius plena sunt dolo & iniustitia.* Accipe ergo ab hac virtute & illud, quod est pulchrius ad ornatum tuæ animæ, vt coram Deo ornatus in cœlesti patria appareas, ad quam nos perducat Pater, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Ascendens Iesus in vnam nauim quæ erat Simonis rogauit eum ad terram reducere pusillum. Luc. 5.

L

ARistoteles in problematis dicit, quod nauis profundius aquæ immergitur, dum appropinquat littori, vel est circa littus, quàm in profundo, in medioque aquarum: Et ratio est, quia in medio aquæ consueuerunt esse profundæ, in quibus naues minus immerguntur, sed secus est in littore.

Anima naui compatatur.

MORALITER. Per nauem intellige animam humanam; iuxta illud Prouerb. vltimo. *Facta est, quasi nauis institoris de longe portans panem suum.* Quilibet enim homo, est institor & mercator spiritualis; iuxta illud Luc. 19. *Negotiamini dum venio.* Super

Digitized by Google

quo dicit beatus Bernard. in sermone de spirituali negotiatione : Libenter amplector negotiationem tuam, quia negotium meum est. In his negotiationibus præcipis esse animam meam, vt sit nauis institoris de longe portans panem suum. Negotiabor dum venias; venienti lætus occurram & vtinam lætus audiam: *Euge serue bone & fidelis.* Hæc ille. Hæ, inquit, naues, videlicet humanæ animæ, quanto plus accedunt ad littus beatitudinis & salutis, tanto plus immerguntur aquis tentationis & tribulationis, vt interdum desperare videantur, iuxta illud Gregor. in moralibus libro 10. Sæpe namque tot tentamenta nos obsident, vt ipsa nos eorum numerositas, penitus ad lapsum desperationis inclinet, & hoc non nunquam procurat diabolus, qui toto conamine nititur fideles impedire, ne ad littus beatitudinis æternæ, possint de via mundi peruenire: Sicut figuratum est Num. 21. vbi legitur quod Arad rex Cananeorum, impediuit filios Israël in transitu ad terram promissionis, & existens victor duxit ex Israël prædam. Nam Arad interpretatur descendens, & significat diabolum, qui descendebat de cœlo empyreo, in quo creatus fuerat, in aërem caliginosum, vt deducit Magister lib. 2. sententiarum distinct. 6. cap. 1. & 2. vt sit causa exercitationis. Qui videns fideles per filios Israel designatos, ad terram viuentium anhelare, nititur eos impedire, aliquando de bellat eos, in peccatis submergit, & captiuos eos abducit. Sed quia varius est euentus belli, ideo fideles non debent desperare, sed cum adiutorio Dei fortius yires resumere, & ad nauem pœnitentiæ sanctæ, & vnitatis almæ matris Ecclesiæ, concurrere, & eam ascendere, vt sic possint naufragium euadere: iuxta verba thematis allegati. *Ascendens Iesus in vnam nauim.* In hoc dedit nobis Christus exemplum duplex. *Primum* salutaris pœnitentiæ, ibi; *Ascendens in nauim. Secundum* virtualis obedientiæ, ibi; *Quæ erat Simonis Petri.* Nam Simon interpretatur obediens.

Diabolus conatur fideles impedire à beatitudine.

M

Circa quod NOTANDVM quod quadruplex est nauis. *Prima* pœnitentia virtualis. *Secunda* ecclesia vniuersalis. *Tertia* crux triumphalis. *Quarta* mens rationalis.

Nauis est quadruplex.

PRIMA ergo nauis, in quam nos ascendere oportet, vt vnusquisque naufragium euitet, est *pœnitentia virtualis.* Vnde Holkot super librum Sapientiæ lectione 64. dicit quod status pœnitentiæ quem iam inchoamus, comparatur naui triplici ratione, propter figuræ qualitatem, vecturæ commoditatem, iacturæ possibilitatem.

Pœnitentiæ status naui comparatur tripliciter.

PRIMO igitur propter *figuræ qualitatem,* quia nauis figura stricta est in extremis, & lata in medio. Isto modo est de pœnitentia: quia in principio est difficilis, propter defectum assuefactionis, & resistentiam carnalis delectationis; quia Matth. 7. dicitur. *Arcta & via* scilicet pœnitentia *quæ ducit ad vitam & pauci ambulant per eam.* Contra quemlibet illorum dicit Chrysostomus in sermone. Quid igitur ô homo, inquit, times pœnitentiam; nihil in ea durum est, quin etiam refectionem habet; cũ gustaueris, tum per senties quàm suauis est odor eius naribus, & sapor eius faucibus: non ergo eam expauescas, sed esto in processu eius promptior, in opere paratior, in amore propensior. Hæc ille.

1.

Propter figuræ qualitatem.

In fine etiam pœnitentia est angusta, quia diabolus insidiatur fini iusti cuiuscunque. Nam fini Christi insidiatus est, vt dicit Glossa super Tob. 11. *Exiuit piscis immanis ad deuorandum eum:* Domino, inquit, in cruce passo, diabolus quo moriente crucifixus erat aduenit, vt si quid peccati in eo inueniret. Vnde mors est illa angusta porta,

Nauis in fine angusta, quid designet.

Digitized by Google

portã, de quã dicit Lucæ 13. *Contendite intrare per angustam portam.* Ista porta est ita stricta, quod nullus oneratus diuitijs, nullus impinguatus delicijs, nullus adornatus vestibus pretiosis, poterit pertransire, donec omnia deponat, & nudus euadat. Iuxta illud Iob. 1. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc*, id est, in terram, quæ est mater omnium terrenorum. In medio est pœnitentiæ via aliquantulum ampla. Vnde Gregorius: Via Domini non nisi in arcto itinere in choatur. Sed in amoris dulcedine dilatatur. De his vijs dicitur Prouerb. 4. *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Vbi dicit Glossa: Semitæ æquitatis cum inchoantur, arctæ videntur & angustæ; cum vero perfectum statum capiunt, iam ex consuetudine spacioſæ videntur & latæ. Ideo prodiuerso tempore dicebat Dauid Psal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Et iterum. Psal. 16. *Propter verba labiorum tuorum, custodiui vias duras.* Econtrario mali homines ingrediuntur latam viã in principio, postea in processu arctabuntur; iuxta illud Iob. 18. *Arctabuntur virtutis gressus eius.* Nam sicut vna conditio figuræ ipsius nauis est stricta in extremis, & lata in medio; Alia verò conditio eiusdem figuræ est, quod est inclusa versus mare, & aperta versus cœlum. Sic anima pœnitens, debet claudi ad mundum, & aperiri ad cœlum. Facta est enim nauis ad conculcandum mare & superandum, & non ad recipiendum: Ita anima pœnitens, calcare debet mundum, nec tangere ad delectationem, sed ad calcandum, & dissipandum.

Latitudo in medio nauis quid denotet.

SECVNDO pœnitentia comparatur naui propter *vecturæ commoditatem.* Faciliter enim merces, & quæcunque necessaria, deportantur de terra ad terram per naues. Similiter existens in insula, nullo modo potest eam exire, nisi mediante naui. Sed per nauem pœnitentiæ, portantur merces virtutum, de terra miseriæ, ad terram cœlestis gloriæ; quia mediante pœnitentia, virtutes nostræ fiunt meritoriæ, vt ad Deum ascendant. Quia dicit Gregor. in moralib. Cum enim reatu culpæ deprimimur, ad Deum cordis faciem leuare veremur; cum vero pœnitentia pro culpis iam agitur, & perpetrata planguntur, vt plangendæ minime perpetrentur: magna fiducia mentis nascitur, & conspicienda æternæ retributionis gaudia, cordis nostri facies leuatur. Hæc Gregorius. Et sic per pœnitentiæ nauem, merces operum meritoriorum, dirriguntur de terra ad cœlum.

N 2. Vecturæ cõmoditatem.

Etiam nos qui sumus in insula mundi, nullo sensu exire poterimus ad cœlum, nisi per nauiculam pœnitentiæ. Quia dicit Christus Luc. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis:* Ideo istam nauem pœnitentiæ, Christus & discipuli eius primũ ascenderunt, vt nobis exemplum pœnitentiæ darent, & securos efficerent. Isti enim qui non sunt experti nauigium, cum timore intrant; experti enim & consueti, sine difficultate. In cuius figura dicitur Matth. 8. *Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius.* Item, sicut nauis est communis, pro pretiosis & vilibus; omnia recipit & saluat, ad portumque optatum perducit: isto modo pœnitentia nullum respuit peccatorem, quantumcunque sit turpis; proijciat se in nauim pœnitentiæ, & saluabitur. Vnde dicit Ioannes Episcopo Constantino: O pater constantine, talis est erga homines pietas Dei, vt nunquam pœnitentiam spernat, si ei simpliciter & sincere offeratur, etiam si ad summum quis perueniat malorum, & tamen velit reuerti ad virtutis vitam.

O

TERTIO pœnitentia comparatur naui propter *iactura possibilitatem*. Est enim nauis quasi in continuis periculis, propter scopulos, propter fluctus, & propter voragines: iuxta illud Eccles. 43. *Qui nauigant mare, enarrant pericula eius*. Et ideo naui periclitanti, quadrupliciter succurritur, videlicet per exonerationem, foraminum obturationem, aquæ eiectionem, & anchoræ fixionem.

3. Iacturæ possibilitatem.

Nauis periclitans quomodo saluãda.

De PRIMO, prudens nauta, quando venit ad passum periculosum, vbi timet submergi, exonerat nauem suam. Sicut dicitur Actorum 27. Quod illi qui cum Paulo erant in naui, armamenta nauis eiecerunt. Isto modo qui sunt onerati diuitijs, vel peccatis, antequam veniunt ad passum periculosum mortis, exonerare se deberent per confessionem, & eleemosynarum elargitionem.

I.

II. SECVNDO iuuatur nauis, per foraminum obstructionem. Sensus enim nostri sunt quædam foramina aut fenestræ, per quas aquæ tentationum ingrediuntur ad animã. Et ista debent obturari, per custodiam bonam rationis; quia si intrauerint, pro expulsione sine nocumento spirituali, gratia Dei requiritur. Hoc bene considerauit Psalm. 68. cum dixit: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam*.

III. TERTIO aqua debet eijci: ita si aliqua delectatio noxia subintrauerit, debet eijci per salutarem confessionem.

IV. QVARTO debet figi anchora in re firma: hoc est, in Deo, qui non mutatur. Anchora est spes. Ad Hebr. 6. *Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam*.

Ecclesia vniuersalis, est nauis.

SECVNDA nauis est *Ecclesia vniuersalis*. Hæc figurata est per nauem Noë, videlicet arcam: quia sicut extra illam nihil saluabatur, & omnia animalia quæ non intrauerunt in hanc nauem, mortua sunt; quæ autem intrauerunt, sunt saluata. Gen. 7. Ita extra nauiculam Ecclesiæ, nulla omnino est salus, vt de summa Trinitate & fide cathol. c. Firmiter. §. Vna. Vna, inquit, est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus homo saluabitur, in qua quidem ipse idem sacerdos, sacrificium, est Christus cuius corpus & sanguis in Sacramento altaris, sub speciebus, panis & vini, veraciter continetur. Ideo necesse foret, quod omnes infideles intrarent istam nauem vniuersalis ecclesiæ, vt saluarentur. Nam & Christus in ipsam ascendit; quia addit præsens Euangelium, *Vidit duas naues secus stagnum; ascendit autem in vnam, quæ erat Simonis*.

Duæ naues significant synagogam & Ecclesiam

Hæ duæ naues significant synagogam & Ecclesiam. Sed Christus dimissa synagoga, intrauit Ecclesiam, dans intelligere, quod volentes saluari, oportet intrare in nauẽ sanctæ Ecclesiæ. Quia dicitur 24. q. 1. cap. Alienus. Alienus, inquit, est profanus hostis, qui habere non potest Deum patrem qui vniuersalis Ecclesiæ non tenet vnitatem. Et vt Augustinus 23. q. 4. cap. Ipsa pietas. Sicut præcisus ramus ab arbore non viuit, ita præcisus ab Ecclesia non habet vitam gratiæ. Istius nauis gubernator Christus, est principalis, sed secundarius Papa; sed gubernaculum, fides; anchora, spes, velum, charitas: ideo non potest submergi, sed immobilis persistit, sicut testatur beatus Hieronymus 24. q. 1. cap. Hæc est fides. Sancta, inquit Romana Ecclesia, quæ semper immaculata permansit, Domino prouidente, & beato Apostolo Petro opem ferente, in futuro permanebit, sine vlla hæreticorum insultatione, atq; firma & immobilis in omni tempore persistet; intellige secundum glossam, quod

Puritas fidei Romanæ Ecclesiæ.

insul-

Digitized by Google

insultatione non prævalente. Quia licet hæretici insultent contra Ecclesiam, non tamen prævalent contra ipsam, quia fundata est supra firmam petram.

Q

TERTIA nauis est, *Crux triumphalis.* Hanc nauem Christus ascendit in die passionis, & venit per eam ad portam cœlestis regionis, sicut dicitur Matth. 9. *Ascendens Iesus in nauiculam*, scilicet sanctæ crucis, *& transfretauit*, videlicet per mare amarissimæ passionis *& venit in ciuitatem suam: Quia oportuit Christum pati*, scilicet in cruce, *& ita intrare in gloriam suam*, Lucæ vltimo. Sic & nos necesse est ascendere nauem passionis sanctæ crucis, si volumus transfretare in habitationem cœlestis ciuitatis: quia sicut nauis ducit ad portum maris, sic & crux passionis ad patriam æternę salutis. Ideo dicit Hieronymus: sine crucis beneficio nemo saluari potest; quia dicit glossa de summa Trinitate & fide. Cap. Firmiter super illo verbo, Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus est. Crux, inquit, est ratis, qua per mare mundi, Christo regente, subuectus est cœtus sanctorum. Et allegat dictum Sapientis, qui dicit: *Exiguo ligno credunt homines animas suas, & per mare transeuntes, per ratem liberati sunt*, Sapientiæ 14. Versus,

Nauis est crux triumphalis.

Nauem crucis ascendit Christus, & nobis exemplum dedit.

Crux, ratis in pelago, anchora, crux, via, porta.

Ratis secundum Isidorum 19. Etymolog. cap. 1. Fuit primum & antiquissimum genus nauigandi, ex radicibus, tignis, asseribusque confectum, ad cuius similitudinem naues factæ sunt. Ratem verò moderni Grammatici dicunt esse nauis latus. Iuxta illud Eberhardi qui dicit.

Dic latus esse ratem, ventrem dic esse carinam.

Et secundum hoc loquitur Sapiens per Synechdochen, ponendo partem pro toto.

R

QVARTA nauis est *mens carnalis*: de qua Iob 9. *Dies mei transierunt sicut naues poma portantes.* Dies & naues, sunt mentes & animæ fideles: poma, sunt opera & virtutes. Hæc nauis in valdè periculosis nauigat fluctibus, quia eam quotidie impetunt quatuor pericula notabilia ac magna.

Nauis est mens carnalis.

Pericula nauis, quæ?

1.

PRIMVM est *culpa actualis.* Hoc significatur per quendam piscem, qui dicitur Echinus. De quo dicunt Ambrosius in Hexameron, Aristoteles, Isidorus, & Albertus, quod est piscis paruus, vix semipedalis: qui quamuis sit exigui corporis, magnæ tamen est virtutis. Nauem enim magnam adhærendo ei retinet. Nam nauis cui adhæret, licet ruant venti, seuiant procellę, quasi radicata in mari stare videtur, nec procedere potest, nec ad littus venire. Hunc Latini moram appellauerunt; eò quod magna nauigia stare, & morari compellat.

Culpa actualis.

MORALITER per hunc piscem culpa mortalis & actualis designatur, quæ licet parua æstimetur, si tamen animabus nauigantibus ad portum æternæ salutis adhæreat, tantæ virtutis est vt eas ad cœlestia venire non permittat. Ideo dicit Gregorius: Cum in aliquod graue peccatum miser homo excæcatus labitur, nec pœnitet, nec confitetur, diabolus leue peccatum & modicum affirmat, Deum misericordem prædicat, longæque vitæ spatium promittit, delectari & permanere in peccatis suggerit, quousque in contemptum Dei, vel in desperationem sui inducat atque perducat. Et dicit Plinius in speculo naturali, quod piscis iste comedi non potest, sed comestus homini mortem infert. Sic culpa mortalis mortificat animam, iuxta illud Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Ideo dicit Iacobus Apostolus 1. cap. *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum*, id est, producit ad perfectum consensum. *peccatum*

Quid per Echinum siue Moram piscem designatur.

uerò cum consumatum, scilicet in exteriori opere, *fuerit*, *generat mortem*: Et addit Plinius, quod idem piscis in mari nauibus stabilimentum dat, quod sibi ipsi dare non potest, sed sibi vendicat in lapillis. Quia vt dicit Ambrosius in Hexameron, quod ventorum præsciens procellas, iaculum vel lapidem arripit, & tanquam anchoram ne excutiatur, fluctibus trahit, & non suis se liberat viribus, sed alieno pondere munitur, & contra futuram tempestatem stabilitur, quod videntes nautæ sibi præcauent, ne turbo eos præueniat.

2. Sic peccatum nihil est per se, vt dicit Augustinus super illo verbo, Ioan. 1. *Sine ipso factum est nihil*, id est peccatum. Si autem adhæsit animæ vel vitæ humanæ, magnam inducit ei ponderositatem; quia tandem cadit in profundum inferni. Quia dicit Holkot super lib. Sapientiæ, lect. 25. Quantò magis aliquid graue est, tantò velocius diuidit medium, & descendit ad terræ centrum, si possit, quia omne graue appetit, quod medium sui sit. Sic peccator moriens, descendit ad medium terræ subito & in instanti, quia infernus est in medio terræ, Iob 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt*. Dicunt enim naturales, quod quamdiu ferrum est cum magnete, non erit sibi ipsi grauius, & non plus ponderat ferrum & magnes, quàm magnes solus. Sic quamdiu Deus & homo se tenent in simul, & coniunguntur per gratiam & charitatem, homo non est sibi ipsi grauis: nam Deus ipsum supportat & confortat: iuxta illud ad Philipp. 4. *Omnia possum in ipso, qui me confortat*. Sed si separetur à Deo, & ponatur in contrario appendiculo per peccatum mortale, statim fit homo sibi ipsi grauis in tantum, quod si moriatur, statim ad infernum descendit. Ideo dicitur Iob 7. *Posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis. Cur non tollis peccatum meum? & quare non aufers iniquitatem meam?* & statim ero iuxta te, & nullo modo ero mihimetipsi grauis.

T 2. Illecebra corporalis.

SECVNDVM periculum illius nauis, est *illecebra corporalis*. Et hoc figuratur per tres Sirenes, de quibus legitur in fabulis, & de hoc etiam scribit in parte Phisologus. Nam secundum fabulas, Sirenes tres fuerunt, ex parte virgines, & ex parte volucres, habitantes in mari, & dicebantur Sirenes, quasi trahentes. Siren enim Græcè, traho dicitur Latinè, eò quod per dulcissimam harmoniam homines auscultantes ad se trahebant, & attractos occidebant. Vna enim canebat voce humana: alia tybijs; alia in lyra sonabat, vt recitat Alexander in scintillario poëtarum. Ideo etiam recitat Phisologus hæc metra.

Sirenes sunt monstra maris, resonantia magnis
Vocibus; ac modulis cantus formantia multis,
Ad quas incautè veniunt, sæpissime nautæ.
Quæ faciunt sonitum, nimia dulcedine vocum.
Et modo naufragium, & mundo mortale periclum.
Quas qui viderunt, has tales esse tulerunt.
Quod ab umbilico sunt vt pulcherrima virgo.
Quodq; facis monstrum, volucres sunt inde dorsum.

Vlyssis cautela contra Sirenarum cantus.

Vlysses ergò transiturus per eas, tali cautela est vsus. Aures suorum sociorum obturauit cera, ne quid de harmonia audirent, & seipsum, malo nauis alligauit, & sic euasit.

MORA-

Digitized by Google

MORALITER. Vlyſſes ſapiens interpretatur, & ſignificat animam aut mentem, in qua ſapientia inhabitare debet: iuxta illud Matth. 10. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Tres autem illæ Sirenes; illecebras ſignificant corporales, quæ per diuerſas laſciuias animas trahunt ad peccatum, nauigantes per mare huius mundi. Sed mens prudens aures ſociorum ſuorum, id eſt, quinque ſenſuum corporeorum, obturare debet cera noſtræ fragilitatis, & ſeipſum alligare ad lignum crucis, quod eſt malus nauis ſcilicet pœnitentiæ; & ſic euadit, Pſalm. 131. *Beatus vir qui tenebit, & allidet parvulos ſuos ad petram.*

TERTIVM periculum eſt *cupiditas mundialis:* Hoc ſignificatur per Deam, quæ Syrtis vel Circe dicebatur. Nam ſcribit Boëtius lib. 4. de Conſo. Philoſophiæ. Metro. 3. quod Vlyſſes rediens de bello Troiano, decenn. errauit per mare: vno vero tempore vidit quandam inſulam, in qua Circes filia Solis habitabat. Ad eam applicuit & intrauit. Iſta per incantationes & carmina, miſcuit pocula quædam, per quæ omnes bibentes permutauit, ſicut voluit, à natura humana in beſtias. Ideo ſtatim ſocijs Vlyſſis porrexit, de potione ſua, & ſtatim vnum mutauit in aprum, alium in leonem, tertium in ceruum, & ſic de alijs. Vlyſſi verò dederat Mercurius, qui Deus Arcadiæ dicitur, vnum florem, cuius virtus fuit contra tales incantationes reſiſtere. Quare, nihil paſſus euaginato gladio, Magam inſequitur, & eam ad reparationem ſociorum coëgit.

V Cupiditas mundialis.

MORALITER. Iſta Maga eſt cupiditas mundialis, hæc per incantationes ſuas, homines transformat in beſtias, non corporaliter ſed mentaliter, cum eos ſpoliat ratione & manſuetudine per quæ duo homo efficitur beſtialis. Quod etiam homines in varias beſtias transformentur per ſeculi cupiditatem, patere poteſt inductiuè. Nam aliqui ſunt lupi rapaces, ſicut iniuſti milites, qui ex cupiditate auferunt bona ſuorum ſubditorum, & ſpoliant pauperes. Ideo de talibus dicit Amandus lib. 1. cap. 10. Raptores, & prædones, & eorum complices, qui pauperes dum adhuc viuerẽt, ſpoliauerunt, vel per exactiones indebitas afflixerunt, ad patibula quædam infernalia, ſuper humanam æſtimationem pœnalia, rapti, violenter ſuſpendebantur, & ibidem torquebantur, nec tamen moriebantur.

Quidam ſunt vulpes fallaces, ſicut ſubdoli mercatores, qui non ſolum vulpibus, ſed & coruis ſunt ſimiles. Nam coruus furatur quicquid poteſt abſportare & abſcondit & credit ſe alias inuenire: ſed veniunt beſtiæ & totum comedunt, ſi cibus eſt. Sic multi mercatores auariſſimi ſunt, & quicquid poſſunt lucrari, per fas & nefas, totum abſcondunt in arca, donec moriantur, & totum deuenit in manus aliorum. Ideo de talibus dicit Amandus vbi ſuprà, quod cupidi & auari in inferno ſuper modum torquebantur, & in ſoueis metallis bullientibus balneabantur, & exilire cupientes, abſq; miſericordia reintingebantur. Quidam etiam ſunt canes mordaces, ſicut falſi iudices & aduocati, & placitatores, qui contra quemlibet latrant, niſi ab eo aliquid accipiant. Ideo tales, multitudo vrſorum infernalium, & audaces leones & noui generis animalia, ira plena ignitæ beſtiæ vaporem igneum expirantes, morſu amariſſimo dilaniant, vt vidit in ſpiritu S. Amandus in horologio ſapientiæ, vbi ſuprà.

Mercatores vulpibus & coruis ſimiles.

Canes mordaces, qui?

QVARTVM periculum, eſt *dignitas temporalis:* & hoc figuratur per fallacem inſulam. Vnde dicit Phiſologus: Cete eſt bellua marina magna: hæc aliquando colligit in dorſo lutum, & ſuper illud creſcunt gramina, & herbę vireſcunt. Vnde quaſi monticulus

X Dignitas temporalis.

ticulus virens nauigantibus apparere dicitur. Qui decepti nauem applicant, vela soluunt, & ibi naues affigunt. Cum autem æstimant se in terra solida collocatos, ignem accendunt pro necessarijs decoquendis, bestia autem calorem sentiens, subito se subtrahit, & in mare se submergit, & cum eo omnes illi feruntur in profundum.

Hæc bestia MORALITER dignitatem temporalem significat, quæ ad tempus solum paruum durat, eò quod *omnis potentatus breuis est vita*, Eccles. 10. Hanc tamen simplices nauigantes in mundo desiderant, æstimantes ibi esse locum solidum & quietum. Nam vnus desiderat Episcopatum, alius comitatum, alter Abbatiam, quartus prioratum: putantes se fore felices, si status huiusmodi consequantur. Sed cum iucundius se habuerint, pacem & securitatem tantummodo cogitantes, statim repentinus interitus superueniet eis, & multò velocius descendunt ad infernum, quàm si non ascendissent talem gradum. Ista sunt quatuor pericula, quæ nauem mentis videlicet rationalis, nonnunquam submergunt. Ideo valde cautè quilibet prudens debet ea declinare, & Dominum rogare, vt possit securè ad portum æternæ beatitudinis & quietis nauigare. Sic orauit B. Augustinus in libro soliloquij, cap. 35. Felices ergò qui de naufraga vita præsenti, ad tanta iam gaudia peruenire meruerunt. Infelices heu nos & miseri, qui per huius maris magni fluctus procellosasque voragines nauem trahimus, ignorantes, an ad portũ salutis peruenire valeamus. Infelices inquam, quorum vita est in exilio, via in periculo, finis in dubio; nescientes finem nostrum, quia omnia in futurum reseruantur incerta. Adhuc in pelagi fluctibus versamur, suspiramus ad portum. O patria nostra, patria secura, à longè te videmus. Ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus; & nitimur cum lacrymis, si quo modo ad te perueniamus. Spes humani generis. CHRISTE, Deus de Deo, refugium nostrum & virtus, cuius lumen à longè inter caliginosas nebulas super maris procellas, quasi stellæ maris radius oculos irradiat, vt dirigamur ad portum, guberna Domine nauem nostram tua dextera, clauo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquæ, neque absorbeat nos profundum, sed virtute crucis tuæ, trahe nos ab hac pelago ad te solamen vnicum nostrum, quem à longe quasi stellam matutinam, & solem iustitiæ, vix lacrymantibus
Psal. 64. oculis, in littore cœlestis patriæ nos exspectantem videmus. *Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ: & in mari longè.* In mari turbulento versamur: tu in littore stans, aspicis pericula nostra: saluos nos fac propter nomen tuum. Da nobis Domine inter scyllam & charybdim ita tendere & tenere medium, vt vtroque periculo euitato, salua naui & mercibus securi perueniamus ad portum. Quod nobis concedat Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Cum irruerent ad Iesum, vt audirent verbum Dei. Lucæ 5.

Secun-

Digitized by Google

SEcundum naturales aliqui sunt pisces qui semper in aquis commorantur, & nunquam consueuerunt exire; & cum exeunt, statim moriuntur; vt sunt haleca. Quia quatuor sunt animalia quæ in puris elementis ducunt vitam, vt talpa in terra, chamæleon in aëre, salamandra in igne & halec in aqua. Alij autem pisces sunt, qui de die in aquis sunt, de nocte ad pascua exeunt, vt sunt cancri & anguillæ. A

Sic MORALITER loquendo sunt quidam peccatores homines, qui semper morantur in aquis voluptatum, & dicunt se talibus non posse carere, vt patuit supra in sermone 36. R. Et tales in tantum se in illis occupant, & inuoluunt, quod ab eis difficulter reuerti possunt. Cum secundum Philosophum, difficile est consueta relinquere, & consuetudo est quasi altera natura, id est, alterat eam, sic quod interdum in his voluptatibus obeunt, & decedunt, sicut prædixit propheta Ioelis. cap. 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Quid sunt iumenta nisi luxuriosi & voluptuosi peccatores, qui ad similitudinem irrationalium, viuunt in delicijs: contra quos dixit Dominus in Psal. 31. *Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus:* & cum sic in eis viuunt. Quia dicit Gregorius in moralibus, exponendum prædictum verbum Prophetæ Ioelis lumenta in stercore putrescere est, homines in fætore luxuriæ vitam finire. Luxuriosi iumentis cõparantur.

Alij autem sunt peccatores, qui in die, id est, in tempore prosperitatis sunt in aquis delitiarum, sicut Salomon de quo Eccli. 47. *Collegisti quasi aurichalcum aurum, & inclinasti fœmora tua mulieribus.* Sed in aquis voluptatis non manent in nocte aduersitatis, sed exeunt ad pascua sacræ scripturæ & verbi Dei: quia sciunt dictum B. Gregorij 16. moral. cap. 9. In verbis sacræ scripturæ epulis satiati, tot delitias inuenimus, quot ad profectum nostrum intelligentiæ diuersitatis accipimus, vt nos modo nuda pascat historia; modo sub textu literæ velata, medullitus nos reficiat moralis allegoria; modo ad altiora suspendat contemplatio, in præsentis vitæ tenebris iam de lumine æternitatis intermicans. Hæc Gregor. Propter quod isti homines irruerunt ad Iesum, vt audirent verbum Dei, vt dicunt verba præassumpta. In quibus duo tanguntur. *Primo*, diligens populi acquisitio, ibi; *Cum turbæ irruerent. Secundo*, appropinquationis causa & ratio, ibi; *Vt audirent illum.*

De PRIMO est NOTANDVM. Ciues alicuius ciuitatis, si habent aliquem dominum honorosum, hunc visitant, ad ipsum libenter appropiant & accedunt. Si autem se habeat per contrarium, ad ipsum accedere verentur. Quis honorosior, quisue amarosior Domino nostro Iesu Christo? Certè nullus, vt ait Robertus Holkot super lib. Sap. lect. 135. Nomen eius, videlicet Iesus, est nomen honoris & excellentiæ, nomen amoris & beneuolentiæ, nomen valoris & omnipotentiæ; propter quod turbæ ad ipsum irruerunt. PRIMVM igitur est nomen *honoris & excellentiæ*: de quo dicitur ad Philip. 2. *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Illud autem nomen Iesus competit Christo triplici ratione. B Quale nomen, IESVS

Noua nomina triplicitèr assumuntur.

PRIMO, *ratione adeptæ dignitatis.* Nàm omnis persona, quæ creatur in Papam, eligit sibi nomen, & tale inquam nomen, quod virtutem, bonitatem, modestiam, repræsentat, quasi diceret: qualitercunque fui temporibus retroactis, rigidus vel iniustus, negligens vel seuerus, ero deinceps pietate modestus, & virtute regulatus. I.

Et si pietatem postea opere exerceat, populi multitudo sedem Romanam visitat, vt indulgentiam ab eo accipiat peccatorum.

SPIRITVALITER. Cœlestis pater dedit Christum in summum Pontificem & Papam, vt præesset tam Ecclesiæ militanti, quàm triumphanti, sicut testatur Apostolus ad Ephes. 1. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*, scilicet militantem & triumphantem, *quæ est corpus*, scilicet mysticum ipsius. Ideò decuit vt tale nomen haberet, quod clementiam ostenderet, & populum ad se appropinquare faceret, ad indulgentiamq; peccatorum petendum prouocaret. Et hoc est nomen Iesus, id est, Saluator. *Ipse enim saluum fecit populum suum à peccatis eorum.* Matt. 1.

II. SECVNDO ratione *celande veritatis*. Solent nonnulli nomina alia sumere, cum volunt in ciuitatem illam, in qua dominantur inimici eorum, intrare, vel extraneo nomine se nuncupare, ne eorum conditio alijs innotescat. Et tamen si quos dilectos quis habeat amicos, ad ipsum veniunt; ita tamen quod ipsum non manifestant; Sicut Christus filius Dei, ante incarnationem, diuersa nomina habuit. Nam Isa. 9. dictus fuit. *Mirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.* Sed cum intrauerit mundum istum corporaliter, in quo erant dæmones, qui grauiter inimicantur, & in eo plurimum dominantur, voluit se occultare ne ab eis deprehenderetur, & nomen aliud, scilicet Iesus, assumpsit: & sic adeo cælatus inimicis suis dæmonibus fuit, quod nullus, an filius Dei fuerit veraciter agnouit.

C Similiter Pharisæis & Iudæorum principibus ignotus exstitit. Iuxta illud 1. Cor. 2. *Loquimur Dei sapientiam*, id est, prædicamus Dei filium, *qui est virtus & sapientia patris, quem nemo principium huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Actuum. 13. *Qui* inquit Paulus, *habitant Hierusalem* scilicet quantum ad vulgum, *& principes* quantum videlicet ad maiores *eius hunc Iesum ignorantes petierunt a Pilato vt interficerent eum.* Ecce enim quod inimici eum non cognouerunt, quantum ad sonum huius scripturæ. Sed deuoti sui amici eum cognouerunt & ad ipsum accesserunt. Similiter turbæ deuoti populi, propter eius salutiferam prædicationem ad ipsum irruerunt, vt dicunt verba thematis.

Vtrum Sacerdotes Christum filium Dei esse cognouerint.

Sed contra hoc, videlicet de cognitione, dicet aliquis. Videtur quod principes sacerdotum cognouerunt Christum filium Dei esse, iuxta illud Matt. 21. & Marc. 12. *Hic est hæres.* Vbi dicit Hieronymus & manifestè probat Dominus his verbis: Iudæorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam filium Dei crucifixisse. *Respondet* Magister Nicolaus de Lyra super Act. 13. quod Principes, qui fuerunt literati, per scripturas, quæ prædictæ erant de Christo, & per eius opera cognouerũt. *Primo*, de Iesu Nazareno quod ipse erat Christus, in lege & Prophetis promissus; secundum illud, quod agricolæ dixerunt: *Hic est hæres.* Sed quia incepit prædicare contra eorum vitia publicè, ceperunt contra eum inuidiam & odium; & sic in eis fuit subuersa dicta notitia: quia corruptio affectionis, corrumpit iudicium rationis & in augmentum suæ malitiæ, deceperunt simplicem populum, inducentes vt peterent mortem Christi Matth. 27. *Ad dictum* autem Apostoli ad Corinth. dicitur, quod non cognouerunt filium Dei tempore passionis, sicut ante cognouerunt, quia in eis obfuscata fuit cognitio, secundũ illud Psal. 57. *Supercecidit ignis*, scilicet inuidiæ & odij. *& non viderunt solem*, iustitiæ. *Ad dictum* autem Actorum, vbi suprà, eodem modo respondetur, quod Principes ignorantes Iesum, videlicet tempore passionis, esse Christum verum

Digitized by Google

verum Deum, licet ante cognouerunt: nec tamen talis ignorantia eos excusabat, sed magis aggrauabat, eo quod ex malitia procedebat.

TERTIO, hoc nomen conuenit Christo scilicet Iesus ratione *patratæ probitatis.* D
Nam propter certas probitates quas aliqui faciunt, nomen sibi inde assumunt, sicut III.
legitur de quodam Romano, nomine Lucio Manlio Torquato: hunc quidam Gallus ad singulare certamen prouocauit. Igitur cum eo congressus, ipsum occidit & torquem aureum, quem in collo gestabat, auferens, sibi ipsi imposuit. A quo facto nomen Torquati tam sibi, quàm suis posteris acquisiuit, vt postea diceretur Manlius Torquatus. Sic etiam propter auctam magnifice Romanis Rempublicam, Octauianus Augustus dicebatur. Sic etiam Christus, ratione patratæ probitatis, quam fecit sanguine proprio, redimendo genus scilicet humanum, & saluando, nomen Iesus accepit, qui prius diuersis nominibus vocabatur. Nam statim effuso modico sanguine in circumcisione; qui fuit quasi pignus & arrha completæ redemptionis futuræ, impositum fuit sibi illud nomen IESVS, secundum quod prædixit Isa. 62. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Ideo dixit Euangelista Luc. 2. *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, prinsquam in vtero conciperetur:* & propter illud nomen populi ad eum irruerunt, vt saluarentur.

Sed quare populi ad ipsum irruerunt? Quia est nomen amoris & beneuolentiæ. E
De quanto enim quis est amorosior & beneuolentior populo suo, tanto magis visitatur ab eo. Sic fuit de Iesu erga populum pauperem: quare eum desiderabant iuxta illud Isa. 16. *Nomen tuum & memoriale in desiderio animæ: anima mea desiderabit te in nocte,* scilicet peccati. Quia secundum Bernardum: Hoc nomen Iesus, est mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Hoc bene sensérat B. Ignatius, qui tormentis expositus, nomen istud semper sonabat. A quo cum pagani quærerent, quare ita incessanter illud nomen inuocaret? Respondit, quod sic in corde scriptum haberet, quod illud tradere obliuioni non valeret. Cum igitur occisus fuisset, cor de corpore extraxerunt, & semper in vnaquaq; particula hoc nomen IESVS scriptum inuenerunt. Illud nomen B. Paulus ita amauerat, & sibi impresserat, vt cum caput eius à corpore decollatum esset, manifestè ter voce clara Iesus proclamaret: Qui etiam nomen Christi sub isto termino, Iesus vel Christus in suis Epistolis quingentis vicibus replicauit. Huius etiam nominis amorem, sibi Apostoli impresserant, quod pro eo contumelias & opprobria pati se gaudebant Act. 5. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Ita etiam populus communis hoc nomen Iesus diligebat, vt etiam ad loca deserta eum sequerentur: sicut refert Lucas cap. 4. *Quod Iesus egressus ibat in desertum locum, & turba requirebat eum, & irruerunt vsque ad ipsum, & detinuerunt illum ne discederet ab eis.* Et in præsenti Euangelio dicitur, quod circa stagnum Genezaret, non reliquerunt eum. *Tertio,* ideò irruerunt ad ipsum, quia Iesus est nomen valoris & omnipotentiæ. Videmus enim, quod cum aliquis dominus potens & validus multos habet sequaces, quia securius defenduntur ab eo contra hostes. Sic Christus quia validus est & omnipotens, ideò à turbis frequentabatur, vt essent cum eo securi: quia huic nomini nihil nociuum, vel diabolicum, vel phantasticum, potest resistere, si dignè contra dæmones proferatur. Vnde Marc. 16. *In nomine meo dæmonia eijcient.*

IESVS nomen amoris.

Nominis IESV valor & omnipotentia.

Vnde

F

IESV nomẽ præsidium contra dæmones.

Vnde narratur, quod quidam gentilis ad fidem nostram conuersus fuisset, dæmones sibi inuidentes eum mirabiliter infestauerunt, visibiliter frequenter verberauerunt. Iste ad doctrinam cuiusdam sancti viri, in quatuor angulis linteaminum suorum, fecit nomen sanctum Iesus inscribi, & ex tunc quoties cameram intrauerant, stantes à remotis, dixerunt: ha, IESV, ha IESV: sed ad lectum nullatenus appropinquare valebant. Igitur conuersus hoc videns, scripsit hoc nomen, & ad quandam lanceam appendit, & quoties ad eum molestandum venerunt, lanceam cum nomine eis obiecit, & sic ab eis exstitit liberatus. Ideo & istæ turbæ ad Iesum irruerunt, vt ab eo à diabolo liberarentur, vel ideo, vt saluarentur. Quia dicitur Ioel. 2. *Quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit.* Illius nominis visa virtute Dionysius Areopagita conuersus est ad fidem.

Causſa conuersionis Dionysis Areopagitæ.

Refert etiam Magister in historia super Acta Apostolorum, quendam cœcum coram Paulo & Dionysio in Athenis transire. Dixit ergo Dionysius Paulo: Si dixeris huic cœco: In nomine Dei tui vide, & sic viderit, ego statim credam. Sed ne vtaris magicis verbis: quia forte nosti verba, quæ habent talem efficaciam; ego præscribã tibi formam verborum. Hanc, inquit, formam verborum dicas. In nomine IESV Christi nati de virgine crucifixi, mortui, qui resurrexit & ascendit in cœlum, vide. Sed vt omnis tolleretur suspicio, Paulus præcepit Dionysio, vt ipse eadem proferret verba. Quo facto, qui fuerat cœcus, vidit. Et quia istæ turbæ erant spiritualiter cœcæ, ideo vt à IESV illuminarentur, ad ipsum accesserunt, & vt ab eo saluarentur. Quia Act. 4. dicitur. *Nec enim est aliud nomen sub cœlo, datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri.* Et tantum de PRIMO, *Turbæ irruerant.* Quantum ad SECVNDVM ponitur in verbis thematis appropinquationis causa & ratio, vbi dicitur. *Vt audirent verbum Dei:* quia hæc fuit principalis causa, quod ad Iesum irruerunt.

Secũda pars concionis.

G

Verbũ Dei quare libenter audiendum.

Circa, quod NOTANDVM verbum Dei exemplo illorum hominum est libenter audiendum.

I. Liquefacit mentem aridam.

PRIMO, quia verbum Dei habet vim liquefactiuam; quia mentem frigidam & aridam in deuotionem resoluit. Sæpe enim boni homines frigidi sunt & indeuoti, qui audiendo verbum Dei liquescunt. Sicut Canticorum. 5: dilecta Christi anima inquit. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Sic & multi prædicatores loquentes verbum Dei liquefiunt, & hi resoluuntur in lacrymas. Ideo dicit Psalm. 147. *Emittet verbum suum & liquefaciet ea,*

II. Mundat à sordibus.

SECVNDO, habet virtutem mundatiuam: quia sicut aqua corporalis mundat à sordibus, sic aqua spiritualis, videlicet verbum Dei, hominis animam mundat à peccatis. De hac aqua salutari, dicit Dominus per Ezech. 38. *Effundam super vos aquam mundam*, id est, doctrinam veram, non falsitatis luto permixtam, *& mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Et hoc patet de Apostolis electis, qui per verbũ Christi mundati, testimonium eis ferente Christo, Ioan. 15. *Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.* Et sicut hic homines per verbum Dei mundantur, sic & hic & ibi in futuro seculo beatificantur. Matth. 5. *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.*

III. Inflammat ad amorem Dei.

TERTIO, habet virtutem inflammatiuam; accendit enim ad maiorem amorem Dei, vt dicit Ambrosius. Ideò ignitum dicitur. Psalm. 118. *Ignitum eloquium tuum vehementer & seruus tuus dilexit illud.* Qui autem serui sunt diaboli, illud non diligunt;

Digitized by Google

gunt; propter quod frigidi remanent, nec inflammantur. De hac etiam virtute verbi Dei dicit CHRISTVS, Hiere. 23. *Verba mea quasi ignis.* Et hunc quidem ignem venit mittere in terram, Lucæ 12. *Ignem veni*, inquit, *mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?* Vbi dicit Gloſſa. Vrit ſermo diuinus, vt conſcientias corrigat peccatoris, ſed non vrit, vt perdat; ſicut *rubus quem viderat Moyſes vrebatur, & non comburebatur*, Exodi 3. Hoc igne calefacti ſunt Cleophas & Almon ex verbis CHRISTI, cum ambularet cum eis, & exponeret ipſis Prophetas & ſcripturas: Ideo dixerunt: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via:* quaſi dicerent, ſic. Lucæ 24.

QVARTO, verbum Dei habet virtutem illuminatiuam, iuxta illud Prouerb. 6. *Mandatum Dei lucerna eſt, & lex lux.* Et Pſal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Verbum enim Dei eſt lucerna, lucens pedibus animæ; & hi ſunt intellectus & affectus, vt dicit gloſſa ſuper Cantica; quia his anima graditur, & aliqualiter attingit æterna. Nam ſicut ſtella lucida, Magos ducit ad inueniendum Chriſtum, ſic verbum Dei ducit hominem ad inueniendum regnum cœlorum. *IV.* Illuminat intellectum.

QVINTO, verbum Dei habet diſcipulatus Chriſti virtutem cauſatiuam, quia facit hominem diſcipulum Chriſti; iuxta illud Ioan. 8. *Si ſermonem meum ſeruaueritis, verè diſcipuli mei eritis.* Sed circa hoc dicet aliquis. Ex quo verbum habet virtutem inflammatiuam, mundatiuam, & illuminatiuam; Vnde ergo eſt hoc; quod multi accedentes ad audiendum illud non mundantur, inflammantur, nec ſunt diſcipuli Chriſti? *Reſpondetur*, quod hoc non prouenit ex defectu verbi Dei, ſed ex defectu audientium. Sicut videmus in igne materiali, qui ſemper calefacit, quantum in ſe eſt; ſed ſi calefactibile eſt nimis elongatum, vel aliquid interpoſitum, vel fortè calefactibile eſt indiſpoſitum, tunc impeditur actio. Sic in propoſito, tribus modis accidit impedimentum, ne auditor accipiat virtutes verbi Dei. *Vno modo*, quando ad ignem verbi Dei debite non appropinquat, ſcilicet corpore: *Vel ſaltem* corde ſe ab eo elongat: ſicut ille qui *in corde paſſionibus* vel cogitationibus grauatur, eſt inutilis verbi Dei auditor. De primo dicitur; Ethic. 1. paſſionum ſectatores ſunt inutiles Philoſophiæ auditores. De ſecundo, dicit Euſtratius ibidem: Vinculo malarum cogitationum grauatus, & à paſſionibus detentus, & ad terram aſpiciens, ad bonum aſpicere non poteſt, neque in cognoſcendo, neq; in agendo. *Secundo*, quando quis inter iſtum ignem & inter ſe, magnum ponit obſtaculum per peccatum mortale; & iſte non poteſt percipere verbi Dei efficaciam & virtutem, quia dicit Chryſoſtomus. Spiritualis cæcitas eſt malitia. Sicut autem cœcus non poteſt inſpicere in ſplendorem luminis, ſic nec poteſt homo intelligere malignus opera pietatis. Quia dicitur, Sap. 1. *In maleuolam animam non introibit ſapientia.* H V. Facit hominem diſcipulum Chriſti. Reſponſio. Virtus verbi Dei impeditur. 1. 2. I

Tertio, quando per longam conſuetudinem peccandi, homo eſt ita congelatus, quod ad ignem verbi Dei liquefieri non poteſt. Eſt ergo NOTANDVM, quod Doctores ponunt triplicem differentiam inter homines. *Quidam* ſunt in malitia indurati. *Alij ſunt* fragilitate humana peccatis implicati. *Tertij ſunt* bonis ſpiritualibus profectibus intenti. PRIMI, nequaquam ad auditionem verbi Dei ſunt idonei, quia fiunt duriores; ſicut figuratum eſt in Exodo in Pharaone, cuius legitur *cor induratum* fuiſſe. Et ideo quando Moyſes & Aaron ei loquebantur verba Dei, ad literam, ſemper deterior factus fuit, & populum Dei plus afflixit. Ideo de talibus dixit Dominus, Matth. 3. Triplex hominum differentia. *I.* Quidam ad verbum Dei audiendum non ſunt idonei.

Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus, nec margaritas proijcere ante porcos*, vbi dicit Chrysost. Canes, significant homines hic in impietatem corruentes, spemq; conuersionis omnino in melius non habentes. Porcos verò in luto luxuriæ commorantes, quos super huiusmodi doctrina pronunciat indignos: Fiunt quippe peiores, dum veritatem audiunt, vel impugnant, vel vili pendunt. Nam dicit Augustinus super eodem verbo: Per canes impugnatores veritatis intelliguntur, & per porcos contemptores: & vtrumque animal immundum est. *Animalis enim homo non percipit ea, quæ Dei sunt*, 1. Cor. 2. Et ponit exemplum Chrysostomus super Matth. 22. Quemadmodum, inquit, si aliquis agricolę non habenti voluntatem pugnādi, exponit bellicam disciplinam; aut è contra viro bellatori nolenti colere terras, agriculturam exponit. Sic tota die audiat verba expositionis, nihil intelliget aut comprehendere potest, quia nec habet desiderium disciplinæ illius.

2. Alij cum vtilitate audiunt verbum Dei.

SECVNDI autem possunt, debent diligenter audire verbum scilicet Dei. Nam est medicina contra morbum peccati; iuxta illud Sap. 16. *Neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanauit vniuersa:* & malagma est tertiæ declinationis & est medicamentum; & sic dicitur, quia sine igne marcetur, id est, conteritur: quia herbæ vel species ex quibus fit, non decoquuntur, sed teruntur. Vtile est peccatoribus audire verbum Dei, quia vt dicit Eustratius Commentator super 1. Ethicorum. Neque enim prauis omnino est inutilis auditio scientiæ moralis. Si enim non confestim eis ex ipsa profectus obueniant, cognoscent tamen in quanto malo deprehensi sunt, & quàm longè sint à meliori.

K

3. Quibusdam est verbum Dei medicina. Bonorum hominum triplex status. Incipientes.

TERTII etiam sunt boni, & debent audire verbum Dei, vt conseruentur in bono, & ad meliora dirigantur. Sicut enim medicina corporalis *vno modo* consideratur, vt est curatiua ægritudinis. *Alio modo*, vt est præseruatiua sanitatis: Sic verbum Dei quod est medicina animæ, *vno modo* curat peccatorum ægritudines; *alio modo* habet conseruare bonos in bono, & eos ad meliora dirigere. Isti autem boni sunt in triplici statu. Quidam enim sunt incipientes, quidam proficientes, quidam perfecti. *Incipientibus* enim conuenit verbum Dei, vt erudiantur; & illis verbum est, vt lac, vt dicit Apostolus ad Hebr. 5. *Quibus lacte opus est non solido cibo.* Talibus dicit Apostolus, 1. Petri 2. *Quasi modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite*, id est, simplicem doctrinam. Cuius contrarium faciunt quidam simplicem doctrinam spernentes, & subtilia audire quærentes, quibus plerumque accidit sicut infantibus, quibus si ministretur cibus grossus & solidus, strangulantur potiùs quàm nutriantur.

Proficientes.

Item *proficientibus* conuenit audire verbum Dei, vt dirigantur in via profectus spiritualis. Vnde in Psal. 118. In persona iusti proficientis dicitur: *Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.* Ipsis etiam congruit verbum Dei audire, quia habet vim defensatiuam & confortatiuam: quia proficientes indigent in bono proposito defendi & confortari. *Primo*, enim habet virtutem *defensatiuam*; est enim quasi gladius animæ, secundum Apostolum ad Ephes. 6. *Sumite scutum fidei, & gladium spiritus, scilicet quod est verbum Dei*: per hoc enim quasi per gladium, quis à se fugat hostem. Nam Saluator cum tentaretur à diabolo, huiusmodi gladio vsus est, verba sacræ scripturæ obijciendo, dicens: *Scriptum est enim: Non in solo pane viuit homo, &c.* Matth. 4. Et ideo dicit Bernardus. Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei, & in eo facilè triumphabis. *Secundo*, etiam habet virtutem *confortatiuam & r[illegible]*

Digitized by Google

quia reficit animam. Vnde Gregorius Plus est pabulo verbo Dei viciuram in perpetuum animam reficere, quàm ventrem morituræ carnis terreno cibo saturare.

L
Perfecti. Triplex vis verbi Dei.

Item *perfectis* congruit audire verbum Dei, vt amplius proficiant. Nam verbum Dei, quoad perfectos, triplicem habet virtutem. *Primo*, habet vim *sursum tractiuam*, quia mentem ab affectu terrenorum sursum trahit ad amorem supernorum. Vnde sponsa Canticorum 1. cum dixisset; *Oleum effusum nomen tuum* nomen sponsi, vt oleum effusum, est verbum Dei menti dulciter infusum, subdit. *Trahe me post te, &c.* De hoc Psal. 28. *Vox Domini præparantis ceruos.* Ceruus saltat, & ad fontem aquæ sitit, per quem intelligitur deuota anima, quæ saltat eleuando se à sordibus & vepribus terrenorum, & sitit desiderio cœlestium gaudiorum. Et signanter dicit, *præparantis ceruos*, quia vox Domini id est, verbum Dei, animam sitibundam ad hunc saltum disponit & præparat: Talis ceruus fuit Apostolus, qui dicebat ad Philipp. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Et similiter Augustinus in libro meditationum: Felix, inquit, anima, quæ terreno dissoluto corpore, liberè cœlum petit. Quando videbo Deum meum, quem sitit anima mea: quando videbo eum in terra viuentium? Videri enim non potest à mortalibus oculis. Quid faciam miser ego, graui compede mortalitatis meæ afflictus? Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Nihil mihi dulce quàm cum Domino meo esse.

Ceruus deuotam animam significat.

Secundo, verbum Dei quantum ad perfectos habet *vim penetratiuam*, quia penetrat mentem vsque ad diuisionem animæ & spiritus, iuxta illud Hebr. 4. *Viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus.* Quia Augustinus in libro de spiritu & anima declarat, quomodo hæc diuisio fiat. In hac, inquit, diuisione animæ, & quod animale est, in imo remanet. Spiritus autem, & quod spirituale est, ad summa euolat: ab infimis diuiditur, ad summa eleuatur; ab anima scinditur, vt Deo iungatur: quomodo? *Qui adhæret Deo, vnus spiritus efficitur cum illo*, 1. Corinth. 6. Felix diuisio, mirabilis separatio, vbi quod corpulentum est & fœculentum, deorsum remanet, & quod spirituale & subtile, vsque ad speculationem diuinæ maiestatis sublimatur.

Tertio, habet *vim illuminatiuam.* Quando enim mens fuerit sursum tracta & spiritus diuisus anima, tunc spiritus, ne in nubilo proprij hominis erret, indiget illuminari lumine alterius, quod fit per verbum Dei; quo lumine illustratus dixit Propheta: *Declaratio sermonum tuorum illuminat*, Psal. 118. & 18. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo quartus.

Laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cæpimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Luc. vbi suprà, Aristot. libro 10. animalium.

M DElphines sunt pisces marini, ad instar porcorum dispositi, qui voces hominum sequuntur, & ad vocem simphoniæ congregatim conueniunt, quia in harmonia delectantur. Habent etiam quandam amicitiam ad homines, nec timent eos; imo sæpè eis obuiant, & circa nauim natant. Ideo refert Albertus lib. 22. De animalibus de quodam puero, qui sæpè iuit ad littus maris, & dum comederet panem, venit Delphinus, cui puer sæpè proiecit panes, & Delphin cœpit diligere puerum in tantum, quocunque puer ibat in littore, eum sequebatur, & quasi alios paruulos prouocauit ad puerum, & sæpius venerunt quàm plures de mari ad littus, & exspectabant puerum. Contingebat quodam sero, quod puer volebat ire domum, & Delphin sequebatur eum, & tantum amorem concepit in puerum, quod puer ascendebat Delphinum, & portabat secum ad mare puerum. Sed mox reportabat eum ad littus, & mansit cum puero, quod tandem captus est. Ex hoc patet amor, quem habent ad homines.

Delphini amor erga homines.

MORALITER. Per hos pisces, videlicet Delphines significantur boni & deuoti homines qui voces prædicatorum sequuntur, in dulcedine verbi Dei delectantur, & ad ipsum audiendum conueniunt. Quia, *qui ex Deo est, verba Dei audit*, Ioan. 8. qualis fuit Dauid, qui ait Psalm. 108. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Et sicut isti boni homines libenter audiunt verba DEI, sic etiam amicitiam proximi, iuxta exhortationem Apostoli Petri in Epistola hodierna, 1. Petri 3. *Omnes vnanimes fraternitatis amatores.* Natant etiam circa nauem pœnitentiæ, quæ est secunda tabula post naufragium, vt habetur de pœnitentia distinct. 1. cap. 2. Secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri. Super hanc nauem currunt de virtute in virtutem, de vno opere in aliud. Quia dicit Beda in *homilia*; Nos cum omni studio contendere debemus, id est, bonis semper operibus alius alium præcedere, cum omni humilitate, sicut boni serui, in charitate non ficta, in verbis charitatis, in virtutibus sanctis, in innocentia, in continentia, in castitate, in ieiunijs, in vigilijs, in orationibus, & cæteris virtutibus, vt nobis dici possit illud: *Ibunt de virtute in virtutem sancti & electi Dei.* Hæc Beda. Et talibus iubet CHRISTVS prædicare, quia faciliter à piscatoribus verbi Dei capiuntur, ideo dicit. *Laxate retia vestra in capturam.* In præsenti Euangelio quatuor principaliter describuntur. *Primo*, verbi Dei virtualis efficacia. *Secundo*, prædicatorum doctrinalis scientia. *Tertio*, auditorum filialis obedientia. *Quarto*, malorum damnabilis astutia. In eo, quod turbæ irruerunt, vt audirent verbum Dei, describitur verbi Dei virtualis efficacia.

N VBI NOTA, B. Augustinus, 1. quæst. 1. cap. Interrogo, declarat quod verbum Dei non est minoris efficaciæ, quàm sacramentum Eucharistiæ, dicens: Interrogo vos fratres & sorores, dicite mihi; quid vobis plus esse videtur, corpus Christi, an verbum Dei? Quasi diceret, quod horum est maioris efficaciæ, quo ad salutem, prædicatio, quæ plures conuertit, & plus facit compungi homines. *Et subdit.* Si vultis verum respondere, hoc dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, id est, non minus prodest quàm corpus CHRISTI. Et ideo quanta solicitudine obseruamus, quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil de manibus nostris in terram cadat; tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod erogatur nobis, dum aliud, aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat; quia non minus reus erit, qui

qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui sua negligentia corpus Christi in terram cadere permittit. Et dicit Archidiaconus in rosario super eodem verbo: Non enim minus prodest prædicatio, quàm corpus Christi, de consecr. dist. 1. Quando autem. Quia per prædicationem dimittuntur mortalia, per corpus Christi autem venialia solum. de consecr. dist. 2. ca. Iteratur. Et ita videtur plus prodesse. Et ponit Archidiaconus Guido in rosario nouem efficatias verbi Dei; Versus:

Verbum Dei nouem virtutes.

Conterit & frangit, liquefit, fert, vinificatq́,
Vulnerat & sanat, ebibit illuminatq́.

I. Conterit.

PRIMO, ergo verbum Dei *conterit* per dolorem, quo interdum fit quod prædicatore prædicante, populus attendens exprobrationem peccatorum suorum, in corde conteritur per dolorem: & hunc dolorem ostendit etiam per lacrymarum emissionem. Sicut figuratum est Iudic. 2. vbi legitur quod *angelus domini ascendit de Galgalis ad locum flentium, & ait ad filios Israël. Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram pro qua iurani Patribus vestris; & pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum, quod pepegi vobiscum, in sempiternum; ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam: cur hoc feciſtis? Quamobrem nolui eos delere à facie vestra: vt eos habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Cumque loqueretur angelus Domini verba hæc ad omnes filios Israël eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt. Et vocatum est nomen loci illius, Locus flentium, siue lacrymarum: immolauerunt́q́ ibi hostias Domino.* Ecce quomodo ad prædicationem angeli filij Israël contriti sunt per dolorem. Sed qui per angelum designantur sunt prædicatores & sacerdotes, qui sæpe in sacra scriptura angeli nominantur, Malachiæ. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia angelus Domini exercituum est.* Et 1. Cor. 6. *Mulier debet habere velamen propter angelos,* id est, propter verecundiam sacerdotum. Cum igitur isti angeli annunciant populo Dei, qui vident Deum clarius, quàm infideles, per fidem, multoties compunguntur corde, & in lacrymas resoluuntur, audientes peccata sua, vt sic cor contritum & humiliatum Deus non despiciat. Psal. 50.

Prædicatores angeli nominantur.

II. Frangit corda.

SECVNDO, verbum Dei *frangit corda* nostra per timorem. Figura Ionæ. 3. vbi legitur, quod Dominus præcepit Ionæ, vt iret ad Niniuen ciuitatem magnam, ibique prædicaret verbum Dei populo, quod & fecit, dicens: *Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur.* & populus timuit, & credidit verbis eius, & pœnituerunt, & se saccis à maiore vsque ad minorem induerunt & ieiunium indixerunt. Ionas interpretatur qui donatus est à Deo, & significat quemlibet prædicatorem qui donari debet populo, & mitti à Deo. Hic cum prædicat populo pœnas futuras, quas propter peccata patientur, statim timore franguntur & incipiunt pœnitere, qui in peccatis diutius iacuere, quia dicit Dominus per Ierem. 23. *Nonne verba mea quasi ignis ardens, & quasi malleus conterens Petram,* id est, durum peccatorem conterens, cuius cor induratum est quasi lapis Iob. 41.

III. Liquefacit per amorem.

TERTIO, verbum Dei *liquefacit* per amorem, sicut patet de Maria Magdalena de qua canitur, *Liquefacit in lamentum verbum missum cœlitus:* ita Canticorum. 5. dicitur, *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Ideò etiam dicit Psal. 21. *Factum est cor meum, tanquam cera liquescens.* Et dicit Archidiaconus, quod istos tres effectus habet contra cordis duritiam.

Digitized by Google

IV. Trahit sursum animã.

QVARTO, animam *trahit sursum* per desiderium De hoc supra sermone præcedente. 49. R.

V. Vinificat.

QVINTO, verbum Dei *vinificat*; iuxta illud Prouerb. 4. *Custodi verba mea & viues*, scilicet spiritualiter in anima. Et Ioan. 8. *Qui sermonem meum seruauerit, mortem* (scilicet spiritualem & æternalem) *non gustabit.* Ideò dicit Bernard. super illo verbo Ioan. 5. *Venit hora, quando qui in monumentis sunt*, id est, peccatis mortui, *audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent.* Si, inquit mortuus fueris in peccatis, viues si vocem filij Dei audieris.

VI. Vulnerat timoris & amoris vulnere.

SEXTO, *vulnerat* aliquando vulnere *timoris*, aliquando vulnere *amoris*: per primũ, vt resipiscat à malo; per secundum, vt operetur bonum. Et iste gladius penetrabilior est, omni gladio ancipite, in quo triumphat qui ipsum accipit. Ideò dicit Bern. Accipe gladium spiritus, quod est verbum Dei, & facile triumphabis in eo.

VII. Sanat.

SEPTIMO, *sanat* iuxta illud, Sapient. 16. *Sermo tuus Domine sanat animam.* Ideo dicit Psal. 106. *Misit verbum suum & sanauit eos.*

VIII. Ebibit mundi delectationes.

OCTAVO, verbum Dei *ebibit* delectationes huius mundi, vt homo has non curet, sed in Deo delectetur sicut Dauid, qui ait: *Memor fui operum Dei, & delectatus sum.* Psalm. 76.

IX. Illuminat hominem.

NONO, *illuminat*, quia facit hominem peccata sua cognoscere. Ideo dicit Gregor. 63. dist. cap. Si rector. Clauis apertionis, est sermo correctionis, vel interrogationis.

O Pars secunda Concionis.

Quantum ad SECVNDVM, ponitur in præsenti Euangelio prædicatorum *doctrinalis scientia* cum dicitur, *Laxate retia vestra in capturam.* Vbi nota, per retia significatur sacra scriptura, quæ figurata est. 3. Reg. 7. vbi legitur, quod Salomon accepit Hiram de Tyro, qui ædificauit in templo duas columnas, & superduxit eas capitellis ad modum retis, & catenarum. Duæ columnæ, duo testamenta sunt, vetus & nouum, quibus innitatur, domus Domini. Retia siue catenæ, sunt sententiæ, sermones & auctoritates. Hoc rete laxari debet, id est, extendi ad capiendos pisces totales, scilicet homines, de quibus Abacuc. 1. *Facies hominis quasi pisces maris*: Nam sicut piscis in mari natitat, sic homo in mundo diuagatur.

Retia sunt sacra scriptura.

Prædicatoris retia spiritualia, quæ?

Sed est NOTANDVM, quod piscator qui vult pisces capere, necesse debet rete habere, alias videtur in vanum laborare. Sic prædicator, qui est spiritualis piscator hominum rationaliũ, debet habere retia scientiæ & sacræ scripturæ principaliter. Nam sicut piscator non habens retia, non potest capere pisces; sic qui scientiam non habet, aut sacram scripturam, quomodo capiet homines prædicando, ac etiam confessiones audiendo? Quia in confessione ita benè informandi sunt homines, sicut in prædicatione; & quia nihil dat, quod non habet, vt Extra de solut. cap. Odoardus.

Ignarus alios non conuertit, sed peruertit.

Quomodo ergo alium docebit, cum ipse quod doceat, non didicit? Tales enim qui ignari sunt, alios non conuertunt, sed magis peruertunt, & in errorem inducunt audientes, eo quod lumen scientiæ non habent: de quibus dicit Apostolus. 1. Tim. 1. *Volentes esse legis Doctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; quæ affirmant.* Oportet ergo primo prædicatores & sapientes fieri, & sic postea alios facere sapientes; ne *cæcus cæcum ducendo ambo in foueam* erroris & æternæ damnationis *cadant*, Luc. 6. Ideo dicit Grego. in Pastorali lib. 1. Nulla ars doceri præsumatur, nisi prius intenta meditatione discatur. Quia dicit Gilbertus; Ridiculosa, imò periculosa res est, speculator cæcus, cursor claudus, præco mutus, & Doctor inscius.

Item

Item sunt nonnulli qui habent retia doctrinalis scientiæ, & tamen nolunt ea prædicando ad capturam piscium videlicet hominum laxare. Et de quolibet tali dicit Apostolus ad Rom. 1. Reuelabitur ira Dei de cœlo, super omnem impietatem, & iniustitiam eorum hominum, qui veritatem Dei in iustitia detinent. Et Richardus de S. Victore. Profectum proximi retines donis, si scientia & eloquentia ornatus es, & hoc quod posses prodesse multis, inutili atque damnabili silentio retines atque ligas. Item sunt nonnulli qui habent retia scientiæ, & alios prædicando docent, & hi magnam gratiá scientiæ à Deo accipient. Quia dicit B. Gregorius in homilia 12. super Psal. 80. *Aperi os tuum & implebo illud:* Tanto largius doctrinæ gratiam à Deo accipit, quanto se labore prædicationis amplius ad proximos ostendit. Nam, vnde in alienis cordibus tenebras ignorantiæ illuminat ministerio suæ locutionis, inde eum superna gratia in aliorum intelligentia exaltat. Ideò dicit Dominus talibus. *Laxate retia vestra in capturam.*

P

Prædicatores debent impartiri donum scientiæ alijs.

Sed NOTA, quod Prædicatores in primitiua Ecclesia fuerunt piscatores, quia extendentes aut laxantes retia prædicationis in capturam, vno tractu cœperunt piscium multitudinem; sicut B. Petrus, qui vno die cœpit circiter tria millia hominum; & alio die quinque millia, vt patet Act. 2. Prædicatores autem moderni verius dicuntur venatores. Sicut enim venator cum magnis clamoribus, vix vel etiam nullam feram in vna venatione, aut pluribus, capit, sic prædicator quilibet cum longis prædicationibus, vix interdum vnam animam, vel nullam venatur.

Primitiuæ Ecclesiæ prædicatores, fuerũt piscatores.

Quantum ad QVARTVM omisso tertio ponetur *malorum damnabilis astutia*, quia se per verbum prædicatoris capi non permittunt. Vbi NOTA dicit Iarach, & Magister lib. 13. proprietatum, & Philologus de Ceto. Est, inquit, in mari bellua, quæ de faucibus suis respirat aquam, vt vapore odorifero, tanquam florum vel herbarum odoriferarum. Pisces verò sentientes odorem, sequuntur ipsum, & intrant fauces eius post odorem, qui eos deglutiens ab ipsis cibatur. Idem Iarach scribit de alijs, qui dicuntur Fastides, in quorum ore aqua dulcescit hausta, quàm pisces iuniores sentientes, sequentes intrant in ora ipsorum, quos subitò deglutiunt & consumunt; sic quod tales pisces ad retia piscatorum non accedunt.

Q

Pars quarta concionis.

MYSTICE per cetum intellige Diabolum. Nam & Iob. 41. comparat cetum ad diabolum, cum dicit: *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeat.* Ista bellua diabolus est in mari huius mundi, propter quod dicitur, Apocal. 12. *Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnã sciens quia modicum tempus habet.* Sed quid facit? Exspirat de faucibus aquam, videlicet voluptatis, cum odore suauitatis. Facit enim quod voluptas huius mundi suauis videatur hominibus, quia hæc est vox sua, Sapientiæ. 2. *Venite fruamur bonis, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Non sit aliquod pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.* Et mediante illa suaui voce, multos attrahit pisces humanos, qui sentientes odorem suauitatis, qui est in voluptate, sequuntur ipsum, quos ipse finaliter deglutit, sicut dicit Iob. 41. *In medium eris eius quis intrabit?* quasi diceret, omnis homo, qui sequitur instinctum eius ad voluptatem, sicut Maria Magdalena, de qua canitur: *Armilla perforata est Leuiathan maxilla, per cuius foramen subtracta es, ô Maria.*

Mystica cetĩ explicatio.

Fastidis piscis significatio.

Sed MORALITER per pisces, qui dicuntur Fastides, intelliguntur alij malitiosi homines, qui verbis suauibus, trahunt Dominicis diebus & festiuis homines simplices de Ecclesijs & prædicationibus dicentes; Sapientiæ. 2. *Venite, vino precioso nos impleamus.* Et Isa. 22. *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* quasi dicerent, non est vita alia futura: ergo non moriamur sine felicitate præsentis vitæ; & sic pauci respectu malorum, veniunt ad prædicationes, quoniam non possunt capi rete sacræ scripturæ. Ideo dicit Sapiens Prouerb. 1. *Fili mi, si te lactuerint peccatores, ne acquiescas eis. Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas, contra insontem frustra; deglutiamus eum sicut infernus viuentem. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis. Sortem mitte nobiscum, marsupium sit vnum omnium nostrum. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem.*

R

Rete Scripturæ non capiuntur.

Est tamen NOTANDVM, quod quatuor sunt genera hominũ, qui se rete sacræ scripturæ capi non permittunt.

I.

Potentes, qui rumpũt rete.

PRIMI sunt *potentes* & hi figurantur per magnos pisces, qui potentia rumpunt rete, & exeunt, & capi non possunt; quia potentes, licet intrent rete sermonum, cum tamen audiunt tangi vitia eorum, rumpunt rete, & iracundi exeunt, & malum prædicatoribus machinantur. Sicut patet de Hirtaco rege in legenda sancti Matthæi Apostoli, qui cum argueretur de præsumptuositate, quod vellet Ephigeniam sponsam Christi habere in vxorem; ira insaniens, abscessit, immisso spiculatore, egregiũ Doctorem ante altare stantem & ornantem interfecit. O quot iste habuit & adhuc habet insecutores, qui cum placida audiunt, diligunt prædicatores: cum vero vitia ipsorum arguuntur, eis detrahunt & obloquuntur. Sed tamen prædictus rex impunitus non permansit, quia leprosus effectus, cum se non curari sensit, propria se manu interemit. Et verè nec sequaces pœnas euadent, cum scriptum sit: *Potentes potenter tormenta patientur.* Sapientiæ. 6. Ideo bonum esset vt se reti sacræ scripturæ capere permitterent, vt æterna tormenta euaderent. Sed timendum est, quod pauci potentes mundi, & nobiles, reti sacræ scripturæ & prædicationis capiantur, quia paucos nobiles legimus Christum acquisiuisse reti prædicationis; nisi, Paulum qui dicitur fuisse nobilis Romanus, & beatum Bartholomæum. Ideò dicit beatus Hieronymus, sicut scribit beatus Eusebius ad Damasum Portuensem Episcopum. Duodecim fatemur, Christum Apostolos elegisse, quorum omnium solus Bartholomæus origine fuit nobilis. Matthæus diuitijs, antequam Apostolatum reciperet, insistebat, cæteri, vero erant pauperrimi piscatores. Cur hoc retuli, audiatis. Si quod Christus verax est, & si omnia, quæ ex ore eius audimus, mendacia non sunt, huiusmodi hominum vix vnus aptus regno Dei reperitur ex mille: quasi diceret, quia se reti prædicationis capere non permittunt, nec ad mensam Domini apti sunt & existunt.

Hirtacus tyrannus habet multos imitatores.

Pauci potentes reti prædicationis capiuntur.

S

II.

Sapientes astutia diaboli decepti.

SECVNDI sunt sapientes; Multi enim ex quadam *astutia diabolica* vitant intrare rete prædicationis. De quibus Roman. 1. *Putantes se esse sapientes stulti facti sunt.* Stulti quidem, quia salutis suæ verba in prædicatione percipere renuunt, nec audire aduertunt, similes piscibus astutis, qui cauent se à retibus & hamis, vt sunt Calumpi vulgariter Carpen; qui figunt caput in limum & caudam in altum erigunt, & sic rete euadunt. Sic & isti, adeo figunt capita multarum suggestionum in auaritiæ limum,

vt

vt ad rete non veniant prædicationis: & hoc faciunt ex quadam mundana ſapientia, de qua 1. Corinth. 3. *Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.* Tales enim ſapientes ſunt, vt faciant mala, benè autem facere neſciunt, quia non didicerunt. Quibus dicitur, Iſa. 5. *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobismetipſis prudentes.* Et verè eis væ erit, quia dicitur Iob 5. *Apprehendet ſapientes in aſtutia eorum.* Licet modo non permittunt ſe capere, tamen in morte velint nolint capiuntur, à Deo, à Diabolo, & à peccato. Deus enim eos capiet, & diabolo tradet, & diabolus ipſos in carcere infernale includet. Peccatum verò ſic incluſos alligabit, & inuoluet, quod nunquam inde exibunt. Ideo ſalutarem doctrinam dat vnicuique tali Dominus, Matth. 5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo*, id eſt, diuino ſermoni, qui aduerſatur multum peccatoribus, *dum es in via*, ſcilicet merendi, *cum eo, ne fortè tradet te iudici*, id eſt CHRISTO, & *Chriſtus tradat te miniſtro*, id eſt diabolo, *& in carcerem mitteris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddes nouiſſimum quadrantem*, id eſt, donec ſoluas pœnam, non tantum pro peccatis magnis, ſed etiam paruis. Et quia hoc facere non poteris, quia *in inferno nulla eſt redemptio*, ideo nunquam exibis.

Aſtuti tripliciter in morte capiuntur

TERTII ſunt, *lubrici & incontinentes* ſimiles anguillis, quæ latitant in limo profundo, & capi non poſſunt, niſi facto magno tonitruo, quo facto, primo exeunt, & à piſcatoribus capiuntur, vt dicunt naturales. Sic & quidam incontinentes, capi non poſſunt qui in luto luxuriæ latitant, & ſi interdum capiuntur, ad horam tantum, ad inſtar anguillarum, de manu capientium lubricant, ſicut dicitur de ipſis, Thren. 4. *Lubricauerunt veſtigia noſtra*; quia ex vno peccato in aliud cadunt, ſicut teſtatur Gregorius 30. moralium: Peccatum quod non per pœnitentiam diluitur, mox in aliud trahit: ſi tamen ſit tonitruus diuinæ comminationis, & prædicationis, videlicet, *Fornicatores & adulteros iudicabit Dominus*, ad Hebræos 13. Tunc interdum exierunt de limo peccati & luxuriæ, & capiuntur reti prædicationis; ſicut patet de Maria Magdalena.

III. Lubrici & incontinentes.

QVARTI ſunt *parui & timentes*, ſimiles piſcibus minimis, qui exſiliunt de foraminibus retis. Sicut quidam puſillanimes non intrant ſermones, & ſi intrauerint, & ibidem aliqua ardua, quæ pro peccatis facere debent, audierint, quaſi parui & puſilli, timentes opus pœnitentiæ aggredi exſiliunt rete prædicationis. Contra quos dicit Chryſoſtomus ſuper Matth. Tria ſunt genera perſonarum, quæ propter aduerſa non timent agere opera ſua bona, ſcilicet, *agricola, miles, & negotiator.* Non debent ergo ſerui Dei timere contraria, cum ſint milites Dei: iuxta illud 2. Timoth. 2. *Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti*: Nec debent opera bona timere ſeminare, cum ſint agricolæ Dei; quia dicitur Eccleſ. 11. *Qui obſeruat ventum* ſcilicet aduerſitatis, *non ſeminat*, ſcilicet bona opera: Nec debent timere talentum, id eſt, gratiam ſibi datam, ad lucrandas animas impendere. Sed pro eis ſe exponere debent, cum ſint negotiatores, Lucæ 19. *Negotiamini dum venio.*

IV. Parui & timentes ac puſillanimes.

DOMINICA VI. POST TRINITATIS.

Sermo Primus.

Digitized by Google

In nouitate vitæ ambulemus. Ad Romanos 6.

1 EXperientia docet, quod nullus habitat libenter in domo illa, quæ est immunda, penurioſa, ruinoſa, tenebroſa, ſumptuoſa, anguſta, obligata, & periculoſa: Sed è contra in domo lucida, abundanti, noua; & ſic de aliis.

I. Conſcientiæ domus immunda. MORALITER. Conſcientia hominis peccatis grauata eſt domus *immunda*, iuxta illud Iſa. 64. *Peccauimus, & facti ſumus immundi:* Quia dicit Hugo, lib. 4. de arca Noë: Quamdiu homo ordinem ſuæ naturæ tenuit, iuſtus & innocens fuit; & quamuis exterius per actionem variaretur, intus tamen per intentionem & amorem ſtabilis permanſit, quia vnum intendebat, & propter vnum omnia faciebat. Vnum diligebat, & omnium voluntatum atque actionum ſuarum finem, ad vnum referebat creatorem, qui ſolus ſufficiebat. Et ratio eſt, quia Adam antequam peccauit, & à iuſtitia cecidit, charitatem habuit, ſine qua iuſtus & innocens eſſe non potuit, vt dicit Auguſtinus, & ponitur de pœnit. diſtinct. 2. cap. Nemo poteſt. §. Si ſine charitate. Sed ſtatim ſicut Adam à Deo ſe auertit, charitatem perdidit, & malus inuentus eſt, & immundus, vt dicit Auguſtinus ibidem; ſic & nunc qui in iuſtitia & in innocentia viuunt, omnes operationes ſuas in DEVM dirigunt, in rectitudine & nouitate vitæ ambulant, & non in vetuſtate, vt ſuadent verba Apoſtoli in themate allegato; ſed quàm primùm ſe à Deo auertunt, in vetuſtatem peccati cadunt. Ideo domus conſcientiæ meritò dicitur *immunda*. Item eſt *penurioſa*, quia peccatum depauperat hominem, expellendo gratiam, mediante qua diues eſſet. Ideo dicitur Ierem. 5. *Peccata veſtra prohibuerunt bona à vobis.* *Tertio* eſt *ruinoſa*, quia debilitat animam vulnerando, vt citò ruat de peccato in culpam. Ideo dicit Dominus, Prouer. 8. *Qui peccat in me, ledit animam ſuam.* *Quarto*, domus conſcientiæ per peccatum eſt *tenebroſa*: quia peccatum obcæcat obnubilando rationem, iuxta illud Sophon. 1. *Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* *Quinto* eſt *conſumptuoſa*, quia conſumit gloriam ſubtrahendo iuxta illud Iſa. 26. *In terra ſanctorum iniqua geſſit, non videbit gloriam Domini.* *Sexto*, domus conſcientiæ per peccatum fit *anguſta*: quia coarctat redeundi facultatem, quia dicit Pſalm. 77. *Homo eſt ſpiritus vadens*, ſcilicet liberè in peccatum, *& non rediens* de per ſe à peccato, quia *peccata noſtra ſuper nos ſunt*, Ezech. 23. *Septimo* eſt *obligata*, quia obligat ad gehennam. Ad Romanos 6: *Stipendium peccati mors.* *Octauo* eſt *periculoſa*: quia periclitat ducendo in conſuetudinem; iuxta illud Gregorii in moralibus: Peccatum quod non per pœnitentiam diluitur, &c. Ideo in tali domo, ſcilicet conſcientiæ peccatricis, quæ tot habet incommoda, non debet homo inhabitare; ſed debet eam per pœnitentiam innouare, ſecundum quod ſuadet Apoſtolus in verbis præmiſſis, cum dicit, *In nouitate vitæ ambulemus:* & hortatur ad duo. *Primo*, ad virtuoſam renouationem, ibi; *Innouitate.* *Secundo*, ad ſtudioſam ambulationem, ibi; *Ambulemus*, quaſi diceret ambulare debemus de virtute in virtutem, & non ſtare: quia ſtare eſt deficere.

II. Domus penurioſa.

III. Ruinoſa.

IV. Tenebroſa.

V. Conſumptuoſa.

VI. Domus conſcientiæ anguſta.

VII. Obligata ad gehennam.

VIII. Periculoſa.

B Innouatio prima eſt aquilæ. Circa quod NOTANDVM, multæ ſunt innouationes creaturarum, quæ nos informant ad renouationem virtuoſam. PRIMA eſt aquila, de qua dicit Auguſtinus ſuper Pſalmos: Aquila cum ſenuerit, ita incuruatur eius roſtrum, vt vix poſſit capere cibum: & contra hoc incommodum inuenit remedium, quod petram ſibi quærit,

con-

Digitized by Google

contra quàm fortiùs concutit roſtrum, & allidit, & ſic deponit onus roſtri, & cibum capiens reſumptis viribus iuuenescit. Eodem modo debent ſe innouare peccatores. PRIMO, omnes detractores adeò habent ora curuata, quod raro vel nunquam rectè de proximo ſuo loquuntur, & ſunt detractores illi, qui aliquid falsè dicunt de alio, ea intentione, vt ipſe minus ab alijs appreciari vel amari poſſit. Et S. Thomas, 2. 2. quæ. 73. Detractionem contingit fieri tripliciter.

Detractores habent ora curuata.

Detractio triplex.

PRIMO, quando aliquis bona quæ facit homo, diminuit, vel malè exponit, tanquam mala intentione ſint facta. Et hæc detractio eſt mala, de qua dicit Chryſoſtomus. Sunt quidam peruerſi homines ſimiles Phariſæis, qui de omni re quam vident, falsè iudicant, & in peius interpretantur. Vacat quis humilitati, dicunt hypocrita eſt: ſi recreationi, dicunt guloſus eſt: ſi patientiæ, pauidus eſt: ſi ſimplicitati, fatuus eſt: ſi ſapientiæ, ſuperbus eſt: ſi iucunditati, diſſolutus eſt: ſi religioni, ſingularis eſt: ſi ſocietati, ſecularis eſt: ſi ſilentio & paci, ſimulator eſt: ſi vigilijs & orationibus, indiſcretus eſt: ſi contemplationi, ſomnolentus eſt: ſi prædicationi & ſaluti aliorum, appetitor laudis. Hæc Chryſoſtomus. Ecce quàm curua roſtra, imò verius ora, habent detractores tales.

1. Mala.

SECVNDO, detractio fit, quando aliquis defectus alicuius veros & occultos tamen de lege charitatis celandos publicat, & proponit ſub intentione famam lædendi: & hæc detractio eſt peior, quia nullo modo fieri debet, etiam dato, quod quis ſciat turpiſſimum ab aliquo perpetratum, non debet eum infamare, ſed ſeruata fama debet eum corrigere, vt ſe velit emendare. Ideo dicit Auguſtinus. Quid eſt, inquit, ſi in te peccauerit frater tuus, & tu ſcis, quia peccauit in te, id eſt contra te, corripias illum primo in ſecreto, ne ſi in publico corripias, non ſis correptor, ſed criminis fraterni proditor. Ideo corripiendus eſt frater ſeorſum, ne ſi ſemel pudorem amiſerit, permaneat in peccato.

2. Peior.

Quomodo proximus corripiendus.

TERTIO, detractio fit, quando aliquis falſa crimina fingit, & innocentibus imponit, & hæc peſſima eſt: & ideo omnis detractor figuratur per illam beſtiam, quam vidit Daniel, cap. 7. *Quæ ſimilis erat vrſo, & tres ordines dentium erant in ore eius. Et dictum eſt ei: Surge, & comede carnes plurimas.* Sic detractores tres modos detrahendi habent, qui ſignificantur per tres ordines dentium videlicet, *bona opera diminuendo; mala occulta publicando; & crimina falſa imponendo*; quibus carnes proximorum comedunt, iuxta illud Iob 19. *Quare me perſequimini ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?* quod Gregorius 19. moralium exponit, dicens: Qui alienæ vitæ detractione paſcuntur, alienis procul dubio carnibus ſatiantur.

3. Peſſima. Falſa crimina fingentes, vrſo ſimiles ſunt.

Sed diceres. Vnde detractio oritur? Dicunt Doctores, quod maximè à duobus. *Primo*, ex ſuperbia. Nam ſicut ex eleuatione vnius partis ſtateræ, oritur depreſſio alterius; ſic ſuperbus detrahit alteri, ne æquetur ſibi. A qua detractione Apoſtolus Iacobus quemlibet fidelem volens retrahere, ait cap. 4. *Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere. Secundo*, oritur ex inuidia. Nam ſicut oculus videns rem à longè, detrahit quantitati rei, ipſam non quanta eſt iudicando. Sic inuidus cum bonum alterius videt, pro bono quidem quo deberet eum diligere, detrahit ſibi: Ideo dicit Propheta. *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi.* Pſalm. 108.

C

Detractio oritur ex ſuperbia & inuidia.

Digitized by Google

Detractores comparantur.

Sed diceret quis. Quibus rebus comparantur detractores? Respondetur, quod tribus rebus malis. PRIMO, sepulchris mortuorum quia detractores semper videntur habere os apertum, ad modum sepulchri fætidi. Nam sicut ex sepulchro cum aperitur, exhalantur fætores fætidi, & intollerabiles; sic est de istis: quia sicut cor eorum semper plenum est malitia, sic aperitur os eorum siue guttur, ad loquendum, cum erumpunt, verba detractoria. Ideo dicit Psal. 5. *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant.* Ideo petiuit eis pœnam, dicens: *Iudica illos Deos.*

1. Sepulchris mortuorum

2. Serpentibus venenosis.

SECVNDO, comparatur serpentibus venenosis, malitiosis, & occultis, Eccl. 10. *Sicut serpens mordet in silentio, nihil eo minus habet, qui secreto detrahit proximo suo:* quasi diceret, sed præcisè similis est ei. Quare dicit Bernardus in libro detractionum: Iustè quidem serpentem ipsum esse dixerim detractorem, qui more linguæ triplicatæ serpentinæ, tres percutit & occidit, videlicet seipsum, dum detrahit; audientem dum consentit; & ipsum cui detrahit, quem tàm venenoso iaculo linguæ percutit. Vnde detractor est non solum ille, qui detrahit, sed etiam qui detrahentem audit. & consentit, vt patet 6. quæ. 1. Ex merito. Et 11. quæ. 3. Non solum. Vbi dicit Canon; Non solum ille reus est, qui falsum de aliquo profert, sed is etiam qui aurem citò criminibus præbet. Et dicit Bernardus. Nescio vtrum maius peccatum sit, detrahere vel detrahentem audire.

Detractor quis censendus.

3. Furibus.

TERTIO, comparantur furibus, imò peiores sunt furibus. Nam sicut *melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ*, Prouerb. 22. Ideo detrahendo peiores sunt, qui furantur famam aliorum, quàm qui substantiam eorum auferunt. vt patet 6. quæ. 1. Ex merito. & cap. Deteriores. Deteriores sunt, inquit. qui vitam moresq; aliorum auferunt & corrumpunt, his qui substantiam aliorum prædiaque diripiunt: propter quod tales tenentur ad restitutionem famæ proximorum. Quia dicit Augustinus, vt habetur de regula iuris libro 6. peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur.

D Quando aut quomodo fama restituenda.

Sed diceres. Quando & quomodo restituenda est fama. *Respondet* Thomas 2. 2. q. 62. aliquis potest auferre famam tripliciter. *Vno modo*, verum dicendo, & iustè; puta, cum aliquis iustè crimen alicuius prodit, seruato ordine & tunc non tenetur ad restitutionem famæ. *Alio modo*, falsum dicendo & iniustè; tunc tenetur ad restitutionem famæ, dicendo & confitendo falsum se dixisse & iniustè *Tertio*, verum dicendo, sed iniustè; puta, cum quis prodit crimen alterius contra ordinem debitum, & tunc tenetur ad restitutionem, in quantum potest sine mendacio, vt scilicet dicat, se malè dixisse; vel quod iniustè eum diffamauit; vel si non possit ei famam restituere, debet ei aliter recompensare, vt probatur 5. quæst. 1. cap. Quidam, & 14. quæst. 6. Si res. Ideo necessarium est talibus, quod os curuatum ad detractionem prius percutiant ad Petram Christum: De qua dicitur, 1. Cor. 10. *Petra erat Christus*, qui nulli detraxit nec maledixit, 1. Petri 2. *Qui cum malediceretur, non maledicebat*, vt sic deponeret onus hoc graue detractionis sui oris, & renouaretur ad vitam gratiæ.

E Discordiarum seminatores habent rostra curuata.

SECVNDO modo, deberent se renouare ad modum aquilæ, omnes discordiarum seminatores, qui habent rostra curuata ad faciendum hostilitates aut lites. Nam dicit Ouidius Metam. lib. 2. quod Gadius rex Græcorum, serpentinos dentes seminauit in terra, ex quibus succreuerunt milites armati qui statim in se inuicem irruentes, acerrimè conflixerunt, & se mutuo peremerunt. Isto modo quidam mali homi-

Digitized by Google

homines ſeminant diſcordias inter illos, qui debent eſſe amici, qui dentes diſcordiæ ſtatim creſcunt in milites armatos; quia verba concepta in cordibus hominum, ad effectus hoſtilitatis & inimicitiæ procedunt, & quandoque ad pugnam. Ideò ſeminare diſcordias, ſeptimum eſt eorum, quæ odit Deus. Prouerb. 6. *Sex ſunt quæ odit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, oculos ſublimes, animam mendacem, manus effundentes ſanguinem innoxium, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Ideò illis, ſicut & detractoribus, neceſſe eſt vt per Petram Chriſtum renouentur & mundentur. Quia dicit Iſai. 6. *Venit ad me vnus de Seraphin, in manu eius calculus, quem forcipe tulit de altari. Et tetigit os meum; & dixit. Ecce tetigi os & labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Per iſtum calculum aut lapidem poteſt intelligi Chriſtus, per quem detractores, & diſcordiæ ſeminatores mundantur, vt cibus delectabilis & confortatiuus de ipſo eis fluat; iuxta illud Pſalm. 80. *Cibauit illos ex adipe frumenti*, id eſt, de corpore Chriſti vt dicit Magiſter in Gloſſa, *& de petra melle ſaturauit eos*, id eſt, ſapientia Chriſti. Nam myſticè per mel intelligitur ſapientia. Quia ſicut mel inter res corporeas primatum tenet dulcedinis, ita ſapientia inter dona Spiritus ſancti. Et non ſolum de iſta fluit eis cibus confortans, ſed etiam potus miræ recreationis & recreatiuus, iuxta illud Pſalm. 77. *Interrupit petram, & adaquauit eos*, vbi dicit Magiſter Petrus Lombardus, quod hoc myſticè intelligitur de Petra, quæ eſt Chriſtus, cui latus irruptum fuit in cruce; & hoc in eremo huius ſeculi, vt educeret ſitienti fidem fluentam Spiritus ſancti, accedente ligno crucis quaſi virga Moyſi, vt gratia manaret credentibus.

Chriſtus eſt calculus quo detractores & diſcordiarum ſeminatores mundantur.

SECVNDA innouatio, eſt ſerpentis. De hoc dicit beatus Auguſtinus in ſermone de prudentia, ad fratres eremitas. Prudentia ſerpentis eſt, quod veterem pellem per ſingulos annos exuere didicit, quam depoſiturus anguſtum foramen perquirit, per quod tranſiens cum dolore, pellem derelinquit, ſciens quod depoſita pelle pulchrior apparebit. *Et ſubdit myſticationem.* Per hoc, inquit, fratres mei, datur intelligi, quod & nos pellem vitiorum deponamus, & per foramen ſtigmatum Chriſti videlicet, per veram pœnitentiam tranſeamus, & tunc pulchriores apparebimus. Per hoc foramen diues ille Zachæus intrauit, quando omnia ſua bona pauperibus erogauit. In hoc foramine illa Maria meretrix in domo Simonis habitum meretricis depoſuit, & plorans ad pedes Saluatoris, veſtem ſibi innouauit. Hæc Auguſtinus. Si ergo volumus ab omni peccato in generali per pœnitentiam innouari, quæ eſt *arcta via, quæ ducit ad vitam.* Matth. 7. neceſſe eſt vt prudentiam ſerpentis habeamus. Ad quod hortatur nos Saluator. Matt. 10. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.*

F

Serpentis innouatio.

Vel per pellem MORALITER intellige modum carnalem, qui quotidiè mouet carnem noſtram ad luxuriam aut fornicationem. De quo Iob. 10. *Pelle & carne veſtiſti me*, id eſt, motibus carnalibus, & iſti motus carnalis fornicationis & concupiſcentiæ, ex peccato primorum parentum proceſſerunt, ſicut probat Magiſter lib. 2. ſentent. diſtinct. 20. cap. 1. Et Hugo de ſacramentis lib. 1. cap. 6. Si non peccaſſent primi parentes, ſine omni peccato & macula in Paradiſo carnali copula conueniſſent, & eſſet ibi thorus immaculatus, & commixtio ſine concupiſcentia atque genitalibus membris, ſicut cæteris imperarent, vt ibi nullum motum illicitum ſentirent; & ſicut alia membra corporis, aliis ſcilicet membris, admouemus, vt manum ori, ſine libi-

G

Pellis motū carnalem de ſignat.

dinis ardore, ita genitalibus vterentur membris sine aliquo peccato carnis. Hæc enim lethalis ægritudo, membris humanis ex peccato inhæsit. Hæc Magister cum Hugone.

Peccatũ primorum parentum, præcessit inordinatus motus carnis.

Idem testatur Augustinus super Gen. 9. cap. si non peccâssent, scilicet primi parentes, illis membris, sicut pedibus, imperarent: nec cum ardore seminarent videlicet viri, nec cum dolore parerent scilicet mulieres. Sed post peccatum, motum illum scilicet carnis meruerunt, quem scilicet motum, nuptiæ ordinant scilicet ad finem debitum: sed continentia, scilicet virginalis, vel vidualis, cohibet scilicet ne dominetur. Hæc ille. Quicunque enim hanc pellem carnalis motus deponere voluerit, debet per arctum foramen abstinentiæ ire; quia motus illicitus illius carnis, frequenter ex gula nascitur & surgit: vt dicit Gregorius 31. moralium. Venter mero æstuans, de facili spumat in libidinem. Cuius ratio est: quia ex superflua crapula natura inflammatur, ex cuius inflammatione frequenter insurgunt desideria mala, quæ tamen potest homo extirpare & deponere, per abstinentiam & ieiunium, quia Ambrosius in præfatione dicit: Abstinentia est inimica dæmonum, extirpatrix vitiorum, scilicet carnalium, nouerca cunctorum malorum, expers morborum scilicet tam corporalium, quàm spiritualium, qui sunt illiciti carnis.

H Accipitris innouatio fit flante austro.

TERTIO, innouatio fit ab accipitre. De quo dicit Gregorius. Quando in senectute se sentit alarum & pennarum pondere grauari, expandit alas suas contra solem flante Austro, & sic repente aua in calore resoluente, aperiuntur pori, quibus apertis excutit alas, sicque veteres exiliunt & nouæ crescunt: & sic nouitas pennarum, efficit ipsum ad volandum aptiorem.

MORALITER per alas intelligitur crudelitas rapacium: iuxta illud Zachariæ 5. *Habebant alas quasi milui*: quia rapaces quasi milui res alienas rapiunt. Istæ alæ multum grauant hominem hic in conscientia, & ibi grauabunt eum in æterna pœna. Quia dicit Apostolus. 1. Corinth. 6. *Nolite errare fratres, neque rapaces regnum DEI possidebunt*: & si non possidebunt DEI regnum, habebunt dæmonis infernum. Quod autem grauatur in conscientia, dicit Augustinus. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Tollit vestem, scilicet vsurarius, vel raptor, & perdit fidem: acquirit pecuniam, & perdit iustitiam. Ideo dicere potest cum Psal. 37. *Sicut onus graue grauate sunt super me*, scilicet diuitiæ iniquæ, per rapinam occultam, vel apertam acquisitæ. Cum ergo sentis te grauatum his alis, expande eas ad solem iustitiæ, videlicet Christum, sicut Zachæus, qui dixit ad ipsum: *Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*, Lucæ 19.

O vtinam homines grauati rapacitatis crudelitate, redderent simplum. Sed audeo certe dicere, quod inter centum vix vnus excutit alas iniquitatis grauissimas; quia nondum fortè flauit Auster, id est inspiratio lenis Spiritus sancti, qui flauit in cor grauatum Zachæi, quod propter calorem Spiritus sancti, repentè excussit alas crudelis rapacitatis, & innouatus est, cum accepit alas misericordiæ & pietatis, cum dixit: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus.* Luc. 19. Et dicit NOTANTER, *bonorum meorum* contra illos, qui de rapinis volunt pauperibus tribuere, & credunt se satis fecisse. Contra quos dicit beatus Augustinus, in libro de vita Christiana. Quidam per hoc se iustificari existimant, quod de substantia pauperum exiguam faciunt eleemosynam. Nam de eo quod plurimis abstulerunt, vni modicum

quid

Digitized by Google

quid largiuntur, vē vnde plures esuriunt, vnus cibatur & multorum spolijs vix pauci teguntur: non vtique talem eleemosynam requirit Deus, nec vult vni pietatem de alterius crudelitate præstari. *Et subdit.* Illam eleemosynam Deus comprobat, quæ de iustis laboribus ministratur, sicut scriptum est Prouerb. 3. *Honora Dominum de tuis laboribus.* Illam autem abominatur & reprobat, quæ de lacrymis præstatur alienis. Quid enim prodest, si vnus benedicat & plurimi maledicant; aut quid tibi confert eleemosyna, quæ de alterius præstatur substantia? Quasi diceret, nihil. Ideo excutiendæ sunt illæ alæ crudelitatis & rapacitatis; & quod iniquè ablatum est, reddi debet damnificatis. Et sic anima innouatur.

I

Alæ accipitris designãt cogitationes hypocritæ.

Alio modo, MORALITER per alas quas debemus ad instar accipitris excutere intelliguntur cogitationes hypocritæ. Iuxta illud Iob. 39. *Cum tempus fuerit, in altum alas erigit:* quia hypocrita cum alas inuenerit, cogitationes in publicum erigit, vel demõstrat. Nam multoties contingit, quod hypocritæ per gesta se humiles ostendunt, & per hoc aliud se cogitant habere, id est, laudem vel fauorem humanum. Contra quos dicit beatus Hieronymus in sermone. Perfacile est vestem habere contemtam, salutare submissius, manus osculari prælati, inclinato capite, & deiectis oculis humilitatem & mansuetudinem polliceri, læta voce sermones infringere, crebrius suspirare, & ad omne verbum se miserum peccatorem vocare. Sed aliam docuit Christus humilitatem, qui *cum malediceretur non maledixit, cum pateretur non comminabatur.* Auferantur figmenta verborum, cessent simulata gesta: virum humilem, patientia probat & iniuria. Idcirco cogitationes illas hypocritas, debet hypocrita expandere tanquam alas ad radios solis, scilicet diuinitatis, cui apertæ sunt omnes cogitationes; iuxta illud Psalm. 93. *Dominus scit cogitationes hominum*, id est, hypocritarum, *quoniam vanæ sunt:* & sic debet excutere eas à corde suo, vt possit innouari, & innouitate mentis ambulare, vt suadet Apostolus in verbis allegatis; *In nouitate vitæ ambulemus.*

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5.

K

Simiæ descriptio.

DIcit Plinius in speculo naturali & Auicenna, quod Simia est bestia lineamentis hominis propinqua. Nam extra habet quasi easdem manus & pedes, & potest duobus pedibus ambulare sicut homo; & in lineamentis in trinsecus etiã est homini similis, & tamen non est homo. Et est indomita, quia ipsam oportet per vincula, vel trunci alicuius alligationẽ, domare, & delectatur in immundis vermibus, scilicet pediculis quos deuorat. Et secundum Ambrosium in hexameron, est leonis medicina. Cum enim leo infirmatur, ex industria naturæ quærit Simiam cuius sanguine potatus conualescit; apparet homo & non est homo.

MORA-

1. Scribæ & Phariſæi ſimijs ſimiles ſunt.

MORALITER huic animali ſimiles erant Scribæ & Phariſæi, qui exterius quaſi legis obſeruatores & boni homines apparebant, intus tamen pleni vermibus malarum intentionum. Iuxta illud, quod ait Chriſtus, Matth. 23. *Omnia opera eorum faciunt, vt videantur ab hominibus.* Nam de ipſis dicit Nicolaus de lyra, quod tempore ieiunij vittas habuerunt per capita, vt appareret eos dolorem capitis ex ieiunio acquiſiuiſſe; per quod notatur eorum mala intentio quę omne eorum opus damnabat, ſecundum illud Matth. 6. *Si oculus tuus*, id eſt, intentio tua, *nequam fuerit*, id eſt, non eſt bona, *totum corpus tuum tenebroſum erit*, id eſt, omnia opera tua nullius ſunt præmij, & meriti, vel ſalutis. Ideò dicit Gregorius 5. moralium. Si in opere bono intentio recta non tenetur, hoc ipſum opus quod bonum creditur amittitur. *Et patet*, quod rectè

2. erant ſimiæ; quia ſicut ſimia habet pedes vt homo, non tamen eſt homo; Sic licet ipſi habebant pedes, id eſt, intentiones, non tamen erant humanæ, quia prudens homo omnia quæ facit, *debet facere ad gloriam Dei*, ſecundum Apoſtolum. 1. Corinth. 10. quod ipſi non faciebant, ideo beſtiales ſecundum animam fiebant. Nam dicit Bernardus ſuper Cantica. Si amans turpia appetit, intentio turpis eſt, & fœdans faciem animæ & ſpiritus. Et ſi honeſta appetit, intentio honeſta erit. *Item*, ſicut ſimia

3. habet manus, ſed non humanas; Sic quamuis Phariſæi habebant opera, quæ deſignantur per manus, non tamen erant humana, quia leuia faciebant & maiora omittebant. Iuxta illud Matth. 23. *Væ qui decimatis mentam & anetum, & relinquitis quæ*

4. *grauiora ſunt legis. Item*, ſicut ſimia gloriatur in exteriori pulchritudine, vt cum induitur interdum tunica rubea vel viridi; ita Phariſæi ſolum ſecundum exteriorem munditiam & ſanctitatem, ad placendum hominibus, apparebant, nihil de interiori pulchritudine curantes: ideo dominus aſſimilabat eos ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, *intus autem ſunt plena immunditiis.* Matt. 23. Et iterum ibidem. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui mundatis, quod deforis eſt calicis & paropſidis, intus autem eſtis pleni rapina & immunditia. Item*, ſicut,

5. ſimia polluit os vermibus immundis & pediculis; ſic ipſi polluebant ora ſua mendacijs cum dicebant Matth. 23. *Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus ſocij eorum in ſanguine Prophetarum.* Sed mentiebantur, in ſanguine domini omnium Prophetarum facti ſunt rei, & Martyres plures effecerant, & Apoſtolos perſecuti: ideò facti ſunt cibus leonis infernalis, *qui circuit quærens quem deuoret.* 1. Petri. 5. Noſtra autem opera bona, debent eſſe perfectiora & abundantiora Phariſæorum. Iuxta illud Prouerbior. 14. *In omni opere bono erit abundantia.* Ideò dicit hic Dominus. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quã, &c.* In quibus verbis principaliter tria tanguntur. *Primo*, perfectio Chriſtianorum, ibi; *Niſi abundauerit. Secundo*, defectio Phariſæorum, ibi; *Iuſtitia veſtra plus quam Phariſæorum. Tertio*, clauſio regni cœlorum, ibi; *Non intrabitis in regnum cœlorum.*

L. Circa quod NOTANDVM. Licet iuſtitia propriè ſumatur pro virtute, qua redditur vnicuique, quod ſuum eſt, largè tamen ſumitur pro bonitate. Nam Gloſſa ſuper illo ad Hebræos. 1. *Dilexiſti iuſtitiam*, dicit quod per iuſtitiam intelligit omne bonum: & Hieronymus ad Demetriadem dicit, quod omnes virtutum ſpecies, vno iuſtitiæ nomine continentur. Et ſecundum hoc dicit Auguſtinus, duas partes eſſe iuſtitiæ, ſcilicet, declinare à malo, & facere bonum Sic iuſtitia diſtinguitur contra peccatũ. & ita Dominus loquitur hic de iuſtitia: Vnde ſicut ſunt varia dona gratiarum Dei,

ita

Digitized by Google

ita varij ſunt ſtatus & conditiones hominum, propter quam varietatem plerunque accidit, quod vnus in vno ſtatu ſaluatur, qui ſi eſſet in alio ſtatu, damnaretur: quia quod ſufficit vni ad ſalutem in vno ſtatu, non ſufficeret ei in alio; propter quod his, qui ſunt in ſtatu maiori, in comparatione minorum, apertè poteſt dici verbum thematis aſſumptum; *Niſi abundauerit iuſtitia, &c.* videlicet plus quàm minorum non intrabitis in regnum cœlorum. Et vlterius taceatur de Scribis & Phariſæis, qui ſunt in lege alia; & de eis tactum eſt ſupra in arenga; Accipiendæ ſunt comparationes in lege Chriſtiana in qua quidem aliqui ſunt prælati, aliqui ſubditi; quidam ſeculares, quidam religioſi; alij diſcipuli, alij Doctores, & ſic de alijs, quibus ſingulis in quadam comparatione dici poteſt, *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm illorum, non intrabitis in regnum cœlorum.*

Varia dona Dei; varij ſtatus ſaluandi.

PRIMA igitur comparatio eſt inter prælatos & ſubditos, quia prælatorum opera debent magis abundare quàm ſubditorum, ideo dicit Holkot ſuper lib. Sap lect. 197. Quod quilibet Prælatus debet habere quatuor, zelum feruoris & correptionis, ſtatum vigoris & ſupportationis, locum amoris & communicationis: motum prædeceſſoris & informationis.

M
De conditionibus boni Prælati.

PRIMO, debet habere feruoris zelum & correptionis, vt ſit ardens, non tepidus per ignauiam, non fumans per vanam gloriam, non extinctus per infamiam, ſed ardens tamquam columna, vt dicatur de ſubditis ſuis illud, Sap. 18. *Ignis ardentem columnam habuerunt ducem*, in cuius figura dicitur de Elia, Eccl. 48. *Surrexit Elias quaſi ignis ardens*, ſcilicet per ſincerum zelum. Et NOTA, quod aliquando igni thus adiungitur, aliquando ſulphur: quando enim thus admiſcetur cum igne, tota domus ſuauitate redolet; quando verò ſulphur adiungitur igni, vehementer accenditur, & tota domus fœtore repletur. Sic aliquando moraliter eſt de Prælato. Contingit enim quãdoq; quod Prelatus collaterales & conſiliarios ſibi aſſumit, quaſi perſonas ſulphureas ardentes per malitiam & fœtentes per infamiam: & quando ſic eſt, domus plena eſt fumatione, tribulatione & fœtore. Iſa. 33. *Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur, & erit terra eius in picem ardentem die ac nocte.* Cum verò cõtingit, quod Prælatus conſiliarios ſibi facit collaterales de perſonis ſanctis & deuotis, & honeſtæ famæ: & tunc nulli dubium, quin tunc tota domus repleatur dulcedine dilectionis, & ſuauitate pacis, quæ per thus ſignantur & figurantur. De tali Prælato verificatur illud, Eccleſ. 50. *Ignis effulgens de lateribus ſuis quaſi thus ardens in igne.*

I.
Feruor & ſancta correptio.

SECVNDO, Prælatus debet habere ſtatum vigoris & ſupportationis, vt ſit *columna* fortiter ſupportans onus ſibi ſuperpoſitum. De huiusmodi Prelato dicitur, Ierem. 1. *Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & columnam ferream.* Quamdiu enim columna eſt recta fortiter ſupportat onus ſuperpoſitum: ſed quam cito incipit incuruari ad vnam partem, vel ad aliam, ſtatim fabrica tota cadit. Ita eſt MORALITER. Quamdiu Prelatus ſeruat rectitudinem & iuſtitiam, ſequens iura & bonam conſcientiam, meritoriè ſupportat, & exſequitur cauſam ſuam. Cum verò declinat ad latus propter affectionẽ vel offenſam, non deprimendo defectus, ſed defectiuos fouendo, fabrica tota cadit. Nam Iudic 16. legitur quod Samſon *duas cõcutiendo columnas quibus tota domus innitebatur, domũ proſtrauit, ſe & omnes qui in ea erant occidit.* Iſto modo eſt de diabolo. Affectat n. vnam congregationem deuotorum ſubuertere, & eos occidere, id eſt, caritatem ab eis, quæ eſt vita ſpiritualis auferre. Et vt illud faciat, breuiorem viam non

N
II.
Vigor & ſuſtentatio.

Digitized by Google

habet, nisi columnas istius congregationis concutere, & allidere per perturbationem & commotiones; iuxta illud Iob 9. *Terram commouet de loco suo, & columnæ eius concutientur.* Ideo refert Petrus Comestor in scholastica historia, super Gen. quod Cham filius Noë, septem artes liberales in quatuordecim columnis descripsit, quarum septem erant æreæ, & septem lateritiæ, vt contra diluuium ignis & aquæ in perpetuum manerent. In hoc figurans, quod in Prælatis qui colũnæ dicuntur, sufficientia scientiç deesse non debet. Et ideo *sapientia dicitur excidisse septem columnas*, Prou. 9. Quia vbi Prælati alicuius Ecclesiæ scientia & sapientia imbuti non fuerint, Ecclesiç fabrica non ruet.

O III. Amor & communicatio.

TERTIO, debet habere Prælatus locum amoris & communicationis, vt per beneuolentiam & bonam affectionem subditos habeat, & ab eis sic habeatur. Debet enim Prælatus haberi ab omnibus, & non à quibusdam tantum: quia omnibus & singulis debet esse cõmunis. Refert Helinandus in gestis Romanorum de Traiano, quod quodam tempore arguentibus eum amicis, eo quod ad infimos erat nimis affabilis, & vltra quàm deceret Imperatoriam dignitatem, personas simplices & priuatas honoraret. Respondit: Se velle esse talem Imperatorem personis priuatis, quales sibi Imperator esse priuatus optaret. Sic enim Iulius Imperator amorem militum suorum meruit, qui eos non milites sed commilitones appellauit; sicut de eo narrat Suetonius libro 1. & Vegetius de re militari lib. 3. cap. 18. docet, quod in exercitu benè ordinato tres debent esse duces. Primus, secundus, & tertius. Primus autem, qui præcipuam habet dignitatem & potestatem, debet esse in parte dextera inter equites & pedites, & consilio regere & auctoritate, vt tàm equites quàm pedites possit ad pugnam exhortari.

In exercitu bene ordinato tres sunt Duces.

MORALITER. Sic Prælatus debet esse communis persona, vt maioribus & minoribus suæ beneuolentiæ præstet constantiam: non enim semper cum equitibus proprium acquirat honorem, neque semper cum peditibus subiectionem neglecto corpore sordescat. Christus in familia sua, id est inter Apostolos, sic se habebat.

P. Nam aliquando superiorem se præstulit, Ioan. 13. *Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis: sum etenim.* Aliquando inferiorem, Lucæ 22. *Ego sum in medio vestrum sicut qui ministrat.* Aliquando æqualem, sicut Ioan. 15. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos*: amicitia enim æqualitatem requirit 8. Ethic. Eodem modo Prælatus inter subditos debet aliquando esse maior, aliquando minor, aliquando æqualis. Minor quantum ad humilitatis reputationem, secundum illud 1. Thessal. 2. *Facti sumus paruuli in medio vestri.* Æqualis quantum ad amicabilem conuersationem, iuxta illud Ephes. 32. *Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis sicut vnus ex ipsis.* Maior autem, quantum ad reuerentiæ dignitatem & auctoritatem. Ista tria tangit Augustinus in regula. Honore coram vobis, timorem coram Deo, substratus sit sub pedibus, circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum. Cum dicit *honorem coram vobis*, tangit reuerentiæ auctoritatem, *timorem coram Deo*, reputationis humilitatem. Sed cum dicit, *circa omnes*, tangit conuersationis amicabilitatem. Dicit enim Aristoteles 13. de animalibus. Cor est commune principium, à quo omnia alia membra virtutem & motum recipiunt. Declinat tamen magis in homine ad sinistram partem, quàm ad dexteram; quantum ad situm suum. Isto modo prælatus est sicut cor in mystico corpore, à quo omnes subditi recipere debent virtutem, & consolationem, & influentiam sui motus: Sed tamen ad infirmiores debet magis compatiendo fauorabiliter declinare.

QVARE

QVARTO, debet Prælatus habere motum prædeceſſoris & informationis. Boni enim Prælati & ducis eſt, virtuosè pro loco & tempore militare, & quod præcipit alijs, interdum factis debet adimplere. Ideo dicit Hieronymus ſuper Exodum: Tanta debet eſſe conuerſatio & eruditio pontificis & prælati, vt omnes motus & greſſus, & vniuerſa eius opera ſint notabilia, ſimul veritatem mente concipiat, & eam toto habitu reſonet, & ornate quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina ſit populorum. Et Gregorius in paſtorali: Tantum debet actionem populi tranſcendere actio præſulis, quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris. Ideo talibus dici poteſt hoc verbum allegatum; *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, plus quàm ſubditorum.*

Q *IV.* Prædeceſſor & informator.

SECVNDA comparatio eſt inter *religioſos & ſeculares.* Ad multa enim obligantur religioſi, ad quæ non tenentur ſeculares, videlicet: *Primo*, ad abdicationem proprietatis; ad renunciationem propriæ voluntatis; ad perpetuam obſeruationem caſtitatis; Vt de ſtatu monachorum c. Cum ad monaſterium. Vbi dicit Innocentius III. abdicatio proprietatis, ſicut & votum caſtitatis, adeo annexa ſunt regulæ monachali, quod nec ſummus Pontifex poſſit cum his diſpenſare. Et dicit S. Thomas 2. 2. q. 86. Votum religionis reſpicit tria principaliter, ſcilicet, pauportatem, continentiam, & obedientiam, & horum transgreſſio obligat ad mortale religioſos & non ſeculares. Nam ſeculares laici benè poſſunt licitè temporalia poſſidere, vt 12. quæſt. 1. cap. Duo. Vbi dicit Hieronymus: Licet laicis temporalia poſſidere, ſed non niſi ad vſum nihil enim miſerius, quàm propter nummum perdere Deum. Item poſſunt nubere, 1. Corinth. 7. *Si nupſerit virgo, non peccauit.* Et etiam tam ſtrictè non tenentur ad obedientiam ſicut religioſi. *Secundo*, tenentur tanquam ad veſtitus aſperitatem, ad victus tenuitatem, ad abſtinentiæ fragilitatem, ad orationum inſtantiam, ad horarum canonicarum frequentiam, & ad generalem ſtatutorum regulæ & conſtitutionum ſui ordinis obſeruantiam, ad quæ omnes ſeculares minimè tenentur, qui tamen alias ſi ſecundum communia præcepta Dei & Eccleſiæ ſuo modo in fide Chriſti viuant, ſaluantur. Si autem religioſus ſic viueret vt ipſi, & non abundaret iuſtitia ſua plus quàm illorũ; iuxta verbum Domini *nequaquam intraret in regnum cœlorum.* Quia dicit Bernardus in quadam epiſtola. Clauſtralis quaſi tot floribus vernat, quod virtutibus abundat. Tales iuxta virtutum abundantiam, abundantem accipiunt gloriam, dicente Gregorio moralium 4. Quomodo, inquit, electis in hac vita eſt diſcretio operum, in alia quoque vita erit procul dubio diſcretio dignitatum, vt qui hic alius alium ſuperat in opere, alius alium in retributione tranſcendat.

R Religioſi ad quenam obligentur.

Votum religionis tria reſpicit, quę obligant ad peccatum mortale.

Seculares ſeruantes præcepta Dei & Eccleſiæ, poſſunt ſaluari.

TERTIA comparatio eſt, inter *doctores & diſcipulos.* Doctor enim in doctrina ſua debet tria attendere, ſcilicet vt inſtruat, placeat, & ad benè agendum moueat. De hoc Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana dixit eloquens, & benè dixit. Ita debere docere neceſſitatis eſt eloquentem, vt doceat & delectet, vt flectat. Deinde addit. Docere neceſſitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere victoriæ. Ideo ſi non docet, quia eſt neceſſitatis, regnum cœlorum non intrabit.

S Docẽs alios tria obſeruare debet.

QVARTA comparatio eſt, inter *prædicatores & auditores.* Et prædicatorum opera bona debent plus abundare, quàm auditorum: quia vt dicit Gregorius Nazianzenus ſuper Apocal. Mundari prius oportet, & ſic alios mundare; ſapientem priùs fieri, & ſic alios facere ſapientes; lumen fieri, & ſic alios illuminare; ad Deum accedere, & ſic alios ad Deum duçere; ſanctificari, & ſic alios ſanctificare; manus habere rectas,

Prædicatorum bona opera plus debent abũdare, quam auditorum.

rectas,& sic indigentibus porrigere manus; & quicunque sic fecerint regnum cœlorum merebuntur. Quia vt dicit Gregorius in quadam Homilia; Ad regnum beatitudinis peruenire non valet,qui non vult opere implere,quod prædicat. Nam cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.

T Sacerdotes sunt Patres & magistri Laicorum. Tenentur esse meliores quàm laici, quantum ad virtutes.

QVINTA comparatio est inter *sacerdotes & laicos*. Et debent sacerdotes plus in iustitia abundare,quàm laici,quia sunt ipsorum patres & magistri,vt dicit Gregorius 19. moral. dicens. Quis dubitet sacerdotes Christi, regum & principum,omniumq; fidelium,patres & magistros censeri? quasi diceret nullus. Ideo sicut præcellunt dignitate,sic & sanctitate, & bonitate. Dicit tamen Archidiaconus Guido in Rosario, quod sacerdotes non tenentur esse meliores,quàm laici; nec vituperandi sunt clerici boni,si laici sunt meliores. *Et subdit*.Et hoc dico ad virtutem non quantum ad scientiam docendi,& prædicandi,& faciendi officia Ecclesiastica,& distinctè discernendo articulos, & ad hoc plus tenentur clerici, quàm laici: sed si in his sunt instructiores, quàm clerici, non est clericis imputandum, dummodo sunt sufficienter instructi in his. Hæc ille.

Quænam ad vitam actiuam & contemplatiuam requirantur.

SEXTA comparatio inter *contemplatiuos & actiuos*. Licet enim bona sit vita Marthæ,melior tamen pars est Mariæ, *quia ipsa optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*,Lucæ 10. Ac per hoc plura requiruntur ad vitam contemplatiuam quàm actiuam. Quia vt dicit Prosper de vita contemplatiua: Ad actiuam vitam pertinet, nulli iniurias irrogare; ad contemplatiuam pertinet, irrogatas vnanimiter sustinere. *Actiuus* enim,ostendendo proximo opera misericordiæ, se ab omnibus iniquitatibus emundat,& vitam suam bonorum operum fructibus ditat. *Contemplatiuus* verò facultatibus suis in vsus pauperum distributis,simul se exspoliauit mundo,& totis viribus suis adhæret cœlo. Res mundi mundo proiecit, & seipsum Christo deuota mente restituit. Hæc prosper. Patet ergò quomodo plus incumbit contemplatiuo, quàm actiuo,propter quod aptè dicitur contemplatiuis: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus* quàm actiuorum.

V

Sed diceret aliquis. Cum vita actiua sit sancta & bona, & contemplatiua præsupponat actiuam; iuxta illud Gregorij 6. moralium. Qui contemplationis artem tenere voluerit,vel desiderat,prius necesse est,vt se in campo actionis probet; Quomodo ergò aliquis contemplatiuus à regno Dei excluditur, cum saltem merito vitæ actiuæ admittatur? Ad hoc dici potest distinguendo de contemplatiuis. Quidam enim sunt qui vitam actiuam respuentes, ad contemplationis fastigium ambitiosè anhelant. Exemplum de nonnullis Begardis & Beginis,qui laborem respuunt,& vitam actiuam postponentes, ad otium contemplationis conuolare præsumunt: & tales qui neutram vitam tenent, sicut deberent, procul dubio regnum Dei non intrabunt; qui tamen si in humilitate vitæ actiuæ se tenerent,verè saluarentur. Ideo dicit Gregorius: Sæpè qui occupati humanis vsibus benè viuerent, gladio suæ quietis extincti sunt. Et illud certè dicit Isidorus de summo bono libro 3. Vtilius est per simplicem actionem ire ad vitam æternam, quàm per contemplationis errorem mitti in gehennam. Multos enim Dominus ex carnalibus sua gratia visitat, & ad contemplationis fastigium eleuat,multosq; contemplationi deditos,iusto iudicio deserit & lapsos in terrenis desiderijs derelinquit. Loth in peruersa ciuitate iustus fuit, & in monte peccauit. Hæc Isidorus.

Contemplatiui sunt duplices.

Alij

Digitized by Google

Alij autem ſunt, qui in actiua vita bene exercitati, per diuinam gratiam in altum contemplationis ſuſtolluntur: ſed vtrique vitæ vicißim deſeruientes, nunc contemplationi, nunc actioni intendunt, ad inſtar euangeliſtarum animalium, de quibus legitur: *Ibant & reuertebantur* per actionem. De his Bernardus. Bonum, inquit, acquirit gradum, qui bene miniſtrauerit; meliorem qui bene vacauerit; optimum autem qui perfectus eſt in vtroque. Ad hunc gradum, ſponſam animam contemplatricem vocat: Cant. 2. *Surge, propera amica mea, & veni.* Surge, inquit, contemplationis poſtpoſitione, propera actionis excitatione, & veni contemplationis denuo reſumptione.

SEPTIMA comparatio eſt inter *perfectos & ſimplices.* Perfecti enim tenentur ad omnia conſilia, vt patet, ad abdicationem temporalium Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Etiam tenentur ad perfectam obedientiam maiori, etiam in his quæ diſpoſitioni Prælati non ſubduntur: iuxta illud Matth. 16. *Si quis vult poſt me venire, &c.* Etiam tenentur ad caſtitatem Matth. 5. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis; Non mœchaberis. Ego autem dico, qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Item, tenentur ad dilectionem inimicorum, non ſolum in affectu, ſed etiam in effectu. Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros, benefacite &c.* Item tenentur ad perfectam patientiam: Iuxta illud Matth. 5. *Si quis te percuſſerit ad vnam maxillam præbe ei & alteram:* & hoc intelligitur ſecundum præparationem animi. Item, ad vitandum omnẽ ſollicitudinem temporalium. Matth. 6. *Nolite ſolliciti eſſe.* Et iterum. *Nolite ſolliciti eſſe de craſtino.* Item tenentur adillud. *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti.* Et plura alia ſunt in Euangelio conſilia, ſine quibus ſimplices boni Chriſtiani ſaluantur: ſed perfecti ad ea tenentur, ideo præcipue poteſt dici ad tales. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam imperfectorum.* X

Sed diceres. Qui perfecti ad hæc iam dicta reſtringuntur? *Reſpondetur.* Perfecti ſunt in triplici differentia. *Quidam* enim dicuntur perfecti, ex ſtatu & voto ſpeciali, vocatione diuina, vt Apoſtoli fuerunt ad perfectionem à Domino vocati. De quibus Hieronymus dicit: Tu qui perfectum te eſſe pollicitus es, quid aliud quàm perfectam ſectatus es vitam, quam tenere debes: hi ſi ea quæ perfectionis ſunt ſeruent, promiſſiones Chriſti, quas perfectis pollicitus eſt, proculdubio conſequentur. *Alij ſunt* qui eiſdem modis, vt dictum eſt, ad perfectionem aſtricti, in eius obſeruatione negligentes, vel etiam ficti exiſtunt, de quibus dicitur in collatione Piamonis: Sunt qui Euangelicam perfectionem ſimulare potius, quam in veritate arripere volunt, & humanis laudibus prouocati, vniuerſis mundi diuitijs, Chriſti præferunt nuditatem, facultatem, videlicet mundi, ſolum ad faciem hominum renunciantes, nequaquam mandatis Euangelicis ſe ſubmittunt, ſed ſuas exercent pro libitu voluntes: ſine dubio talibus dominus perſtringit viam ad domum ſuam dicens. *Niſi abundauerit. Tertij ſunt*, qui ſancto & ſimplici propoſito, ex deuotione ſtudent ſe conſilijs Euangelicis, quantum poſſunt, Dei adiutorio conformare, non reputantes ſe perfectos, ſed perfectionem attingere in ſpiritu humilitatis cupientes. Hos profectò, ſi non omnia quæ perfectionis ſunt impleant, credo hac ſententia Domini non percelli, quin imo ſtudio ſuperrogationis eos in retributione à domino præmiari. Ideo de illis qui ſibi ſtatum vendicauerunt perfectionis, nec in eo vt debuiſſent tenuerunt, patet quo-

Y
Tria ſunt genera perfectorum.
1.
2.
3.

Digitized by Google

quomodo à regno cœlorum, iuxta verbum domini, excluduntur: hi autem qui in simplicitate vixerunt, quomodo ad regnum cœlorum producuntur, patet in Vitas patrum, vbi legitur.

Exemplum de anima iusti & peccatoris.

Z Quidam frater in eremo, quærens videre exitum animæ iusti & peccatoris, diuino nutu, lupo duce, venit ante quandam ciuitatem, vbi erat monasterium in quo erat quidam solitarius, habens magnæ perfectionis nomen: qui iacebat infirmus expectans horam mortis suæ. Frater ille vidit multam præparationem fieri cereorum & lampadum, propter solitarium illum qui tantæ reputationis habebatur, quasi per ipsum Dominus saluaret ciuitatem, & eo moriente, omnes perituri essent. Facta autem hora exitus ipsius, vidit frater ille Tartareum quendam inferni descendentem, propter solitarium illum habentem tridentem igneum. Et audiuit vocem dicentem sibi, quasi à Deo. Sicut anima ista non permisit me in se quiescere vna hora, sic nec tu misereris eius euellens animam. Ponens ergo Tartareus ille tridentem in corde solitarij, & per multas horas torquens eum, abstraxit animam eius. Post hoc ingressus ille frater ciuitatem, inuenit hominem peregrinum iacentem ægrotum, non habentem qui eius curam haberet, & cum eo mansit vno die. Et cum venisset hora sui exitus, vidit frater angelos Gabrielem & Michaëlem, vnum à dextris, & alium à sinistris infirmi, rogabantque animam infirmi vt egrederetur, & non exibat, quasi nolens derelinquere corpus suum: Dixitque Gabriel ad Michaëlem. Assume tibi animam istam, iam eamus. Cui Michaël: Iussi sumus à Domino, vt sine dolore eijciatur, ideoque non possumus cum violentia eam euellere. Exclamauit ergo voce magna Michaël, dicens: Domine, quid vis de anima hac, quia non acquiescit nobis, vt egrediatur. Cumque descendissent omnes angeli in circuitu animæ illius, cum canticis & hymnis, venit vox dicens: Ecce mitto Dauid cum cithara, & omnes psallentes, vt audiens vocem ipsorum, egrediatur anima iusti huius. Cum autem descendissent cum citharis & cymbalis, cantum angelorum concinnentes, sancta anima cum gaudio exiliens, sedit in manibus sancti Michaelis, & assumpta est cum gaudio magno in cœlum. Ecce quomodo anima illius solitarij, qui perfectissimus in opinione hominum reputabatur, quia non abundauit iustitia eius vt debuit, ideò à regno cœlorum excluſa, tartareis tortoribus tradita fuit: anima verò simplicis peregrini, cui pro statu suo sufficit iustitia sua, ad regnum cœlorum cum magna deducta fuit lætitia. Quod & nobis præstare dignetur.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iratscitur fratri suo, reus erit iudicio. Matthæi 5.

OLla cum in se est plena aqua, & in se aliquid habeat, non emittit, sed in se claudit & custodit. Si autem ad ignem ponatur, & feruere incipit, quicquid intus latuit, etiam minimum, sursum mittit: & si quæ fæces in fundo latebant, super enatant, & simul pinguendo cum fæcibus exhalant. A

MORALITER. Per ollam intelligit hominem propter materiam; quia sicut olla fit de terra, sic & homo. Iuxta illud Eccles. 3. *Homines de terra facti sunt, & in terram pariterreuertentur.* Ideo dicit Apostolus. 1. Cor. 15. *Homo primus de terra terrenus.* Per aquam autem intellige dona Spiritus sancti; iuxta illud Ioan. 1. *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ:* quia de memoria credentis, procedent dona Spiritus sancti. Sed per ignem, intelligitur inuidia, ira: iuxta illud Psal. 57. *Supercecidit ignis & non viderunt solem.*

Modo ad propositum, quando homo ad instar ollæ est plenus aquis, videlicet donorum Spiritus sancti, tunc non emittit à cordis fundo quicquid scit mali de proximo suo, sed statim cum positus fuerit ad ignem iræ, accenditur: quia ira est accensio sanguinis circa cor. 4. Ethicor. & eo de anima. Tunc statim quid scit mali, vel infamiæ proximi, totum ore profert, quantumcunque illud sit nociuum, & omnes fæces, & blasphemias, & iniurias quæ tempore quietis tacebat in corde, non solum ore sed omnibus membris ira durante pandit. Et sicut etiam olla feruens, cum fæcibus simul emittit pinguedinem, sic homo iracundus, simul cum veris, falsa emittit, prodit, siue promit. Ideo dixit Iob. 40. *De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ:* & quid per fumum qui lædit oculos hominum, nisi verba turpia & blasphemiæ, quæ proferunt irati, designantur; quæ lædunt tam proferentem, quàm audientē, quàm etiam illum, coram quo ea profert. Ideo Dominus in præsenti Euangelio prohibet iram cordis & oris, cum dicit: *Qui irascitur &c.* In verbis propositis breuiter per ordinem tria tanguntur. *Primo* imperfectio phariseorum, ibi; *Audistis quia dictum est antiquis. Secundo* punitio iracundorum, ibi; *Ego autem dico. Tertio* satisfactio iniuriatorum, ibi; *Si offers munus tuum.*

Per fumum verba turpia & blasphemiæ designātur.

Circa PRIMVM dicit: *Audistis quia dictum est antiquis*, videlicet Exod. 20. *Non occides*; in quo quidem mandato prohibitionis, omne homicidium prohibetur. Vbi NOTA homicidium est duplex, corporale & spirituale. *Corporale* committitur tripliciter, voluntate, ore, & opere: *Voluntate* committitur homicidiū tribus modis. *Primo*, ad mortem odiendo. Exemplum de fratribus Ioseph, qui *oderant eum, nec poterant quicquam ei pacifice loqui.* Genes. 37. Nam *qui odit fratrem suum, homicida est.* 1. Ioan. 3. Et ratio est, quia ille qui odit proximum, occidit animam suam; quia homo per malitiam *occidit animam suam.* Sap. 16. & Psal. 36. *Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Vbi dicit August. Qui alteri nocere desiderat, similis est illi, qui gladio se transuerberat, vt tunicam alterius rapiat. Deinde occidit spiritualiter proximum suum; quia secundū Glossam super Epistolam 1. Ioa. 3. Qui ex odio persequitur fratrem suū & ad iram prouocat, quantum in se est, ipsum in anima occidit: & talis est velut gladius ex vtraq; parte scindens, de quo Eccl. 21. *Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas. Secundo* cōmittitur voluntate homicidiū, occidere proponendo, sicut Esau quando dixit: *Venient dies luctus patris mei, & occidam fratrem meū:* Gen 27. Et propter hoc propositum malum *non inuenit locū pœnitentiæ, licet cum lacrymis quæsisset.* B

Homicidium corporale & spirituale.

Proximus occiditur spiritualiter.

Ad

Ad Hebr. 12. *Tertio* in mortem consentiendo, sicut Achab consensit in mortem Naboth: 3. Reg. 21. Verbo committitur homicidium tripliciter.

C Verbo homicidium cõmittitur.

PRIMO *præcipiendo* sicut Herodes præcepit occidere pueros Matth. 2.

SECVNDO ad mortem *iudicando* ordine iuris penitus prætermisso, sicut fecit Pilatus Lucæ 23. Nam qui iudex, ordine iuris seruato, præcipit occidi malefactorem, vt iustitia seruetur, pro bono statu Reipublicæ, non peccat. Quia dicit Hieronymus super Ezech. & ponitur 23. q. 5. c. qui malos. Qui malos, inquit, percutit, in eo quod mali sunt, & habet vasa interfectionis, vt occidat pessimos, minister Dei est. Et Augustinus in quæstionibus in Leuiticum: Cum homo iuste occiditur, lex eum occidit non tu. Ex illo autem patet, quod minister occidens iussus à iudice, non peccat; nisi hoc tàm minister quàm iudex, fecerint ex liuore vindictæ, vel ex delectatione fundendi sanguinem humanum, vt potest deduci ex dictis B. Augustini lib. 1. de libero arbitrio, c. 4. & 23. q. 5. c. Miles. *Tertio* verbo committitur homicidium, *consulendo*, sicut Caiphas, qui ait: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat. Ab illo die cogitauerunt interficere eum.* Ioan. 11.

D Opere homicidium committitur.

1.

2.

3.

Opere homicidium committitur tribus modis. PRIMO, *ad mortem tradendo*, sicut Iudas Christum Matth. 16. SECVNDO *necessaria indigentibus subtrahendo*; sicut faciunt, qui frumentis abundant, & non vendunt, nec famis, nec alio necessario tempore, nec errogant pauperibus, sed expectant vt vendant carius, quod non fecit Ioseph qui vendidit frumenta tempore famis, propter quod dictus est *saluator mundi*. Gen. 41. Ideo dicit Sapiens de vnoquoque talium: *Qui abscondit frumenta maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium.* Prouerb. 11. Quare etiam dicit Ambrosius distin. 86. capit. Pasce. Pasce fame morientem. Si non pauisti occidisti. De hoc latius superius sermone XXX. A. TERTIO opere cõmittitur homicidium *percutiendo*. De quo dicitur Exod. 21. *Qui percusserit hominem, volens morte occidere, morietur.* Sub hoc etiam genere includuntur illæ matres immisericordes, quæ occidunt pueros siue extra vterum, siue in vtero iam viuentes.

E Vtrum infantes sine baptismo morientes patiantur pœnã sensus Sententia Thomæ de Argentina.

Sed hic incidentaliter quæritur. Vtrum tales pueri sic à matribus occisi, & non baptizati, patientur pœnam sensus. De hoc sunt duæ opiniones. *Vna est* beati Augustini qui vult dicere, quod post diem iudicij patientur pœnam ignis, licet minutissimam. Sicut de hoc deducit Lucidius Merkelinus in tractatu suo de instructione simplicium sacerdotum, c. 57. De hac opinione posui in corpore de Sanctis, videlicet de sancto Iacobo. Sermone 1. tertio principali. *Alia est opinio* mitior, quæ dicit, quod non habent pœnam sensus, sed tantum damni. De hac opinione est Thomas de Argentina in Compendio Theologicæ veritatis, libro vltimo, vbi dicit, quod post diem iudicij tria loca erunt inhabitata, scilicet, cœlum, infernus, & limbus, scilicet puerorum; & hoc dicit contra illos, qui locum medium non ponunt inter cœlum & infernum.

Scoti opinio.

De hac opinione est Doctor subtilis in scripto super 2. sententiarum, qui dicit, quod tales pueri nullam habebunt pœnam sensus exterioris, puta ignis, quia nullam delectationem inordinatam habuerunt, cui respondet acerbitas ignis affligentis, nec habebunt pœnam interiorem vt tristitiam: quia si de statu suo tristarentur, inuoluntariè sustinerent statum suum, & vellent oppositum & ita murmurarent contra dispositionem diuinam, & per consequens haberent voluntatem inordinatam, quod vide-

Digitized by Google

videtur absurdum: quia sententia diuina est disposita, quod *vbi ceciderit lignum ibi erit*. Et consequenter dicit, quod ipsi possunt addiscere multa in proprio genere, sicut & beati. Non enim verò simile est quod est in eis impedimentum, propter quod non possunt scientiam acquirere. Vnde videtur probabiliter concedendum, quod omnium naturaliter cognoscibilium, poterint habere cognitionem perfectius & excellentius, quàm quicunque Philosophi habuerunt pro statu suo vel isto. Et ita aliquam beatitudinem naturalem de Deo cognito in vniuersali poterunt attingere. Sed de cognitione particulari Dei dicitur vel quod non dabitur eis, quia esset eis ad tristitiam, quam non demeruerunt; vel si huiusmodi cognitionem habebunt, non tristabuntur, quia erunt contenti de statu suo, scientes Deum ita de se disposuisse nec suo statu aliquando meruisse Hæcille.

S. Thomæ opinio de infantibus non baptizatis.

S. Thomas in scripto. 2. principali, quæst. 2. dicit; quod pueri illi non habebunt tristitiam de carentia diuinæ visionis, quæ nunquam debebatur eis, cum facultatem naturæ excedat, nec erant in statu merendi: sicut nullus homo sapiens affligetur, de hoc quod non possit volare sicut auis; vel quia non est rex vel imperator, cum sibi non est debitum.

Ad idem Richardus in scripto 3. quæst. 2. dicit, quod ipsi sciunt ex naturalibus Deum non posse videri, nec se habuisse vsum liberi arbitrij, per quem se disponere potuissent ad merendum, & sciunt se in perpetuum victuros, & nullam pœnam sensibilem habituros. Et de illorum consideratione, id est, de carentia Dei visionis non dolent, sed gaudent de bono quod habent, & plus fortè habent de gaudio de bonis creatis, quàm multi in hac vita, qui tamen in tali statu semper permanere vellent. Et addit. Non credo tamen, quod prædicta consideratio esset sufficiens causa, quare non doleant; nisi adesset diuina prouidentia quæ ab eis excludit dolorē. Et concordat Doctor subtilis in scripto, quod etiam ex dispositione diuina erunt ista corpora impassibilia, licet non ex dote impassibilitatis: ita quod nec ab intra, nec ab extra patientur: & sicut fomes nullum inordinatū motū suscitauit in eis in ista vita, ita nec ibi suscitabit.

Scotus glossat verba S. Augustini.

Et idem Doctor subtilis Scotus glossat verba Augustini, quæ dicit in de fide ad Petrum: Tales pueros æterni ignis supplicio puniendos, id est, supplicio illo, quod est in æterno igne cruciandi sunt: Vel hoc locutus est contra hæreticos, qui omninò peccatum originale negabant, & pœnam pro illo peccato, & ideo excessiuè locutus est. Et Richardus dicit eum temperasse suum modum loquendi in Enchiridion, cap. 34. vbi dicit, quod pœna eorum erit mintutissima. Vel aliter potest dici, secundum Richardum, quod Augustinus accepit hoc supplicium pro quacunque pœna æterna, siue damni, siue sensus. Et S. Thomas in scripto 2. principali dicit: quod frequenter nomine ignis, in scriptura quælibet pœna signari consueuit; nec debet mouere illud quenquam, quod Dominus in iudicio non daturus est, nisi duas sententias, vnam: *Venite benedicti*: aliam, *Ite maledicti*. Quia multi impij non resurgunt in iudicio, etiam qui non credit iam iudicatus est.

F

Spirituale homicidiū multiplex. Detractio. Detractio est summa iniquitas.

SPIRITVALE verò homicidium multis modis committitur. PRIMO, per *detractionem*: de pœnit. dist. 1. cap. Homicidiorum. Vbi dicit Glossa, quod detractor dicitur homicidia, quia priuat animam vita, quantum in se est, dum negat eam habere virtutes; vel illas minuit; Quia detrahere est bona, quæ alicui à Deo sunt collata, minuere vel negare. Sic detrahere est summa iniquitas 6. quæst. 1. cap. Summa.

Digitized by Google

Mala suggestio.

SECVNDO, per *malæ suggestionem*, vt dicit B. Augustinus, & ponitur vbi suprà capite: Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades, dicente Psalm. 56. *Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ.* Ideo de diabolo qui suggerit omne malum, dicit Iesus; *Ille homicida erat ab initio*, Ioan. 8. Quia non solum se ipsum occidit, sed etiam suggessit primis parentibus præuaricationem; Et non est intelligendum, quod diabolus creatus est malus, sicut quidam dixerunt ex verbo creatoris superius allegato, sed est malus factus statim post initium, & sic exponit verba Saluatoris, lib. 2. dist. 3. c. 4. Magister sententiarum.

G

Adulatio.

TERTIO, per *adulationem*: Iuxta illud Psalm. 44. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula*: vbi dicit Magister in glossa, quod vbi nos habemus: *super oleum*, alia litera habet, *adulando*. Ideo dicit Propheta, Psalm. 140. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Quod verbum tractat B. Gregorius in Homilia, dicens; Impinguat caput peccatoris oleum, cum demulcet mentem fauor adulantis. Et Magister super eodem verbo dicit: *Oleum peccatoris*, id est, falsa laus adulatoris, & simulata dilectio, quæ mentes à rigore veritatis emollit ad noxia, *non impinguet caput meum*, id est, intentio mea non delectetur de adulatione falsaque laude. *Et subdit*: Amat ergo fidelis argui à viro iusto in misericordia, & non laudari à peccatore cum irrisione: habeat secum oleum, quod illæ prudentes secum portabant, & non quærat oleum peccatoris. Hæc Gregorius. Adulatio est multum vitanda, quia admodum Iudæ sub specie osculi, proditionem operatur; & sub specie amici interficit, sicut de Ioab & Amasa. Nam Ioab dixit ad eum: *Salue mi frater, & tenuit manu dextra mentum eius*, videlicet Amasæ, *quasi osculans eum*, qui cum non aduertisset gladium, quem habebat Ioab, percussit eum in latere & effudit intestina eius in terram, & mortuus est, 2. Reg. 20. Et hæc homicidia prohibita sunt in illo verbo, *Non occides.*

Adulatio, quare vitanda.

H

Pars secunda concionis.

Quantum ad SECVNDVM, ponitur punitio iracundorum, cum dicit, *Ego autem dico vobis, quicunq; irascitur fratri suo*, vbi nota Aristot. lib. 2. de animalibus dicit cap. 4. Abaue est animal de magnitudine quasi cerui, quod contra naturam omnium animalium aliorum habet fel in aure simile felli hominis in colore, quod est amarum valdè, creatiuum vehementis iræ.

MORALITER. Hoc animal significat hominem iracundum: quia irati homines videntur habere fel in aure. Quia quantumcunque componat se homo viuere cum eis pacificè, & honestè rationabiliterq; loquatur, tamen videtur semper eis, quod sit aliqualis lis vel iniuria; vnde nihil placet eis perfectè. Diu enim portant fel iracundiæ in aure, quia quicquid audiunt, in amaritudinem conuertunt. Contra quos hic dicit Dominus: *Quicunq; irascitur fratri suo, reus erit iudicio*; vbi dicunt quidam, qui irascitur fratri suo sine causa. Sed Hieronymus dicit, quod frustra ponitur ibi, quia nulla potest esse causa irascendi in fratrem, sed iustè irascitur aliquis culpæ fratris. Nam vt dicit Augustinus: Irasci fratri, vt corrigatur, nullus sanæ mentis reprehendit. Gregorius 32. moralium. Si nobis & proximis delinquentibus irascimur, non peccamus. Si enim sic proximos, vt nos amare præcipimur, restat vt sic eorum erroribus, sicut nostris vitijs irascamur. Vnde NOTA, quod ira commendatur, qua irascitur vitijs; iuxta illud Psalm. 4. *Irascimini, & nolite peccare.* Irascimini, inquit Magister in Glossa, peccatis, imò vobis ipsis de præteritis peccatis, & nolite peccare. Cui con-

Ira qua vitijs irascimur laudabilis.

cordat

cordat Gregorius Homilia 6. ſuper Ezechielem, verè pœnitens benè iraſcitur, dum ſecum rixatur de his quæ ſe malè geſſiſſe recolit, & ſibi ipſi diſplicere incipit, cum ille placere incipit quilibet creauit. Reprehendit enim ſe de cogitationibus, inſequitur de verbis talibus, punit ſe flendo de factis, ſupernis inhiat, omnia bona terrena per mentis deſpectationem calcat. Hæc ille. Item, quædam ira toleratur, ſicut infirmorum quæ eſt ſubita, vt cum homo ſecundum carnem iraſcitur, nec tamen vult facere, ad quod ira inducit. Iſta ira toleratur, quia rationem non ſuperat; de qua dicitur. *Non te ſuperet ira, vt aliquem opprimas*, Iob 36. Quædam verò ira vituperatur, taiis eſt omnis ira, quæ rationem ſuperat. cuius ſecundum Gregorium quatuor ſunt gradus. *Quidam* enim citò commouentur ad iram, & citò redeunt ad tranquillitatem. *Alij verò* tardè iraſcuntur, & tardè redeunt, & iſti peiores ſunt primis, vt dicit B. Auguſtinus in regula. *Alij autem* de facili ira accenduntur, & tardè redeunt; & ipſi peiores ſunt omnibus. *Sed alij* tardè iraſcuntur, & citò iram deſerunt, qui inter omnes ſunt minus mali. *Item ſunt nonnulli*, qui non ſolum tenent iram in corde, ſed etiam oſtendunt verbis, vt qui dicit alicui Racha aut fatue, grauius peccat. Nam ſecundum Auguſtinum & Chryſoſtomum. Racha non eſt vox aliquid ſignificans, ſed ſolum motum indignantis animi. Secundum Hieronymum verò in Gloſſa eſt Hebraicum, & idem eſt quod κενός Græcè & Latinè inanis & vacuus, id eſt abſque cerebro, nuncupatus, quod eſt contumelia. Qui ergo hoc dixerit fratri, reus eſt concilio, id eſt, conſenſu iudicij eſt danda ſententia contra eum. *Alij autem* procedunt ad verba determinata, dicendo in ira fatue, vel alia conuicia, & vnusquisque talis erit reus gehennæ ignis, quia dicit Chryſoſtomus: Indignum eſt, hominem dicere fatuũ, qui habet in ſe Spiritum ſanctum.

Ira quædam tolerabilis.

Iræ vituperabilis quatuor gradus.

Quantum ad TERTIVM, ponitur *ſatisfactio iniuriatorum*, cum ſubiungitur: *Si offers munus tuum ante altare, &c.* Vbi NOTA, dicitur notanter. *Si offert munus tuum ante altare*; in quo innuitur, quod oblatio debet eſſe voluntaria; & de ratione oblationis eſt, quod voluntariè debet fieri, & ſacerdotes non debent oblationes recipere, niſi voluntariè & ſpontè offerantur; iuxta illud Exodi. 25. *Ab omni homine qui eum offert vltroneus accipietis eas*, ſcilicet oblationes. Ad illas tamen oblationes quæ fiunt in quatuor feſtiuitatibus principalibus, vt in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, Aſſumptionis Virginis glorioſæ, & Natiuitatis CHRISTI, omnes ſunt aſtrictæ perſonæ, ſaltem communicantes, vt quidam dicunt; & ad iſtam conſuetudinem laudabilem tenendam, vbi ſubditi reſiſtere vellent, ſunt cogendi per Epiſcopum, non per plebanum, ſicut patet per Innocentium III. de Simonia, ad Apoſtolicam vbi dicitur. Ad Apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quod quidam clerici pro exſequijs mortuorum, & benedictione nubentium, & ſimilibus, pecuniam exigunt & extorquent, & ſi fortè eorum cupiditati non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra verò quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam Eccleſiam, pro deuotione fidelium introductam, ex feruore hæreticæ prauitatis nituntur infringere, ſub prætextu Canonicæ pietatis. Quapropter has prauas exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari, ſtatuentes vt liberè conferantur Eccleſiaſtica ſacramenta. Sed per Epiſcopum loci, veritate cognita compellantur, qui pernitiosè nituntur malam conſuetudinem immutare.

I Pars tertia concionis.

Oblationes ſunt voluntariæ, præterquam in quatuor feſtiuitatibus.

Sacramenta Eccleſiaſtica gratis conferenda.

Ex hac decretali habetur, quod offertoria quatuor dierum prædictorum de iure exiguntur, & non dantes ea, per Episcopum ad dandum compelluntur. Et dicunt aliqui, quod illud quod ad mandatum Episcopi offertur, nomen oblationis retinet. Nam licet in isto casu cogendi sunt ad oblationem, vt coactæ offerant, tamen oblatio est voluntaria, quantum ad quantitatem vel ad speciem rei offerendæ.

Peccant sacerdotes qui obligant subditos ad duplum offerendum.

Ex quo elicitur, quod grauiter peccant sacerdotes curati, qui subditum non habentem vnum denarium cogunt ad duplum offerendum, etiamsi deberent ostiatim duos denarios mendicare. Et si humiliter petit supportari, allegando maximam paupertatem, non meretur exaudiri: ideo de illis sacerdotibus dicit Sapiens: *Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur*, Prouerb. 21.

K

Vtrum in singulis Missis debeant subditi offerre.

Sed diceres. Quod omnis Christianus vltra hos quatuor dies prætactos, adhuc tenetur ad altare in missarum solennijs offerre. Quia Gregorius Papa VII. & ponitur de Consec. dist. 1. c. Omnis. Omnis inquit, Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Dominus per Moysen dixit, Exodi 23. *Non apparebis in conspectu meo vacuus* Ad hoc respondet Diaconus in Rosario, quod hoc intelligitur de oblatione interiori, vel bonorum operum, vel de consilio, nec aliæ oblationes possunt de iure peti. Vt ait Hugo & Raymundus. Sed omnibus præcipitur ne vacui, id est, sine oratione, vel bonis operibus ad missarum solennia accedant: ideo debent Deo cum summa diligentia, & orationes, & bona opera proferre & offerre, vt dicunt Doctores, exponendo illud Exodi iam dictum, *Non apparebis*.

Et ne sacerdotes habeant occasiones cogendi subditos, vt quotidianas oblationes faciant, prouisum est eis, de decimis & primitijs, quas de iure petere possunt: vt Extra de decimis in multis cap. Vbi vero decimæ non dantur, sicut in multis locis Alemaniæ, & alibi loco decimarum sunt eis alia bona, quibus viuere valeant, *assignata*. Si verò sacerdos parochialis adeo esset pauper, quod non posset quotidianis oblationibus sustentari, subditi tenentur ad honorem Dei principaliter, & consequenter ad sustentationem sacerdotis munera offerre ad altare. Quia dicit Apostolus, 1. Cor. 9. *Nemo cogitur proprijs stipendijs militare*: & hoc intellige, si subditi possunt sibi subuenire, tenentur ad hoc: si verò non possunt propter paupertatem, non sunt cogendi, vt dicit Innocentius. Sed posset eis sacerdos subtrahere diuina officia ad tempus, vt dicit Glossa, 1. quæst. 1. cap. Sacerdos. Et hoc ideo, vt necessitatem operibus manuum suarum sibi eo liberius posset acquirere: Exemplo B. Pauli, qui sciuit artem scenofactoriam, *& operatus est eam*, Act. 18. Et laborauit manibus suis, ne quem grauaret: dicit enim 2. ad Thessal. 3. *Non inquieti*, id est, vagabundi *inter vos fuimus, neque gratis panem manducauimus*, scilicet petentes nobis ministrari ab aliquo, in labore scilicet corporali & fatigatione die ac nocte operantes, scilicet ad acquirendum victum nostrum, ne quem vestrum grauaremus.

Sacerdotem valdè pauperem, tenentur subditi sustentare.

L

Oblationes de benè acquisitis sunt faciendæ.

Et dicit NOTANTER Dominus in Euangelio: *Si offers munus tuum ad altare*, & non alienum, quia solummodo oblationes illorum sunt recipiendæ, qui de bonis à Deo concessis & benè acquisitis offerunt ad altare, vel oblationem impediunt, vt patet ex dictis B. Gregorij, 4. quæst. 5. cap. Eleemosyna; & in capite, Scriptum est dicitur. Scriptum est, Prou. 5. inquit, *Victimæ impiorum abominabiles Deo, vota iustorum placabilia* neq; n. in omnipotentis Dei iudicio, quid sed à quo detur, inspicitur. Hinc est n. quod scriptum est, Gen. 4. *Respexit Deus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autē &*

ad

Digitized by Google

ad munera eius non respexit. Et dicit NOTANTER. *Recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te* & hoc potest intelligi de odiente vel dissidente, cuius oblatio non recipitur nisi fratri reconcilietur, sicut patet ex Concilio Carthaginensi IV. & habetur dist. 109. cap. Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in gazophilatio, recipiantur: & dicit Glossa, cum odium eorum apertum est, & notorium, oblationes eorum non sunt recipiendæ: & intelligitur de oblationibus voluntarijs, non de decimis, & oblationibus debitis, & primitijs. Et addit prædictum cap. Oblationes, quod dona eorũ qui opprimunt pauperes, similiter sunt refutanda. Ideo necesse est illis, vt prius fratribus suis reconcilientur; videlicet, qui odit, odium remittendo, & qui oppressit, læso satisfaciendo. Et ideo dicit Chrysostomus: Si cogitatione offendisti, cogitatione reconcilia, scilicet redde amorem pro odio, quod aduersus proximum tuum habuisti: Si verbo offendisti verbis, reconcilia, siue in faciem, siue post tergum. Si operibus offendisti, operibus reconcilia, & offeras Deo munus tuum, aliter non recipiet. Quid enim proderit tua oblatio si aduersum te erexerit se tui fratris coram Deo accusatio. Nunquid illum spernet, & se tibi placabilem reddet? quasi diceret. Nullo modo.

Dissidentiũ fratrum oblationes nõ recipiendæ.

DOMINICA VII. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Nunc liberati à peccato serui facti estis Deo. Ad Romanos 6.

QVintilianus in libro suo declamationum, ponit talem casum: quod quidam diues & quidam pauper, erant vicini, hortulis ipsorum coniunctis. Diues enim in horto suo habuit flores, pauper apes. Cum autem inimici essent ad inuicem, diues conquestus est, flores suos discerpi ab apibus pauperis, denuncians pauperi vt eas transferret; paupere verò apes suas non transferente, diues ille flores suos sparsit veneno, apes verò pauperis discerpentes flores, omnes perierunt. M

SPIRITVALITER Pauper ille Christus est, qui adeo pauper fuit, quod *non habuit vbi caput suum poneret* Matth. 8. Luc. 9. vbi legitur, quod Christo dixit quidam: *Sequor te quocunque ieris. Dixit autem illi. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Ideo dicitur in Psalm. 87. *Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea*: & Psal. 85. *Inops & pauper sum ego.* Iste quidem pauper Christus, habuit ab initio mundi, & adhuc habet apes, videlicet homines quorum aliqui sunt humiles & deuoti; de vnoquoque tali dicit Sapiens Eccles. 11. *Breuis in volatilibus apes*, id est, humiles inter superbos. Aliqui autem peccatores & immundi iuxta illud Isa. 7. *Sibilabit dominus api*, id est immundum peccatorem per inspirationem ad se vocat. Sed diues ille significat diabolum, quia secundum sanctum Thomam in glossa continua, super Matth. Diabolus præest diuitijs, non quod ipsas possit dare nisi quando Deus permittit, sed quia per eas homines fallit. hic reuera diues, habet flores, qui sunt oblectamenta mundialia & carnalia, de

Digitized by Google

Flores diuitum, sunt delectationes mundanæ.

quibus Sapientiæ 2. *Non*, inquit, *pretereat nos flos campi, nec aliquod sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra.* Sicut ergo isti, videlicet diues & pauper, habuerunt hortulos coniunctos, sic Christus & diabolus habet congregationes suas simul coniunctas; quia congregatio bonorum & malorum, est simul in hac vita: & hoc ideo secundum beatum August. 23. q. 3. c. Tolerandi. Nam si mali à bonis separentur, par generalis Ecclesiæ perturbaretur, & concuteretur. Sed heu diues ille nequissimus, scilicet diabolus, aspergit flores delectationum huius mundi, veneno iniquitatis & peccati; apes verò Christi insidentes & gustantes, pereunt & moriuntur in anima & tandem morerentur morte æterna, nisi per Christum à peccato liberarentur: Sicut liberauit Romanos, qui exhibuerunt membra sua seruire immunditiæ, id est, peccatis carnalibus, vt os gulæ, renes luxuriæ, & oculos impudicitiæ, de quibus aiunt verba prælibata: *Nunc liberati à peccato*; in quibus verbis duo proponit. *Primo* liberationem Christi gratiosam, ibi: *Nunc liberati à peccato. Secundo* seruitutem liberati studiosam, ibi: *Serui autem Dei facti estis.*

N Christus liberat nos tripliciter.

De primo est NOTANDVM Robertus Holkot dictione 129. super lib. Sap. dicit: Christus liberat homines tripliciter: liberat enim sicut medicus ægrotantes à morbis oppressos; sicut princeps dimicantes in castris obsessos; sicut iudex allegantes se iniusta perpessos.

I. Vt medicus ægros.

PRIMO ergo, liberat nos sicut medicus liberat ægrotantes à morbis oppressos. Nam sicut bonus medicus non statim & subito curat hominem in casu, nisi materia infirmitatis sit magna; sed paulatim iuuat naturam per medicinam, vt ipsa sic adiuta purget se ipsam, & fortior, & purior conualescat. Et licet infirmus ingemiscat & ploret, vt cito liberetur, medicus tamen prudenter exspectat & patienter operatur; & est melius pro infirmo, quàm ipsemet intelligat.

Remedia cõtra peccata nobis à Christo relicta.

MORALITER. Infirmitas illa, à qua vult cœlestis medicus nos sua pietate liberare, iuxta illud Psal. 40. *Dixi, domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi.* Istam infirmitatem & concupiscentiam originalem, quæ in corpore nostro manet, semper inclinans est ad peccatum: qui languor naturæ vocatur secundum Augustinum, qui in hac vita minui potest, extingui non potest. Medicus noster Christus noluit nos curare subito, sed per medium & moram temporis: & ideo reliquit nobis electuaria, vnctiones, cibaria collativa sanitatis: & hæc sunt sacramenta Ecclesiæ, quasi quoddam apothecarium, videlicet, Baptismus & Eucharistia, Pœnitentia, & sacra Vnctio. &c. Per quæ liberamur à peccatis; quia & ipsi Romani, de quibus in præsenti epistola loquitur B. Paulus, liberati sunt à peccato per baptismatis aquam. Et licet hic ad tempus liberamur à peccatis, tamen perfectè non curamur ab eis; sed in resurrectione corporum generali curabimur, cessante omni infirmitate, & ad peccandum pronitate, de qua Genes. 8. *Sensus & cogitatio hominis proni sunt ad malum ab adolescentia sua.* Et 20. q. 3. c. Procliuis, dicitur. Procliuis est cursus hominis ad voluptatem, & natura voluptatum mutatrix est: & 12. q. 1. c. Omnis, dicitur sic. Omnis ætas ab adolescentia sua in malum prona est, ideo in præsenti continue infirmi sumus, dicente propheta, *Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine, &c.* Psal. 6.

O Cur aliqui molestè ferunt

Dilationem verò istius sanitatis quodammodo molestè ferunt aliqui, quia est contra affectionem commodi. Vnde dicit Apostolus ad Romanos 7. *Infelix ego homo*

quis.

Digitized by Google

quis me liberabit de corpore mortis huius? & respondet; *Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum* Glossa dicit, qui in præsenti liberat à lege seruitutis, in quantum est culpa, in futuro in quantum est pœna. Ipse autem Apostolus consolatur se & alios homines, quod in breui consequentur sanitatem perfectam, licet nunc ingemiscant, exspectantes: dicens. *Ipsaq; creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem filiorum Dei.* Aliqui libri sic habent: *Quoniam & ipse creaturam*, scilicet humanam, *liberabit à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei*, Ad Roman. 8. Quod tunc erit quando humana natura perfectè glorificabitur, & erit sanata & liberata, ab omni iniquitate infirmitatis peccati. Iob. 5. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Ideo de illis qui iam sunt apud Deum, dici potest conuenienter illud verbum Apostoli præassumptum, *Liberati*, scilicet estis, *à peccato & serui estis facti Deo*, quia seruient ei in templo suo, die ac nocte. Apocalyp. 8.

runt, differri sanitatem.

SECVNDO liberat nos Christus. Sicut liberat princeps milites suos in castris obsessos, & hoc figuratum est in hac historia. Narrat Sextus Iulius lib. 3. cap. 6. De quodam principe nomine Cleonino, cuius populus in quadam ciuitate tenebatur obsessus. Volens ergo sibi cautè & populo consulere, quid eis vtilius expediret, cum eis literas aliter non posset transmittere, ordinauit quod vnus de militibus suis, de quo satis confidebat, vt ad obsidionem accederet, & cum aduersarijs obsidionem facientibus, quasi eos adiuuans, fortiter insultum præberet, ordinauit etiam quod nulla tela mitteret, nisi illa quæ sibi traderet. Tradidit ergo sibi tela, lanceas, & sagittas, in quibus artificialiter sculptum erat. Confortamini, & estote fideles: Ego Cleoninus venio, obsidionem cito à vobis remoueo. Iste ergo miles quasi hostis & inimicus ciuitatis, ad obsidionem accessit, & ciuitatem obsidentibus & expugnantibus se immiscuit, & tela modo prædicto in scripta, vltra muros iecit, quibus acceptis & lectis, illi qui ciuitatem defendebant, plurimum confortati, hostibus restiterunt, & ciuitatem Domino suo seruauerunt.

II.
Vt Princeps milites suos. Historia de Cleonino principe.

MORALITER. Princeps iste est Christus, qui *princeps est pacis* Isa. 9. Ciuitas vero est Ecclesia militans, in qua sumus: Milites in ciuitate sunt fideles in ecclesia, quia *militia est vita hominis super terram.* Iob. 7. Hæc ciuitas est obsessa per circuitum à dæmonibus & malis hominibus. De dæmone dicit B. Petrus 1. Petri. 5. Et habetur 3. q. 1. cap. Nulli dubium. *Quod circuit tanquam leo rugiens quærens quem deuoret.* Et dicit glossa, per circuitum innuitur, quod sit astutus. Qui enim vult capere castrum, non incedit per rectam viam, sed circuit, vt videat ex qua parte facilius capi possit. Sed per hoc quod dicit, *quærens quem deuoret*, innuitur, quod sit crudelis: Iuxta illud Ieremiæ 6. *Crudelis est & non miserebitur.* De hominibus verò malis dicitur in Psalm. 11. *In circuitu impij ambulant.* Idcirco Christus princeps nostet, volens nos liberare & confortare, mittit nobis militem cum lancea, sagittis, telis, hoc est prælatum vel prædicatorem verbi Dei, cuius sagittæ sunt acutæ. Iuxta illud Psalm. 119. *Sagittæ potentis acutæ.* Iste accedit quasi apparenter sit aduersarius, cum tamen realis est amicus. Nam mittit tela increpationis, reprehensionis, & obiurgationis, in ciuitatem militantis Ecclesiæ, cui quilibet quidem debet consentire, & eius increpationes libenter audire. Iuxta illud Matt. 5. *Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum eo in via.* Videas ergo, quid in telis suarum increpationum sit scriptum, & inuenies quod

Christus Princeps; Ciuitas, Ecclesia; Milites, fideles in Ecclesia.

Per militem designatur Prælatus vel concionator

est

est missus à principe tuo Christo, non ad te finaliter expugnandum, sed de obsidione prudenter liberandum. Quia ipse prædicator potest signari per hunc virum pauperem. De quo dicitur Eccles. 9. *Parua ciuitas, & pauci viri in ea, venitque contra eam rex magnus & vallauit eam, exstruxitq; munitiones per gyrum, & facta est obsidio. Inuentusq; est in ea vir pauper, & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam.*

MORALITER. Hæc ciuitas parua significat in generali totum mundum qui respectu cœli paruus est quasi punctus: Vel in speciali significat etiam quamlibet ciuitatem, quæ parua dicitur respectu beatorum hominum. Quia dicit Dauid in Psalmo. *Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.* In ea etiam sunt pauci, scilicet à virtute, quia heu *omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciet bonum, non est vsque ad vnum*, id est valde paucos. Contra hanc venit rex magnus, id est, diabolus qui est *rex super omnes filios superbiæ.* Iob. 41. Et vallauit eam insidijs suis; quia dicit Ioannes Papa 16. quæst. 2. cap. Visis literis. Habet, inquit, mille nocendi modos, nec ignoramus astutiam eius; conatur namque à principio ruinæ suæ vnitatem ecclesiæ rescindere, charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem felle inuidiæ inficere, & omnibus modis humanum genus euertere, & perturbare. Dolet enim satis & erubescit, charitatem quam nequiuit in cœlo habere, homines constantes ex lutea materia, in terra tenere. Hæc ille.

Psal. 54.

Diaboli munitiones, Superbia, auaritia & luxuria.

Ecce qualiter vndique vallat ciuitatem, id est congregationem hominum. Exstruxit etiam munitiones principaliter tres per gyrum, scilicet superbiam, auaritiam, & luxuriam, in quibus quasi totum mundum repugnat: *Quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* 1. Ioann. 2. Ideo necesse est vt vir pauper & sapiens inueniatur, scilicet prædicator, qui debet esse pauper, renunciando diuitijs; & sapiens in scientijs, vt sua sapientia liberet ciuitatem, id est, animam hominis à potestate dæmonis.

Q. III.

Vt iudex iniusta perpessos.

TERTIO liberat homines Christus, sicut liberat iudex iniusta perpessos: diabolus enim hominem seduxerat, & induxerat ad peccandum, vt habetur Genes. 3. Et manifestius declarat Magister lib. 2. sententiarum distinct. 21. Ideo sub virtute diaboli fuit homo detentus; iuste quidem quantum fuit ex parte hominis, sed iniuste ex parte dæmonis: sicut declarat Anselmus in libro primo. Cur Deus homo, capit. 7. Homo, inquit, meruerat vt puniretur, nec ab aliquo conuenientius quàm ab illo, cui consenserat vt peccaret. Diaboli verò meritum nullum erat vt puniret, imò tanto hoc diabolus faciebat iniustius, quanto non ad hoc amore iustitiæ trahebatur, sed instinctu malitiæ impellebatur. Ideo secundum eum iustum fuit ex parte hominis, quod ipse à diabolo puniretur, sed non fuit iustum ex parte diaboli vt ipse hominem puniret. Ab iniusta punitione ista & seruitute, liberauit nos Christus morte sua: quia ipse solus hoc facere potuit: iuxta illud Iacobi 4. *Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare.* Vnde liberauit nos eodem modo sicut Codrus rex Atheniensis: de quo tamen inserui in parte prima huius operis, vt patet registrum intuenti: tamen adhuc hic necesse illud inserere dignum duxi, vt eo frequentius habeatur in memoria liberatio generis humani, & passio recordetur Iesu Christi.

Quare homo a diabolo puniri meruerit.

Refert enim Augustinus libro 14. de ciuitate Dei capit. 19. & Valerius libro 5. capit. 4. Nam cum regio sua, & ciuitas, ingenti hostium bello debilitata esset, humani auxilij diffidentia ad oraculum Apollinis confugit, ac per legatos scisscitatus

est,

Digitized by Google

est, quomodo tàm graue bellum discuti posset. Respondit Apollo: Ita illi finem fore si ipse hostium manu occubuisset. Quod cum ad hostium castra peruenisset, ordinauerunt, quod nullo modo regem Athenienſium occiderent. Videns Codrus quod ciuitas ſua nullo modo pacem habere poſſet, niſi ipſe manu hoſtili occumberet, depoſuit regia inſignia, & habitum pauperem induit, & caſtra hoſtium ingreſſus eſt, vbi quendam ad pugnam incitans, interfectus occubuit: ſicq; patriam liberauit, propter quod à ſuis inter Deos computatus eſt.

Applicatio planè patet, quod Chriſtus eſt rex Eccleſiæ militantis. Aduerſarij ſunt diaboli, Ciuitas eſt Eccleſia ſancta ex bonis & malis hominibus congregata. Prophetarum enim fuit, & à Deo ordinatum, quod Eccleſia, id eſt, electi de genere humano non poſſent habere pacem, niſi rex eorum interficeretur. Chriſtus enim filius Dei, videns hoc, *cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus vt homo; humiliauit ſe, & obediens factus eſt vſque ad mortem; mortem autem crucis*, ad Philipp 2. & ſic nos à ſeruitute diaboli liberauit, vt dicit Apoſtolus ad Galat. 4. Itaque *non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate nos liberauit.*

R Quare Chriſtus ad liberandum nos ſe tantoperè humiliauerit.

Sed diceret quis. Cum Chriſtus nos per potentiam liberare potuit, cur ſe ad liberandum nos tantum humiliare voluit? Ad hoc *reſpondet* Magiſter ſententiarum lib. 3. diſtinct. 20. cap. 1. aſſumens pro ſe dictum Auguſtini: Ideo potentia vincere noluit, quia diabolus vitio peruerſitatis ſuæ amator eſt potentiæ, & deſertor oppugnatorq; iuſtitiæ, in quo homines magis eum imitantur: qua neglecta vel etiam peroſa, id eſt odioſa iuſtitia, potentiæ magis ſtudent, eiusq; vel adeptione lætantur, vel cupiditate inflammantur. Ideo placuit Deo, vt non potentia, ſed iuſtitia & humilitate vincens hominem eruere, in quo eum imitari diſceret. *Et in fine dicit.* Iuſtitia ergo humilitatis hominem liberauit, quem ſola potentia æquiſſimè liberare potuit, vt dicit Ambroſius & allegatur à Magiſtro lib. 3. diſtinct. 18. capit. vltimo. Propter primum peccatum homo ſub poteſtate diaboli erat, & non potuit aliqua pura creatura inueniri, quæ tantum potuit ſe humiliare, quantum primus homo ſuperbiuit, niſi ſolus Chriſtus qui fuit Deus & homo, qui in ſe impleuit omnem iuſtitiam, id eſt conſummatiſſimam, qua maior eſſe non potuit. Hæc Ambroſius.

Idem Magiſter, qui & ſuprà diſtinct. 20 capit. 2. Iniuſtè, inquit, ad ſe tenebat diabolus hominem; ſed homo iuſtè tenebatur, quia diabolus nunquam meruit poteſtatem habere ſuper hominem, ſed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem. Si ergo Deus, qui vtrique præerat, potentia hominem vellet liberare ſola hominis iuſſione, virtute poterat rectiſſimè liberare. Sed ob hanc cauſam præmiſſam, iuſtitia vti humilitatis voluit, qui dum in carne mortali crucifixus eſt, iuſtificati ſumus, id eſt, per repromiſſionem peccatorum eruti de poteſtate diaboli, & ita à Chriſto iuſtitia diabolus victus eſt, non potentia.

V

S Pars ſecunda concionis.

Quantum ad SECVNDVM, ponit ſeruitutem liberati, ſcilicet hominis ſtudioſam, cum dicit: *Serui autem facti Deo.* VbiNOTA, quando aliquis Dominus terrenus aliquos homines de poteſtate tyranni liberaſſet, illi merito ſerui ſui facti eſſent: ſed Dominus noſter IESVS CHRISTVS liberauit nos à poteſtate diaboli tyranni infernalis, qui totum genus humanum vinctum tenebat. Quare merito ei ſeruire tenemur. Qualiter autem hæc ſeruitus fieri debeat, oſtendit Apoſtolus Paulus ſuprà

Digitized by Google

prà in epiſtola hodierna ; *Sicut*, inquit, *exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in iuſtificationem* : quaſi diceret ; ſicut omnia membra exhibuimus ad ſeruiendum diabolo, ita exhibeamus omnia membra ad ſeruiendum DEO. Exemplum de S. Maria Magdalena, de qua dicit Gregorius in Homilia ; Quod in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta : conuertit ad numerum virtutum numerum criminum, vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex ſe Deum contempſit in culpa. Non ſicut faciunt multi, qui etſi corpore ſeruierunt Deo ieiunando, de poſſeſſionibus ſuis ſeruiunt diabolo, auarè cupiendo, & ſic claudicant in duas partes, quibus dicitur, 3. Regum 18. *Vſque quo claudicatis in duas partes. Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum*, ſcilicet ei tàm corpore quàm rebus ſeruiendo ; quia *nemo poteſt duobus Dominis ſeruire*, Matth. 6. Ideo dicitur 1. Reg. 7. *Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite illi ſoli*. Et Matth. 7. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*.

Seruientes Deo debent ſe in virtutibus triplici- ter exercere.

T Eſt tamen NOTANDVM, quod ſeruientes Deo, vt dicit Bernardus in quodàm ſermone, ſecundum triplicem ſtatum, ſcilicet incipientium, proficientium, & perfectorum, debent ſe tripliciter in virtutibus exercere.

PRIMO dicit, quod ſeruientes Deo, quantum ad ſtatum INCIPIENTIVM debent ſe ſic in virtutibus exercere, quod tempore tentationis à lapſu peccati ſe teneant, iuxta illud Sapientiæ. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia*. Gloſſa, erga proximum & timore ante Deum, *& præpara animam tuam ad tentationem*, videlicet vt non conſentias tentationi, & redeas in peccatum, Eccleſ. 2. Et hoc eſt eis neceſſarium ; quia non ſolum eſt tentationes ſuſtinere, verum etiam poſt ſanctam conuerſationem fortiores conflictus tentationum ſuſtinebunt : iuxta illud Chryſoſtomi in Homilia. Quisquis poſt baptiſmum maiores ſuſtinens tentationes, *non turbetur* : etenim propter hoc ſuſcepiſti arma non vt vaces, ſed vt prælieris. Ideo autem tentationem non prohibet ; *Primo*, vt diſcas, quoniam multo factus es fortior. *Deinde*, vt magnitudine donorum non extollaris. *Tertio*, vt diabolus experientia cognoſcat, quod perfectior abſceſſiſti. *Quarto*, vt per hoc fortior reddaris. *Quinto*, vt creditiui tibi theſauri ſignum accipias. Neque enim diabolus ſuperueniret tibi ad tentandum, niſi tibi in maiori honore effectum videret. Hæc Chryſoſtomus. Et poteſt addi *ſextum*, vt videlicet homo per tentationem fiat Deo magis acceptus, iuxta illud : *Fidelis autem Deus non patietur vos tentari ſuper illud quod poteſtis, & faciet cum tentatione prouentum*, 1. Corinth. 4.

Quare Deus tentationē non prohibeat.

W SECVNDO dicit Bernardus, quod ſeruientes Deo, quantum ad ſtatum PROFICIENTIVM, debent ſe ſic in virtutibus exercere, quod in eis continuè proficiant ; iuxta illud : *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem*, Prouer. 4. Quod verbum tractans B. Gregorius, & allegatur de pœnit. diſtinct. 2. capit. Prætereundum. In eorum namque animo, ſcilicet iuſtorum, bonorum deſiderium atque intellectus lucis intimæ, iam pars diei eſt. Sed quia vſque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectam diem tunc veniunt, quando ad regna cœleſtia ducti in ea luce quam deſiderant, iam minus aliquid habebunt.

TERTIO, vt dicit Bernardus : Seruientes Deo, quantum ad ſtatum PERFECTORVM, debent ſe ſic in virtutibus exercere, quod tribulationes pro CHRISTO libenter ſuſtineant, exemplo Apoſtoli, quem *neque mors, neque vita potuit à charitate Chri-*

Christi separare, ad Romanos 8. Sed quia nullus potest sic seruire Deo sine dono Dei & gratia, secundum Augustinum libro 14. de ciuitate Dei, cap. 22. & 23. ideo necessarium est Dei seruitoribus, gratiam postulare, de ipsis nullatenus confitentes: iuxta illud dictum Bernardi: Incassum laborat in acquisitione virtutum, qui eas propria virtute nititur acquirere, sed aliundè eas quærendo, scilicet à Domino virtutum, qui est CHRISTVS.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent; & si dimisero eos ieiunos, deficient in via, Marci 8.

PLinius in historia naturali dicit, quod inter omnia animalia aquila est maximè liberalis. Nam auibus eam sequentibus prædam condiuidit quam cæpit, ideo eam semper aliæ aues solent insequi, sperantes quod de ipsius præda eis debeat aliqua portio impartiri. A

MORALITER. Per aquilam quæ est regina auium, & inter eas tenet principatum, designantur Domini terreni, qui ad similitudinem aquilæ debent erga suos subditos esse liberales, qualis fuit Tiberius Cæsar, de quo refert Suetonius eum dixisse. Boni pastoris est, id est, ad eum pertinet, pecudes custodire, non deglutire. Et B. Augustinus de verbis Domini sermone VI. loquens de bono prælato, dicit. Bonus si fuerit, qui tibi præest, nutritor tuus est: si malus fuerit tortor tuus est. Et principaliter debet vnusquisque Dominus, siue spiritualis, siue secularis, prouidere diligenter suis subditis, quando eum sequuntur in aliqua expeditione, quia aquila prouidet alijs auibus se sequentibus. Ideo de Dauid legitur, quod semper fecit prouisionem suis militibus qui secum erant. Nam cum semel esset in deserto, & non haberet necessaria, misit seruos ad Nabal pro victualibus, vt pasceret se & suos, 1. Reg. 25. De ipso etiam legitur quod adeo fuit liberalis, & potius voluit per se carere, quàm milites suos defectum habere. Nam legitur, 2. Reg. 23. Cum esset in campo pugnaturus cum Philistæis, desiderauit habere aquam de cisterna Bethleem, dicens: *O si quis mihi daret aquam de cisterna, quæ est in Bethleem iuxta portam. Quod cum audirent viri tres fortes, irruperunt in castra Philistinorum, & aquam ei attulerunt: quæ cum fuisset ei allata, noluit bibere, sed dixit; Num sanguinem istorum qui profecti sunt, & anima um periculum bibam?* Et quia non suffecit ista aqua etiam alijs, maluit ab ea abstinere. Aquila regina auium.

Ita legitur in historia regis Alexandri Magni. Cum quadam die ipse & exercitus eius iter agerent, cœperunt habere sitim magnam, quam cum Alexander sufferre non posset, quidam miles Scuilus nomine, inuenit aquam in petra cauata, de qua impleuit cassidem suam, & attulit regi, plus diligens eius vitam quàm suam. Ille autem conuocans exercitum, coram omnibus effudit ipsam aquam in terram, ne dum videret exercitus quod ipse solus biberet, plus sitire inciperent: & sic qui pauit eos dum haberet, id est, maluit cum eis carere, dum defecisset. Sic ad propositum. CHRISTVS cœlitus aquila adeo fuit liberalis & misericors, quod sequentem populum Scuili militis caritas erga Alexandrum Magnum. Christi cœlestis aqui-

læ liberalitas,

ſemper ſolitus eſt paſcere, ſicut Ioan. 6. *Quinq; millia hominum qui venerunt ad ipſum, pauit de quinque panibus & duobus piſcibus : Et hic, quatuor millia de ſeptem panibus.* Et hanc ſuam liberalem miſericordiam oſtendit in verbis allegatis, cum dixit : *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me.* In quibus verbis Euangelij tria principaliter tanguntur. *Primo*, Dei miſerantis liberalitas, ibi; *Miſereor ſuper turbam. Secundo*, menſæ reduntantis ſatietas, ibi; *Accipiens panem. Tertio*, Chriſti augmentantis poteſtas, ibi; *Suſtulerunt.*

B

PRIMO, tangitur Dei *liberalitas miſerantis.* Nam dicit, *Miſereor ſuper turbam.* Vnde reges & Domini terreni, *Primo & principaliter* ſunt miſericordes & liberales, erga ſuos domeſticos. *Deinde* ad alios ſubditos : & tandem ſi ſunt mites, miſericordes ſunt ad vniuerſos. Sic omnipotens Deus miſericors fuit in principio erga domeſticos vt angelos : principaliter in duobus. VNO *modo* in *creatione.* Quia miſericorditer eos creauit, ſicut dicit Magiſter lib. 2. Sententiarum diſtinct. 2. cap. 6. quod cœlum Empyreum, mox vt factum eſt, angelis repletum eſt. Et patet, quia ex mera bonitate & liberalitate eos creauit, quia ipſorum non indiguit. De hoc dicit Magiſter lib. 2. diſt. 1. cap. 7.

Miſericors fuit Deus.

1. Angelis in creatione.

A

Cum ergo quæritur. Quare, quomodo, ad quid creata ſit rationalis creatura? Breuiſſimè reſponderi poteſt, propter Dei bonitatem, & ſuæ, ſcilicet creaturæ, vtilitatem. Vtile nempè eſt ſibi, ſeruire Deo & frui eo : factus ergo angelus ſiue homo, propter Deum dicitur eſſe, id eſt factus, non quia creator Deus & ſumme bonus alterius-que, id eſt hominis & angeli indiguerit officio, quia bonorum noſtrorum non indiget, ſed vt ſeruiret ei, & frueretur eo, cui ſeruire regnare eſt.

2. In conſeruatione.

ALIO *modo* miſericors fuit angelis in *conſeruatione*, quia malis cadentibus bonos confirmauit in gratia. Quia dicit Magiſter ſententiarum lib. 2. diſtinct. 5. *Data eſt gratia cooperans angelis qui perſtiterunt, per quam conuerſi ſunt, vt Deum perfectè diligerent. Et paulo ante dicit :* Bonos angelos ſua gratia illuminauit, malos verò excæcauit, ſcilicet permiſſiuè non effectiuè. Patet ergo, quod bonos in miſericordia illuminauit, vt à bono quod habebant, ad maius bonum conuerterentur quod non habebant; malos autem ex iuſtitia excæcauit; Ideo dixit Exodi 33. *Miſerebor cui voluero.* Ecce quomodo angelis in cœlo miſertus eſt, de qua miſericordia dixit Dauid in Pſalmo 35. *Domine in cœlo miſericordia tua.*

C

SECVNDO, omnipotens Deus miſericors fuit erga ſubditos, ſcilicet Iudæos. *Primo* in *ſpeciali electione*, quia ſibi elegit eos in populum peculiarem olim; iuxta illud Iſa. 43. *Populum iſtum formaui mihi, laudem meam enarrabit. Alio modo*, in multiplici *liberatione.* Nam patres Iudæorum adorauerunt idola, occiderunt prophetas, & legē Dei abiecerunt : propter quæ iniqua mala fuerunt in captiuitate ſeptuaginta annis in Babylonia, & poſtea miſericorditer placatus eſt eis, & reduxit eos in terram ſuam. Et ratio eſt, quia pœnituerunt de malis ſuis in contritione, confeſſione, & ſatisfactione, quæ ſignificantur hic per tres dies cum dicit : *Ecce iam triduo ſuſtinent me.* Sed de peccato quod commiſerunt in Chriſtum, eum crucifigendo & occidendo, nondum pœnituerunt : quare miſericordiam ſuam hactenus non ſenſerunt, quia iam per mille & quadringentos annos & vltra fuerunt in ira Dei, & vſque in finem mundi in ea erunt, ita vt Daniel nominet iſtam *deſolationem ſine* fine, cap. 9. Nec eis miſerebitur, quia omnes adhuc manent in eodem peccato ex ſuperbia, qua ſe præferunt totimun-

2. Erga ſubditos, ſcilicet Iudæos.

Triduum ſignificat contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem.

mundo: & ideo dicit Dominus per Amos cap. 2. *Super tribus sceleribus Israel conuertam*, scilicet eis miserando; *super quartum non conuertam, quia vendiderunt iustum pro argento.*

TERTIO Deus omnipotens, Christus dominus noster, miseretur generaliter omnibus Christianis in multis. *Primo* in peccatorum *preseruatione* quia in multis peccatis in quæ cadere potuisset homo eum misericordia custodiuit ideo dixit beatus Augustinus lib. 2. cap. 7. Confessionum: Quare, tuæ deputo misericordiæ, quod peccata mea tanquam glaciem soluisti; gratiæ tuæ deputo, quæcunque non feci mala. Et dicit Bernardus. vide suprà sermone 46. vbi dicit; Quis non videat. &c. *Secundo* in peccatorum *dissimulatione* iuxta illud Sapientiæ 11. *Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas hominum peccata, propter pœnitentiam veram superuenientem.* Quia quando homo peccat mortaliter, posset eum statim punire pœna æterna, ex sua iustitia, sed tamen dissimulat hanc pœnam, ex sua infinita misericordia, pœnitentiam exspectando. *Alio modo* dissimulas, id est, differs peccata scilicet punire propter *pœnitentiam*, id est, vt des homini pœnitendi tempus. Et subditur causa: *Diligis enim omnia quæ sunt*, scilicet conseruando ea in esse, *& nihil eorum odisti, quæ fecisti.* Diligit enim Deus naturam quam fecit; ideo dicit Bernardus: Miseratio tua domine super me, quæ non poterit explicari sermone, quàm benigna & liberalis, quàm gratuita fuit. Ego peccabam, & tu dissimulabas; non continebam à sceleribus, & tu à verberibus abstinebas; prolongaui ego multo tempore iniquitatem meam, & tu domine pietatem tuam. *Tertio* in eorum *susceptione*, quia pœnitentes misericorditer suscipit, cum dicit: *Misereor super turbam* scilicet pœnitentem, *quia triduo sustinent me*, vbi dicit glossa, triduo sustinent dominum qui contriti, confessi, satisfacientesque pro suo posse, Dei bonitatem exspectant, quorum miseretur & pascit eos septem panibus, id est, septem donis Spiritus sancti ne deficiant in via. De donis sufficienter dixi supra sermon. 25. M. Et sermone 3. R. &c. Quantũ ad SECVNDVM, ponitur mensę redundantis satietas, cum dicit: *Accipiens septem panes gratias agens, fregit, ac dedit discipulis.*

D

3. Omnibus Christianis, in multis.

1.

2.

Sap. 11.

3.

Pars secunda concionis

Pro quo NOTA, sicut dominus septem panibus magnam turbam refecit, sic & nos quotidie septem panibus reficit.

E

PRIMVS panis est *verbum Dei*, in quo vita hominis existit; iuxta illud Deutro. 8. *Dominus Deus afflixit te penuria, & dedit tibi manna in cibum, vt ostenderet, quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei.* Vbi NOTA. Verbum Dei egreditur de ipsius ore dupliciter. *Vno modo*, immediatè, quando Deus loquitur *per instinctum* ad cor hominis, inspirando ei quid facere debeat. De quo instinctu, vide suprà quatuor signa, in sermone 8. P. Et de illo dicitur Osee. 2. de anima conuersa: *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.* Hoc modo loquitur sæpe Deus peccatoribus, & hominibus mundanis, ad pœnitentiam eas instigando: ideo deberet dicere peccator cum Psalmista: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

Primus panis est verbũ Dei.

Deus homini loquitur aliquando per instinctũ

Psal. 84.

Alio modo loquitur Deus per alium hominem, scilicet *Prælatum* vel *prædicatorem*, qui dicitur os Dei. Ieremiæ 5. *Si separaueris pretiosum à vili quasi os meum eris.* Pretiosa est anima. Prouerb. 6. *Mulier viri pretiosam rapuit animam.* Pretiosæ etiam sunt virtutes: quia secundum Bernardum, Veræ diuitiæ non sunt opes, sed virtutes, quas

Aliquando per Prælatũ vel concionatorem.

quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Vile vxor est corpus, quia animæ pondus est & pœna, vt dicit Seneca. Vilia etiam sunt bona temporalia, etiam quæ pretiosa videntur. Aurum enim & argentum terra sunt rubea & alba. quæ solus error hominum facit pretiosa, vt dicit Bernardus in sermone de aduentu. Preciosum verò prædicator sua prædicatione à vili separat, quando pretiositatem virtutum ostendit, & temporalium vilitatem, & animam à temporalium amore seiungit, & ad amorem virtutum inducit, & talis quasi os Dei est. De hoc ore procedit panis verbi Dei, quod sanat hominem: iuxta illud Psal. 106. *Misit verbum suum & sanauit eos.* Iste est primus panis secundum Bernardum.

Aurum & argentum terra rubea & alba. Concionator vile a pretioso separat.

F

II. Panis est Obedientia.

SECVNDVS panis secundum ipsum est *obedientia*. quia nihil prodest verba Dei audire, nisi quis velit eis obedire, & secundum ea vitam suam dirigere scilicet per obedientiam: quia vt dicit Bernardus in sermone de paschate. Obedientia dirigit gressus nostros, & sanctæ conuersationis gratiam promeretur. Ipsa est quæ vitam ordinare nouit, ipsa est quæ pœnitentiam decet & donat. Et ideo hunc panem commendare dignatus est nobis Christus, Ioann. 4. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.*

III. Panis est Meditatio sancta.

TERTIVS panis est *meditatio sancta* quæ secundum Bernardum dicitur panis vitæ & intellectus; & hic bene concomitatur duos præcedentes. Nam postquam verba Dei commendata sunt cordi, & eis homo statuit obedire, necesse est homini continue meditari, qualiter vitam suam emendet, & in beneplacitum Dei disponat. vt de beato viro dicitur in Psalmo 1. *In lege domini meditabitur die ac nocte.* Et hæc sancta meditatio, vtilis est homini, quia dicit Bernardus in libro de consideratione. Sancta meditatio, primum quidem mentem de qua oritur purificat, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat.

IV. Panis est, Orantium lacrymæ.

QVARTVS secundum Bernardum panis est, *orantium lacryme* de quo Psalm. 79. *Cibabis nos pane lacrymarum* qui panis adiungitur præcedenti. Cum enim homo meditatur peccatorum suorum sarcinam, præsentis incolatus vitæ miseriam, & vitæ æternæ gloriam, suam imbecillitatem, & Dei erga se bonitatem, in tali meditatione exardescit ignis deuotionis, & resoluitur cor in lacrymas compunctionis, & tunc recurrit ad præsidium orationis. De hoc pane Cassiodorus super Psalmum, *Quemadmodum desiderat*; super illo versu: *Fuerunt mihi lacryma mea panes die ac nocte &c.* Fletus, cibus est animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum. Vnde legitur lib. 9. cap. 6. Confess. de beato Augustino, quod post conuersionem suam & baptismum flebat vberrimè in hymnis & canticis, recogitans pristinos errores, nec satiebatur illis diebus & noctibus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij Domini super salutem generis humani.

V. Panis, Labor pœnitentiæ.

QVINTVS panis secundum Bernardum est, *labor pœnitentie* de quo Psalm. 127. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es.* Hic panis necessarius est, quia vt dicit Augustinus de pœnitentia: Non sufficit mores in melius mutare, & à malis actibus recedere, nisi de his quæ facta, Deo satisfacias per pœnitentiæ laborem & dolorem. Et licet pœnitentionalis panis videatur esse durus & insipidus, amanti tamen

Panis pœnitentialis, est

tamen animæ dulcis est & suauis: quia dicit Philosophus in problematibus; Panis durus quando ad ignem incaluerit, mox intus mollescit, exterius verò indurescit, & esibilior quidem fit, rubescit & fumescit. Sic est de pane pœnitentiæ, qui ad ignem pœnitentiæ calefactus, mollescit intus in anima, vt homo cum gaudio agat pœnitentiam; & exterius durescit ad ipsius tolerantiam. Quia dicit Hieronymus. Nullus labor durus, nullum tempus longum esse debet, quo gloria æternitatis acquiritur. animæ dulcis.

SEXTVS panis est iucunda *vnanimitas socialis*, qua homines in dilectione viuunt. De qua Psal. 132. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Et hic bene dicitur panis, quia pascit & confortat viuentes in communitate Ecclesiæ: de quo 1. Cor. 10. *Vnus panis & vnum corpus multi sumus: omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.* Vbi dicit Glossa: Licet multi sumus, tamen sumus vnus panis vnione fidei, spei, & charitatis, & mutua operum Dei exhibitione. Et quia vnum sumus, vnum sentire debemus. Ex quo patet, totam congregationem censeri quasi vnum panem ex multis granis confectum. Et hoc mysterium pacis & charitatis, Christus in sua mensa consecrauit, vt dicit Glossa ibidem, quod videlicet communicauit Apostolos omnes de vno pane corporis & sanguinis sui. De hoc pane vnitatis dicit Augustinus in lib. de ciuitate Dei. Tale, inquit, bonum est, bonum vnitatis & charitatis, vt rebus creatis nihil gratiosius soleat audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil vtilius possideri. *Et subdit*: Spiritus enim humanus nunquam viuificat membra, nisi fuerint vnita pace. *VI.* Panis est, vnanimitas socialis.

SEPTIMVS est panis *Eucharistiæ*: de quo Ioann. 6. *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et ibidem dicit Christus: *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit*, scilicet digne, *ex hoc pane, viuet in æternum.* *VII.* Panis est Eucharistia.

Quantum ad TERTIVM ponitur Christi augmentantis potestas, ibi; *Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.* G

MORALITER. Per septem sportas remanentes, significantur septem dotes, quæ reseruantur dandæ post hanc vitam: quarum tres sunt animæ, & quatuor corporis, quibus sponsa Christi dotabitur, quando in domum sponsi deducetur, vt dicit Vincentius in speculo historiali, lib. 32. c. 34. Septem sportæ designant septē dotes.

PRIMA dos animæ propter quam dicitur beata, est *cognitionis claritas.* De qua dicitur Tob. 13. *Beata ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem*, videlicet cœlestis. Et Ioan. 17. dixit Christus: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum.* 1. Dos, cognitio claritatis.

Cum igitur ista cognitio sit clara Dei visio, ideo B. Augustinus in libro de videndo Deum, mouet quæstiones breues dicens: Si quæris, vtrum Deus possit videri? *Respondeo*, potest. Si quæris, vnde sciam? *Respondeo*, quod legitur: *Beati mundo corde, quoniam Deum videbunt.* Si quæris, quomodo Deus, si sit inuisibilis, potest videri? *Respondeo*, esse inuisibilem natura, videri cum vult, & sicut vult potest, & sub quali specie placuit, alicui apparere. Si quæris, quomodo eum vidit Cain sceleratus, quando de suo scelere reprehensus & induratus est, si beati & mundo corde Deum vident? *Respondeo*, non quidem esse consequens, vt etiam videant Deum, qui voces aliquando ab eo audiunt nec viderunt illi, cum audierunt vocem: *Clarificaui & iterum clarificabo.* Nec mirum si non viderunt in tali specie, cum mundi ipsum subie- S. Augustini variæ quæstiones. Matth. 5. Ioan. 12.

1. Ioan. 3. 1. Tim. 6. subiecta creatura viderunt. Si quæris, vtrum etiam sicuti est possit aliquando videri? *Respondeo*, filijs hoc promissum esse scimus, *cum apparuerit similes ei erimus*. Si quæris vnde eum videbimus? *Respondeo*, vnde eum angeli vident, quibus tunc erimus similes & æquales. Si quæris, quomodo est inuisibilis, cum *inhabitet lucem inaccessibilem? Respondeo*, quia est natura inuisibilis, potest tamen videri quando vult: nunquam videtur, vt totus comprehendatur, sed vt videatur omnia mala sunt toleranda. Hæc Augustinus.

H

Beatitudo in quo consistat.

Sed circa hanc dotem posset dubitare quis, vtrum in sola visione aut cognitione diuinitatis, beatitudo consistat. *Respondetur*, quod in sola visione non consistit beatitudo. Nam iuxta determinationem Benedicti Papę in extrauagante de visione animarum, beatitudo consistit essentialiter in fruitione Dei; Ideo dicit B. Augustinus lib. 5. Confessionum, quod beatus est qui fruitur summo bono.

Obiectio.

Sed contra hoc instaret quis, dicens: Videtur quod beatitudo consistat in visione, aut cognitione, per dictum Saluatoris, vbi supra: *Hæc est vita æterna vt cognoscant &c.* Similiter per B. Augustinum libro de Trinitate: Visio, inquit, Dei clara & facilis, est finis omnium actionum nostrarum, & perfectio gaudiorum, & fidei merces & vita æterna. Et ibidem dicit. Visio est sola summum bonum, & præmium, & finis. Est autem ista causa secundum eundem ibidem, quare Christus in iudicio apparebit omnibus, tam bonis quàm malis, in forma humana; sed in forma Dei, solum iustis non impijs, ne videant diuinitatis gloriam, in qua sola consistit beatitudo. Ideo dicit Propheta. *Tollatur impius ne videat gloriam Dei.* Isa. 26.

Responsio.

Respondet Egidius super 1. sent. lib. 1. ad dictum Saluatoris, quod Saluator non vult aliud dicere per ista verba, nisi quod cognitio & visio est vita æterna, *in ordine* ad voluntatem: quia sicut intellectus cognoscit diuinitatem, sic *voluntas diligit*, & in vtroque consistit beatitudo, vt dicit beatus Augustinus in lib. 2. de libero arbitrio, cap. 22. & 27.

Sed ad dictum Augustini inductum, posset per iam dicta responderi: sed tamen potest breuiter dici; quando Augustinus dicit, *quod visio est tota merces*; quod nihil aliud vult dicere, nisi habita visione, habetur tota merces; & tota merces, includit fruitionem & delectationem immortalem, & certitudinem suæ perpetuitatis, vt dicit Augustinus lib. 13. de Trinitate c. 17. & 19. Ad quod dictum Augustini, quare Christus non apparebit malis in iudicio, in forma diuinitatis, dicunt Doctores, quod licet Deus possit ostendere eis dilectionem delectationis & gaudij, non tamen propter hoc essent beati, totaliter tamen ne videant gloriam suam, quia tali visione sunt penitus indigni.

I

3. Dos, Cõprehensio securitatis.

Secvnda dos significata per secundam sportam, est *comprehensionis securitas*: iuxta illud Psalm. 64. *Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis*, scilicet cœlestibus, per securam & æternam comprehensionem. Vbi notat glossa Magistri, quod Dominus elegit beatum per gratiam, à massa peccatorum, quem videlicet elegit gratia prædestinationis. Vnde ait: Ioan. 15, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi*, id est, assumpsi in sortem suam, id est, æternam requiem, quia Christus recipit, quemlibet fidelem & beatum, in adoptionem filiorum. Et subdens, mouet quæstionem, quare beatus dicitur. Et respondet, quod ideò, quia habitabit non mouendus in atrijs tuis Hierusalem. Hæc Glossa. Et quia beatus non est inde mouendus, securè & æternali-

naliter comprehendit ipſam diuinam eſſentiam; & non ſumitur hic comprehendere pro penetrare profunditatem immenſitatis diuinæ, quia hoc cuilibet creaturæ impoſſibile eſt, ſed pro attingere, vt beatus attingit ad contemplandum faciem diuinitatis æternaliter. Ideo dicit Pſal. 83. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Et ratio eſt ſecundum Petrum Lombardum in Gloſſa; quia ibi non eſt timor ſeparationis, ſed potius ſecuritas æternæ contemplationis.

TERTIA dos correſpondens tertiæ ſportæ, eſt *dilectionis ſuauitas*; de qua dicitur Lucæ 14. *Beatus qui manducat panem in regno tuo.* Vbi ſecundum Gloſſam, Beati ideo dicuntur manducare iſtum panem viuum, qui de cœlo deſcendit, quia viſa eius gloria, eius ſemper dulcedine reficiuntur. Vnde Auguſtinus lib. 12. de ciuitate Dei: Ibi tota virtus erit, videre quid amas, & ſumma felicitas amare quod videas, & ibi beata viſio in ſuo fonte bibitur, vbi æternitatis viſio clariſſimè appetitur. Et ibidem libro 22. in fine dicit. Ibi vacabimus & videbimus, amabimus & laudabimus ſine fine. Et illæ tres dotes ſunt de præmio eſſentiali. 3. Dos, Dilectionis ſuauitas.

Reliquæ verò dotes corporis, videlicet: claritas, impoſſibilitas, agilitas, & ſubtilitas, ſunt de præmio accidentali, quibus beatificatur homo in corpore poſt reſurrectionem generalem. Vnde dicit propheta Dauid, Pſalm. 44. *Vt inhabitet in terra noſtra*, id eſt, in gloria immortalitatis habita, in corpore noſtro mortali. Quod verbum tractat etiam Bernardus, aſſignando quatuor dotes corporis, ſecundum proprietatem quatuor elementorum, quibus humanum corpus componitur, quas aſſignat iſto modo. Terra habet groſſitatem, & deſcendit tanquam graue deorſum. Sic homo deſcendit ad mortalitatem; contra quam ponit dotem immortalitatis. Aqua habet humiditatem, quæ eſt cauſa magnæ poſſibilitatis in homine; contra quam ponit impoſſibilitatem. Aër habet in corpore inclinationem ad agilitatem & leuitatem, licet ratione terræ & aquæ habeat tarditatem: contra quam ponit leuitatem & agilitatem. Ignis verò in corpore humano habet inclinationem ad puritatem, & tamen habet ratione aliorum elementorum obſcuritatem: contra quam B. Bernardus. K

QVARTAM dotem, videlicet *claritatem* ponit. Hic, inquit Bernardus, *Serm. 4. in feſto omnium ſanctorum*, inhabitat gloria à terra noſtra, vt habeat terra noſtra immortalitatem, ne iam denuo timeat, ſe in puluerem redigendam. Reſurgens enim corpus noſtrum, iam non moritur, *mors illi vltra non dominabitur.* Habeat certè aliquando omnimodam impaſſibilitatem, ab humoribus enim inordinatis aiunt (*Phyſici*) procedere cauſas paſſionum. Sed iam deſiderat corpus noſtrum etiam leuitatem, ſecundum eam nimirum quam habet exaëre portionem. Tanta futura eſt credenda corporis leuitas & agilitas beatorum, vt poſſint, ſi velint, abſque omni mora ſeu difficultate, ipſam quoque cogitationum noſtrarum ſequi ad omnia velocitatem. Quid vltra deeſt ad perfectam corporis beatitudinem? Sola vtique pulchritudo: Hanc perfectiſſimè habituri ſumus, ideo non immeritò attribuere poſſumus ei partem, quam ab igne habemus. *Saluatorem enim exſpectamus* (vt ait Apoſtolus Philipp. 3.) *qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ*, exhibens quod pollicitus eſt, *quoniam fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Patris eorum.* Sic ergo replebitur maieſtate omnis terra, cum fuerit corpus incorruptibile, impaſſibile, agile, configuratum denique corpori claritatis ſuæ. Hæc Bernardus. 4. Dos eſt claritas. Matth. 13.

L Istas etiam quatuor dotes tangit Salomon; Sap. 3. cum dicit: *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent*, Cum enim dicit; *Fulgebunt* notatur *claritas* cum dicitur *iusti*, tangitur *impassibilitas*, quia dicitur Sap. 1. *Iustitia autem perpetua est immortalis*, cum verò dicit *scintillæ in arundineto*, tangit *subtilitatem*; & cum dicit, *discurrent*, tangit *agilitatem*. Ideo erunt tunc corpora clara, impassibilia, agilia. Cuius rationem ponit Holkot super librum Sap. lect. 34. Quod anima beata perfectum habet dominium super corpus: & in quantum forma, & in quantum motrix, in quantum beata & Deo coniuncta; in quantum beata gloria animæ redundat in corpus, causabit in corpore impassibilitatem. Omne enim corpus, quod patitur passione propriè dicta, perdit dominium formæ suæ super materiam. Aliter enim passio talis non foret via ad corruptionem formæ patientis, vel solutio ad separationem à materia. Et ideo quia anima incorruptibiliter & perfectè continebit suum corpus, nullo modo poterit victoria animæ super corpus diminui; Secus tamen fuit in statu innocentiæ, quando anima perfectum habuit dominium super corpus, potuit tamen illud dominium perdere, quia potuit se à Deo auertere per peccatum: ideo habuit impassibilitatem ad tempus. Sed quia anima beata à Deo nunquam poterit per peccatum auerti, ideo nunquam potest dominium suum sine victoria super corpus diminui & ideo nunquam potest propriè loquendo pati, & ideo corpus suum est impassibile.

Item, cum anima sit non solum forma corporis, sed etiam motor, vt patet 3. de anima, & lib. de motu animalium: ideo mouebit corpus suum per velocitatem; & quia habebit perfectum dominium super corpus, ideo anima glorioſa in quantum beata, mouebit omninò sicut volet corpus mouere, & ideo erunt corpora satis agilia. Item, cum anima possit velle rationabiliter, quod corpus suum sit in eodem loco, in quo est aliud corpus sine amotione illius corporis, & anima potest regere corpus *sicut vult*; sequitur, quod anima potest corpus suum ponere in loco, vbi est aliud corpus, & ista virtus vocatur *subtilitas*: sic ergo corpus glorioſum erit, *clarum*, *impassibile*, *agile*, & *subtile*.

Obiectio. Sed contra hoc dicet aliquis. Videtur, quod corpus non erit impassibile, quia erit corpus mixtum ex quatuor elementis, & ex quatuor humoribus, & per consequens

Responsio. contraria erunt ibi approximata, & agent, & patientur ad inuicem: Ergo, &c. Ad quod dicitur, resurrectio corporum in futuro miraculosa erit, & comparando statum glorioſum ad naturalem totum erit miraculosum. Quicquid ergo tunc supernaturaliter fiat quod contraria approximata sunt, & non agant, fieri potest diuina virtute & non

Alia obiectio. alia. *Item diceres*, Corpus non erit clarum, quia color est extremitas perspicui in corpore terminato. Lux autem est extremitas corporis perspicui non terminati. Sed secundum Augustinum 19. de ciuitate Dei dicitur, Pulchritudo corporis conuenientia esse partium, cum quadam coloris suauitate: Ergo erit corpus coloratum, & non lucidum siue clarum. *Ad quod dicitur*, quod animæ possunt ostendere corpora sua clara sicut volunt: Corpus autem clarum potest apparere coloratum. Et ideo erunt clara & colorata quantum ad apparentiam, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Quæ

Quot panes habetis? Qui dixerunt ſeptem. Marci 8.

M

ISidorus lib. 12. dicit quod natura leonis ad homines eſt magna, mirifica, & miſericors: & eius miſericordia poteſt perpendi aſſiduis exemplis. Nam leones ante ſe proſtratis parcunt, hominem non niſi magna fame interimunt & occidunt. Et vt dicit Solinus in libro de mirabilibus mundi. Leo prædam quam rapit, ſolus comedere erubeſcit; & ideo à remotis ſequentibus alijs beſtijs, de ipſa liberalitatis gratia aliquid relinquit. Leonis natura.

SPIRITVALITER. Per leonem intelligitur Chriſtus de quo dicitur illud Apocal. 5. *Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.* Nam leo Græcè, dicitur rex Latinè, eo quod eſt rex omnium animalium, vt dicit Iſidorus lib. 12. Et Chriſtus dicitur ideo leo, quia eſt *rex magnus ſuper omnem terram*, vt inquit Pſalmiſta. Et rectè ſequitur naturam leonis Chriſtus, quia circa hominem eſt miſericors, ſicut de multis exemplis ſancti Euangelij perpendi poteſt. Nam humiliatis ante ſe pepercit, vt patet in Maria Magdalena, quæ *ante pedes eius iacens*, gratiam & miſericordiam inuenit, Lucæ 7. Et adultera benignam eius vocem audiuit: *Nec ego te iam condemnabo. Vade, amplius noli peccare*, Ioan 8. Ideo dicit Ambroſius: De benignitate non ſufficio admirari, eo quod poteſt tantum parcere homini peccatori. Et ſicut leo, niſi in magna fame hominem non perimit & occidit, ita Chriſtus inuitus hominem perimit ſeu interimit morte gehennæ. Quia dicit Haymo ſuper Apocal Semper Deus paratus eſt miſereri hominis, tàm in morte quàm in vita ſed non ſemper ęquè idoneus aut dignus eſt ſuſcipere Dei gratiam peccator, tàm in morte quàm in vita: ideo quantum in ſe eſt, oſtendit ſuam miſericordiam ſuper turbam humanam, cum dicit: *Miſereor ſuper turbam.* Et ſicut leo non ſolus comedit prædā quam cœpit ſic Chriſtus de panibus, quos ab omnibus hominibus habuit, ſolus cum diſcipulis comedere voluit, ſed nobis in exemplum turbis famelicis ſe ſequentibus diſtribuit, vt dicit Euangelium. Ideo quæſiuit à diſcipulis verbum allegatum; *Quot panes habetis?* In quo principaliter duo tanguntur. *Primo*, Chriſti ſollicita quæſtio, ibi; *Quot panes habetis? Secundo*, diſcipulorum reſponſio, ibi; *Qui reſponderunt ſeptem.* Chriſtus, leo. Pſal. 94. Mira Dei in peccatores benignitas.

Pro quo NOTANDVM, quod ſicut Chriſtus ſeptem panibus turbam refecit famelicam, ſic adhuc quotidie paſcit turbam humanam ſeptem panibus. PRIMVS panis eſt *vniuerſorum*; & hic panis eſt quotidianus, pro quo petimus Matt. 6. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Iſto pane reficit Chriſtus tàm bonos quàm malos, iuxta illud Pſal. *Qui dat eſcam omni carni*: & hic per panem poteſt intelligi omnis cibus, quia dicit Nicolaus de Lyra ſuper illud, Eccleſ. 29. *Initium vitæ hominis panis & aqua*: Frequenter, inquit, in ſcriptura nomine panis intelligitur hominis cibus. Vnde 4. Reg. 6. *Appone eis panem*, ſequitur, *& appoſita eſt eis ciborum præparatio.* Et NOTA, quod iſte panis debet ſumi cum oratione. Antequam cibus ſumitur, oratio deuota præmittatur, exemplo Chriſti de quo hic dicitur, quod *prius gratias agens, benedixit panem, deinde iuſſit apponi turbæ*, Marc. 8. & Ioan. 6. Sicut legitur in Vitas patrum, lib. 4. cap 17. §. 9. Quod Abbas Zenon egreſſus nocte ecclam ſuā, vt ambularet per eremum, & ſic tribus diebus & tribus noctibus errauit, & cecidit fatigatus vſq; ad mortem: & aſſitit puer ante eū, & habuit panē in manu eius, & dixit ei. Exſurge & comede. Et ille exſurgēs, prius orauit. Cui infans. Benè feciſti quod oraſti, modo ſurge & comede: & ille

N

I. Panis vniuerſorum. Pſal. 135. Panis deſignat omnē cibum. Ante cibi ſumptionē eſt orandum

ille non quieuit, nisi secundo & tertio orasset: & puer cum laudauit, quia orasset, tunc comedit & disparuit infans. Ex hoc apparet, quod laudabile sit apud Deum, præmittere ante cibum orationem.

O SECVNDO, panis ille debet sumi cum laboratione, iuxta illud Genes. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et dicit notanter *in sudore tuo*, quod est contra otiosos qui volunt benè comedere & bibere, & non laborare. Non sic fecit fortis illa mulier, de qua Prouerb. 31. dicitur, quod *panem otiosa non comedit*. Vnde legitur in Vitas patrum lib. 4. cap. 12. de Oratione, §. 4. de quibusdam fratribus, qui etiam sine labore manducabant panem suum, quos reprehendit Abbas Lucius. Nam cum illi ad eum venissent, dixit eis senex: Quid soletis manibus vestris operari? Illi dixerunt: Nihil operamur, sed secundum Apostolum sine intermissione oramus. Quibus senex. Non manducatis? Et illi professi sunt se manducare. Et senex. Quando comeditis, quis pro vobis orat? Et illi tacuerunt. Et iterum. Nunquid non dormitis? Et cum se dormire dixissent ait. Quando dormitis, quis orat pro vobis? Et non inuenerunt, quid responderent. Et dixit eis. Indulgere mihi, quod non facitis sicut dixistis: Ego autem dico vobis, quando manibus meis operor, sine intermissione oro. Sedeo enim manè vsq; ad horam constitutam, & funiculos operor, & laboro, & iterum oro, dicens: Miserere mei Deus, &c. Completoq; opere, & cum emero ex eo numos decem duos do pauperibus, & reliquum comedo. Quando autem comedo aut dormio, tunc illi sine cessatione pro peccatis meis implent orationem. Ecce quomodo ille ante cibum laborabat, & de labore suo etiam pauperibus erogabat & ministrabat ita & Apostoli Christi pro cibo laborauerunt, sicut testatur Apostolus, 2. Thes. 3. *Ipsi autem scitis, quemadmodum oporteat nos imitari; quoniam non inquieti*, id est, vagabundi & otiosi *fuimus inter vos: neq; gratis panem manducauimus ab aliquo sed in labore*, scilicet corporali, *& fatigatione, nocte ac die operantes*, scilicet ad acquirendum cibum nostrum, *ne quem vestrum grauaremus*.

P Ideo dicitur 1. quæ. 3. cap. Sacerdos. Laborabant Apostoli, ne quem grauarent, videlicet in expensis. Quod est contra illos qui frequenter sub specie peregrinationis aut deuotionis, per varias nationes & regiones curiosè & otiosè pererrant & vagantur, eleemosynas ab alijs extorquentes, & manuum laborem subterfugiētes. Qui quidem à Magistratu per eleemosynę subtractionem coërcendi, vel ad laborem compellendi, aut si laborare nolint, è communitate eijciendi videntur. Dicit enim Aristot. lib. 18. animalium; quod apes semper sunt pro victu suo in labore, & eijciunt illas apes quæ sunt ociosæ, & nolunt pro cibo laborare. Et dicit Plinius in historia naturali lib. 11. Quod otiosas non solum expellunt, sed etiam occidunt. Et si hæc bruta faciunt vt à se ociosas eijciunt quantò magis præsidentes ciuitatibus domini, vel ciues debent habere respectum ad quosdam ociosos homines, vt eos de vita sua requirant, de quo viuant, cum de cibo non laborant. Nam præsumitur quod de furtis vel de ludis illicitis, aut alijs iniustis se nutriant, quia dicit Sapiens: *Multam malitiam docuit ociositas*, Eccli. 33. Et si inuenerint eos, qui sunt tales, bonum est, vt eos de congregatione bonorum expellant, & si sunt digni morte, de medio tollantur & occidantur, cum scriptum sit, Exodi 22. *Maleficos ne patiaris viuere super terram*.

Q Item dicit vesceris *pane*, & non *panibus*: quod est contra gulosos, qui quęrunt multa cibaria, & in necessarijs non contentantur, cum tamen dicit Boëtius in de consolat. philo-

Digitized by

philoſophiæ. lib. 2. proſa. 5. Paucis enim minimisque natura contenta eſt, cuius ſatietatem ſi vrgere velis, aut iniucundum quod infuderis fiet, aut noxium. Etiam eſt contra illos, quia mane vſque in veſperum, plus diebus Dominicis & feſtiuis quàm cæteris, ſunt in tabernis & ludis, & malitijs blaſphemijsque inſiſtentes, & diuerſis potibus ſe ingurgitantes. *Horum Deus venter eſt*, ad Philip. 3. Sed vtinam iſtæ abuſiones peſſimæ maledictæque, à ciuitatibus penitus delerentur. Et quia timendum, & vere ſic eſt, quod in veritate Deus propter malitiam talium, in totum iraſcitur cõmunitatis populum, vt Ioſue 7 Vbi legitur quod *Achan tulit de anathemate Iericho, videlicet pallium coccineum & ducentos ſiclos argenti & regulam auream*, propriè Ein Jungfraw Haub. *Ideo iratus dominus contra filios Iſrael, & cum mitteret Ioſue virorum tria millia pugnatorum contra Hai ſtatim tergа vertentes, percuſſi ſunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis viginti ſex homines, & reliquos perſecuti ſunt. Ioſue autem videns ſcidit veſtimenta ſua, & omnes miſerunt puluerem ſuper caput. Et Dominus ad Ioſue: Peccauit*, inquit, *Iſrael & preuaricatus eſt pactum meum. tuleruntque de anathemate & furati ſunt.* Miſit autem Ioſue ſortes per tribus & cecidit ſors ſuper Achan: qui dixit. *Ego peccaui, & lapidauit eum omnis populus.* Et infra cap. 22. dicit Ioſue cuidam parti filiorum Iſraël: *Hodie reliquiſtis dominum, & cras in vniuerſum Iſrael eius ira deſeuiet* Et poſt pauca: *Nonne*, inquit, *Achan filius Zare præterijt mandatum domini, & ſuper omnem Iſrael ira eius incubuit?* Deus enim interdum punit multos homines, propter transgreſſionem vnius vel duorum, qui mandata eius tam manifeſtè transgrediuntur. Ideo dicit beatus Auguſtinus 33. quæſt. 4 cap. Si ea. Si ea de quibus Deus vehementer offenditur, inſequi vel vlciſci differimus, ad iraſcendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus.

NOTENT hęc potatores.

Item dicit SIGNANTER, de *pane tuo*, non *alieno*. quod eſt contra luſores, fures, raptores, & præcipue vſurarios maledictos, qui ſe affirmant manifeſte non poſſe nutrire, niſi per vſuram; qui concedunt quinque marcas, vt dimidiam recipiant annuatim. Sed etiam multa alia collibia & numera accipiunt, ex mutuo pacto debita vel exacta, quæ ſecundum Raymundum faciunt vſuram, quia ſecundum ipſum, vſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. Ideo dicit ſanctus Thomas 2. 2. quæſt. 78. Sicut ſi aliquis per pecuniam mutuatam, vel pro quacunque alia re, quæ vſu conſumitur, accipit pecuniam ex pacto expreſſo vel tacito, peccat contra iuſtitiam: Ita etiam, quicunque ex pacto expreſſo vel tacito, accipit quoddam aliud, quodcunque eius pretium pecunia æſtimari poteſt, ſimile peccatum incurrit, ſcilicet vſuræ. *Et ſubdit.* Sed tamen ſi accipiat aliquid non quaſi exigens, nec quaſi ex aliqua obligatione tacita vel expreſſa, ſed ſicut gratuitum donum, non peccat. Ad hoc etiam dicit Raymundus: Non puto vſuram, ſi gratis oblatum accipiatur. 14. quæſt. 4. cap. Vſura & diſt. 18. cap de Eulogijs. Et ſubdit Thomas vbi ſuprà. Quia vtantequam pecuniam mutuaſſet, licite poterat aliquod donum gratis recipere, nec peioris conditionis efficitur per hoc, quod pecuniam mutuauit.

R

Vſuræ peccatum quinam incurrant.

Sed diceret quis. Ego accipio de pecunia mea cenſum licitum, & non vſuram, quia licitum eſt pro decem marcis vnam emere annuatim. Ad hanc dicunt Iuriſtæ, & in hoc cõmuniter concordant Catholici contractatores, quod ad cenſum reemptionis quatuor requiruntur. PRIMO vt vendantur ſuper certa re, ſcilicet ſuper domo, agro, vel huiuſmodi bona quæ ibi obligantur, & non perſona quæ eſt libera.

Cenſum reemptionis. quatuor faciunt licitũ.

SECVNDO requiritur, quod census haberi possit in bonis, quia si quis vellet vendere in bonis certis decem marcas, & vix haberi quinque possint, contractus est illicitus. TERTIO quod ibi sit iustum pretium, quod sit secundum communem æstimationem & terræ consuetudinem, vel communiter in illis terris, decem vel vndecim marcas pro vna: & si pro minori pretio emerentur, non est licitus contractus. QVARTO requiritur iuris solennitas, in venditione & emptione tali seruanda, & consuetudo loci laudabilis, vt fiat publicè cum decreto seu auctoritate domini bonorum, & hoc per publicam confirmationem literæ vel sigillo domini roboratam, alias est contractus illicitus. Et hoc est contra illos qui nunc in ciuitatibus & villis palliant vsuram, mutuantes decem marcas pro vna, & desuper sumant literam à quodam seductore scriptam, suo vel alio sigillo signatam, sub nomine census reemptionis, quæ tamen est vsura, & tenentur ad restitutionem quicquid vltra sortem acquisiuerunt.

§ II. Panis est egenorum.

SECVNDVS est panis *egenorum*, qui est panis *eleemosyna* pauperibus misericorditer erogandus iuxta illud Tob. 4. *Panem tuum cum egenis & esurientibus comede, & noli ex eo manducare cum peccatoribus.* Et dicit NOTANTER, *panem tuum*; quia eleemosyna est facienda de tuo pane & non alieno, vt faciunt raptores, qui rapiunt violenter res aliorum, & volunt deinde facere eleemosynam. Contra quos dicit Isidorus, de summo bono, lib. 3. Non, inquit, probatur largitas si alteri quis tribuat, alteri extorquet. De rapinis enim alienis facere eleemosynam, non est officium miserationis, sed emolumentum sceleris. Cui concordat Gregorius in Regist. & allegatur. 1. q. 1. Non est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis, id est, illicite acquisitis rebus, acquiritur. Ideò dicitur NOTANTER, *cum egenis* & non cum diuitibus, quod est contra diuites qui inuitant alios diuites, vt ab eis reinuitentur, quod tamen prohibuit Dominus Luc. 14. *Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne forte & te reinuitent ipsi, fiatq; tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, & debiles, claudos, & cœcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.* Et ideo dicit Hieronymus ad Demetriadem virginem. Da pauperibus non diuitibus non propinquis, non ad luxuriam & superfluitatem, sed ad necessitatem, nec in eis aliquid consideres nisi paupertatem; Laudent te esurientium viscera, non eructantium opulenta conuiuia.

De illis autem qui dant diuitibus, & abstrahunt pauperibus, dicit Isidor. vbi suprà: Magnum scelus est, res pauperum præstare diuitibus, & de sumptibus inopum acquirere fauores potentis, arentis terræ aquam tollere, & flumina quæ non indigent irrigare. Item dicit: Noli manducare cum peccatoribus, quia peccatoribus non est dandum, ne in peccatis foueantur, iuxta illud Eccli. 12. Da bono & ne recipias peccatorem. Dicit tamen B. Gregorius in pastorali, lib. 3. Qui indigenti peccatori, non quia peccator, sed quia homo est, retribuit, non peccatorem sed iustum nutrit, quia non culpam, sed naturam diligit.

III. Panis seruorũ & pœnitentiæ.

TERTIVS est panis *seruorum* & est panis *pœnitentiæ*. Nam pœnitentes sunt, domino in labore pœnitentiæ seruientes, quibus in præsenti datur panis, non vt dominis, sed vt seruis, asper & insipidus, mixtus cineré humiliationis, & aqua deuotionis. Quem panem manducauit Dauid, qui ait in Psal. 101. *Cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam.* Et dicit Dauid NOTANTER: *Cinerem,*

tanquam

Digitized by Google

tanquam panem manducabam, quia ipſe peccauit, & de eo reconciliari non potuit, niſi panem pœnitentiæ manducaret. Hunc panem manducauit latro poſt multa ſcelera; Petrus poſt trinam negationem; Manaſſes poſt Prophetarum occiſionem; Filius prodigus poſt ſubſtantiæ cum meretricibus conſumptionem: iuxta illud Chryſoſtomi in ſermone. Per te, ô pœnitentia, latronem ſubitò Chriſtus rapuit ad regnũ; per te Dauid poſt flagitia factus felix, iterum recepit ſpiritum ſanctum: per te Manaſſes receptabilis fuit; per te Petrus Apoſtolus qui ter negauit Dominum, recepit indulgentiam: per te filius prodigus paternum amplexum adipiſci meruit: per te Niniue ciuitas barbarorum ſubitò Deum ſapuit, virtutem ſenſit, dulcedinem guſtauit. Ideò dicit Iſidorus de ſummo bono libr. 5. Pœnitentia eſt medicamentum vulneris, ſpes ſalutis, per quam peccatores ſaluantur, per quam Deus ad miſericordiam prouocatur, quæ non tempore penſatur, ſed profunditate luctus & lacrymarum.

QVARTVS panis eſt *infirmorum* ſcilicet in retributione laborantium, & dicitur panis *conſolationis*. Nam ſicut panis materialis reficit eſurientem, ſic panis conſolationis in tribulatione exiſtentem. Ideò legitur, quod Dominus in tribulatione exiſtentem, nobis in exemplum conſolatus eſt, Gen. 28. Vbi legitur, quod fugiente Iacob à facie eius Eſau fratris ſui, multum turbatus, timens furorem eius: qui cum veniſſet in quendam locum, vt in eo quieſceret, conſolatus eſt eum Dominus, *& vidit ſcalam cuius ſummitas cœlum tangebat, & angelos vidit aſcendentes & deſcendentes.* Sic etiam vnusquiſq; noſtrum debet homines in tribulatione poſitos conſolari, quia abſque conſolatione homo interdum deficeret, ſicut Dauid, qui ait in Pſalm. 101. *Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.* Quia ſicut fœnũ ardore ſolis exſiccatur, niſi beneficio ſuperuenientis pluuiæ ſuſtentetur, ſic anima iuſti in aduerſitate poſita, exſiccatur per tentationis ardorem, niſi ſuſtentetur, & pane conſolationis nutriatur. V IV. Panis infirmorum & conſolationis.

QVINTVS eſt panis *filiorum*, & eſt panis *doctrinæ* vel *ſapientiæ*, qui ſolum Dei filijs eſt communicandus, qui doctrinam gratanter ſuſcipiant; quia *ſapientiam & doctrinam ſtulti deſpiciunt.* Prou. 1. Et dicit notanter *ſtulti* pluraliter: quia plures ſapientes ſtulti, eò quod *ſtultorum infinitus eſt numerus*, Eccleſ. 1. Et 2. Ethicorum dicit Ariſt. Praui homines ſunt vt in pluribus, boni vt in paucioribus. Cui ſonat Ouidius in tertio de arte amandi: X V. Panis, filiorum ac doctrinæ.

Pluraq; ſunt ſemper deteriora bonis.

Et hi mali ſunt, nec filij Dei imitatione, ſed ſoli boni. Ideò *non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus ad manducandum*, Matth. 15. Doctrina ergo dicitur panis, quia per illam vita ſpiritualis ſuſtentatur: ideò de quolibet bono dicitur, Eccleſ. 15. *Cibauit illum pane vitæ & intellectus.*

SEXTVS panis eſt *amicorum*, & hic eſt panis *ſacramenti* ad quem nullus accedere debet, niſi ſit amicus Dei, quia ſolũ amici ad hunc panem inuitantur ad comedendũ. Cant. 5. *Comedite amici mei & inebriamini cariſſimi.* Sed NOTA, quod iſte panis ſanctę Euchariſtiæ, congruè ponitur poſt panem filiorum ſanctæ doctrinæ, quia doctrina ſancta optimè diſponit ad panem ſanctæ Euchariſtiæ, ſicut figuratũ eſt Ruth. 2. Vbi legitur, quod Ruth paupercula, conſilio Noemi ſocrus ſuæ, iuit ad agrum colligere ſpicas poſt tergum metentium; quam videns Booz, conſortans eam dixit: Ne vadas Y VI. Panis angelorum vel Sacramenti.

ad

ad colligendum ad alium agrum, nec recedas ab hoc loco, ſed iunge te puellis meis, & vbi meſſerunt ſequere.

SPIRITVALITER. Booz interpretatur fortitudo, & ſignificat Chriſtum, qui eſt fortitudo certantium. Per Ruth, quæ interpretatur defectio, ſubaudi animam peccatricem, quæ quotidie patitur defectum gratiæ; Socrus verò, quæ eſt conſcientiæ infeſtatio, infeſtat ipſam vt vadat ad agrum Chriſti, id eſt, ſacræ ſcripturæ & colligit ſpicas, id eſt, documenta. Tandem Booz, id eſt, Chriſtus Dominus agri, præferens animæ inſpirationes, vt illa audiens ſuſcipiat, & ſuſcepta opere compleat, & cum venerit hora cibum ſumendi, ſcilicet corpus Chriſti, poſſit ſumere cum alijs, qui ſeruiunt Deo, ſicut Booz præcepit vt comederet & biberet cum ſeruis ſuis, id eſt, meſſoribus.

Z VII. Panis beatorum & ſuauitatis æternæ.

SEPTIMVS panis & vltimus eſt *beatorum* & eſt panis *ſuauitatis æternæ*, de quo dicitur Luc. 14. *Beatus qui manducat panem in regno cælorum.* Hunc panem Chriſtus nobis diſpoſuit per ſuam incarnationem, prædicationem, & miraculorum operationem, paſſionem, reſurrectionem, & aſcenſionem: ſicut dixit Luc. 22. *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Ad quod regnum nos perducat, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo quartus.

Suſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſportas. Matth. vbi ſupra.

A SEcundum naturales, & beatum Gregorium ſeptem ſunt ſtellæ in firmamento ſimul coniunctæ, quæ ab aſtronomis Pleiades, & à vulgaribus ſeptiſtellium, ſiue Vergiliæ, vulgo der Heerwagen vocitantur, quæ tempore hyemali oriuntur: & quanto aurora eſt ſerenior, tanto melius ab alijs diſcernuntur; vna vero inter ſeptem latere videtur inter illas.

MORALITER per firmamentum Eccleſia ſancta figuratur, propter duo. PRIMO, ſicut firmamentum inter duos polos rotatur, quorum vnus eſt Septentrionalis, qui nobis nunquam occidit, & dicitur polus Arcticus: alter autem Auſtralis, qui Antarcticus dicitur, & nunquam à nobis videtur. Sic ſancta Eccleſia verſatur inter duo teſtamenta, ſcilicet vetus & nouum; quorum *vnum*, ſcilicet vetus, bona ſcilicet viſibilia & præſentia promittebat. Leuit. 26. Et Deutron. 11. *Si mandata mea cuſtodieritis, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, terra gignet ſemen, pomis arbores implebunt, panem comedetis in ſaturitate: auferam inimicos de finibus veſtris.* Et Iſa. 1. *Si audieritis me, bona terræ comedetis.* Aliud verò teſtamentum ſcilicet nouum, inuiſibilia & futura promittit. Vnde Matth. 4. *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* Et Matt. 29 *Si vis ad vitam,* ſcilicet æternam, *ingredi, ſerua mandata.* SECVNDO ſicut firmamentum in duodecim ſigna diſtinguitur, qui ſunt Aries, Taurus, &c. Sic fides Eccleſiæ in duodecim articulos. In iſto quidem firmamento ſanctæ Eccleſiæ,

ſunt

Digitized by Google

[illegible] Sacrificium Deorum Manium. Sacrificium Deorum Manium. Sacrificium Deorum Manium.

mine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Et ſecundum Gloſſam, ſi prius baptizatus eſt, nihil ſecundo additur, ſed ad vocem refertur talis iteratio, & eſt ſignum ſolummodo quod ſit baptizatus, vt 68. diſt. §. Quod ergò.

C Baptiſmus quando & vbi inſtitutus.

TERTIO, quando Baptiſmus eſt inſtitutus. Dicit Magiſter lib. 4. diſt. 3. cap. 1. Quod inſtitutio eſt facta, quando Chriſtus baptizatus fuit à Ioanne in Iordane, quia tunc contactu mundæ carnis ſuæ, vim regeneratiuam contulit aquis, vt qui poſtea immergerentur inuocato nomine Trinitatis, à peccatis purgarentur.

Alia ſententia,

Sed quidam dicunt baptiſmum inſtitutum, quando Nicodemo dixit CHRISTVS: *Niſi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c.* Ioan. 3. *Filij autem dicunt* inſtitutionem factam, cum Apoſtolus dixit, *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Marci vltimo. Sed dic. Quod per verba quæ dixit ad Nicodemum, ſolus baptiſmus eſt notificatus; ſed cum dixit Apoſtolis, *Ite, docete*, tunc vſus baptiſmi eſt inchoatus, vt dicit Gloſſa.

Cauſa inſtitutionis Baptiſmi.

QVARTO, cauſa inſtitutionis Baptiſmi eſt innouatio mentis, vt homo qui per peccatum vetus fuerat, per gratiam baptiſmi renouetur, quod fit depoſitione vitiorum, & collatione virtutum. Sic enim fit quisq; nouus homo, vt abſolutus peccatis ornetur virtutibus. Abſolutio peccatorum pellit fœditatem: Gloſſa, corporis & animæ. Appoſitio virtutum affert decorem. Et hæc eſt res ſacramenti, ſcilicet interior munditia. Hæc Magiſter diſt. 3. cap. vltimo. Nam in paruulis mundat originale peccatum in tantum, vt ſi ante annos diſcretionis diſceſſerint, veniunt immediatè ad Chriſtum: in adultis verò fit remiſſio omnium peccatorum, ſcilicet originalium, actualium, venialium, & mortalium, etiam totius pœnæ debitæ pro peccatis, ſi habeat propoſitum non peccandi, & malam diſpliceat ei.

D Quis Sacramentum Baptiſmi conferre poſſit.

Circa hoc ſacramentum PRIMO quæritur: An poſſit conferri à *malis miniſtris*. *Reſpondet* Petrus de Taran. 3. principali, art. 1. quod bonitas miniſtri eſt de congruentia ſacramenti non de ſubſtantia. Nam ea quæ de ſubſtantia ſunt, oportet eſſe certa, bonitas verò miniſtri eſt incerta. Ideo ſi deſit, non minus eſt ſacramentum. Et infra art. 2. Miniſter, inquit, non eſt agens principale, ſed inſtrumentale, & ideo non operatur, quod habeat apud ſe formam, quam imprimit, ſicut agens principale. Nam per malum miniſtrum poteſt Dominus dare bonum donum, vnde æquè vtilis & bona eſt ſuſcipienti talia data per malum ſeruum, ſicut & per bonum. Et ſubdit art. 4. Malus miniſter aut baptizat cum ſolennitate, vt miniſter Eccleſiæ, aut ſimpliciter in articulo neceſſitatis, ſicut vetula ſolet baptizare. *Primo* peccat mortaliter, ſi peccatum ſuum recolit, & non pœnitet. *Secundo* modo non peccat. Hæc Petrus. Et ſequitur in toto S. Thomam. Ideo dicit Magiſter lib. 4. diſt. 6. cap. 2. Quicunque ſit, qui baptizat, ſi ſeruatur forma à Chriſto tradita, verum baptiſmum dat: & ideo qui illum ſumit, non debet rebaptizari.

Dicit tamen Doctor ſubtilis ſuper 4. quæſt. 1. Si hæreticus baptizat paruulum in forma & intentione Eccleſiæ, tunc nihil obſtat paruulo quantum ad Sacramentum, nec quantum ad effectum eius. Sed ſi baptizat adultum, qui intendit eſſe diſcipulus ipſius, non ſuſcipit rem ſacramenti. Si autem baptizatus non habet malum motum, puta in hæreſim conſenſum, ſuſcipit ſacramentum & rem ſacramenti. Veruntamen ab hæreticis ab Eccleſia præciſis non eſt ſumendum ſacramentum, niſi in cauſa neceſſitatis, in quo etiam non baptizati ſecũdum S. Thomam, ſi intendunt facere quod Eccleſia facit, conferunt ſacramentum.

SECVN-

SECVNDO quæritur, quid sit faciendum, si sacerdos non vult baptizare nisi simoniacè pro pecunia, dicit Thomas quæ. 5. art. 5. in tali casu petens baptismum, si est adultus, baptizetur baptismo flaminis, & sufficit sibi tunc, nec debet simoniam facere. Si autem puer sit baptizandus, tunc debet ipsemet prius puer baptizari, quam sacramenti pretium dare; cum licitum sit ei aquam emere, si aliquis eam non possit habere. Idem tenet Petrus & Doctor subtilis, quod potest emere aquam à Sacerdote. Esto etiam quod sit consecrata, non habendo oculum ad consecrationem, quia tantum valet quantum non consecrata; Sicut licet vendere calicem consecratum, non habendo respectum ad consecrationem. Similiter si sacerdos niratur vendere actum baptizationis, potest ille qui offert paruulum, tamen non intendens actum illum, in quantum est sacramentalis, sed laborem sacerdotis in illo actu: Sicut conducuntur hodie sacerdotes ad celebrandum Missas, non quod ipsi vendant & alij emant actum celebrationis, in quantum est sacramentale, (quod absit:) sed quod ipsi scilicet vendunt laborem: quia oportet vnumquemque de suo labore, taliter & qualiter victum acquirere vel victuale. Hæc ille. An pecunia pro baptismo danda.

TERTIO quæritur, Vtrum puer possit baptizari in matris vtero. Ad hoc respondet Magister in 4. Sentent. dist. 6. cap. 3. quod nullus in vtero matris baptizari potest, etiamsi mater baptizetur: & rationem ponit Isidorus de summo bono, & habetur de consec. dist. 4. Qui in maternis sunt vteris, ideo baptizari non possunt, quia qui natus in lucem corporalem secundum Adam, id est, carnem non est, secundum Christum non potest renasci neque regeneratio in eum duci potest, in quem generatio non præcessit. Sed hoc intelligitur de baptismo *flaminis*. Ideo dicit Doctor subtilis, dist. 4. par. 1. quæ. 3. quod potest baptizari baptismo *flaminis*, sicut patet de sanctificatis in vtero, vt patet de Ieremia, Ierem. 1. de Ioanne. Lucæ 1. Similiter baptismo *sanguinis*, si occiditur mater grauida pro iustitia, quia ea de causa persequitur paruulum in vtero, qua & matrem. Sed de baptismo *fluminis* dicit, quod si puer secundum omnes partes est in vtero matris, non potest baptizari, quia non potest immediatè ipsum aqua contingere, sic nec potest lauare. Si autem apparet principalis pars, puta caput, tunc simpliciter potest baptizari, intelligi si timetur periculum mortis; non inquit est verisimile, quod in die Pentecostes, quando baptizabantur tria millia hominum, quod quilibet lauaretur quantum ad totum corpus, sed præcipuè quantum ad faciem aspergendo, vel quantum ad caput perfundendo. Si autem apparet pars minus principalis, illa esset baptizanda, quia in ea est tota anima, licet non omnes sensus, vt in capite, & postmodum posset baptizari, si nasceretur viuus sub conditione. Vnde dicendo, quod Deus suppleret illud, quod impotentia impediret. Et talis puer si nasceretur mortuus, sepeliendus esset in terra benedicta. Hæc Scotus. Et hoc etiam tenet Parisiensis in terminis, dist. 6. E An possit infans in matris vtero baptizari.

Sed tamen NOTANDVM, quod presbyteri non debent accedere ad partum mulierum. Si igitur contingit difficultas pariendi, & ibi timetur mors pueri, debent mulieres obstetrices adesse, & in casu si pars principalis, vel minus principalis appareat, vt in necessitate, ne perderetur anima, hanc partem baptizaret: quia dicit Augustinus in quodlibet membro tota & integra anima est; sicq; totus baptizatus crederetur. Et in tali casu si cõualuerit puer tali modo, debet hoc presbytero mulier publicare, & presbyter debet formam verborũ ab eo prolatã audire, cum testimonio personarum Quid de infante ab obstetrice baptizato faciendum.

narum quæ præsentes in baptizando extiterunt; quod si debitam formam audierit seruatam circa baptismum, in quacunque necessitate tantum compleat & suppleat neglecta. Si verò circa formam erratum fuerit, tunc ipsum cum debita forma baptizet; cautius tamen est, vt pueri non plenè nati, sicq; in necessitate baptizati, sub conditione baptizentur, vt ait Doctor Scotus nominatus.

F

Secunda sporta est Sacramentum Confirmationis.

SECVNDA sporta significat secundum sacramentum, quod est *Confirmatio*, vt ait Eusebius Papa de consec. dist. 5. cap. Apostolus. Ab alijs perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus, vel secundum Glossam habentibus auctoritatem ipsorum, videlicet Episcopis. Et dicit Magister lib. 4. dist. 7. Virtus huius sacramenti est, donatio Spiritus sancti, ad robur qui in baptismo datus est in remissionem: & ideo confert hoc sacramentum cum signo crucis, cum dicit; Ego signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et hoc chrisma conficitur ex oleo & balsamo. Per oleum virtus Spiritus sancti designatur, quo & Christus vnctus dicitur, Psalm. 44. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*, vt sic à Christo dicantur Christiani, quasi sub ipso militantes. Per balsamum odor famæ ostenditur, quam necessariò est habere eos, qui inter mundanos conuersantur. Vnde Aug. 12. q. 1. c. Nolo. Duæ, inquit, sunt res conscientia & fama: conscientia est necessaria tibi, fama proximo. Est tamen fructus huius sacramenti, quod dat prudentiam & constantiam, roburq; ad pugnandum, & dat augmentum gratiç, cum plenitudine sanctitatis scientiæ & virtutis. Ideo dicit Parisiensis quæ. 1. quod in hoc sacramento confertur gratia, & robur in confessione veritatis contra aduersarios.

Olei & Balsami significatio.

G

Tertia sporta, sacramentum Eucharistiæ.

TERTIA sporta significat tertium sacramentum, scilicet *Eucharistia*, id est bona gratia; quia in hoc sacramento non modo est augmentum gratiæ & virtutis, sed ille totus sumitur, qui est fons & origo totius gratiæ, de quo sacramento dictum est supra part. 1. in bona quintâ feria, & in ista parte secunda, Serm. 32. & serm. 33. Ideo ad præsens prætermitto.

A quam solam Sacerdos post consecrationem in calice deprehendens, quid faciet?

Pro informatione tamen sacerdotum simplicium, hic *primo* quæritur? Quid facere debeat sacerdos, quando post sumptionem corporis Christi, percipit se solam aquam infudisse, vel post perceptionē calicis animaduertit se solam aquam sumpsisse? Respondet Doctor subtilis, super 4. sent. q. 3. Quod debet illam aquam cautè effundere super altare, & de nouo vinum cum modica aqua infundere, si nihil de ea remansit in calice, & poterit redire ad cornu altaris, & satis in breui tempore ab illo loco Canonis: *Simili modo postquam cœnatum est, &c.* Continuare vsque ibi. *Vnde memores, &c.* & illis verbis prolatis cum debita reuerentia sumere sanguinem, ne sacramentum sumatur diuisim, quia diuisio eiusdem sacramenti non potest sine grandi sacrilegio prouenire. De consec. dist. 5. Relatum. Vbi etiam dicitur, quod à communione vno anno repulsum se nouerit.

An Eucharistia à ieiunis tantum sumenda.

Sed si obijceres. Quod hoc sacramentum est tantum à ieiunis sumendum, & si post sumptionem aquæ puræ sanguinem Christi sumeret, non esset ieiunus. Dicit Doctor subtilis vbi suprà, quod non ita strictè prohibet Ecclesia non ieiunum percipere. Et dicit S. Thomas, quod præceptum de perceptione sacramenti est maioris ponderis, quàm quod à ieiuno sumatur. Non enim ponitur in capite. Relatum, quod suscipiens non ieiunus reus est Dominici corporis vel sacramenti; neq; quod ibi est sacrilegium neq; repellitur à communione per annū, sicut hic simpliciter. Si iterum *obycias* scandalum

dalum Eccleſiæ, ſi populus percipit illum conficere ſanguinem. *Reſpondet* Scotus, quod hoc ſcandalum eſt Phariſæorum, acceptum non datum. Matth. 16. Poteſt tamen ſacerdos ſcandalum cauere, ſi cautè facit, vt dictum eſt ſuprà.

H

Sacerdoti veſtito occurrit peccatũ mortale, quid faciet?

SECVNDO quæritur. Quid faciet Sacerdos cui occurrit aliquod peccatum, cum iam ſit indutus, vt habeat neceſſe ire & celebrare? *Reſpondet* Doctor ſubtilis Scotus ſuper. 4. diſt. Nónne quis tenetur prius antequam ſe induet confiteri & reconciliari, non tantum Deo, ſed & Eccleſiæ, ad hoc vt dignè recipiat ſacramentum vnitatis Eccleſiæ. Si autem non occurrat oportunitas pœnitendi & confitendi, ſi poteſt ſine ſcandalo, tenetur non communicare. Si autem occurrat ſcandalum niſi communicet, vtpote ſi indutus eſt, & poſtea occurrat ſibi conſcientia de peccato mortali, poteſt cum contritione & voluntate confitendi tempore oportuno celebrare, vt ſcandalum euitet.

An pollutio nocturna impediat à celebratione.

TERTIO quæritur? Vtrùm pollutio nocturnalis impediat à celebratione? *Reſpondetur*, ex Gloſſa in ſumma diſt. 7. Si pollutio ex infirmitate accidit, non prohibet à ſacramenti perceptione, ſed à confectione, niſi inſtet neceſſitas. Si ex præcedenti turpi imaginatione accidat, ab vtroque prohibet.

Num ſit neceſſe aquam vino in ſacrificio apponere.

QVARTO, quæritur. An Sacerdos in præparatione calicis debet aquam vino apponere? *Reſpondent* Doctores ſuper. 4. ſent. diſt. 6. Aqua non eſt huius ſacramenti propinqua materia, ſed remota. Ideò debet ita modicum apponi, quod in vinum faciliter & totaliter conuertatur, & à ſuis proprietatibus vinum non transmutetur, & ita credimus Chriſtum feciſſe: & iſte eſt vſus Romanæ Eccleſiæ. Et deſignat aqua illum populum fidelem, virtute paſſionis redemptum, & Chriſto vnitum. Ideo dicit Magiſt. lib. 4. diſt. 11. cap. 8. Aqua admiſcenda eſt vino, quia aqua populum ſignificat, qui per paſſionem Chriſtus redemptus eſt. Et hic notare debent Sacerdotes, quod vinum in ampulla à miniſtro porrecta ſibi, non benedicit, ſed ſolum aquam, quia dicit Gulielmus in rationali diuinor. lib. 4. quod aqua benedicitur, quandò vino admiſcetur, vinum vero non. Et hoc ideò quia vinum in hoc loco ſignificat Chriſtum, qui nulla eget benedictione. Aqua verò populum, qui in hac vita nequit eſſe ſine peccato, propter quod indiget benedictione Dei, vt reddatur dignus ad vnionem cum Chriſto. Vel etiam, quia populus per aquam ſignatus, vnitur Chriſto ſolum per benedictionis gratiam.

Aqua ſola in ſacrificio benedicenda.

I

Forma conſecrationis Euchariſtiæ quæ?

QVINTO, quæritur de forma conſecrationis panis & vini. Dicunt quidam quod forma conſecrandi corporis conſiſtit in his verbis: *Hoc eſt enim corpus meum*. Sed forma conſecrationis vini eſt iſta. *Hic eſt calix ſanguinis mei*. Et non plus, & hoc credo verum. Et hoc tenet Petrus de Tarantaſia. *Alij* credunt quod debet addi, *Noui & æterni teſtamenti myſterium fidei. Alij* vltra hoc dicunt addendum, *qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Et multi tenent vltimam opinionem, tanquam ſecuram, & ſecuriorem. *Prima* tamen eſt omnino ſecura, ex ſimilitudine ad formam conſecrationis Chriſti, vt planum eſt: nihilominus tamen Sacerdos ante totam eleuationem calicis, vel infra, debet omnia præmiſſa proferre, vſque ibi. *Vnde & memores*. Et hæc dubia duntaxat inſerui pro ſimplicibus ſacerdotibus, & non pro laicis, nec eſt multum pro eis vt ipſis proponatur.

Prima forma eſt ſecura.

K

Quarta ſporta Sacramẽ

QVARTA ſporta eſt, quartum ſacramentum videlicet *Pœnitentia*, quæ ſecundum Auguſtinum eſt peccatorum maculam, vel reatum abſcindere, & eorum ſuggeſtio-

cum pœnitentiæ. Pœnitentia habet tres partes.

nibus aditum non indulgere. Et hæc deſcriptio ſufficiens eſt, quia continet totam ſubſtantiam huius ſacramenti. Quod patet, quia pœnitentia eſt medicina contra mortale peccatum, & quia in peccato mortali tria ſunt; *Primum* eſt *culpa*; *ſecundum*, *macula*, *tertium*, *reatus* obligans ad pœnam. Ideò pœnitentia ſolet habere tres partes. *Prima* eſt *contritio cordis* contra culpam. *Secunda* eſt *confeſſionis* contra maculam. *Tertia ſatisfactio operis* contra reatum. *Aliter* autem Doctor ſubtilis q. 4. definit pœnitentiam, prout ſacramentum. Pœnitentia eſt ablutio hominis pœnitentis, facta certis verbis, cum debita intentione prolatis, à ſacerdote iurisdictionem habente, ex inſtitutione diuina, efficaciter abſolutionem animæ à peccatis ſignificantibus. *Et infra inquit.* Non eſt neceſſarium, quod ſint verba iſta præcisè in hoc ſacramento, quia ſufficit quod exprimatur actus ſententiæ abſolutionis; Sicut enim in iudicio publico, non oportet eſſe limitata verba, communiter tamen ſunt iſta verba: *Ego abſoluo te.* Et dicit Pariſienſis, quod alia quæ præmittuntur, vel ſequuntur ſecundum diuerſarum Eccleſiarum, diuerſam conſuetudinem adijciuntur. Idem Pariſienſis q. 3. Nec eſt de neceſſitate; in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: quia non eſt à Chriſto inſtitutum, ſicut in baptiſmo.

Scotus definit pœnitentiam.

Quinta ſporta, Sacramentum Matrimonij.

QVINTA ſporta eſt, quintum ſacramentum ſcilicet *Matrimonium*: & eſt viri & mulieris legitima coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. 27. q. 2. §. 1. & ca. Cum ſocietas. Et dicit notanter *viri & mulieris*, & non virorum, vel mulierum, nec mulierum & viri, quia vnus vir plures mulieres, & vna mulier plures viros habere non debet. Sed fuit aliquando licitum ex diuina diſpenſatione, vt patuit ſupra ſermon. 37. I. Et addit S. Thomas, quod per inſpirationem internam, principaliter ſanctis patribus facta eſt diſpenſatio, vt per ipſos ad alios deriuata, *eo tempore* quo multiplicatio prolis erat neceſſaria, quæ eſt finis principalis matrimonij. De hoc quære plura parte prima circa Dominicam; *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ.*

L

Sexta ſporta Sacramentũ Ordinis. Oſtiarij.

SEXTA ſporta eſt, ſextum ſacramentum videlicet *Ordo*. Eſt autem Ordo ſignaculum quoddam Eccleſiæ, per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, vt dicit Magiſter lib. 4. diſt. 22. Et ſunt ſeptem ordines, vt tradit Magiſter lib. 4. diſt. 24. iuxta ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam. *Primus* ordo eſt *Oſtiariorum*, qui præeſſe debent oſtijs ne ſcilicet infideles & excommunicati, canes aut beſtiæ intrent, & eis cum ordinantur claues dantur Eccleſiæ ab Epiſcopo, & ſic dicitur eis: *Agite tanquam Deo rationem reddituri, pro rebus, quæ clauibus iſtis includuntur.* Hoc officium Dominus impleuit in ſua perſona, quando flagello quaſi de funiculis facto, *vendentes & ementes eiecit de templo* Ioan. 2. & Matth. 20. *Secundus* ordo eſt *Lectorum*; qui Lectores à legendo, ſicut Pſalmiſtæ à Pſalmis canendis dicti ſunt, vel vocati. Hoc officiũ Chriſtus adimpleuit, *cum in die Sabbathi in Synagoga librum Iſaiæ aperiens legit, Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxit me: Euangelizare pauperibus miſit me.* Luc. 4. *Tertius* ordo eſt *Exorciſtarum*, qui dicuntur adiurantes in Latino. Inuocare namque habent ſuper Catechumenos, & ſuper eos qui habent ſpiritum immundum, per nomen Dei iurantes ab eis. Hoc officio vſus eſt Dominus ſæpe, cum dæmoniacos ſanauit. *Quartus* eſt ordo *Acolitorum*, qui Latine ceroferarij dicuntur, quia candelas portant, quando Euangelium legitur, & eas tenent quando altaris ſacramentum eleuatur. Hoc officium teſtatur Dominus ſe habere, cum dixit: *Ego ſum Lux mundi* Ioann. 8. *Quintus*

Lectores.

Exorciſtæ.

Acolitj.

ordo

ordo est *Subdiaconorum*, qui ita dicti sunt, quia Diaconi præceptis subiacent. Ad eos enim pertinet calicem & patenam deferre, & Diacono tradere. Hoc officio vsus est Dominus, quando *linteo se præcinxit*, Ioan. 13. *Sextus* ordo est *Diaconorum*, ad quos pertinet Euangelium legere in missæ officio & sacerdoti assistere, & in omnibus, quæ per sacerdotem aguntur ministrare. Hoc officio est Dominus vsus, quando prædicauit. *Septimus* ordo est *Presbyterorum*. Presbyter enim Græcè, senior est Latinè, non propter ætatem, sed propter honorem & dignitatem quam adepti sunt Presbyteri. Ideò ipsi sunt *semen, cui benedixit Deus*. Isa. 61. Idcircò Eccli. 8. dictum est. *Honora Dominum tuum ex tota anima tua*. Statim subiungitur: *Honorifica Sacerdotes*. Hoc officio vsus est Dominus, cum seipsum obtulit in ara crucis.

Subdiaconi.

Diaconi.

Presbyteri.

Quæritur hic. An in sacramento Ordinis character imprimatur. Dicitur quod sic. Vnde character est quædam indelebilis entitas, quam homo consequitur cum suscipit sacramentum Ecclesiæ, sic quod non est licitum iterare. Verbi gratia, Cum quis baptizatur, confirmatur, aut ordinatur, imprimitur animæ eius signum quoddam spirituale perpetuum, per quod discernitur à non baptizato, non confirmato, vel non ordinato.

An character in Sacramento Ordinis imprimatur.

SEPTIMA sporta significat septimum sacramentum, quod est *Vnctio extrema*, quæ est sacramentum, quod datur infirmis in diuersis partibus corporis, ad venialium delerionem, & morbi corporalis alleuiationem: cum forma ad hoc instituta, intentione faciendi, quod Ecclesia facit. Et hæc est forma secundum Doctorem subtilem in principali. *Per istam sanctam vnctionem & suam pissimam misericordiam parcat tibi Deus quicquid per visum deliquisti*, & sic de alijs membris, vt naribus, & manibus. Et dicit S. Thom. q. 4. art. 2. In quibusdam Ecclesijs dicuntur ista verba: *In colore huius sacramenti vngo oculos tuos oleo sanctificato, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen*. Sed hæc verba non sunt forma, sed quædam dispositio ad formam, vt suprà. Et dicit Magister in 4. dist. 23. c. 2. quod hoc sacramentum vnctionis infirmorum ab Apostolis legitur institutum. Ait enim Iacobus c. 5. *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, vt orent super eum*, videlicet septem Psalmos, *vngentes eum oleo in nomine Domini, & alleuiabit eum Dominus* scilicet infirmitatem in eo mitigando, *& si in peccatis est dimittentur ei*: in quo dicit Magister, ostenditur sacramentum hoc duplici de causa institutum fuisse, videlicet ad remissionem peccatorum, & ad corporis infirmitatis alleuiationem. Item Petrus de Tarantasia, secundo principali, q. 4. dicit: Hoc sacramentum iterari potest, quia characterem non imprimit. Ideò homo pluries potest inungi, etiam in eadem infirmitate, si sit longa: si pluries incurrerit status periculosos. Et tantum sit dictum de septem sacramentis, per sportas hic designatis.

M Sporta septima, Sacramentum extremæ Vnctionis.

Forma extremæ Vnctionis.

Extremæ Vnctionis Sacramentū quare institutum.

DOMINICA VIII. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

Thisa-

A Pantheræ descriptio.

PHisologus dicit de Panthera, quod est animal ex albo & nigro mixtũ, & est pulchræ formæ per corpus, dempto capite, quod est distortissimum. Per triduum enim dormit, cum saturatus est: deinde surgens emittit rugitum, & odorem suauem: sic attrahit sibi multas bestias, quibus vescitur. Sed quia habet caput distortissimum, ideò ne aliæ bestiæ ipsum accedere abhorreant, abscondit caput, ponens scilicet inter pedes anteriores, & circumspicit animalia currentia; & animal consideratum, velociter capit ipsum deuorando.

MORALITER hoc animal gerit figuram omnium hæreticorum, falsorum & Prophetarum, qui mixti sunt ex albo exterioris apparantiæ, & ex nigro interioris malitiæ: volunt enim apparere exterius sancti & boni, cum tamen interius sunt malitia pleni: de quibus dicitur Matth. 23. *Væ vobis hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia: sic & vos à foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem estis pleni hypocrisi & iniquitate.* Nam in eis est vana gloria principaliter: quia dicit Augustinus 24. q. 3. c. Hæreticus. Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime vanæ gloriæ principatusque sui gratia, falsas ac vanas opiniones gignit, vel sequitur. Hæretici pãtheræ astutiam imitantur, Sed secundario est in ipsis error & contumacia, quia dicitur 24. q. 3. c. Qui aliorum. Hæreticus est non solum qui errat, sed qui errorem contumaciter defendit. Sed sicut panthera caput distortum abscondit, ne ab animalibus videatur, sic & isti caput distortissimum elationis & superbiæ suæ, abscondunt, infra pedes humilitatis falsæ, aut fictæ, ne eorum elatio manifestetur.

Sed quod panthera per triduum dormit, & deinde surgit, & rugitum, & odorem suauem emittit, denotatur quo l hæretici & falsi Prophetæ tempore naturæ & legis dormierunt; sed tertia die, id est, tempore gratiæ & Euangelij, surrexerunt & rugitum falsæ prædicationis & doctrinæ emiserunt, miscentes eas odore dulci alicuius veritatis, quia dicit Beda in homilia: Nulla porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat, sicque multos homines bestiales sibi attraxerunt, & spiritualiter deuorauerunt, cum ipsos in suam sectam vsque perduxerunt, sicut Wicleff Anglicos, & Hus Bohemos. Ideo Dominus præmonet suos fideles, vt ab illis se cautè & diligenter caueant, cum dicit: *Attendite à falsis Prophetis, &c.* In quibus duo tanguntur. *Primò* studiosa præmonitio Saluatoris, ibi; *Attendite à falsis. Secundò*, manifesta cognitio deceptoris, ibi; *Qui veniunt ad vos.*

B Prophetæ sunt triplices.

Pro quo NOTANDVM quod Prophetæ sunt triplices. PRIMI sunt à Deo missi in veteri, vel nouo testamento, & illi non sunt à prædicationibus prohibendi. Nam quo ad vetus Testamentum, legitur Num. 11. Cum Eldad & Medad prædicarent: & dicit Rabbi Salomon, quod prædicabant de morte Moysi futura, & quod Iosue introduceret populum in terram promissionis loco eius: ideò cucurrit puer, & iste fuit Gerson filius Moysi, secundum Hebræos; & nuntiauit Moysi, dicens: *Eldad & Medad prophetant in castris, statim Iosue dixit, Domine mi Moyses prohibe eos.* Quia dicit Rabbi Salomon, quod Iosue fuit motus ad hoc, ne videretur appetere propriam gloriam & Magistri mortem.

1. A Deo missi.

Sed expositores nostri dicunt communiter, quod motus fuit ex eo, quod videbatur

batur esse contra reuerentiam Moysi, quod in absentia prophetarent. Moyses autem noluit prohibere eos sed ait: *Quid æmularis pro me? quis tribuet, vt omnis populus prophetet, & det eis Spiritum sanctum.* Sed in nouo testamento legitur, Marci 9. Quod Ioannes dixit ad Iesum; *Magister, vidimus in nomine tuo dæmonia ejicientem, & prohibuimus eum. Iesus autem ait illi: Nolite prohibere eum: nemo est qui facit virtutem in nomine meo, & possit cito loqui mala de me. Qui enim non est aduersum nos, pro nobis est.* Et tales cognoscuntur per humilitatem. Quia Christus siue in nouo, siue in veteri Testamento Prophetas & Apostolos elegit humiles & abiectos, ne quis de scientia vel nobilitate generis superbiret, sicut de hoc dicit Augustinus libro 3. de verbis Domini, Serm. 23. Noluit prius eligere senatores, sed piscatores, magna artificis misericordia, sciebat enim, si eligeret prius senatorem, diceret senator, dignitas mea electa est. Si eligeret diuitem, diceret diues, opulentia mea electa est. Si prius eligeret Imperatorem, diceret Imperator, potestas mea electa est. Si prius eligeret oratorem, diceret orator, eloquentia mea electa est. Si prius eligeret Philosophum, diceret Philosophus, sapientia mea electa est. Ideo infirma & contemptibilia mundi elegit Deus, vt non gloriaretur in conspectu eius omnis caro.

Humiles & abiecti a Christo eliguntur in Prophetas & Apostolos.

SECVNDI Prophetæ per hominem mittuntur, aliquando propter promotiones, aliquando propter consanguinitatem, & tales propter quæstum se mitti procurant. De quibus dicitur, Michææ 3. *Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecuniam diuinabant.* Et tales sunt locustæ, quæ generantur à vento Australi, & à vento Aquilonari motiuntur. Cum etiam ventus Australis cessat, qui eos portat, tunc mox cadunt in flumina siue mare. Ita isti, quamdiu à vento prosperitatis feruntur, tàm diu in altis dignitatibus volant: quàm citò verò ventus Aquilonaris, id est aduersitas eos tangit, mox in aquam tribulationis & mare sempiternæ amaritudinis cadunt: Locustæ etiam se inuicem deuorant, & omnia contacta corrodunt; isti verò illo modo quicquid viriditatis vel virtuosæ virtutis inueniunt, venenatis dentibus ex toto corrodunt. Hi sunt qui in corpus diaboli transeunt, & sub capite Christo non militant, quamuis ex eius patrimonio viuant. Et de vnoquoque talium dicitur Prouerb. 30. *Regem locustæ non habet, & egreditur vniuersa per turmas.*

2. Ab homine missi.

TERTII Prophetæ sunt, qui propria virtute discurrunt, nec à Deo simpliciter, nec ab Episcopis ordinati aut missi; quales sunt omnes hæretici, de quibus Ierem. 44. *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Quod tamen est contra Apostolum ad Romanos 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur.* Et extra de hæreticis cap. Excommunicamus, dicitur, quod nullus debet prædicationis officium assumere, nisi sit missus à sede Apostolica vel Episcopo loci, sub pœna excommunicationis, &c.

C

3. Alij proprio motu currunt.

DE EADEM DOMINICA,

Sermo secundus.

Omnis arbor quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 7.

P

Arbores vt fructum ferant, indigent.

Terra.

Sole.

Tempore.

Hyeme.

Vere.

Aestate.

DIcunt naturales, quod quælibet arbor ad suam fructificationem indiget triplici fomento exteriori. *Primo* indiget terra, cuius humore nutriatur, & si in vna terra non proficit, in alia conualescit. Ideo videmus, quod prudẽtes hortulani transferunt de loco ad locum arbores paruas & herbas, euellendo eas radicitus de terra, in qua steterunt prius: & per talem transplantationem arbores fiunt fructuosæ quæ prius fuerunt ineptæ. *Secundo*, indigent sole cuius virtute humor, qui in medulla est, digeratur, & præparet ipsum humorem decoquendo, vt sic dispositio ad fructificandum emittatur. *Tertio* indigent tempore, quia non omni tempore arbores plantatæ solent æquè fructificare. Nam dicit Constantinus, quod arbores quæ plantantur in recti plenilunio, minus conualescunt; & si conualuerint, fructum faciunt vermiculosum, & fructus tunc plantatæ arboris citius putrescunt. Similiter arbores indigent hyeme ad humores restringendos, vt melius in vere sint paratæ & vnitæ ad fructus producendos, quod si spargerentur dicti humores per meatus terræ, suam amitterent virtutem. Indigent etiam vere, in quo arbores pullulant, & dissoluitur congluti natio frigoris, virtute solari quæ erat in humoribus arboris, vnde fructificare debent. Indigent insuper æstate, ad fructuum maturationem, repletionem, & collectionem.

Vt homo fructum ferat, indiget.

Terra humiliationis.

MORALITER. Homo isto modo, vt fructificet, indiget tribus. *Primo*, indiget terra humilitatis, cuius humore fructificat opere virtutis & pietatis. Nam sine humilitate non valent virtutes aliæ. Ideo dicit Aug. Humilitas virtutum omnium est caput, quæ velut fouet & sustinet bonorum omnium totum corpus. Quapropter Christus verus hortulanus, quem *Maria Magdalena hortulanum æstimauit*, Ioan. 22. Transtulit multos homines de terra alta elationis, ad terram vallosam humiliationis, vt Paulum, Augustinum, & sic de alijs. Et qui prius infructuosi extiterunt, postmodum fructum multiplicem produxerunt. *Secundo*, indiget sole charitatis. Quia dicit Gregor. Nihil habet viriditatis ramus boni operis, nisi maneat in radice charitatis. *Tertio*, indiget tempore, id est discretione, quæ in omni opere est apponenda. Quia dicitur 1. quæ. 1. cap. præsentium. Discretio mater est omnium virtutum. Et sicut arbor quo ad tempus tria requirit.

Sole charitatis.

Tempore discretionis.

Hyems tribulationis & angustiæ.

Vere diuinę gratiæ.

Aestate vitæ præsentis.

Sic & homo ad benè operandum tribus necessariò indiget videlicet hyeme tribulationis & angustiæ. Nam multoties Deus mittit hyemem tribulationis & angustiæ, & sic transfert eos per contritionem & confessionem in hortum Ecclesię, & facit eos fructiferos & fertiles, qui prius fuerunt infæcundi & steriles, vt dicit Holkot lect. 50. Item indiget vere diuinæ gratiæ, quia dicit Dominus, Ioan. 15. *Sine me*, id est gratia mea, *nihil potestis facere*. Item indiget æstate, id est, vita præsenti, quia in futuro nullus potest benè operari, quia secundum Psalm. 103. *Exibit homo ad opus suum*, id est operationem bonorum, scilicet operum, *vsque ad vesperam*, scilicet mortis, & deinceps non. Itẽ dicit Dominus in verbis allegatis, quod *omnis arbor*, id est homo *qui non facit fructum bonum*, scilicet in præsenti vita, *excidetur, & in ignem mittetur*. In quibus verbis principaliter tria insinuat. *Primo*, hominis otiositatem, ibi; *Omnis arbor*. *Secundo*, mortis ineuitabilitatem, ibi; *Excidetur*. *Tertio*, ignis intolerabilitatem, ibi; *Et in ignem*.

Q

Homo arbori comparatur.

Quantum ad PRIMVM, ponit hominis otiositatem, cum dicit. *Omnis arbor quæ non fert fructum*, vbi nota. Holkot super librum Sap. lect. 47. dicit quod in Scriptura homo arbori comparatur, iuxta illud Matth. 8. *Video homines sicut arbores*. Habent enim

enim quandam similitudinem viuendo, crescendo, fructum ferendo, & similiter dicendo. PRIMO enim habent similitudinem in viuendo. Arbor enim non viuit, nisi per calorem cœlestem, & humorem terrestrem: Sic nec moraliter viuit homo vita gratiæ nisi per humilitatem & charitatem. Humilitas oritur de terra, id est de consideratione quod terreni sumus, & in terram reuersuri, & in breui. Vnde sicut illæ arbores, quæ radices suas profundius in terram figunt, diutius viuunt, & stant stabilius. Ita illi homines qui se diligentius & apertius terrenos esse cognoscunt, viuunt fortius vita gratiæ, & firmius stant contra tentationes varias culpæ. Arbores similiter plantatæ in planitie vel in vallibus, minus excutiuntur vel fatigantur à ventis, quàm illę quę stant in montibus. Quia dicit Arist. in problemat. & Plinius in historia naturali. Altæ nimium arbores, subitò exarescunt. Et ratio est, quia tales arbores ob sui elongationem à terra humorem suum difficulter sursum trahunt: quare deficiente humore arescũt. Ita personæ humiles refugientes dignitates & ambitiones huius mundi. Et quia Christus fuit humilis ideo qui suas radices figit, & fundat in Christo, viuet & crescet, & fructum faciet, sicut docet, Ioan. 15. *Ego sum vitis, vos palmites. Et sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, Sic nec vos, nisi in me manseritis.* bori comparatur. Viuendo.

SECVNDO, assimilatur homo arbori in crescendo: quia quamuis inferior pars terræ adhæreat, potior tamen & pulchrior pars supereminet, tendens aduersus cœlũ. Sic moraliter: licet necessariò oporteat nos aliquam solicitudinem circa terrena habere, tamen potior pars voluntatis nostræ debet tendere versus cœlum. Iuxta illud Isaiæ 37. Quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod relictum est, mittet radices deorsum, & faciet fructum sursum. Crescendo.

TERTIO, assimilatur homo arbori in fructum ferendo. Sicut enim arbores primo germinat, secundo florent, tertio fructum portant. Ita homo primo germinat bonis cogitationibus, floret deinde bonis voluntatibus, & tertio fructificat bonis operationibus. Quia dicit Chrysost. homil. 32. Germen sunt bonæ cogitationes, flores bonæ voluntates: & fructus bonæ operationes. *Quia arbor bona fructus bonos facit.* Fructum ferendo.

Circa quod NOTA, quod talis principaliter facit triplicem fructum. *Primus* est fructus moralis sanctitatis, quæ consistit in operibus pœnitentiæ, iustitiæ, & cultus Dei. Et qui hunc fructum non facit, morietur morte turpissima, & punietur pœna ignis æterni acerbissima, iuxta verba thematis. *Omnis arbor quæ non fert fructum*, quasi diceret. Quæ stat otiosa, excidetur, &c. Quare dicitur Lucæ 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Est autem de merito hominis, & de operibus pœnitentiæ, & eleemosynę: sicut est de fructu palmæ. Dicitur enim de palma, quod eius fructus est inutilis donec palma fuerit centenaria. Nam legitur in historia Alexandri, quod milites eius comedentes dactilos palmarum iuuenum, mortui sunt. R Fructus principalis triplex. Moralis sanctitatis.

MORALITER. Iustus comparatur palmæ. Iuxta illud Psalm. 91. *Iustus vt palma florebit.* Iusti autem opera non apparent dulcia, vsque post centum annos, id est, post finem præsentis vitæ. Quia vita hominis durat ad centum annos: Iuxta illud Eccli. 18. *Numerus dierum hominis centum anni vt plurimum.* Et ideo oportet interim patienter exspectare Iacob. 5. *Patientes estote fratres vsq; ad aduentum Domini:* Glos. qui reddet vobis mercedem. Exemplum ponit. *Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec recipiat temporaneum*, id est, primitiuum fructum *& serotinum.* Sed dolendum est de multis: sicut de illa ficulnea, de qua narrat Matth. 21. vbi dicitur, quod

quod Iesus manè reuertens in ciuitatem scilicet feria secunda palmarum, esurijt; & *videns sicì arborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, maledixit ficui, & ait: Nunquam nascatur ex te fructus in sempiternum, & statim aruit.* Ista ficus vt dicit Holkot lect. 41. significat diuites auaros, quos Deus ditauit, vt fructificent per eleemosynam. Christus esurit, quotiescunque pauper esurit, sicut ipse dicit, Matth. 25. *Esurijui, & non dedistis mihi manducare.* Venit ad ficulneam, quando pauper venit ad diuitem, & nihil inuenit nisi folia; quia nihil ibi pauper recipit, nisi verba amara. Indubitanter tali ficui Deus in die iudicij maledicet, quando eis dicet: *Ite maledicti in ignem eternum.* Et ideo signanter dicit Sapiens, Eccles. 5. *Qui amat diuitias*, videlicet eo modo quo auarus *fructum non capiet ex illis*: non dicit: Qui habet vel qui dispensat, sed qui amat ad seruandum. Nam de illo adueniente morte dicitur illud, Dan. 4. *Succidite arborem, & dispergite fructus.* Quasi diceret, Vos contrarij humores, succidite arborem, & vos executores dispergite fructus eius. Nam humores repugnantes in corpore faciunt carnis corruptionem: Et exsecutores ordinantes de funere, faciunt opum dispersionem. Et tunc primo experientur, quod qui amat diuitias, fructū non capiet ex eis. Dicit Arist. 2. de vegetabilibus; quod arbores quędā plantatæ in distemperatis locis faciunt primo fructus acidos, postea dulces, & tandē amaros: & fructus talis piramidatur in vtraq; extremitate, & in medio habet figurā latam.

Ficus arefacta, designat diuites auaros.

MORALITER. Pauper homo datus omninò mundo, & totam intentionem suam extendens ad hoc, quod temporaliter fiat diues, facit in principio fructum *valdè* acidum & acutum, ieiunat, vigilat, parcè viuit, laborat & seruit, & nihil dulcedinis est protunc in operibus suis: Sed postea cum factus fuerit diues, ad tempus ludit, expendit, iucundatur solenniter, & tunc est fructus suus dulcis, sed hæc dulcedo *non* durat. Nam statim tendit ad mortem, & tunc oportet disponere de testamento, & *relinquere* alienis diuitias suas. Et ille fructus nec apparet sibi acidus nec *dulcis*: sed amarissimus quando debet dimittere terras quas coluit, prolem quam genuit, aulam & cameram quas curiosè ædificauit filios & filias, & vxorem quas amauit. Et de talibus verificatur illud, Sap. 3. *Vacua est spes illorum & labores sine fructu.*

S

SECVNDVS fructus, quem faciunt boni homines est fructus doctrinalis fertilitatis. Istum fructum exigit Christus à Doctoribus, prædicatoribus, & prælatis. Quibus loquitur Ioan. 15. *Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Et Sap. 16. *Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus* (Domine) *hos qui in te crediderint conseruat.* De istis autem arboribus valdè dolendum est, quod quædam arescunt per nimiā siccitatem: quædam frutescunt per nimiam curiositatē: quædā marcescūt per nimiam venti vrentis malignitatem. *Primo*, quædam *arescunt* per nimiam siccitatem, quæ non habent humorem deuotionis, nec zelum animarum, de quibus Ose. 9. *Radix eorum cum exsiccata est, nequaquā faciunt fructū.* Non sic fuit de prædicatoribus plantatis in Ecclesia primitiua: imò ipsi fuerunt irrigati per gratiam, & per contemplationem inebriati Eccl. 24. *Dixi rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructus. Secundo*, quædam *frutescunt* per nimiā curiositatem, quando parui furculi, id est, parui frutices crescunt circumquaq; circa arborem, tunc subtrahūt ab eo humorem. Ita quandoq; studia, scilicet curiosa & subtilia, quæ circumponuntur menti hominis, subtrahunt ab eo deuotionem prædicandi verbum Dei. Sed per oppositum est de bonis, de quibus Osex 10. Vitis frondosa Israel, fructus *adequatus est ei. Tertio*, quædam

Doctrinalis fertilitatis.

I.

II.

III.

mar-

Digitized by Google

marcescunt per venti vrentis malignitatem. Et sunt tales qui dimittunt prędicare propter obloquia, detractiones & odia. Et hi vocantur in canonica Iacobi. *Nubes sine pluuia, quæ a ventis circumferuntur.* Arbores autumnales, infructuosæ.

TERTIO fructus, est fructus æternalis felicitatis, qui percipietur quando Christus dicet animæ de corpore recedenti. Prou. 31. *Date illi de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera eius.* Istos fructus contemplando gustare debemus, si pro ipsis habendis pugnare velimus fortiter. In cuius figura malogranata, ficus & vuæ, filijs Israël ostensa fuerunt, & allati fructus & vuæ de terra promissionis, antequam intrarent. Num 13. quia aliàs tantæ difficultatis terram non desiderassent. Isto modo B. Andreas fructuum cœlestium dulcedinem gustauerat: Ideò tantum ad illos anhelabat, quod per arborem crucis quasi per scalam ad eos capiendos ascendit, dicens illud Cant. 7. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius.* Fructus æternæ felicitatis.

QVARTO, assimilatur arbori in cadendo. Arbor enim quæ diu creuit & vixit, & tandem præ senio deficit, ad illam partem cadit, versus quam viuendo ramos plures extendit. Sic homo moriens ad illam partem cadit, ad quam plures cogitationes & affectiones viuendo transmisit. Si in terram extendit ramos affectionum, cadit ad infernum: si in cœlum, illuc etiam deportatur. Iuxta illud Eccles. 11. *Si ceciderit lignũ*, id est, homo, qui à Philosophis dicitur antropos, hoc est, arbor euersa, *siue ad Austrũ*, id est, partem electorum, *siue ad Aquilonem*, id est, ad partem reproborum; *vbi ceciderit, ibi erit* æternaliter. Homo assimilatur arbori in cadendo.

Vbi tamen NOTA, Homo est MORALITER sicut arbor. Sed quod dolendum est, multæ arbores faciunt fructus inutiles & acerbos ad manducandum, sic & homines. Nam sunt quidam fructus peccantium, nimis mali & damnosi, pleni vermibus corrosiuis: quidam pleni humoribus inflatiuis. *Primi* sunt fructus *lasciuiæ & carnalis delectationis*: hi sunt pleni vermibus. Videmus interdum pomum pulcherrimi coloris exterius, & suauissimi odoris, & tamen intrinsecus latet vermis, & inuenitur totum corrosum. Isto modo suggestio voluptatis apparet exterius suauis, & delectabilis, tempore tentationis: & cum scelus fuerit perpetratum, inuenitur vermis corrodens conscientiam, qui nisi interficiatur in hac vita, viuet in æternum Isaiæ vltimo. *Vermis eorum non morietur.* Hic est vermis qui momordit hederam, sub cuius vmbra Ionas delectabatur. Ionæ. 4. *Lætatus est Ionas lætitia magna*, quæ statim post morsum vermis aruit. T Fructus inutiles arborum. Lasciuia, & carnalis delectatio.

MORALITER, Hedera est pax conscientiæ, sub qua Ionas, qui interpretatur columba, id est, simplex & innocens, delectabatur, vermis aduenit sub delectatione, & statim hedera aruit: quia conturbatur conscientia actu transeunte & reatu manente. Ideò valde fatuus est, qui istum vermem non interficit, quanto citius potest. Et sic puer frangens pomum pulcherrimum, de quo sperabat se habere bonum cibum, reperit se deceptum, cum inuenerit interius vermen turpem: Ita tentatus de libidine, delectatione transacta, & verme in remorsu conscientiæ apparente, iudicat se fuisse deceptum. De quo loquitur Apostolus ad Romanos 6. *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis.* Nam finis illorum mors est. Sed absit, quod tales sint peiores quàm Cain, qui obtulit Deo de fructibus terræ, spicas corrosas, conculcatas, & à bestijs contritas. Gen. 4. Vtinam saltem illi inueterati dierum malorum, qui corrosi sunt per vermes infinitos in conscientijs, conculcati per

Digitized by Google

bestiales delectationes à iuuentute sua, & vsque ad senectam & senium, vellent tamen in fine dierum suorum offerre se Deo per pœnitentiam & sacrificium vespertinum.

Sed NOTANDVM quod in veteri lege, & in primitiua Ecclesia dabantur primitiæ de fructibus: modo vix dantur decimæ. Ita olim habuit Ecclesia vouentes continentiam in sua iuuentute, & dabantur Deo primi fructus: quia ipse est verus Papa, & Pater pauperum, cui clamamus *Abba Pater*, ad Galat. 4. Et ideò *sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera*, Gen. 43. *Offeramus primogenita terræ nostræ & primitiui vniuersi fructus*. Neemiæ. 10.

V Auaritia & rerum mundanarum possessio.

SECVNDI fructus scilicet pleni laboribus amaratinis sunt fructus auaritiæ & mundialis possessionis. Quicunque enim est ille, qui rebus mundi incumbit, acquirendo possidendo, vel exponendo, frequenter amaricatur & conturbatur, quantumcunque videatur in pace viuere, Psal. 38. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*. Aliud etiam NOTANDVM, quod comedentibus poma cruda, & fructus immaturos, sani cibi fiunt insipidi. Sic etiam qui delectatur in diuitijs, vel conseruandis, vel disponendis, aut dispensandis; cibus animæ, qui non perit, cibus verbi Dei, cibus deuotionis, orationis, & contemplationis apparet insipidus. In cuius figura legitur Iosue 5. quod quamprimum filij Israël inceperunt vesci de fructibus terræ promissionis, statim defecit eis Manna diuinæ dispensationis, nec amplius descendit de cœlo. *Isto* modo est de diuitibus habentibus consolationem hic in terrenis, deficit enim eis consolatio, quam habent sancti de diuinis. Vnde August. 1. de Trinitate, cap. 10. Contemplatio est illa spes quæ rapit omnem hominem desiderio sui, & tanto ardentiorem quanto mundiorem: & tanto mundiorem, quanto ad spiritualia surgentem: & tanto ad spiritualia surgentem, quanto carnalibus & terrenis desiderijs, aut affectionibus morientem.

Sed ex quo fructus administrationis temporalium est amarus, & aliquas pes sonas in Ecclesia Dei oportet ministrare temporalia, quomodo poterunt isti fructus dulcorari? Certè dicendum secundum Arist. lib. 2. de vegetabilibus. Fructus amarus missus in ignem, & assatus, efficitur dulcis. Sicut patet de pomis, quæ sunt nimis acerba, ad comedendum cruda, quando assantur ad ignem, fiunt satis dulcia. Isto modo vos qui estis occupati in vita actiua circa administrationes temporalium, frequenter gustantes amaritudines mundi, & tribulationes circa plurima, si vultis occupationes facere dulces, oportet quod assentur bene in igne caritatis, ne sint crudæ. Quia dicitur 1. ad Cor. 6. *Omnia opera vestra fiant in caritate*. Exod. 12. *Non comedetis ex eo crudum, nec coctum aqua, sed assatum tantum igne*: vt omnia facta vestra omnia bona quæ habetis, ad Dei honorem & ad vtilitatem proximi referatis: quia qui sine caritate amant diuitias, fructum non capiunt ex eis. Et nisi hoc feceritis timere poteritis, illud Ierem. 12. *Confundemini à fructibus vestris propter iram furoris Domini*. Et Ierem. 21. *Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum*.

X Superbia & ambitionis fructus.

TERTII fructus inutiles, sunt fructus superbiæ & ambitionis, & isti sunt pleni humoribus inflatiuis. De quo fructu, Isai. 10 *Visitabo super fructum magnifici cordis*: licet enim reuerentiæ & honores suauiter sapiant, tamen periculo inflant. Nam in historia Alexandri narratur, quod milites sui in India inuenerunt ita dulces fructus, quod in comedendo de eis non poterant saciari. Vnde factum est per nimium esum illorū, quod magna oriebatur strages & pestis inter eos.

Sic

Digitized by Google

Sic MORALITER fructus honorum & reuerentiarum ſunt ita dulces, vt difficile ſit ſatiari de eis. Bonum eſt tamen cum talibus fructibus inflatiuis comedere ſal; & ita expedit affectus honoris & nobilitatis ſeculi, ſallire ſale diſcretionis & modeſtiæ. Quia dicitur Iob. 6. *Nunquid poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſal: conditum?* Et ſic vti conuenit honoribus ſeculi virtuosè; quia fatuum eſſet ſubditos docere honorare, niſi eſſent qui deberent honores recipere. Et ideò dicit Ariſt. 6. Topicorum, quod omnes homines appetunt honores. Ideò ambitioſus definitur ſecundum eum ſic ibidem: Ambitioſius eſt de ordinate appetens honores. Apponendum eſt igitur ſal ſapientiæ & diſcretionis, & ſic vtendum eſt fructu honoris laudabiliter, Eccli. 27. *Eſt ſapiens anima ſua ſapiens & fructus illius laudabile.* Hæc ſapientia eſt humilitas: quia Prouerb. 11. *Vbi eſt humilitas, ibi eſt ſapientia.* Et ſimiliter Eccli. 11. *Sapientia humilitati exaltabit caput ſuum.* Et hoc eſt, quod de iuſto dicitur Iſa. 37. *Mittet radices deorſum & faciet fructum ſurſum.*

Quantum ad SECVNDVM, ponit mortis ineuitabilitatem, cum dicit: *Excidetur*, ſcilicet per mortem *arbor* ſcilicet, quæ eſt otioſa. Et fructum non producit, excidetur & concremabitur. Sic & homo qui non facit fructum bonorum operum, auferetur de medio iuſtorum. Sicut figuratum eſt de arbore fici, Luc. 13. quam habuit quidam *plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in ficulnea hac, & non inueniens, dixit: Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?*

Y
Pars ſecunda cõcionis. Mors ineuitabilis.

Per quam figuram MORALITER innuitur, quod ocioſi peccatores interdum exſpectantur à Deo per tres annos, ſcilicet iuuentutis, virilitatis, & ſenectutis. Et cũ viderit, quod nolunt ferre fructum, excidit eos per mortem, tradendo eos igni infernali, ſicut factum fuit de epulone Luc. 16. de quo dicitur. *Mortuus eſt diues, & ſepultus in inferno.* Et hoc (heu) multi non recogitant, qui hic dies ſuos expendunt in ocio, nec fructus bonorum operum ferunt. Ideo conqueritur B. Bern. Nihil præciolius tempore, & (heu) hodiè nihil vilius inuenitur. Tranſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat ſibi perire diem, & nunquam rediturum cauſatur. Sed ſicut *capillus de capite non peribit.* Sic nec momentum peribit de tempore. Hæc ille. Et hæc eſt prima exciſio hominis inutilis in hac vita, per mortem corporalem, quæ ſecundum Ariſt. de po. & morte, nihil aliud eſt quàm receſſus animæ à corpore.

I.
Peccator excindetur per mortem?

Luc. 21.

SECVNDO excidetur à conſanguinitate huius mundi, delectationibus, & diuitijs. Quia dicit Pſal. 48. *Homo cum interierit non ſumet omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius.* Et Luc. 19. dicit Dominus. *Omni habenti dabitur & abundabit:* quaſi diceret, Habenti ſpirituale bonum, dabitur æternum abundanter, & qui non habet ſpirituale bonum, vt virtutes, auferetur ab eo ſcilicet temporale. Et illa exciſio grauis erit illis peccatoribus, qui illa tranſitoria nimis diligunt. Quia dicit Philoſophus. Separari ab amicis & conſuetis, miſerabile eſt, vt ab vxore, pueris, aut conſanguineis, à domibus, vel agris, pecunijs, & ſic de alijs.

II.
Excidetur, à conſanguinitate.

TERTIO excidetur à conſortio bonorum tam in cœlo quam in terra, quia Matth. 13. *Exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis.* O quam amarum erit illis ſeparari à creatore, à beata virgine Maria, à virginibus electis, Deique amicis.

III.
A conſortio bonorum.

QVARTO excidetur à ſtatu miſericordiæ & pœnitentiæ, ita quod amplius nõ poteſt pœnitere nec miſericordiam inuenire. Quod teſtatur Auguſtin. de fide ad Petrum.

IV.
A ſtatu miſericordiæ & pœnitentiæ.

Tem-

Tempus, inquit, acquirendi vitam æternam in ista vita, Deus hominibus dedit, vbi voluit esse fructuosam pœnitentiam. Hæc, inquit, pœnitentia fructuosa est, quia potest hic domo depositâ malitia bene viuere, & mutata voluntate iniusta, merita simul operaque mutare, & timore Dei gerere quæ Deo placent. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro seculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inueniet. Hæc Augustinus.

Quare aliqui pœnitentiam non cõsequentur.

Sunt autem duæ causæ quare pœnitentiam non consequentur. *Prima*, quia sunt extra statum merendi & pœnitentiæ, qui tantum est in hoc seculo, vt dicit Hieronymus 3. quæst. 2. In præsenti seculo. *Secundo* quia Deus iurauit, quod tales misericordiam nunquam consequentur. Hierony. 15. *Viuit Dominus, si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eieci enim eum à facie mea.* Et iterum Matth. 22. *Ligatis manibus & pedibus, proijcite eos in tenebras exteriores. Amen dico vobis, non exibunt inde.* Matth. 5. Ideo dicit Gregor. 11. moralium. Quisquis ad inferni mala toleranda descenderit, nequaquam vltra ad lumen redibit: quia nequaquam misericordia parcentis liberat, quem semel in locis pœnalibus iustitia iudicantis damnat.

V.

A diuina visione.

QVINTO excidetur à diuina visione: & ista excisio omnium est amarissima. De hac Chrysostomus super Matthæum. Duæ, inquit, sunt pœnæ æternales, excidi & in ignem mitti. Multi gehennam abhorrent, ego vero casum gloriæ multo maiorem fore dico. Etenim decem mille melius esset sustinere flammas, quàm Christi faciem mansuetissimam esse auersam in iudicio videre, & ab ipsa separari. Idem Chrysost: in sermon: quodam. Excludi, inquit, ab omnibus æternis & alienum effici ab alijs, quæ præparata sunt sanctis, tantum cruciatum, & tantum dolorem infert, *vt si* nulla exteriùs pœna torqueret, hæc sola sufficeret. Ideo dicit Hugo, de *anima libr. 1.* Quis tunc putas mæror erit, quæ tristitia, quando separabuntur impij à consortio iustorum, & à visione Dei, & traditi in potestatem dæmonum, ibunt cum ipsis in ignem æternum, ibique semper erunt sine fine in luctu & gemitu. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, mors corporis & animæ, sine veniæ spe & misericordiæ, vbi nec qui torquent aliquando fatigantur, nec qui torquetur aliquando moritur. Sed sic moriuntur vt semper viuant, & sic viuunt vt semper moriantur. Et hoc ad secundum.

Excludi à cõsortio beatorum, omnẽ cruciarum excedit.

Z

Pars tertia concionis. Ignis inferni & huius seculi differentia.

Quantum ad TERTIVM ponit ignis intolerabilitatem, cum dicit; *Et in ignem mittetur.* Circa quod NOTA, quintuplex est differentia inter ignem inferni & ignem præsentis seculi. PRIMA, Sicut secundum Augustinum habet se ignis depictus ad ignem nostrum, sic se habet ignis noster ad ignem inferni. SECVNDA quia ignis præsens, solum adurit corpus, sed ignis inferni corpus & animam. Psal. 20. *Pones eos vt clibanum ignis.* TERTIA differentia, vbi præsens ignis ardet ibi lucet, sed ignis inferni ardet sed non lucet, quia ibi sunt *tenebræ exteriores*, Matth. 22. Sed hoc intellige, quod nõ lucet eis ad aliquam consolationem, sed lucet ad pœnæ augmentationem. Quod testatur Isidor. lib. 4. de summo bono. Ignis inferni lucebit miseris ad augmentum pœnæ, vt videant vnde doleant, & non lucebit ad consolationem, vt videant vnde gaudeant. Cui consonat beatus Bernardus: Damnati, inquit, vident vnde doleant, scilicet bonum quod amiserunt; & iusti videbunt & lætabuntur, considerantes quid euaserunt. QVARTA differentia, ignis præsens consumit materiã, quam incendit.

1.

2.

3.

4.

Sed

Digitized by Google

Sed ignis inferni non consumit. Iob 20. *Luet omnia quæ fecit, nec tamen consumetur.* QVINTA, quia ignis noster iste est extinguibilis, sed ignis inferni non, Isaiæ vltimo. *Ignis eorum non extinguetur.* Et Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum.* O DEVS, quis posset pati, vt digitum suum teneret vno die in igne materiali; & tamen oportet hominem malum in illo esse cum corpore & anima in æternum. De quo Isaiæ vltimo. *Ignis eorum non destruetur in æternum.* Ideo dicit Damascenus: Impij tradentur in ignem æternum, non mortalem qualis est, qui apud nos est: Sed talis qualis secundum notitiam Dei est. 5.

Sed hic oritur vna dubitatio, ex quo hic dicit. *In ignem mittetur:* Vtrum ignis corporalis puniat in inferno damnatos. Ad hoc dicitur quod sic. Vnde licet August. lib. 7. super Genes. sentit, quod animæ post mortem non per corpora, sed per corporum similitudines determinatiuas tantum in anima affliguntur: & per hoc voluit, quod ignis ille spiritualis est, & non corporalis. Simile dixit de loco inferni: sed istud postea retractauit, tenens quod locus inferni est ignis corporeus, & sub terra, & ignis etiam corporeus qui ibi ardet: dictū suum quære suprà, sermone XXXIIX. S. etiam plura de igne inferni. Idem tenet Gregor. 4. dialogorum, quod ignis scilicet inferni, corporeus est, cum dicit: Ignem gehennæ corporeum esse non est ambiguum, in quo est certum corpora cruciari. Et B. Thomas dicit, quod ignis infernalis est corporeus. Sed non agit in corpora naturaliter, & modo naturæ, sed spiritualiter & modo animæ. Nec ignis ille calefacit corpora damnatorum, nec illa corpora fiunt calida per illum ignem. Item dicit, quod ille ignis affligit, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, & non sicut principale agens. An damnati igne corporali in inferno puniantur.

Sed contra hoc diceret aliquis, & *Primo* sic. Si ignis ille corporeus est, sequitur quod calefaciet corpora damnatorum, & cum sit aliquis gradus caloris signabilis, excedens proportionem conditionis humanæ: sequitur quod per calefactionem talium, corrumperetur corpus humanum, & fieret separatio animæ à corpore. *Secundo* sic: Si ignis affligeret illa corpora futura in inferno, ergo cum sit agens naturale non voluntarium, ageret vniformiter per vniformem modum in omnia corpora; ergo æqualiter affligeret corpus minus mali sicut peioris; Si sint eidem æqualiter applicata. Obiectio I. Holkot in lib. Sap. lect. 189. II.

Tertio sic, Si erit ibi ignis, erit ibi aliquod lumen: consequens est falsum, Matth. 22. *Ligatis manibus & pedibus, proijcite eos in tenebras exteriores.* Super quo dicit Gregorius. Si ignis ille lucem haberet, in tenebras exteriores mitti non diceretur. Et Basilius dicit super illud Psalm. 28. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Quod virtute diuina separabitur claritas ignis ab eius virtute adustiua, ita quod claritas ignis cedet in gaudium sanctorum, & vstiuum ignis in tormentum damnatorum: ergo ibi nullum erit. III.

Ad *primum*, & similiter ad alia respondet Holkot super lib. Sap. lect. 189. Quod ignis ille non alterat corpora materialiter, sed spiritualiter, sicut obiectum immutat intellectum vel sensum. Ideo nunquam corrumpetur, imò nec semel corpus ab illa transmutabitur dispositione, in qua ponitur in inferno. Resp. ad I.

Ad *secundum* dicitur, quod licet sit agens voluntarium, agit tamen vt instrumentum agentis voluntariè. Et ideo ponit & affligit secundum voluntatem ipsius, & non secundum naturam propriam ignis, Ad II.

Digitized by Google

Ad III. Ad *tertium* dicendum de lumine & igne, quod locus ille sic erit dispositus, quod conuenit maximè miseriæ damnatorum. Vnde erit ibi lumen aliquod, scilicet vmbrosum, vt illa videantur quæ afflictionem augere possunt, & tamen lumen illud non delectat.

Aliæ obiectiones. Sed quæreret aliquis. Vbi est ignis ille, qui affligit animas? *Respondet* S. Thomas, quod ex quo infernus est infra terram, ita & ignis infernalis. Sed contra. Si ignis est sub terra, hoc est per violentiam; Sed nullum violentum est æternum: primo de cœlo. *Respondetur*, quod licet nullum violentum sit vel possit esse æternum ex ordine naturæ, potest tamen ex ordine diuinæ iustitiæ. Sed diceret quis: An ignis purgatorij sit idem cum igne infernali. *Respondet* S. Thomas, quod ignis purgatorij idem est & inferni.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos. Matth. 7.

A Vulpis natura & dolus. ISidorus libro 12. dicit, quod vulpes est animal insidijs decipiens & dolosum. Nam cum non habuerit escam, mortuum se fingit. Sicque aues descendentes tanquam ad cadauer, rapit & transglutit. In hoc etiam apparet eius dolositas, quod taxum expellit de antro suo, non violentia sed fœtore. Nam vt dicit Plinius, quod aliquando exit taxus domunculam suam, intrat vulpes & immunditiam vrinæ ibi spargit, cuius fœtorem abhorrens taxus inde exit, & latibulum derelinquit.

MORALITER. Per vulpium fraudulentiam intellige quemlibet hominem dolosum, principaliter tamen hæreticum. Quia dicit Bernardus super Cantica, cap. 2. Vbi exponit: *Capite vobis vulpeculas quæ demoliuntur vineas*: per vulpeculas intelliguntur hæretici, qui demoliuntur, id est, destruunt vineam sanctæ Ecclesiæ. Nam eorum pestifera natura est, quod esurient non corporaliter, sed spiritualiter, cum animas simplicium hominum nituntur decipere, & suæ sectæ perfidæ incorporare; & ob hoc simulant se mortuos seculo, cum tamen sint in medio eius desiderio; & cum cœperint tales mortificant eos in anima, & tandem in corpore occiduntur, si in perfidia sua & pertinacia moriantur, & permanserint; & ad fidem orthodoxam non reuertantur. Et ideo dicit Gregorius 10. moralium, cap. 2. Hæretici vulgus pauperum spoliant quia dum doctos non præualent, indoctos quosque à velamine fidei, pestifera prædicatione denudant. Hæc ille. Quia aquam fœditam, id est pestiferam doctrinam habent & venenosam, mediante qua expellunt humiles de habitaculis suis, ad se sequendum. Sicut factum est nuper in Bohemia, vbi multi homines ab hæreticis venenosa doctrina decepti, domos dimiserunt, & hæreticos fuerunt secuti ad mala plurima facienda. Ideo hortatur nos Dominus in verbis prælegatis, vt diligenter tales deceptores fugiamus, cum dicit. *Attendite à falsis prophetis.* In quibus verbis specialiter duo ponit. *Primo*, falsorum deceptionem, ibi; *Attendite à falsis prophetis. Secundo*, ipsorum cognitionem, ibi; *A fructibus eorum.*

Vbi

VBI NOTANDVM, quod falsarij sunt triplices. PRIMI sunt falsarij monetarum; & sunt omnes hypocritæ, qui falsificant monetam summi regis. Et hæc moneta summi regis & æterni, sunt bona opera vt ieiunia, orationes, eleemosynæ, & oblationes, pro quibus regnum cœlorum emitur. Sed hæc opera hypocritæ falsificant, quia in his honorem Dei non quærunt, sed laudem humanam, fauorem, mendacium, & temporale lucrum. Sicut testatur Gregorius 8. moralium. Quid, inquit, in cunctis operibus suis hypocrita sperat, nisi reuerentiam honoris & gloriam laudis à melioribus reuereri hominibus, sanctus vocari Ideo signatur quilibet hypocrita, Deut. 14. per auem quæ est alba minor miluo, & est de generibus vulturis, & pascitur cadaueribus mortuorum. Quia hypocrita propter laudem humanam prætendit exterius albedinem sanctitatis, & interius pascitur cadaueribus iniquitatis. Ideo dixit Dominus de ipsis, Matth. 23. *Væ vobis scribæ, & pharisæi, & hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis. Sed intus pleni ossibus mortuorum.* Vnde Chrysostomus: O hypocrita, quid à Deo recipies, qui nihil Deo dedisti? Nam quod propter Deum fit, Deo datur: quod autem propter homines fit, in ventum spargitur, & à nullo speratur. Quid enim laus hominum, nisi sonus verborum transeuntium? cessent homines laudare, & hypocrita perdit fructum suum.

B
Triplices sunt falsarij.
1. Monetarum

Sed diceres. Vnde hypocritæ cognoscuntur? *Respondetur*, quod cognoscuntur in quinque.

C
Hypocritæ cognoscuntur.

PRIMO, in bonorum oppressione. Nam hypocritæ opprimunt bonos, in eo quod detrahunt eis. Quia ipsi sunt detractores bonorum, & adulatores malorum, à quibus possunt habere lucrum. Interpretantur enim bona facta bonorum in peius: Et mala facta diuitum excusant, & in bonum interpretantur propter fauorem atque lucrum. Ideo loquitur de hypocritis Bernardus dicens: Qui super alios adulantes, detrahentes, mendaces, & canes, dolosi vt vulpes, superbi vt leones, intrinsecus sunt lupi rapaces. Et ideo vbicunque cernis aliquem in habitu spirituali, qui detrahit proximis, & libenter noua mala narrat de alijs, hunc perpende esse hypocritam.

I. In oppressione bonorum

SECVNDO, cognoscuntur in aliorum reprehensione. Omnia enim facta hominum nituntur reprehendere, & peccata eorum aggrauare; & hoc ideo faciunt, vt videantur animas eorum Zelare aut amare. Sed peccata sua dicunt esse minima. Contra quos dicit Dominus, Lucæ 6. *Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides. Hypocrita ejice primo trabem de oculo tuo, &c.* Ideo dicit Bernardus. Hypocritæ volunt esse sine auctoritate iudices, sine iussu testes, postremo falsi accusatores & omni virtute carentes.

II. In aliorum reprehensione.

TERTIO, cognoscuntur hypocritæ ex contumeliarum illatione, quia in aduersis sunt impatientes: super omnes enim mouentur, & offenduntur ad contumelias sibi illatas; imò vnum verbum ipsis contrarium eos conturbat. Ideo dixit Dominus ad Ezech. 8. *Fili hominis, fode parietem? Et cum fodissem, apparuit ostium vnum. Et dixit ad me: Ingredere & vide abominationes pessimas: & ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete, & in circuitu per totum; Et septuaginta viri domus Israel.*

III. Ex contumelijs quas alijs inferunt.

MORALITER, Per parietem occultantem quæ intus sunt, significatur hypocrita abscondens prauam intentionem in corde suo malitioso; Ille paries foditur tunc, quando hypocritæ iniuria aut cõtumelia infertur, & tunc apparet ostium oris, quod

cum aperitur per conuitium illatum, statim videntur abominationes pessimæ. Nam nequitiæ & malignitates quæ latebant in corde, statim per iram & impatientiam panduntur ore, & ibi videbuntur occulta pandere vel patefieri. Tunc videtur similitudo reptilium & serpentum, per quæ intelligitur superbia, inuidia; & brutorum animalium abominatio, per quam intellige libidinem & crapulam. Videbuntur etiam vniuersa idola Israël, per quæ intelligitur cupiditas & auaritia, quæ sunt seruitus idolorum. Et inter ista apparent septuaginta viri Israël. Quia decem præcepta, & sex opera misericordiæ solum ibi depicta sunt, secundum quandam similitudinem & hypocrisim, sed verè non existunt. Sicut patet in hac figura, quomodo hypocrisis abscondit multa mala, quæ contumeliarum illatio manifestat. Ideo dicit Gregor. in moralibus. Hypocrisis est virtutum simulatio, clausum vitium abscondere, & arte palliare. Non ergo potest cognosci qualis interius lateat, quod homo solum videt quæ apparent, Deus aũt intuetur cor. Sed si martello alicuius contumeliæ feriantur, statim apparebit quid intus lateat. Idem dicit: Qualis vnusquisq; in se lateat, illata contumelia probat.

IV. In Dei desertione.

QVARTO, cognoscuntur in Dei desertione, quia Deus permittit tales, quandoq; cadere in manifesta peccata, vt sic coram hominibus confundantur. Ideo dicit Isidorus de summo bono lib. 3. Plerunq; vtile est arrogantibus deseri à Deo, quatenus suæ infirmitatis conscij ad humilitatem redeant, vt humiles post casum existant.

V. In humili ficta locutione. Exemplum simulatæ deuotionis & humilitatis.

QVINTO, cognoscuntur in humilium de se locutione. Nam humilia de se dicunt. Sed ab alijs eadem de se dici nolunt, sicut dicunt aliqui: Ego sum malus, imò pessimus. Si autem hoc idem alius de ipsis diceret, omninò non sustinerent, sed verbis proteruis contradicerent. Ideo legitur de quadam inclusa, quæ apparebat valdè deuota, & consueuit frequenter dicere ad confessorem suum. Orate *pro me Domine*, quia ego sum adeò mala & pessima, & timeo ne Deus puniat alios *homines propter* delicta mea. Tunc sacerdos sicut vir discretus voluit experiri, an ibi fundamentum veræ humilitatis esset, alia vice quando iterum illa verba replicauit, ait. Hoc ego sæpius antea de te audiui dicere. Tunc illa illico commota dixit: Vos mentimini in collum vestrum & quicunq; vobis dixit de me talia, similiter mentitur, quia nunquam fui, sicut me asseritis. Tunc sacerdos humiliter respondit. Modo ego intelligo tuam hypocrisim, quia tu loqueris hoc de te ipsa, quod de alijs dedignaris audire. Quia dicit Gregorius in moralibus. Superbiæ vitium est, vt quicquid de se fateri quisque quasi sponte dignatur, hoc sibi dici ab alijs dedignatur.

D Quare hypocrysis vitium fugiendum.

VLterius est NOTANDVM, quod hoc vitium hypocrisis est fugiendum quia omnis hypocrita caret vita gratiæ: est enim similis idolo, vt dicit Holkot super lib Sap. lectio. 136. Sicut enim idolum exterius habet effigiem hominis viuentis, sed caret corde intrinsecus & omnibus partibus spiritualibus: Ita hypocritæ videntur viuere vita gratiæ, & tamen interius mortui sunt per peccatum in corde. De tali dicit Hieronymus in epistola quadam. Intus Nero & foris Cato, totus ambiguus, monstrum velut quædam bestia conficta, quæ chimera vocatur. Et quia tales inueniuntur nonnunquam in statibus & dignitatibus Ecclesiasticis, ideo merito conqueritur Dominus per prophetam, Iere. 31. *Posuerunt idola in domo in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam.* Ideo dicit Chrysost. super Matthæum, Homil. 1. Tolle hoc malum, scilicet hypocrisim à clero, vt non velit hominibus apparere, & sine labore omnia vitia resecantur. Et principaliter propter pœnam hoc vitium est dimittendũ: quia dicit

Aman-

Amandus in horologio Sapien. lib. 1. cap. 10. quod ipse vidit in spiritu, quod nonnulli, qui sub habitu agnino, mentem occultauerunt leoninam, qui velut canes rabidi seruos Dei per maledicta & opprobria, aut per verba turbatiua molestauerant, & confratres iniqua molestatione læserant, ibidem à canibus infernalibus impijssimis morsibus corrodebantur. Ideo dixit Iob. 23. *Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita.*

E

2. Falsarij, sunt hæretici.

SECVNDI sunt falsarij literarum, & hi sunt hæretici, qui falsificant literas summi regis, scilicet sacram Scripturam quam malè exponunt. Quia dicitur 24. quæst. 3. c. Hæresis. Hæreticus est, quicunque aliter scripturam intelligit, quàm Spiritus sancti sensus flagitat, à quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit. De istis prædixit. Ierem. 14. *Visionem mendacem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetizant vobis.*

I. Falsarij cognoscuntur ex hoc quod angulos quę runt.

Sed NOTA quod isti falsarij cognoscuntur ex quinque. PRIMO, ex angulorum inquisitione. Nam cum prædicare volunt, angulos occultos quærunt, quia sciunt quod si publicè errorem zizaniæ seminarent, Doctores Catholici eis repugnarent. Quare? Quia, qui *male agit odit lucem, vt non manifestentur opera eius* Ioan. 3. Sed hoc non fecit Christus, qui dicit Ioan. 18. *Ecce palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil.* Et sicut ille publicè prædicauit, & discipulos ad publicè prædicandum informauit: cum dixit Matth. 10. *Quod in aure auditis, prædicate super tecta.*

II. Quod certis Dominis ad hærent.

SECVNDO cognoscuntur in Dominorum adhæsione. Propter enim resistentiam Catholicorum Dominorum, quærunt adhærentiam Dominorum quibus prædicant placita, contra Ecclesias & Ecclesiasticas personas, dicentes, quod non licet eis habere bona temporalia & possessiones. Sed ipsi Domini terrestres talia debent possidere, vel habere, & licitè possunt ab eis per violentiam auferre, mentientes.

F

Ecclesiastici licitè bona tempora ia possident.

Nam personæ Ecclesiasticæ possunt licite temporalia possidere, secundum Raymundum & alios Doctores ad vsum sumtuum 12. quæst. 1. cap. Duo. Ibi dicitur in glossa, quod capilli, qui remanent post capitis rasionem, designant, quod aliqua retinere debemus ad sustentationem. Et dicit Thomas quod temporalia habere possunt, non quidem principaliter vt ex eis finem constituant, sed vt quædam a 'minicula quibus adiuuamur ad tendendum ad beatitudinem, in quantum per ea sustentatur vita temporalis, & in quantum nobis instrumentaliter deseruiunt ad actus virtutum. Et 12. quæst. 1. cap. Habebat. dicitur de Christo: Habebat Dominus loculos à fidelibus oblata reseruans, & necessitatibus eorum fidelium, & suorum alijsque indigentibus, tribuebat, vt dicit Augustinus & beatus Ambrosius lib. 2. de officijs, & allegatur à Gratiano in decreto. Qui sine auro. 12. q. 2. Aurum habet Ecclesia, non vt seruet sed vt eroget & subueniat in necessitatibus.

Ideo mentiuntur hæretici dicentes, quod personæ Ecclesiasticæ non debeant possessiones habere. Similiter in hoc mentiuntur cum dicunt. Domini temporales possunt per violentiam ab eis tales possessiones auferre, quia domini seculares secundū Canonicas sanctiones & Imperiales institutiones, tenentur defendere Ecclesias & Ecclesiasticas personas, tam in rebus quàm in corporibus, vt probatur. 11. quæst. 1. Christianus. Et 23 quæst. 1. cap. Princeps seculi. Deo se debere reddere rationem propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax &

disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, siue soluatur, ille rationem ab eis exigit, qui eorum potestati suam tradidit Ecclesiam tuendam, Hæc ille. Sed quia domini seculares inter cætera vitia sunt auari: diligunt enim munera & sequuntur retributiones. Isaiæ 1. Ideo propter hæreticorum prædicationem spoliant ecclesias & ecclesiasticas vilipendunt personas, atque veritatis prædicatores odiunt & repellunt, & suos falsos prædicatores fouent & defendunt.

III. Cognoscuntur hæretici in prælatorum detractione, detrahunt enim Papæ Episcopis, sacerdotibus, prælatis, plebanis, religiosis, & sic de alijs literatis. Et hoc ideo faciunt vt laicos possint concitare contra clerum; & hoc faciunt, patrem eorum videlicet diabolum, imitando. De quo dicit Gregor. 6. q. 1. Sunt plurimi §. Verum. Manifestum est diabolum qui tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, cordibus plebium suadere, vt doctoribus atque pastoribus detractores irrogent, vt plebes languescentes, non tenentibus pastoribus frena eorum, lasciuiant atque in ima ruant, scilicet inferni, vt saltem sic periclitari possint.

Cognoscuntur Prælatorum detractione.

IV. Quarto cognoscuntur in mulierum adiunctione aut associatione. Adiungunt se namque mulieribus simplicibus, cum quibus loquuntur, allegantes frequenter doctores sanctos. Augustinum, videlicet & Hieronymum &c. Licet etiam sint seculares, vt sic non intelligentes seducant & defraudent. Nam asserunt simplicem fornicationem non esse peccatum mortale. Quorum tamen dictum est falsum, eo quod talis fornicatio damnat, vt declaratum est supra sermone. 36. R. & Y. & sermone 37. C.

In mulierū associatione.

V. Quinto cognoscuntur in operum bonorum ostensione. Ostendunt enim, sicut faciunt, libenter opera per quæ notentur esse sancti & boni, & genuflexiones, seduias orationes suas. Quia vnus hæreticus quandoque per tres horas prostratus orat, sed solum facit *vt videatur ab hominibus*. Matth. 6.

In ostentatione bonorū operum.

G

3. Tertij falsarij sunt sigillorum, & sunt Simoniaci, qui falsificant sigilla Ecclesiastica Spiritus sancti, quæ sunt Ecclesiastica sacramenta, quæ Spiritus S. sua gratia confirmat. Vnde Gregorius Nazianzenus 1. quæst. 1. cap. Qui studet. & quæst. 3. c. Si quis obijceret. Simonia est studiosa voluntas, id est, ad actum exteriorem progressiua, emendi vel vendendi spirituale vel spirituali annexum. Et ponitur ibi pœna vendentium spirituale dicens, quod talis, si est clericus, non debet in ordine remanere, sed secundum glossam est à communione remouendus. Et dicit notanter glossa *ad actum exteriorem progressiua*, quia sola voluntate Simoniacus, non est excommunicandus, quia in voluntate non scandalizatur Ecclesia, vbi voluntas non prodierit in actum. 24. q. 3. Deus qui.

Tertij falsarij sigillorum. Obiectio.

Sed diceret quis, quid de illis qui dant sacerdotibus pro tricesimo vel anniuersario, vel pro celebranda missa de Spiritu sancto, vel aliarum, qui dant denarios clericis pro psalterijs dicendis? *Respondetur*, in omnibus talibus casibus dare vel accipere temporale pro spirituali, simoniacum est, siue detur pro sacramento, siue pro officio, siue pro labore officij, vel orationis, secundum quod hæc præpositio (Pro) notat appretiationem. Et si notat causam motiuam non primam vel principalem, sed remotam & occasionalem licitum est temporale dare pro spirituali. Eodem modo respondendum est ad alias quæstiones, de illis qui officiant Ecclesias pro denarijs vel anniuersarijs. Sed si (Pro) notat appretiationem, vel causam primam motiuam,

Accipere aliquid pro Missis, &c. an sit Simonia.

vel

Digitized by Google

vel finalem, illicitum est. Si autem causam adminicularium, vel talia recipiant in sumptus officiantium, non in pretium officiorum, licitum est. Et dicit Gulielmus. Quando (Pro) notat appretiationem, non est concedendum quod temporale detur pro spirituali, quia sacramenta de iure vendi non possunt. Quando autem notat causam finalem, id est, vt iste det denarium pro sacramento, id est, propter veneratione sacramenti, vel notat causam efficientem, vt pro sacramento, id est, pro deuotione quam habuit ad sacramentum, licite potest fieri. Et Raymundus rubrica de simonia ponit quinque casus in quibus spirituale potest dari munus à manu.

Munus spirituale potest in quinque casibus dari.

Primus si gratis offeratur, non pro spirituali. 1. q. 1. Quicunq; inuisibilis. *Secundus* si dat pro spiritualibus operibus, ad quæ non tenetur quis ex officio, vt 12. q. 2. Charitatem. *Tertius* est pro quibusdam spiritualibus debitis, puta cum Episcopus consecrat ecclesiam, vel visitat Episcopatum, potest exigere procurationem moderatam. Extra de simonia. Cum sit Romana 10. q. 3. Relatum. *Quartus* est, pro vita æterna & remissione peccatorum, vt sunt eleemosynæ &c. Dan. 4. *Peccata tua eleemosynis redime.* Nec debent inde capere occasionem sacerdotes, vt nisi pecuniam recipiant, absolutionem sibi confitentibus non impendant, quia illi qui in confessione nolunt absoluere, nisi detur eis pecunia, simoniaci existunt. Sunt namque quidam fallarij, qui dicunt, pro tali peccato oportet te quærere auctoritatem Papalem, vel Episcopalem, & multa expendere in via, quia grauiter laborare: Da mihi in tantum, & ego te absoluo. Ecce quomodo hi pessimi Simoniaci Spiritum sanctum, sine quo peccatum non absolutur, venialem exponunt.

Sed diceret quis. Nunquid parentes qui pactum pro filijs aut filiabus, vt in ordinem recipiantur, faciunt, dando pecuniam vel etiam qui eam ex pacto recipiunt simoniam committunt? *Respondeo* quod sic. Quia tam dans quam recipiens simoniam committit. 1. q. 1. Quos constiterit. Si aliqui dicunt, volumus libenter recipere eum, sed est de consuetudine quod si vult intrare claustrum debet dare viginti marcas vel decem. Ista non est dicenda consuetudo, quæ inducit peccatum mortale: Sed potius dicenda est corruptela, vel corrupta malicia, per quam palliatur simonia. Quia dicit Leo Papa. 1. q. 1. Gratia si non gratis datur, vel acupitur, gratia non est.

H

Exigentes vel recipientes pecuniã pro religionis ingressu; An sint Simoniaci.

Consuetudo non excusat à peccato mortali.

Ideo venerabilis Cyrillus scribit ad Augustinum, in libello de miraculis S. Hieronymi, quod apud superiorem Thebaidem diues monasterium dominarum erat, in quo penè ducentæ dominæ, vita & honestate religiosæ, reclusione continua, decorisque moribus, permanebant. Sed instigante diabolo, in eisdem dominabus hæc obseruabatur abusio, vt nulla in monasterium mansura intrare poterat, nisi certa pecuniæ quantitas secum iret. In hoc monasterio erat sanctimonialis quædam domina ætate grandæua; quæ ab infantia sua ieiunijs & orationibus, omni terreno soluta cœno Deo vixerat, quæ vitium illud quam plurimum abhorrebat. Cui nocte quadam, sicut erat solita, in oratione positæ, gloriosus Hieronymus apparens, locum illum immenso illustrans lumine, præcepit eidem, vt Abbatissam cæterasque moniales mane congregaret, nuntians, quod nisi à peccato iam inueterato manum extraherent, vltionem diuinam subito exspectarent. His dictis, disparuit. Crepusculo diei veniente, omnes in capitulo propulsato tintinabulo congregauit; assurgens in medio, quæ viderat & audierat omnibus patefecit. Fit omnibus monialibus

Exemplum terribile de monialibus ob Simoniã diuinitus punitis.

bus ſubitò irriſio, illico ex hoc hanc exclamant fatuam, & præ nimia ebrietate illa fortaſſis ſomniaſſe. Illa autem patientiæ ſcuto ſe muniens, accepta contumelia, gaudens redijt ad orationes ſupplicans, ne continuò quod audierat eueniret. Transactis igitur diebus decem, nocte media prædictæ moniali orationi incumbenti, glorioſus Hieronymus iterum apparuit, & eidem quæ prius nuntiauerat allocutione benigna mandauit. Ad quem illa. Quis es Domine talia mandans? Hieronymus, inquiens, ille ego ſum: & ab eius oculis euanuit. Illa verò ſciens earum duritiam; quid ageret, quidue diceret neſciebat. Tandē malens à monialibus inſana & ebria reputari, quàm diuinis contraire præceptis: Congregatis iterum monialibus, quæ viderat & audierat, voluit intimare. Aſt, vt eam aſſurgere moniales peſtiferæ conſpexerunt, diuini neſciæ iudicij ſibi de proximo affuturi, antequam verba inciperet, de capitulo cum magnis cachinnationibus exierunt. Sed tranſactis tribus diebus, dormienti prædictæ ſanctimoniali, glorioſus Hieronymus ineffabili quadam ſocietate vallatus angelorum, nocte apparens media, eam excitauit, eique iuſſit protinus vt de illo exiret monaſterio nec ſubito futuram diuinam ſententiam expectaret. Cum illa verò multis lacrymis ſupplicaret, ne hoc fieret: ait ei Hieronymus. Ad Abbatiſſam & cæteras moniales perge, omni mora poſtpoſita nuntians eiſdem, quòd niſi pœniteant, hac nocte diuinam ſentient vltionem. Si autem in ſua permanebunt duritia, ſtatim exiens, amplius in monaſterio ne moreris. His finitis abſceſſit. Hæc ergo audiens ſanctimonialis, anxia, plenaque triſtitijs, Capitulum adijt, & campanam cœpit *vehementer*, vt ad capitulum accederent moniales, reſonare. Quo Abbatiſſa de ſomno euigilans, cognoſcensque ab hac fuiſſe pulſatam campanam, iracunda ad Capitulū properat. At vbi illam vidit, diris eam minis ac verbis increpans, nullum voluit audire verbum: promittens quòd niſi ceſſaret hoc agere, ſecum amplius *in monaſterio* non maneret. Cui ſanctimonialis: Ne tardes, inquit, quæſo, agere quæ promittis, profecto me cognoſcas in hoc loco amplius non manſuram. Glorioſus equidem Hieronymus mihi tantummodo hoc iudicium futurum ſtatim monaſterio patefecit. Hæc Abbatiſſa audiens, deridere cœpit, hanc æſtimans veſano capite iſta fari. Et oſtiariam conuocans iuſſit, vt hanc protinus de monaſterio effugaret, mandans eidem, vt aliqua hora ſic extra dimiſſam, poſtmodum faceret introire, vt ſic ab incœptis operibus iam ceſſaret. Hac de re ſanctimonialis dominalæta, quàm citius potuit de monaſterio eſt egreſſa, lacrymis tranſfuſa, doloribusque repleta. Penè limen oſtij ſanctimonialis illa exceſſerat, ſubito totum corruit monaſterium, omnes opprimens virgines moniales, ita quod ex his aliqua viua non remanſit. Sed vtinam alia adhuc monaſteria hanc abuſionem peſſimam dimitterent, & omnia ſimul communia haberent; quia

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

ne ſimul cum illis æternam damnationem ſibi theſaurizarent, ſed potius pie viuendo ſimul vitam æternam poſſiderent. Ad quam nos perducat, &c.

DOMINICA IX. POST TRINITATIS.

Sermo

Sermo primus.

Sedit populus meus manducare & bibere, & surrexit ludere. Ita scribitur originaliter, Exodi 32. Et transsumptiuè habetur in epistola hodierna, quæ scribitur 1. ad Corinth. 10.

DIcunt naturales, quod arbores, quæ tempore floris sui præscinduntur, vermescunt, & ad ædificia quæ diu stare debent, non valebunt. Quod approbat Theophilus in breuiloquio diuersarum artium dicit. Cumq; viroris sui in tempore arbor præcisa fuerit, vermibus quidem in posterum plena euenit, atque ad hoc pro construendis ædificijs non valebit; cuius ratio est. Nam omnis pinguedo ad corruptionem magis tendit. Sunt autem eo tempore arbores, quæ florent magis pingues. Vnde & Galenus refert de his, quibus de aluo pinguedo in vermes aut pediculos protinus transmutatur. I

MORALITER, per arbores ad præsens intellige homines, quia interrogat Innocentius de vilitate humanæ conditionis lib. 8. Quid, inquit, est homo? Et respondet. Nisi quædam arbor euersa, cuius radices sunt crines, cuius truncus caput cum collo, stipes pectus cum aluo, rami sunt palmæ cum tibijs, frondes sunt digiti cum articulis. Hæc ille. Istæ quidem arbores florent hic in voluptatibus, & carnalibus comessationibus, & ebrietatibus. Sed cum Dominus dicit, Lucæ 13. *Succide arborem, vt quid terram occupet?* Tunc erunt pleni vermibus conscientiam corrodentium vel inferni tormentorum. De primo Isa. 14. *Operimentum tuum erunt vermes*, quia voluptuosos & ebrios cruciabunt pœnæ infernales; sic quod tales non valent ad ædificium cœleste, quod construitur viuis ex lapidibus, sed apti sunt ad tormentum gehennale. Iuxta illud quod dicitur in sacra scriptura. Quantò enim quis in carne dulcior fuerit, tantò vermibus æternæ amaritudinis plenior erit, & felicitati æternæ ineptior apparebit. Et hoc figuratum est de Iudæis, Exodi 32. Qui vacabant comessationibus & lusibus coram idolis suis, *& sic vna die præcisi sunt de terra viginti tria millia hominum*, vt dicitur Exodi vbi suprà. Sed Numeri 25. dicitur, quod ceciderunt *triginta quatuor millia*: nec est contra Exodum, quia minor numerus includitur in maiori. Et quod verum est de maiori, etiam verum est de minori. Ex qua historia patet, quod isti qui succisi sunt de terra virentibus corporibus in voluptatibus, facti sunt pleni remordentis conscientiæ vermibus pœnalibus. Et hanc historiam tangunt verba præassumpta. *Sedit populus meus manducare & bibere*. In quibus quidem verbis duo tanguntur. *Primo*, voluptas corporalis in manducatione, ibi; *Sedet populus*. *Secundo*, ludus inabilis in adoratione, ibi; *Et surrexerunt ludere*. PRIMO, igitur tangitur voluptas corporalis in manducatione, cum dicit. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*.

Vbi sciendum secundum naturales, locusta tota siue in maiori parte consistit in ventre, & insatiabilis est: vnicum habens intestinum, quod famæ & immunditiæ plenum est semper & quam diu viuit, semper esurit & os quadrangulatum gerit. K

Locustæ insatiabiles, designant homines voluptuosos.

MORALITER, per locustas intelliguntur homines voluptuosi & gulosi, quorum tota versatio est circa ventrem. De quibus prædixit Apostolus ad Philipp. 3. *Multi ambulant*, scilicet in via peruersa: *quos sæpè dicebam vobis, nunc autem flens dico, inimi-*

inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum venter Deus est, & gloria in confusione ipsorum, & ideo tales miserabiles sunt, quamdiu viuunt. Os etiam habent quadrangulatum, quia quatuor modis peccant in manducando aut bibendo.

Gulosi peccant I. Tempus correctionis preueniendo.

PRIMO, tempus præueniendo. Nam sicut famuli Dei secundum doctrinam Christi, Matth. 6. primò *quærunt regnum Dei & iustitiam eius:* Sic gulosi primo quærunt regnum Dei sui, scilicet ventris, cuius regnum est esca & potus. Iuxta illud Apostoli. *Nonne esca & potus est regnum Dei,* scilicet ventris? quasi diceret: sic. Ad Roman. 14. sic vera litera habet. *Non est regnum Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus:* quasi diceret è contra, qui primo seruit ventri, displicet Deo, quia de talibus dicitur, Isaiæ 5. *Va qui consurgitis mane ad sectandum ebrietatem.* Meritò reprehendi quilibet Christianus debet, qui spreto Dei seruitio, primum seruit ventri suo. Quia quilibet prudens homo, *Primo,* deberet animam suam deuotis orationibus & sanctis meditationibus pascere, quia melior est quàm corpus. Sed illi, qui quandoque per multos dies vix dicunt vnum pater noster, valdè periculosè stant, quia est signum parui pensionis. Iuxta illud Arist. 2. Rhetoricorum. Oblinio est signum parui pensionis. Et tales Deum non diligunt, nec propriam salutem quærunt. Et quia Deo obliuiscuntur, dum adhuc in tempore gratiæ viuunt, obliuiscetur eorum Deus, dum abinde decedunt. Quia dicit Augustinus, vt in fine obliuiscatur à Deo, qui dum viueret oblitus est eius.

Qui rarò orant Deum paruipendunt.

II. Delicata cibaria quærendo. Psal 77.

SECVNDO, cibaria delicata & vina quærendo. Nam Iudæi quia in deserto *carnes concupierunt,* Num. 11. Idcirco iram Dei meruerunt & hoc commemorat Psalmista. *Adhuc esca erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos.*

Quare Iudæi in deserto desiderabāt carnes.

Sed incidit hic vna quæstio. Ex quo Iudæi habuerunt secum multitudinem animalium & pecudum, quare desiderabant carnes, & quare non comedebant carnes animalium? *Respondet* Haymo, quod non desiderabant carnes pecudum, sed auium quibus erant in Ægypto vsi seu satiati. Nam Nilus fluuius in litoribus saltem suis, & palustribus locis, habet multa genera auium, & talia qualia non habentur in circuitu aliorum fluuiorum, & illarum carnes desiderabant. Sic adhuc inueniuntur multi qui dum habent carnes pecudum, volunt etiam habere carnes auium. Et cum tanta occupatione circa cibaria corporis versantur vt cibariorum animæ penitus obliuiscantur. Etsi per se circa talia non occupantur, tamen ancillæ & famulæ eorum ad hoc angariantur, & interdum diebus Dominicis & festiuis negligunt sermones ac missas, cum tamen quilibet Christianus teneatur ex præcepto Ecclesiæ audire totam missam, vt patuit suprà, & talis negligentia redundat in Dominos ac Dominas. Vnde Hugo dicit in de claustro animæ de talibus.

Integram Missam diebus festis audire, est Ecclesiæ præceptum.

L Superstitio in cibis præparandis.

Quidam superstitiosius nimis in præparandis cibis studium adhibent ferrareorum & condimentorum genera excogitantes modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta, modo assa, modo pipere, modo sale condita, & in consuetudinem prægnantium mulierum desiderantes. Et cum tanta solicitudine præparantur, vt demoratis quatuor vel quinque, prima non impediant nouissima. Hæc ille. Illi colunt ventrem suum tanquam Deum. Et licet cibaria eis delicatè secundum posse famulorum, vel interdum vxorum præparantur, tamen adhuc quidam viri in illis minimè contentantur. Sed quod sint nimis salsa, aut nimis frixa, aut mollia, aut dura, murmurando conquerantur: & sic nonnunquam scutellas post capita vxorum aut ancil-

ancillarum ira permoti iactare non verentur. Tales perpendere debent hoc dictum B. Hieronymi, quod scribit Eusebius eius discipulus in epistola ad Damasum Episcopum. Vbi, inquit conuiuia, vbi delicata fercula, vbi vestra pretiosa pocula melle mixta, & escæ aromatibus præparatæ, epulemini & inebriamini, non enim post mortem facietis. Sed cum diuite, *qui quotidie epulabatur splendidè*, in tormentis gehennalibus guttam aquæ minimam petentes peroptabitis, nec habere poteritis. Et quia post fercula delicata, vt frequenter sequitur luxuria. Ideo subdit Hieronymus: Agite solatia vestra, in luxuria explete voluntates, seminate in corruptione, vt & de corruptione colligatis diuinam sententiam, quam dabit ille iustus iudex in magno iudicij die. *Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Hæc Hieronymus. Lucæ 16.

Vnde legitur de quodam, qui illo modo impleuit voluntates suas in ferculis delicatis, & in delitijs ebrietatis. Sed de Ecclesia & indulgentijs nihil curauit: infirmatus ergò, rogatus à filia deuota, vt si Deus annueret, post mortem ei appareret, & statum suum indicaret. Triginta ergo diebus nondum peractis apparuit ei: crusibulum in manu baiulando, & ignitus fuit ex toto; & filia ipsum videns exterrita: quis esset, & quid cum crusibulo vellet, inquisiuit. Cui ille: Pater, inquit, tuus ego sum, & in isto crusibulo habeo potum meum. De quo dicit Psalmista: *Ignis sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Tunc illa magis tremula, an posset in aliquo iuuari, requisiuit. *Respondit.* Non potes me iuuare, immò nec omnes sancti in cœlo existentes, quia sententia Euangelij data est super me, vbi Dominus ait Matthæi 22. *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores*, quo dicto clamare cœpit, Væ, Væ, Væ. Væ in amaritudine, Væ in multitudine, Væ in pœnarum æternitate. Ideo dicit Gregorius in moralibus. Qui nunc se malè in voluptatibus dilatat, illum postea pœna in supplicijs angustat. Epulis delicatis & ebrietati deditus damnatur. Psal. 10.

Est tamen circa hoc NOTANDVM. Si quis præparare iussit cibum suum ea intentione, vt eum possit sumere, quia aliter non possit ex complexione suæ subtilitatis, credo hunc non peccare. Quia dicit Augustinus super epistolam Ioannis, & ponitur distinct. 41. cap. Delitiæ. Delitiæ, inquit, quæ absque desiderio percipiuntur, non officiunt, id est, nocent: & viles cibi appetenter accepti, impediunt profectum abstinentiæ. Item de verbis Domini, & ponitur in eadem dist. cap. Non cogantur: Non cogantur, inquit, diuites pauperum cibis vesci, vtantur consuetudine infirmitatis suæ. Sed doleant, aliter se sustentari non posse, si consuetudinem mutant. Cum enim ægrotant, vtuntur superfluis, id est pretiosis, & dant pauperibus vilia.

TERTIO, nimis comedendo. Nam cibus nimis sumptus, suffocat rationem, & extinguit naturalem colorem. Ideo dicit Hieron. in epistola ad Damasum. Væ miseri, quid facitis corpus ante tempus destruitis non agnoscitis & animam interficitis. Vnde infirmitates & mors tàm intempestiua, nisi ex nimia ciborum crapula & copia, frequenti vsu mulieris. Deum deludere creditis? Certè deluditis vosmetipsos: pro corpore obliuiscimini animam. Et ecce simul animam cum corpore destruitis ante tempus. Et ideo gaudete, & iucundamini, & lætamini in hoc breuissimo temporis spatio quod habetis, postmodum vt cum diabolo sine fine lugeatis. Hæc Hieron. Sed NOTA, semper in medio est virtus, & medium in omnibus est laudabile, vt habetur ex

M III. Nimis comedendo.

Digitized by Google

lib. 2. Ethicorum. Quare homo in comedendo ſemper debet habere modium, & obſeruare. Dicit tamen Auguſtinus in libro quæſtionum Euangelij, & ponitur diſt. 41. Quod dicit Dominus. Non intereſt omninò, quid alimentorum ſumas, vt ſuccurras neceſſitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum eſt: neque quantum ſumas, multum intereſt, cum videamus, & aliorum ſtomachum citiùs ſatiari cibis.

IV. Nimis auidè edendo.

QVARTO, nimis auidè edendo. Et ſignum huius auiditatis eſt, quando animus hominis ad cibum toto ardore trahitur, vt nihil ſinat hominem de Deo, neq; de pauperibus cogitare. Sed effundit ſe ſuper cibum ſicut animal brutum. Cum tamen dicit Sapiens.

Cum ſedes in menſa, primò de paupere penſa.
Tunc benè prandetur, cum Chriſtus adeſſe videtur.

Ideo vt homo poſſit cogitare de Deo, ſedens in menſa ſua, & de pauperibus dicit Sapiens, Eccl. 37. *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam.* Ecce os quadrangulum ipſius locuſtæ, quæ ſignificat guloſum. Et hoc quo ad primũ.

Secundę pars concionis.

Quantum ad SECVNDVM, tangitur ludus inabilis in adoratione, cum dicitur *& ſurrexerunt ludere*, id eſt, ludos facere, ſcilicet idololatriam, quia idola adorauerunt. De adoratione idolorum vide ſuprà ſer. XV. K. L. Sed ex quo dicit hic, *ſurrexerunt ludere.*

N

Quæ circa ludum conſideranda.

NOTANDVM eſt circa ludum, quod ad hoc quod virtuosè fiat: tria requiruntur, vt dicit Holkot ſuper librum Sapientiæ lectione 173.

PRIMO *condecentia honeſtatis*, vt videlicet ludus talis deceat perſonam ludentem, deceat perſonas aſſiſtentes. Vnde alius ludus conuenit prælato & clerico, ſeu viro religioſo, & alius militi armigero, vel famulo; alius etiam decet ſenem, alius iuuenem: quia non omnibus omnia decent. Fingit enim Æſopus de aſino & catulo otioſo, quẽ cum aſinus vidit mirabiliter acceptum ac gratum Domino, deliberauit quæ poſſit eſſe cauſa, quare Dominus catulum nihil operis operantem aut facientem, tantum diligeret. Et deprehendit, quod quoties Dominus domum redijt, catulus ei occurrit, voce & modo quibus potuit, Domino ſemper applauſit. Viſum ergo eſt expediens aſino imitari catulum, & ſic Domini gratiam promereri. Igitur Domino domum redeunti, occurrit aſinus cum impetu pedes anteriores humeris Domini alliſit, clamore valido rudire cœpit. Dominus turbatus & læſus, auxilium conuocat famulorum, qui aſinum valdiſſimè fuſtigatum derelinquentes abierunt. Iſto modo moraliter multi ſunt, qui reputant, quod deceat eos omnis ludus, attamen in rei veritate ſæpè inde diſplicent, vnde ſe placere reputant.

Apologus Aeſopi de aſino & cane.

Fabula de Minerua.

Narratur fabulosè, quod Minerua inuentis tibijs cœpit fiſtulare. Cum ergo iuxta quandam aquam ſufflando tibias incederet, conſiderauit buccarum ſuarum tumorem, & viſa incedentia vultus ſui proiecit tibias, nec vnquam poſtea voluit fiſtulare. Conſideret ergo ludens, primò perſonæ ſuæ conditionem & honeſtatem, & nihil attentet, niſi quod eum vel ſtatum ſuum deceat; & ſuper omnia turpia caueat, quæ aliquo modo ad peccatum inclinant, vt ludus chorearum, & ſic de alijs. Vnde Seneca de quatuor virtutibus. Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. A verbis quoque turpibus abſtineto, quia licentia eorum impudentiam nutrit: ſermones vtiles magis, quàm facetos & affabiles ama: miſcebis interdum ſerijs iocos, ſed temperatos & ſine detrimento vel honoris, vel dignitatis, & verecundiæ. Nam reprehenſibilis

riſus

risus est vel immoderatus, vel pueriliter effusus, vel muliebriter fractus. Hæc Seneca.

De ista honestate & decentia in ludo seruanda, dicit Aristot. 4. Ethic. capit. 16. Quod ludus liberalis & disciplinatus, differt à ludo seruili & indisciplinato in hoc, quod ludus indisciplinatus exponit se duplici damno, videlicet derisionis & suspicionis. Vnde indisciplinatè ludentes in comœdijs, secundum eum aliquando patiebantur derisionem, si videlicet aliquando inepte dixerunt: aliquando suspicionem, si videlicet turpia dixerunt, quod probabile est, quia de turpibus qui ludunt, in turpibus delectantur. Et ideo ex præmissis magna sæpe intelligimus, (sicut docet Tullius in Rhetorica) ex oculorum intuitu ex hilaritate, risu, & huiusmodi. Sicut dicit idem Tullius lib. 1. de offitijs. Pueris non omnem ludi licentiam damus, sed ea quæ ab honestis actionibus non sunt aliena, vt sic in ipso loco semper aliquid ibi ingenij eluceſcat. Et Ambrosius in officijs lib. 1. Timeamus ne dum animum relaxare volumus, soluamus omnem harmoniam, id est, honestatem quasi conceptum quendam bonorum operum. Vsque enim citò inflectit naturam. Vnde clericos nullo modo decet mulierum procationes vel meretricia effigiare, gestu, habitu, vel loquela, ne homines suspicentur eos in talibus præcordialiter delectari. Item nec mulierum salutationes Clericos decet. Vnde Chrysost. super illud Matth. 14. *Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis*, sic dicit: Vbi saltatio, ibi diabolus: nec enim Deus dedit ad hoc nobis pedes, vt cum camelis sic saltemus, sed vt cum angelis choros faciamus: in saltibus exultant homines, & lætantur ministri dæmonum. Hæc ille. Illam honestatem bene seruauerat illa virgo Sara, filia Raguelis, quæ dicit Tob. 3. *Nunquam cum ludentibus miscui me, nec cum his qui in leuitatibus ambulant participem me præbui.*

O
Quæ honestas & decentia in ludo seruanda.

SECVNDO ludus *prouidentiam requirit identitatis*, vt ludens semper prouideat, quòd ludus suus sit simplex, innocens, & innoxius, ne aliquis inde lædatur. Vnde qui nihil in dictis suis ponderant, nisi vt risum faciant, nec curant quem per dicta sua contristent, derisores sunt, & bomolchi: & non eutrapeli secundum Aristot. 4. Ethic. Et de vnoquoque tali dicit Spiritus sanctus Prou. 24. Et habetur extra de præsumptionibus cap. 1. *Fraudulentus nocet amico suo, & cum deprehensus fuerit dicit, ludens feci.* Tales ludunt more Samsonis, tam se quàm assistentes opprimens. Iudicum 16. *Sed nunquid virtuose ludens potest alteri conuiciari?*

Prouidentia identitatis in ludo.

Et adhoc satis respondet Aristot. 3. Ethicorum. Quod quædam conuitia sunt cõtumelioſa, & quædam non. Dicere autem contumeliam alicui, est eum infamare, & ideo talia conuitia nullus virtuose ludens dicere debet. Sed hæc apud gentiles legibus prohibebantur. Sunt autem alia quædam conuitia de leuibus, quæ potest conuenienter virtuosus dicere: vel propter delectationem, vel propter emendationem, sicut exponit S. Thomas 2. 2. quæst. 66. dicens. Sicut licitum est aliquem verberare vel in rebus damnificare causa disciplinæ: Sic etiam potest aliquis alteri, quem corrigere debet, verbum compericulosum dicere. Et hoc modo Dominus discipulos vocauit *stultos*. Lucæ vltimo. Et Apostolus. *Galatas insensatos*. Ad Gal. 3.

P

TERTIO ludens requirit *carentiam superfluitatis*, ne nimis frequenter, vel ne nimis continuetur. Dicit enim Tullius libro primo de officijs Ludo quidem & ioco vti licet: sed sicut somno, & quietibus cæteris. Distinguit autem Thomas triplex

Carentia superfluitatis in ludo.

Digitized by Google

genus ludendi ſuper 4. Sententiarum diſt. 16. q. 45. art. 1. Eſt *ludus turpis & inhoneſtus*, qui in ſe deformitatem importat: tales fecerunt gentiles coram Dijs ſuis in theatris, & templis, & ſimiliter coram vitulo Iudæi. Et iſte ſimpliciter inhibitus eſt Chriſtianis: de Pœnitent. diſt. 5. §. 1. in fine & in multis locis. *Alius* eſt ludus *deuotionis & gaudij ſpiritualis*, qualem faciunt in die corporis Chriſti Chriſtiani, & qualem fecit Dauid coram arca. 2. Regum 6. *Tertius* eſt ludus *humanæ conſolationis*, cuius medietas vocatur εὐτραπελία, id eſt virtuoſa. Et illa virtus dicitur ab Ariſtot. li. 4. Ethicor. cap. 8. εὐτράπελος, quæ eſt virtus ita neceſſaria humano conuictui, quod ſecundum eum proprium eſt eutrapeli, eſſe ἐπιδέξιόν τινα, ab ἐπὶ quod eſt ſupra, & δέξις quod eſt aptum quaſi optime aptum conuictui humano. Et de tali ludo poteſt exponi illud Zachariæ 8. *Plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis ludentibus*. Et quia ludus eſt neceſſarius in vita humana. Ideo quidam dixerunt felicitatem humanam conſiſtere in operationibus ludi, vt dicit de ipſis Ariſt. 10. Ethico. c. 10. & ponit opinionem ipſorum quæ eſt iſta. Illud ergo diuites & potentes maxime indigent, in quo maxime delectantur, & videntur potiſſime ad delectationem pertinere. Sed diuites & potentes maxime quærunt delectationes ludi, vnde perſonæ conuenienter ludentes ſunt eis charæ & precioſæ; ergo videtur quod in talibus felicitas conſiſtat.

Sed contra hanc opinionem inuehitur Ariſt. ſic. Si ludus foret finis vitæ humanæ, ſequeretur quod homo ſtuderet, negociaretur, & laboraret, & militaret propter ludum, quod eſt puerile. Sed econuerſo ſecundum ſententiam Anacharſis, bene ſe habet dicere, quod aliquis ludat ad horam vt poſtmodum ſtudeat diligentius, quia requies eſt propter operationem, & non operatio propter requiem. *Secundo*, cum felicitas ſit ſummum bonum, neceſſe eſt quod in optimis conſiſtat: Seria autem ſunt ridiculoſis meliora. Igitur felicitas magis circa ſeria quam circa ridiculoſa conſiſtit, Vnde Tullius lib. 1. de officijs. Non enim ita generati ſumus, vt ad ludum & iocum nati eſſe videamur: Sed ad ſeueritatem potius, & ad quædam grauiora atque maiora. *Tertio* quia nobilioris partis animæ melior eſt comparatio, & per conſequens in nobiliſſima parte poni debet felicitas, ſed nihil prohibet hominem beſtialem corporales delectationes maximè participare. Igitur in delectationibus talibus non conſiſtit fælicitas. Quamuis autem ludus non ſit humanæ vitæ felicitas, eſt tamen conueniens ludus virtus quædam. Sicut enim homo indiget à vexationibus corporis quieſcere, ita indiget intentionem animi ſtudioſis & ſerioſis relaxare, & à ſollicitudinum anxietate pauſare. Hoc autem fit per ludum, qui conſiſtit in colloquijs & collationibus conuenientibus inter homines ordinatos, & non ad taxillos.

DE EADEM DOMINICA,

Sermo ſecundus.

Homo quidam erat dives qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum, &c.
Lucæ 16.

Domi-

DOmini terreni Reges & Principes, qui non poſſunt omnia ſoli in regionibus ſuis gubernare & expedire: habent ſub ſe ſuos procuratores, quorum aliqui præſunt ciuitatibus, & aliqui villis, & ab eis exigunt rationem ſingulis annis. Quod hoc ſit verum, quod Domini terræ habent ſuos procuratores, qui etiam regunt ſubditos poſt Dominos, notum eſt. Attamen probatur in natura & in figura.

In natura legitur de ſole, quod ſecundum Ambroſium eſt Dominus planetarum, decor, & perfectio, omnium ſtellarum. Et vt dicit Macrobrius. Sol tanquam Dominus medius eſt inter planetas, effectus eorum concilians: & etiam contra elementa, quia hoc ſpectat ad Dominos terrenos, vt concordent diſcordantes: & licet ſit Dominus omnium ſtellarum, & regat omnia inferiora, tamen habet ſub ſe ſtellas alias, quæ etiam regunt inferiora, quia ſunt temporum, annorum, menſium, dierumque diſtinctiuæ: Nam ſecundum Ariſtotelem: Permutatio temporis, non eſt permutatio ſtellarum in ſignis diuerſis, ſuper ſeptem climata, aut ex per mutatione Lunæ ſingulis 28. diebus, aut Mercurij aut Veneris in omnibus decem menſibus. In figura probatur Geneſ. 41. de rege Pharaone qui habuit procuratorem Ioſeph.

SPIRITVALITER Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt *rex regum & Dominus dominantium.* Apoc. 19. Qui per ſe poteſt omnia regere & regit; ſicut declarat Boët. lib. 3. de conſolat. Metro. 9. cum dicit.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum cæliq; ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes; ſtabilisq; manens, das cuncta moueri.

Et licet per ſe vniuerſa immutabiliter regat & diſponat, in mundo tamen iſto habere voluit ſuos procuratores, ſummum Pontificem, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, inſuper omnes patres familias, quos poſuit ſuper bona ſua, ſcilicet naturæ, gratiæ, & fortitudinis, quibus bonis interdum male vtuntur. Et principaliter bonis fortunæ mediantibus, quibus peccata ſua augent, ſeu augmentant, ſectando crapulam & ebrietatem, vnde redimere debent culpam. Iuxta illud dictum Iſidori de ſummo bono, lib. 3. ca. 63. Grauiter, inquit, delinquit, qui diuitijs ſibi à Deo conceſſis, non in rebus ſalutaribus, ſed in vſibus prauis vtuntur. Et inde magis augent debita, vnde ea redimere noluerunt. Hæc ille. Ideo omnes tales grauiter Chriſtum offendunt. Ita grauem rationem coram Deo reddent, ſicut factum eſt de illo villico, cui Dominus commiſit bona ſua, ſed malè diſſipauit ea: quare ad rationem, grauem cõpulſus eſt, vt dicit præſens Euangelium. *Homo quidam.* In quibus verbis ſancti Euangelij tria tanguntur. *Primo* villici diffamatio in factorum confuſionem. *Secundo* eiuſdem citatio ad reddendum rationem. *Tertio* cordis cogitatio ad futurorum proui-ſionem. Quantum ad PRIMVM tangitur villici diffamatio, in factorum confuſionem, cum dicit. *Homo quidam erat diues.*

Circa quod NOTANDVM, iſte homo eſt Chriſtus filius Dei, qui in tempore plenitudinis gratiæ, factus eſt homo propter homines perditos, vt dicit ſymbolum Nicæn. *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis: & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine & homo factus eſt.* Idem teſtatur ſacra conſtitutio de ſumma Trinitate & fide Catholica cap. Firmiter. Et tandem, inquit, Dei filius vnigenitus Ieſus Chriſtus à tota Trinitate communiter incarnatus, Ex Maria ſem-

per

per virgine ſancti Spiritus cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compoſitus. Et dicit B. Auguſtinus libro de fide ad Petrum Diaconum, & Magiſter in 3. lib. diſt. c. vltimo. Licet ſolus filius Dei ſit incarnatus, huiuſmodi tamen incarnationem tota Trinitas eſt cooperata benedicta. Et dicit NOTANTER *homo*, ad damnandum hæreſim eorum, qui dixerunt Dei filium nō aſſumpſiſſe corpus verum, ſed fantaſticum. Contra quos etiam dicitur Ioan. 1. *Verbum*, id eſt, Dei filius, *factum eſt caro*, id eſt, homo.

An Chriſtus triduo in ſepulchro, ſemper fuerit homo. Reſpōdetur.

Secundum Auguſtinum quæritur PRIMO, ex quo dicit Euangelium. *Homo quidam erat dives*, & quod iſte homo ſignificat Chriſtum, an Chriſtus fuit ſemper homo? & videtur quod non. Quia in illo triduo non fuit homo, quod probat ſic, Quia homo mortuus non eſt homo, Chriſtus tunc erat mortuus vt dicit ſymbolum Nicænum, ergo non fuit homo in mortis triduo. Ad hanc quæſtionem reſpondetur, quod de ipſa eſt triplex modus loquendi Doctorum.

1. PRIMVS tenet, quod non ſolum de Chriſto verum eſt, quod in mortis triduo fuerit homo, ſed etiam verum eſt de quolibet homine mortuo, cuius anima eſt beata. Et iſte modus dicendi fuit Hugonis de ſancto Victore, qui pro ſua intentione ſic arguit. Quid ſtultius quàm quod homo tunc eſſe deſinat, quando vere eſſe incipiat? Sed eſſe beatum, eſt veriſſimum eſſe. Ergo qui hic moritur cuius anima eſt beata, iſte primo incipit eſſe veraciter. Igitur de quolibet tali concedendum eſt quod poſt mortem ſit homo; & à fortiori concedendum eſt de Chriſto.

2. SECVNDVS modus loquendi, quod Chriſtus in triduo mortis fuit homo. Sed hoc non eſt concedendum de quolibet homine; & iſte modus dicendi eſt Magiſt. in 3. lib. diſt. 23. vbi Magiſter fundat ſe in hoc, quod Chriſtus in illo triduo *habuit* corpus & animam: ergo fuit homo, licet anima non eſſet corpori vnita, *& ſic concedit* quod homo mortuus ſit homo.

3. TERTIVS modus dicendi eſt, quod Chriſtus in triduo mortis non fuit homo ſicut nec quilibet alius homo mortuus: & iſte modus dicendi eſt communiter Doctorum modernorum, vt dicit Bonauentura, circa diſt. 22. tertij libri. Quia ſi diligenter cōſideretur, tunc quilibet iſtorum trium modorum habet aliquid veritatis. Quia primus modus loquitur de eſſe aptitudinali, & partim actuali, & ſic ad vtrumque modum ſtat dictum ipſorum: quia in triduo mortis, Chriſtus erat in perſona in actu habens corpus & animam, quæ apta nata fuerunt ſibi inuicem vniri. Sed tertius modus loquitur de eſſe ſimpliciter actuali. Et quia ad hunc modum dicitur & concluditur, quod Chriſtus triduo mortis non fuit verus homo, patet, quia homo mortuus non eſt homo verus, ſed Chriſtus tunc erat mortuus, ergo &c. Et ſi fuiſſet homo ſicut illi dicunt, oporteret concedi, quod fuiſſet homo cæcus, ſurdus, mutus, & ſic de alijs.

Sed ad motiuum Hugonis dicendum. Licet homo poſt mortem incipiat eſſe beatus, ſecundum animam, nihilominus tamen deſinit eſſe homo ſecundum naturalem vitam. Sed ad Magiſtrum dicitur, quod non ſequitur quod Chriſtus habet corpus & animam, ergo eſt homo. Sed requiritur vltra hoc, quod anima informans ſit corpori coniuncta, quod non fuit in triduo mortis, & anima fuit à corpore ſeparata per mortem, & erat in limbo, corpus verò ſine anima iacuit in ſepulchro.

SE-

Digitized by Google

SECVNDO quæritur, ex quo Christus ab æterno erat diues in tribus. *Primo*, in bonis temporalibus, iuxta illud Psalm. 23. *Domini est terra, & plenitudo eius. Secundo*, in bonis spiritualibus, vt sapientia, misericordia, & gratia, & sic de alijs. *Tertio*, in bonis cœlestibus secundum illud Psalm. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Quare tunc elegit paupertatem in hoc seculo. S Quare Christus ab æterno diues, elegit paupertatem.

Ad hanc quæstionem respondet S. Thomas contra gentiles, quod hoc fecit duplici de causa. Quia Dominus voluit facere diuisionem inter homines mundanos & abundantes huius seculi, vt relinquerent mundanas diuitias, quæ sunt impedimenta supernorum & cœlestium bonorum, & hoc facere non potuit nisi mediante paupertate: quia si diues fuisset in huius mundi diuitijs, nihil vel parum fuisset sua prædicatio contra diuitias, & vt magis retraheret à diuitijs, ideo vitam pauperem elegit. *Secundo*, vt sic sequeretur, quod non diuitijs siue potentia attraxisset homines ad se. Sed sola diuinitatis potentia, sapientia, & clementia, propterea elegit inscios & rudes Apostolos, vt etiam per illos confunderet mundi potentiores & sapientiores. Ideo dicit Apostolos, 1. ad Cor. 10. *Infirma mundi elegit, vt fortia quæq; confunderet.* Et 2. Cor. 8. *Factus est egenus, qui cum esset diues, vt ipsius inopia diuites essemus.* I. II.

TERTIO quæritur, quis per villicum significetur? *Respondetur* secundum gloss. interlin. Villicus ille significat quemlibet hominem, cui Dominus tradidit triplex bonum. Quis per Villicum intelligatur.

PRIMVM est bonum naturæ, & hoc est duplex. Quædam enim sunt bona corporis, vt sanitas, fortitudo, agilitas, pulchritudo, nobilitas, siue libertas. Quędam autem sunt animæ, vt rectitudo ingenij, velocitasque memoriæ, bonitas, potestas tolerandi, exercitium spirituale, naturalis dispositio ad virtutes, siue virtus naturalis.

SECVNDVM bonum est fortunæ, & sunt bona exteriora, quæ sunt in potestate hominum, quæ possunt auferri, vt sunt diuitiæ.

TERTIVM bonum est gratiæ, vt sunt virtutes. Et dicit Ambrosius in hom. Cum non exercemur in dispensatione illorum ad libitum Domini, sed ad proprias illecebras commissis abutimur, criminosi villici sumus, & sic apud Christum diffamamur.

Sed diceres: Qui sunt illi diffamatores, qui nos accusant apud Dominum. Ad hoc respondetur, quod triplex est diffamator. T Triplex est diffamator.

PRIMO, quidem diffamat propriorum vitiorum conscientia. Quia dicit Robertus Holkot super librum Sapientiæ, lect. 191. Quia conscientia hominis est accusatrix suæ propriæ prauæ transgressionis. Et declarat hoc in simili. Sicut enim puero datur dica, in qua defectus sui signantur, vt postea verberetur, & nullo modo licet sibi abijcere dicam suam, sed per eam accusabitur: Ita cuilibet homini alligatur conscientia, in qua omnia peccata sua narrantur, vt secundum ea in iudicio accusetur. Iuxta illud ad Romanos 2. *Testimonium reddente illis conscientia eorum in die, cum iudicauerit Deus occulta hominum.* I. Conscientia propria.

SECVNDO, accusat aut diffamat malorum factorum euidentia. De hoc accusatore loquitur B. Gregorius 10. moralium, dicens. Omnis, inquit, iniquitas apud secreta Dei iudicia habet voces suas. Quilibet, qui eam commisit peccator, accusatur & diffamatur. Et illorum factorum quæ sic accusant, vnum est clandestinum homicidium. Nam Gen. 4. Cum Cain occidisset fratrem suum Abel, dixit ad eum Dominus. *Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Ad hoc etiam proban- II. Euidentia malorum factorum.

Digitized by Google

Exemplum de puella septennì à Iudæis crudeliter occisa.

dam refert Thomas Cantipratensis lib. 2. Apum, cap. 29. part. 16. Quia anno Domini M. CC. LXXI. in villa Teutomæ Pfortzheim contigit, quod quædam vetula, Iudæis familiaris, puellam eis annorum septem, orbatam parentibus, vendiderat occidendam. Hanc igitur in omnibus membrorum iuncturis, incisionibus vulnerauerunt, sanguinem exprimentes, & in linteaminibus recipientes, & eam defunctam in aquam fluidam iuxta oppidum proiecerunt. Tertia die aut quarta, per manum erectam in cœlum à piscatoribus est inuenta, & in oppidum deportata, clamantibus populis, à Iudæis tantum scelus perpetratum. Erat autem in vicino Marchio de Baden, qui mox audito tanto piaculo peruenit ad corpus, statimq; ipsum corpus erectum residens, extendit manus ad principem, quasi vindictam sanguinis imploraret. Post horam verò dimidiam, iterum se deposuit defuncti more supinum. Adductis ad hoc spectaculum impijs Iudæis, statim eruperunt omnia vulnera corporis, in testimonium nefandæ necis, sanguinem copiosum effuderunt, & quasi vindictam clamauerunt. Sicq; Iudæi cum vetula rotati sunt. Aliud flagitium Sodomiticum, Gen. 19. *Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.*

III. Merces operariorum defraudata.

TERTIVM, est fraudatio mercenariorum aut operariorum, quod multi iniusti Domini faciunt, qui mercedem debitam certo tempore non persoluunt; qui famulos suos furari compellunt, quia nunquam fidelis erit Domino famulus quem infidelem experitur in retribuendo. De isto clamore, Iacob. 5. *Ecce*, inquit, *merces operariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit.*

IV. Oppressio pauperum. Extortæ exactiones clamant ad Deum.

QVARTO, accusat oppressorum egenorum angustia, qui clamant ad Deum pro vltione. Et hoc figuratum est, Exodi 3. Vbi Pharao filios Israel oppressit, & *clamorem ipsorum audiuit Dominus*: quia dicitur ibidem, *quod clamor filiorum Israel ascendit ab operibus ad Dominum.* Sed inter omnes oppressiones clamantes ad Deum maximè videntur clamare oppressiones & extortæ exactiones, factæ contra viduas & pupillos, quæ sunt personæ indigentes auxilio. Ideo figuraliter dicitur, Exodi 23. *Viduæ & pupillo non nocebitis, si læseritis eos clamabunt ad me, & ego exaudiam clamorem ipsorum, & indignabitur furor meus: percutiamq; vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & pueri vestri pupilli.* Ecce ista sunt, quæ peccatores diffamant apud Deum.

V. Diffamantur qui bona naturæ dissipant.

Sed tamen est NOTANDVM: quidam diffamantur eò quod dissipant bona superius enumerata.

Et PRIMO bona naturæ vt sanitatem, fortitudinem agilitatem qui ea consumunt in torneamentis, hastiludijs, luctationibus, & huiusmodi: qui sunt martyres diaboli, & plus se fatigant in his, quæ promouent eos ad infernum, quàm ad Dei seruitium, quare tales in inferno æternaliter cruciantur. Sicut probat venerabilis Thomas Cantipratensis, lib. 2. cap. 49. part. 4 quod anno Domini 1243. iuxta Nussiam super Rhenum nobile opidum, multi nobiles & Duces, Comites, Barones ac milites congregati sunt. Quidam autem frater nomine Eberhardus de ordine Prædicatorum rogauit eos, vt desisterent, & compaterentur Christianitati, quæ tunc temporis in Vngaria à Tartaris infestabatur. Quidam autem Comes de Castris, alias de Marka dictus, subsannauit fratrem, & congregatis turmis militum, ferale illud torneamentum inchoauit. Mane autem, vt plurimi referebant, qui viderunt, quasi gleba ingens & lata super aëra videbatur, & circa glebam ac supra, coruini generis volucres crocitando diutius volitare.

Exemplum de ferali torneamento iuxta Nussiam instituto.

Digitized by Google

litare. Et dicit Doctor ille: Nec credo aliud quàm dęmones hos fuiſſe: nec mora, cum torneamentum fieret, milites ac ſatellites in tanta ſtrage, plurimi in mortem, nonnulli in veſaniam, pleriq; etiam in languores perpetuos ceciderunt, vt nullus ambigeret ludum hunc, non tantum hominum, ſed veriſſime, vltione diuina dæmonum extitiſſe. Omnes verò ad CCCLXVII. computati ſunt. Inter quos primus mortuus eſt Comes de Caſtro illo. Sub eadem nocte, quo die hęc facta ſunt, in ſpeciebus militũ armatorũ, iuxta villam Brabantiæ, quæ Yſcka maior dicitur, congregationes à dæmonibus presbytero villę teſte fuiſſe, & hoc credo in ſignum lętitiæ tanti mali. Hęc Cantiprat.

Et NOTANDVM, quod non ſolum illi qui conſumunt ſanitates ſuas & fortitudines in haſtiludijs & torneamentis diffamantur, ſed etiam illi qui ſanitatem & fortitudinem conſumunt, in potationibus, comeſſationibus & ebrietatibus. Quibus maledictionem imprecatur propheta Iſa. 5. *Væ qui mane conſurgitis ad ſectandam ebrietatem, & potandum vſq; ad veſperam, vt vino æſtuetis.* Et loquitur principaliter de illis, qui cum Dominicis & feſtiuis diebus debent quærere ſalutem animarum, & reconciliari Deo, dimiſſis Eccleſijs, neglectis ſermonibus & diuinis officijs, ſtudent ſe in tabernis vſq; ad plenum ingurgitare, & quaſi tota die continuare. De quibus etiam dicit Dominus Ierem. 5. *Væ qui potentes eſtis ad potandum vinum, & fortes ad miſcendum ebrietatem.* Et vbi ſcriptura ponit Væ, ſemper æternum Væ denotare videtur. Potatores & ebrioſi diffamantur

His etiam annectuntur omnes luxurioſi, qui mediante luxuria conſumunt virtutes corporis ſui. Quia ſecundum Bernardum, Luxuria corpus eneruat, & animam commaculat, ideo apud Deum diffamantur; & niſi pœniteant, æternaliter cum guloſis & ebrijs damnantur. Iuxta illud Hebr. 13. *Fornicatores & adulatores iudicabit Dominus*, id eſt, condemnabit. Nam refert Helinandus & Vincentius in Speculo hiſtorico lib. 30. cap. 6. quod anno Domini 1153. tempore Friderici primi S. Benedictus duxit quendam nouitium ad regionem vmbræ mortis & terram tenebroſam; & vidit ille quaſi turres horribiles, cui dictum eſt ab angelo Raphaële, quod illæ turres ſunt camini infernales, per quos fumus & flamma ignis æterni exeunt. Poſt hoc vidit hominem in ardenti cathedra ſedentem, & ante ſe ſtabant pulcherrimæ fœminæ, quæ tenebant cereos ardentes, quos impingebant in faciem eius, & in os, & ſimiliter retrahebant ardentes, & ſemper hoc patiebatur. Et angelus: Hic, inquit, amicus fuit carni ſuæ, & inimicus animæ ſuæ, quia guloſus & luxurioſus. Cathedra ſignificat, quod potens fuit in malitia, amando mulieres, & ideo maligni ſpiritus in tali ſpecie torquent eum. Luxurioſi ſunt in numero eorũ qui diffamantur.

His ergo guloſis & luxurioſis adiungendi ſunt chorizatores & chorizatrices, quæ fortitudinem ſuam infatigabiliter chorizando conſumunt, & plus diebus feſtiuis quàm ferialibus hoc faciunt, ideo à ſanctis quorum feſtiuitates frangunt chorizando, coram Deo diffamantur. Et poſt modicum tempus ad inferna deſcendunt & damnantur. Iuxta illud Iob 21. *Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi, & in punctο ad inferna deſcendunt.* Chorizantes diffamantur.

SECVNDO diffamantur quidam quod diſſipant bona fortunæ, ſcilicet diuitias, malè eas conſumendo, per ſuperbiam, inanem gloriam, & mundi iactantiam. Quia dicit Seneca. Plus faſtus conſumit, quàm neceſſitas. Aliqui conſumunt eas in ludo, alij in conuiuijs ſuperfluis. Contra quos Cato. RARO CONVIVA. Alij hiſtrionibus & minis, ſed non egenis. Contra quos dicit Sapiens. *Mitte panem tuum ſuper* 2. Diffamantur qui bona fortunæ diſſipant.

tranſeuntes aquas, & poſt multa tempora illum inuenies, Eccleſ. 6. dicit gloſſa. Aquam tranſeuntes ſunt populi mortales, videlicet pauperes, quibus dandus eſt panis diuitum. Iuxta illud Tob. 4. *Panem tuum cum eſurente comede.*

3. Diffamantur qui diſſipant bona temporis.

TERTIO diffamantur quidam, quod diſſipant bona temporis, qui dies & annos in vanitate conſumunt mundi, & non in ſeruitio Dei Sicut ille qui conqueritur in Horol. Sap. lib. 2. cap. 3. Non, inquit, curabam pretioſitatem temporis in menſa, dies in vanitate reducebam, pretioſitatem verò eius non attendebam, ſed me quaſi onagrum liberum natum putabam; tunc autem ſicut piſcis capitur hamo, & aues comprehenduntur laqueo, ſic captus ſum in tempore malo, quod mihi ex templo ſuperueniet. Et Richardus in libro Soliloquij. Deus vitæ meæ, quàm variè tempora conſumpta ſunt, quàm fructuoſa elapſa ſunt à me. Tempora mea quæ dediſti mihi, vt facerem voluntatem tuam in eis, non feci. Quanti anni, quot dies, quot horæ perierunt apud me, in quibus ſine fructu vixi coram te, & quomodo ſubſiſtam? & quomodo leuare potero oculos meos ante faciem tuam? & in illo magno examine tuo? Si memorari iuſſeris, & fructum requiſieris ſingulorum, patientiſſime pater, non fiet hoc. Habe ergo in oblitionem coram te, qui perdidi vanè tempora mea, heu, multa, nimis. Et ſi quæ te iuuante vtiliter ſeruaui, quorum adeſſe breuis eſt numerus, & in memoria æterna fac permanere. Fiat, amande pater, hoc ſaltem deſiderium temporis mei fructuoſum, & fructificatum in gratia tua, vt in die æternitatis inueniat locum & computabile perenniter coram te. Hic poteris ſermonem terminare. Quantum ad ſecundum ponitur villici citatio aut vocatio ad rationem reddendam, cum additur; *Et vocauit illum, & ait. Quid hoc audio de te?*

Villicus citatur ad reddendam rationem.

Vbi NOTA, Dominus vocat peccatores multipliciter.

X Multiplex citatio peccatorum.

PRIMO, beneficijs euidentibus, *qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*, Matth. 5. Denique extendit manus largiſſuas, tàm malos quàm bonos paſcendo, & iniuſtos iuſtos faciendo. Ideo dicit Iſaias 65. *Expandi manus meas tota die ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi.*

1.

2. SECVNDO, vocat flagellis multiplicibus. Iuxta illud Sap. 12. *Cum dat nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas.*

3. TERTIO, vocat interioribus monitionibus. Iob 33. *Cum irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplinam.*

4. QVARTO, vocat exterioribus vocationibus, Lucæ 10. *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.* Væ ergo illis qui Deum in prædicatione vocantem negligunt, ſeu audire contemnunt: quia tales excommunicandi ſunt, vt dicitur de conſec. diſt. 1. cap. Sacerdotis. Vbi dicitur. Sacerdote in Eccleſia Dei verbum faciente, qui egreſſus fuerit de auditoribus. Gloſſa, quaſi minus literatum contemnens, excommunicetur. Vnde Bernardus. Quanta eſt hæc iniuria, & quàm grauiter vindicanda, cum viliſſimis vermis clamantem audire dedignatur creatorem vniuerſitatis! His ergo vocibus vocat Dominus quemlibet peccatorem, & ſi hic noluerit acquieſcere, & de malis ſuis pœnitere, dicit vnicuiq; ſingulariter, & in extremo iudicio vniuerſaliter: Quid hoc audio de te? in hoc quod non ſtatim punit, ſed prius inquirit, & locum defenſioni tribuit, oſtendit quod nemo puniendus eſt, niſi prius conuictus vel confeſſus, & quod non debet faciliter credi, cum aliquis diffamatur & accuſatur, & præſertim ſacerdos. Quia dicit B. Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum. Aduerſus

pres-

presbyterum accusationem non accipias cito, nihil enim statim vel facile de prouecta ætate credendum est. Et beatus Gregorius scribit cuidam Episcopo 88. distinct. capit. Si quis. Vbi vult, quod male de alijs non facile neque cito credere debemus. Et Euaristus Papa. 2. quæst. 1. cap. Deus, dicit; Deus omnipotens, vt nos à præcipitandæ sententiæ prolatione compesceret, mala Sodomæ voluit audita iudicare, vt nobis exemplum in hoc daret, ne in discutiendis præcipites negotijs essemus ad iudicandum, & ne mala proximorum prius quisquam præsumat ante credere quam probare, id est examinare. Hæc ille. Ideo & dixit Dominus ad villicum. *Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ*, id est, totius vitæ tuæ.

Reddenda est ratio de cogitationibus,

Et PRIMO oportet vnumquemq; nostrum reddere rationem de cordis cogitationibus. Iuxta illud Sapientiæ 6. *Cogitationes nostras dominus scrutabitur.* Sunt enim cogitationes malitiosæ, ambitiosæ, voluptuosæ, infructuosæ. Malitiosæ sunt, quæ à malitia peruersa procedunt, cum intentione & animo nocendi. De quo Psalm. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate, tota die cogitat iniustitias lingua tua.* Ambitiosæ quia in ipsis homo ambit vt super alios extollatur. De quibus Lucæ 9. *Intrauit cogitatio in eos quis eorum esset maior,* Voluptuosæ sunt, quia voluptati deseruiunt, de quibus Gen. 8. *Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua.* Infructuosæ, quæ sine vtilitate & fructu sunt. De quibus Psal. 93. *Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.* De istis cogitationibus omnibus oportet nos, si eos habuerimus in cordibus nostris, reddere rationem, & si peccatum mortale incluserunt à Deo separabunt. Sapient. 1. *Peruersæ cogitationes separant à Deo.* Ideo ad cauendum cogitationes noxias & peruersas, sunt aliquæ cautelæ.

Malitiosis.

Ambitiosis.

Voluptuosis.

Infructuosis

Y

Cautelæ ad vitandas cogitationes noxias.

1. Timor Domini.

PRIMA est, timor domini, vt homo imaginetur Deum vbique esse præsentem, & videre secreta cordis. Quia 1. Reg. 16. dicitur. *Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.* Glossa. Quia ipsius proprium est scire secreta cordium. Et cum homo hoc perpendit, cogitationes peruersas non admittit. Ideo dicitur Prou. 16. *In timore domini declinetur a malo* scilicet cogitationum.

2. Custodia sensuum.

SECVNDA cautela est, custodia sensuum & præcipue oculorũ. Quia dicitur Threno. 4. *Oculus meus depredatus est animam meam.* Et Ierem. 9. *Intrauit mors per fenestras nostras.* Ideo B. Gregorius super illud Gen. 3. *Vidit mulier lignum, quod esset pulchrum ad videndum, & suaue ad vescendum,* dicit; Non enim Eua lignum contigisset, nisi prius incautè respexisset.

3. Fuga otij.

TERTIA cautela est, fuga otiorum. Quia dicit B. Hieronymus. Non facile capitur à diabolo, qui bono vacat ex continuo. Ideo idem dicit de consecrat. dist. 5. cap. Nunquam. Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum.

Reddenda ratio de verbis otiosis.

SECVNDO oportet nos rationem reddere de otiosis locutionibus. Iuxta illud Matth. 12. *Dico,* inquit, *vobis, de omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddet rationem de eo, in die iudicij,* vt dicit glossa. Otiosus sermo est ille, qui neque ad illius qui dicit, neque ad illius qui audit, pertinet profectum. Et beatus Gregorius 7. moralium cap. 24. Otiosum, inquit, verbum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. Et similiter beatus Hieronymus: Quidquid non ædificat audientes, in periculum vertitur loquentis. Idcirco beatus Bernardus in sermone de gratia. Si de omni verbo otioso, quodcunque locuti fuerint homines, Deo

sunt rationem reddituri, in die iudicij, quando districtius de verbo mendacij, & crimino so delato, & lasciuo, de adulterino, aut detractorio iudicabuntur. Noli, inquit, verbum quod risum aut cachinnum moueat loqui, vt dicit Augustinus ad matrem spiritualem cap. 6. Sed quis magis ad compunctionis lacrymas, animarumque profectum pertineat, tuus sermo sit sale conditus. *Et infra.* A modo iterum admoneo, vt linguam tuam custodias, nulli detrahas, nemini maledicas, nulla risum mouentia verba proferas; cogita quam breuis sit hæc vita, & quam misera, in comparatione æternæ vitæ. Hæc cogitans linguam tuam refrenando, sine dubio ad sanctorum gloriam venies.

Reddenda ratio de operibus nostris

TERTIO oportet nos reddere rationem de nostris operibus. Iuxta illud Eccles. 12. *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum.* Et secundum Athanasium in symbolo. *Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.* Circa quod NOTA de operibus nostris rationem coram Deo reddemus.

PRIMO quando ea cum tædio facimus. Quia dicit Sapiens, Prouerb. 18. *Qui mollis est & dissolutus in opere suo, frater est vt opera sua dissipentur.* De tali dicitur Apocal. 3. *Quia nec tepidus es, nec calidus, nec frigidus, incipiam te euomere de ore meo.* Glossa dicit, Calidus est, qui feruens est in operibus. Frigidus qui simpliciter desistit à bonis operibus. Tepidus verò, medio modo habet se. Ideo euomitur quando in deteriora præcipitatur, impœnitens moritur, & à consortio sanctorum bonorum separatur.

Tædium boni, an sit peccatum mortale.

Circa hoc oritur dubitatio. Vtrum tædium boni sit peccatum mortale? Ad hoc respondet Hermannus Soldis: Tædium boni potest considerari tripliciter. *Vno modo* prout est motus naturalis quidam, ex lassitudine corporis per exercitium spirituale proueniens, & sic non est peccatum. *Secundo modo*, secundum quod est motus appetitus sensitiui contristati de opere spirituali laborioso, & sic potest esse peccatum veniale: quamuis etiam ille appetitus sit deliberatiuus; & consensus in veniali, non est nisi veniale. Verbi gratia, Sicut cum canto & oro cum tædio, tamen dimittere propterea nolo, & sic est solum veniale. *Tertio modo* cum hoc tædium redundat in omissionem eorundem, quæ sunt necessaria saluti, ad quæ necessario homo tenetur, & sic est mortale, Verbi gratia. Sicut non audire Missam die Dominico vel non implere pœnitentiam iniunctam. De illo dicitur Ierem. 48. *Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, aut negligenter.* Et quilibet talis grauem Deo reddet rationem. Quare quilibet opera sua ad quæ principaliter tenetur, facere debet cum diligentia, hilaritate & bona voluntate. Iuxta illud 2. Paral. 19. *Cum diligentia omnia facito:* quia diligentia in oculis Dei plus valet quàm opus. Et hæc diligentia nihil aliud est quam intenta deuotio. Sed tunc intenta est deuotio, quando mentem nostram infigimus in id, quod tunc agimus, omnem euagationem mentis, secundum possibile, restringendo. Et hæc diligentia multum placet Deo, sicut eius oppositum displicet. Vnde quod anima est in corpore, hoc est deuotio in bono opere. Sed corpus sine anima nihil est, quia egrediente anima de corpore, corpus marcescit & perit. Sicut dicit Arist. 1. de anima, ita nihil est coram Deo sine diligentia opus bonum. Ideo dicit S. Hieronymus. Mallem psalmum cum deuotione & hilaritate mentis decantare, quam totum psalterium cum fastidio, & acedia.

SE-

Digitized by Google

SECVNDO rationem de operibus noſtris diſtrictam reddemus, quando ea pro lucro temporali, vel honore, foris hominibus exhibemus: ſicut ille Phariſæus, qui ait Luc. 18. *Ieiunio bis in ſabbatho, decimas do omnium quæ poſſideo.* Contra quod dixit dominus Matt. 6. *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ne videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis eſt.*

Hic quæritur. An ſit peccatum mortale, cum quis laudem humanam in operibus ſuis quærit? *Dicunt* enim Doctores, quod ſic, videlicet ſi laudem hanc, vel lucrum quod quærit, præponit propriæ ſaluti; quia in omni opere bono honorem Dei, qui eſt α & ω quærere debemus ad hoc hortatur nos Grego. in moralibus. Omne quod agimus bonum per intentionem ſemper ad cœleſtia leuemus, vt videlicet quæramus honorem Dei propriamque ſalutem. Et B. Hieronymus. Quicquid agis, inquit, pro æterna mercede age, vel nihil ſtudeas propter laudem vel humanam opinionem, ſed propter vitam æternam.

An peccet mortaliter qui laudem humanam in ſuis operibus quærit

Sed dicores. An licet Deo ſeruire pro regno cœlorum & vita æterna. *Reſpondetur quod non.* Quia qui ſolummodo bonum propter regnum cœlorum operatur, nunquam illuc poteſt peruenire. Et ratio eſt quia quicquid non fit ex caritate, non eſt Deo acceptum, dicente Apoſtolo. 1. Cor. 13. *Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, ſi caritatem non habeo, nihil mihi prodeſt.* Ideo dicit Bernard. Caritas eſt bonum, cum qua nec opus minimum deſpicitur, & ſine qua nec maximum acceptatur. Vnde homo debet Deo ſeruire, & bona opera facere principaliter ex caritate, qua diligit Deum. Similiter mala dimittere propter Deum, & habere ſpem quod Deus dabit regnum cœlorum, ſi ei ex caritate ſeruierit. Et inſuper eum à pœnis inferni liberabit, vbi peccatores æternaliter cum dæmonibus puniuntur.

An pro vita æterna Deo ſeruiendū.

TERTIO, rationem pro operibus noſtris bonis coram Deo reddemus. Si ea in peccato mortali videlicet inuidia, ſuperbia, aut luxuria, &c. faciemus, quia dicitur Leuit. 21. *Si maculam habuerit*, ſcilicet opus bonum, *non erit acceptum Deo.* Ideo dicit Dominus Iſa. 1. Non accipiam à vobis ſacrificium quia manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine.

Reddenda ratio pro operibus bonis in peccato mortali factis.

Sed dicores. Quis eſt in peccato mortali? *Reſpondetur*, quod ille qui fecit peccatum mortale, & non eſt contritus, vel qui habet malum propoſitum peccandi. Et dico NOTANTER, *non eſt contritus*, quia licet peccaſſet mortaliter, ſi eſſet ſuper illo contritus, & habet diſplicentiam illius peccati, non eſt in peccato mortali, licet adhuc non ſit confeſſus, ſed habet propoſitum confitendi. Quia dicit Dominus Ezech. decimo octauo. *Quacunq; hora homo ingenuerit peccator, peccati ſui non recordabor.* Et etiam dicit Cæſarius in dialogo Peccatum mortale ſi diſplicet, fit veniale & venia dignum.

Quis cenſetur eſſe peccato mortali.

QVARTO, rationem de operibus noſtris bonis reddemus, ſi ea ante finem dimittimus. Quia dicit Dominus Ezech 18. *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecit, non recordabuntur.* Ideo dicit Bernardus: Tolle perſeuerantiam, nec mercedem obſequium habet. Ideo legitur in Vitas patrum lib. 4. cap. de Patientia §. 29. & 30. Erat quidam adoleſcens ſecularem habens patrem, & ipſe ſecularis. Sed ipſe deſiderauit fieri, Monachus, & vix ſupplicando patri hoc obtinuit, & ingreſſus eſt monaſterium, & factus eſt Monachus. Et cœpit Deo ſeruenter ſeruire, in ieiunijs & orationibus. Contigit poſt aliquod tempus eun-

Reddenda ratio de operibus bonis imperfectè relictis.

Monachus dæmonis fraude ad ſeculū reuerſus, damnatus eſt.

eundem fratrem ſupplicare Abbati, dicens. Rogo te Abba dimittas me, vt ad eremum vadam. Dixit ei ille. Fili noli hoc cogitare, ignoras enim tentationes diaboli, & verſutias eius; & ſi tibi tentatio venerit, non inuenies qui te conſoletur. Ille autem cœpit amplius rogare, vt eum permitteret abire. Et Abbas conſenſit, & poſtea rogauit Abbatem vt concederet ei, qui oſtenderet ei viam. Et ordinauit vt cum eo duo fratres irent: ambulantibus autem eis per eremum vna die, altera defecerunt præ æſtu, qui proijcientes ſe in terram dormierunt. Et ecce aquila venit percutiens eos alis ſuis, euigilantes viderunt aquilam, & dixerunt adoleſcenti. Ecce angelus tuus, ſurge & ſequere illum; & ſurgens valedixit fratribus, ſequebatur eam; & veniens vſque vbi ſtabat aquila; quæ mox ſurgens volauit ad vnum ſtadium, iterumq; reſedit, ſimiliter ſequebatur eam frater ille. Et iterum volauit & ſedit non longe; Factum eſt hoc per tres horas. Poſtmodum autem diuertit ipſa aquila in dexteram partem, & frater ſequebatur eam, reſpiciensque vidit tres arbores palmarum, & fontem aquæ, & ſpeluncam modicam dicens. Ecce locus quem præparauit mihi Dominus. Ingreſſus igitur cœpit ſedere in ea ſumens cibum de arboribus, & de fonte aquam bibens, per annos ſex neminem vidit. Ecce vna die venit diabolus in ſpecie Abbatis ſenis, habens vultum terribilem; Frater timens, procidit in orationem & deinde ſurrexit. Cui dixit: Quantum tempus habes hic? Reſpondit, ſex annos. Et dæmon: Ecce, inquit, vicinum meum neſciebam, nec cogitaui, niſi ante dies quatuor, quod hic habitares, & cogitaui mecum, dicens: Vadam ad hominem Dei, cõferens cum eo, quod eſt de ſalute animæ noſtræ, & hoc dico frater. Quid proficimus in cellis noſtris ſedentes, quia corpus & ſanguinem Chriſti non percipimus, & timeo quod efficiamur exteri ab eo, ſi nos ab hoc myſterio elongauerimus. Ecce hic per tria milliaria ſunt monaſteria habentia presbyteros, eamus & communicemus die Dominico, & reuertamur ad cellas noſtras. Placuit fratri ſuaſio diaboli, euntes ingreſſi in Eccleſiam, ſe miſerunt in orationem. Exſurgensque frater ille, non inueniens comitem ſuum, dicens: Vbi putas perrexit, an ad communem neceſſitatem ambulauit? Et cum diu ſuſtineret & non inueniret, exijt foras quærens eum, & cum eum non reperiſſet, dixit ad fratres illius loci: Vbi eſt Abbas ille ſenex, qui Eccleſiam mecum ingreſſus eſt. Qui dixerunt: Nos alium non vidimus niſi te tantum. Tunc ille cognouit quia dæmon fuiſſet, dicens: Vide cum qua argutia diabolus me eiecit de cella mea, ſed tamen mihi non nocet, quia ad opera bona exiui: percipiam ergo corpus Chriſti, & ſic reuertar ad cellam. Poſt miſſam facta communione reuerti voluit, quem tenens Abbas monaſterij, dixit. Niſi reficiaris nobiſcum, non te dimittemus reuerti. Facta cibatione reuerſus eſt ad cellam. Poſt aliquot dies iterum venit diabolus, in ſpecie iuuenis ſecularis cuiuſdam, & cœpit eum inſpicere à ſummo capitis vſque ad pedes, dicens. Ipſe eſt iſte, aut non? Cui frater. Quid me ſic reſpicis? Cui ille. Ego ſum vicinus ſcilicet patris tui filius illius. Nónne pater tuus & mater tua habent nomen tale? Et ſic de fratre, & ſorore; & tu ſic vocaris: & mancipia illa ſic & ſic ſunt dicta? Mater tua & ſoror tua ante tres annos ſunt mortuæ. Pater autem tuus modo defunctus eſt, & fecit te hæredem, dicens. Cui habeam dimittere ſubſtantiam meam, niſi filio meo viro ſancto, qui reliquit ſeculum, & abijt poſt Deum? Vadant aliqui qui eum requirant, vt veniens eroget ea pauperibus, pro anima mea & ſua. Perrexerunt multi quærentes te, & minime inuenerunt, ego autem ex occaſione

sione inueni te, cognoscens te: & ne feceris moram sed veni, & vende omnia, & fac voluntatem patris tui. Respondit frater. Non necesse habeo reuerti ad seculum. Dixit ei diabolus. Si non veneris & deperierit substantia illa, tu exinde reddes rationem. Quid enim mali tibi de eo, vt veniens des egenis, vt dispensator bonus, vt non malè consumatur, & postmodum reuerteris in cellam tuam? Quid multa? Frater venit cum eo in ciuitatem, qui relictus est ab eo, & ille volens ingredi in domum Patris sui tanquam iam defuncti, & ecce pater eius viuus egressus, videns eum non cognouit. Qui dicit ad eum. Quis es tu? Ille verò turbatus, nihil potuit respondere. Qui iterum interrogans: Quis es? Cui confusus dixit. Ego sum filius tuus. Cui pater. Vt quid reuersus es? Erubuit autem dicere, quod euenit. Sed ait, charitas fecit me reuerti, quia desideraui te; & remansit ibi. Post aliquot dies incurrit fornicationem, & supplicijs multis afflictus à Patre, infelix non egit pœnitentiam ipse, sed remansit in seculo, omnia bona sua perdens, & damnatus est. Ecce quam districtam rationem Deo reddidit, qui postmodum in multa peccata lapsus fuit.

Z

Reddenda ratio de prælaturis.

QVARTO, oportet reddere rationem de prælationibus. Quia dicit Holkot super librum Sapient. lect. 8. Quia Deus interrogationem faciet de tribus, maximè si fueris dominus vel prælatus, vel in honore constitutus, vel dignitate. Dicet enim tibi *redde rationem villicationis tuæ* qualiter vixeris, & qualiter bona expenderis. *Primo*, qualiter vixeris lubricè, auarè, ambitiosè, & ludificatoriè. Ideo de talibus dicitur, Sap. 6. *Præbete aures vestras, qui tenetis multitudinem, & placetis vobis in turbis, quoniam data est potestas à Domino vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, qui cogitationes scrutabitur.* *Secundo*, interrogabit qualiter subditos rexeris: nam malitia subditorum vertetur pro magna parte in capita dominorum, secundum illud Sapientiæ 4. *Ex iniquis enim omnes filij qui nascentur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua*, & tàm patrum quàm filiorum in subiectorum & prælatorum. Ideo B. Augustinus in quadam Epistola ad Bonifacium Comitem carissimum dicit exhortando: Quæso, mi frater, vt omnibus subiectis & bonæ voluntatis in domo tua, à maiore vsque ad minimum, amorem vel dulcedinem regni cœlestis, & amaritudinem & timorem gehennæ annunties, & de eorum salute sollicitus ac vigil existas, quia de omnibus subiectis tibi, qui in domo tua sunt, reddes domino rationem.

Qualiter vixerit.

Subditos rexerit.

Tertio, interrogabit te Deus, qualiter tua expenderis. Sicut hic de villico diffamato apud dominum suum, quomodo dissipasset bona ipsius. *Quid*, ait, *audio de te, redde rationem villicationis tuæ.* Et ideo prouidendum est nobis diligenter contra istum computum, quem reddemus. Quia Iob 9. dicitur. *Si repentè interroget, quis respondebit ei?* Quasi diceret: Nullius. Et infrà dicit ibidem Holkot lect. 78. super illud Sap. 6. *Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui præsunt fiet.* Nam, inquit, fiet durum, quia malè intrauerunt: durius, quia malè rexerunt: durissimum, quia malè vixerunt. Tunc enim erit triplex quæstio: Quomodo intrasti; Quomodo rexisti, & Quomodo vixisti? Quomodo intrasti? per Simonias, & violentias, & frandes, siue denarios. Quomodo rexisti? pretialiter, animosè, iniustè, & dissimulatoriè. Quomodo vixisti? sicut Christianus, vel paganus, sicut sacerdos, vel rusticus, sicut homo, an sicut pecus. *Et subdit.* Durum iudicium fiet secularibus, durius religiosis, sed durissimum malis peruersis prælatis. Dura quæstio, quia pauperibus extorsionem fecerunt: durior quia bona pauperum consumpserunt: durissima, quia Christo &

Sua expenderit.

Triplex quæstio aduersus malos Prælatos.

Ecclesiæ de perceptis non seruierunt. Dura quæstio, quia oues Christi non pauerunt, subsidio corporalis substantiæ: durior, quia non pauerunt verbo doctrinæ: durissima, quia non pauerunt eos exemplo bonæ vitæ. Dura quæstio, quia bonos non informauerunt: durior, quia malos non increpauerunt: durissima, quia ipsimet non benè vixerunt.

Quare de cogitationibus & verbis quamprimum reddenda ratio.

Sed diceres. Licet rationem de cogitationibus & locutionibus facere oporteat, tamen adhuc tempus restat prolixum, quando hæc fiant, & ibi supplebo, quod hic est omissum. Ideo Dominus hoc remouendo ponit tria. *Primo*, mortis *vicinitatem*, cum dicit, IAM, quasi diceret, de proximo erit mortis terminus, quia *breues dies hominis sunt*, Iob 14. *Secundo*, ponit mansionis *impossibilitatem* ibi; NON *poteris*, scilicet hic manere, quia *non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*. Ad Hebr. 13. *Tertio*, benefaciendi *nullitatem*, cum dicit, *villicare*, id est, aliquid benefacere non poteris, quia non opus scilicet ad promerendum, nec ratio ad se excusandum, nec sapientia scilicet aliquid de æternis gustandum, nec scientia ad benè considerandum *erit apud inferos, quo tu properas*, Eccles. 9.

Tertia pars concionis. Villicus imitandus in futurorum prouisione.

Ideo quantum ad TERTIVM principale, vbi ponitur cordis cogitatio ad futurorum prouisionem, quam fecit villicus ille, *qui ait intra se, quid faciam, &c.* Debemus & nos ipsum imitari, & primo in status nostri discussione, ad quam hortatur nos Sapiens, Eccli. 32. *Præcurre prior in domum tuam, & illuc age conceptiones tuas non in debitis & verbo superbo*. Et cap. 18. dicit idem. *Ante mortem interroga te pro omni statu vitæ tuæ, & inuenies propitiationem*, scilicet peccatorum tuorum. Et Eccli. 8. dicit idem. *Ante iudicium interroga te*. Et quomodo debet fieri illa interrogatio? Debet enim homo animam suam tanquam ream ad iudicium citare, quia citatio est iudiciarij ordinis fundamentum, vt Extra de ma. & obe. Inter quatuor. Et quia nullus debet iudicari aut fatigari sine accusatore & testibus; vt dicitur extra de accusatoribus. *Si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus*. Ideo cogitationes accendant tanquam accusatores: sed conscientia testimonium perhibet. Timor autem debet eum torquere, à pristinaq; conuersatione peccati occidere, vt sibi sanguis exeat peccatorum. De his dicit Aug. in lib. de pœnit. Ascendat homo aduersum se tribunal mentis, constituat se ante faciem suam, atque ita constituto in corde assit accusatrix conscientiæ cogitatio, conscientia testis, carnifex timor. Inde quidam sanguis quasi confidentis excutitur per lacrymas. Ideo etiam dicit Bern. Integritatis tuę curiosus sis explorator, vitam tuam quotidiana excussione examina. Attende diligenter quantum proficias, qualis sis in moribus, & qualis in affectibus, quam similis Deo, & quam dissimilis, & quam propè & quam longè, non locorum interuallis, sed motuum affectionibus & affectibus. Idem Bernardus; Ab inferioribus, inquit, ad superiora conscendam, vt possim cognoscere, vnde venio, aut quo vado. Ab interioribus ad exteriora redeam, vt videam quid sim, & vnde sim, vt sic per cognitionem mei veniam ad cognitionē Dei, & hoc fecit villicus, qui dixit intra se. *Quid faciam?* Glossa, vt pœnas euadam, aut euidem.

Hortatio ab anima sua rationem exigere debet.

Villicus imitandus in mortis consideratione.

Secundo, ipsum imitari debemus in mortis cogitatione aut recordatione, quia dicit. *Aufert à me villicationem*, id est, humanæ vitæ operationem per mortem, quæ rebus temporantis finem imponit, vt dicit Seneca. Ideo dicit B. Greg. 9. moral. c. 3. Ante prolationem irreuocabilis sententiæ prouidendum est reo, ante ianuæ clausionem festinandum est peregrino, ante vitæ terminum subueniendum est infirmo, quia

post

post mortem non est culparum damnabilium remissio. Et dicit NOTANTER (*auferet*) in præsenti, & non (*auferet*) in futuro; & hoc propter moriendi continuitatem. Quia ex illa hora ex qua homo nascitur, statim incipit mori. Iuxta illud 2. Regum 14. *Omnes morimur, & quasi aqua in terram dilabimur, quæ non reuertetur.* Idcireo Seneca, In hoc fallimur, quia mortem non inspicimus, præsentem enim diem cum morte diuidimus, nec ipsa habet partem deteriorem, quia totum tempus vitæ nostræ, quod transit, ipsa rapit; nostrum non est nisi præsens. Nullus raptor violentior ipsa, quicquid enim temporis maioribus nostris venerit, statim rapit. Et B. Hieronymus: Quotidie, inquit, morimur, quotidie enim aliqua pars vitæ nostræ deprimitur, & tunc quoque cum nos crescimus, vita decrescit. Sed qui cogitat se semper morituru, quid mirum si de vita futura benè disponit.

Tertio, imitari ipsum debemus in impotentiæ recognitione: quia ibi erit homo impotens ad bonum opus; quia tunc non erit tempus benè operandi, *quia amodo dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis*, Apoc. 14. Nec poterit ibi ab alijs bona opera mendicare. Quia dicitur Matth. 25. Cum illæ virgines quinque fatuæ, quæ videntur habere figuram damnatorum, peterent à sapientibus dicentes: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Responsum est eis, *Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite.* Ideo in præsenti debet quilibet operari bonum secundum consilium Apostoli, ad Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Et nolentes operari, remittit Salomon ad formicam, Prouerb. 6. *Vade ad formicam, O piger & discе sapientiam.* Consistit autem sapientia eius in quatuor. PRIMO, in granorum congregatione. Nam in æstate grana tritici congregat. Iuxta illud Metristæ.

Congregat in messe, quod habet formica necesse.

Ita homo in vita præsenti, quæ messi & æstati comparatur, debet colligere triticum bonorum operum, & merita futurorum præmiorum. Quia dicit Seneca. Si quæ per laborem rectè feceritis, labor citò recipiet beneficium æternum. Si quæ per voluptatem prauè feratis, voluptas citò transit. Factum autem æternaliter manebit, quasi diceret: quare potius recta & bona debetis operari. SECUNDO, sapientia eius consistit in congregatorum perforatione Iuxta illud dictum philosophi.

Granum quodq; legit prudens formica bipartit.

Et hoc ideo facit, ne ex aspersione pluuiæ pullulent, & annihilentur, aut putrescant. Sic homo debet hic in præsenti vita gratiæ, bona opera sua gladio verbi Dei perforare. De quo ad Hebr. 4. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Et hoc debet homo ideo facere, ne pluuiæ tentationum diaboli annihilent bona sua & faciant germinare peccata; quam quidem germinationem peccatorum impedit ista perforatio Psal. *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* TERTIO, sapientia formicæ consistit in perforatorum decorticatione, vt ea scilicet grana purius comedat. Sic homo debet cortices mundanæ delectationis ab operibus remouere, vt pura eius opera inueniantur, & Christus eorum puritate pascatur. Quia dicit Cant. 2. *Qui pascitur inter lilia.* Ideo dicit Dominus, Iere. 15. *Si separaueris pretiosum ab impuro, quasi os meū eris.* QVARTO, consistit eius prudētia & sapientia in decorticati desiccatione, quia si grana sua fuerint humectata, ad solem ea ponit, & desiccat,

Ita MORALITER, si aliqua opera non sint humectata aquis peccatorum, desiccanda sunt ad verum solem Christum, quia humorem vitiorū extrahit, & grana bono-

Villicus imitandus in recognitione impotentiæ.

Formicæ sapientia in quatuor cōsistit.

In congregatione granorum.

In congregatorum perforatione.

Psal. 118.

In perforatorum decorticatione

In decorticati desiccatione.

rum sana reddit: quia dicit Esa. 43. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

Villicus imitandus in discreta prouisione.

Quarto, debemus imitari hunc villicum in discreta prouisione, quia dixit. *Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.* quasi diceret, volo misericordiam facere pauperibus, vt post mortem recipiant me in domos suas. Vbi dicit glossa, regnum cœlorum est domus miserorum... Iuxta illud Matth. 6. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* In hanc domum nullus potest ingredi nisi per opera misericordiæ vel corporalia vel spiritualia. In cuius figura Salomon in ingressu templi fecit duo ostialia de lignis oliuarum, 3. Reg. 6. Oleum autem significat misericordiam, per quam nisi homo pertransierit ad templum veri Salomonis Iesu Christi, non poterit peruenire, secundum illud dictum Petri Rauennatis. Sibi apud Deum pietatis ianuam claudit, qui viscera misericordiæ proximo mendicanti non aperit.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aterna tabernacula. Ita scribitur Lucæ vbi suprà.

A PHilosophus in problematibus dicit. Cum alicui homini manus vel brachium detruncata fuerit, frigus in latere illo perpetuo sustinebit. Cuius rationem Constantinus ponit in libro de naturis *morborum*... Nam effluente per contritionem mundo sanguine, effluit & coexpirat calidum eiusdem lateris vniuersum... Vel alia ratio. Cruor fundamentum est atque thesaurus naturæ pariterq; caloris: cum ergo cruore vel sanguine orbatus fuerit, ipse calor protinus euanescit, & hæc ratio est Galeni.

MORALITER, per manum intellige quodlibet opus bonum, vel principaliter opus misericordiæ, quod exercetur in eleemosynarum largitione; quam quidem manum si quis sibi abstulerit, videlicet non dando eleemosynas egenis, frigus in se finaliter æternæ pœnalitatis & miseriæ sustinebit. Sicut testatur B. Augustinus in libro 83. quæstionum. Illi autem in quo charitas extincta fuerit erga proximum, perpetuæ profecto pœnalitatis imminebit supplicium & tormentum. Et figuratum hoc est de illo qui in nuptijs inuentus fuit, non habens vestem nuptialem, ad quem Dominus ait: *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Et dixit Dominus. Ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium*, scilicet ratione frigoris, Matth. 22. Quid est vestis nuptialis, nisi charitas apud proximum, qua suæ miseriæ subuenitur, quam si quis non habuerit, in æternum frigus mittetur. Vbi ab *aquis niuium frigidis transeunt ad calorem nimium*, Iob 24. Ideo Dominus in verbis prælibatis hortatur nos ad charitatis ostensionem proximis, per eleemosynarum largitionem, cum dicit. *Facite vobis amicos.* Et tria facit breuiter. *Primo*, vt amicos nobis faciamus, ibi; *Facite vobis. Secundo* de quo nos facere debemus, ibi; *De mammona iniquitatis. Tertio*, ad quod eorum indigemus, ibi; *Vt cum defeceritis.*

PRI-

Digitized by Google

PRIMO ergo hortatur vt amicos nobis faciamus cum dicit, *Facite vobis amicos.* B
Vbi NOTA in electione amici tria sunt attendenda. PRIMO, vt ille qui eligitur sit prudens & discretus, quia amicitiæ stultorum solent esse obnoxiæ: qui enim cum stultis versatur, similis eis efficitur. SECVNDO, vt ille sit bonus, quia amicitia bonorum cum malis est periculosa, quia ipsi ex malorum familiaritate in vita conscientia corrumpuntur, & in fama obfuscantur. Quod probat Chrysostomus super Matthæum per duo exempla. *Primum.* Si vinum admiscetur aceto, vinum non corrumpit acetum, sed acetum vinum. Acetum significat malos, qui Deum in suis malis operibus exacerbant. Psalmista attestante quitait. *Exacerbat Dominum peccator.* Sed per vinum significantur boni, qui Deum lætificant per bonam conscientiam, & proximum per bonam famam Iudic. 9. *Nunquam possum deserere vinum meum?* Quando ergo boni miscentur cum malis, licet mali interdum ex hoc meliorentur, quia *cum sancto sanctus eris*: tamen boni sæpius in fama corrumpuntur. Iuxta illud Apostoli 1. Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* SECVNDVM exemplum est, quod si admisceatur farina luto, farina non coinquinat lutum, sed lutum farinam.

In amici electione tria obseruanda. 1. Vt sit prudens. 2. Bonus. Psal. 17.

MORALITER boni sunt farina, qui mola scilicet timoris & amoris se conterunt, & ad candorem cor suum deducunt, & ideo suauem panem faciunt. Sed lutum scilicet sunt mali in conspectu Dei, sordidi & fœtidi, pedibus dæmonum conculcati, & in cloacam inferni proijciendi. Cum ergo bonis commiscentur quamuis mali quandoque dealbentur, tamen sæpe in conscientia boni coinquinantur, iuxta illud. 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* TERTIVM exemplum addit Gregorius, quia si aurum argento misceatur, argentum ad auri caritatem exsurgit, aurum autem expallescit. Aurum moraliter sunt viri sancti, in fama fulgidi, & in vita precioſi. Argentum autem sunt mali, qui bonos denigrant. Quando ergo boni miscentur cum malis, quamuis mali videantur lucere, tamen boni videntur pallescere. Quia dicit Tullius de amicitia. Hoc sentio, amicitiam nisi in bonis esse non posse, quomodo erit amicus, qui sibi est inimicus. Hæc ille.

Aurum viros sanctos, argentum malos designat.

Sæpe tamen contingit quod boni admiscentur cum malis, & tamen nec boni malos conuertunt, nec mali bonos corrumpunt. Quod per tria exempla potest videri. *Vinum* enim est cum fæce, & fæx non aufert vini dulcedinem, nec vinum fæci acedinem. *Sic rosæ* morantur cum spinis, nec spinæ auferunt rosis quin redoleant, nec rosæ spinis quin pungant. *Sic aurum* quando occultatur in luto, lutum non aufert auro suum colorem, nec aurum luto fœtorem. *Sic sæpe* mali morantur cum bonis, nec mali possunt aufferre bonis sanctitatem, nec boni malis iniquitatem. TERTIO, in electione amici videndum est ne sit superbus: quia nullus conuenit cum amicitia, & superbus nescit esse socius: vult enim esse Dominus. Prou 11. *Vbi, fuerit superbus ibi contumelia.* Ideò dicit Ambrosius, lib. 3. de officijs. Amicitiam superbia nescit. Et dicit notanter. *Facite vobis amicos.*

3. Ne sit superbus.

C

Vbi NOTA, quod Robertus Holkot super lib. Sap. lect. 131. dicit, quod inter omnia præsentis vitæ necessaria, maximè foret vtile scire discernere inter amicos & inimicos. Quia frequenter amicos credimus illos, qui sunt realiter inimici, & illos inimicos aliquoties æstimamus, qui nobis realiter sunt amici. *Et subdit.* Sunt enim duo genera hominum qui apparent amici, & sunt hostes & inimici. Et duo genera hominum videntur inimici, & sunt amici. *Et idem.* Quidam realiter & quidam apparenter

Quatuor genera inimicorum.

quadruplices habent inimicos, videlicet adulatores, falsos consiliatores, detrahentes & persecutores, corripientes & correctores. *Primi* sunt examinandi per conscientiam? *Secundi* sunt repudiandi per prudentiam: *Tertij* sunt tolerandi per patientiam: *Quarti* sunt acceptandi per benevolentiam.

Blandi adulatores.

PRIMI ergo qui videntur amici, & sunt inimici, à quibus nos custodire debemus sunt *blandi adulatores*. Qui enim te ita in collo suauiter raderet, vt guttur amputaret, & genam tuam ita tergeret, vt oculum tuum erueret, meritò foret inimicus dicendus: Sed adulator ideò tibi blanditur, vt te decipiat, & oculum discretionis tibi eruat. Ideo dicit Seneca in Epistola 80. Adulatio perquam similis est amicitiæ, venit ad me pro amico, blandus inimicus quasi diceret, vt me laudando decipiat. Sed tamen quasi omnes adulatores libenter audiunt, sicut probat idem Seneca in Epist. 45. Non sumus contenti modica laudatione, imò si quis nos sanctissimos, sapientissimos, modestissimos prædicat, totum acceptamus tanquam nobis debitum, & tamen nobis constat, quod illi solent mentiri communiter, qui nos laudant; in laudibus nostris credimus eis, & ideò nos non corrigimus. Ideò mutari nolumus, quia nos optimos esse credimus. Sed dicit Dominus per Isaiam. 3. *Populе meus, qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt.* Ecce quam falsi amici sunt illi, ideo examinandi per conscientiam. Consideremus enim defectus nostros, de quibus conscij sumus, tunc non decipiemur: & hoc est, quod docet nos Seneca in Epistola prælegata inducens exemplum de Alexandro Magno, qui in obsidione cuiusdam vrbis, cum circumiret muros sagitta percussus est. Et cum vulnus vehementer doleret, ait: Omnes iurant me esse filiũ Iouis, sed vulnus hoc me esse hominem clamat. Idem & nos faciamus, dicit Seneca, dicamus: Vos dicitis me prudentẽ esse, ego video quod multa inutilia concupiscam. Nec hoc quidem intelligo quod animalibus monstrat satietas, quis cibo, quis potioni debeat esse modus.

D

Falsi consiliatores.

SECVNDI inimici sunt *falsi consiliatores*, qui nobis aliter suggerunt, quàm expedit animabus nostris. Ideo dicit Ambrosius in li. de officijs. Nec habeas consilium cum his, qui laqueos innocentibus præparant, vnde & per Salomonem dicitur Eccli. 11. *Non omnem hominem inducas in domum tuam:* Glossa, ad contrahendum tecum familiaritatem & amicitiam, sed solum in fidelitate probatum. *Multa enim insidiæ sunt, dolosi.* Nam secundum Glossam frequenter quærunt decipere sub prætextu amicitiæ. *Et subdit Ambrosius*: Cum viro pio assiduus esto, quæcunque seruare noueris mandata, qui est in anima tua secundum animam suam, & si offenderis condolebit tibi.

Eccli. 11.

Detrahentes & persecutores.

TERTII inimici sunt *detrahentes & persecutores*. Et istos vulgariter vocamus hostes & inimicos, qui conditiones & personas nostras lædunt, & tamen ipsis verbis frequenter nobis proficiunt. Sicut probat Boëtius lib. 4. de consolatione prosa. 6. Et beatus Gregor. super Ezechielem. Peruersorum, inquit, derogatio, vitæ nostræ approbatio est: quia iam ostenditur aliquid iustitiæ nos habere, si illis qui Deo non placent, incipimus displicere. Non enim est derogatio, sed commendatio lucis, quam odiunt & fugiunt vespertiliones. Sancti viri sunt lux mundi per lucidam famam, & sinceram conscientiam de quibus dicit Apostolus. 1. Thessal. 5. *Vos filij lucis estis, & filij diei.* Peccatores autem sunt vespertiliones, amantes semper opera tenebrarum. *Item*, non est derogatio, sed commendatio odoris vitis li cum serpentes fugiunt. Viri

boni

boni ſunt bonus odor Chriſti per bonam conuerſationem ſuam. Iuxta illud 2. Corinth. 2. *Aliis quidem ſumus odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam.* Peccatores autem ſunt ſerpentes pleni veneno peccati. *Tertio*, non eſt derogatio, ſed commendatio coloris, ſi cæci de illo mentiantur, & iudicent falſum. Peccatores ſunt cæci, Soph. 1. *Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Et Sapient. 2. *Excæcauit eos malitia eorum.* Ideò malè iudicant de ſanctis viris, ſed eorum temeraria iudicia contemnenda ſunt.

Corrigentes & correctores.

QVARTI inimici quos habemus apparenter, ſed tamen realiter ſunt amici *corrigentes & correctores* qui nos de noſtris exceſſibus & erroribus arguunt, puniunt & emendant. Veritas enim errantibus eſt odioſa, quamdiu in erroribus ſuis perſeuerant. Talis enim fuit Paulus contra Galatas, quibus dixit, ad Galat. 4. *Inimicus factus ſum vobis, verum dicens vobis.* Et Terentius in Andria dicit. *Veritas odium parit.* Et Auguſt. in homilia, quæ legitur in feſto decollationis beati Ioannis Baptiſtæ, videtur dicere, veritatem aliquos offendere & aliquos odiſſe. Sed tanta eſt virtus veritatis, quod nullus eam vere odiſſe poteſt, cum nullo modo in ſe habeat rationem mali. Nam cum quæreret Eſdras ſcriba. 2. Eſdræ. 3. & allegatur à Cypriano diſtinct. 8. capit. Conſuetudo. Quæ virtus eſt maior: Reſpondit quidam mulieris, alius regis, alius vini, alius verò veritatis. Et hanc vltimam reſponſionem Eſdras approbat dicens. *Veritas valet & inualeſcit in æternum*, ergo non poteſt odiri. Ad hoc reſpondet Doctor Ægidius in Prologo libri ſentent. quod veritas nullo modo oditur in ſe, ſed in ſuis effectibus in quantum malum non prodit, vel corripit: & ſic correctores videntur inimici, cum tamen ſunt amici. Iſti autem inimici apparenter ſunt accipiendi per beneuolentiam. Iuxta illud Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui vos oderunt*, ſcilicet malos mores veſtros.

Quos amicos ſibi quis facere debeat.

His habitis, videre quis poteſt, quos amicos quilibet debeat facere, non blandos adulatores, non falſos conſiliatores, &c. Sed pauperes, & non quoslibet pauperes debet ſibi quis facere amicos, ſed eos qui poſſunt eum in æterna tabernacula recipere. Nam ſi ipſi debent nos in regnum cœlorum recipere, oportet eos eſſe tales, qui & illuc valeant peruenire, vt ſint diſcreti, boni & humiles quales ſunt pauperes ſpiritu. Verum quia non ſemper tales pauperes occurrunt, & neceſſitas extrema alicuius pauperis interdum aliquid requirit, ideircò non ſemper ad conditionem pauperis reſpiciendum eſt, ſed potius ad neceſſitatem indigentis. Ideò dicit Hieronymus in quadam Epiſtola. Siue ille ſacerdos, ſiue cognatus, vel affinis, nihil in illo conſideres, niſi paupertatem diſcretionis, omnibus indigentibus ſuppliciter tribuamus, non quærentes, cui, ſed quare. Quisquis enim in quacunque neceſſitate morituro poteſt ſuccurrere, ſi non fecerit occidit, hoc eſt, abſque dubio verum etiam ſi ſit peccator.

Quos pauperes nobis amicos facere debeamus.

Sed diceret aliquis. Pauperes quos etiam debemus facere amicos, debent eſſe tales qui poſſunt nos in beatam vitam introducere, & illi ſunt ſancti, ſicut declarat S. Auguſtinus, de verbis Domini homilia qua dicit. Qui ſunt, qui habent æterna tabernacula, niſi ſancti Dei, & qui ſunt, qui ab ipſis recipiendi ſunt, niſi qui eorum indigentiæ ſubueniunt, & quod eis opus eſt hilariter ſubminiſtrant. Hæc ille. Et quia multi pauperes hic accipientes eleemoſynam, propter eorum demerita, nunquam veniunt ad regnum cœlorum, & plerunque etiam diuites eis dantes, priusmori-

Digitized by Google

moriuntur quàm accipientes, & quomodo poterunt ipsi pauperes recipere alios ad æterna tabernacula, quæ nec ipsimet habent? Ad hoc dicunt Doctores, & principaliter Chrysostomus quod non ipsi pauperes habent recipere eleemosynarios suos ad æterna tabernacula, sed occasione eorum pro bonis operibus in eis exercitatis, isti recipiuntur. Et ait Chrysostomus. Attendite, inquit, quod non dixit Dominus, vt suscipiant in suis mansionibus, non enim ipsi sunt qui suscipiunt, vnde cum dixisset: *Facite vobis amicos*, inde addidit, *de mammona iniquitatis*, ostendens non simpliciter, eorum amicitia patrocinabitur, nisi opera bona hos comitentur. Et secundum hoc, id quod dicit, *recipiant vos*, non refertur ad pauperes, sed ad sanctos angelos & electos Dei, qui ex huiusmodi operibus bonis fiunt amici largientium eleemosynas pauperibus. Et huic etiam summè concordat Ambrosius dicens. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*, vt largiendo pauperibus, angelorumque cæterorumque sanctorum amicitiam comparemus; & non solum gratiam angelorum, dando eleemosynam pauperibus acquirimus, sed veri amici, de quo Prou. 12. *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum regem.* Et iste quidem amicus recipit nos in æterna tabernacula.

E

Secundæ pars concionis.

Quantum ad SECVNDVM, ponit de quo amicos facere debeamus, vt cum dicit; *De mammona iniquitatis.* Vbi NOTA, quod diuitiæ dicuntur mammona iniquitatis, id est, inæqualitatis multiplici ratione. Primo diuitiæ dicuntur inæqualitatis, quia inæqualiter acquiruntur. *Vno modo*, iusto titulo & tunc de eis potest fieri eleemosyna. Et ista eleemosyna multos habet fructus.

Varij fructus eleemosynæ.

PRIMVS est peccatorum extinctio. Iuxta illud Eccli. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua. Eleemosyna resistit peccatis.*

Extinguit peccatum.

Super quo dicit Glossa. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum. Et Augustinus in sermone. Multa, inquit, sunt genera eleemosynarum, quas cum facimus adiuuamur, vt dimittantur debita nostra. Sed ea nihil est maius, quàm quod ex corde dimittimus, quod in nobis quisq; peccat. Ideò dicit Daniel ad Nabuchodonosor regem c. 4. *Peccata tua eleemosynis redime.*

Viam præparat ad gratiam.

SECVNDVS fructus est viæ ad gratiam præparatio. Sicut de Cornelio Actuum 10. Cui eleemosynæ suæ, quas quotidiè faciebat ad pœnitentiam, & gratiam viam præparabant. Ideò dictum est sibi ab angelo. *Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Et ratio illius fructus potest esse, quia misericors est illi gratiam dando sibi. Ideò dicit Ambrosius lib. de offic. Nihil ita commendant Christianam animam, quemadmodum misericordia: imò non solum acquirit homini gratiam, sed etiam in homine custodit eam. Iuxta illud Eccli. 24. *Eleemosyna viri quasi sacculus cum eo*, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit.

Auget bona temporalia.

TERTIÒ, est bonorum temporalium augmentatio. Prouer. 3. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua.* Et Luc. 6. *Date*, inquit, *Dominus, & dabitur vobis.*

F

QVARTVS fructus est intercessorum multitudo, quia dicit Hieronymus ad Nepotianum. Qui opera pietatis libenter exercet, habet multos intercessores; & impossibile est multorum preces non exaudiri, dicit Dominus, hic facite vobis amicos de mammona iniquitatis: dato enim, quod pauperes mali essent & peccatores, adhuc eleemosyna eis data, orat ad Deum, iuxta illud Eccli. 39. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te, vt eruaris ab omni malo.*

QVIN-

QVINTVS fructus est Paradisi reseratio, quia eleemosyna est ostiaria Paradisi, claudens ostium auaris, quia dicit Apostolus, 1. Corinth. 6. *Auari regnum Dei non possidebunt*. Et aperit munificis Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. De illis fructibus & alijs eleemosynis loquitur Chrysostomus super Matth. lib. 9. Eleemosyna amica Dei consistit, & semper ei propinqua est, pro quibuscunque voluerit, de facili munus gratiæ impetrabit; vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, huic cum multa fiducia cœli aperiuntur; & veluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus custodum, qui assistunt, audent dicere: Quæ tu es? Vel vnde venis? Sed omnes eam egregiè suscipiunt. Virgo est, habens alas circumscriptas per omnia, venustateque succincta, velum habens candidum atque mansuetum, pennata est & leuis, semper ante solium regalè consistit. Hæc Chrysostomus. Refert paradisum.

Secundo, diuitiæ acquiruntur titulo iniusto. Et hoc fit multis modis. PRIMO, de rapina, & de istis non est eleemosyna danda, sed restitutio est facienda; Extra de rapto. Super eo. Et de hoc supra sermone 11. H. Sed de non restituentibus legitur, quod quidam miles cuidam viduæ vaccam vnam rapuit. Quæ cum fleret & instanter peteret, vt sibi eam restitueret. Respondit ille. Et si ego illam non reciperem, alius sequens me reciperet, & vaccam retinuit, & recessit. Post obitum verò eius punitus est à diuersis dæmonibus, quorum vnus inter alios puniuit eum incessanter. Cui damnatus cur me, inquit, tàm assiduè persequeris atque punis? Respondit. Si ego hoc non facerem, & alter hoc faceret. Hæc sunt verba quæ tu protulisti, dum vaccam à paupere vidua rapuisti. SECVNDO, per vsuram & qui sic diuitias acquirunt, non possunt eleemosynas facere. Extra de vsuris. Quia in omnibus. TERTIO, per iniquam extorsionem, sicut faciunt domini tyranni, qui impij sunt in suos subditos, & sine iusta causa extorquent bona ipsorum, inde non faciunt nec facere possunt eleemosynam, sed tenentur secundum Raymundum ad restitutionem. Deinde vide supra sermone 56. S. QVARTO, per simoniam; vt si quis clericus venderet sacramenta, &c. De simonia vide supra serm. 61. G. QVINTO, per furtum, quod fit pro quacunque re parua 14. quæ. 6. cap. vlt. vbi dicitur per Hieronymum. Furtum non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim quod forto ablatum est, sed mens furantis attenditur: ideo tàm in maiori, quàm in minori tenetur, quis restituere. Ex illo patet, quod si decem ex vna auca (ein Gans) comedissent, tenetur quilibet ad restitutionem illius partis, quæ ipsum contingebat, si vult indulgentiam consequi peccatorum. Similiter de his, qui gramina de pratis aliorum metent, vel qui cum pecoribus suis damna proximis in segetibus inferunt, vel qui fructus arborum, aut agrorum, aut rapas aut castaneas, & sic de alijs subtrahunt, quod tamen necessarium æstimauerunt, & omnes tales non sunt absoluendi, nisi damna resartiant, & læsis satisfaciant competenter, quia dicitur 23. quæst. vltima. Inferens damna proximo non est absoluendus, nisi damnum secundum arbitrium læso restituat.

G

1. Miles viduæ auferens vaccam damnatus est.

2. De diuitijs vsura acquisitis non est facienda eleemosyna.

3.

4.

5. Furto ablatum restituendum.

Refert enim Cæsarius dialogorum lib. 11. cap. 48. quod rustico cuidam in villa Rocheim morituro, diabolus assistens, palum ignitum ori eius immittere minabatur. Ille culpam non ignorans, quocunq; se vertebat, diabolum cum palo præsentem habebat. Paulùm siquidem vicino cuidam subtraxerat de agro suo, vt proprium augmentaret. Cogente autem eum illa necessitate, amicos suos misit, ablatum resti-

eundem fratrem ſupplicare Abbati, dicens. Rogo te Abba dimittas me, vt ad eremum vadam. Dixit ei ille. Fili noli hoc cogitare, ignoras enim tentationes diaboli, & verſutias eius; & ſi tibi tentatio venerit, non inuenies qui te conſoletur. Ille autem cœpit amplius rogare, vt eum permitteret abire. Et Abbas conſenſit, & poſtea rogauit Abbatem vt concederet ei, qui oſtenderet ei viam. Et ordinauit vt cum eo duo fratres irent: ambulantibus autem eis per eremum vna die, altera defecerunt præ æſtu, qui proijcientes ſe in terram dormierunt. Et ecce aquila venit percutiens eos alis ſuis, euigilantes viderunt aquilam, & dixerunt adoleſcenti. Ecce angelus tuus, ſurge & ſequere illum; & ſurgens valedixit fratribus, ſequebatur eam; & veniens vſque vbi ſtabat aquila; quæ mox ſurgens volauit ad vnum ſtadium, iterumq; reſedit, ſimiliter ſequebatur eam frater ille. Et iterum volauit & ſedit non longe; Factum eſt hoc per tres horas. Poſtmodum autem diuertit ipſa aquila in dexteram partem, & frater ſequebatur eam, reſpiciensque vidit tres arbores palmarum, & fontem aquæ, & ſpeluncam modicam dicens. Ecce locus quem præparauit mihi Dominus. Ingreſſus igitur cœpit ſedere in ea ſumens cibum de arboribus, & de fonte aquam bibens, per annos ſex neminem vidit. Ecce vna die venit diabolus in ſpecie Abbatis ſenis, habens vultum terribilem; Frater timens, procidit in orationem & deinde ſurrexit. Cui dixit: Quantum tempus habes hic? Reſpondit, ſex annos. Et dæmon: Ecce, inquit, vicinum meum neſciebam, nec cogitaui, niſi ante dies quatuor, quod hic habitares, & cogitaui mecum, dicens: Vadam ad hominem Dei, cõferens cum eo, quod eſt de ſalute animæ noſtræ, & hoc dico frater. Quid proficimus in cellis noſtris ſedentes, quia corpus & ſanguinem Chriſti non percipimus, & timeo quod efficiamur exteri ab eo, ſi nos ab hoc myſterio elongauerimus. Ecce hic per tria milliaria ſunt monaſteria habentia presbyteros, eamus & communicemus die Dominico, & reuertamur ad cellas noſtras. Placuit fratri ſuaſio diaboli, euntes ingreſſi in Eccleſiam, ſe miſerunt in orationem. Exſurgensque frater ille, non inueniens comitem ſuum, dicens: Vbi putas perrexit, an ad communem neceſſitatem ambulauit? Et cum diu ſuſtineret & non inueniret, exijt foras quærens eum, & cum eum non reperiſſet, dixit ad fratres illius loci: Vbi eſt Abbas ille ſenex, qui Eccleſiam mecum ingreſſus eſt. Qui dixerunt: Nos alium non vidimus niſi te tantum. Tunc ille cognouit quia dæmon fuiſſet, dicens: Vide cum qua argutia diabolus me eiecit de cella mea, ſed tamen mihi non nocet, quia ad opera bona exiui: percipiam ergo corpus Chriſti, & ſic reuertar ad cellam. Poſt miſſam facta communione reuerti voluit, quem tenens Abbas monaſterij, dixit. Niſi reficiaris nobiſcum, non te dimittemus reuerti. Facta cibatione reuerſus eſt ad cellam. Poſt aliquot dies iterum venit diabolus, in ſpecie iuuenis ſecularis cuiuſdam, & cœpit eum inſpicere à ſummo capitis vſque ad pedes, dicens. Ipſe eſt iſte, aut non? Cui frater. Quid me ſic reſpicis? Cui ille. Ego ſum vicinus ſcilicet patris tui filius illius. Nónne pater tuus & mater tua habent nomen tale? Et ſic de fratre, & ſorore; & tu ſic vocaris: & mancipia illa ſic & ſic ſunt dicta? Mater tua & ſoror tua ante tres annos ſunt mortuæ. Pater autem tuus modo defunctus eſt, & fecit te hæredem, dicens. Cui habeam dimittere ſubſtantiam meam, niſi filio meo viro ſancto, qui reliquit ſeculum, & abijt poſt Deum? Vadant aliqui qui eum requirant, vt veniens eroget ea pauperibus, pro anima mea & ſua. Perrexerunt multi quærentes te, & minime inuenerunt, ego autem ex occaſione

Digitized by Google

sione inueni te, cognoscens te: & ne feceris moram sed veni, & vende omnia, & fac voluntatem patris tui. Respondit frater. Non necesse habeo reuerti ad seculum. Dixit ei diabolus. Si non veneris & deperierit substantia illa, tu exinde reddes rationem. Quid enim mali tibi de eo, vt veniens des egenis, vt dispensator bonus, vt non malè consumatur, & postmodum reuerteris in cellam tuam? Quid multa? Frater venit cum eo in ciuitatem, qui relictus est ab eo, & ille volens ingredi in domum Patris sui tanquam iam defuncti, & ecce pater eius viuus egressus, videns eum non cognouit. Qui dicit ad eum. Quis es tu? Ille verò turbatus, nihil potuit respondere. Qui iterum interrogans: Quis es? Cui confusus dixit. Ego sum filius tuus. Cui pater. Vt quid reuersus es? Erubuit autem dicere, quod euenit. Sed ait, charitas fecit me reuerti, quia desideraui te; & remansit ibi. Post aliquot dies incurrit fornicationem, & supplicijs multis afflictus à Patre, infelix non egit pœnitentiam ipse, sed remansit in seculo, omnia bona sua perdens, & damnatus est. Ecce quam districtam rationem Deo reddidit, qui postmodum in multa peccata lapsus fuit.

Z

Reddenda ratio de prælaturis.

QVARTO, oportet reddere rationem de prælationibus. Quia dicit Holkot super librum Sapient. lect. 8. Quia Deus interrogationem faciet de tribus, maximè si fueris dominus vel prælatus, vel in honore constitutus, vel dignitate. Dicet enim tibi *redde rationem villicationis tuæ* qualiter vixeris, & qualiter bona expenderis. *Primo*, qualiter vixeris lubricè, auarè, ambitiosè, & ludificatoriè. Ideo de talibus dicitur, Sap. 6. *Prebete aures vestras, qui tenetis multitudinem, & placetis vobis in turbis, quoniam data est potestas à Domino vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, qui cogitationes scrutabitur. Secundo*, interrogabit qualiter subditos rexeris: nam malitia subditorum vertetur pro magna parte in capita dominorum, secundum illud Sapientiæ 4. *Ex iniquis enim omnes filij qui nascentur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua*, & tàm patrum quàm filiorum in subiectorum & prælatorum. Ideo B. Augustinus in quadam Epistola ad Bonifacium Comitem carissimum dicit exhortando: Quæso, mi frater, vt omnibus subiectis & bonæ voluntatis in domo tua, à maiore vsque ad minimum, amorem vel dulcedinem regni cœlestis, & amaritudinem & timorem gehennæ annunties, & de eorum salute sollicitus ac vigil existas, quia de omnibus subiectis tibi, qui in domo tua sunt, reddes domino rationem.

Qualiter vixerit.

Subditos rexerit.

Tertio, interrogabit te Deus, qualiter tua expenderis. Sicut hic de villico diffamato apud dominum suum, quomodo dissipasset bona ipsius. *Quid*, ait, *audio de te, redde rationem villicationis tuæ.* Et ideo prouidendum est nobis diligenter contra istum computum, quem reddemus. Quia Iob 9. dicitur. *Si repentè interroget, quis respondebit ei?* Quasi diceret: Nullus. Et infrà dicit ibidem Holkot lect. 78. super illud Sap. 6. *Horrende & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui præsunt fiet.* Nam, inquit, fiet durum, quia malè intrauerunt: durius, quia malè rexerunt: durissimum, quia malè vixerunt. Tunc enim erit triplex quæstio: Quomodo intrasti; Quomodo rexisti, & Quomodo vixisti? Quomodo intrasti? per Simonias, & violentias, & fraudes, siue denarios. Quomodo rexisti? pretialiter, animosè, iniustè, & dissimulatoriè. Quomodo vixisti? sicut Christianus, vel paganus, sicut sacerdos, vel rusticus, sicut homo, an sicut pecus. *Et subdit.* Durum iudicium fiet secularibus, durius religiosis, sed durissimum malis peruersis prælatis. Dura quæstio, quia pauperibus extorsionem fecerunt: durior quia bona pauperum consumpserunt: durissima, quia Christo &

Sua expenderit.

Triplex quæstio aduersus malos Prælatos.

Digitized by Google

Ecclesiæ de perceptis non seruierunt. Dura quæstio, quia oues Christi non pauerunt, subsidio corporalis substantiæ: durior, quia non pauerunt verbo doctrinæ: durissima, quia non pauerunt eos exemplo bonæ vitæ. Dura quæstio, quia bonos non informauerunt: durior, quia malos non increpauerunt: durissima, quia ipsimet non benè vixerunt.

Quare de cogitationibus & verbis quam primum reddenda ratio.

Sed diceres. Licet rationem de cogitationibus & locutionibus facere oporteat, tamen adhuc tempus restat prolixum, quando hæc fiant, & ibi supplebo, quod hic est omissum. Ideo Dominus hoc remouendo ponit tria. *Primo*, mortis *vicinitatem*, cum dicit, IAM, quasi diceret, de proximo erit mortis terminus, quia *breues dies hominis sunt*, Iob 14. *Secundo*, ponit mansionis *impossibilitatem* ibi; NON *poteris*, scilicet hic manere, quia *non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*. Ad Hebr. 13. *Tertio*, benefaciendi *nullitatem*, cum dicit, *villicare*, id est, aliquid benefacere non poteris, quia non opus scilicet ad promerendum, nec ratio ad se excusandum, nec sapientia scilicet aliquid de æternis gustandum, nec scientia ad benè considerandum. *erit apud inferos, quo tu properas*, Eccles. 9.

Tertia pars concionis. Villicus imitandus in futurorum prouisione.

Ideo quantum ad TERTIVM principale, vbi ponitur cordis cogitatio ad futurorum prouisionem, quam fecit villicus ille, *qui ait intra se, quid faciam, &c.* Debemus & nos ipsum imitari, & primo in status nostri discussione, ad quam hortatur nos Sapiens, Eccli. 32. *Præcurre prior in domum tuam, & illuc age cogitationes tuas non in debitis & verbo superbo*. Et cap. 18. dicit idem. *Ante mortem interroga te pro omni statu vitæ tuæ, & inuenies propitiationem*, scilicet peccatorum tuorum. Et Eccli. 8. dicit idem. *Ante iudicium interroga te*. Et quomodo debet fieri illa interrogatio? Debet enim homo animam suam tanquam ream ad iudicium citare, quia citatio est iudiciarij ordinis fundamentum, vt Extra de ma. & obe. Inter quatuor. Et quia nullus debet iudicari aut fatigari sine accusatore & testibus; vt dicitur extra de accusatoribus. Si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. Ideo cogitationes accendant tanquam accusatores: sed conscientia testimonium perhibet. Timor autem debet eum torquere, à pristinaq; conuersatione peccati occidere, vt sibi sanguis exeat peccatorum. De his dicit Aug. in lib. de pœnit. Ascendat homo aduersum se tribunal mentis, constituat se ante faciem suam, atque ita constituto in corde assit accusatrix conscientiæ cogitatio, conscientia testis, carnifex timor. Inde quidam sanguis quasi confidentis excutitur per lacrymas. Ideo etiam dicit Bern. Integritatis tuę curiosus sis explorator, vitam tuam quotidiana excussione examina. Attende diligenter quantum proficias, qualis sis in moribus, & qualis in affectibus, quam similis Deo, & quam dissimilis, & quam propè & quam longè non locorum interuallis, sed motuum affectionibus & affectibus. Idem Bernardus; Ab inferioribus, inquit, ad superiora conscendam, vt possim cognoscere, vnde venio, aut quo vado. Ab interioribus ad exteriora redeam, vt videam quid sim, & vnde sim, vt sic per cognitionem mei veniam ad cognitionē Dei, & hoc fecit villicus, qui dixit intra se. *Quid faciam?* Glossa, vt pœnas euadam, aut euidem.

Hortado ab anima sua rationem exigere debet.

Villicus imitandus in mortis consideratione.

Secundo, ipsum imitari debemus in mortis cogitatione aut recordatione, quia dicit. *Aufert à me villicationem*, id est, humanæ vitæ operationem per mortem, quæ rebus temporaneis finem imponit, vt dicit Seneca. Ideo dicit B. Greg. 9. moral. c. 3. Ante prolationem irreuocabilis sententiæ prouidendum est reo, ante ianuæ clausionem festinandum est peregrino, ante vitæ terminum subueniendum est infirmo, quia

post

post mortem non est culparum damnabilium remissio. Et dicit NOTANTER *(auferri)* in præsenti, & non *(auferet)* in futuro; & hoc propter moriendi continuitatem. Quia ex illa hora ex qua homo nascitur, statim incipit mori. Iuxta illud 2. Regum 14. *Omnes morimur, & quasi aqua in terram dilabimur, quæ non reuertetur.* Idcireo Seneca, In hoc fallimur, quia mortem non inspicimus, præsentem enim diem cum morte diuidimus, nec ipsa habet partem deteriorem, quia totum tempus vitæ nostræ, quod transit, ipsa rapit; nostrum non est nisi præsens. Nullus raptor violentior ipsa, quicquid enim temporis maioribus nostris venerit, statim rapit. Et B. Hieronymus: Quotidie, inquit, morimur, quotidie enim aliqua pars vitæ nostræ deprimitur, & tunc quoque cum nos crescimus, vita decrescit. Sed qui cogitat se semper moriturum, quid mirum si de vita futura benè disponit.

Tertio, imitari ipsum debemus in impotentiæ recognitione: quia ibi erit homo impotens ad bonum opus; quia tunc non erit tempus benè operandi, *quia amodo dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis*, Apoc. 14. Nec poterit ibi ab alijs bona opera mendicare. Quia dicitur Matth. 25. Cum illæ virgines quinque fatuæ, quæ videntur habere figuram damnatorum, peterent à sapientibus dicentes: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Responsum est eis, *Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite.* Ideo in præsenti debet quilibet operari bonum secundum consilium Apostoli ad Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Et nolentes operari, remittit Salomon ad formicam, Prouerb. 6. *Vade ad formicam, O piger & disce sapientiam.* Consistit autem sapientia eius in quatuor. PRIMO, in granorum congregatione. Nam in æstate grana tritici congregat. Iuxta illud Metristæ.

Congregat in messe, quod habet formica necesse.

Ita homo in vita præsenti, quæ messi & æstati comparatur, debet colligere triticum bonorum operum, & merita futurorum præmiorum. Quia dicit Seneca. Si quæ per laborem rectè feceritis, labor citò recipiet beneficium æternum. Si quæ per voluptatem prauè feratis, voluptas citò transit. Factum autem æternaliter manebit, quasi diceret: quare potius recta & bona debetis operari. SECVNDO, sapientia eius consistit in congregatorum perforatione. Iuxta illud dictum philosophi.

Granum quodq; legit prudens formica bipartit.

Et hoc ideo facit, ne ex aspersione pluuiæ pullulent, & annihilentur, aut putrescant. Sic homo debet hic in præsenti vita gratiæ, bona opera sua gladio verbi Dei perforare. De quo ad Hebr. 4. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Et hoc debet homo ideo facere, ne pluuiæ tentationum diaboli annihilent bona sua & faciant germinare peccata; quam quidem germinationem peccatorum impedit ista perforatio Psal. *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* TERTIO, sapientia formicæ consistit in perforatorum decorticatione, vt ea scilicet grana purius comedat. Sic homo debet cortices mundanæ delectationis ab operibus remouere, vt pura eius opera inueniantur, & Christus eorum puritate pascatur. Quia dicit Cant. 2. *Qui pascitur inter lilia.* Ideo dicit Dominus, Iere. 15. *Si separaueris pretiosum ab impuro, quasi os meū eris.* QVARTO, consistit eius prudētia & sapientia in decorticati desiccatione, quia si grana sua fuerint humectata, ad solem ea ponit, & desiccat.

Ita MORALITER, si aliqua opera non sint humectata aquis peccatorum, desiccanda sunt ad verum solem Christum, quia humorem vitiorū exhibit, & grana bonorum

Villicus imitandus in recognitione impotentiæ.

Formicæ sapientia in quatuor cōsistit.

In congregatione granorum.

In congregatorum perforatione.

Psal. 118.

In perforatorum decorticatione

In decorticati desiccatione.

rum ſana reddit: quia dicit Eſa. 43. *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

Villicus imitandus in diſcreta prouiſione.

Quarto, debemus imitari hunc villicum in diſcreta prouiſione, quia dixit. *Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas.* quaſi diceret, volo miſericordiam facere pauperibus, vt poſt mortem recipiant me in domos ſuas. Vbi dicit gloſſa, regnum cœlorum eſt domus miſerorum. Iuxta illud Matth. 6. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* In hanc domum nullus poteſt ingredi niſi per opera miſericordiæ vel corporalia vel ſpiritualia. In cuius figura Salomon in ingreſſu templi fecit duo oſtialia de lignis oliuarum, 3. Reg. 6. Oleum autem ſignificat miſericordiam, per quam niſi homo pertranſierit ad templum veri Salomonis Ieſu Chriſti, non poterit peruenire, ſecundum illud dictum Petri Rauennatis. Sibi apud Deum pietatis ianuam claudit, qui viſcera miſericordiæ proximo mendicanti non aperit.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ita ſcribitur Lucæ vbi ſuprà.

A PHiloſophus in problematibus dicit. Cum alicui homini manus vel brachium detruncata fuerit, frigus in latere illo perpetuo ſuſtinebit. Cuius rationem Conſtantinus ponit in libro de naturis morborum. Nam effluente per contritionem mundo ſanguine, effluit & coexpirat calidum eiuſdem lateris vniuerſum. Vel alia ratio. Cruor fundamentum eſt atque theſaurus naturæ pariterq; caloris: cum ergo cruore vel ſanguine orbatus fuerit, ipſe calor protinus euaneſcit, & hæc ratio eſt Galeni.

MORALITER, per manum intellige quodlibet opus bonum, vel principaliter opus miſericordiæ, quod exercetur in eleemoſynarum largitione; quam quidem manum ſi quis ſibi abſtulerit, videlicet non dando eleemoſynas egenis, frigus in ſe finaliter æternæ pœnalitatis & miſeriæ ſuſtinebit. Sicut teſtatur B. Auguſtinus in libro 83. quæſtionum. Illi autem in quo charitas extincta fuerit erga proximum, perpetuæ profecto pœnalitatis imminebit ſupplicium & tormentum. Et figuratum hoc eſt de illo qui in nuptijs inuentus fuit, non habens veſtem nuptialem, ad quem Dominus ait: *Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Et dixit Dominus. Ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium,* ſcilicet ratione frigoris, Matth. 22. Quid eſt veſtis nuptialis, niſi charitas apud proximum, qua ſuæ miſeriæ ſubuenitur, quam ſi quis non habuerit, in æternum frigus mittetur. Vbi ab *aquis niuium frigidis transeunt ad calorem nimium,* Iob 24. Ideo Dominus in verbis prælibatis hortatur nos ad charitatis oſtenſionem proximis, per eleemoſynarum largitionem, cum dicit. *Facite vobis amicos.* Et tria facit breuiter. *Primo*, vt amicos nobis faciamus, ibi; *Facite vobis. Secundo*, de quo nos facere debemus, ibi; *De mammona iniquitatis. Tertio*, ad quod eorum indigemus, ibi; *Vt cum defeceritis.*

PRE-

PRIMO ergo hortatur vt amicos nobis faciamus cum dicit, *Facite vobis amicos.* B
Vbi NOTA in electione amici tria sunt attendenda. PRIMO, vt ille qui eligitur sit prudens & discretus, quia amicitiæ stultorum solent esse obnoxiæ: qui enim cum stultis versatur, similis eis efficitur. SECVNDO, vt ille sit bonus, quia amicitia bonorum cum malis est periculosa, quia ipsi ex malorum familiaritate in vita conscientia corrumpuntur, & in fama obfuscantur. Quod probat Chrysostomus super Matthæum per duo exempla. *Primum.* Si vinum admiscetur aceto, vinum non corrumpit acetum, sed acetum vinum. Acetum significat malos, qui Deum in suis malis operibus exacerbant, Psalmista attestante quitait. *Exacerbat Dominum peccator.* Sed per vinum significantur boni, qui Deum lætificant per bonam conscientiam, & proximum per bonam famam Iudic. 9. *Nunquam possum deserere vinum meum?* Quando ergo boni miscentur cum malis, licet mali interdum ex hoc meliorentur, quia *cum sancto sanctus eris:* tamen boni sæpius in fama corrumpuntur. Iuxta illud Apostoli 1. Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* SECVNDVM exemplum est, quod si admisceatur farina luto, farina non coinquinat lutum, sed lutum farinam.

In amici electione tria obseruanda. 1. Vt sit prudens. 2. Bonus. Psal. 17.

MORALITER boni sunt farina, qui mola scilicet timoris & amoris se conterunt, & ad candorem cor suum deducunt, & ideo suauem panem faciunt. Sed lutum scilicet sunt mali in conspectu Dei, sordidi & fœtidi, pedibus dæmonum conculcati, & in cloacam inferni proijciendi. Cum ergo bonis commiscentur quamuis mali quandoque dealbentur, tamen sæpe in conscientia boni coinquinantur, iuxta illud. 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* TERTIVM exemplum addit Gregorius, quia si aurum argento misceatur, argentum ad auri caritatem exsurgit, aurum autem expallescit. Aurum moraliter sunt viri sancti, in fama fulgidi, & in vita precioſi. Argentum autem sunt mali, qui bonos denigrant. Quando ergo boni miscentur cum malis, quamuis mali videantur lucere, tamen boni videntur pallescere. Quia dicit Tullius de amicitia. Hoc sentio, amicitiam nisi in bonis esse non posse, quomodo erit amicus, qui sibi est inimicus. Hæc ille.

Aurum viros sanctos, argentum malos designat.

Sæpe tamen contingit quod boni admiscentur cum malis, & tamen nec boni malos conuertunt, nec mali bonos corrumpunt. Quod per tria exempla potest videri. *Vinum* enim est cum fæce, & fæx non aufert vini dulcedinem, nec vinum fæci acedinem. *Sic rosa* morantur cum spinis, nec spinæ auferunt rosis quin redoleant, nec rosæ spinis quin pungant. *Sic aurum* quando occultatur in luto, lutum non aufert auro suum colorem, nec aurum luto fœtorem. *Sic sæpe* mali morantur cum bonis, nec mali possunt aufferre bonis sanctitatem, nec boni malis iniquitatem. TERTIO, in electione amici videndum est ne sit superbus: quia nullus conuenit cum amicitia, & superbus nescit esse socius: vult enim esse Dominus. Prou 11. *Vbi, fuerit superbus ibi contumelia.* Ideò dicit Ambrosius, lib. 3. de officijs. Amicitiam superbia nescit. Et dicit notanter. *Facite vobis amicos.*

3. Ne sit superbus.

C

Vbi NOTA, quod Robertus Holkot super lib. Sap. lect. 131. dicit, quod inter omnia præsentis vitæ necessaria, maximè foret vtile scire discernere inter amicos & inimicos. Quia frequenter amicos credimus illos, qui sunt realiter inimici, & illos inimicos aliquoties æstimamus, qui nobis realiter sunt amici. *Et subdit.* Sunt enim duo genera hominum qui apparent amici, & sunt hostes & inimici. Et duo genera hominum videntur inimici, & sunt amici, *Et idem,* Quidam realiter & quidam apparenter

Magna Carta.

Magna Carta.

Magna Carta.

boni ſunt bonus odor Chriſti per bonam conuerſationem ſuam. Iuxta illud 2. Corinth. 2. *Alijs quidem ſumus odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam.* Peccatores autem ſunt ſerpentes pleni veneno peccati. *Tertio*, non eſt derogatio, ſed commendatio coloris, ſi cæci de illo mentiantur, & iudicent falſum. Peccatores ſunt cæci, Soph. 1. *Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Et Sapient. 2. *Excecauit eos malitia eorum.* Ideò malè iudicant de ſanctis viris, ſed eorum temeraria iudicia contemnenda ſunt.

Corrigentes & correctores.

QVARTI inimici quos habemus apparenter, ſed tamen realiter ſunt amici *corrigentes & correctores* qui nos de noſtris exceſſibus & erroribus arguunt, puniunt & emendant. Veritas enim errantibus eſt odioſa, quamdiu in erroribus ſuis perſeuerant. Talis enim fuit Paulus contra Galatas, quibus dixit, ad Galat. 4. *Inimicus factus ſum vobis, verum dicens vobis.* Et Terentius in Andria dicit. *Veritas odium parit.* Et Auguſt. in homilia, quæ legitur in feſto decollationis beati Ioannis Baptiſtæ, videtur dicere, veritatem aliquos offendere & aliquos odiſſe. Sed tanta eſt virtus veritatis, quod nullus eam vere odiſſe poteſt, cum nullo modo in ſe habeat rationem mali. Nam cum quæreret Eſdras ſcriba. 2. Eſdræ. 3. & allegatur à Cypriano diſtinct. 8. capit. Conſuetudo. Quæ virtus eſt maior: Reſpondit quidam mulieris, alius regis, alius vini, alius verò veritatis. Et hanc vltimam reſponſionem Eſdras approbat dicens. *Veritas valet & inualeſcit in æternum*, ergo non poteſt odiri. Ad hoc reſpondet Doctor Ægidius in Prologo libri ſentent. quod veritas nullo modo oditur in ſe, ſed in ſuis effectibus in quantum malum non prodit, vel corripit: & ſic correctores videntur inimici, cum tamen ſunt amici. Iſti autem inimici apparenter ſunt accipiendi per beneuolentiam. Iuxta illud Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui vos oderunt*, ſcilicet malos mores veſtros.

Quos amicos ſibi quis facere debeat.

His habitis, videre quis poteſt, quos amicos quilibet debeat facere, non blandos adulatores, non falſos conſiliatores, &c. Sed pauperes, & non quoslibet pauperes debet ſibi quis facere amicos, ſed eos qui poſſunt eum in æterna tabernacula recipere. Nam ſi ipſi debent nos in regnum cœlorum recipere, oportet eos eſſe tales, qui & illuc valeant peruenire, vt ſint diſcreti, boni & humiles quales ſunt pauperes ſpiritu. Verum quia non ſemper tales pauperes occurrunt, & neceſſitas extrema alicuius pauperis interdum aliquid requirit, idcirco non ſemper ad conditionem pauperis reſpiciendum eſt, ſed potius ad neceſſitatem indigentis. Ideò dicit Hieronymus in quadam Epiſtola. Siue ille ſacerdos, ſiue cognatus, vel affinis, nihil in illo conſideres, niſi paupertatem diſcretionis, omnibus indigentibus ſuppliciter tribuamus, non quærentes, cui, ſed quare. Quisquis enim in quacunque neceſſitate morituro poteſt ſuccurrere, ſi non fecerit occidit, hoc eſt, abſque dubio verum etiam ſi ſit peccator.

Quos pauperes nobis amicos facere debeamus.

Sed diceret aliquis. Pauperes quos etiam debemus facere amicos, debent eſſe tales qui poſſunt nos in beatam vitam introducere, & illi ſunt ſancti, ſicut declarat S. Auguſtinus, de verbis Domini homilia qua dicit. Qui ſunt, qui habent æterna tabernacula, niſi ſancti Dei: & qui ſunt, qui ab ipſis recipiendi ſunt, niſi qui eorum indigentiæ ſubueniunt, & quod eis opus eſt hilariter ſubminiſtrant. Hæc ille. Et quia multi pauperes hic accipientes eleemoſynam, propter eorum demerita, nunquam veniunt ad regnum cœlorum, & plerunque etiam diuites eis dantes, prius mori-

moriuntur quàm accipientes, & quomodo poterunt ipsi pauperes recipere alios ad æterna tabernacula, quæ nec ipsimet habent? Ad hoc dicunt Doctores, & principaliter Chrysostomus quod non ipsi pauperes habent recipere eleemosynarios suos ad æterna tabernacula, sed occasione eorum pro bonis operibus in eis exercitatis, isti recipiuntur. Et ait Chrysostomus. Attendite, inquit, quod non dixit Dominus, vt suscipiant in suis mansionibus, non enim ipsi sunt qui suscipiunt, vnde cum dixisset: *Facite vobis amicos*, inde addidit, *de mammona iniquitatis*, ostendens non simpliciter, eorum amicitia patrocinabitur, nisi opera bona hos comitentur. Et secundum hoc, id quod dicit, *recipiant vos*, non refertur ad pauperes, sed ad sanctos angelos & electos Dei, qui ex huiusmodi operibus bonis fiunt amici largientium eleemosynas pauperibus. Et huic etiam summè concordat Ambrosius dicens. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*, vt largiendo pauperibus, angelorum cæterorumque sanctorum amicitiam comparemus; & non solum gratiam angelorum, dando eleemosynam pauperibus acquirimus, sed veri amici, de quo Prou. 12. *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum regem.* Et iste quidem amicus recipit nos in æterna tabernacula.

E Secundæ pars concionis.

Quantum ad SECVNDVM, ponit de quo amicos facere debeamus, vt cum dicit; *De mammona iniquitatis.* Vbi NOTA, quod diuitiæ dicuntur mammona iniquitatis, id est, inæqualitatis multiplici ratione. Primo diuitiæ dicuntur inæqualitatis, quia inæqualiter acquiruntur. *Vno modo*, iusto titulo & tunc de eis potest fieri eleemosyna. Et ista eleemosyna multos habet fructus. PRIMVS est peccatorum extinctio. Iuxta illud Eccli. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua. Eleemosyna resistit peccatis.* Super quo dicit Glossa. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum. Et Augustinus in sermone. Multa, inquit, sunt genera eleemosynarum, quas cum facimus adiuuamur, vt dimittantur debita nostra. Sed ea nihil est maius, quàm quod ex corde dimittimus, quod in nobis quisq; peccat. Ideò dicit Daniel ad Nabuchodonosor regem c. 4. *Peccata tua eleemosynis redime.*

Varij fructus eleemosynæ. Extinguit peccatum.

Viam præparat ad gratiam.

SECVNDVS fructus est viæ ad gratiam præparatio. Sicut de Cornelio Actuum 10. Cui eleemosynæ suæ, quas quotidiè faciebat ad pœnitentiam, & gratiam viam præparabant. Ideò dictum est sibi ab angelo. *Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Et ratio illius fructus potest esse, quia misericors est illi gratiam dando sibi. Ideò dicit Ambrosius lib. de offic. Nihil ita commendant Christianam animam, quemadmodum misericordia: imò non solum acquirit homini gratiam, sed etiam in homine custodit eam. Iuxta illud Eccli. 24. *Eleemosyna viri quasi sacculus cum eo*, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit.

Auget bonæ temporalia.

TERTIÒ, est bonorum temporalium augmentatio. Prouer. 3. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua.* Et Luc. 6. *Date*, inquit, *Dominus, & dabitur vobis.*

F

QVARTVS fructus est intercessorum multitudo, quia dicit Hieronymus ad Nepotianum. Qui opera pietatis libenter exercet, habet multos intercessores; & impossibile est multorum preces non exaudiri, dicit Dominus, hic facite vobis amicos de mammona iniquitatis: dato enim, quod pauperes mali essent & peccatores, adhuc eleemosyna eis data, orat ad Deum, iuxta illud Eccli. 39. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te, vt eruaris ab omni malo.*

QVIN-

Digitized by Google

QVINTVS fructus est Paradisi reseratio, quia eleemosyna est ostiaria Paradisi, claudens ostium auaris, quia dicit Apostolus, 1. Corinth. 6. *Auari regnum Dei non possidebunt*. Et aperit munificis Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. De illis fructibus & alijs eleemosynis loquitur Chrysostomus super Matth. lib. 9. Eleemosyna amica Dei consistit, & semper ei propinqua est, pro quibuscunque voluerit, de facili munus gratiæ impetrabit; vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, huic cum multa fiducia cœli aperiuntur; & veluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus custodum, qui assistunt, audent dicere: Quæ tu es? Vel vnde venis? Sed omnes eam egregiè suscipiunt. Virgo est, habens alas circumscriptas per omnia, venustateque succincta, velum habens candidum atque mansuetum, pennata est & leuis, semper ante solium regalè consistit. Hæc Chrysostomus. Refert patrem. tadisum.

Secundo, diuitiæ acquiruntur titulo iniusto. Et hoc fit multis modis. PRIMO, de rapina, & de istis non est eleemosyna danda, sed restitutio est facienda; Extra de rapto. Super eo. Et de hoc supra sermone 11. H. Sed de non restituentibus legitur, quod quidam miles cuidam viduæ vaccam vnam rapuit. Quæ cum fleret & instanter peteret, vt sibi eam restitueret. Respondit ille. Et si ego illam non reciperem, alius sequens me reciperet, & vaccam retinuit, & recessit. Post obitum verò eius punitus est à diuersis dæmonibus, quorum vnus inter alios puniuit eum incessanter. Cui damnatus cur me, inquit, tàm assiduè persequeris atque punis? Respondit. Si ego hoc non facerem, & alter hoc faceret. Hæc sunt verba quæ tu protulisti, dum vaccam à paupere vidua rapuisti. SECVNDO, per vsuram & qui sic diuitias acquirunt, non possunt eleemosynas facere. Extra de vsuris. Quia in omnibus. TERTIO, per iniquam extorsionem, sicut faciunt domini tyranni, qui impij sunt in suos subditos, & sine iusta causa extorquent bona ipsorum, inde non faciunt nec facere possunt eleemosynam, sed tenentur secundum Raymundum ad restitutionem. Deinde vide supra sermone 56. S. QVARTO, per simoniam; vt si quis clericus venderet sacramenta, &c. De simonia vide supra serm. 61. G. QVINTO, per furtum, quod fit pro quacunque re parua 14. quæ. 6. cap. vlt. vbi dicitur per Hieronymum. Furtum non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim quod forto ablatum est, sed mens furantis attenditur: ideo tàm in maiori, quàm in minori tenetur, quis restituere. Ex illo patet, quod si decem ex vna auca (ein Gans) comedissent, tenetur quilibet ad restitutionem illius partis, quæ ipsum contingebat, si vult indulgentiam consequi peccatorum. Similiter de his, qui gramina de pratis aliorum metent, vel qui cum pecoribus suis damna proximis in segetibus inferunt, vel qui fructus arborum, aut agrorum, aut rapas aut castaneas, & sic de alijs subtrahunt, quod tamen necessarium æstimauerunt, & omnes tales non sunt absoluendi, nisi damna resartiant, & læsis satisfaciant competenter, quia dicitur 23. quæst. vltima. Inferens damna proximo non est absoluendus, nisi damnum secundum arbitrium læso restituat.

G

1. Miles viduæ auferens vaccam damnatus est.

2. De diuitijs vsura acquisitis non est facienda eleemosyna.

3.

4.

5. Furto ablatum restituendum.

Refert enim Cæsarius dialogorum lib. 11. cap. 48. quod rustico cuidam in villa Rocheim morituro, diabolus assistens, palum ignitum ori eius immittere minabatur. Ille culpam non ignorans, quocunq; se vertebat, diabolum cum palo præsentem habebat. Paulùm siquidem vicino cuidam subtraxerat de agro suo, vt proprium augmentaret. Cogente autem eum illa necessitate, amicos suos misit, ablatum restituere

tuere promiſit, & veniam poſtulauit. Quibus ille reſpondit. Non ignoſco, ſinite eum benè torqueri. Iterum terretur à diabolo vt prius, iterum mittit ſibi nuncios, veniam poſtulando, ſed non conſequitur. *Tertio*, cum lacrymis venientibus & dicentibus, quod miſer non poteſt viuere, nec mori ei licebat. Reſpondit. Iam benè vindicatus ſum, modo remittam. Ab illa hora omnis terror diaboli receſſit. O ſi ille pro vno palo ablato tantum territus fuit à diabolo & punitus. Quid tunc de illis fiet, qui totis deſtructis ſepibus proximorum de hortis auferunt poma pira, fructusq; eorum. Et certè audeo dicere confidenter, quod omnes fructus illi, quos furtiuè aut cum violentia auferunt ab alienis, aut vicinis, igniti tradentur eis à dæmonibus in inferno, ſicut laico prædicto obtulerunt palum ignitum, quia *per quæ quis peccat per hæc & torquetur*, Prouerb. 11. Et ſicut illi per fructus ablatos peccauerunt, iuſtum eſt, vt per eos puniantur.

6. Res pauperibus ablatæ integræ eidem reſtituendæ.

SEXTO, acquiruntur diuitiæ iniuſto titulo, quando inuenta non reſtituuntur. De omnibus illis rebus, vt raptis, furtis, & ſic de alijs, non eſt eleemoſyna facienda: attamen ſi huiusmodi res pauperibus ablatæ, integræ reſtituantur eiſdem, & humiliter petatur remiſſio iniuriarum, emendam condignam nihilominus offerendo: Quod ſi cum ratione fiat, non dubito, quin illi pauperes lætanter fiunt amici reſtituentis, & meretur reſtituens non quidem ex reſtitutione rei non ſuæ, ſed ex humilitate & ex benevolentia pœnitentis. Et iſte eſt *vnus modus*, quo mediante debemus nobis facere amicos de mammona iniquitatis. *Alius modus* eſt, cum ignoratur cui ſit reſtituendum, tunc de conſilio Eccleſiæ puta Epiſcopo, maioribus, vel etiam confeſſoribus, de minoribus rebus talia ablata ſunt pauperibus eroganda, vt 12. quæ. 2. Conceſſo. Extra de raptoribus, cap. 1. Si autem eſt certum, & perſona cui debet fieri, reſtitutio ſcitur, tunc confeſſor non poteſt dare dilationem, nec poteſt remittere in toto, vel in parte, ſed debet debitor petere à ſpoliato dilationem, & ſi ille remittit in toto, vel in parte, liberatur ille in foro conſcientiæ. Vt Extra de ſolutione, cap. Odoardus. *Tertius modus*, cum aliquis contra prohibitionem Eccleſiæ, vel de actu illicito lucratur aliquid, vt puta, laborando diebus feſtiuis, vel de meretricio, vel de ſimilibus, de quibus non tenetur ad reſtitutionem. De talibus facienda ſunt medicamenta, vnde facta ſunt vulnera, quod fit dando de eis eleemoſynam pauperibus. Quia dicit Auguſtinus 14. q. 5. Non ſanè; quod meretrix poteſt facere eleemoſynam, ſed non ſuper altare, Deut. 23. *Non offeres mercedem proſtibuli.* His tribus modis de mammona iniquitatis, id eſt, de bonis iniquè acceptis, pauperes poſſunt acquiri amici. Iuxta præceptum dicentis. *Facite vobis amicos de mammona, &c.* Secundo, diuitiæ dicuntur iniquitatis, id eſt, inæqualitatis, quia inæqualiter poſſidentur; nam vnus poſſidet cum honore, alter cum dedecore: vnus cum bona, alter cum læſa conſcientia; vnus vt pauperum adiutor, alter vt eorum depreſſor; vnus cum timore Dei poſſidet, alter cum iactantia & tumore.

Cum ignoratur cui ſit reſtituendum, quid fieri debet?

Tertio, dicuntur iniquitatis, quia inæqualiter acquiruntur, vel expenduntur: alij enim expendunt *cum meretricibus*, ſicut ille, Lucæ 15. Alij cum luſoribus & hiſtrionibus, comeſſationibus ebrietatibus, & ſic de alijs, de quibus dicit Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, cap. 63. Grauiter in Deum delinquunt, qui diuitias ſibi à Deo conceſſas, non in rebus ſalutaribus, ſed in rebus prauis derelinquunt & vtuntur, vt inde magis augeant delicta, vnde ea redimere debuerunt.

DOMI-

DOMINICA X. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens; si cognouisses & tu. Glossa fleres, Lucæ 19.

H

COnstantinus in libro de naturis liquidorum dicit, quod qui multum pollet humiditate cerebri, magis citius alijs lacrymatur. Sed hæc lacryma interdum accidentaliter in aliquibus hominibus impeditur, licet cerebrum humidum habeant: & hoc probat Fontinus in descriptione vniuersi, de interficiendis. Cum, inquit, ad mortem compellendus ducitur, lacrymam emittere minimè potest, & ratio est. Nam timore quodam valido totum humidum capitis ad cordis transmittitur regionem, quo transmisso tales non possunt flere.

MORALITER per illos, qui pollent cerebri humiditate, possunt homines deuoti & compassiui meritò intelligi, quia tales magis videntur in lacrymis, tàm pro peccatis proprijs, quàm etiam alienis humidare, quorum vnus fuit, Ierem. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?* Alius fuit Iob cap. 30. *Flebam*, inquit, *super eo quondam qui afflictus erat.* Illo etiam modo Dauid in humiditate deuotionis abundauit, cum mortem filij sui Absalonis deplanxit, 2. Regum 18. dicens. *Fili mi Absalon, quis det mihi, vt moriar pro te?* Plangebat enim, vt dicit Glossa, mortem eius spiritualem, quia mortuus erat in peccato mortali, actualiter persequendo Patrem. Et ponitur hoc sex vicibus, *Absalon fili mi*, propter sex conditiones pœnarum, quæ sunt in gehenna, videlicet pœna sensus, pœna damni, stridor dentium, & fletus, & exteriores tenebræ, & duratio sine fine. Sed per illos qui ducuntur ad mortem, intelliguntur peccatores mortales, qui quotidiè ducuntur ad mortem æternam; quemadmodum bos ad victimam: & tales minimè flent pro peccatis suis, sed *lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis*, Prouerb. 2. Et licet de fletu talium interdum legitur, vt de fletu Esau ad Hebræos 12. *Non*, inquit, *inuenit pœnitentiæ locum, quamuis eum lacrymis inquisisset eam*, non tamen fleuit pro peccato: quia dicit Glossa, quod lacrymæ Esau non procedebant ex dolore culpæ commissæ, sed solum propter damnum temporale eo quod *primogenita vendidisset*, Gen. 27. Ita ad propositum Christus, qui abundauit in humiditate compassionis, fleuit vberrimè super inhabitatores Hierusalem ciuitatis. Et è conuerso ipsi inhabitatores minimè flebant, quia ad mortem perpetuam ducebantur, & non solum perpetuam, sed etiam temporaneam, qua occidendi erant à Romanis. Ideo dicit Euangelium; *Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam.* In quo duo tanguntur. *Primo*, Dominicæ passionis lacrymatio, ibi; *Videns Iesus ciuitatem. Secundò*, Iudaicæ destructionis perditio, ibi; *Et quidem.*

Sex conditiones pœnarum in inferno.

Circa PRIMVM notandum. Christus Saluator noster nunquam legitur hic in terris risisse, sed multis vicibus inuenitur fleuisse. Et *Primo* in sua generatione: & hoc propter tria, vt dicit Holkot super illud, Sap. 7. *Et primam vocem similem omni-*

I

Christus nunquam legitur risisse,

Digitized by Google

sed sæpius fleuisse.

I. Christus fleuit in Natiuitate,

bus plorans emisit, lectione 90. PRIMO, vt se verum hominem ostenderet, vt quia verus Deus & homo, scinit hæreses surgere, qui eum non verum corpus, sed fantasticum dicerent assumpsisse: quorum hæresim volens damnare, instar veri hominis dignatus est flere. Et contra hunc errorem dicit Magister lib. 3. sent. dist. 2. cap. 3. Verissimè & absque omni ambiguitate dicitur, quod ex quo hominem assumpsit, & totum assumpsit, simul quod sibi vniuit animam & carnem, nec caro prius fuit concepta, & postmodum assumpta, sed in conceptione assumpta, & in assumptione concepta. Et B. Ephrem in quodam sermone de transfiguratione, probat Christum verum Deum & verum hominem, dicens. Si non erat Deus, Gabriel quem Deum vocat? Et si non erat homo, Maria quem in ventre gestabat? Si non erat Deus, Magi quem adorabant? Si non erat homo, Ioannes quem baptizabat? Si non erat Deus, pectora quis relaxabat? Si non erat homo, in deserto quis ieiunabat aut esuriebat? Si non erat Deus, mare & venti cui obedinnt? Si non erat homo, in naui quis dormiebat? Si non erat Deus, mortuos quis suscitabat? Si non erat homo, cibos quis faciebat? Si non erat Deus, regnum cœlorum quis latroni donabat? Si non erat homo, in cruce quis pendebat & flebat? SECVNDO, ideo in sua natiuitate flebat, vt lacrymas magis antenticas redderet, & principaliter pœnitentibus, cum ipse qui nihil malè fecit, flere voluit. Ideo dicit super Cant. Lacrymæ pœnitentiæ, vinum sunt angelorum, & in ipsis est odor vitæ, sapor gratiæ, gustus indulgentiæ, & suauitas innocentiæ. TERTIO, vt in se credituros, in suum amorem accenderet, quia istæ lacrymæ fuerunt signum suæ compassionis, quam habuit super miseriam generis humani.

MORALITER. Hic docemur, ex quo omnis Christi actio nostra est instructio: vt dicit Augustinus super Ioannem, quia Christus defleuit nostram miseriam in sua natiuitate, quod etiam nos eam defleamus: quod *homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs*, Iob 14. Et quæ sint illæ miseriæ, ostendit Innocentius de vilitate humanæ conditionis. Hic, inquit, sollicitudo molestat, victus exterret, tremor concutit, dolor affligit, conturbat tristitia, & seruus diues, & Dominus coniugatus, & continens. Deinde bonus & malus, omnes namque mundanis cruciatibus affliguntur.

K

II. In Lazari suscitatione

SECVNDO. fleuit Dominus in Lazari suscitatione, Ioan. 11. vbi dicitur. *Et lacrymatus est Iesus.* Et hic fletus fuit amoris quia Lazarum dilexit, qui mortuus fuit. In hoc fletu Christi docemur, vt mortem animæ defleamus: quia dicit Innocentius: vbi supra cap. 25. Sciat se culpabiliter durum, & durè culpabilem, qui corporalem amici sui mortem deplorat, & spiritualem animæ suæ mortem non deflet. Et NOTA, quod anima nostra rectè Lazaro mortuo comparatur. PRIMO, quia Lazarus languit, Ioan. 11. *Erat quidam languens Lazarus à Bethania*: & anima nostra nũquam moritur, quin langueat per tepiditatem. Propter defectum enim feruoris charitatis, sic fit pigra & accedioſa ad benefaciendũ. Ideo dicitur Apoc. 3. *Quia tepidus es*, id est otiosus, *incipiam te euomere ex ore meo*, id est, à me te eijcere sicut quoddam abominabile. SECVNDO, qui sicut Lazarus post languorem mortuus fuit, ita anima post languorem tepiditatis incidit in mortem iniquitatis. Iuxta illud Iacob. 1. *Concupiscentia cum conceperit*, id est, inoluerit, *parit peccatum*, id est, inducit ad consensum perfectum, *peccatum autem cum consummatum fuerit*, scilicet in opere, *generat mortem*, scilicet spiritualem animæ. TERTIO, sicut Lazarus fuit, & sepultus, sic anima sepelitur, cum se-

nimi-

nimium terrenis cupiditatibus implicat. QVARTO, ſicut Lazaro fuit lapis ſuperpoſitus, ita animæ mortuæ in peccatis ſuperponit diabolus lapidem obſtinationis, dicens, vt dicit Auguſtinus in libro de conflict. vitiorum & virtutum cap. 14. Quæ & quanta, ô peccator, commiſiſti, quàm grauia crimina, quàm innumeroſa delicta, & penè in melius necdum vitam mutaſti, nedum conuerſationem vtiliter correxiſti. Ecce enim, vt cernis, mala ſemper conſuetudine alligatus teneris, conaris exſurgere, ſed peccatorum oneribus prægrauatus, relaberis. Quid ergo agendum eſt, quoniam de præteritis certa damnatio imminet, & de præſentibus emendatio nulla ſuccurrit, niſi vt admittantur rerum temporalium voluntates, dum conſequi nequeunt futuri ſeculi oblationes? Ecce qualiter diabolus ſuperponit animæ mortuæ in peccatis lapidem obſtinationis & deſperationis, & ſic fœtet quatriduanus, quia peccauit cogitatione, conſenſu, opere & conſuetudine. Idcircò debet ad conſuetudinem Ieſu, qui interpretatur Saluator, ipſe peccator facere, qui vult animam ſuam ſaluam facere à peccatis ſuis.

Animæ mortuæ in peccatis ſuperponit diabolus lapidem obſtinationis.

Sed quid fecit Ieſus? Dicit, quod fremuit, triſtatus fuit, fleuit, clamauit, & gratias egit: vt patet Ioan. 11. PRIMO, ergo debet peccator fremere propter peccati vilitatem, vt dicitur Ierem. 2. *Quia vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* Ita fremuit Hugo, in libro ſoliloquij de arrha animæ, contra vilitatem culpæ. Tam vilis & tam turpis facta es, quod ſponſi huius amplexus digna non es amplius: meretrix facta es, & præ nimijs fornicationibus tuis, laxatâ ſunt vbera tua, genæ tuæ macidæ, languentes, ſtupentes, oculi tui, labia pallore obducta. Exſiccata cutis, virtus infecta, & ipſis quoque amatoribus tuis odioſa.

I. Peccator vt reuiuiſcat, quid faciet? 1. Fremere debet propter peccati vilitatem.

SECVNDO, debet ſe conturbare propter pœnæ acerbitatem, quia acerbas pœnas anima ſuſtinebit, quæ ſe hic pro peccato turbare noluit. De his pœnis loquitur Bernardus, in ſermone de ſpirituali negotiatione. O gehennalis regio, gehenna fugienda, & horrenda, terra miſeriæ, & tenebrarum, locus letifer, terra obliuionis, vbi eſt ignis ardens, frigus vrgens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confuſio peccatorum, innodatio vinculorum, horribiles facies dæmonum.

2. Se conturbare propter pœnæ acerbitatem.

TERTIO, debet flere propter damni multiplicitatem. Multiplex enim damnum infert peccatum animæ, propter quod meritò deberet flere, quia dicit Petrus Damianus. Lacrymarum quippe nitor, animam ab omni labe purgat & purificat, & ad ferendum virtutum gramina, miſericorditer arium fœcundat. Sed ſunt nonnulli, qui faciunt deflere damna temporis non peccati, de quibus dicitur de pœnit. diſtinct. 1. §. Iterum opponitur. in fine. Sciat ſe culpabiliter durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati non oſtendit in lacrymis. Non itaque eſt vt quis ſe excuſet fontem habere lacrymarum, qui oſtendit nunquam lacrymis dolorem amore temporalium.

3. Flere debet peccator propter dāni multiplicitatem.

QVARTO, debemus clamare propter auditorum pietatem, quia dicit Pſalm. 90. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum.* Et iſte clamor debet primò principaliter coram Confeſſore fieri, vt homo culpabilem ſe reddat, & peccata foris mortua producat, ne diabolus coram ſummo iudicio clamando eum accuſet. Ideo dicit Origenes, ſuper Leuit. Pronuntians peccatum, peccati remiſſionem meretur: præuentus enim diabolus & accuſator, vltra nos accuſare non poterit. Et ſi ipſi noſtri accuſatores

4. Clamare propter auditorum pietatem.

Digitized by Google

sumus, nobis proficit ad salutem. Si verò exspectamus, vt à diabolo accusemur, accusatio illa accedit nobis ad pœnam. Habebit nos socios gehennæ, quos conuicit socios criminum habuisse. Hæc Origenes.

5. Deo pro culpæ remissione gratias agere.

QVINTO, gratias Deo debet agere propter gratiæ remissibilitatem. Nam culpa remittitur, cum homo purè confitetur: & hæc remissio principaliter procedit à Deo, propter quam sibi gratias reddere debemus. Quia dicit B. Augustinus, contra Iulianum, & habetur de consecrat. dist. 4. cap. Nemo tollit peccata nisi solus Deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit autem dimittendo, quæ facta sunt, & adiuuat ne fiant. Iuxta illud Apostoli. *Gratias agite, hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.* 1. Thess. 5.

III. Christus fleuit super ciuitatem Hierusalem.

TERTIO, fleuit Dominus super ciuitatem Hierusalem, vt in Euangelio hodierno; & hic fuit fletus compassionis, quia futuram Iudæorum miseriam deflebat; in quo docemur, vt miseris compatiamur, vt patet de elephantibus sermone. 12. E.

M Compati debemus.

EST enim NOTANDVM, quod compati debemus quintuplicibus, & *primo* captiuis eos liberando. Exemplum illius dedit nobis primo Abraham, de quo. Gen. 14. Qui cum audisset captum Loth fratrem suum, *numerauit expeditos vernaculos trecentos decem & octo, & persecutus est inimicos & irruit super eos nocte, & percussit; & reduxit Loth & substantiam eius.* Secundò, exemplum dedit nobis Tobias qui omnia, quæ habere poterat *captiuis impertiebatur.* Tobiæ. 1. *Secundo*, compati debemus tribulatis, eos consolando, quia legitur Gen. 37. quod Ruben compatiebatur Ioseph, qui missus fuit à fratribus in cisternam, ad quam cum venisset, & eum non inuenisset, compatiendo dixit, *Puer non comparet, & quo ego ibo,* & scidit vestimenta sua. *Tertio*, compati debemus peccatoribus, vt resurgant adiuuando. Et sic legitur. 1. Regum. 15. quod Samuel compassus est Saul, cum mandatum Domini præteriisset. Vbi dicitur. *Contristatus est Samuel cum audisset verbum Domini dicens. Pœnitet me Saul constituisse regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Quartò*, compati debemus infirmis, eis ministrando. Exemplo Samaritani, qui vulneratum & *semiuiuum relictum assumpsit in iumentum suum,* & duxit eum in domum suam, & curam eius egit. Luc. 10. *Quinto*, compati debemus pauperibus, eis necessaria erogando: & est compassio in tribus, vt dicit Hugo de claustro animæ lib. 2. Vera, inquit, compassio fit corde, ore, & opere. Corde, quando quis super miseriam pauperis compungitur. Ore, vt cum quis eum benignè consolatur. Opere, quando pauperi miseretur, & tribuit, & commendat, nec retributionem sperat, sed solo pietatis affectu trahitur ad munus.

1. Captiuis.

2. Tribulatis.

3. Peccatoribus.

4. Infirmis.

5. Pauperibus.

N IV. Fleuit Christus in monte Oliueti.

QVARTO, fleuit Christus post cœnam in monte olineti, quando orando ad Patrem sanguinem sudauit. Luc. 23. Nec dubium quin etiam largas lacrymas emisit, & hic fuit fletus naturalis timoris. In isto fletu nos docet, vt nunc terrorem & horrorem inferni timendi defleamus. Iuxta illud Iacob. 4. *Miseri estote*, id est, statum miseriæ assumite recurrendo nunc ad Deum, *& lugete, risus vester in luctum conuertetur & gaudium in mœrorem.* Sed vbi hoc fiet? Certe in inferno. De quo dicit Anselmus. Ibi miseriæ & tenebræ, ibi, nullus ordo, omnis qui in eo est, odit se & omnes alios. Ibi fletus & stridor dentium: ibi transitus à frigore, modo ad calorem nimium, aut maximum, ad vtrumque intolerabile. Ibi omnes comburentur, & vermibus consumen-

Digitized by Google

mentur, nec tamen consumentur, quia *vermis eorum non morietur, nec ignis eorum extinguetur.*

QVINTÒ, Christus fleuit in cruce, quando animam suam sanctissimam patri commendauit, de quo ad Hebr. 5. *Cum clamore valido & lacrymis orauit, & exauditus est pro sua reuerentia.* Et hic fuit fletus decoris. In quo fletu Christi docemur, vt dilationem cœlestis gaudij defleamus. Sicut fecit Dauid, qui ait Psal. 119. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* V. Christus fleuit in Cruce.

Quare autem debemus flere & suspirare pro cœlesti patria? *Ratio* est, quia exspectat nos tota Trinitas cum angelis & omnibus sanctis, sicut confirmat beatus Bernardus in libro meditationum c. 6. Curramus non passibus corporis, sed affectibus, sed desiderijs, sed suspirijs: quia non solum angeli, sed & angelorum Dominus & creator nos exspectat. Exspectat nos Deus Pater, tanquam filios, vt nos hæredes instituat super omnia bona sua. Exspectat nos Dei Filius, tanquam fratres & cohæredes, vt fructum suæ natiuitatis, & precium sui sanguinis Deo Patri pro nobis offerat. Exspectat nos Spiritus sanctus, qui est bonitas & benignitas; in qua ab æterno prædestinati sumus, nec dubium quin prædestinationem suam adimplere velit. Ergo omnis cœlesti curia nos exspectat & desiderat. Hæc ille. Sed heu multi sunt homines in hoc mundo, qui rarò vel nunquam, pro cœlesti gloria desiderant vel suspirant, sed hic gaudia sua habere desiderant, & vellent si possent hic in vanis lætitijs semper viuere, & Deo regnum suum, vbi sunt gaudia inexplicabilia sine fine, semper dimittere: sed non sic impij non sic erit, sed quando minimè putatis tunc mors vos inde recipiet. Ideò dicit Bernard. in meditationibus, cap. 3. Dic mihi vbi sunt amatores mundi, quia ante pauca tempora nobiscum erant? Nihil ex eis remansit nisi cineres & vermes: Attende diligenter quid sunt, vel quid fuerunt. Homines fuerunt sicut & tu: comederunt, biberunt, & riserunt: duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermibus, & illic animæ ignibus cruciantur. *Et subdit post pauca.* Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia & mala concupiscentia? Vbi risus? Vbi iocus? Vbi iactantia? Vbi arrogantia? De tanta lætitia quanta tristitia? Post tantillam voluptatem quàm grauis miseria? De illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam, in grandem ruinam, in magna tormenta. Hæc Bernardus. Ideò si modo cognoscerent illa, ipsi mundani non gauderent, sed potius flerent. Sic dicit hic Dominus. *Si cognouisses, & tu* scilicet fleres.

Quantum ad SECVNDVM tangit Iudaicæ destructionis perditionem, cum dicit: *Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi.* Vbi NOTA. Dies Iudæorum & malorum Christianorum, est triplex: mundialis prosperitatis, corporalis voluptatis, & culpabilis vanitatis, de quibus dicit Dominus, Ierem. 17. *Dies hominis non desideraui.* Dies hominis est, in quo homo non Dei voluntatem, nec suam necessitatem, sed peruersam exequitur vanitatẽ, ac periculosam prosperitatem, vt diebus Dominicis & Festiuis, qui (heu) iam non sunt festa Dei, sed peruersorũ hominum. Requiescunt enim ab opere corporali & licito, & laborant criminali illicito; sicut in gula, auaritia luxuria, & chorea, & cæteris ludis secularibus diabolo fideliter seruiunt. Idcircò diabolus vellet, quod talia festa semper essent, propter quod dicitur, Thren. 1. *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.* Sic fecerunt Iudæi in illa die suæ mundialis prospe- O Dies Iudæorum & malorum Christianorũ triplex

prosperitatis. De qua Dominus dicit. *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi:* Quia tunc Iudæi habuerunt pacem temporalem, quæ sæpius causat vanitatem, propter quæ multa mala eis euenerunt, sicut prædixit eis Dominus Iesus Christus. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui,* scilicet Titus & Vespasianus, *vallo:* quia dicit historia, quod Titus & Vespasianus Romani Principes Hierusalem obsederunt, & circa eam fecerunt tres aggeres, super aggeres fecerunt vallum, id est, catenaturam de vallis, id est, de pilis. Capientes autem eam destruxerunt, & impletum est illud verbum Isaiæ 29. *Circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo, & faciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam.* Et infra *Et erit quasi puluis tenuis multitudo vallantium te.* Et NOTA non solum ciuitatem destruxerunt, scilicet muros, turres, & loca munitiora, sed etiam populum occiderunt. Nam dicit Egesippus vicinus illorum temporum, lib. 5. quod decies centena millia interfecti sunt, à principio obsidionis, vsque ad finem, & in captiuitatem abduxerunt nonaginta septem millia; & triginta Iudæos vno numismate vendiderunt. Iosephus etiam, qui fuit tempore obsidionis in Hierusalem, & abductus à Romanis, dicit lib. 6. ca. 12. de bello Iudaico, quod Iudæi in nocte & in die quingenti in fuga comprehensi, tamdiu crucifigebantur quousque deficerent corporibus cruces, & cruciatibus loca. Scribitur etiam in chronicis, quod aliqui auari aurum & gemmas glutiebant, quæ insidiatores omnia scrutabantur. Quidam enim Assyrius duorum millium hominum viscera scrutatus, vt thesaurum inueniret.

Sed quæreret aliquis. Vnde tot mala venerunt? Ad hoc dicitur, quod Titus & Vespasianus venientes in terram sanctam, latitabant vsque ad diem Paschæ, quousque omnes nobiles & diuites terræ veniissent in Hierusalem causa orandi, & tunc subitò in eos irruerunt, & vallauerunt Hierusalem, & eos occiderunt: aliquos vendiderunt vt impleretur illud Isa. 28. *In fine venderis inimicis tuis, in seruos & ancillas, & non erit qui emat.*

Refert etiam Iosephus lib. 7. cap. 8. de bello Iudaico, quod Maria quædam locuples fœmina cum alijs trans Iordanem venit Hierusalem, vt ibi mœrorem euaderet, spoliatis diuitijs vnum tantum paruulum habebat, quæ dixit. Quid vis vt faciam tibi paruule? cui te moritura tradam? Sperabam, si adoleuisses, me pasceres matrē, aut defunctam sepelires. Sed quid faciam misera? in mundo mihi & tibi nullum patet refugium. Vbi te reseruabo? aut vbi te condam sepulchro, ne sis præda canibus, auibus, aut feris. O suauia viscera, priusquam penitus vos consumat fames, reddite matri quod ex ea recepistis. Quod enim non habet patientiam amoris, necessitas persuadet doloris: auerso autem vultu gladium immersit in puerum, & partem comedit, insequentibus alijs ex odore carnis eam interficere volentibus, dedit eis residuam partem. Sed Petrus Comestor in scholastica historia dicit, quod fideles qui erant in Hierusalem, seu in Iudæa, aduenientibus Romanis, monitione angeli in quādam ciuitatem trans Iordanem se transtulerunt, sicque euaserunt. Multi etiam Iudæi tempore persecutionis in speluncis & in siluis latuerunt. Qui recedentibus Romanis redierunt, & loca sancta venerari cœperunt, & ciuitatem reædificare voluerunt. Sed audientes Romani, miserunt Eliam Adrianum, qui ciuitatem funditus euertit, ita vt lapis super lapidem non remansit, vt verificaretur illud Christi, quod dixit: *Et non relinquent in te lapidem super lapidem.* Iuxta tamen locum illum quandam

dam ciuitatunculam eis ædificauit, & suo nomine Eliam vocauit: & hoc nomen postea diu seruauit.

Sed diceret quis. Ex quo Iudæi propter passionem Christi tantam persecutionem passi sunt, quod quasi omnes fuerint deleti, quare nunc eos Ecclesia sustinet? *Respondetur*, quod propter quinque causas, quarum quatuor tanguntur in his metris. P

Quinque causæ ob quas Iudæi ab Ecclesia toleruntur.

Lex, patres, extrema fides, memoratio Christi.
Quatuor ex causis Iudæis parcitur vt sint.

PRIMA causa, quia sunt fidei nostræ confirmatio, quia habent se iuxta libros veteris testamenti, ex quibus testimonium proferimus de natiuitate CHRISTI, & eius passione. De *primo* Esa. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* De *secundo*, Ierem. 11. *Quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam.* Et Isa. 53. *Verè languores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra,* & hæc est causa, cum dicitur, (Lex.) SECVNDA est, propter honorem patriarcharum & prophetarum, ex quibus populus ille processit, & hæc tangitur ibi. (PATRES.) TERTIA causa est, vt sit nobis memoriale Dominicæ passionis. Quoties enim Iudæos videmus: toties passionis Christi memores erimus. Ideo dicit Psalmista. *Ne occides eos, ne quando obliuiscantur populi mei,* & tangitur ibi, cum dicitur. (MEMORATIO Christi.) QVARTA, quia omnes Iudæi in fine mundi conuertentur ad Christum. Iuxta illud Psalmi. *Conuertentur ad vesperam,* & sic *fiet vnum ouile, & vnus pastor,* Ioan. 10. Ideo dixit Dominus, Iere. 23. *In diebus illis saluabitur Iuda,* & hæc tangitur ibi (EXTREMA fides.) QVINTA, propter reuerentiam Christi & Apostolorum, qui ex illorum patribus secundum carnem processerunt. Psal. 58. Ibid.

DE EADEM DOMINICA,

Sermo secundus,

Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, &c. vt suprà scribitur.

COmmentator de somno & vigilia dicit: Naturaliter citiùs obdormimus in calore, quàm in frigore existens. Cuius ratio est, quia calor dilatat, frigus autem constringit. Sicq; calor dilatat duas venas, quæ procedunt de corde ad caput, vt sic per istas venas, fumi de cibo stomachi, liberius ad caput ascendant, à frigore repercutiuntur & ingrossantur: illi fumi sicque ingrossati, redeunt iterato deorsum, & obstruunt vias & meatus, per quos habent dirigi spiritus & calor ad organa sensuum exteriorum spirituum: in organo fit impotentia sentiendi & causa somni. Q

MORALITER. Per calorem in præsenti potest intelligi prosperitas aut mundana felicitas, sed per frigus aduersitas. Sicut ergo in calore homines citius obdormiunt, qui in frigore excitantur: Sic in prosperitate & mundana felicitate, homines obdormiunt in peccatis, qui euigilant è conuerso tempore aduersitatis & diuinæ correctionis. Sicut de hoc dicit deuotus Amandus in horologio Sapientiæ, lib. 1. cap. 13. O quam innumeri somno peccatorum profundissimo obdormierunt, & morte spirituali perierunt, quos infelix absorbuerat iniquitas, quæ audiente gratia

Calor; prosperitatem, frigus aduersitatem designat.

Digitized by Google

diuinæ correctionis, velut de somno grauiac mortis imperio suscitati vel excitat', vi-
Rom. 13. tam in melius commutauerunt. *& opera tenebrarum abijcientes, arma lucis sunt indut'.* Et hoc figuratum est de Manasse rege Hierusalem, qui adeo in peccatis dormiuit, tempore mundanæ felicitatis, vt multa mala perpetraret'. Nam idola adorauit, plateas Hierusalem sanguine prophetarum purpurauit, 4. Reg. 21. Sed cum esset in vinculis regis Babyloniæ à somno peccati euigilauit, & pœnituit, cum dixit'. *Peccaui super numerum arenæ maris, & non sum dignus altitudinem cœli videre*, vt patet 2. Paralip. 33. Sed Iudæi obstinati in prosperitate, quidam in peccatis obdormierunt; sed in aduersitate vigilare noluerunt'. Nam in his quadraginta annis antequam Romani venerunt, multa mira & aduersa visa sunt'. Nam vt dicit Iosephus, quod stella præfulgida gladio per omnia similis, visa est per totum annum ardere flammis super ciuitatem. In quodam etiam festo Pentecostes, cum sacerdotes templum ad ministeria ingressi sunt, strepitus & voces audierunt dicentium. *Transeamus ab his sedibus*, nec tamen his prodigijs pœnituerunt: & Dominus hoc præuidens, & mala quæ eis superuenirent, sciens, fleuit super eos sicut dicunt verba Euangelij, allegata. *Videns Iesus ciuitatem, &c.* Tria tanguntur in hoc Euangelio quantum ad sensum moralem. *Primo*, diuina pietas, ibi; *Videns Iesus ciuitatem*: *Secundo*, humana cæcitas, ibi; *Si cognouisses*. *Tertio*, diabolica crudelitas, ibi; *Quia venient dies*.

Christus quater fleuisse legitur.

RCirca PRIMVM est NOTANDVM. Holkot super librum Sapient. lect. 90. dicit'. Christus quater fleuisse legitur, videlicet in infantia, in resuscitatione Lazari, super ciuitatem Hierusalem, & in cruce. De quibus latius dictum est supra sermone præcedenti. In *infantia* fleuit, vt se verum hominem ostenderet, quia omnes pueri cum nascuntur, flent, & incipiunt primam vocem à fletu. Sicut dicit Innocentius de vilitate humanæ conditionis, cap. 6.

Exclamat E, vel A, quot quot nascuntur ab Eua.

Prima vox nascentium, quæ?

Si sunt masculi clamant, A, & conqueruntur de primo patre Adam. Si sunt fœminæ clamant, E, & conqueruntur de prima matre Eua: quia propter peccatum Euæ cum pœna & dolore sunt in mundo victuri. *Secundo*, fleuit super Lazarum, vt exhiberet ei officium humilitatis, & daret signum intimę charitatis, vt compateretur, qui reuocabatur ad statum mundanæ calamitatis. *Tertio*, fleuit super ciuitatem, vt doctrinam quam docebat, pro peccatoribus exorare confirmaret, vt se fontem pietatis demonstraret'.

Sed NOTA, quod Dominus non fleuit super lapides, sed super peccatores: ideo moraliter per ciuitatem designatur quilibet peccator; Quia sicut ciuitas dicitur quasi ciuium vnitas, & in quacunque ciuitate est hominum discordia, habitatio eorum non potest dici ciuitas. Sic & quilibet peccator dicitur ciuitas, cuius ciues principaliter sunt quinq; potentiæ, quæ sunt concordes in malo, quas enumerat Albertus in quinto libro suæ summæ, quæ sunt potentiæ animæ, videlicet sensus communis, imaginatio formatiua, aut fantasia æstimatiua & memoratiua. Nam sensus communis indiget præsentia super qua imaginatur, &c. quousq; peccatum in consensu perpetratur. Sed portæ huius ciuitatis sunt quinque sensus, per quas, inquam, portas, immittit peccator omne peccatum malum, in quo tandem occiditur, vt congruè dicere possint ipsi peccatores illud, Ierc. 9. *Intrauit mors per fenestras nostras.* Rex verò ciuitatis est *falsitas*, quia iam apud omnes peccatores regnat falsitas. Ex quo veritas corruit in pla-

Quilibet peccator potest dici ciuitas.

Portæ sunt quinque sensus.

Rex ciuitatis est falsitas.

Digitized by Google

plateis, & æquitas non poteſt ingredi, Iſaiæ 59. Nam ſi quis cautè perſpexerit, apud mercatores falſa pondera, apud tabernatores falſas menſuras inuenire poterit, cum tamen dicit Sapiens. *Abominatio eſt apud Deum pondus & pondus, & ſtatera doloſa non eſt bona*, Prouer. 32. Sed lex illius ciuitatis eſt *cupiditas*, quia inter peccatores *à maiore uſq; ad minorem, omnes auaritiæ ſtudent*, Iere. 6. Et propterea Deo non adhærent, quia dicit Gregorius 47. diſt. ca. Bonorum. Bonorum, inquit, auctori inhærere, aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus. Lex ciuitatis, cupiditas.

Sed felicitas huius ciuitatis, eſt temporalis vita, quia mallent peccatores nihil aliud niſi vt poſſent hic diutius viuere, & voluptates ſuas explere, propterea & diuitias congregant, vt ſe longius in præſenti vita conſeruent. Sicut ille qui dixit, Lucæ 12. *Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, & epulare*. Sed iſta falſitas eorum citò eſt tranſitoria, quod patet in illo diuite prælibato, cui dictum eſt eadem nocte: *Stulte hac nocte rapient animam tuam à te, quæ autem paraſti, cuius erũt?* Ideo fleuit Chriſtus ſuper humanitatem, videlicet ſuper peccatorem, & non fleuit pro tunc ſuper ciuitatem. Sed etiam *quarto* fleuit in cruce, videns quia paſſio ſua benedicta in multis peccatoribus eſſet deperdita, ſicut dicit Holkot vbi ſup. quod ideo in cruce fleuit, quod acerbitates mortis ſuę exprimeret, vt nos ſibi ad compatiendum excitaret, & vt patrem ad miſerandũ humano generi prouocaret. Et hoc ad primum. Vita temporalis, felicitas ciuitatis.

Quantum ad SECVNDVM tangitur in præſenti Euangelio humana cæcitas, cum dixit Chriſtus. *Si cognouiſſes & tu*, ſcilicet fleres. Nam Dominus in tantum in lacrymas prorupit quod integra proferre non potuit, verba. Vbi NOTA, quod ſi peccator cognoſceret hæc, quæ ſequuntur peccatum, meritò fleret. Et PRIMO, propter peccati deformitatem. Deformat enim peccatum hominis imaginem in beſtiam transformando, quia dicit Auguſtinus, 14 lib. de Trinitate cap. 14. Homo ad imaginem Trinitatis factus: quantò plus ſe auertit à Deo per peccatum, tantò magis imago eius deformatur. Vnde Holkot ſuper librum Sapientiæ lectione 142. ſuper cap. 11. vbi ponit. quod Deus omnipotens immiſit hominibus inſenſatis & idololatris multitudinem vrſorum, aut audaces leones, aut noui generis iræ plenas & ignotas beſtias, aut vaporem igneum ſpirantes, aut odorem fumi proferentes, aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes. Per iſtas crudeles beſtias ſeptem notantur genera peccatorum capitalium, quæ quaſi crudeles beſtiæ nos inuadunt & deformant. S

Pars ſecunda concionis.

Peccatum imaginem hominis transformat in beſtiam.

Septem crudeles beſtiæ.

Per Vrſum intellige gulam, tum quia animal vorax eſt vrſus, & in melle ſpecialiter delectatur, tum quia fœtum producit informem & turpem. Quia tradunt naturales, quod vrſus maſſam carnis parit, ſine lineamentis & partibus organicis ordinatè diſtinctis. Sic guloſi & voracitati dediti in delectabilibus & dulcibus ſpecialiter delectantur, & quicquid operis faciunt, eſt carneum, & ad carnis commodum ordinatur. Nam à talibus nihil paritur niſi carnalitas. Contra quod Apoſtolus ad Romanos 13. *Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs*: quaſi diceret, nolite talia opera exercere, quibus efficiamini brutis ſimiles, *ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum*: Item dicit: *Carnis curam ne feceritis in deſideriis.* Vrſus deſignat Gulã.

Per Leonem intelligitur ſuperbia: quia cæteris animalibus diligit dominari. Vnde Ambroſius in hexameron de opere ſexti diei. Leo, inquit, naturæ ſuæ ferocitate ſuperbit, aliarum ferarum, quaſi rex, conſortia dedignatur: ſed neque ei vlla fera ſociare ſe audet, cum eius vocis tantus ſit terror naturaliter, vt eo rugiente cæteri formi- Leo, Superbiam.

dent. Hæc eſt regula ſuperbi hominis; quia alij ſibi verentur accedere, & ipſe dedignatur ſe alijs ſociare, propter quod contra ſuperbiam ſignanter dicitur, Eccli. 4. *Noli eſſe ſicut leo in domo tua*, ſcilicet crudelis, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubditos tibi.

* aliàs Albane.

Per beſtiam ira plenam, quæ dicitur Abene * ſignatur ira, quæ quidem Abene ſecundum Ariſtot. de animalibus, cap. 2. Eſt animal habens fel in aure. De hoc quære ſuprà Serm. 53. S. Ideo cuilibet tali dici poteſt illud, Act. 8. *In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Et de illis verificatur illud, Deut. 32. *Fel draconum vinum eorum.* Et iterum. *Vua eorum, vua fellis:* quaſi diceret, totum eſt amarum eis, quod audiunt, vel quod ab eis prouenit.

Aſinus, deſignat Accediam.

Per beſtiam ignitam, ſcilicet aſinum, deſignatur acedia. Homo enim pigritiæ deditus non poteſt de facili cognoſci, quia modo vult vnum, modo aliud. Iuxta illud Prouerb. 13. *Vult piger, & non vult:* quaſi diceret ſecundum gloſſam ordinariam, vult regnare cum domino, & non vult pati pro eo; vel vult obtinere bonum honeſtum, vtile, ſed non vult laborando hoc requiſitum accipere. Ideo dicit de pigro venerabilis Boëtius, lib. 4, de conſol. proſa 3. Segnis ac ſtupidus, id eſt, ſtolidus & ineptus torpet, aſinum viuit. Et ſignificat (aſinum) aduerbialiter: Et eſt ſenſus. Viuit aſinum, id eſt, viuit ad modum aſini. Et eſt proprietas aſini, quod in anteriori parte aduerſus ſcapulas portat crucem, & in parte illa eſt debilis, & nihil poteſt portare, ſed in parte poſteriori ſatis eſt fortis, ideo ibi communiter ponitur onus ſuum. Iſto modo inueniuntur multi nimis acedioſi, & aſinini, quo ad ea, quæ ſunt crucis pœnitentiæ vel religionis; ſed ad opera carnis, & laſciuiæ ſecularis, ſatis ſunt fortes. Et de talibus verificatur, quod de diabolo dicitur, Iob 41. *Eius fortitudo eſt in lumbis eius, & virtus eius in vmbilico ventris eius.* Et de tali pigro datur regula, Eccli. 33. *Cibaria & virga & onus aſino: panis & diſciplina, & opus ſeruo.*

Per draconem denotatur luxuria.

Per beſtiam autem ſpirantem vaporem igneum denotatur luxuria; & hæc denotatur & figuratur per duos dracones, qui in duobus montibus Armeniæ latitantes, viam regiam intermediam tanta peſtilentia infecerunt, quod nullus per eam tranſire potuit, quin ſubitò moreretur, ſicut narrat Ariſtoteles, libro ſuo de proprietatibus elementorum. Quod Socrates erecta ſibi, quadam altiſſima fabrica, in loco non multum diſtante à montibus, & per ſpeculum factum de calybe deprehendit in quo ſpeculo vidit manifeſtè illos duos dracones, vnum de vno monte, & alium de alio, vaporem emittere, quo aër infectus homines inter montes & per viam regiam tranſeuntes occidit. Et illud accidit tempore Philippi regis, patris Alexandri Magni ſicut ibidem narratur.

Iſti duo Dracones in montibus habitantes, & igneum vaporem ſpirantes, duos ſtatus in Eccleſia deſignant, videlicet dominos ſeculares, & prælatos Eccleſiaſticos. Iſti hinc inde fumum fœtentem de publica voluptate, & carnis laſciuia, ſic diffundunt, & ſimplices in via inferiori ambulantes, per fœtorem exempli eorum corrumpunt. Laici adulteria publica ſine confuſione committunt. Clerici concubinas ſuſtentant notoriè, & per iſtum vaporem emiſſum, hinc inde populus totus inficitur, & allicitur ad peccatum. Et de hoc intelligitur, Iohel. 2. *Dabo*, id eſt permittã dari, *prodigia*, id eſt, opera monſtruoſa peccati, *in cælo* id eſt in ſtatu clericali *ſanguinem*, ſcilicet homicidij, *ignem* concupiſcentiæ, *& vaporem* luxuriæ. Et iſta in Eccleſia primi-

primitiua fuiſſent prodigia, ſed nobis modo non apparent monſtra, propter conſuetudinem, quia ita frequenter videmus talia perpetrari, quod nec miremur videndo prælatum ſcilicet laſciuum, & coniugatum adulterum. Sicut nec Balaam expauit ad vocem aſini, quamuis monſtruoſum eſſet: quia in exercendo magicam artem, & ad videndum monſtra, fuit aſſuetus, ſicut Magiſter dicit in hiſtoria ſuper 20. Caput Numerorum.

Per beſtiam autem vaporem fumi proferentem, qui natura eſt liuidus, deſignatur inuidia. Eſt enim proprium inuidi, occultas detractiones, damnationes & diffamationes, quaſi quendam liuidum fumum emittere, vt claritatem famæ bonorum denigret. Hi ſimiles ſunt vulpibus, quæ naturaliter fætent & ſunt beſtiæ inhoneſtæ. Et per oppoſitum ſicut naturales dicunt: Taxus eſt beſtia honeſta. Cum ergò taxus parauerit ſibi caueam, eius labores conſiderat vulpes, volens taxum expellere, fœtidum fumum ſuum coram ingreſſu caueæ relinquit: rediens taxus, & fœtorem fumi vulpis abominans, domum ſuam contemnit, & vulpi dimittit: & ſic vulpes acquirit ſibi hoſpitium non laboriosè, ſed potius cautelosè. Iſto modo nonnunquam faciunt inuidi de viris bonis; conſiderantes eos habere ſtatus, vel officia dignitatum, ſecundum quod merita ſua requirunt, inuident eis ſtatim, & quomodo poſſint eos talibus officijs ſpoliare, recogitant: & vbi non recurrit vna via, inquirunt aliam. Sciunt enim virtuoſus tenaces eſſe de fama ſua, & malle conſeruatione famæ ſuæ magnum ſtatum dimittere, quàm cum infamia & aliorum obſequijs occupare. Emittunt ergo fætentem fumum ſuæ detractionis & ſufurrationis contra eos; & quos non valuerunt virtute repellere, cum iniurioſa inuidia ſibi cedere cogunt. De illo fumo inuidiæ, quo viri nobiliſſimi per inuidos obfuſcantur, exponi poteſt illud Apocalip. 9. *Aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis ardentis magni, & obſcuratus eſt ſol & aër.*

Vulpes deſignat inuidiam.

Per beſtiam verò ſcintillas ab oculis emittentem deſignantur concupiſcentia oculorum. Ignis enim creſcit in infinitum ex appoſitione combuſtibilium. Sicut dicitur. 2 de anima & Prou. 30. *Ignis nunquam dicit, ſufficit.* Et Ariſt. 1. politicorum dicit, quod concupiſcentia creſcit vſque in infinitum.

Beſtia oculis ſcintillãs deſignatur concupiſcentia oculorũ.

MORALITER. Cupidi ſcintillas ab oculis emittunt, & quicquid viderint quantumcunque ſatis habeant, concupiſcunt. Scintillæ igneæ ſunt concupiſcentiæ affectiones, & deſideria plura acquirendi. Hæc concupiſcentia figuratur per cattum, qui habet oculos igneos, & ſcintillantes. Cater Græcè, id eſt, quod prouidet Latinè, & inde dicitur catus, eo quod videt de nocte ſicut de die. Nam ita venatur prudenter prædam ſuam in tenebris ſicut in luce. Iſto modo moraliter prudentes huius ſeculi venantur de tenebris, de curio clericali, de curia laicali, à dextris & ſiniſtris, iuſtè & iniuſtè. De tali quolibet verificatur illud Iob. 28. *Omne precioſum videt oculus eius.* Et Eccli. 10. *Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu.* Et Eccli. 4. *Laborare non ceſſat, & non ſatiantur oculi eius diuitijs.*

Ecce quantam, deformitatem inferunt peccata mortalia, vt guloſos ſimiles vrſis, ſuperbos leonibus; iracundos abene animali ſæuo; & acedioſos aſino; luxurioſos draconibus; inuidos vulpibus; auaros catis faciant: quare meritò vitanda exſtant. Sed quia iſta homo non cognoſcit, cum in anima ſua excœcatus à malitia ſua exiſtat. Ideò deformitatem peccati & fœditatem eiuſdem neutiquam deflet. De qua quidem

fœditate dicit Dominus Baruch. 3. *Quid est Israël, quod in terra inimicorum es, & cōinquinata in terra aliena?* Et Ierem. 2. *Maculata es coram me iniquitate.* Istam fœditatem cognoscebat Dauid cum dixit, Psal. 50. *Iniquitatem meam ego cognosco.* Ideò flebat vt ablueret se, dicens: *Lauabo per singulas noctes lectum meum*, id est, singula peccata, lectum meum id est, singulas conscientias meas.

V Iudicij æquitas.

TERTIO, si cognosceret iudicij æquitatem, vtique fleret. Hoc iudicium cognouit Dauid, qui ait Psal. 118. *Cognoui quia æquitas iudicia tua.* Sed quæ est illa æquitas. Hæc, inquit, est, quæ bona bonis, & mala malis retribuit. Iuxta illud Athanasij in symbolo. *Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum.* Cognosce ergo miser homo iudicia misericordiæ Dei salubriter in mundo, ne postea cognoscas inutiliter in inferno. Quia dicit Bernardus: Cognoscetur Dominus iudicia faciens, qui nunc ignoratur, misericordiam quærens. O si peccatorum iudicium æquum cognosceret, hic vtique fleret, ne in æternum occasionem flendi haberet. Dicitur enim Apocal. 18. *Flebunt & plangent super illam* scilicet culpam *reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longe stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes. Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.* Babylon interpretatur confusio, & significat peccatorem, qui est ciuitas confusionis, quia confundetur coram Deo & angelis eius, & coram omnibus sanctis, & coram omnibus saluandis, & tunc erit sibi væ pro peccatis cordis, væ pro peccato oris, & væ pro peccato operis. Et si hoc peccatum cognosceres sine dubio fleres.

Peccator est ciuitas confusionis.

X Mortis calamitas.

QVARTO si cognosceret mortis calamitatem merito fleret, quia dicit Bernardus lib. meditationum cap. 2. quod cum magno metu magnisque doloribus anima separatur à corpore. Veniunt enim angeli assumere illam, vt eam producant ante tribunal Christi metuendi: & tunc illa memorans opera sua mala & pessima, quæ die noctuque gessit, contremiscit, & quærit illa fugere, induciasque petere dicens: Date mihi vel vnius horæ spacium. Tunc quasi loquentia simul ei sua opera respondebunt & dicent: Tu nos fecisti, opera tua sumus, non te deseremus, sed semper tecum erimus, tecumque pergemus ad iudicium. Et dicit NOTANTER Bernardus, quod angeli veniunt ad eam assumere, non declarans an sint boni vel mali. Ideo dicendum quod si homo mortuus sit bonus, tunc boni angeli lucis aduenient ad eius obitum, perducentes animam eius ad iudicem Christum. Si vero est malus, tunc mali angeli, scilicet tenebrarum, veniunt & perducunt animam eius ante iudicem districtissimū; de quo Bernardus loquitur, vbi suprà. Dæmones terribili vultu & horribili aspectu eam terrebunt, & ingenti furore eam persequentur, & comprehendent eam tam terribiliter quàm horribiliter, volentes eam retinere & possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inuenies oculos clausos & os aliosque corporis sensus, per quos egredi solebat, & delectari in his exterioribus, reuertetur ad se; & videns se solam & nudam, ingenti horrore concussa deficiet in se, & sub se cadet. Et quia amore mundi & carnis voluptate, Dei amorem relinquerat, ideo derelinquetur à Deo misera in hora tantæ necessitatis, atque dæmonibus tradetur in inferno cruciandа. Hæc Bernardus.

Et hoc quo ad sensum spiritualem ostendit Dominus in præsenti Euangelio, & ponit principaliter tria, quæ facient dæmones animæ miseræ in morte. PRIMVM est ipsius

ipsius circundatio. Nam circumdant tam malos quàm bonos in morte. Quod autem circumdent bonos, patet de Christo qui est caput omnium electorum, ad quem venit diabolus vt ipse testatur Ioan. 12. *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.* Venit etiam ad sanctum Martinum, qui vt venit, ait ad ipsum: Quid hic astas cruenta bestia? Nihil in me funeste reperies. Venerunt etiam ad beatum Eusebium vt scribit Cyrillus in epistola ad Augustinum, quod ante animæ beatæ exitum, beatus Eusebius tam terribiles actus cœpit peragere, quod circumstantes monachi perterriti, velut amentes in terra iacebant. Nam quandoque transuersis oculis, manibus simul iunctis, facie terribili, voceque dira, quasi se mouens, clamabat: Non faciam; non faciam: mentiris. Post hoc in terram rediens, faciem firmabat in terrã, quantum poterat clamans; Adiuuate me fratres, ne peream. Quod monachi videntes, lacrymantes & trementes eum interrogauerunt, Quid habes pater? Ad quos: Non videtis dæmonum agmina, qui me debellare cupiunt. At illi. Quid te facere volebant, cum dicebas: Non faciam: Et ille conantur namque vt diuini numinis blasphemus inueniar ideo hoc me non facturum acclamabam. At illi. Quare faciem pater abscondebas in terram? Et ille: Ne eorum aspectum cernerem, qui tam turpis, terribilis, & horribilis est, quod omnes pœnæ quæ in mundo sunt, respectu eius nihil sunt. Ideo dicit hic Dominus. *Venient dies in te*, id est contra te, *& circundabunt te inimici tui* scilicet dæmones, & illi sunt dies mortis, in quibus venient immittere suggestiones diabolicas, vt homo nomen Dei maledicat, vel vt de Dei misericordia desperet, aut de fide, quæ est fundamentum bonorũ operum, dubitet. Ideo necesse foret, vt moriens aliquos homines deuotos & fideles præsentes haberet, vt coram ipso quilibet symbolum diceret.

Animæ à dæmonibus circumdatio.

SECVNDVM est, morientis coangustia iuxta illud Euangelicum: Et *coangustabunt te vndique.* Ideo dicere potest, tunc homo, vt scribit Isidorus, in libr. Syno. Anima mea in angustijs est, spiritus meus æstuat, & cor meum fluctuat: angustia animæ possidet me & affligit me: circundatus sum etenim malis, circumuentus ærumnis, circumclusus aduersis, obsitus miserijs, opertus infelicitate, oppressus angustijs, vbicunque fugero mala mea insequuntur, vbicunque me conuertero, malorum vmbra comitatur, velut vmbra corporis, sic mala mea fugere non possum. Ecce quantum tunc homo peccator coangustatur, qui nunc pro peccatis suis non lacrymatur, vt dicere etiam posset illud quod dixit Susanna Dan. 13. *Angustiæ sunt mihi vndiq, & quid eligam ignoro.* NOTANTER dicit, *angustiæ sunt mihi vndiq,* habet enim tunc peccator angustias à corporis dolore, ab vxoris & filiorum dimissione, diuitiarum amissione, mortis horrore, & pœnarum expertione; & principaliter à peccatorum recordatione: quia dæmones omnia peccata sibi ad memoriam reuocant, vt ipsum in desperationem trahant, aut inducant.

Y

Morientis angustia.

Et hoc probat Cyrillus ad Augustinum de miraculis Hieronymi, in epistola de quodam viro, qui fuit à morte per beatum Eusebium meritis B. Hieronymi suscitatus, ad quem venit prædictus Cyrillus, eum de varijs interrogans inter cætera: Quæso, quid erga te pridie exeunte anima peractum est, breuiter innotesce. Ad quod ille: Veniente, inquit, hora mortis meæ, tanta in loco quo migraturus iacebam, nefandorum spirituum affuit multitudo vt præ multitudine omninò dinumerari non possent: quorum species talis erat, quod ea nihil pœnosius nilúe horribilius

exco-

excogitari poteſt. Potius enim quilibet hominum, flammis ardentibus arſurus ſe exponeret, quàm earum formarum ictu oculi viſione potiri: qui ad me venientes, omnia quæcunque perpetraui contra Deum, ad meam memoriam reuocabant: ſuadentes mihi, vt amplius de diuina miſericordia, quam tam grauiter offenderam, non ſperarem. Et certe noueris, quòd niſi diuina miſeratio me adiuuiſſet, eis reſiſtere non valuiſſem. *Et infra in eodem dixit* ſibi de egreſſione animæ à corpore, quod ſubito anima corpus relinquens, tam graues & acerbæ fuerunt anguſtiæ, quod certe intellectu non caperet mens humana, niſi, vt ego, experientia didiciſſet. Si enim omnis humanorum intelligentia, quas vellet animæ anguſtias & dolores æſtimaret in animæ diſſolutione à corpore, comparatiuè pro nihilo computaret. Hæc ille. Ideo bene dicit hic, *coanguſtabunt vndique*, ſuper quo dicit Gregor: Maligni ſpiritus animam vndique coànguſtant, quando ei non ſolum operis, verum etiam locutionis & cogitationis iniquitates replicant, vt qui prius ſe per multa dilatauit ſiue delectauit in ſcelere ad extremum de omnibus anguſtietur in tribulatione.

Z Peccatoris ad terram proſtratio.

TERTIVM eſt, ad terram proſtratio: tunc enim proſternitur homo peccator ad duplicem terram. PRIMO quo ad corpus proſternitur in terram illam elementatem, quia dicitur de corporibus hominum Eccleſiaſtici 3. *De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertentur.* Sed animæ ſtatim proſternetur in terram. De qua Iob. 10. *Terra miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Si ergo peccatores cognoſcerent quæ pœnæ ibi dantur animabus infelicibus, cõtinuè eſſent in fletibus. Sicut de hoc refert Cyrillus vbi ſupra de illo reſuſcitato, de quo ſupra dictum, qui quaſi coactus importunitatibus ipſi Cyrillo interroganti, ſic reſpondit. Si quæ pridiæ ſum expertus, non ignorares, tibi ineſſet ſemper cauſa fletus. Cumque Cyrillus quæreret ab eo vt diceret ſibi, quæ apud inferos vidiſſet; pauliſper tacens, ait. Quales credis pœnas & tormenta, non ſolum damnatis, ſed etiam in purgatorio exiſtentibus præparari? Cui Cyrillus. De incertis quæ vera poteſt proferri ſententia? Vt enim puto, noſtris quibus affligimur pœnis, æquari non poſſunt. Ad quod ille. Si omnes, quæ in mundo excogitari poſſunt pœnæ, tormenta, & afflictiones, minori quæ illic habentur pœnæ, & tormento comparentur, ſolatia erunt. Malle enim quilibet viuentium ſi illas noſceret experientia pœnas, vſque ad finem mundi omnibus his ſimul ſine remedio cruciaris pœnis, quas omnes homines ab Adam hucuſque ſigillatim pertulerunt, quàm vno die in inferno, aut purgatorio, minori quæ illic habetur pœna torqueri. Et ideo ſi cauſam mei fletus interrogas, timor pœnarum eſt, quæ peccatoribus iuſtè dantur. Scio ego me contra Deum peccaſſe, & ipſum iudicem iuſtum fore non dubito. Qua de re ne mireris, ſi plango, cum potius ſi non plangerem, vehementer admirari deberes. Hæc ille. Et hæc ſi homo cognoſceret, vtique pro peccatis ſuis fleret, quia ad terram, ſcilicet miſeriæ & tenebrarum, proſternent, ſcilicet dæmones, te & filios tuos, id eſt, opera tua, quæ in te ſunt, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

DE

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Ingressus in templum cœpit eijcere vendentes & ementes, dicens illis. Scriptum est. Isa. 56. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Lucæ vbi suprà.

ISidorus libro Etymol: & Ambrosius in Hexameron dicunt. Hirundo est auis pennosa, miræ agilitatis: & velocissimi volatus, & certa custodit tempora aduentus sui & recessus. Nam eius aduentus indicium est veris, & testimonium instantis serenitatis æstiualis. Hæc pugnat contra passeres, nidum & domunculam suam ingredientes, & morsibus & vnguibus fugat eos de nido & de domo sua. A

SPIRITVALITER, per hirundinem intellige Christum, per pennas verò virtutes morales. Iuxta illud Psalm. *Pennæ columbæ deargentatæ:* quasi diceret, habete in virtutibus vestris mansuetudinem simplicitatis, & prudentiæ charitatem. Sicut ergo Hirundo est plena pennis, sic Christus est plenus virtutibus ethicis, quia *in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscónditi.* Ad Col. 2. In ipso est charitas, quia (Ioan. 15.) *maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* In ipso est misericordia, Lucæ 6. *Estote misericordes, sicut pater vester misericors est.* In ipso est humilitas & mititas, Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Et sic de singulis virtutibus. Ipse enim velocissimi cursus fuit, ad nos redimendum, Psal. 18. *Exultauit vt gigas ad currendum viam.* Voluit tamen in suo aduentu certum tempus exspectare, videlicet tempus gratiæ quod significatur per tempus veris. Et dicitur ab Apostolo tempus plenitudinis. *Vbi*, inquit, *venit plenitudo temporis, in quo Deus misit filium suum*, quod exponit Magister lib. 3. dist. 1. Tempus, inquit, plenitudinis dicitur tempus gratiæ, quod ab aduentu scilicet in carnem Saluatoris exordium assumpsit. Item, Christus continuè pugnauit cum passeribus, quæ sunt aues garrulæ, & instabiles callidæ, & libidinosæ: & significant Pharisæos superbos, cæterosq; Iudæos, qui fuerunt garruli contra Christum, eius doctrinæ contradicentes. Item, fuerunt instabiles in verbis, quia qui prius Christo testimonium dabant, & in verbis gratiæ eius mirabantur, Lucæ 4. postea eum *potatorem vini dicebant.* Item, fuerunt callidi in auaritia, quod patet ex illo, quod propter auaritiam *vendebant & emebant in templo*, ideo eiecit eos Christus de domo sua, dicens, *Domus mea, domus orationis, &c.* vt dicunt præassumpta verba. In quibus principaliter duo tanguntur. *Primo*, inuincibilis pietas Christi & Zelus correctionis, ibi; *Ingressus in templum. Secundo*, inextinguibilis ad templum feruor & virtus dilectionis, ibi; *Domus mea, domus orationis.* Christus hirundo, pennæ verò virtutes morales. O

PRIMO ergo tangitur *inuincibilis pietas Christi*, & Zelus correctionis, cum dicit: *Ingressus in templum cœpit eijcere ementes & vendentes.* Circa quod NOTA. Dicit Aristot. 1. Ethicorum. Sermones intelligendi sunt secundum materiam de qua sunt, sed quia hæc est materia de venditoribus & emptoribus, ideo dicendum est de ipsis. Et *Primo* de venditoribus; & hi sunt multiplices. B

PRIMI sunt, qui semper mentiendo in venditione solent decipere, & hi sunt peiores quàm fures, iuxta illud Ecclesiastici 20. *Potior est fur*, id est minus malus, secundum Mentientes in venditione.

Mendacium pernitiosum interdum grauius est furto.

dum glossam, *quam assiduitas viri mendacis.* Talis enim frequenter dicit mendacium pernitiosum, quod est aliquando grauius quàm furtum: vt quando per mendacium alterius denigratur fama, quanto melius est nomen bonum, quàm res possessa, quæ tollitur per furtum, vt dicit Nicolaus de Lyra.

Mentiens vel periurãs decipiendi causa, peccat mortaliter.

Sed quæritur de talibus qui nec emere, nec vendere nouerunt, nisi cum mendacijs, aut iuramentis, aut periurijs. *Respondet* Raymundus. Quoties causa decipiendi periurant, vel mentiuntur scienter, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem. Si autem aliquis ignoranter dicit falsum, credens dicere verum, vel si scienter non intendit proximo nocere, sed se indemnem seruare, nec propter hoc rem amplius debito superuendit, tale mendacium potest dici veniale. Sed cum iurat vel periurat, est peccatum mortale, quia vt dicit Thomas 2. 2. quæst. 98. Periurium ex suo genere peccatum mortale est, ideo tales sic iurantes eijcientur de templo cœlesti.

Fraudem in pondere & statera exercentes.

SECVNDI sunt, qui in ponderibus, stateris, & mensuris per fraudem consueuerunt delinquere. Et hoc fit tripliciter. *Vno modo*, cum quis habet diuersa pondera, & diuersas mensuras, & vendit ad minorem alienigenis & ignotis, & ad maiorem amicis & notis. Contra quem dicitur, Num. 25. *Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera, maius aut minus: non erit in domo tua modius maior aut minor: ponderis habebis iustum, & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dedit tibi:* quasi diceret à sensu contrario. Si non habebis iustum pondus & modium, breuiabitur tibi vita tua. Et hoc damnum est vnum temporale.

Damnum temporale.

Aliud damnum temporale est, quod tales non ditabuntur. Iuxta illud Miche. 6. quod dicit Dominus. *Nunquid iustificabo stateram impiam aut saccelli pondera dolosa?* quasi diceret non. Et sequitur pœna. *Tu seminabis & non metes, & calcabis olivam & non ungeris oleo. Tertium damnum* est spirituale, & est ira Dei. De hoc Michææ 6 *Adhuc ignis est in medio impij & thesaurus iniquitatis, & mensura minor plena ira*, vbi dicit glossa. Quantum mensuræ subtrahitur, tantum iræ & offensionis diuinæ acquiritur. Et cum scribitur Sapient. 11. *Per quæ quis peccat, per hoc & torquetur.* Et quia tales peccant in statera, iustum est vt in statera Michaëlis puniantur, vt mala eorum in ea sint magni ponderis, bona verò nullius. *Secundò*, cum quis habet iustam mensuram & iustum pondus, & malè inde ponderat vel mensurat, sicut faciunt caupones, qui mensuram implent spuma, vel qui digitum libræ supponunt, vel pannicidæ, qui cum pollice vlnam retrahunt, & sic de alijs. *Tertio*, cum quis procurat, vt res quam ad pondus debet vendere, ponderosior fit, vt qui lanam madefaciunt, videlicet in cellario madido ponendo, vel in pluuia stare permittendo; aut qui piper, vel alias species ad cellarium portant, & de vno latere in aliud, vt ponderosior fiat voluunt; vel qui vinum quod vendere debet, cum aqua limphat: omnes tales de regno & de templo Dei eijciuntur. Quia dicitur Prouerb. 11. *Statera dolosa abominatio est apud Deum*, vbi innuitur magnitudo huius fraudis.

Damnum spirituale.

Fraudem in pondere iusto vel mensura exercentes.

C

Propter temporis dilationem sua carnis vendentes.

TERTII sunt, qui propter dilationem temporis, consueta sua solent carius vendere. Verbi gratia. Si quis vellet equum vendere pro octo florenis pro prompta pecunia, & venderet alter petens dilationem solutionis ad quartale anni, vel dimidium annum, & huic daret propter dilationem pro nouem vel decem florenis. Tales vendentes carius ad terminum tenentur restituere, quid vltra acceperint, eò quod vsuram commiserunt.

Sed

Sed diceret aliquis. Non possum vendere merces meas cum dilatione vel fine? *Respondetur*, quod cum dilatione potest quis vendere. Sed propter dilationem non debet pretium augmentare, quia qui vendunt res suas, longè carius propter dilationem quàm si eis incontinenti soluerent, vsuram committunt. Vt extra de vsura. Consuluit. Hi similiter à templo Dei vsq; in profundum inferni eijcientur. Quia cum Psalmista quæreret. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Respondit, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Propter dilationem, pretium non est augendum.

QVARTI, qui solent vnum ostendere, & aliud postea vendere, vt sunt illi, qui de vno vase in quo est vinum bonum, aut ceruisia bona, dant ad gustandum, & cum emptio facta est, vas minus bonum deputant emptori ad deportandum: vel qui occultant malum sub bono, & superius ponunt illud, quod bonum est in aspectu hominum. Sed in medio aut in fundo, id quod deterius est, & dicunt quod totum sit bonum; & hos etiam eijcit Dominus de templo cœlesti, quia de talibus dicit, Isa. 5. *Va qui dicitis malum bonum, & bonum malum.* Aliud ostendētes, aliud postea vendentes.

QVINTI sunt, qui vitiosum & defectuosum pro bono vendunt. Vbi NOTA, S. Thomas 2. 2. quæst. 77. dicit. Circa rem quæ venditur, triplex defectus considerari debet. *Vnus* quidem secundum speciem rei: vt puta si vendatur aurichalcum pro auro, aut vinum mixtum aqua quasi purum. *Alius defectus* est secundum quantitatem vt ponderis vel mensuræ: vt si quis scienter vtatur deficiente pondere vel mensura. *Tertius defectus* est, ex parte qualitatis, puta si animal infirmum vendatur pro sano. In his ergo tribus casibus, si quis venditor scienter vendiderit, fraudem committit, & illicita est venditio, & venditor ad restitutionem tenetur. Si verò eo ignorante aliquis prædictorum defectuum in re vendita fuerit venditor quidem non peccauit, tamen cum ad notitiam peruenerit tenetur recompensare damnum exteri. D Vitiosum pro bono vendentes. Venditor in tribus casibus ad restitutionem tenetur.

Sed circa hoc quæritur. Vtrum venditor teneatur dicere vitium rei venditæ? *Respondet* S. Thomas vbi suprà. Si vitium est occultum, puta si vendit domum ruinosam pro firma, vel cibum corruptum pro bono, & non detegat venditor. erit dolosa & illicita venditio, & tenetur ad damni recompensationem. Si verò vitium est manifestum, puta equus est monoculus, vel cum rei vsus, etsi non competat vni potest tamen competere alteri, & venditor propter huiusmodi vitium subtrahat de pretio quantum oportet, non tenetur ad manifestandum vitium rei, quia fortè propter huiusmodi emptor vellet plus de pretio subtrahere, quàm esset subtrahendum, ideo venditor potest licitè vitium reticere. Vtrum vitium rei venditæ, teneatur venditor manifestare.

SEXTI sunt, qui loca tenebrosa eligunt, & lucem solis dieiq; obtenebrant vt res aliæ quàm sint appareant, vt faciunt pannicidæ, & in hoc se filios tenebrarum ostendunt; & sicut hic tenebras dilexerunt, ita & ibi in tenebras exteriores proijcientur, iuxta illud Matthæi 22. *Mittite eos in tenebras exteriores, &c.* De tali dicit Christus, Ioan. 3. *Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Tales, qui hoc aguntante oculos iudicis cuncta cernentis, arguentur, vt dicit Boëtius lib. 5. prosa vltima, in fine.

SEPTIMI sunt, qui res aliquas vendunt, quę non sunt vtiles nisi ad peccata, vt venena siue taxillos falsos, tales indubitanter peccant faciendo vel vendendo, 21. quæ. 1. cap. 1. & omnia mala sequentia illis venditoribus imputabuntur. Qui i qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. Extra de iniurijs, Si culpam. Concordat Thomas & Hostiensis. Res inutiles vendentes.

Diebus festis merces vendentes.

OCTAVI sunt, qui in diebus festiuis merces suas exponunt & vendunt. Et dicit doctor Gulielmus. Si aliquis hoc facit ex consuetudine, seu lucrandi cupiditate, & maximè se subtrahendo à diuinis peccat mortaliter, maximè si huiusmodi mercata prohibita sunt ab illius loci prælatis. Si autem faciat hoc non ex consuetudine, sed de sua necessitate, & ante audiuit diuina officia, non peccat mortaliter. *Secundo*, de emptoribus dicendum, & sunt etiam multiplices.

Rem vilius emens quã valeat, tenetur ad compensationẽ damni.

PRIMI sunt, qui vilius solent emere quàm res valeant, vt contingit in necessitate: vt cum quis coactus & necessitate vrgente, oportet eum cum damno suo bona sua vendere. Talis sic emens, & multò minus pro eisdem rebus quàm valituræ sunt dans, tenetur recompensare damnum proximo. Verbi gratia. Si quis perpetuos redditus & certos emerit, vnum florenum pro decem, nisi damnum re_ompensauerit damnationem non euadit. Similiter dicit S. Thomas 2. 2. quæ. 77. Cum venditor credit, rem suam minus pretiosam esse quàm sit, vtpote vendit aurum pro minori pretio, quia credit esse auricalcum, aut animal firmum, quod putat esse infirmum. Nam si emptor hoc cognoscit, iniustè emit, & ad restitutionem tenetur.

Ementes parata pecunia, & statim carius vendentes.

SECVNDI sunt, qui prompta pecunia emunt, & incontinenti alijs vendunt & propter dilationem dant carius quàm valet, & nullum laborem vel impensam in re habuerunt, sed immediatè eodem tempore & loco, propter dilationem temporis, multò carius vendunt. Verbi gratia. Sicut qui emunt auenam in bono foro, & propter dilationem carius vendunt. Similiter qui emunt vinum & blada cum adhuc crescunt super futurum autumnum, nimis in bono foro, vt postea carius vendant, nulla alia necessitate aut vtilitate pensata, sed propter solam auaritiam, aut vt inducant caristiam, ita vt homines cogantur ab eo emere, & ipse possit ad libitum vendere; & talis quicunque est, grauiter peccat, vt dicit Raymundus, Gulielmus, Innocen. & Hostiensis. Et addit Guliel. & Raymund. quod tales non sunt cogendi ad restitutionem certæ personæ, sed pauperibus. Item qui emunt lanam, vel pannum, vel huiusmodi pro prompta pecunia, & immediatè carius propter dilationem vendunt. Et tales quandoq; plus lucrantur quàm ille, qui talia adduxit quinquaginta vel sexaginta milliaria, magnis laboribus vel expensis.

Mercatores possint lucrum moderatum recipere.

Sed circa hoc quæritur: An mercatores possint licitè de re empta lucrum accipere. *Respondet Gulielmus.* Cum laborent pro omnibus, & quasi commune negotium in mercibus gerant, possunt moderatum lucrum recipere; secus de immoderato, vt extra de empt. & vendit. cap. 1. Hoc tamen intelligendum est, si ipse venditor rem meliorauerit: vt est, quia pretium rei immutatum est secundum diuersitatem loci, vel temporis, vel propter periculum, cui se exposuit, transferendo rem de loco ad locum: potest carius vendere; dum tamen moderatè hoc faciat, vt dictum est.

Ementes furta tenentur rem reddere, & omnes fructus inde perceptos.

TERTII sunt, qui emunt furtum vel rapinam, & tales qui sciunt, vel probabiliter credunt, rem esse furatam vel raptam, & tamen emunt: *Primo* tenentur rem reddere: etiamsi alius moriatur, vel sibi violenter auferatur, & si ante decem annos emisset, & eadem die mortuum fuisset, aut ablata res illa quæcunque sit, si veraciter pœnitere velit. *Secundo*, tenetur restituere omnes fructus inde perceptos: & qui medio tempore percipi inde potuissent. *Tertio*, æstimanda est res secundum optimum eius statum; puta, si res venditionis fuisset melior quàm postea, tunc non potest nec sufficit, quod similiter restituatur. *Quarto*, non potest agere contra venditorem de pretio soluto, quia obstat sibi sua turpitudo.

Quan-

Digitized by Google

Quantum ad ſecundum tangitur *inextinguibilis ad templum feruor* & virtus dilectionis, ibi; *Domus mea domus orationis eſt.* Vbi NOTA quod hoc verbum poteſt exponi tripliciter. PRIMO in ſenſu allegorico & literali, videlicet de domo materiali Deo dedicata: & diuino cultui conſecrata. De qua exponitur illud 2. Paral. 7. *Elegi*, inquit dominus, *domum iſtam, vt ſit nomen meum ibi vſq; in ſempiternum.* Et Gen. 28. in figura domus dicitur. *Vere non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli.* Hæc domus eſt domus orationis: quare ibidem orare debemus propter tria. *Primo*, quia hic habet Deus oculos apertos, quibus deuotionem orationum contemplatur, & deſiderium cordium ſingulorum. *Secundo* quia habet ibi aures erectas, quibus diligenter auſcultat deuotionem & intentionem orantis, vt exaudiat. *Tertio* quia habet ibi cor ſuum: nam diligenter attendit, quæ ibi fiunt. Et hoc figuratum eſt. 3. Regum. 11. Cum Salomon petiſſet vt orantes exaudirentur in templo: reſpondit ei Dominus. *Exaudiui orationem tuam, & ſanctificaui domum hanc: erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.* Et 2. Paralip. 7. dicitur. *Oculi erunt aperti, & aures meæ attentæ ad orationes eius qui orauerit in loco iſto.*

F

Secunda pars concionis.

Quare in templo orandū.

SECVNDO exponitur hoc verbum in ſenſu tropologico & morali, pro vt domus Dei accipitur pro anima rationali & fideli. Vbi NOTA, quod in omni recreata quatuor cauſæ concurrunt, videlicet, efficiens, materialis, formalis, & finalis. Deus autem habet ſe ſecundum omnia genera cauſarum ad rationalem animam, ideo conuenienter anima ſua dicitur eſſe domus propter inhabitationem, iuxta illud Ezechielis 18. *Omnes animæ meæ ſunt: ſicut anima patris ſic & anima filij.* Et *primo* anima rationalis dicitur domus Dei, ſecundum rationem cauſæ efficientis, quia licet Deus multa operetur mediantibus cauſis ſecundis: animam tamen rationalem ipſe immediatè per ſe producit: iuxta illud Pſal. 101. *Ædificauit dominus Sion & videbitur in gloria ſua.* Ipſe enim per ſe ædificauit hanc nobilem domum: animam videlicet rationalem, quæ domus dicitur Sion propter ſpeculationem, & hæc videbitur in gloria ſua, ſcilicet in glorificatione ſanctorum. De qua Pſalm. 149. *Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.*

Senſus tropologicus.

Anima dicitur Domus Dei.

Secundo anima dicitur domus Dei ſecundum rationem cauſę materialis, non quod anima à Deo ſit tanquam à materiali principio: ſed quoniam Deus in ea ſupplet deficientiam materiæ, ex qua res aliæ ſunt productæ. Non enim in omni natura creata inuenitur aliquod dignum, ex quo anima rationalis produci poſſit, quaſi à præiacenti materia: quare eam oportuit creari ex nihilo, quod eſt formalius: Deo: quod multum atteſtatur nobilitatem animæ quantum ad cauſam materialem, quia Deus per ſuam potentiam infinitam, ſupplet deficientiam omnium entium, creando animam de nouo, & ex nihilo: participando ei actum purum ſui ipſius, quo ipſa anima ſubſiſtit in eſſe. De quo Dionyſius de diuin. nominibus capit. 4. dicit. Animæ rationales propter bonitatem Dei ſunt bonæ, habentes vitam ſubſtantialem, id eſt, per ſe ſubſiſtere poſſunt, & quod eſſe eorum & præeſſe, eſt inconſumptibile, id eſt immortale.

Cauſa materialis.

TERTIO anima rationalis eſt domus Dei ſecundum rationem cauſæ formalis. Eſt enim formata ad imaginem & ſimilitudinem diuinæ Trinitatis, nec potuit beata Trinitas magis nobilitare animam rationalē, quàm quod ei ſui ipſius formam impreſſit.

Cauſa formalis.

Digitized by Google

Exchequer of the Receipt
Miscellaneous Books
E 164/1

vltimo. *Fortis enim est vt mors dilectio tua.* Ad Romanos 8. *Quis* (inquit Apostolus) *separabit nos à charitate Christi, &c.* Hac etiam cogitur Deus manere in anima, propter amorem quem habet ad animam. Ideo ipse petit sibi ingressum dari. Cantic. quinto. *Aperi mihi soror mea sponsa, &c.* Et prouerbiorum octauo. *Delicie mee esse cum filiis hominum.* Et quia Christus in anima rationali & fideli est, merito ipsa domus orationis est in qua ipsum adorari oportet. Ideo ait Apostolus 1. Corinth. 9. *Orabo spiritu, orabo & mente.* Et Ioan. 4. *Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.*

TERTIO ponitur hoc verbum anagogico sensu, vt per domum Dei intelligatur domus cælestis mansionis. Et dicitur illa mansio cælestis, conuenienter domus Dei, propter maximam familiaritatem sanctorum cum Deo. Nam secundum Isidor. 9. Etymol. domus dicitur habitatio vnius familiæ, & quoniam in beatitudine cœlesti, omnes sancti & angeli se habent, sicut familia ad Dominum domus: domestici etiam maxime familiares existunt domino domus, ideo non immerito propter nitimam familiaritatem Propheta Dauid in spiritu prænoscens ait: Psalm 83. *Beati qui habitant in domo tua Domine* Et benè dicit *beati*. Nam in hac domo sunt tria commoda inæstimabilia, propter quæ in eadem habitantes dicuntur beati. Est enim hic quies *imperturbabilis*, aspectus *delectabilis*, & opulentia *inhausibilis*, Vbicunque sunt hæc tria in domo, ibi procul dubio potest esse gaudium & lætitia. Sensus anagogicus.

PRIMO ergo in hac domo est *quies imperturbabilis*, iuxta illud Isaiæ 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducie, & in requie opulenta.* Vnde sancti in illa cœlesti domo habebunt quietem imperturbabilem. Vnumquodque enim tunc habet quietem, quando attingit finem suum vltimum. Sancti autem qui in illa domo sunt, attigerunt finem suum vltimum, ideo habebunt ibi requiem imperturbabilem. Quia secundum Psal 147. *Posuit fines tuos pacem*, dicit de cœlesti Hierusalem. Et dicit NOTANDA *fines* pluraliter, quia duplex est finis beatorum. *Vnus extrinsecus* qui est beatitudo creata, quæ nos in domo illa beatificat formaliter. *Alius est intrinsecus*, quæ est beatitudo increata, quæ nos beatificat effectiuè, scilicet ipse Deus. *Prima* beatitudo est tanquam finis quo quiescitur. *Alia* vero, scilicet increata est tanquam in quo quiescitur. Quia ergo in illa est tanta quies, quæ à nemine perturbari potest, cum sit ibi pax summa; Festinemus ergo ingredi in illam requiem, secundum consilium Apostoli ad Hebræor. 4. De hac quiete & pace dicit Prosper de vita contemplatiua. Futura vita beatè sempiterna, & sempiternè beata, vbi certa securitas, & secura tranquillitas, tranquilla iucunditas, felix æternitas, vbi est amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacriter motus, & vnus omnium spiritus. Finis beatorum duplex.

SECVNDO in illa domo cœlesti *est aspectus delectabilis*. Quid enim delectabilius quàm aspicere in illam faciem glorioſam in quam desiderant angeli prospicere. 1. Petr. 1. *Sed si dicas*, Cur, inquit, cernere desiderant, cuius faciem nunquam cernere cessant? *Respondetur* quod contemplatio diuinæ præsentiæ ita angelos & sanctos beatificat, vt eius semper visa gloria satientur & eius dulcedinem quasi nouam insatiabiliter esuriant. Vnde Augustinus 12. de ciuitate Dei. Vbi, inquit, tota virtus erit videre quod amas, & summa felicitas amare quod vides, & ibi beata vita in suo fonte bibitur, vbi veritatis visio clarissime aperitur. Obiectio.

TER-

TERTIO in illa domo cœlesti est *opulentia inexhausibilis*. Vnde Psalm. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius*. Et Psalm. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*. Nec illa vbertas diuitiarum diminuetur ex numerositate inhabitantium. Vnde Augustinus super Psalm. 49. Hæreditas Christi, cui cohæredes sumus, non diminuitur copia possessorum, nec fit angustior numerositate cohæredum, sed tanta est multis quanta paucis, tanta singulis quanta omnibus. Idem de ciuitate Dei libro 22. Ibi quidem amabitur, nec erit nec desiderabitur quod non aderit omne quod ibi erit bonum, & summus Deus summum bonum erit, & quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Ideo concludit beatus Bernardus. Festinemus ad locum, inquit, tutiorem, vbi habitemus sine metu, quantum ad primum: vbi epulemur sine fastidio, quantum ad secundum: vbi habitemus sine defectu, quantum ad tertium.

DOMINICA XI. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Duo homines ascenderunt in templum vt orarent. Luc. 18.

K ALbertus in libro rerum dicit, quod in Thessalia sunt duo flumina. Vnius virtus & proprietas est, vt ex eo oues bibentes fiant nigræ: Alterius autem proprietas est, vt ex illo bibentes fiant albæ. Quæ verò ex vtroque bibunt, fiunt variæ.

MORALITER. Secundum Hieronymum Thessalia interpretatur captiuitas, & significat Ecclesiam militantem, quæ in comparatione Ecclesiæ triumphantis, captiua est, quia Apostolus loquens de Ecclesia triumphanti dicit ad Galat. 4. *Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra*. In ista quidem Ecclesia militante, quæ significatur per Thessaliam, sunt duo flumina. Per primum significatur superbia, de qua intelligitur illud Psalm. 106. *Posuit flumina in desertum*, quasi diceret, Deus superbiam deseruit, vel superbos & elatos legis doctores. Per secundum intelligitur humilitas, de qua intelligitur illud Psalm. 65. *In flumine pertransibunt pede: ibi lætabuntur in ipso*, quasi diceret. In humilitate transeunt ab affectione sua, & post hanc vitam lætabuntur in cœlesti patria. Quid autem sunt oues nisi homines? quæ sunt secundum Psalmum 94. *Populus Dei & oues pascuæ eius*. Illi ergo homines qui bibunt ex flumine superbiæ, nigri fiunt in peccatis iuxta illud Eccles. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea*. Glossa, eo quod est magnæ adhærentiæ, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Nam vt dicit glossa, homines sunt proni ad appetitum indebitum propriæ excellentiæ, in quo consistit superbia, propter quod de facili adhæret homini. Illi verò qui bibunt ex flumine humilitatis, erunt albi in puritate. Et hæc dicta manifesta sunt de Pharisæo & Publicano. Pharisæus est, qui de flumine superbiæ & iactantiæ bibit. Sed publicanus bibens de flumine humilitatis, meruit accipere stolam puritatis, vt iustificatus in domum suam descenderet, vt dicit præsens Euangelium. In quo tria principaliter ponit. *Primo*, communem amborum

borum actionem, ibi; *Duo homines ascenderunt. Secundo*, diuersam ipsorum conditionem, ibi; *Pharisæus autem. Tertio*, finalem conclusionem, ibi; *Dico vobis.*

Quantum ad PRIMVM, ponit communem amborum actionem, cum dicit. *Duo homines ascenderunt in templum.* Vbi NOTA ad literam: Verum est quod duo homines, quorum vnus Pharisæus; alter exstiterat Publicanus, in templum octo gradibus (quia iacebat in monte) ascendebant. Et quo ad hunc sensum plana est litera thematis allegata.

Sed vt præsens thema propositum, nobis cedat in doctrinæ exemplum: tunc MORALITER restat exponendum. Vnde isti duo homines sunt corpus & anima, scilicet homo interior & exterior, quia dicit Aristot. 1. Politicorum. Quod animal, scilicet homo, constat ex corpore & anima. Anima est regens: corpus verò rectum. Quia secundum ipsum, quandocunq; ex pluribus rebus constituitur vnum: inter illa vnum erit regens: aliud verò rectum. Quilibet enim istorum hominum habet pedes suos, corpus videlicet corporales, anima verò spirituales: qui sunt affectus & desideria, & quibus ascendere principaliter necesse est ad Deum exorandum, quia dicit Augustin. in epist. ad Quod vult Deum: Ad Deum qui & vbiq; præsens, vbiq; totus est: non corporis pedibus licet ire, sed moribus. Et Bernardus super Cantica, Sermone LXXXV. dicit, quod non pedum passibus: sed desiderijs acceditur ad Deum. L

Circa quod vlterius est NOTANDVM, quod quicunque vult ad templum ascendere ad Deum: debet habere pedum dispositionem, & gradum rotationem. Pedes ergo animæ quibus itur ad templum Dei, per tria disponuntur. Pedes animæ tribus modis ad Deum disponuntur. I.

PRIMO quidem *per lotionem*, quia affectus & desideria debent esse munda. Nam sicut nullus intraret in templum Domini, diebus Dominicis & festiuis, sordidis pedibus corporalibus: sic nullus debet intrare ad templum maculatis desiderijs & affectibus. Et quia pedes animæ quandoque tangunt terram mediante sensualitate, vnde puluis terrenus eis adhæret ideo indigent frequenti lotione, quia dicit Dominus, Ioan. 13. *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet*, quasi diceret. Qui sine peccato mortali est, non indiget capitis lotione. Cuius ratio est, quia caput mentis, quod est superior pars rationis in hominibus sanctis & deuotis, immediatè coniungitur Deo, vt dicit Augustinus in libro de spiritu & anima, ideo lotione non indiget. Nec tales indigent lotione manuum; quia opera eorum, quæ significantur per manus, sunt munda: Sed solum indigent lotione pedum, quia impossibile est hominem aliquando non peccare venialiter, & non habere aliquam inordinationem in sensualitate, propter continuam cohuersationem in terris, vnde contrahitur aliquis puluis, vel macula in affectu. Iuxta illud Origenis; Ego impossibile puto non coinquinari extrema animæ & intima eius, quomodo ergo quis apud homines perfectus reputatur? Ideo dicit sponsa Cant. 2. *Laui pedes meos*, id est, cogitationes meas, quibus aliquando terram tangere solebam: *quomodo ergo iterum coinquinabo eos?*

Sed diceres. Quibus lauantur pedes animæ, vt mundentur, *Respondetur* per duplicem aquam. M

Pedes animæ duplici aqua lauandi.

PRIMO est *aqua materialis*, videlicet per aquæ benedictæ aspersionem, quia dicit Alexander III. de consecrat. dist. 3. cap. Aquam sale aspersam populis benedicimus: vt ea cuncti aspersi sanctificentur & purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus, quia sterilitatem aufert rerum humanarum, & coinquina-

Digitized by Google

Aqua benedicta delet peccata venialia. Ponitur in templi ingressu, & quare.

tos scilicet venialium peccatorum tantum, purgat. Dicunt tamen Petrus & Albertus quod remissio venialium, quæ fit per aspersionem aquæ benedictæ, non fit per modum sacramenti sed per modum meriti. Ideo in introitu templi ponitur aqua benedicta: vt ipsum ingredientes se aspergant, & immunditiam venialium abstergant. Et hoc habet ortū ex veteri testamēto Exodi 38. vbi legitur, *quod habebant lauatoria in ingressu tabernaculi in quibus erat aqua*: vt ingredientes se de immunditijs purgarent.

Contritio valet ad venialium peccatorum remissionem.

SECVNDO lauantur per *aquam spiritualem*: videlicet per cordis contritionem. Nam in contritione est aqua lacrymarum, quæ multum valet, non solum ad lotionem venialium: sed etiam mortalium peccatorum, quia dicit Chrysostomus de pœnit. distinct. 1. capit. Mensuram. §. Lacrymæ. Lacrymæ, inquit, lauant delictum, quod pudor est confiteri. Sed hoc secundum glossam non est intelligendum sine confessione, sed sic. Si peccatum adeo graue est, vt cum pudore confiteatur, non est ideo desperandum, quia lacrymæ lauant tale delictum cum pudore confessum. Sed huic aquæ lacrymarum, quæ ex contritione procedit, addi debet cinis scilicet memoria propriæ mortis, vel mortis Christi: & per hunc modum absolutio fit efficax, in quo est bonum homini se lauare, antequam orationem suam in templum ascendens Deo fundat.

N *Li.*

SECVNDO disponuntur pedes animæ scilicet hominis interioris *per velocem motionem*: vt homo cito & velox fit in motione ad templa Dei visitanda, quia dicit Dionysius lib. 15. de cœlesti hierarchia, quod pedes in scriptura significant virtutem & penetrantem actionem & velocem, semper tendentem ad diuina. Tales veloces pedes gloriatur se habere Dauid in Psalm. 17. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me.* Quod exponens Gregorius in libro 26. moralium dicit. Ceruus cum montium iuga ascendit, quæque aspera obiecta saltu transgreditur, donec ad superiora eleuetur: non solum currit: sed & saltat. Ita & electorum mentes, omnia quæ sibi obuiare conspiciunt, contemplationis saltu transcendunt, donec ad superna veniant. Hæc Gregorius. Ita ad præsens nihil asperum, aut aduersum debet hominem impedire, in ascensu ad templum Dei: in quo se cum Deo contemplatur: præsertim diebus Dominicis & festiuis, sed debet esse velox & agilis ad instar cerui ad eundum. Quod est contra multos, qui eundo ad templa DEI, miscent sermones longos cum eis obuiantibus in plateis: vt sic interdum tardent ac negligant partem missæ vel sermonis. Et certè ad diuina deberet homo ita velox esse, ne etiam quenquam videretur salutare, iuxta verbum Domini. *Per viam neminem salutaueritis.* Lucæ 10. Et 4. Regum. 4. *Si occurrit tibi homone salutes eum*: quasi diceret, ne per talem salutationem impediaris in bono opere, quod cœpisti, quia dicit Hilarius. Salutare viatorem cum mora ex curiositate, non est bonum: ne impediatur abstinere suo vel fructu prædicationis. Idem hoc est etiam contra has mulieres quæ cum vxore Pilati (quæ ait. *Hodie multa passa sum per visum*, scilicet in somnis, Matthæi 27.) dormiunt vsque ad clarum diem, deinde surgentes antequam se ornauerint, & de domo ad templum ire receperint iam sermo finitus est, & pars magna missæ est peracta, & tales non perpendunt illud Sapientiæ 16. *Oportet præuenire solem* scilicet in surgendo, scilicet *ad benedictionem & ad ortum solis te adorare.* Nec attendunt illud Iob. 8. *Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem deprecatus fueris: statim vigilabit ad te! & peccatum reddet habitaculum tuum.*

In negligentes Missam vel ēcionē propter colloquia inutilia.

TER-

TERTIO disponuntur pedes animæ ad ascendendum in templum per *rectificationem*, videlicet vt affectus & desideria hominum, non sint ad præterita mala, vel ad extranea negotia domus retorta. Nam de sanctis Euangelistis & alijs Euangelicæ veritatis sectatoribus dicitur, Ezech. 1. *Pedes eorum pedes recti*, Super quo dicit Gregor: Hi pedes rectos non habent, qui ad mala mundi quæ reliquerunt inflectuntur. 2. Pet. 2. De quibus scriptum est. *Canis reuersus ad vomitum, & sui lota in volutabro luti.* Hæc Gregorius. Vel isti etiam non habent pedes rectos, quorum affectus aut desideria cum sint in templis, sunt circa terrena negotia. Contra quos dicit Augustinus in sermone quodam. Sicut orantis affectus: sic & erit exaudientis effectus. Plerunque orantes aliunde cogitamus, quasi obliti ante quid stamus. Et idem super Psalmos. Plerunque, inquit, corpus in orationem prosternis, collum curuas, peccata confiteris. Video vbi iacet corpus: quæro vbi volitet animus? Cogitationibus tanquam æstu maris abripitur, & tempestate in aliud atq; aliud tollitur. Quid autem homo in oratione debeat affectare aut desiderare: ostendit idē Augustinus approbate de orando Deo: Dirigar, inquit, sequitur effectus, si feruētior præcedat affectus. At per hoc q̄ dicit Apost. 1. Thess. 5. *Sine intermissione orate*, quid dicit aliud, quam beatam vitam quę nulla nisi æterna est, ab eo qui eam solus dare potest sine intermissione desiderate.

O III.

SECVNDO qui vult in templum Dei ascendere, debet oportet diligenter notare quod templum Salomonis ędificatū erat in monte Moria, vt habetur. 2. Paral. 3. *Cœpit Salomon ędificare domum Domini in Hierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuit Dauid Patri eius.* Et in hanc domum vel templum, ascēdere habent homines per octo gradus. Et hoc quidem templum fuit figura nostrorum templorum, in quæ ascendere debent homines non per gradus corporales: sed morales.

P

PRIMVS ergo gradus est temporalium obliuio. Cum ergo in domum Dei ad orandum vis ascendere, necesse est vt curas temporales à mente tua studeas reijcere. Vnde Augustinus super Psalm. 118. *Clamaui in toto corde meo.* Quando, inquit, aliud non cogitatur: in toto corde clamatur. Nihil certe est delectabilius odori Domini, quàm oratio pura directa à corde fideli. *Et iterum ibidem.* Ecce iniuriam Deo facis quotidie, quod si iudicem interpellas, & subito cum ad eum loqueris illum dimittas cum alio fabulari incipias. *Et subdit* declarando per quæ homo facit Deo iniuriam. Vt, inquit, omittam dicere noxias aut peruersas, & Deo inimicas ipsas superfluas cogitationes: iniuria est eius cui loqui cœperas: oratio tua locutio est ad Deum. Quando legis, Deus tibi loquitur: quando oras, Deo loqueris: quasi diceret. Ideo tu obliuiscī debes alia exteriora, & præsertim cogitationes noxias, quia etiam dicit Isidorus de summo bono lib. 3. Mens mea cœlestis est. Et tunc orando Deum, benè contemplatur, quando nullis terrenis curis vel erroribus impeditur. Tunc ergo veraciter oramus quando aliunde non cogitamus.

1. Temporalis obliuio.

Sed SECVNDVS gradus quem post obliuionem debes ascendere est *tui ipsius cognitio.* Cum enim homo tuam vilitatem attendis cum Publicano, de quo dicit Euangelium, super alios te non extollis.

2. Tui ipsius cognitio.

Ideo hortatur B. Bernardus quemlibet ad sui considerationem: cum dicit in libro meditationum cap. 3. Attende homo quid fuisti ante ortum, & quid es ab ortu vsq; ad occasū; atq; quid eris post hanc vitā, p̄fectò fuisti q̄ nō eras, postea de vili materia factus, & in vilissimo panno inuolutus, menstruali sanguine in vtero materno fuisti

Q

Digitized by Google

nutritus, tunica tua fuit pellis secundina, sic indutus & ornatus venisti ad nos: & immemor es quàm sit origo tua vilis. Nihil enim aliud est homo quàm sperma fœtidum, saccus stercorum, & cibus vermium. Hæc Bern. Hæc de se non cognouit Pharisæus, qui ait. *Non sum sicut cæteri hominum.* Hæc etiam de se non cognoscunt, qui pomposè & superbè ornati, ad templum Dei vadunt. De quolibet tali miratur B. Bernardus vbi suprà.

Vnde superbit homo: cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita, necesse mori.

Et declarat per aliqua metra, quæ hominem retardant à cognitione sua: dicens

Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesq;
Surripuere tibi, noscere quid sit homo.

R 3. Cordis humiliatio.

TERTIVS gradus, quem post cognitionem tui ipsius necesse est ascendere, est *cordis humiliatio.* Ex quo enim homo quilibet debet ascendere in templum, vt oret, necesse est, vt se prius humiliet, quatenus Deus orationem suam misericorditer exaudiat. Quia dicit Sapiens, Eccles. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet, non consolabitur*, scilicet orans, *& non discedet ab oratione, donec aspiciat altissimus*, scilicet oculo misericordiæ.

S 4. Cordis contritio.

QVARTVS gradus, quem post humiliationem debet homo ascendere, est *cordis contritio*, cum proposito confitendi redit ad Deum peccator. Refert enim Sextus Iulius lib. 3. stratagematon cap. 1. de Marco Catone talem belli cautelam. Cum esset in Hispania, & videret se quoddã oppidũ sic posse occupare, si illud ex inopinato inuaderet, simulauit se quatriduo fugere. Et subito in hostes cõuersus, biduo per vias difficiles scilicet montes & nemora redijt: & hostes suos nihil tale metuentes oppressit.

Quo pacto nos à Deo elongamus.

MORALITER, quasi per quatuor dies elongamus nos à Deo peccando, cogitatione, locutione, opere, & omissione, sicut communiter confitemur. Reputant ergo se dæmones securos, quod oppidum cœleste nobis interclusserint, quod tamen desideramus acquirere. Quid ergo restat facere? Certè nihil aliud, nisi fugam prædictorum quatuor dierum, biduo recompensare, & ad Deum redire: quamuis ante quatuor dies: videlicet per cogitionem locutionem, opus, & omissionem recessimus, possumus tamen si volumus, in duobus diebus redire, videlicet per confessionem & contritionem. Nam satisfactionem condignam necessariò non exigit Deus, sed per multiplices indulgentias & pietatis opera redimere possumus, si volumus: vt dicit Holkot super librum Sapientiæ, lectione 52.

T 5. Largitio eleemosynarum.

QVINTVS gradus, quem oportet ascendere post cordis contritionem, est *eleemosynarum largitio.* Nam non ex noua, sed ex antiqua consuetudine, pauperes ante templa sedere, aut poni consueuerant: vt intrantes diuites, peccata sua dando eis eleemosynam redimant, sicut habetur Actu. 3. de Petro & Ioanne, *cum ascenderunt ad horam orationis nonam, quidam qui erat claudus ex vtero matris suæ baiulabatur*, quia secundum glossam etiam erat contractus *quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum rogabat eos, vt eleemosynam acciperet. Intuens eum Petrus cum Ioanne, ad eum* videlicet Petrus *dixit. Respice post nos*, quasi diceret: Considera nos pauperes, nihil tibi dare volentes. *Et ille intendens in eos: sperans se aliquid acceptu-rum ab eis.* Petrus autem quia nihil habuit, eum tamen meliori eleemosyna consolari

voluit,

voluit, ideo ait. *Argentum & aurum non habeo: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.* Quod est contra multos diuites, satis habentes: qui tamen cum intrant Ecclesias in nullo consolantur pauperes: & quomodo Deus preces eorum exaudiet, cum nec pauper, nec claudus consolationem accipiat? Certe nullo modo. Quia dicit Sapiens Prouerbior. 21. *Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit*, scilicet in oratione *& non exaudietur.* Eleemosyna danda pauperibus sedentibus extra Ecclesiam.

SEXTVS gradus quem debes ascendere post eleemosynarum largitionem, est *sensuum exteriorum clausio*, iuxta Domini vocem. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater qui videt te in abscondito reddet tibi.* Vt dicit Thomas in glossa continua. Per *cubiculum cordis*, secretius mentis arcanum intelligitur: per *ostium* autem carnales sensus per quos cordis interiora improbè se ingerunt: & intrat mors per fenestras nostras, quibus est resistendum, vt oratio spiritualis ad Deum dirigatur. Hæc Glossa. In quo vult Dominus & etiam Glossa, quod oculos suos, ne videant illicita, debet diligenter custodire, qui vult à Deo in oratione sua exaudiri: quod est contra multos, tam viros quàm mulieres: qui visus suos hinc inde dispergunt: & nunc illum, iam illam impudicè cernunt. Et non credo quod mentes pudicas habent, cum oculos impudicos non cohibeant, quia dicit B. Augustinus in libro de fide Christiana, & allegatur 32. quæst. 5. capit. Nec solo. Non dicatis vos habere animos pudicos, si habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. V 6. Sensuum exterior custodia Mat. 6. Oculus impudicus, cordis impudici nuncius.

SEPTIMVS gradus est, *murmuris postpositio*: & murmur fit per verba inutilia, atque risus, contra quæ dicit Augustinus in regula. In Oratorio nemo aliud agat, nisi ad quod factum est, scilicet orationem. Quia isti duo homines ascenderunt in templū, vt orarent, & non vt murmurarent, vel vanè riderent, vt dicit beatus Hieronymus in epistola ad Hebræos, homil. 13. Risu Ecclesia impletur: & quod miserabile est, in omni tempore orationis non quiescunt multi à risu. Stat sacerdos Dei cunctorum orationum offerens, & tremens, & tu rides nihil timens? In aulam quidem intraturus regiam, & habitu, & oculis, & incessu, & cunctis alijs te ornas, & componis: huc autem ingressurus, vbi est vera aula regia & cœlestis, rides. Audi tamen, quia angeli vsque præsentes sunt, & maxime in domo Dei astant regi, & omnia corporeis illis virtutibus plena sunt, & tu quidem, scio quia non vides. Hæc Hieronymus. X 7. Murmuris postpositio.

OCTAVVS gradus & vltimus est, *deuota missarum auditio*, quia dicitur. Y 8. Deuotè audire Missam.

Non minuit bursam Eloys, nec Missa dictam.

Refert enim Thomas Cantipratens. lib. 2. Apum, cap. 40. part. 3. quod sacerdos de Dacia, nomine Andreas, alias Winandus, de villa quæ dicitur Elselo cum conuicaneis suis terram sanctam peregrinus adiuit. Transito ergo mari, in vigilia Paschæ venerunt Hierusalem, & summo mane recedere voluerunt. Quibus sacerdos dixit. Sanctissimus dies Paschæ est, & locus resurrectionis Dominicæ, audiatis prius Missam, & Eucharistiam sumite; postea recedemus. Abeuntibus omnibus, & recedentibus, sacerdos mansit in vrbe, & dicta Missa, factoque prandio, solus cœpit insequi præcedentes. Quem vt attigit quidam in equo sedens: Quid est ait, quod solus properas peregrinus? Et ille factum narrans: hac, inquit de causa solus à socijs sum relictus. Simile narrat Cæsarius Hesterbacensis, li. 10. c. 1.

lictus. Tunc ille. Aſcende, inquit, retro me, & videbimus ſi poteris aſſequi præcedentes. Agit gratias presbyter & aſcendit: & poſt horam ſic reſidens obdormiuit. Circa veſperam verò cum euigilaret, & circumſpiceret vbi eſſet: dixit ille ductor ſuus. Potésne cognoſcere locum iſtum? Et ille, præ timore maximo, vix reſpondere valens: Videtur mihi, inquit, domine mi, quod Eccleſia hæc, quæ ante nos eſt, Eccleſia mea ſit, & domus hæc proxima qua manſi. Cui ductor. Recte tibi videtur. Chriſtum glorifica, cuius ſacramenta veneratus es, & quorum cauſa in longinquas terras ſolitudinem non horruiſti. Hæc dicens, ſubitò diſparuit. Sacerdos autem intrans Eccleſiam: omnibus magnalia Dei enarrauit. Ecce quam bonum eſt audire miſſam cum deuotione, ſpecialiter diebus Dominicis, quæ eſt dies lætiſſimæ Chriſti reſurrectionis.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo ſecundus.

Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi: quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiã hic publicanus, ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium quæ poſſideo. Luc. vbi ſuprà.

PHILOSOPHVS 6. libro animalium dicit. In cunctis mortuis corporibus pectus altius ſubito eleuatur. Cuius ratio eſt, quia in morte totus ſanguis ad cordis transfluit regionem in auxilium ipſi vitæ, quia cor eſt primum viuens & vltimum moriens: multa autem ſanguinis confluxio, intumeſcere facit carnem ſiue pectus, vt aſſerit Conſtantinus.

Moraliter hoc intelligendo, dicitur q̃ omnis peccator mortalis, mortuus eſt in anima, cum Deus deſerit eum qui eſt vita. quia dicit Auguſtinus in libro de vera innocentia. Duæ vitæ ſunt, vna corporis, alia animæ. Sicut ergo anima eſt vita corporis, ſic vita animæ Deus. Et quomodo ſi anima deſerit corpus, moritur: Sic anima moritur, ſi deſerat eam Deus. Sicut igitur in mortuis corporibus pectus altius eleuatur, ſic & cor in multis mortuis ſpiritualiter per ſuperbiam & iactantiã extollitur, & de ſe magna dicunt, alios contemnendo. Et non ſolum contemnunt homines, ſed & Deum. De contemptu hominum legitur Iudic. 9. quod Gaal ex ſuperbia deſpexit Abimelech, quando dixit. *Quis eſt Abimelech & quæ eſt Sichem vt ſeruiamus ei? Nunquid non ipſe eſt filius Ieroboal? Vtinam*, inquit, *daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech.* Idem etiam patet de Goliad qui contemſit Dauid, qui contrà ipſum iniuit *certamen ſingulare.* 1. Regum 17.

Sed de contemptu Dei legitur, 2. Machabæorum 15. de Nicanore, qui cum pugnaret contra Iudæos, dixerunt ei. *Deus potens eſt in cœlis, qui iuſſit ſabbathum diem celebrare.* Reſpondit iactans. *Et ego potens ſum in terra qui impero ſumi arma.* Et ratio eſt quare tales ſic in iactantia & in ſuperbia intumeſcunt, quia multus ſanguis peccatorum fluxit in cor ipſorum, propter quod per ſuperbiam eleuantur, quia dicit Hiero-

nymus

nymus in libro de illustribus viris. Quanto quis morti scilicet spirituali vicinior, tanto vana mundi huius altitudine intumescit. Et hoc ad præsens patet de Pharisæo, qui in multis fuit innoxius, & se tamen vltra alios extulit cum dicit. *Non sum sicut cæteri hominum*, vt dicunt verba Euangelij prælibata. In quibus duo facit. *Primo*, mala de se remouendo. ibi; *Non sum sicut cæteri hominum. Secundo*, bona sua prædicando. ibi; *Ieiuno bis in sabbatho.*

B

Circa hoc NOTANDVM, quod plura tangit Euangelista vitia de ipso Pharisæo.

Peccat Pharisæus. 1. Mentis elatione.

PRIMVM est ipsius *elatio*, & hoc tangit ibi; *Stans.* Et hoc secundum Theophylum elatum eius animum notat. Debuisset enim genu flexisse: aut alia signa deuotionis, inclinando se, ostendisse, iuxta illud Esa. 40. *Vultu in terra demisso adorabunt dominum.* Et beatus Augustinus in libro de cura pro mortuis dicit. Orantes autem, quamuis intentio cordis eorum & voluntas inuisibilis notatur, sic visibiliter tamen de membris corporis sui faciunt, quod supplicantibus congruit, vt cum genua figunt, manus extendunt, solo se prosternunt, non vt indicijs animus pandatur humanus, sed quia se hinc magis excitat ad orandum & gerenduni & humilius & feruentius. Hæc Aug.

Est tamen NOTANDVM quod genuflexio in Ecclesia non semper est necessaria, sed præcipue cum nomen IESV Christi, vel virginis MARIÆ nominatur, aut corpus Christi eleuatur, iuxta illud Apostoli ad Philipp. 2. *In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum:* Et extra de immunit. Ecclesiæ, lib. 6. cap. Docet, dicit Gregorius X. in Concilio Lugdunensi. Præcipuè cum agantur missarum sacra mysteria, glorioſum illud nomen quandocunque recolitur flectant genua cordis sui: quod vel capitis inclinatione testantur. Et dicit NOTANTER *genua cordis* & non corporis, quia sufficit inclinatio capitis reuerentialis, cum deuotione cordis. Et dicitur signanter superius, quod non est necessaria in oratione genuflexio: quia dicit Augustinus ad Simplicianum, libro 2. Dauid sedens ante domum, orauit: Elias quoque sedens orauit, quando pluuiam orando impetrauit. Quibus exemplis admonemur, non esse scriptum, quomodo corpus constituatur ad orandum, dum animus præsens Domino peragit intentionem suam. *Et subdit.* Nam & stantes oramus sicut publicanus, & flexis genibus, sicut in actibus Apostolorum legimus. Et sedentes, sicut Dauid & Elias. Nisi autem & iacentes oraremus, non esset scriptum in Psalmo 6. *Lauabo per singulas noctes lectum meum.* Hæc ille.

Ad nomen IESVS & MARIA, flectenda sunt genua cordis.

Ex hoc dicto Augustini in fine auctoritatis posito, soluitur quærentium quæstio, an orandum sit in lecto. Inde Cassianus libro 2. de institutione monachorum dicit: Finito Psalmo, non statim ad curuationem genuum currunt apud Ægyptum probatissimi monachorum, sicut faciunt nonnulli, de refectione potius lassi corporis cogitantes, quàm orationis commoda requirentes; sed in supplicatione stantes, maiorem partem temporis expendunt posthumi, puncto breuissimo procidentes, velut tantum diuinam clementiam exorantes, summa velocitate consurgunt. Humi namque diutius procumbentes, non solum cogitationibus, sed etiam somno impugnari aiunt. Ex quibus auctoritatibus & exemplis potest patere, quod siue stanto, siue sedendo, aut genua flectendo, oremus, non peccamus: dum humilitatem mentis seruemus. Sed iste Pharisæus qui ad orationem stetit, humilitatem mentis non tenuit, ergo vitiosus fuit.

Oratio in lecto etiam fieri potest.

SECVN-

C II. Ordinis peruersione.

SECVNDVM peccatum ipsius, *ordinis est peruersio.* Nam ordinem in oratione peruertit.

PRIMO enim gratias egit, quod tamen iustus in fine facere consueuit. Nam secundum Sapientem. *Iustus in principio est accusator sui.* Prouerb. 18. Quia primo accusat se coram Deo mala fecisse, sed iste se accusat. *Non*, inquit, *sum sicut ceteri hominum, raptores adulteri, &c.* Cum tamen *raptor fuit* spiritualis, quia gloriam quæ solius Dei est, sibi rapuit. De qua Dominus Isaiæ 48. *Gloriam meam alteri non dabo.* Iniustus erat, quia humilitatem non habebat, sine qua nullus potest esse iustus & virtuosus: quia dicit Cassianus libro Collationum. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura consurgere, nisi prius iactum fuerit veræ humilitatis fundamentum; sine qua nec purgatio peccatorum; nec emendatio morum, nec consummatio virtutum, poterit apprehendi. Item, *adulter erat,* quia contempto Deo, qui sponsus est animæ, cum mundo amicitiam fecerat: cuius fauorem quærebat. Et de talibus dicit Apostolus Iacob. 4. *Adulteri, nescitis quia amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur.* Item, iustus in medio debet petere quod Deus sui misereatur, dicens cum Dauid Psalm. 50. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.* Aut cum publicano. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Sed vltimo, cum sperat sibi à Deo peccata dimissa, debet gratias ei referre.

D Quæ circa gratiarum actionem notanda.

Et circa hanc gratiarum actionem tria sunt NOTANDA, vt dicit Holkot super librũ Sapientiæ lect. 196. *Primo*, quare Deo gratiarum actio est agenda. *Secundo*, de quibus materia est sumenda. *Tertio*, qualiter gratiarum actio est explenda. *Primo* ergo gratias agere, est multum commendabilis actus, quia est bonorum operatio, perceptorum augmentatio, diuinitatis protestatio.

Bonorum operatio.

PRIMO ergo Deo regratiari, est bonorum operatio: quæ ad nihil aliud vacat nisi ad Deum laudandum, & de collatis beneficijs ei regratiandum. Et ideo illud artificium benè est addiscendum: de quo nos ad perpetuum oportet viuere. Transituri enim ad curiam regis, addiscant domi conditiones curiæ tempestiuè. Eo modo nos conuenit in præsenti gratiarum actiones addiscere, vt sciamus qualiter in patria debeamus nos habere. De qua Isaiæ 51. *Gaudium & lætitia inueniatur in ea: gratiarum actio & vox laudis.*

Augmẽtatio perceptorũ.

SECVNDO, gratiarum actio deuota est bonorum à Deo perceptorum augmentatio. Sic enim Deum maxime prouocamus ad dandum maiora, si de receptis gratias referimus. Agricola enim nimirum illam terram colit diligentius & seminat, quæ vberius fructus reddit: & quanto ager est fœcundior, tanto meliori semine seminatur.

MORALITER, Homo est sicut ager Dei, iuxta illud. 1. Corinth. 3. *Dei agricultura estis.* Ipse verò est sicut agricola, Ioan. 15. *Pater meus agricola est.* Quanto ergò persona maiorem fructum per gratiarum actionem rependit, tanto ei libentius dona sua tribuit. Sicut figuratum est. Gen. 44. vbi legitur, quod filij Iacob iussu patris descenderunt in Ægyptum, vt emerent frumenta tempore famis, portantes secum pretium frumenti, ideo Ioseph præcepit dispensatori domus, dicens. *Imple saccos eorum quantum possunt capere & pone singulorum pecuniam in sacci summitate.*

SPIRITVALITER per Ioseph qui interpretatur augmentatio siue augmentum, intellige Christum, qui auget donum vltra precatum: iuxta illud Ambrosij: Vberior est

est gratia quàm precatio: semper enim Dominus plus tribuit, quàm precatur. Ad hunc ergo sic accedunt filij Iacob: videlicet supplantatores vitiorum portantes secum pretium frumenti, id est, gratiarum actionem, plus reportant quàm petebant. Et ideo optimus modus amplius impetrandi, est gratias agere de perceptis. Et per oppositum, qui non agit gratias de perceptis, meretur puniri & priuari iam habitis, Apostolo attestante ad Romanos 1. de philosophis. *Qui cum cognouissent Dominum, non sicut Dominum glorificauerunt, nec gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.*

TERTIO, gratiarum actio, est quædam diuinæ maiestatis protestatio. In hoc enim quod Deo de suis beneficijs regratiamur, cum ipsum Dominum nostrum & capitaneum protestamur. In cuius figura adeps in spiritualibus Deo soli offerri debuit, Leuit. 3. *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo.* Vnde & Christus volens de septem panibus facere festum, quod non fuit opus humanum sed diuinum, gratias egit, fregit & dedit discipulis suis, vt apponerent turbis, Marci 8. Protestatio diuinæ maiestatis.

QVARTO, gratiarum actio est nostræ necessitatis demonstratio. Qui enim regratiatur, suam indigentiam demonstrat seu protestatur. Et hæc est ratio moralis, quare decimæ institutæ sunt, & Deo spiritualiter dedicatæ. Est enim Decem limes & perfectio numerorum: & ideo dum nobis nomen retinemus, & Deo decimum damus, nobismetipsis imperfectionem inesse fatemur, & omnem perfectionem attribuimus soli Deo. Eodem modo dum Deo de perceptis gratias agimus: protestamur, quod nihil de nostro munere possidemus. Demonstratio necessitatis. Decimæ.

SECVNDO, materiam gratiarum actionis sumere debemus de diuinis beneficijs, quæ sunt potissimè de opere creationis, redemptionis, exspectationis, iustificationis, conseruationis, & præmiationis. De opere creationis dicit Bernardus: Considera Deum in beneficio *creationis*, qui creauit te sine cõmodo suo, Psalm. 15. *Bonorum meorum non eges.* Sine merito tuo, quia nihil ante promeruit, qui penitus non fuit. Cogita qualem te fecit secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis egregiam, vtpote imaginem insignem, rationis participem, beatitudinis sempiternæ capacem. De opere *redemptionis* dicit in alio sermone. O bone IESV, quid tibi & morti? nos debemus, & tu soluis; nos peccamus, & tu luis. O pietas: opus sine exemplo, gratia sine merito, charitas sine modo. Item de beneficio *exspectationis*, quo nos peccantes exspectat ad pœnitentiam gratiarum actionis magna materia sumi debet, quoties meruit peccator, vt ei tempus pœnitentiæ non auferatur. Constat enim, quod quoties mortaliter peccat, toties indignus est vita, quia statim fit ingratus auctori vitæ. Ideo dicit Gregorius, quod peccator considerare habet, quoties in statu damnationis existens, in periculo mortis fuit, vel ab infirmitate intrinseca veniente. Est enim maius beneficium, si quis addictus suspendio, & fune iam applicato ad collum vel si mutilandus membrum extendit mutilatori, si tunc talis ab aliquo liberetur, maximum beneficium esse scitur. Quo ergo tunc diuertisset peccator, si tunc quando peccat, liberatus non fuisset, nisi ad infernum? Huius ergo liberationis beneficium, sempiternum vendicat sibi amorem humanum. Calliodorus ponit exemplum de elephante Elephanti, inquit, ingenium hominis comparari potest: cum enim arbori incisæ se appodiauerit, & arbore fracta ceciderit, per se surgere nequit. Sic & homo non solus surgit, cuius & arte iacuit. Bellua suis

E

Materia gratiarum actionis.

1. Creatio.

2. Redemptio.

3. Exspectatio.

Elephas animal gratingenij.

gressibus restituta, memor est beneficij. In magistrum quippe beneficium recipit, quem sibi beneficium dedisse cognoscit; ad ipsius arbitrium gressus mouet, ipsius voluntate cibos capit, in vicem manus promuscidam tendit, & à magistro protutura gratia tantum accipit: quia seipsius cura viuere posse intelligit. Si ergo bestia rationem non habés, tantas liberatori gratias agit, qui se in via lapsam ad gressum reducit: longe magis homo gratias referre tenetur illi, qui pluries lapsum in inferni voraginé, pluries liberauit. Item, de beneficio *conseruationis*, tam in esse naturæ quàm in esse gratiæ, grates referendæ sunt, de quo Augustinus de sancta virginitate. Quare, inquit, peccata sic habenda sunt tanquam dimittantur, à quibus Deus custodit, ne committantur, & à quo quisquis ab initio pudicus permanet, ab illo regitur: & quisquis ab impudico pudicus factus est, ab illo corrigitur, & quisquis in finem impudicus est, ab illo deseritur occulto quidem iudicio, sed non iniquo. Et ideo signanter dicitur, *Quoniam non lædebantur, gratias agebant.* Nam sancti viri non solum de sibi dimissis gratias agunt DEO, sed & de his, à quibus per suum adiutorium sunt præseruati.

4. Conferitur.

F

Vltima materia gratiarum actionis est *præmiationis* in quo Deus talia præparauit electis *quæ auris non audiuit, oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit* in præsenti.

5. Præmiatio.

1. Cor. 2.

TERTIO qualiter gratiarum actio est complenda. Debet enim habere quatuor conditiones, si debito modo fieri debeat videlicet magnanimitate, assiduitate, pluralitate & hilaritate.

Quomodo gratiarum actio complenda.

Primo ergo debet habere *magnanimitatem*: ratio est, quia homo plus accepit à Deo, quàm aliqua alia creatura, & ideo decet eum magis magnificè gratias agere. Nam natura lucis est talis, quod vbi plures radij ad aliquē locum diriguntur, ibi maior est reflexio, & maior splendoris multiplicatio. Vnde iuxta terram maior est calor, quàm in media regione aëris, propter maioren & densiorem radiorum solarium multiplicationem. Sic moraliter esse debet, quo namque homo plures diuinorum beneficiorum radios recipit, eò per gratiarum actiones plures radios in Deum reflectere conuenit.

I. Magnanimitas.

II. Assiduitas.

Secundo debet habere *assiduitatem*. Iuxta illud 1. Thessal. 2. *Gratias agite Deo sine intermissione*, Glossa omnibus horis ad hoc aptis. Et hæc est ratio, quare omnes horas Canonicas per Deo gratias terminamus: in signum, quod omnia opera nostra in eius gratiarum actione debent finiri.

III. Pluralitas.

Tertio debet habere *pluralitatem*, vt pro omnibus non solum pro placentibus & prosperis: sed etiam pro aduersis: Deo gratias agamus: iuxta illud ad Ephesios 5. *Gratias agentes Deo semper pro omnibus.* Aristot. 2. Politicorum, prope finem dicit, quod Plato inter leges ordinauit, quod ciues se excitarent per vsum & studium, vt fierent ambidextri, id est, vtraque manus fieret ipsis vtilis ad bellandum. Isto modo moraliter nos exercere debemus, vt ambidextri fiamus, vt videlicet non solum tempore prosperitatis, sed etiam aduersitatis contra fortunam pugnare, & Deo semper regratiari sciamus. Dicit tamen Auicen: quod mulier vtrasque dextras habens, non sicut vir quandoq; vtraq; vtitur. Ita MORALITER, effœminati vtramq; fortunam, æquanimiter sustinere non possunt, sed tantum prosperitate vti sciunt. Per oppositum verò, viri sancti omni fortuna bene vtuntur, ad honorem Dei & ad victoriam mundi. Talis fuit Apostolus Paulus: qui dicebat 1. Corinth. 1. *Deo gratias ago, qui semper triumphat in nobis in Christo Iesu.*

Quarto

Quarto debet habere *hilaritatem* siue iucunditatem, vt non fiat ex tristitia aut necessitate. Refert Solinus de mirabilibus mundi; quod in Aleſia regione, est fons semper quietus, ad cantum verò vel ad cytharam, siue ad tybiam, statim ad sonitum melodiæ intumescit, & alueum suum excedit. Fons omnis bonitatis Deus est: hic ad lætam gratiarum actionem statim exuberat, & beneficiorum suorum aquis inundat; & per oppositum subtrahit beneficia ab illo, qui sibi gratiarum actiones lætè non rependit. *IV.* Hilaritas.

TERTIVM malum ipsius Pharisæi aut peccatum est, ipsius *socij sui contemptio*, cum dicit; *Velut hic publicanus.* Vbi dicit glossa interlin. Ex vicino publicano maior est ipsius tumoris occasio. Superbia enim ex bonis & malis proximi sui, semper facit malum suum, si habet iuxta se miserum, magis inflatur, si felicem liuore torquetur. Ex aduerso verò humilitas vbiq; lucratur; si habet iuxta se miserum, compatitur: si felicem, magis humiliatur. Duo ergo considerare debemus vt humiliemur, nec alios contemnamus. *Primum* est consideratio *propriorum defectuum* quibus subiacet homo. Nam dicit in Vitas patrum quidam senex. Quando cogitatio superbiæ vel vanæ gloriæ, te impugnat: perscrutare teipsum si omnia mandata DEI seruasti, si inimicos tuos diligis, si gaudes in gloria inimici tui, si contristaris in deiectione eiusdem si cognoscis te seruum inutilem, si cognoscis te hominem peccatorem. Sic faciebat abbas Moyses, qui fuit in seculo magnus peccator: & postea magnus in pœnitentia. Cum enim tentabatur de electione, recurrebat ad se ipsum, peccata sua recogitando, vnde facta est vox dæmonum ad eum. Vicisti nos, cum te exaltamus, tu te humilias. *Secundum* est consideratio *aliorum profectuum.* Quid enim nobis restat superbiendi occasio de bonis propriis, cum sint multo plures profectus in alienis. Si ergo quàm sint opera tua bona parua, in comparatione aliorum hominum, consideras, nullo modo de tuis superbis. Ideo dicit Gregor: Sicut incentiuum superbiæ est respectus deteriorum: ita ad cautelam humilitatis est consideratio meliorum. G *III.* Socij sui contemtus. Ad humilitatem qua iuuent.

QVARTVM vitium illius Pharisæi est, *virtutum iactatio*: cum dicit, *Ieiuno bis in sabbatho.* Vbi cõmendauit se à duobus. *Primo* de ieiunio dicens, *Ieiuno bis in sabbatho*, id est, in septimana. Vbi NOTA q; ieiuniũ est duplex, corporale & spirituale. *Corporale* ieiunium est abstinentia à cibo & potu temporaliter statutis. Et hoc Petrus Rauennas ieiunium commendat in sermone de ieiunio. Fratres scimus ieiunium esse arcem Dei, castrum Christi, Spiritus sanctimurum, vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis trophęum. Hoc Adam in paradiso seruauit, quem gula extraxit: hoc Noë in arca custodiuit, quem in mundo ebrietas demersit: per hoc Loth incendium Sodomorum euasit, qui per ebrietatem incendio postmodum incestus adustus fuit. H *IV.* Virtutum iactatio. Ieiunium est duplex.

Spirituale ieiunium secundum Augustinum super Ioannem, & ponitur de consecr. dist. 5. cap Ieiunium, vbi dicit. Ieiunium magnum & generale est abstinere ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus seculi, quod perfectum est ieiunium. Et sine illo non valet corporale ieiunium, quia dicit Gregor: in Homil. *Ductus est Iesus.* Incassum caro atteritur, si à prauis voluptatibus animus non refrenatur. Et Isidorus de summo bono lib. 2. cap. vltimo. Ieiunia, inquit, cum bonis operibus acceptabilia sunt, qui autẽ à cibis abstinent & praua agunt, dæmones imitantur, quibus escę non sunt & nequitia semp adest. Talę fuit ieiuniũ illius Pharisæi qui licet corporaliter ieiunauit, non tamẽ à vitijs abstinuit, ideo ieiuniũ suũ Deo non placuit: Sed iactitauit se de

Digitized by Google

datione decimarum cum dixit *Decimas do, &c.* Et ad illas dandas tenentur reges & principes, &c. vt supra sermone XLV. de remuneratione dantium decimas & peccatis, non dantium dictum est parte *Prima*, Vide de hoc locum in registro huius primæ partis.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Publicanus stans à longè, nolebat oculos ad cœlum leuare, sed percutiens pectus suum, dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Lucæ vbi suprà.

I AVicenna in libro suo de quatuor diluuijs dicit. In vallibus & solitudinibus profundis, diluuium aquæ accidit vt frequenter. Cuius ratio est. Nam ob concauitatem sui valles, & ob porositatem suam solitudines, de nubibus violenter ad se trahunt aquas in ipsas: vt dicit Cõmentator.

MORALITER per valles, quo ad præsens, intellige humiles, propter tria, vt habetur in libro similitudinum.

PRIMO, propter *aquositatem*, cum enim sit vallis depressa inter medium duorum montium collocata: ideo est aquarum receptiua. Sic humilis anima, declinans aut deprimens se voluntariè inter duos montes, quorum vnus est extolli de spiritualibus, alius de corporalibus, quasi media transit, & aquas gratiarum recipit; iuxta illud Psalm. 103. *Inter medium montium pertransibunt aquæ*, scilicet gratiarum. Quod etiam testatur Cassiodorus super Psalmos: In vallibus quippe humilium animarum, fontes manant & transeunt gratiarum.

SECVNDO, *fructuositatem*. Nam propter humoris copiam in herbis, floribus & frondibus fœcundantur & ornantur; sic in humilibus abundant herbæ virtutum, fructus operum, frondes salutiferorum verborum, & flores affectionum, iuxta illud Psalm. 64. *Valles abundabunt frumento*, id est, humiles vitæ meritò.

TERTIO, propter *quietem*. Nam sicut ædificia in vallibus constituta, & arbores minus ventorum impulsionibus agitantur, quàm quæ in montibus collocantur; sic humiles magis sunt quieti à ventis persecutionum, quàm homines superbi. Sicut ergo dictum est, quod in vallibus diluuium aquæ accidit vt frequenter, sic in humilibus diluuium cœlestis gratiæ accidit maioris: quia dicit Augustinus. Sicut aqua fluit ad valles; sic aqua Spiritus sancti fluit ad humiles. Sed quid talis aqua circa eos facit? Certè sordes peccatorum purgat, & impios iustificat. Sicut patet in verbis allegatis de publicano, qui se coram Deo humiliauit ideo iustificatus in domum suam descendit. Et hæc sunt verba charitati vestræ proposita, in quibus humilitas illius publicani à quatuor laudatur. *Primo*, ex timore offensionis, ibi; *A longè stans*. *Secundo*, pondere contritionis, ibi; *Nolebat oculos*. *Tertio*, dolore commissionis, ibi; *Sed percutiens pectus suum*. *Quarto*, feruore orationis, ibi; *Deus propitius esto mihi peccatori*.

K Circa quod NOTANDVM, quod dicit Theophilus in breuiloquio diuersarum artium. In ascendendo altos montes, totum necesse est dorsum & corpus aliqualiter inclinari: erectus enim quisquis non ascendit in altum montem.

MORA-

Digitized by Google

MORALITER. Per altum montem intellige humilitatem, quia dicit Anſelmus in libro ſimilitudinum. Humilitas eſt mons magnus, in cuius ſublimate lux eſt. Nam modica & honeſtarum perſonarum, id eſt, ſanctarum virtutum pulcherrima turba. Sed per dorſum intelligitur mens hominis, iuxta illud Pſalmiſtæ. *Deuertit ab oneribus dorſum eius*, quaſi diceret. A peccatis eleuauit mentem eius. Quicunque enim cum illo Publicano in montem humilitatis magnum aſcendere voluerit, neceſſe habet mentem inclinare ad alta ſuperbiæ, & gradus quibus aſcenditur, attingere; quia nullus erectus in ſuperbia poteſt ad montem humilitatis veraciter aſcendere. Pſal. 80.

Ponuntur ergo in verbis thematis allegati aliqui gradus. PRIMVS gradus, quo aſcenditur in montem humilitatis eſt *timor offenſionis*, quia videlicet Deum Peccatis ſuis offendit. Et iſte timor eſt quaſi radix humilitatis & quaſi pes montis. Iuxta illud Eccli. 4. *Timor Domini expellit peccatum.* Quod ergo omnis peccator ſtultus eſt, conuincitur ex eo, quod ſe à bono incommutabili auertit, & ad peccati turpitudinem ſe conuertit. Qui ergo ad ſapientiam peruenire deſiderat, oportet, quod à timore Dei incipiat. Cogitans ergo peccator, quæ pro peccatis ſuis pœna, & quæ pro bonis meritis debetur gratia ſempiterna, incipit eum timere, *qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam.* Matth. 10. Et hoc quantum ad timorem ſeruilem. Vel etiam incipit timere, ne à diuino bono ſeparetur, quantum ad finalem timorem. Ex quo quidem timore naſcitur humilitas, & ſic timor dicitur radix humilitatis. Et iſte eſt primus gradus per quem & iſte Publicanus ad humilitatem aſcendit, quia timuit Dominum quem peccatis ſuis offendit, & pœnam quam pro peccatis ſuis meruit. Quia dicit Apoſtolus ad Roman. 13. *Cum malefeceris time.* Et hunc timorem oſtendit in populo quod ſtetit, & tangitur, ibi. *Publicanus ſtans*: diu enim de peccato in peccatum progreſſus fuerat. Sed nunc Dei timore correptus, factus eſt ſtans, non vltra progredi volens ad peccatum. Ideo de ipſo exponitur illud Ionæ. 1. *Stetit, mare à feruore ſuo.* Per mare intelligitur mens praua peccatoris. Iuxta illud Pſalm. 64. *Qui conturbas profundum maris*, id eſt, cor peccatoris in recordatione peccatorum. Et iſta mens feruet in concupiſcentia humana. Iuxta illud Iob. 4. *Feruefcere faciet quaſi ollam profundum maris*, loquitur ſecundum Gloſſam de diabolo, qui mentes prauas per illicitas concupiſcentias feruere facit. Iſtud mare in hoc Publicano tunc ſtetit, quando timore Dei correptus feruor peccandi in eo quieuit. Sic etiam ſteterunt filij Iſrael quando deſiterunt à nefaria conuerſatione alienigenarum. De quibus Neem. 9. dicitur. *Steterunt coram Domino, & confitebantur peccata ſua.* Circa hoc NOTA, quod iniuſti hoc exemplo huius publicani, debent ſtare quo ad tria. I. Gradus humilitatis eſt Timor offenſionis Dei. Timor radix humilitatis.

PRIMO, quo ad pœnitendum, quia dicit eis Dominus. Luc. 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* SECVNDO, ad redimendum ſcilicet peccata, Dan. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime.* TERTIO, à recidiuo cauendum. 1. Corinth. 10. *Qui ſtat videat ne cadat.* Sed iuſti, vt dicit Holkot, ſuper illud Sapient. 5. Tunc ſtabunt iuſti, lect. 58. debent ſtare ad quatuor actus. L. Iuſti ad quatuor actus ſtare debent.

PRIMO, ad videndum. Nam ille, qui ſtat poteſt videre remotius, quàm ille, qui ſedet. Ierem. 6. *State ſuper vias, videte & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona & ambulate in ea.* I.

SECVNDO, ad docendum. Nam præco clamaturus edictum regis, aſcendit in altum, vt eminentius audiatur, Ideò Neem. 8. legitur. *Stetit Eſdras ſuper gradum ligneo.* II.

igneum, quem fecerat sibi ad loquendum. Et Actor. 5. dicitur de Apostolis. *Stantes loquimini in templo omnia verba vitæ huius.*

III. TERTIO, ad testificandum. Marc. 13. *Stabitis ante præsides & reges propter me.*

IV. QVARTÒ, ad pugnandum. Ephes. 6. *Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfectè stare.*

II. Gradus humilitatis est valor cognitionis.

SECVNDVS gradus, quo ascendit quis in montem humilitatis, est *valor cognitionis.* Nam cum quis defectus suos cognoscit, valere sibi hoc ad humilitatem poterit. Quia dicit Bernard. Humilitas est virtus, qua homo verissimè sui cognitione sibimetipsi vilescet. Nam qui se ipsum cognouit, nimis vilem & indignum appropinquare Deo æstimat, vt dicit Theophylus. Ecce valorem cognitionis. Quanto enim quis se viliorem cognoscit, tanto se Deo appropinquare indignum reputabit, & sic citius gratiam exauditionis reportabit. Et patet hoc in multis exemplis sacræ scripturæ. Nam Luc. 7. De ista felicissimà peccatrice legitur, *quod stabat a longe, quia retro secus pedes Domini:* recognouit enim turpitudinem suæ vtilitatis, ac per hoc indignam se æstimans Domino apparere ad faciem. Sed quia retro stare permansit, Dominus eam respexit, quia conuersus Iesus ad mulierem dixit. *Fides tua saluam te fecit, vade in pace.* Aliud exemplum. Luc. 15. de filio prodigo, qui cum esset *à longe, vidit eum pater, & misericordia motus est super eum.* Aliud legitur. Luc. 17. de decem viris leprosis, qui *de longe steterunt*, & misericordiam Saluatoris consecuti fuerunt. Sicut adhuc contingit, hi qui stant à longe ab altaribus in Ecclesijs retrò in angulis, citiùs misericordiã, quàm propè stantes consequuntur, quia Publicanus, qui a longè stetit *iustificatus in domum suam descendit.* Pharisæus autem qui temerariè propius accessit, in peccatis suis mansit.

Exempla & effectus humilitatis.

M

Temeritas communicantium in peccatis.

Item timendum est de illis, qui interdum cum enormibus peccatis ad sacrosancta audent temerariè accedere, & stantes circa altaria cum celebrantur diuina, faciem sacerdotis non verentur respicere, volentesq; gesta omnia Dominicæ consecrationis considerare, quod tamen prohibetur, de vita & honestate Clericorum. lib. 3. cap. Vt laici. supple statuimus. Vt laici secus altare, quando sacra mysteria celebrantur, stare vel sedere inter Clericos non præsumant: Sed pars illa, quæ cancellis ab altari diuiditur tantum psallentibus Clericis pateat, vt dicit Glossa. Secus altare laici stare non debent, sed tantum Clerici, vt liberiùs intendant diuinis officijs. de consecr. distinct. 2. Sacerdotes. Etiam mulieres incensum circa altaria ferre non debent, dum aguntur diuina mysteria. 23. dist. Sacratas. Sed hoc intellige, per se non debent accedere, & incensum luminum ibi ponere, possunt tamen per ministros hoc facere. Sed licet hoc dicatur laicis publicè de ambone, quod ad altaria tempore missarum nõ deberent accedere, tamen de hoc nihil videntur curare, quare deberent publicè confundi, & ab altaribus repelli. Exemplo B. Ambrosij, qui Imperatorem in choro stantem in loco clericorum, publicè repulit dicens. Purpura te non facit sacerdotem, sed principem demonstrat.

N

III. Gradus humilitatis est pudor cõtritionis.

TERTIVS gradus, humilitatis est *pudor contritionis.* Vbi NOTA. Duplex est pudor, videlicet bonus & malus. Pudor bonus Deo placet, quia impedit malum, quia dicit Bernard. in sermone super Cantica. Quantum Deo displicet impudentia peccantis, tantum placet ei pudentia pœnitentis.

Et iste pudor est tertius gradus per quem montem humilitatis ascendimus. Ad hunc

hunc gradum Publicanus iſte peruenit, quia de ipſo dicitur, quod hic nolebat oculos ad cœlum leuare. Recognouit n. ſe offendiſſe Deum cœli, ita vt diceret cum filio prodigo, *peccaui Pater in cœlum & coram te.* Et quia in cœlo eſt Deus dicente Pſalm. 10 2. *Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam.* Ideò non audebat oculos leuare in cœlum præ pudore peccatorum, & ex illo multum placuit Deo. Quia dicit Ambroſius libro de officijs. In ipſa noſtra oratione multum verecundia placet, multum conciliat apud Deum hæc prætulit publicanum & commendauit, quia *nec oculos ſuos ad cœlum leuare audebat* præ confuſione ſcelerum ſuorum, ita vt diceret intra ſe. 1. Eſdræ. 9. *Domine Deus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates meæ multiplicatæ ſunt ſuper caput meum, & delicta mea creuerunt vſque ad cœlum.* Sed pudor malus Deo diſplicet, quia impedit bonum, ſcilicet confiteri, orare, gratias agere, communiones facere, prædicationes audire, & ſimilia; & hunc pudorem efficit diabolus. Legitur enim cum à diabolo quæreretur, quid faceret apud hominem quem poſſideret. Reſpondit, verecundiam auſero in perpetratione ſcelerum.

QVARTVS gradus eſt dolor *commiſſionis*, ſcilicet de peccatis. Nam ſecundum Anſelmum in libro ſimilitudinum: Sunt nonnulli, qui ſe peccatores cognoſcunt, ſed nullum inde dolorem habent; nec hoc valet ad ſalutem: neceſſe eſt enim vt dolorem habeat quiſq; pro peccatis perpetratis, ſi veniam deſiderat. Et ponit ſimilitudinem aliquam, qui peccaret in dominum ſuum, & non doleret, ridiculum eſſet, ſi veniam peteret de hoc, & deinde non dolere ſe fateretur. O IV. Gradus dolor commiſſionis.

Sed circa hoc quæritur, vtrum dolor in pœnitentè poteſt eſſe nimius. Ad hanc quæſtionem *reſpondet* Holkot lectione. 59. quod in pœnitente eſt deſiderare triplicem dolorem. *Vnus eſt eſſentialis* pœnitentiæ, & eſt in voluntate ipſa, videlicet diſplicentia de peccato, pro quanto peccatum eſt offenſa Dei. Et iſta diſplicentia voluntatis eſt eſſentialiter contritio. Et quia iſte dolor directè cauſatur in Deum ex charitate, quæ ſecundum legem data, intendi poteſt, ideò iſte dolor non poteſt eſſe nimius. *Alius eſt dolor non eſſentialis* pœnitentiæ, & eſt in ſenſualitate. Et eſt paſſio appetitus ſenſitiui, & iſte dolor cauſatur vno modo ex redundantia doloris & diſplicentia in voluntate, per modum quo vires inferiores obtemperant in ſuis actibus, ſeu viribus ſuperioribus ſecundum, quod dicit Ariſtoteles 3. de anima, quod intellectus aliquando rapit appetitum ſenſitiuum ſicut ſphæra ſphæram. *Tertio poteſt accipi dolor* in pœnitente *pro afflictione corporali.* Et de iſtis duobus modis primis, impoſſibile eſt, quod dolor pœnitentis nimius ſit, ſecundum Doctores multos. Vtrum dolor in pœnitente poſſit eſſe nimius.

Sed de iſto *tertio* dolore qui cauſatur ex afflictione corporali, conſtat, quod poteſt eſſe nimius: quia non licet inferre alicui ſibi ipſi ex intentione cauſam mortis. Quia dicit Apoſtolus ad Romanos. 12. *Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Sed de ſecundo dolore poteſt eſſe dubium. Ex quo cauſatur directè & naturaliter ex diſplicentia voluntatis, & ipſa diſplicentia non poteſt eſſe nimia. Quia non apparet eſſe talis, quod poteſt eſſe nimius; ideò videtur dicendum, quòd ſi pœnitens ex vehementiſſimo amore ad DEVM, tantum doleret de ſuo peccato, quod cauſaretur dolor in appetitu ſenſitiuo tantæ intenſionis, quod corrumperet harmoniam

corpo-

corporis neceſſariam vitæ, & ſic induceret ad mortem, non eſſet iſte dolor exceſſiuus ingenere mortis, nec ſuperfluus, ſed virtuoſus, & opus veræ pœnitentiæ: hoc tamen præſuppoſito, quod voluntas ſic pœnitentis non feratur directè in iſtam paſſionem cauſandam: Sed tantum propter diſplicentiam de peccato, in quantum offendit Deum. Et ſic legimus quoidam commendatos de perfectione contritionis. Hæc Holkot. Ad hunc gradum peruenit Publicanus, quia in eo quod pectus ſuum percuſſit, ſe dolere oſtendit.

P In hoc enim, quod pectus percutitur, dolor cordis intus oſtenditur. Sicut figuratum eſt. 2. Regum vltimo. Dauid percuſſit cor ſuum, poſtquam numeratus eſt populus & dixit ad Dominum: *Peccaui valde in hoc facto, ſed precor Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtulte egi nimis.* Percuſſit ergo Publicanus pectus ſuum, quia dolens & indignatus contra ſe ipſum. Quia dicit Gloſſa, pectus ſuum percutit & pœnas de ſe exigit, & Deus parcit. Tunſio enim pectoris vtilis eſt pœnitenti, quia valet ad remiſſionem venialium, ſecundum Auguſtinum in libro de pœnitentia.

Peccata venialia octo modis dimittuntur.

Sunt autem octo quibus venialia dimittuntur, vt confeſſio, pectoris tunſio, aquæ benedictæ aſperſio, crucis ſignatio, Dominica oratio, ſacra communio, & iniuriarum remiſſio. Verſus.

Confiteor tundo, aſpergo, conteror, oro:
Signor, edo, dono per quæ venialia pono.

1. Confeſſione generali

Quod autem hic dicitur *confeſſio*, intelligi debet de confeſſione generali, quàm faciunt religioſi in pœnitentia: & completio, quam faciunt homines diebus Dominicis & Feſtiuis poſt finem ſermonis. De confeſſione autem ſacramentali, non dubium eſt quin per eam & mortalia dimittantur. *Item*, quod dicitur *crucis ſignatio*, maximè intelligitur de benedictione Epiſcopi: *Item*, quod dicitur *oratio* intelligitur præcipuè de oratione Dominica, quæ fit in Eccleſia dedicata. *Item*, quod dicitur de ſacra *communione* extenditur vniuerſaliter ad omnia ſacramenta nouæ legis, in quibus confertur gratia, vt eſt Euchariſtia, extrema Vnctio, &c.

2. Crucis ſignatione.
3. Oratione.
4 Sacra cõmunione.
&c.

Q V. Gradus, feruor orationis.

QVINTVS & vltimus gradus, quo aſcendere poſſumus montem humilitatis, eſt *feruor orationis*, per quem & iſte Publicanus in montem humilitatis aſcendit, cum dicit. *Deus propitius eſto mihi peccatori.* In hac breui oratione, primo recognoſcit Dei potentiam, cum dicit: DEVS, quaſi diceret; nemo poteſt peccata dimittere niſi tu Deus. Quia dicit Auguſtinus contra Iulianum, & habetur de conſec. diſt. 4. capit. Nemo tollit peccata, niſi ſolus Chriſtus, qui eſt agnus tollens peccata mundi. Et te ſolum Deum inclinabo, te ſolum timeo, quia Pater Deus miſit te, ſolum propitiatorem pro peccatis noſtris, Ioann. 4.

Quare dicamus in oratione Dominica, Pater noſter, & nõ Deus noſter.

Sed queret aliquis: Ex quo Chriſtus in Dominica oratione, quæ ponitur, Matth. 6. docuit nos orare. *Pater noſter, qui es in cœlis. Sanctificetur. &c.* quare iſte Publicanus ex inſtitutione diuina non dixit, Pater propitius eſto mihi peccatori, ſed (Deus) dixit? *Ad hoc dicunt Doctores*, quod in omni dicto vel facto ſuo ipſius Publicani, prætenditur humilitas, etiam vnde totum Euangelium concluditur in humilitate; quare non nomen patris, quod dilectionis effectum importat, hic expreſſit. Etiam Publicanus reputauit ſe indignum vocari filium, ſicut filius prodigus qui dixit. *Non ſum dignus vocari filius tuus.* Luc. 15. Ideo non dixit *pater* ſed *Deus* quaſi ſe totum in nihi-

I.

II.

nihilum redigeret coram Deo. *Secundo* eius exposcit misericordiam cum dicit, *propitius esto*. Secundum glossam: recognouit enim se iuste pati omnia mala pro peccatis suis, soli misericordiæ Dei se subtrahit. Et hoc importat hoc nomen *propitius*, quod idem est quod misericors & benignus, & dicitur à prope & citius, quasi diceret, *propitius esto*, id est, propè citius esto propter misericordiam vt dimittas peccata.

Obiectio. Sed diceres, quare iste publicanus in templo propitiationem Dei postulauit? *Ad hoc dicitur*, quod sciuit Salomonem dixisse. 3. Regum 8. *Si quis agnouerit plagam cordis sui, & expanderit manus in domo hac, tu exaudies in cœlo & propitiaberis.* Et 2. Paralip. 7. *Si conuersus fuerit populus meus, super quo inuocatum est nomen meum, deprecatus & me fuerit, & exquisierit faciem meam, propitius ero peccatis eorum*, ideo ait, *propitius esto*. *Tertio* ostendit suam indigentiam, cum ait: *mihi peccatori*, quasi diceret. Ego me omnium peccatorum solum pessimum recognosco, plus idcirco alijs misericordia indigeo tua, ergo mihi peccatori subuenias; primò peccata condonando, vt Mariæ Magdalenæ, cui remisisti *peccata multa, quoniam dilexit multum*. III.

R Sed circa hoc dubitatur, q̃ iste publicanus petit sibi peccata condonari, cũ tñ non videtur confideri, cũ dicat Gregor. 22. moraliũ. Hæc sunt humilitatis signa, iniquitatem suam quẽq; recognoscere, & cognita nota confessionis aperire. *Ad quod dicitur*, q̃ iste publicanus, in eo q̃ se peccatorem cognouit, & dixit, oĩa peccata Deo generaliter confessus fuit, quod sufficiebat pro isto tempore, quia adhuc non erat generalis confessio instituta, quæ si necessaria fuisset, ipse secundum dispositionem animi dispositus fuisset, quod sacerdotem adijsset. Ideo bene potuit dicere cum Psal. 31. *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi*: & hoc quo ad confessionem, & sequitur: *Dixi, Confitebor* videlicet homini secundum præparationem animi, *& tu remisisti impietatem peccati mei.* Dubium. Solutio.

Confessio duplex. Mentalis. Sacramentalis. Et est NOTANDVM quod confessio est duplex, vna *mentalis* quæ fit Deo, & hoc iure naturali; & hæc confessio mentalis sufficiebat ante Christi incarnationem, quia Christus nondum erat homo, Adhuc talis confessio sufficeret vbi articulus mortis confessionem sacramentalem non admitteret. Alia est *sacramentalis*, & hanc quia Deus factus est homo, vult vt fiat homini vicario Christi, in hoc quod ministris sacramentorum dedit potestatem ligandi atque soluendi, & sic confessionem instituit tacite, cum dixit: *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis*, Ioann. 20. Sed Apostoli eam promulgauerunt expressè. Quia dicit Apostolus Iacobus cap. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Cõfessionis institutio.

Quare oris confessio necessaria? Confessio necessaria est etiam post contritionem. Sed diceres. Ex quo in contritione remittuntur peccata. iuxta illud Ezechiel. 18. *Quacunque die ingemuerit peccator, saluus erit.* Ad quid ergo oris necessaria est confessio? *Ad quod dicunt Doctores.* Quamuis per contritionem peccata dimittuntur, tamẽ vocalis cõfessio est iam in tempore gratiæ necessaria, vel in re quando habetur opportunitas, vel in proposito quando eam articulus necessitatis excludit, & non contemptus religionis. Ista tamen necessitas confitendi post contritionem, non est propter necessitatem remedij, cum peccatum iam sit dimissum, sed propter obligationem præcepti. Confessio enim & satisfactio non solum necessitant, in iudicio Dei, sed etiam in iudicio Ecclesiæ propter obligationem præcepti. *Secundo* dicit publicanus iste subueniens *mihi peccatori* pœnam purgatorij in præsentem commutando, sicut latroni cui dixisti, *Hodie mecum eris in paradiso*. Luc. 23. *Tertio* tanquam ouem perditam

ditam ab ouile regni reportando, vt Lazarus per miniſterium angelorum & ad glori-am deportatus. Ecce quam ſalutifera oratio, per quam conſecuta eſt peccatorum o-mnium remiſſio. Rogemus ergo Dominum, vt det nobis exemplo huius publicani hic in terris humiliari, vt mereamur in cœleſtibus exaltari.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo primus.

Adducunt ei ſurdum & mutum, & deprecabantur eum vt ei manum imponeret.
Ita ſcribitur Marci 7.

DICIT Conſtantinus in libro de natura morborum, dum aliquis in lan-guore poſitus, nomen amici ſui quem diligit, audierit, continuo ab in-firmitate conualeſcit. Et ponit rationem: dum quis in languore poſi-tus, nomen ſui prædilecti audierit poſiti in regione longinqua, triſtitia-am iam aliqualem concipit & mœrorem, tamen exhortatione & con-ſolatione ſibi aſtantium, & circa ſe ſedentium in ſpem magnam ponitur, quod vide-licet eum rediturum eſt viſurus: illa autem ſpes valida atq; conſolatio, ſanitatem fre-quenter infirmo reſtituit & valorem. Ad quod probandum legitur Gen. 45. Iacob credidit filium ſuum mortuum, quia ei dictum erat quod fera peſſima deuoraſſet e-um. Quapropter lugens multo tempore conſolationem recipere noluit. Sed dixit, *Deſcendam lugens filium meum cum mœrore ad inferos.* Tandem cum ei nuntiaretur quod filius ſuus viueret, ille prægaudio quaſi reuixit dicens. *Sufficit mihi ſi adhuc vi-uit: Vadam, & videbo illum antequam moriar.* Ecce quod audito nomine amici præ-dilecti infirmus conualeſcit.

Quare Chriſtus ſit Dominus & amicus noſter.

SPIRITVALITER. Chriſtus Ieſus dominus noſter eſt amicus noſter chariſſimus, quod patet quo ad præſens principaliter in duobus. Ex cara videlicet redemptione & omnium communione. De *primo* dicit beatus Ioannes Apocal 1: *Dilexit nos & la-uit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*, ideò ipſe dicit Ioannis 15. *Maiorem dilectionem nemo habet vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis*, quaſi diceret, ſicut ego feci, pro omnibus amicis meis. De *ſecundo* quia ſecundum Ariſt. 8. ethic. Amicorum autem omnia communia, quare & omnia nobis communicabit & ſubiecit. Iuxta illud Pſal. *O-mnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi volucres cœli & piſces maris.* Et non ſolum iſta nobis vt verus amicus communicauit, ſed cor-pus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum nobis dedit, vt in Clemen. de re-liq. & ven. ſancto. cap. Si dominum. Iſtum præ omnibus amicum debes tibi ô homo eligere, ſicut conſuluit Auguſtinus. Elige, inquit, tibi amicum illum præ amicis tuis, videlicet Chriſtum, qui cum omnia ſubtracta fuerint, tibi ſolus fidem ſeruabit: in die ſepulturæ tuæ, cũ amici tui recedent à te, ille te non derelinquet, ſed tenebit te à rugientibus leonibus præparatis ad eſcam, & perdcet ad ignotam regionem, ad pla-teas cœleſtis Hieruſalem, vbi collocabit te cum angelis ſuis ante faciem ſuæ maie-ſtatis, vbi eſt cumulus felicitatis, ſupereminens gloria, ſuperabundans lætitia, & om-nia bo-

Pſal. 8.

mia bona. Hæc ille. Ecce qualis fidelis est amicus Dominus noster Iesus Christus. Sicut ergo aliquis in languore positus audierit nomen amici, conualescit. Sic factum est de isto surdo & muto, qui cum audisset nomen & vocem dicentis. *Ephpheta, quod est adaperire*, illico sanatus est, de quo dicunt verba Euangelij in quo tria principaliter per ordinem tanguntur. *Primò*, adducentium fidelis deprecatio, ibi; *Et deprecabantur vt ei. Secundò*, Christi benigna exauditio, ibi; *Et apprehendens eum de turba. Tertiò*, feruens miraculi prædicatio, ibi; *Quanto autem eis præcipiebat.*

Pro sensu morali, dimisso literali, est sciendum, quod MORALITER, per istum surdum & mutum peccator congruè significatur. Nam sicut dicũt medici, quod surditas corporalis ex quatuor consueuit prouenire, sic & surditas spiritualis. PRIMO, ergo prouenit surditas corporalis ex soni, & virtutis auditiue disproportione. Sicut de tonitruo patet *vno modo*, quod secundum Aristot. omnia conterit, cerebrum mouet, & animum terret. *Alio modo*, de aqua currente, sicut refert. Basilius in hexameron & Ambrosius, quod de paradisi alto cacumine cadentes aquæ, maximum faciunt lacum, & in suo casu tantum faciunt strepitum, quod omnes incolæ iuxta prædictum lacum redduntur surdi, immoderato sonitu sensum auditus in paruulis corrumpente.

B

Surdus & mutus peccatorem designat.

MORALITER, per tonitrum intelligitur quilibet prædicator. Iuxta illud Psal. 103. *A voce tonitrui tui formidabunt*, quasi diceret: Audito sermone prædicationis tuæ, pœnitendo timebunt. Illi, inquam, prædicatores si nimis alte in prædicatione sua tonant, surdos suos auditores faciunt. Nam Christus primus in nouo testamento prædicator, satis altè sonuit cum Ioan. 6. dixit. *Nisi manducaueritis carnem filij hominu, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et sequitur: *Quod ex hoc multi eius discipulorum retro abierunt, & non iã ambulabant, cũ eo dicentes. Durus est sermo hic, quis potest eum audire?* Ecce quomodo surdi facti sunt, ex illo alto tonitruo prædicationis, secundum quod ipsi abierunt: signum est, quod Christum non intellexerunt. Si enim eum intellexissent, fortassis apud ipsum audientes suam prædicationem permansissent. Nam Hugo prædictum verbum sic exponit. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*, &c. id est, nisi vniti fuerint per caritatem filio Dei, qui secundum carnem est filius hominis, non habebitis vitam in vobis, quia membra separata à corpore non possunt viuere. Sic etiam hanc auctoritatem exponunt expressè Doctores super librum sententiarum dist. 9. Sed discipuli Iesu intellexerunt eum carnaliter, quasi diceret. Quis potest comedere crudas carnes humanas? Sed illis abeuntibus dixit ad illos qui remanserant. *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*, id est, spiritualia; quasi diceret; dicta mea oportet vos spiritualiter intelligere; qui enim carnaliter intelligit, nihil proficit. Sic adhuc fit, cum populo, qui prædicatorem non intelligit, surdus ab eius prædicatione recedit. Et ideò dicitur. 8. quæ. 1. cap. Oportet, estq; Canon beati Petri. Oportet, inquit, qui docet & instituit animas rudes, esse talem vt pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Hæc ille.

Tonitrua quemlibet concionatorẽ designat.

C

Vel alio modo, per tonitruum intelligitur *commotio prædicatoris*, vel nimia correctio, de qua dicitur in Psal. 76. *Vox tonitrui tui in rota*, id est, vox cõminationis & correctionis tuæ, in sacra scriptura. Ista quidem comminatio & correctio quando nimia & excessiua erga populum existit, ipsum nõnunquam surdum facit, ita per prædica-

Tonitrui quandoque cõminationem & correctionem designat.

dicationem ſuam non audit. Et eſt talis. Iuxta illud Metriſtæ moralis:

Tres ſunt ſtultitiæ quibus inſipiens prohibetur, id eſt, oſtenditur.
Qui tantum loquitur, quod nulla fides adhibetur.
Qui tantum terret, quod nil terrendo veretur:
Qui tantum tribuit, quod mendicare videtur.

Ideò dicit Apoſtolus ad Galat. 6. *Fratres, & ſi præoccupatus*, ſcilicet per aliquam paſſionem reſurgentem *fuerit homo in aliquo delicto. Vos qui ſpirituales eſtis*, id eſt, perfectiores ſcientia & vita, *huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum*, id eſt, propriam fragilitatem, *ne & tu tenteris.* Et hæc fuit cauſa potiſſima cur Dominus Petrum cadere permiſit, vt ſcilicet peccatoribus miſericors exiſteret, de quo dicit Gregor. diſt. 50. cap. Conſiderandum. Illud factum eſt magnæ pietatis diſpenſatione, vt is qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri deberet. Sed per aquam intellige ſcientiam & ſapientiam. Eccli. 15. *Aqua ſalutaris ſapientiæ potauit illum.* Hæc quidem ſi fluit de altis montibus, id eſt, de ſuperbis Doctoribus, ſurditatem facit in auditoribus, quia doctrina in eis nihil proficit. Sicut probat Beda in hiſtoria Anglorum de quodam Epiſcopo literato & ſubtili valde, qui cum miſſus fuiſſet, vel eſſet de Scotia ad conuerſionem Anglorum, ſubtilitate vtens nihil profecit, quia auditus non fuit. Et poſt hoc venit alter minoris literaturę, & vtens exemplis humilibus & ſic totam Angliam conuertit.

D Carnis voluptas aqua deſignatur.

Alio modo, per aquam intelligitur voluptas carnis, de qua poteſt congruè exponi illud. Ioann. 4. *Omnis qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum*, quaſi diceret: Quanto plus voluptas exercetur, tanto magis deſideratur. Iſta reuera aqua carnalis voluptatis, ſi cadat à montibus & prælatis prædicatoribus, ſimiliter reddit ſurditatem auditoris. Quia dicit B Hieronymus, & ſcribit hoc Euſebius in morte glorioſi Hieronymi ad Damaſum Epiſcopum. Vir luxurioſus quomodo prædicabit caſtitatem? Et ſi prædicabit, quæ audientibus veniet vtilitas? Quaſi diceret, nulla. Quia poteſt dicere audiens, quare ore prædicas, quæ opere denegas; benè loqueris ore, & malè viuis opere: ſemetipſum damnat: plus tamen tacens valet talis prædicatio, quam loquens.

SECVNDO, prouenit ſurditas corporalis ex auris concauitate, & ex ventoſitatis incluſione. Quando enim homo multum vtitur de cepis, quæ habent in ſe multum ventoſitatis, tales ventoſitates ad caput aſcendentes, obſtruunt aurium concauitates; quibus obſtructis, accidunt ſurditates.

MORALITER. Per ventum intelligitur ſuperbia, vel inanis gloria; quia ſicut ventus aërem concitat, turbat & obſcurat. Sic ſuperbia, aut inanis gloria intelligentias hominum obſcurat, corda ad malum incitat, & parere conturbat; & hoc cauſat diabolus, iuxta illud Ezech. 1. *Ventus turbinis veniebat ab Aquilone* quaſi diceret: Superbia perturbationis venit à diabolo. Hæc ſuperbia, aut vana gloria, in multis hominibus cauſat ſurditatem, quia tanquam ventus tumultuoſus aures, corda obturat, ne vocem diuinitatis percipiant: & hoc præcipuè patet in ſuperbis tyrannis, quorũ vnus fui Pharao, & figura aliorum. De quo legitur Exod. 5. Cui cum diceret Moyſes ex parte Dei, vt populum Iſrael dimitteret, vt ſibi ſacrificaret, dixit ſibi Pharao vento ſuperbiæ inflatus. *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius?* Quaſi diceret nullo modo audiam eum. *Neſcio enim Dominum & Iſraël non dimittam*, attamen quando multipliciter fuit plagatus decem plagis, vt patet cap. 6. 7. 8. Tunc dixit Moyſi: *Peccaui coram Domino, roga Dominum vt indulgeat.*

Superbia multis cauſat ſurditatem.

MORA-

Digitized by Google

MORALITER. Moyſes interpretatur vrgens, liniens, vel attractãs, & ſignificat quẽlibet prælatũ, aut prædicatorẽ, qui debẽt vrgere increpatione & linire obſecratione, & attractare ad bonũ ipſos ſubditos ſana prædicatione. Iuxta illud. 2. Tim. 4. *Prædica verbũ, inſta oportune*, id eſt, inſtãter facias hæc, *argue, obſecra, increpa in omni patiẽtia & doctrina*, quaſi diceret, inſta importunè, ſcilicet illis qui deſiderant audire, etiã illis, qui nõ recipiunt gratiosè, & aliquando eſt ibi profectus magnus. Sicut dicit Auguſtinus, de ſe ipſo, audiente prædicationem beati Ambroſij ex curioſitate morum, & nõ vtilitate. Cumq;, inquit, attenderem quàm pulchrè diceret me inuito, quod verum dicebat: & ſic ad fidem conuerſus, multum profecit in Eccleſia Dei.

Sed Pharao interpretatur nudauit virum, vel diſponit eum, & ſignificat quemlibet mundi tyrannum, qui nudat pauperes ſuos ſubiectos & diſſipat bona eorum. Illis quidem tyrannis nihil prodeſt prædicatio Doctorum & Prælatorum, quia ſurdi ſunt ex ventoſitate vanæ gloriæ & ſuperbię. Sic ſe dicunt Deum non noſſe, ſed à Deo interdum percuſſi, & iudicio diuino plagati, tunc clamãt ad Deum pro medela. Iuxta illud Pſal. 77. *Cum occideret eos, quærebant eum*. Sed nonnunquam quærentes miſericordiam, non merentur propter facta ſua crudelia exaudiri. Quia dicit Iacob. in Canonica ſua, cap. 2. *Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non facit miſericordiam*. Figura illius habetur de Antiocho rege ſuperbo, de quo 2. Machabæorum 9. qui adeò vẽto ſuperbiæ intumuit, quod ſibi videbatur, quod fluctib. maris imperaret, & mõtium altitudines in ſtatera appenderet. Sic ex hoc vento ſuperbiæ adeò ſurdus factus exſtitit, quod nec Deum, nec homines audire voluit. Sed templum in Hieruſalem, ciuitatem, ſepulchrumq; Domini accelerauit ſpoliare. Cum ergo ſic acceleraret, durus dolor viſcerum apprehendit eum, & de curru cadens grauiter corpus ſuum colliſit: Vnde ſic humiliatus in geſtatorio portabatur, & de corpore impij vermes ſaturiebant, & effluebant, & odores illius, & fœtores exercitum grauabant, & nemo tolerare poterat. In hac ergo percuſſione poſitus, ex graui ſuperbia ad agnitionem ſui peruenit, & cum ipſe fœtorem ſuum ferre non poterat pœnituit, & dixit. *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire*. Et dicitur ibi, *quod orabat ſceleſtus & non fuit exauditus*. Sic cõtingit illis tyrannis, qui nunc ex vento ſuperbiæ ſurdi effecti, nolunt ſalutares prædicatorum exhortationes audire.

E

Per Pharaonem quilibet tyrannus ſignificatur.

Pœna ſuperbiæ Antiochi regis.

Sed quid tales faciant, vt auditum recuperent? Dic, quod hoc facere debent MORALITER, quod faciunt ſurdi realiter. Nam ex traditione medicorum recipiunt formicarum oua, & contundunt ea ſimul colluntq;, & mittunt in aures vnam guttam, & ſic curant ſurditatem ex ventoſitate venientem. Formicæ ſunt animalia parua, & inter animalia ſuæ quantitatis ſapientiora: Nam non ſolum cura eſt eis de præſenti, ſed prouident ſibi in futura tempora de frumentis, vt dicit Phiſologus, & ſignificãt homines ſanctos & prouidos, prudentes, qui attendunt dictum Boëtij de conſolatione lib. 2. proſa. 1. Neq; enim quod ante oculos ſitum eſt ſufficit intueri, verumetiam rerum exitus prudentia, id eſt, homo prudens metitur, id eſt, menſurat. Iuſtorũ quidem oua ſunt opera bona, quæ faciunt pro mercede æterna, & iſta prudentum opera debent iſti tyranni inſpicere, & ea in mortariolo cordis conterere, ſicq; aurib. mentis infundere perpendentes ſagaciter illud Athanaſij in Symbolo: *Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum*, tunc ſpiritualem auditum recuperarent, aut prædicationibus intereſſent, & mala non perpetrarent.

Surditas ex ventoſitate proueniens quomodo curetur.

Veritus designat curiosum.

Alio modo, per ventum CVRIOSITAS designatur, Nam sicut ventositas obstruit aures corporales, sic etiam curiositas aures spirituales, quia homines qui solum curiosis intendunt, verbum Dei, quod simpliciter proponitur audire non possunt, sed semper noua & mirabilia audire cupiunt, de quibus proponit Apostolus. 2. Timoth. 4. *Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi Magistros prurientes auribus*, id est, loquentes tantummodo sibi placita, *& à veritate quidem*, id est, à Doctoribus veritatis, *aures auertent*, vt videlicet reputantes eorum doctrinam nimis duram, *ad fabulas autem conuertentur*, id est, doctrinam humanitus confictam & veritate carentem. Ideò dicit Augustinus. de vera religione. Miseri homines, quibus cognita vilescunt nouitatibus gaudent, libentius discunt, quàm noscant, quamuis cognitio sit finis discendi. Et Richardus de sancto Victore. O quanti veritatem quærunt, non in veritate, sed in vanitate, & quod miserrimū est, in verbis vitæ lucra mortis negotiantur: hoc fit ex iudicio DEI. Quia sic curiositati intendunt, quod verbum Dei non ad salutem percipiunt. Quia dicit Bernardus: Dogma spiritus non curiositatem acuit, sed caritatem attendit.

F

TERTIÒ, accidit surditas corporalis aurium, ex alicuius rei immissæ opilatione; quia dicitur de serpente, quod cum incantator voluerit eam incantari, vnam aurem terra & aliam cauda consueuit opilare, vt sic surdus efficiatur. De quo facto narrat Psalm. 57. *Sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudit vocem incantantis.*

Spes longioris vitæ, quãtum nonnullis obsit.

MORALITER. Per caudam qua quidem opilant aures suas, intelligitur spes longæ vitæ, quæ adeo opilat aures multorum hominum, quod non audiunt vocem prædicantium. Prædicatores egregij & Doctores sunt Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, qui sic de breuitate vitæ dixerunt. Festinemus nostra colligere merita, breuiter enim aduenire noscitur, quo quis, aut perpetuè lætatur, aut æternaliter cruciatur. Augustinus verò sic inquit, in quodam sermone. O homo, quid latescis, quid dormis? breuis vita, mors incertat præuenient te & illudent. Sed Chrysostomus super Matth. Tantam, inquit, inesse huic vitæ breuitatem cognoscimus, vt quis in tota vita hac vix ad mortem se possit disponere, tam celeriter aduolantem. Sed has voces horum Doctorum & multorum aliorum homines non audiunt, quia cauda longæ vitæ aures suas obstruunt atque claudunt, & hoc diabolus procurat, vt se ad mortem non disponant, & improuisè in peccatis suis ab hoc seculo rapiantur, æternaliter damnentur.

Nobilẽ diabolus submonialis nigræ specie, fallere conatur.

Refert Thomas Cantipratensis lib. 2. cap. 57. part. 61. quod diabolus quendam de longa vita securauit dicens. In Westphaliæ partibus quidam exstitit nobilis, qui quadam nocte per quandam transiens siluam terribilem, audiuit ibidem mulierem dulciter canentem. Nobilis autem inquit ad suos. Estné aliquis volens mecum properare, & videre mulierem canentem. Cum omnes dissimularent, & eum prohiberent, solus ille iuit ad videndum: qui cum venit ad locum, inuenit diabolum in specie nigræ monialis, extensis manibus sub arbore cantantem, quam quid ibi ageret inquisiuit: Deum, inquit, meum hic honoro. Nobilis autem quendam sanctorum æstimans, ab ea quid futurum esset requisiuit. Illa eum de longitudine vitæ securauit, dicens eũ vltra partes marinas transiturum, & ibid. in seruitio Dei moriturum. Quid plura: Credidit verbis deceptorijs, æstimans, quæ dixit esse vera. Tempore autẽ non longè succedente, in febrem accutissimam incidit: qui cum à Physicis vt confiteretur

ctos valde puniet ipse Christus, cum acceperit iudicandi tempus. Iuxta illud Psalm. 74. *Cum accepero tempus ego iustitias meas iudicabo.*

Index. SECVNDVS digitus est *index*, eo, quod ex illo indicamus, & est perspicacitas discernendi. Isto digito omnia demonstrantur & indicantur, nuda & aperta, tam bona, quàm mala, in die iudicij. De hoc habetur. 2. Macha. 6. *Manum omnipotentis Dei, neq; viuus, neq; defunctus effugiã.* Et Apostolus. 2. ad Cor. 5. *Omnes nos manifestare oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; pro vt gessit.* Et reuera si iste digitus Dei mitteretur, aut poneretur in aures malorum spiritualium surdorum aperirentur.

Medius. TERTIVS digitus est cæteris longior & est medius; & iste digitus in manu Dei est benignitas iudicium differendi, per quem exspectat nos, vt ad pœnitentiam redeamus & saluemur. De hoc Gen. 47. *Salus nostra in manu tua est Domine.* Et in Psalm. *Fiat manus tua & saluet me.* Et sicut iste digitus extentus super plano, nec pollex, nec Index possunt illud planũ contingere: Ita quamdiu benignitas differendi extenditur, nihil nobis potestas potest nocere puniendi, nec asperitas discernendi. Istũ etiam digitum immittit Deus in aures surdorum, cũ benigniter differt punire peccata eorũ.

Psal. 118.

Medicus. QVARTVS digitus dicitur *medicus*, Est tamen manus Dei, potestas miserandi. In isto digito, scilicet, in manu sinistra solet annulus portari, & ista digitus consueuit annulo coronari, quia pietas Dei inter omnia eius opera debet coronari, quia ipsis miseris sapit dulcius: & hæc pietas miserendi à vulnere Christi emanauit, per quod omnis virtus spirituſque in nobis perfectè consũmatur. Iob. 5. *Increpationem Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.* Ideo petebant isti in Euangelio, vt imponeret huic surdo manus, vt sanaretur.

Auricularis. QVINTVS digitus est breuissimus, & vocatur *auricularis.* Hic digitus in manu Dei est facilitas exaudiendi preces nostras, de quo Psalm. 144. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Hos quinque digitos quotidiè immittit Deus in aures peccatorum, vt à surditate sanentur hic à peccatis, & tandem saluentur in cœlis. Sicque potes sermonem concludere, ne prolixitate videaris populum onerare.

DE EADEM DOMINICA,

Sermo secundus.

Adducunt ei surdum & mutum, &c. Matth. 7.

I EXperientia scimus, quod tempore nubiloso si nubis alteri nubi obuiauerit, aut ad ipsam venerit, mox pluuia miminebit. Et hoc confirmat Commentator de impressione aëris. Nubes, inquit, dum ad nubem accesserit, imber continuo præsto erit. Cuius rationem ponit Simplicius, quia nubes nubi aduenies, comprimit & coartat: vel quia nubes à se inuicem quendam mutuo sumunt humorem, quo humore, sumpto, pluuia continue comitatur.

SPIRITVALITER per nubem *vno modo*, intelligitur *diuina consolatio.* Quia sicut

[illegible] Paul [illegible] Festus [illegible] Jerusalem [illegible] Paul [illegible] Cæsarea [illegible] Festus [illegible] Paul [illegible] Agrippa [illegible] Festus [illegible] Paul [illegible] Agrippa [illegible] Festus [illegible] Paul [illegible] Agrippa

si impedirent eos sub specie pacis, vt dicitur Neemiæ. 6. Sic videntes dæmones se homines sanctos impedire non posse per apertas tentationes ab opere muri, vertunt se ad malitias occultas, & sub specie boni quærunt hoc impedire. Exemplum de hoc in lib. 1. Collationum Patrum Abbatis Moysi, Collatione 1. de sancto Ioanne Abbate, quem diabolus sub specie boni ad immoderatum induxit ieiunium, in tantum quod per hoc fuit à melioribus impeditus. Ideò debemus contra eos pugnare, & cum hoc merita cumulare. Quia dicit Rabanus super libro Machabæorum. In ædificatione Hierusalem patres nostri vna manu pugnabant, altera murabant. Per quod intelligitur, quod in ædificatione cœlestis Hierusalem vna manu pugnare debemus contra vitia, & altera murare, cœlestia scilicet merita congregando.

Abbas Moysés dæmonũ fraude deceptus.

L 2. Sanctorũ communio.

SECVNDVM, quod recidiuationis timorem nullum facit, est *sanctorum communitas*: peccator enim in peccatis existens, solus est, *& væ soli, si ceciderit* in ampliora peccata, *non habet subleuantem*. Eccles. 4. Sed post confessionem sanctorum societati coniungitur & communitati, & hoc nihil aliud est, quàm spiritualium bonorum per sanctos acquisitorum congregatio, de quibus vnusquisq; in Ecclesia numero & merito existens, in tantum participat, in quantum se capacem facit, mediante adiutorio diuinæ gratiæ, vt sic impertiatur merito Christi adiutorium & meritum sanctorum in cœlo & in terra. Ecce quantum tua confessio valet vt te tantis bonis associet. Ideò dicit Leo Papa in sermone: Plenissimè obtinetur remissio peccatorum, vbi totius Ecclesiæ est vna oratio. Quare debet quilibet homo non tardare, vt communitati bonorum societur, quia communitas Ecclesiæ omnes hostes spirituales debilitat. Sicut figuratum est. Iudic. 15. quod Principes filiorum Israël vno agmine procedentes, debilitabant omnes hostes quos poterant inuenire. Quid sunt vi i Israël, nisi veri Christiani in vnitate fidei associati, aut communitas sanctorum in Ecclesia militante existentium, quæ sub hostibus *terribilis est vt castrorum acies ordinata*. Cantic. 6.

Cõmunio Sanctorum, vt obtineatur, quæ nã requirãtur.

Est tamen NOTANDVM, quod ad hoc, quod homo capax sit bonorum, quæ fiunt in communitate sanctorum tria requiruntur, videlicet fides, obedientia & caritas, & volens esse particeps fideliter credat, humiliter obediat, & veraciter diligat. Qui enim rumpit fidem fit hæreticus: qui rumpit obedientiam fit schismaticus: qui rumpit caritatem fit excõmunicatus, saltem excõmunicatione minori & à cõmunione sanctorũ separatur. Qui autẽ prædicta tria debitè seruat habet triplicem funiculũ, qui difficulter rumpitur. Eccles. 4. *Triplex funiculus difficulter rumpitur*. Et conseruatur tali funiculo in Ecclesia, vt sit particeps omnium bonorum, quæ fiunt in ea. Nã sicut in Ecclesia *credentium est cor vnum & anima vna*, Actorum 4. Ita omnia bona spiritualia sunt eis communia, quamuis participet vnus de illis plus, quàm alter, secundum quod ipse scilicet prædicta tria se plus disponit ad capacitatem, applicando vires suas cum maiore feruore, desiderio & labore, vt habeat fidem caritate formatam, & obedientiam tam humilitate quàm caritate armatam.

3. Diuini anxilij securitas.

TERTIVM, ꝙ timorẽ recidiuationis nullũ facit, est *diuini auxilij securitas*. Securus nõ debet esse, confidens ꝙ à Deo nunquam derelinquatur. Quod cõsiderans Dauid ait Psal. 17. *Dominus adiutor & protector est omniũ sperantium in se*. Et in alio Psal. *Dominus defensor vitæ meæ à quo trepidabo* Ideò hortatur quẽlibet confessum B. Augustin. Proijce, inquit, te in Deũ, quia nõ ẽ ita crudelis, vt sibi te subtrahat, & te cadere permittat.

Psal. 26.

II. SECVNDA *causa*, quod peccator est mutus, differendo confessionem suam, est nimia.

Inquieta cõſcientiæ.

ET NOTANDVM, quod iſte rubor confuſionis nihil eſt, ſi tria conſiderentur. PRIMVM eſt conſcientiæ inquietatio. Peccatum enim, quod homo præ confuſione non vult confiteri, conſcientiam non ſinit eſſe quietam, ſed ſemper in mœrore conturbatam, atteſtante Seneca: Bona conſcientia in multitudine libera. Mala autem in multitudine & ſolitudine anxia eſt. Ergo melius eſt ſemel erubeſcere, quàm ſemper pauere, cum nihil honeſtius eſſe poſſit, quàm bona conſcientia. De conſcientia etiã bona ſic loquitur Bernardus. Quid ditius in rebus, quid dulcius, quid in omnibus ſecurius, & quietius bona conſcientia? Damna rerum non metuit, verborum contumelias & corporis cruciatus ſpernit, imò ipſa mortua magis erigitur, quã deijciatur.

Nil dulcius bona conſcientia.

O

Peccatorũ contemplatio.

SECVNDVM eſt peccatorum contemplatio. Nam quod Deus & omnia agmina cœleſtium, ſunt contemplatores tuarum ſordium, multum debent peccatores hortari ad confitendum. Quia dicit Auguſtinus ſuper Pſal. Si confeſſus fueris latus, non confeſſus damnaberis.

Peccata ſemel confeſſa, vtrum in die iudicij omnibus erunt nota.

Sed hic oritur vna dubitatio, ex quo dicit Auguſtinus: Si confeſſus fueris lates; Vtrũ peccata cõfeſſa & per pœnitentiã deleta, in iudicio generali latebunt, aut erunt reuelanda? *Ad hanc dubitationem* B. Bernardus, Anſelmus de ſimilitudine cap. 6. Et textus Apoſtoli cum Gloſſa: S. Thomas & alij Theologi dicunt, quod omnia tam bona, quàm mala nota erunt omnibus, quia dicit Gloſſa, ſuper illud. 1. Corinth. 4. *Manifeſtabit conſilia cordium* quod geſta & cogitata, bona & mala, nota erunt tunc omnibus. Et B. Bernardus tractans illud verbum dicens.

Cunctaq; cunctorum cunctis arcana patebunt.

Et ratio eſt, quia oſtenſio malorum in bonis eſt ad manifeſtationem miſericordiæ prius impenſæ, oſtenſio verò bonorum eſt, ad manifeſtationem iuſtitiæ. Et conuerſo in malis erit oſtenſio malorum, ad manifeſtationem diuinæ iuſtitiæ tunc punientis, oſtenſio verò bonorum ad manifeſtationem diuinæ iuſtitiæ parcentis & manentis. Hæc tamen oſtenſio nec cedet in infamiam, vel verecundiam, ſed ad gratiarum actionem in bonis, & ad Dei gloriam ſaluandis & liberandis,

Obiectio.

Sed diceres, Videtur, quod peccata erunt tecta. Iuxta illud Pſal. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Item 1. Petri 4. *Caritas operit multitudinem peccatorum.* Ad Pſalmum dicitur: ſecundum ipſum peccata dicuntur tecta, quo ad erubeſcentiam, non quo ad conſcientiam: quantum ad punitionem, non quantum ad agnitionem. Ad aliud dicitur, quod peccata operiuntur & non reuelabuntur, quo ad pœnam & ad diuinæ iuſtitiæ & miſericordiæ euidentiam. Iſtud perſuadet quidam Doctor ſic. Si rex remiſiſſet tibi centum libras pro obulo vno, nonne ſi gratus eſſes, narrares beneficium regis omnibus amicis & diceres: Regratiamini régi pro me, in tanto ſibi tenebar, & pro tanto mihi dimiſit. Eodem modo pro peccato mortali merebaris pœnam æternam, & remiſit tibi præ pœna temporali, quæ nullam proportionem habet ad pœnam æternam: multò magis deberes idem beneficium valde manifeſtare. Ex alio probatur ſic. Ex quo cuilibet beato, in deliberatione tua à peccato, magna materia gaudij bonis ſubtraheretur, ſi ignorarẽt gratiam ſibi factam, nec oportet de erubeſcentia pertimeſcere, quia ſicut Deus poteſt ignem facere approximare combuſtibili, ſine combuſtione: ſic poteſt facere notitiam peccatorũ tuorum etiam alijs. Et quod idem ſciant ſine erubeſcentia, quia cauſalitates rerum ſuſpendit quando vult, vt dicit Holkot ſuper libro Sapient. lect. 8.

Reſponſio.

Peccatum mortale meretur pœnã æternam.

TER-

Digitized by Google

TERTIVM est peccatorum exprobratio. Nã Deus & angeli eius, & omnes dæmones peccata exprobrarunt. Quia dicit Ezech. 12. *Ecce congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es, & omnes quos dilexisti*, scilicet diabolos, *& peccata tua cum vniuersis quos oderas* scilicet angelos & virtutes, *& nudabo ignominiam tuam corã illis, & dabo te in manu horum, & denudabunt te vestimentis tuis, & lapidabunt te.* Super quo dicit Bernardus: Quid tunc confusionis, ac quid miseriæ, quidúe doloris, quando dispersis solijs vniuersa nudabitur turpitudo, & peccatorum sanies aperietur, quando vermis cõscientiæ consumit imortalẽ, nec tũ erit locus dissolutionis, nec consolationis? Peccatorum exprobratio

p IV.

QVARTA causa omnium pessima, quare peccator censetur mutus in confessione, est malum desperationis: quia interdum (heu) accidit, quod homo post multa peccata in desperationẽ, diabolo procurante, cadit. Iuxta illud Prouerb. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit*, scilicet confiteri. Sed tamen non faceret, si tria consideraret, videlicet longam exspectationem, crebram vocationem, & benignam receptionem. *Primò*, quidem si longam Dei exspectationem consideraret, nullatenus homo desperaret, quia dicitur Isaiæ 30. *Praterea exspectat vos Deus, vt vestri misereatur, quia Deus iudicij Dominus est.* Et Sap. 11. *Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.* Et Ezech. 33. *Nolo*, inquit, *Dominus mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.* Quare dicit Bernard. Magna est misericordia Dei in nobis, quæ nostram conuersionem dulciter exspectat. Nos prolongamus multo tempore iniquitatem nostram, & ipse verò prolongat pietatem suam. *Secundo*, perpende eius crebram vocationem, & post terga malignam desperationem. Audi, quod vocat te Canticorum 5. *Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te*: quasi diceret, secundum Raymundum: O anima captiua, quã diabolus delitijs mũdi tenet, reuertere per cordis contritionem, reuertere per oris confessionem, reuertere per operis satisfactionem, per bonæ vitæ continuationẽ, vt intueamur te, id est, vt sic possimus videre in te imaginẽ Dei, & similitudinẽ, quam feruenti desiderio optamus. Et iterũ, Iere. 3. dicit Dñus. *Fornicata es cũ amatoribus tuis, reuertere ad me, & ego suscipiam te.* Ideò, ô peccator si ad tẽpus propter multitudinem peccatorum tuorũ desperasti, reuertere ad Dñum, per veram omniũ peccatorũ tuorum confessionẽ. Quia dicit Ioan. Chrysost. de reparatione lapsi. Amplius lætatur Deus de anima desperata, & aliquando cõuersa, quã de ea, quæ nunquã exstitit perdita. Sicut de perdito filio, qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuẽtus est, de cuius regressu fit gaudium magnum Patri. non aliter nisi coram Deo & angelis copiosius est gaudium de eo, qui à periculo liberatur, quàm de eo, qui nunquã nouit periculum. *Et subdit.* Quantum n. tristat perdita, tanto magis lætificat si fuerit inuenta. Sicut Dominus in Euangelio ait: Pastor ille exultauit, qui perditam ouẽ humeris suis gaudens reportauit. *Et subdit iterũ.* Nullus n. desperare debet veniam, etiã si circa finem vitæ conuertatur ad pœnitentiã: vnumquemq; n. Deus de suo fine, nõ de præterita vita, iudicat. In vita hominis finis quærendus est, quia Deus non respicit quales antea viximus, sed quales circa finem vitæ fuerimus. Hæc ille.

Causa differendi cõfessionem est malum desperationis. Remedia cõtra desperationem.

1. Longa Dei exspectatione.

2. Crebra vocatio. Quomodo peccator ad Deum reuerti debeat.

TERTIÒ, vide peccator Christi benignam receptionem, nec sic labaris in desperationem. Nam de filio prodigo, Luc. 15 patet. Cui redeunti occurrens pater benigne eum recepit, & *in amplexus eius ruit & osculum ei dedit, stolam primam & omnia perdita ei reddidit, & conuiuiũ solenne fecit.* Quare hoc? Quia dicit Bernar, consueuit pi-

Q Christi benigna receptio.

Digitized by Google

us Dominus magis honorare pœnitentes, quàm innocentes permanentes: quia deuotior est feruidus pœnitens, quam tepidus innocens.

Mutus in correctionis omissione.

Secundo peccator dicitur mutus *in correctionis dimissione* & sic principaliter sũt muti Præsidentes & Prælati, qui deberent peccata suorũ subditorum corripere. Sed propter amorem & feruorem dissimulant peccata ipsorum. De quibus Gregor. in pastorali. c. 15. & ponitur dist. 43 c. Sit rector Sæpe, inquit, rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam in gregis custodia pastorũ studio, sed mercenariorũ vice deseruiunt, veniente lupo fugiunt, dũ se sub silentio abscondunt. Hinc namq; eos Dominus per Isaiam increpat dicens cap. 57. *Canes muti non valentes latrare.* Hæc ille.

Et NOTA, si subditi ratione taciturnitatis Prælatorũ peccauerint, Deo rationem districtius reddent. Quia dicitur Ezech. 3. *Si dicente me ad impium, Morte morieris, & non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur a via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Hæc vide supra sermone. 10. de Heli qui punitus est, eo, quod filios suos non correxit. De hac materia vide plura suprà, Sermone 29. K. L. & 52. M.

R

Mutus in iustitiæ executione.

Tertio peccator dicitur mutus in *iustitiæ expressione.* Multi enim iudices propter cupiditatem sæpe fiunt muti, & verum iudicium obticent: quales fuerunt illi de quibus. 1. Reg. 8. dicitur *Ambulauerunt filij Heli post auaritiam, & acceperunt munera, & peruerterunt iudicium.* Tales enim iudices, si propter pecuniam rectè etiam iudicant, nihilominus peccant. Sicut dicit Gregor. 11. q. 3. Qui rectè iudicat & præmium retributionis exspectat, in Deum fraudem perpetrat, quia iustitiam quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit Et dicitur extra de rescriptione fiaturum lib. 6. Si litigantes fuerunt notabiliter pauperes, etiam expensas non exigat.

Iudex sciens accusatum esse innocẽtem quid faciet?

Sed hic oritur vna quæstio. Vtrum Iudex qui scit accusatum ad pœnam aliquam, scilicet capitis, vel aliam, coram se immunem penitus à culpa, quæ sibi imponitur, an debeat tacere, & secundum dicta accusantium eum condemnare. *Ad hoc dicendũ*, quod iudex ex officio debet testes volentes periurare, muti repellere à testimonio, etiam si accusatus taceat, vel quia sunt ignoti, vel infames, vel grauis opinionis. 2. q. 3. cap. Quærendum Si verò non perpendit quid velint dicere, nec est ei obiectio, quã opponat, tunc testis debet esse persona cõmunis, & potest iuramentũ eorũ recipere. Et tunc si in narratione facti inuenerit eos deuiare à vero, similiter examinet & inuestiget, vel per pendentem inuestigationem posset inuenire causã repellendi eos, sicut fecit Daniel. 3. de duobus senibus Susannam falsè accusantibus. Si verò nullo modo potest repellere, & probant secundum formam iuris & sufficiunt: hic dicunt ferè omnes Doctores Catholici. quod determinare debet secundum allegata & probata, quia secundum conscientiam quam habet, vt iudex debet iudicare. Quia dicit Ambrosius: Iudex non debet iudicare secundum suam priuatam conscientiam, quam apportauit de domo, sed secundum iura allegata & probata coram ipso dum sedet pro tribunali; vt probatur 2. q. 7. cap. Iudicet & 30. q. 5. cap. Nullum iudicantem.

Dicit tamen Alanus & Hugo, quod consulendum est verius tali, quod deleget alteri, si fieri potest, qui sententiam remittat ad superiorem, vt siue ille inferat siue præcipiat, isti alleuietur ex hoc conscientia sua.

DE

DE EADEM DOMINICA.

Sermo Tertius.

Et deprecabantur eum, vt illi manus imponeret. Et apprehendens eum de turbas seorsum, misit digitos in auriculam eius. Marc. vt suprà.

PLinius in historia naturali sic dicit. Imber maiores stillas immittit mari, & alijs aquis, quam terræ. Cuius est signũ. Nam magis complentur, qui transit nauigio, quam qui graditur circa terram. Quod autem imber maiores guttas immittit mari ratio est, quia omne simile attrahit suum simile. Aqua copiosius attrahit aquam, sicut ignis ignem, terra terram, aër quoque aërem, vt refert Calcidius in Timæo. A

SPIRITVALITER, per imbrem intelligitur Christus, Deiq; Mariæ filius vnigenitus, de quo canitur. Descendit in vterum virginis sicut imber super gramen. Quia sicut imber descendit super flores, sine eorum læsione, sic Christus descendit in vterum virginis, sine virginali corruptione. Et hoc est etiam, quod canitur: *Vt vterum non laditur sole penetrante, sic illæsa creditur post partum & ante.* Sed per mare, vel per aquam intelligitur omnis peccator, quia sicut mare est in se amarum, sic peccator habet in se amaram conscientiam remordentem. Iuxta illud Isaiæ 57. *Impij cor, quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Quia talis peccatoris amara conscientia nunquam quiescit, sed semper conturbatur, Domino volente, & Psalmista attestante, qui inquit. In recordatione peccatorum cor peccatoris. Modo ad propositum. Sicut imber semper maiores stillas immittit mari, sic filius DEI semper maiores stillas gratiarum immisit peccatoribus, & adhuc eis quotidiè immittit, quia tales adhuc nauigant mare viæ humanæ. Ideò de talibus potest exponi illud Psalm. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus*, scilicet gratiam in præsenti, vt possint venire ad pœnitentiam, & gloriam in futuro. Quamobrem debent Sacerdotes pro illis Deum exorare, vt dignetur eos à peccatis surditatis, & similiter mutitatis liberare, sicut fecerunt illi, qui pro illo homine defectuoso sunt Christum deprecati, de quibus dicit verbum allegatum. In quo quidem verbo, & Euangelio vsque ad finem, tria Euangelista tangit. *Primò*, sacerdotum sedulam exorationem, ibi; Et *deprecabantur eum. Secundo*, peccatorum Iesu benignam curationem, ibi. *Et apprehendens. Tertio*, populorum deuotam laudationem, ibi;, *Bene omnia fecit.*

Circa PRIMVM NOTANDVM. Bernardus super Cantica sic dicit. Discurrit angelus medius inter dilectum & dilectã, vota afferens, & referens dona, excitat illam & placat illum. Sed MORALITER, per angelum intellige quemlibet presbyterum, propter aliquas proprietates, aut actus angelorum, qui continentur in his metris. B

Proprietates Sacerdotum.

Pascit, & hortatur. duxit, vehit, excitat, arcet.
Orat congaudet. punit, laudat sine sumptu.

PRIMVS ergo actus angeli est *pascere*, quod probatur. 1. Regum. 19. vbi angelus detulit panem & aquam ad Heliam dormientem & famelicum, & ait. *Surge & comede, grandis restat tibi via.* Isto modo moraliter, prium officiũ sacerdotũ est pasce- 1. Pasce.

reves-

Officiũ curati.

re verbo & exemplo populum ſuum, & ipſum ſic ducere ad Chriſtum, & præcipuè debent hoc facere curati, quibus de iure competit proponere eis verbum Dei, vt Extra in Clementinas de ſepulturis cap. Dudum §. verum quis. Ergo populus de iure & ex præcepto debet audire, vt de conſec. diſt. 1. vbi dicitur. Sacerdote in Eccleſia verbum Dei faciente, qui egreſſus fuerit, Gloſſa quaſi contemnens audire, excommunicetur. Vbi per ſacerdotem intelligitur curatus, qui ſemper ſecurius ſunt audiẽdi, quàm alij: quia ius curatorum in prædicando eſt præceptiuum, eo, quod tenentur prædicare, & populus eos tenetur audire. Propter quod Ioan. 21. dixit dominus Petro, tanquam ſuo vero vicario, ter, *Paſce*. Bis enim dixit: *Paſce agnos meos*, & ſemel dixit. *Paſce oues meas*, ad innuendum differentiam inter doctrinam neceſſariam iuuenibus & ſenibus. Simplex enim, admonitio ſenibus ſufficit. Iuuenibus verò opus eſt verbis & verberibus, vt debite doceantur. Et hunc actum ſacerdotum tangit Euangeliſta cum dicit. *Adducunt ei ſurdum & mutum*, quia per ſuas doctrinas ſalutares

2. Exhortor.

debent adducere ad Chriſtum peccatores. SECVNDVS actus angeli, *exhortari* cuius probationem legimus, Matth. 2. *Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens. Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.*

C

Hunc actum imitatur ſacerdos ſana conſilia priuatim conferendo. Ex quo enim ſacerdotes ſuper alios homines ſunt, morum honeſtate & vitæ dignitate; ideò interdum ſanis pollent conſilijs, & ab eis potius requirenda ſunt ſana conſilia, quam ab alijs. Quia dicit B. Ambroſius, libro de officijs cap. 1. Aduertendum eſt, quod in acquirendis conſilijs plurimum valet vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vſus, facilitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirit? Quis de turpida aqua potum potauit? Itaque vbi luxuria eſt, ibi intemperantia, ibi vitiorum confuſio; quis inde aliquid ſibi hauriendum putat, vel exiſtimet? Quis vtilem iudicet alienæ cauſæ, quem videt inutilem ſuæ vitæ? Quomodo potero eum conſilio iudicare ſuperiorem, quem video moribus inferiorem me? An eum idoneum putabo, vt mihi det conſilium, qui ſibi non dedit? An eum mihi vacare credam, qui ſibi non vacat; cuius animum voluptates accuſant, libido deuincit auaritia ſubiugat, cupiditas perturbat. Idem Ambroſius dicit: Talis debet eſſe qui conſilium dat, vt ſeipſum formam alijs ac exemplum bonorum exhibeat, in doctrinæ integritate, vt ſit eius ſermo ſalubris, atque irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, & ſcientia decora.

Vitæ probitas in conſilijs acquirẽdis valet.

D

Duco.

TERTIVS actus angeli eſt *ducere*, quod patet exemplo Tobiæ. 5. de Raphaële, qui ait. *Ego*, inquit angelus, *ducam & reducam eum ſanum ad te.* Sic Sacerdotes debent ducere per bonam & apertam conuerſationem. quia ſicut victoria exercitus, eſt gloria boni ducis; ita ſanitas populi attribuitur meritò bonæ conuerſationi Sacerdotis. Ideò dicit Chryſoſtomus de ſacerdotali dignitate lib. 3. Benè agente populo, vnusquiſque pro meritò ſuo remuneratur. Sacerdos autem pro bonis proprijs aureã, & pro acquiſitione aliorum aureolam. Et ibidem Chryſoſtomus homilia. 3. dicit. Sacerdos in populo eſt ſicut radix in herba. Quemadmodum cum videris arborem pallentibus folijs marcidam, intellige, quia aliquam culpam habet circa radicem, ita cum videris populum indiſciplinatum & irreligioſum, ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium eius non eſt ſanum. Sed vnde venit ita inſanitas in Sacerdotibus? Reſponde, quod à diabolo. Quia dicit Plinius in hiſtoria naturali & Iſido. lib. 21. etymol.

Sacerdotum ſpiritualis inſanitas venit à diabolo.

mol. cap. 4. Salamandra est serpens quidam in cuius veneno maximi vis est. Hæc si trunco vel radici irrepserit arboris, omnia poma intoxicat, & omnes ramos.

MORALITER. Isto modo diabolus, qui ad instar Salamandræ semper in igne viuit, quia vbicunq; venit, pœnam habet sibi annexam, sicut angelus bonus suam lætitiam. Iste quidem serpens infernalis radices Ecclesiæ, scilicet Sacerdotes, sic intoxicat & inficit his diebus, quia omnes rami ab Ecclesia eorum peccatorum venenum assumunt. Si enim Sacerdotes essent boni fortassis & laici. Quia dicit Apostolus ad Romanos 2. *Si radix sancta, & rami.* Per oppositum; si radix est infecta, & rami erunt nociui. Et iste actus, aut operatio etiam innuitur cum dicitur. *Adducunt ei surdum & mutum.* Et illa adductio fit verius per eruditionem, quàm per violentam tractationem. Quia secundum Senecam. Curiosus animus hominis facilius ducitur, scilicet salubri eruditione, quam trahitur.

QVARTVS actus angelicus est *vehere*, id est, transportare. Vehunt enim & deferunt boni angeli animas morientium in cœlum. Sic Sacerdotes angeli de terrenis desiderijs ad amorem cœlestium transferunt pœnitentes, quia eis confitendo peccatis moriuntur pristinis. Iuxta illud. 1. Petri 2. *Peccatis mortui iustitiæ viuamus.* Vehe.

QVINTVS actus angelicus est *excitare*, Actorum 2. *Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in tabernaculo carceris, percussoq; latere Petri excitauit eum dicens. Surge velociter.* Sic debet Sacerdos excitare peccatores, vt surgant à peccatis, & si voluerint debet apponere duras correctiones, vt sic saltem seipsum valet, quia vt dicit Isidor. lib. 3. de summo bono cap. Sacerdotes populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, dicente Domino ad Prophetam. *Speculatorem dedi te domui Israël, si non fueris locutus, vt custodiant se à via sua mala, & ille in iniquitate moriatur, sanguinem eius de manu tua requiram:* & hoc principaliter intelligitur de curatis. Excito. Ezech. 3.

SEXTVS actus angelicus est *arcere* dæmonum potestatem, sicut Raphaël de Asmodæo, qui suffocauerat septē viros Saræ, Tob. 5. Sic Sacerdotes debent arcere omnes malos, per censuras Ecclesiasticas. Quod tamen principaliter pertinet ad prælatos, scilicet Episcopos, & eorum officiales. Etiam debent arcere dæmones per adiurationes sacras, ne noceant bonis viris. Arceo.

SEPTIMVS actus angeli est *orare*, sicut patet Actorum 16. Vbi visio per noctem Paulo ostensa est, *Vir Macedo quidam* id est, similitudo viri habentis habitum & effigiem Macedonem, *erat stans & deprecans eum dicens. Transiens autem in Macedoniā adiuua nos*, scilicet annuntiando nobis viam salutis. Vbi dicit Glossa, quod vir fuit angelus Macedonum, qui prouocabat Paulum, vt ad terram sibi custodiendam commissam transiret, vt per verbum Dei homines saluaret, & à diabolo liberaret. Ita & sacerdotes debent orare pro populo, salutem eorum suis precibus obtinendo. Ideò dixit Alex. Papa. 3. q. 1. c. Ipsi Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedánt, quia ea suis orationibus delent & cōsumunt: quia quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Quamobrem debent dicere Ioelis 2. *Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in perditionem.* Et iste actus tangitur cum dicitur. Et deprecabantur, videlicet Sacerdótes, Christum, vt imponeret ei scilicet peccatori manum, videlicet misericordiæ. Et reuera Dominus exaudiuit orationem ipsorū. Quia legitur Num. 16. Cum filij Israël E Oro.

Digitized by Google

murmurasset contra Moysen & Aaron, eo, quod solus Aaron, & filij eius, & nulli de tribu alia sacerdotio fungerentur, ignis à Domino exiuit, & deuorauit eos, eoque perierunt ex eis. quatuordecim millia hominum, & septingenti. *Cumq; iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron. Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper pergens citò ad populum, roges pro eis. Quod cum fecisset Aaron stans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.*

F Vtrum pro reprobatis orandum,

Sed posset aliquis quærere. An Sacerdotes debeant orare pro reprobatis? Ad quod dicendum, quod reprobatio est præconscia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorum, vel reprobatio Dei, qua ab æterno non eligendo quosdam reprobauit; & pro illis nullo modo debent Sacerdotes orare, vt effectum prædestinationis consequantur, vt dicunt Doctores. Quamuis enim Sacerdos pro omnibus viatoribus debet orare, si nullam reuelationem de aliquo reprobato, vel finaliter in peccato mortali decessuro accipit: Si tamen reuelationem accepit de aliquo reprobato, vel in peccato mortali perseueraturo, pro eo orare non licet, quia de tali populo reprobato dicit Dominus ad quemlibet Sacerdotem. Ierem. 7. *Noli orare pro populo hoc, nec assumas laudem pro eo, quia non exaudiam te.*

Obiectio 1. Sed contra hoc posset aliquis insistere. *Primo* sic. Quilibet tenetur diligere proximum suum sicut seipsum, ergo tenetur proximum diligere ad id, ad quod seipsum diligit, videlicet, vt virtuosè operetur in præsenti, & in bono perseueret, & virtutis præmium consequatur in futuro. Quia dicit B. Augustin. 1. de doctrina Christiana, quod ad hoc quilibet debet seipsum diligere, vt sic operetur quatenus Deus diligatur toto corde, tota anima, tota mẽte, vt in beatitudine perfecte diligatur & æternaliter. 2. *Secundo* sic; Pro omnib. existentibus in gratia est orandũ. 3. *Tertio* sic. Si non esset orandum pro reprobato, vt consequeretur effectum prædestinationis cum potest reprobatus esse in gratia, sequeretur quod aliquis dignus esset vita æterna, pro quo non esset orandum, vt Deus daret ei vitam æternam.

R ad I. Ad primum dicunt Doctores, quod quilibet debet proximum suum diligere ad id, ad quod seipsum, nisi sciat Deum oppositum velle. Sed quia Deus non vult reprobato dare perseuerantiam in caritate in via, nec beatitudinem in patria, nullus debet quem scit reprobatum à Deo, ad hoc diligere, vt beatitudinem consequatur. Hoc ostendit Alanus super Epistolam ad Romanos cap. 9. sic inquiens. Non debeo orare pro reprobato, cum scio Deum velle contrarium. Debeo enim diligere eo modo, quo illi qui sunt in patria, & angelus, qui eum custodit, scilicet reprehendendo & retrahendo ipsum à malo pro posse meo, & orando pro eo ne grauius peccet. Et ideò dicit Glossa Magistri ibidem, quod non est valde dolendum de reprobis. Quia licet sit eis condolendum, non tamen, vt effectum prædestinationis consequantur: quia nullus, sciens esse aliquem reprobum, debet ei adoptare vitam æternam. Et ideò dicit Rabanus, super Matthæum, secundum quod allegat eum. Alanus ibid. quod Iudas miser est, sed nõ miserabilis: debeo tñ dolere super hoc, quod est reprobus, sed non dolere optando cõtrarium. Sic dolore compassionis Christus fleuit super illam, scil. Hierosolymã, propter futuras calamitates eius, & tñ nolebat contrarium. Sic iudex suspendendo furem compatitur ei, non tamen vult eum liberare. Hæc Alanus.

Luc. 19.

Ad II. Ad *secundum* est dicendum, pro omnibus existentibus in gratia est orandum, vt finaliter habeant vitam æternam, nisi quis sciat Deum velle contrarium. Modo certum

tum est, quod Deus nullo modo reprobato vult dare vitam æternam. Ideò pro nullo reprobato quantumcunq; habeat gratiam est orandum, vt effectum prædestinationis consequatur.

Ad tertium dicitur, quod aliquis possit esse dignus vita æterna dupliciter. *Vno modo*, secundum præsentem iustitiam: & isto modo aliquis est dignus vita æterna, cui Deus non vult dare vitam æternam, licet sit dignus; protunc nec est iustum ille dare vitam æternam & dignum. G Ad III.

Si quis autem instaret dicto B. Augustini in sermone prædestinati, contra Pelagiũ, vt dicit quod prædestinationem nõ solum in Apostolis, sicut Pelagiani ponunt, ponimus sed in omnibus Deo seruientibus. Sed certum est, quod quilibet existens in gratia, dignè seruiat Deo & consequatur effectum prędestinationis. Ad illud dictum Augustini dicitur, ipsum intelligere, quod finaliter Deo seruientis effectum prædestinationis consequentur, non autem, qui soli sunt digni secundum præsentem iustitiam. Hoc ostendit Alanus vbi suprà dicens. Dominus scit aliquos esse reprobos, ergo nec vult, nec voluit, nec volet, eis dare vitam æternam. Et ita digni sunt aliqui quod Deus non vult, nihilominus tamen respondet vnicuiq; pro meritis suis finalibus; quia licet non velit dare vitam æternam reprobis habentibus gratiam, tamen vult eis dare vitam si perseuerabunt finaliter in gratia. Et dicit idem Doctor, quod quidam nullũ dicunt esse dignum vita æterna, nisi in fine. Quod probat similitudine laborantis in vinea, qui non est dignus denario nisi finito labore & die. Eadem ratione cum solis perseuerantibus promittitur vita, nullus ante finem dignus est ea. Sed illud simile est valde remotum. Nam laboranti in vinea præscribitur tempus certum, sed non pro vita æterna: imò pro quocunq; instanti decedat, gratiam habens, dignus est vita æterna. Laborans verò in vinea, si moritur die media, nec ipse nec hæres eius dignus est denario. Hæc ille. Hæc igitur hic inserta de reprobatione, videat quilibet prudens prædicator, an sint populo vulgari proponenda. Alia obiectio. Responsio.

Sic ergo habito isto, q̃ sacerdotes angeli assimilantur, ideò debet ad similitudinẽ angeli quilibet esse medius inter dilectum, videlicet Christum, & dilectam, id est, quamlibet animam sibi commissam, & offerre Christo vota & orationes sibi cõmissorum, & referre dona remissionis peccatorum, & debet excitare & placare. Nam subditos suos negligentes debet excitare à somno negligentiæ, & placare Deum fideli precamine, quia dicitur hic. *Et deprecabantur eum vt illi manum imponeret.* Et tantum de primo. Quantum ad *secundum* tangit Euangelista peccatorum curationem benignam, cum dicit. *Et apprehendens eum de turba seorsum.* Secunda pars concionis.

Circa quod NOTA, prudens medicus qui tempore pestilentiæ curam gerit hominum, omnes hortatur vt vitent morborum consortium, quia valde periculosum est pestilentiali morbo infectis, siue viuis aut etiã mortuis conuersari. Sic etiã prudens medicus & corporum & animarum Iesus Christus in hoc quod separauit hunc infirmum à turba seorsum, docuit malam societatem infectam morbo peccatorum fugiendam. Quia dicit B. Hieronym. vt scribit beatus Eusebius de morte ipsius. Nihil certè tantum nocet homini quàm mala societas, & sæpe homo talis efficitur, quali societate potitur. Impossibile puto hominem in bonis operibus permanere qui malorum assidua potitur societate. De mala societate vide supra sermon. 12. B. & sermone 14. B. & sermone 28. S. T. H Societas peccatorum morbo infecta, fugienda.

Quare Christus miserit digitos in aures surdi.

SECVNDO in hoc quod misit digitos in aures eius, docuit nos aures nostras obstruere. *Primò* à vituperatione proximorum, quia dixit Dauid in Psalmo 30. *Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum in circuitu.* *Secundo* à vanitate garrulorum, qui iam vbique sunt in mundo, vt dicit Claudianus in maiori volumine.

1.
2.

Nunc quoq; per terras mentiri garrula fama,

Nullaq; mentio fit de his qui vera fuerunt. Et Iuuenalis lib. 8. dixit:

Garrulus ipse nocet sibi cum prodesse videtur.

Psal. 37.

A talibus debet auditum auertere omnis homo. Quia dicit Psalmista: *Qui quærunt mihi mala locuti sunt, vanitates, & dolos tota die meditabantur,* *Tertiò* à cantilenis saltatricum. Iuxta illud Eccli. 9. *Cum saltatrice ne sis assiduus, ne audias illam ne forte pereas in efficacia illius.* *Quartò* à verbis mendacij. Quia dicitur Prouerb. 28. *Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.*

I

TERTIÒ in hoc quod exspuit & tetigit linguam eius, docuit nos, vt diuinam sapientiam in prædicatione libenter audiamus. Dicunt enim medici & præcipue Constantinus. Saliua est humor phlegmaticus, ex naturalibus venis linguæ generatus, & præcipue à capite descendit, saporem discernit, & linguam humectare consueuit.

MORALITER per saliuam intellige diuinam sapientiam. Quia dicit Gregorius homilia 10. super per Ezechielem: Sputum est diuina sapientia, quæ soluit ignorantiam humanam. Cum ergo ea sapientia, quæ ipsemet est, lingua nostra tangitur, tunc mox ad prædicandum formantur verba. Hæc quidem sapientia procedit à capite scilicet à Deo, qui est caput Ecclesiæ. Ideò dicit diuina sapientia Eccli. 24. *Ego ex ore altissimi prodiui.* Et Iacob. 1. *Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnib. affluenter.* Hæc quidem sapientia ad instar saliuæ discernit inter sapores, quia omnia mandata amara & spiritualia dulcia demonstrat. Et sic faciet effugere illud dictum prophetæ Isaiæ 5. *Væ qui ponitis amarum dulce, & dulce amarum.*

K

Homo libenter respicit.

QVARTO in hoc quod cœlum aspexit, docuit nos quod libenter in cœlum respiciamus. Quia homo libenter respicit tria. *Primò*, respicit fidelem amicum, quia dicitur Eccli. 6. *Amico fideli nulla comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti cõtra bonitatem fidei illius.* Et ibidem dicitur. *Amicus fidelis, medicamentum vitæ.* Quis ergo fidelior Christo? Nam ipse amicus adeo fidelis, quod in nulla nos necessitate deserit, vt dicit Augustinus. De quo Sapiens Eccli. 17. *Omni tempore diligit qui amicus est.* Et dicit notanter *omni tempore.* Quia in vita à peccatis nos custodit, ac in morte à dæmonibus nos eripit. & post mortem ad gloriam perducit, vt quilibet saluatus dicere possit cum Psal. *Tenuisti manum dexteram meam & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Ecce iste amicus est in cœlo, ideo ad ipsum quilibet respicit

I. Amicum.

Psal. 72.

II. Thesaurum

meritò. *Secundò* respicit thesaurum suum Matth. 6. *Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum.* Ibi ergo habemus thesaurum nostrum, qui conficitur ex auro dilectionis Dei, & argento amoris proximi, & lapidibus preciosis bonorum operum. *Tertiò* libenter respicit auxilium suum, & illud auxilium est à cœlo. Iuxta illud Psal. 120. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Ideo ibi respicere debemus. Quia 2. Paral. 2. *Cum ignoramus quid agere debeamus, tunc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad cœlum.*

III. Auxilium diuinum.

L

QVINTO in hoc quod ingemuit ostendit tria. *Primo* naturæ vilitatem. Vnde Beda, quod

da, quod quasi homo ingemuit, sed quasi Deus curauit. *Secundo* peccati grauitatem, quia tam graue est peccatum quod cum gemitu Dei est curatum. *Tertio* gemendi necessitatem. Vnde Beda. Ingemuit, non vt opus ipsi esset cum gemitu aliquid petere à patre, quia omnibus petentibus dat cum patre, sed quod nobis gemendi daret exemplum, cum pro nostris vel nostrorum proximorum reatibus supernæ ciuitatis præsidia inuocemus.

SEXTO in hoc quod dixit ephpheta, quod est aperire, docuit nos quod peccata nostra in confessione non debemus palliare, sed omnes circumstantias per ea manifestare, vt à spirituali possimus liberari surditate. Et vere beatus homo erit ille, cui omnia vincula linguæ soluuntur, vt peccata sua & circumstantias debite exprimat, vt dicatur de ipso. *Solutum est vinculum linguæ eius & loquebatur recte.* Vbi sciendum quadruplex est vinculum linguæ, quorum quodlibet nisi soluat homo, nequaquam recte confitetur.

Peccata in confessione non pulliranda.

Linguæ vinculum quadruplex.

PRIMVM est pudor propalandi; quia cuilibet volenti confiteri obijcit se pudor, quo homo confunditur alteri homini reuelare illud, quod solum notum est Deo & angelis, dæmonibus & sanctis; & hoc vinculo diabolus ligat plurimorum linguas ne confiteantur. Vnde quidam sanctus vidit diabolum inter pœnitentes incedere & facientem eos erubescere in Ecclesia, dum se ad confessionem pararent. Qui adiuratus à sancto, & interrogatus, quid inter pœnitentes faceret? Respondit, Reddo quod abstuli. Cum ille interrogaret. Quid hoc esset: Respondit. Verecundiam eis abstuli quando peccauerunt, & modo eam restituo nè possint cõfiteri. Sicut enim lupus ouem per guttur accipit non per pedem, & vulpes gallinam, ita diabolus guttur peccatoris ligat & constringit, ne clamare in confessione possit. Ideo dicit Augustinus super Psalmos: O homo quid times confiteri, vt quod per confessionem scio quasi illud quod nescio. Cur erubescis confiteri peccata tua, sum sicut tu homo humanus, nihil alienum à me: confitere homo homini, homo peccator homini peccatori, & elige quid vis. Si confessus fueris lates, inconfessus damnaberis. Ad hoc Deus exigit confessionẽ vt liberet humilem, ad hoc damnat nõ confitentem, vt puniat superbũ.

1. Pudor.

SECVNDVM impedimentum aut vinculum, quod ligat linguam hominis est timor recidiuandi: facit n. diabolus hoc vinculum homini volenti confiteri. Quomodo, inquit, tu proponis, de cætero à peccatis abstinere? poteris tu imperpetuum viuere continenter? ad quid tibi proderit hodie confiteri, & post cras labi in simile? Hoc vinculo voluntarie ligatur homo, non considerans quod ideo Deus instituit sacramentum pœnitentiæ, vt quoties recidiuemus toties resurgamus. Quia *septies in die cadit iustus & resurget*, scilicet emendando se per pœnitentiam, *impij autem corruent in malum* scilicet se nõ emendando Prouerb. 24. Contra timorem recidiuandi vide supra tria remedia, videlicet hostis debilitatem, sanctorum communitatem, auxilij securitatem. Serm. LXXI. K. L.

M

2. Timor recidiuandi.

TERTIVM vinculum est ardor delectandi recolit enim homo miser delectationẽ præhabitam in peccato, & videtur sibi quod sine ea non potest ducere vitam; & manente tali affectione, impossibile est vtiliter pœnitere. Quia Hosti: in libro de compunctione cordis dicit. Sicut est impossibile quod ignis in aqua inflammetur, ita impossibile est cognitionẽ cordis ingerere delicijs. Contraria enim sibiipsis sunt & peremptoria. Illa enim mater fletus, hæc mater risus. Illa cor constringit, hæc dissoluit.

3. Ardor delectandi.

Digitized by Google

Tepor præſtolandi.

QVARTVM eſt fortiſſimum vinculum aut impedimentum pœnitentiæ, eſt tepor præſtolandi; qui oritur ex duplici præſumptione, ſcilicet prolixæ vitæ, & finalis veniæ; & hoc vinculum quaſi omnes ligat. Confidunt enim de futuro, permittunt in poſterum, procraſtinant in longinquum, & dicunt cum coruo cras cras, cras, donec morte ſubitanea periclitantur. Et hoc ad ſecundum.

Tertia pars concionis.

Cõfutantur. 1. Curioſi.

Quantum ad TERTIVM, tangit populorum deuotam laudationem, cum dicitur. Benè omnia fecit. VBI NOTA, Ex hoc verbo Euangelij poſſunt confutari multi diuerſa quærentes, quare hoc vel hoc factum eſt, cum tamen potius exclamare deberent cum Apoſtolo ad Romanos 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c.* Et *primo* ſunt quidam curioſi, quærentes quare Deus in principio fecit vnum ſolum hominem, cum tam multos angelos ſimul creauerat. Ad hanc quæſtionem poteſt dici quod bene & congrue hoc factum eſt, de quo dicit Auguſtinus in libro: Cur: quando, & quomodo Deus homo. Cum de ſolo homine loquimur quoddam mirabile nobis occurrit, quia cum Deus omnes angelos pariter fecerit, vnum ſolum hominem quare facere voluerit, de quo ſolo omnes alij procrearentur. Ex quibus illa cœleſtis diminutio reformaretur. Et reſpondet: Verum tamen hæc fuit diuini conſilij maxima pietas, vt in vno ſolo fragili homine, tota poſteritas aut ſaluaretur aut damnaretur; quia ſi omnes qui naſcituri erant ſimul in lucem veniſſent, miſeri aut frag les homines multo deterius aut multiplicius cecidiſſent, quàm angeli, qui tã ſublimes & perfecti erant. *Et infra.* Congruum, inquit, conſilium fuit, vt ſolus homo conderetur, qui ſi pro ſua fragilitate aut alicuius ſuaſione ad malum tenderet, creatori ei manum minime porrigeret; & licet iuſtitia exigente pœnam pro culpa pateretur, ei tamen aditus miſericordiæ non negaretur.

Quare Deus vnũ tantum hominem, ſed plures angelos ſimul creauerit.

Temerarij.

SECVNDO quærunt aliqui temerarij quare Deus fecit homines aliquos, cum ſciret ipſos reprobandos. Quibus reſponderi poteſt, quod omninò benè fecit quod eos plaſmauit. Quia ſicut paterfamilias habens bonum vinum, ex certa ſcientia tranſfundit in vas illud, quod facit quod mutabitur in acetum, & ad hoc transfundit vt ibi corrumpatur, ſciens quod valebit ei ad condienda ſalſamenta. Sic Deus, licet ſciat aliquos eſſe malos homines futuros, vult tamen viuere eos ad bona exercenda, & ad bonorum merita promouenda, vt patet in martyribus & eorum perſecutoribus. Item ſicut aliquis nutrit canes, feras, & aues, quas ſcit futuras eſſe rapaces, & ad hoc nutrit vt rapiant, terreant & occidant; & ſicut rex tenent lictores & alios, vt mutilent vel ſuſpendant, vel aliter puniant. Et ſicut beſtiæ non propter ſe, ſed propter hominem creatæ ſunt: Ita mali homines non propter ſe ſed propter bonos creati ſunt & viuunt, & mala quæ inferunt bonis proſunt, vel ad demenda peccata, vel ad exercendam iuſtitiam, vel ad huius vitæ miſeriam demonſtrandam, vt dicit quædam gloſſa ſuper cap. Firmiter. De ſumma Trinitate & fide Catholica.

Deus permittit malos vt exerceant bonos.

Scrutantes cõſilia Dei.

TERTIO quærunt aliqui, quare Deus elegit aliquos ad gratiam ſuam & gloriam, plus quàm alios. *Reſpondetur.* Quod hoc faciendo nulli facit iniuriam, & voluntate ſuâ liberaliſſima & optime facit vtique, id eſt elegit iſtos & poſtponit eligere alios. Et qui taliter quærit, perinde eſt ac ſi quærat, quare Deus non dedit tantum ſplendorem Lunæ quantum Solis; vel quare omnes ſtellæ non ſunt eiusdem claritatis; vel quare non ſunt omnes reges, vel quare non ſunt omnes lapides precioſi vel ſmaragdi vel carbunculi. Hæc gloſſa vbi ſuprà.

QVAR-

QVARTO quærunt quidam, quare Deus iſta bona temporalia ita inæqualiter diſtribuit, & vni dat tantum quod decem vel viginti, aut etiam centum poſſent contentari, & alios ſinit mendicare. Ad hoc dicitur, quod Deus pauperibus non dedit temporalia, inſignum maioris dilectionis, promittendo eis terrena Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Sed alijs dat diuitias, vt his mediantibus, pauperibus benefaciant & Peccata ſua redimant. Ideo cuilibet tali dicit Auguſtinus: Redime te homo dum viuis, redime te ipſum cum potes, redime te dum precium in manu tenes, redime te ne dum te mors amara præueniat, & pretium ſimul & vitam diſperdas. 4. Non neceſſaria ſcire cupientes.

QVINTO quærunt aliqui quare Deus tanta temporalia tribuit, qui ſibi non ſeruiunt, nec eum amant. Ad quod dicitur quod hoc facit, *Primò* vt propter talia beneficia ad ipſum conuertantur; cum enim nolunt timere pœnam gehennæ, vt à peccatis ceſſent, tunc ipſe ex ſua bonitate bene facit, vt ſic eos alliciat ad bonum. Iuxta illud Pſalm. 104. *Dedit eis regiones gentium, & labores populorum poſſederunt.* Quare *Vt iuſtificationes cuſtodiant, & legem eius requirant. Secundò* vt exemplum nobis benefaciendi inimicis noſtris oſtendat. Quia ſecundum Auguſtinum ſuper Ioannem. Omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio. Et ſi Chriſtus benefacit inimicis ſuis, ſic & nos. Iuxta illud Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros, & bene facite his qui vos oderunt. Tertiò* vt nullus Chriſto ſeruiat pro temporalibus, qui cernit etiam malis elargiri. 5. Solliciti de rebus temporalibus.

SEXTO quærunt alij, quare Deus pauperibus interdum dat multos pueros, & diuitibus ſæpe nullos. Ad hoc dicitur, quo ad pauperes facit hoc Deus in ſignum dilectionis, & qui *dat iumentis eſcam ipſorum*, etiam paſcit pueros eorum. Vel in ſignum benefactionis dicente Pſalmiſta. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* Et infra *Filij tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Sed quod diuitibus interdum dat nullos, vt regibus vel principibus, &c. hoc ideo facit ne à ſubditis amplius extorqueant, habita multitudine puerorum. 6. Diuites carentes filijs. Pſalm. 146. Pſal. 127.

SEPTIMO quærunt alij, quare interdum Deus de medio tollit iuuenes, ſinit viuere ſenes & debiles. Ad hoc dicitur, quod tales iuuenes, ſi ſunt boni, rapit eos per mortem ne mali fiant. Iuxta illud Sapient. 4. *Raptus eſt ne malitia immutaret intellectum eius.* Si autem ſunt mali, rapiuntur ne peiores fiant. Quia dicit Ambroſ. ſuper Lucam. Melius eſſet peccatoribus malè agentibus mori, quàm quod in peccatis diu verſantur, ne pœna ipſorum augmentatur. Quia ſecundum Auguſtinum, tanto enim quisq; tolerabiliorem habebit damnationem, quanto minorem hic habuit iniquitatem: ideo dicit *Bene omnia fecit.* Et hoc ad tertium. 7. Scire volentes, quare iuuenes moriantur.

DOMINICA XIII. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.

HAEC ſcribitur in epiſtola hodierna quæ ſcribitur ad Galatas 3. Dicit Ambroſius in Hexameron quod apes regi electo obediunt, vt quaſi ſuis legibus obtemperent. Nam ita ſunt diſpoſitæ in agmine ſuo A.

Digitized by Google

Apum regimen & industria.

suo, vt nulla est ociosa. Nam quædam certant quasi bello campestri contra apes: Aliæ inuigilant super victum; aliæ futuros explorant imbres, & speculantur concursus: Aliæ certas de frondibus fugunt: Aliæ cellulas nunc rotundas, nunc quadratas, mira connexione & qualitate componunt, & tamen inter diuersa opera nulla raptu victum quærit, sed proprio volatu & labore inter herbas & flores, quæ sibi sunt conuenientia recolligit. Sed & apes quæ non obtemperant regi, propria condemnatione se stimulant vt aculei sui vulnere moriantur

MORALITER. Per apes intelliguntur homines, qui ad similitudinem apum elegerunt, & adhuc eligunt sibi reges. Nam legitur 1. Regum 8. quod populus Israel petiuit Samuelem vt constitueret eis regem. At ille dixit eis ius regis dicens. *Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos & centuriones, & decuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum. & fabros armorum & curruum suorum:* multaque alia ibidem. Et sequitur quod *noluit populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, Nequaquam. Erit enim rex super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster; egredietur enim ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi & locutus est ea in auribus Domini. Dixit autem Dominus ad Samuelem. Audi vocem eorum & constitue super eos regem.* Sicque electus fuit in regem Saul scilicet, ab omni populo. Sic adhuc electio Regum debet esse vnanimis & concors ab omni populo. Electo ergo rege debent populi sibi obedire, & legibus suis obtemperare, & debent diligenter videre illi qui regunt populum quod nullus sit otiosus, quia *multam malitiam docuit otiositas*, vt dicitur Eccles. 33. Sed sic statuet vt ad similitudinem apum, aliqui pugnent in bellis contra inimicos Rempublicam perturbantes, vt sunt milites & militares. Quia dicit Augustinus 23. quæstione. 1. Apud militiam enim hac intentione debet exerceri, vt mali cohibeantur & boni subleuentur. Item videat rex vt alij inuigilent super victum quærendum, suis scilicet manibus, vt rustici & alij in ciuitatibus mechanici Quia dicit Psalm. 127. *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* Item quod alij explorant pluuias, id est, salubres doctrinas, vt prædicatores, sacerdotes & scholarium rectores, quia *non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore Dei.* Matth. 4. Item videat rex, quod aliqui sint muratores & carpentarij, qui faciunt domos Ecclesiasticas, quia dicit Aristot. in 4. Politicorum. Ciuitas non constabit ex vna parte sed pluribus, quarum *vna pars* sint agricolæ. *Secunda* pars artifices manuales. *Tertia* hi qui negotiantur circa forum. *Quarta* mercenarij. *Quinta* pugnatores armigeri, quos necessarium est in ciuitatibus existere, qui possunt resistere inimicis.

Reges quid debeant attendere circa populum suum.

B

Et si viderit rex aut rector quod aliqui sint legis transgressores, puniat eos: quia propter tales forte sunt præ luturæ & rectores, vt pulchrè declarat Petrus Rauenna in suo epistolari libro 8. epistola 1. Ad extollenda, inquit, iustorum præconia, & ad reprimendas insolentias, transgressorum, prospiciens è cœlo iustitia, erexit in populis regnantium solia, & diuersorum principum potestates Caruisset namq; libenter humana conditio iugo Domini, nec libertatem à se quam eis natura donauerat, homines abdicassent, nisi quod impunita licentia scelerum, in euidentem perniciem humani generis redundabat, & sic necessitate quadã oportuit naturam sub esse iustitiæ, & ser-

Digitized by Google

& ſeruare iudicij libertatem. Sed nec extrinſecus exquiri decuit aliam creaturam, ſed homo prælatus eſt homini, vt gratiorem prælaturam efficeret, identias ſpeciei. *Et ſubdit.* Potiſſimè tamen diuina ſcientia profecit ad populorum imperium, dum oſtenſi ſibi figura numiſmatis, in redditione cenſus & ſolutionibus tributorum, præ cæteris regibus Cæſareæ formæ præſignauit faſtigium, cui ſubiecit omnimodas: nec ad hoc ſolum, vt eis imperando præeſſet, ſed vt ipſius potius iuſtitiæ copiam miniſtrando prodeſſet, ne per impunitatem criminum conualeſcat inſolentia tranſgreſſorum. Quare homo homini ſit prælatus.

Ex his verbis Petri Rauennæ ſoluuntur tres conditiones.

PRIMA, quare neceſſe fuit regimen regis inter homines introduci, cum homo naturaliter deſideret libertate gaudere. Reſponſio eſt, ne impunita licentia ſcelerum iuſtitiam extriparet, & oportuit libertatem ſubeſſe iuſtitiæ. Solutio trium conditionum.

SECVNDA quare nulla ſpecies alia creaturæ aſſumpta eſt in regimen hominis, quia videlicet homo eſt animal rationale, habens in ſe imaginem Trinitatis, & ideo nullæ creaturæ ſubijci debuit corporali, quæ imagine tali careret: nec angelus ei prælatus eſt, ſed homo homini, vt gratiorem efficeret prælationem identitas ſpeciei. Quare non angelus, ſed homo homini prælatus ſit.

TERTIA quis inter reges regendi tenet faſtigium? *Reſponſio*, quod Imperator ex ſententia ſaluatoris Matth. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Regna enim quatuor imperialia præterierunt, ſecundum chronicas & prophetiam Danielis, videlicet Græcorum, Perſarum, Aſſyriorum, & Romanorum. Imperium enim Romanorum quod per Conſtantinum ad Græcos fuit translatum aut diuolutum, tranſtulit Romana Eccleſia ad Teutonicos in perſona Caroli Magni, Pipini tempore, Stephani Secundi, vt Extra de electione & electi poteſtate. Venerabilem. Et iſte Imperator Romanorum eſt Rex regum, cui omnes ſubſunt nationes & populi, qui videlicet ab eo temporalia accipiunt. Sacerdotio tamen & ſummo Pontifici debet ſubeſſe; vt de maior. & obed. Solus enim Pontifex antecellit in ſpiritualibus, quæ tanto ſunt corporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori. Benè ergo ſummus Pontifex præcellere Imperatorem, declaratur auctoritate duplici. *Vna eſt* quod dixit Dominus per Ieremiam qui fuit ſacerdos. *Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna.* Ierem. 1. *Alia eſt* Geneſ. 1. vbi dicitur quod *Deus fecit duo luminaria magna*, id eſt, duas poteſtates inſtituit, quæ ſunt Pontificalis dignitas & Regalis poteſtas. Sed iſta quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt. Quæ vero nocti, id eſt, temporalibus & carnalibus, minor eſt. Et hi duo, videlicet Papa & Imperator, habent condere leges ad puniendum tranſgreſſores, de quo dicunt verba Apoſtoli allegata. *Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.* Pro quo eſt NOTANDVM: requirunt enim leges quod debito modo fiant quatuor, videlicet ſubtilitatem maturæ deliberationis; vtilitatem ſecuræ cohabitationis; auctoritatem manſuræ obligationis; æqualitatem menſuræ & diſtributionis, vt dicit Holkot ſuper librum Sapientiæ lectione 199. Imperium Græcorum quando ad Germanos translatum. Pontifex præcellit Imperatorem.

PRIMO ergo leges vt debito modo ſtatuantur requirunt ſubtilitatem maturæ deliberationis. Non enim ſubito & exabrupto poſſunt leges vtiliter ſtatui. In cuius ſignum Moyſes cum Deo quadraginta diebus fuit quando legem ſcriptam accepit, per quod tempus Moyſes ieiunium fecit continuum, ad deſignandum: quod legiſlatores ſobrietati, non feſtis & conuiuijs vacare debent pro tempore, quo leges con- C Deliberatio in ſtatuendis legibus matura.

Digitized by Google

dunt. Sunt enim leges, quæ ordinantur ad bonum animæ, principalioribus artibus medicaminum. vt dicit Arist. 3. Politicorum. Cum ergo leges medicinales hominibus nõ dentur, sine præmeditatione & sollicitudine matura: constat, quod nec leges morales sine maturitate dari possunt debita, nec debent. Ideo scribit Iustinianus in prologo institutionum: quod cum summa diligentia, & summis vigilijs, per prudentissimorum virorum solertiam leges fecit, & in illud volumen compegit. Est enim lex posita principalis pars politiæ, & maximè necessarium est communitati humanæ, quod aliqui fiant boni legispositiui siue legislatores, vt dicit Arist. 10. Ethicor. Probat autem Aristoteles tribus vltimis capitulis istius libri tres conclusiones.

D Quatuor status iuuenũ.

Prima est, quod ad faciendum homines virtuosos, non sufficit solus sermo persuasionis. *Secunda* est, quod ad hoc necessaria est bona consuetudo. *Tertia*, quod bona consuetudo sine legibus haberi non potest.

PRIMA conclusio patet: quia iuuenum aliqui sunt liberales, aliqui degeneres, & aliqui insanabiles. Liberales sunt qui apti nati sunt fugere turpes delectationes ex sola verecundia. Degeneres sunt & inobedientes, qui qualescunque delectationes prosequuntur, nisi per pœnam contrariam castigentur. Insanabiles sunt, qui nec pœnis nec persuasionibus à prauis delectationibus retrahuntur. Bonis ergo iuuenibus sufficit sermo persuasiuus, quia statim alliciuntur ad virtutem considerata turpitudine vitiosæ delectationis, & honestate virtutis. Sed inobedientibus & rebellibus non sufficit, sed requiruntur pœnæ & punitiones. Pro insanabilibus quos non corrigibiles dicimus, requiritur exterminatio siue mors. Dicit enim Galenus, libro de Facultatibus, sicut refert Vincentius in Speculo capit. 100. Omne auxilium medicinæ totius corporis tripartitum est, videlicet medicamento, ferro & igne. Quod si medicamento curari non potest, ferro curetur. Si autem nec ferro, tunc igne. Quod autem nullo istorum trium curari poterit, incurabile æstimetur.

MORALITER. Medicamentum est occulta correctio & charitatiua, ferrũ proclamatio, ignis excommunicatio. Et qui istorum trium est incurabilis, insanabilis iudicatur, cui debetur mors vel exterminatio secundum Aristot. 10. Ethicorum. Oportet bonos vocare ad virtutes per præmia, malos autem per pœnas insanabiles totaliter exterminare. De hoc etiam dicitur Matth. 17. *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum*, scilicet occultè & charitatiuè; *Si audierit te, lucratus es eum. Si autem non audierit te, adhibe vnum tecum vel duos*, scilicet quantum ad proclamationem aut apertam correctionem, *vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si nec eos audierit, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi quasi ethnicus*, scilicet quantum ad communicationem. Patet ergo quod non sufficit ad humanam virtutem solus sermo persuasiuus.

Bona cõsuetudo necessaria.

SECVNDA vero conclusio, videlicet quod ad hoc est necessaria bona consuetudo, sequitur ex prædictis. Illud enim necessarium est ad virtutem, per quod & sine quo non exterminatur passio inclinans ad vitium, sed huiusmodi est bona consuetudo. Quia sicut dictum est sola doctrina non sufficit. Ergo, &c. Triplex enim fuit antiquorum sententia de eo, quod est homines fieri virtuosos.

E Quomodo homines

Dixerunt *aliqui*, quod homines fierent boni per naturam, puta ex naturalibus complexionibus cum impressione corporum cœlestium. *Alij* dixerunt quod homi-

nes-

nes fierent boni per exercitium. *Tertij* dixerunt, quod homines fierent boni per doctrinam. Et ista dicta aliqualiter omnia sunt vera. Nam quidam mox à natiuitate sunt dispositi ad fortitudinem, vel ad temperantiam. Et hæc dispositio naturalis, est virtus imperfecta. Sed dicitur 6. Ethicorum, quod ad perfectionem requiritur doctrina, quæ est perfectio rationis. Sed quando virtutes morales sunt in appetitu, non sufficit cum naturali dispositione doctrina, sed vlterius requiritur consuetudo per quam ipse appetitus inclinetur ad bonum. Habet enim consuetudo quandam bonam violentiam inclinantem ad bonum. Ex quo patet quod ad bonitatem morum requiritur bona consuetudo. virtuosi fiant.

TERTIA conclusio, videlicet quòd ad bonam consuetudinem requiritur bona lex seu requiruntur bonæ leges. Sic ergo ostenditur. Quod bona consuetudo ideo est necessaria ad bonos mores, quia bona consuetudo inducit quandam necessitatem ad bonum, sed hæc necessitas sine legibus ordinantibus non habetur. Habet enim lex quandam vim coactiuam, in quantum per multitudinem vel saltem per aliquam personam quæ multitudinis vices gerit, instituitur; & ideo necessarium est habere bonos legislatores, cùm propter iuuenes, qui sine difficultate à passionibus non retrahuntur, tum propter viros imperfecta ætate, vt per bonas leges bonæ in eis consuetudines obseruentur. Et ideo requiruntur leges, quantum ad sui institutionem, subtilitatem maturæ deliberationis. Ad bonam consuetudinẽ requiritur bona lex. Lex.

SECVNDO, requiruntur leges vtilitatem securæ cohabitationis. Hæc est legum causa finalis, vt homines possint concorditer adinuicem cohabitare. Vnde dicit Aristot. 3. Politicorum, quod ciuitas est communicatio bonarum actionum, propter bene agere ex gentibus, & domibus, gratia vitæ perfectæ per se sufficientis. Et 8. Ethic. cap. 1. dicit, quod amicitia maximè videtur continere ciuitates, & legis positores magis studeant circa eam quàm circa iustitiam. Concordia enim aliquid simile amicitiæ videtur esse. Hanc autem maximè appetunt, & contentionem inimicam existentem maximè expellunt. Hæc Aristot. Ideo Isidor. 2. Etym. cap. 4. In descriptione populi cadit concordia. Dicit enim: Populus est humanæ multitudinis cœtus, iuris consensu & concordi communione sociatus. Et cõcordat cum dicto B. Augustini de verbis Domini sermone 26. cap. 3. vbi commendans vnitatem, dicit sic. Vnum cogitate fratres mei, & videte in ipsa multitudine, si delectat, nisi vnũ. Ecce propitio Deo quàm multi estis? Quis vos ferret, nisi vnum saperetis? Vnde in multis illa quies? Da vnũ, & populus est. Tolle vnũ & turba est. Et tñ idem August. 2. de ciuitate Dei, c. 21. docet quid sit populus secundum sententiam Scipionis. Et dicit q. Respublica est res populi. Populum autem dicit Scipio, nõ omnem cœtum multitudinis, sed cœtum iuris, consensu & vtilitatis communione sociatum. Ex qua diffinitione liquet, quod nulla multitudo sine concordia, populus dici potest. Respubl. sine populo æquè non potest esse, sicut nec Respublica sine concordia. Ideo dicit Augustinus recitans verba Scipionis, 2. de ciuitate Dei, cap. 21. Quod est harmonia in cantu, ea est concordia in ciuitate. Sicut enim ex distinctis sonis in fidibus concors concentus efficitur: ita ex summis, infimis, & medijs interiectis ordinibus, hæc vnanimitas & dilectio mutua, finis est quem legis positor intendit. Iuxta illud ad Romanos 13. *Legis plenitudo est dilectio.* Secura cohabitatio. Ciuitas quid. Populus quid.

G
Obligatio manens.

TERTIÒ requirunt leges auctoritatem manſuræ obligationis: vt ſicut non niſi cum ſummo ſtudio & conſilio inſtituuntur, ita nec ſine cauſis maximis abrogentur, nec infringantur, nec à ſtatuentibus, nec à ſubditis. Quia dicitur, extra de conſtitutione, Cum omnes. Quod quisque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe debet vti eo. Et Sapientis dictat auctoritas: Patere legem, quam ipſe tuleris, id eſt ſtatueris. Ideo refert Valerius in Policrate, libro 6. quod Calempus vrbis Romanæ inſignis ſenator, ſaluberrimis legibus Romanos munierat. Inter quas erat ius ab eo inſtitutum, quo deprehenſus crimine adulterij, vtroque oculo priuaretur. At verò cum eius filius eſſet in tali crimine deprehenſus, cum ciuitas in honorem patris neceſſitatem pœnæ adoleſcentulo relaxaret, pater diu repugnauit. Ad vltimum tamen precibus ſuperatus. Sed ne lex pateretur læſionem, ſibi primùm, deinde filio, eruto oculo, vſum videndi vterque retinuit, vt debitum ſupplicij non dimitteret, & modo legi redderet æquitatem, admirabili temperamento legis ſatisfecit, & ſic ſe inter miſericordem & iuſtum legislatorem & partitus.

Idem refert Valerius etiam de Tarundo Thyrio qui legem ſtatuit propter odioſas contentiones ciuium, vt ſi quis ſenatorum conſilium intraret cum gladio aut ferro, continue interficeretur. Et interiecto tempore, longinquo itinere domum veniens, gladio cincto ſubito in dicta contentione, ſicut erat cinctus, gladio proceſſit. Et cum eſſet admonitus de ſolutione legis ab eo qui proximè ſtabat. Ille primo ſe præcinctum gladio conſiderans. Ego, inquit, ſatisfaciam legi. Et gladio protinus extracto incubuit ſuper eo, licet licuiſſet diſſimulare culpam, vel errorem defendere, obligationem tamen maluit reportare, ne aliqua fraus legi fieret ab eo editæ & ſtatutæ.

Leges talis aranearum cõparantur.

Sed his temporibus vt dicit Valerius libro 7. leges aranearum tales comparantur, vt aiebat Salomon philoſophus. Nam vt illa tela infirmiora animalia retinere dicebat, valentiora verò dicebat tranſuolare. His itaque legibus humiles & pauperes conſtringi, diuites verò & potentes nolle alligari. Reprobat etiam Ariſtotel. leges Ipodomij qui fuit vnus de antiquis legislatorib. 3. Politicorum in multis. Et ſpecialiter in hoc quod ſtatuit legem talem, quantum ad legislatores, quod quicunque inueniret aliquod nonum expediens ciuitati, honorem aliquem reportaret. Et quia lex videtur habere bonam apparentiam, ideo occaſione iſtius legis diſputat iſtam quæſtionem.

H
Legem frequens mutatio vtrum expediat.

Vtrum expediat ciuitati frequenter mutare primas leges, pro melioribus legibus nouiter adinuentis? Et apparet quod ſic. Quod ſic eſt in alijs artibus, vt puta medicinali & muſica, quod quædam approbata ab antiquis doctoribus ſunt mutata: Tum quia multæ de talibus legibus, ſunt valde barbaricæ & irrationabiles, ſicut quod ciues poterant vxores ſuas vendere pro ferro: Tum quia homines antiqui fuerunt quaſi brutales inſentati: Tum quia leges ſunt ſcriptæ vniuerſaliter. Actus verò hominum particulares ſunt, & verum nec poſſunt regi per vnam legem.

Ad iſtam vero quæſtionem vult Ariſtoteles dicere, quod nullo modo expediat ciuitati, vt faciliter mutet vel abroget leges antiquas pro legibus nouis, etiamſi aliquid modicum vtilitatis ciuitati prouenit per leges nouas. Et ideo dicit quod illa lex Ipodomij nihil fuit. Quod patet: quia ſi inuenienti nouam legem & vtilitatem ciuitati aliquis honor daretur, ex hoc quidem iuuenes ingenioſi inſiſterent multoties circa inuen-

Digitized by Google

inuentiones nouarum legum, ſpecie communis in abrogatione veterum legum, & ſic de facili inducerent mutationē totius politiæ. Ideo dicit Ariſtoteles quod leges antiquæ debent eſſe maioris reuerentiæ & ſtabilitatis. Vnde faciliter condere leges nouas, & faciliter immutare antiquas, eſt multipliciter & mirabiliter ciuitati nociuum: quia hoc nihil aliud eſt, niſi aſſueſcere ad leges diſſoluendum, & ad paruipendendum obligationem legis. Ideo melius eſt ſuſtinere quoſdam modicos errores & leues, quam ſoluere leges antiquas. Quia qui frequenter leges mutant, plus nocent quàm proficiunt, quia aſſuefaciunt ciues ad non obſeruandum ſtatuta principum & præcepta. Vnde tenet Ariſtoteles, quod qui faciliter legem mutant, legis virtutem debilitant.

Nec eſt ſimiliter ſecundum eum de artibus & legibus. Nam virtus & efficacia artium & ſcientiarum fundatur ſuper rationem, & ex naturali ratione habent vim ſuam. Leges autem poſitiuæ in multis non habent obligationem, niſi ex conſuetudine & obſeruationis vetuſtate: & ideo mutare conſuetudinem eſt debilitare legem vt ff. de legibus & conſtitutionibus in longa conſuetudine L. non omnium. Nec enim ad omnia quæ maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, vt C. Seq. Et ideo rationes eorum quæ conſtituuntur inquiri non oportet, alioquin multa quæ certa ſunt ſubuerterentur.

Si verò eſſent aliquæ leges antiquæ, quæ manifeſtè continerent perniciem ciuitatis, de maturo conſilio abrogari debent. Ideo etiam dicitur diſtin. 10. Conſtitutiones contra canones & decreta præſulum Romanorum, nullius ſunt momenti.

Æqualis menſura & diſtributio.

QVARTO requirunt leges æqualitatem menſuræ & diſtributionis, vt ſcilicet leges ſint omnibus cōmunes, qui ſunt eiuſdem conditionis, & quod vni eſt licitum omnibus liceat, & quod vni eſt interdictum omnibus ſit illicitum. Hoc tñ intelligi non debet ſic, quod omnis lex æqualiter omnes ciues complectatur, cum & aliæ leges debeantur militibus, aliæ artificib. aliæ agricolis, aliæ dominis, aliæ ſeruis, ſed omnibus eiuſdem conditionis & ſtatus debet ipſa lex data eſſe communis. Ideo qui volunt aliam Rempublicam ſeu communitatem quamcunque conſtituere ex perſonis non æqualibus, neceſſario deſtruunt ordinem & pulchritudinem Reipublicæ, quæ ſtat in diuerſarum graduum conuenienti proportione. Vnde dicit Auguſtinus de ciuitate Dei, libro 19. Pax omnium rerum eſt tranquillitas ordinis. Ordo verò eſt parium diſpariumque rerum, ſua cuilibet loca tribuens, diſpoſitio. Et per conſequens vbi eſt omnimodo paritas, ibi nullus eſt ordo. Et Ariſtoteles 7. Politicorum dicit, quod lex eſt quidam ordo: bona legislatio, eſt bona ordinatio. Et 3. Politicorum dicit, quod iuſtum eſt & æquale ſecundum virtutem æquale recipit & inæquale. Eſt enim vnitas ciuitatis ſicut vnitas animalis quæ in bona proportione conſiſtit.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi reges & prophetæ, voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ vos auditis & non audierunt. Luc. 10.

1 ARistoteles in problematibus sic dicit. Pueri in iuuentute respectu sui corporis maiores habent oculos quam in senectute, & causa illius est, quia habent humidum cerebrum, quia plus abundant in humiditate cerebri in iuuentute, quàm in senectute. Et propter eandem humiditatem, pueri sunt somnolentiores & grauiores in capitibus eorum, quàm senes; & promptiores ad lacrymandum in fletu. Sunt enim acutiores in visu, quia oculi eorum sunt magis dispositi ex parte organi quàm in senio. Si enim senex haberet oculos vt iuuenis, videret vt iuuenis.

MORALITER per pueros intelliguntur homines fideles, de quibus Psalm. 112. *Laudate pueri Dominum.* Et principaliter illi qui fuerunt in veteri Testamento, & in principio Ecclesiæ primitiuæ, quæ tempora intelliguntur per iuuentutem. Sicut ergo pueri in iuuentute habent maiores oculos & vident acutius, sic ipsi fideles tanquam pueri Dei, magnos habuerunt oculos non corporis sed mentis, & acutè viderunt ipsum Deum ante multa tempora. Illorum puerorum in antiquo testamento primus fuit Moyses qui vidit Christum venturum, vt habetur Deuteron. 18. *Prophetam*, inquit, *de gente tua*, id est, de Iudæis, *& de fratribus tuis suscitabit Dominus Deus tuus, ipsum sicut me audietis.* Ista auctoritas principaliter intelligitur de Christo Actor. 7. qui fuit propheta magnus ad quem prophetiæ antiquorum prophetarum fuerunt ordinatæ, licet hanc Iudæi & Hebræi intelligant principaliter de Iosue, qui successit immediate Moysi. *Alius* propheta fuit Aggæus, qui etiam per oculos mentis suæ videns Christum ait capit. 2. *Veniet desideratus cunctis gentibus. Tertius* puer in antiquo testamento fuit Isaias, qui acutè vidit, qui ait, cap 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium. Quartus* fuit Zacharias qui videns Christum in spiritu incarnandum ait, cap. 9. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Et ponit præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ. Ecce qualiter isti pueri in iuuentute antiqui testamenti, alios oculos mentis habuerunt, & Deum acutè venturum viderunt Et non solum illi, sed etiam hi, in iuuentute primitiuæ Ecclesiæ acutè viderunt, sicut Apostoli qui oculis corporalibus viderunt Christi humanitatem, sed oculis mentalibus viderunt eius diuinitatem, quorum principalis fuit Petrus qui ait, Matth. 16. *Tu es Christus filius Dei viui.* Super quo dicit Leo Papa in Homilia. Petrus Apostolus per reuelationes summi patris corporea superans & humana transcendens, vidit oculis mentis filium Dei viui, & confessus est gloriam diuinitatis & Deitatis. Ideo Dominus in præsenti Euangelio beatificat ipsorum oculos, qui vident ea quæ ipsi viderunt,

Digitized by Google

runt, cum dicit. *Beati oculi.* In quo principaliter tria describuntur. *Primò* visio Dei quæ commendatur, ibi *Beati oculi qui vident.* *Secundo* dilectio quam necessaria sit declaratur, ibi; *Diliges proximum.* *Tertio*, quis sit proximus manifestatur, ibi; *Stulti autem.*

Quantum ad PRIMVM visio Dei commendatur cum dicit. *Beati oculi qui vident, quæ &c.* Pro quo NOTA quod visio Christi est quadruplex corporalis & penuriosa; delectabilis & glorioſa, terribilis & formidoloſa, mentalis & gratioſa. Visio Christi quadruplex.

PRIMA fuit *corporalis & penuriosa:* & hæc fuit in incarnatione quia in paupertate suæ humanitatis visus est, & cum hominibus conuersatus est à natiuitate sua, sicut angelus dixit pastoribus. Lucæ 2. *Inuenietis infantem pannis inuolutum.* Vbi ostenditur *Primò* eius puritas & innocentiæ contra luxuriam, in illo quod iste qui est sapientia increata, infans factus est. *Secundo* eius paupertas & indigentia, contra auaritiam, eo quod pannis vilibus inuolutus est. *Tertio* eius humilitas & obedientia, contra superbiam, in eo quod in præsepio est locatus, quia per hoc Christus voluit extirpare hæc tria peccata nominata, quorum heu mundus plenus est. 1. Ioann. 2. *Omne quod est in mundo aut concupiscentia oculorum*, vt in antiquis & auaris: *aut concupiscentia carnis*, vt in iuuenibus & luxuriosis: *aut superbi vitæ*, in omnibus. Ecce hæc penuria duravit in Christo vsque ad mortem. Iuxta illud Lucæ 9. *Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Ista visione viderunt eum Apostoli, & sunt beati sicut testatur Ioan. 1. cap. 1. *Vidimus oculis nostris* cum ipso conuersando *& perspeximus*, id est, perfectius inspeximus, *& manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.* Et post pauca. *Vidimus*, inquit, scilicet nos Apostoli cæteris clarius testantur *& annuntiamus vobis.*

I. Corporalis & penuriosa
1.
2.
3.

Circa hoc oritur vna dubitatio. Ex quo Christus visus est in sua benedicta incarnatione; An scribæ vel Pharisæi, vel etiam dæmones viderunt, id est, cognouerunt eum esse Deum? *Videtur quod sic.* Nam principes & maiores sciebant eum esse illum qui fuerat promissus in lege, vt dicit B. Augustinus libro quæstionum noui & veteris testamenti. Sed secundum prophetas debuit esse Deus, Isaiæ 9. qui dicit sic. *Deus fortis, pater futuri seculi.* Ergo cognouerunt eum esse Deum. Præterea, sicut amare ita odire præsupponit cognitionem, sed audiebant quod fuit Deus. Ergo sciuerunt eum esse DEVM. Quod autem audiebant ipsum vt Deum, patet Ioan 15. c. vbi dixit Christus. *Ipsi autem viderunt me, & oderunt me & patrem meum.*

K An Scribæ & Pharisæi Christum cognouerint esse Deum.

Ad propositum dicit Apostolus 1. Corinth. 2. *Si cognouissent eum, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Quod exponitur secundum glossam, tam de dæmonibus suggerentibus mortem Christi, quàm de Iudeis. Similiter Christus dicit. Luc. 23. *Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.* Et Act. 3. dixit Petrus Iudæis. *Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum, quem vos tradidistis. Et nunc scio quia per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri.*

Ad dubitationem dicit Holkot super librum Sapientiæ lectione 27. quod neque dæmones, neque principes, neque simplices, cognouerunt eum esse Deum. In hoc tamen est differentia, quia principes & maiores instructi in lege, sciebant eum esse Messiam, sed non sciuerunt eum esse Deum: minores verò & simplices, nec sciuerunt eum esse promissum in lege, nec filium Dei.

Sed contra hoc posset aliquis dicere, qui legisset, vel qui audisset scripturas, quod tam

tàm Iudæi quàm dæmones ipsum Deum cognouissent. Quia dixerunt dæmones Matth. 8. *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? cur venisti ante tempus torquere nos?* Et Origenes super illud Matth. 21. *Hic est hæres, venite occidamus eum*: dicit. Hoc in illis impletum est qui videntes Christum & cognoscentes filium Dei, nihilominus crucifixerunt eum. Similiter Beda super illud Lucæ 23. *Pater ignosce illis*. NOTANDVM, inquit, quod non pro eis orat qui eum vere filium Dei intellexerunt, & crucifigere quam confiteri maluerunt.

Ad hoc dicit S. Thomas quod sic debet intelligi. Cognouerunt enim eum esse filium Dei non per naturam, sed Per quandam excellentiam gratiæ singularis quantum ad Iudæos. Ad *secundum* de dæmonibus dicitur, quod dixerunt illud ex suspicione, non ex certa cognitione: sicut opponit Glossa. 1. Corinth. 2. *si cognouissent, &c.* Ad *primum* principale dicitur quod licet scirent eum per facta & signa quæ fecit esse promissum in lege, non tamen omnes proprietates sciuerunt, quod fuit Messias.

L *II.* Terribilis & formidolosa.

SECVNDA visio erit *terribilis & formidolosa* & illa erit in extremo iudicio omnibus manifesta, quod dicitur Sapient. 5. *Videntes turbabuntur timore horribili*. Quia dicit Gregor. 25. moralium cap. 5. Oculos quos culpa claudit in præsenti malorum Iudęorum, ne videant Christum venisse in sua carnatione, sicut prædixit Ierem. 19. *Homo est & quis scit eum?* quasi diceret, valde pauci. Et non solum claudit oculos culpa perfidorum Iudæorum, sed etiam malorum Christianorum, ne videant veritatem, sed statim in morte pœna soluit oculos, & sic videntes se tales de gloria mundi transferendos statim ad pœnam purgatorij, vel inferni, turbabuntur & terrebuntur: nec mirum; *quia horrendum est incidere in manus* DEI *viuentis*. ad Hebræ. 10.

Est tamen circa hoc NOTANDVM, dici: Magister Sentent. lib. 4. distinct. 48. cap. 1. quod Christus in forma serui iudicabit, id est, in essent a carnis, quam de virgine assumpsit, omnibus in iudicio apparebit, vt *videant mali in quem pupugerunt*, vt Act. 1. Zachar. 12. Diuinitatem autem eius non viderunt mali. Et allegat ibi Magister dictum Isaiæ 26. *Tollatur impius ne videat gloriam*, id est, claram essentiam diuinitatis. *Et subdit*. Humanitatem videbunt vt timeant diuinitatem verò non, ne gaudeant, Diuinitas enim sine gaudio videri non potest. Dicit tamen Thomas de Argentina quod posset alicui ostendere diuinitatem simpliciter, & tamen non frueretur ea.

Sed quærit Magister ibidem. Cum inquit, in forma humana constat eum apparuisse; Quæritur, an forma illa gratiora appareat sicut vere est, an in forma qualis in passione exstitit. Et respondet. Quidam putant à malis talem videri qualem crucifixerunt, id est, infirmum: Quia dicit Scriptura, *vt videant in quem pupugerunt*. Sed aperte dicit Augustinus formam serui glorificatam, à bonis & malis tunc videri, sic inquiens. Cum in forma serui glorificata iudicantem viderint boni & mali, tolletur impius vt non videat claritatem Dei. Quia Deus est quem soli *mundo corde videbunt*, quod erit eis vita æterna Forma ergo humana in Christo glorificata, videbitur à cunctis, & apparebit terribilis impijs. & mittis iustis. Erit enim terror malis & lumen iustis. Hæc Magister. Ad idem dicit sanctus Thomas quæst. 2. Sicut gloria amici est delectabilis, ita gloria eius qui odio habet, maximè est contristatiua. Ideo visio CHRISTI in gloria erit inimicis in supplicium.

Qua forma Christus apparebit.

M *III.*

TERTIA visio *delectabilis & gloriosa*: & illa erit visio tantummodo bonorum & electorum in patria, vbi diuina essentia videbitur ab omnibus tota, sed non totaliter

liter,& ab vno limpidius quàm ab alio,& defectus ille erit ex parte videntium,non ex parte obiecti visibilis quod est Deus.Nam quædam glossa super illud Matth.5. *Beati mundo corde* dicit. Quanto oculus est cordis puritate nitidior tanto Deum in veritate videbit vicinior. De hac visione dicit beatus Bernardus libro meditationum cap. 4. Videbimus gloriæ decorem, sanctorum splendorem,& regiæ potestatis honorē. Cognoscemus patris potentiam, filij sapientiam, Spiritus sancti benignissimam clementiam. De hoc etiam dicit Augustinus: O vita vitabilis, dulcis & amabilis & semper memorabilis, vbi summa securitas & iucunda felicitas, felix æternitas, & beatorum sine fine visio, & laudatio Dei. De hac visione dicit Psalm. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Super quo dicit Humpertus in tractatu de 7. donis Spiritus sancti. Dicitur, inquit, de ista terra,quàm bona est propter visionem iucundæ societatis, melior propter visionem Christi humanitatis, optima propter visionem totius Trinitatis. Et declarat hoc in figura Numeri 13. vbi detulerunt de terra promissionis vuas,ficus,& malogranata.In *vua*,ex qua exprimitur vinum significatur gaudium,quod habebunt sancti,de visione verbi incarnati. Ipsi homines videbunt Deum hominem, tamen angeli non videbunt Deum angelum, super quos videbunt humanam naturam exaltatam. De quo gaudio Abacuc 3. *Ego autem in Domino gaudebo & exultabo in Deo Iesu meo,* Quia vt me saluaret,carnem meam assumpsit, & super choros angelorum exaltauit eam. *Secundo* in *ficu* quæ à fœcunditate dicitur, & omnibus est dulcior : Dulcedo illa quam sancti totius Trinitatis visione videbunt,designatur.De qua Psalm.30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine,quam abscondisti timentibus te.* Abscondisti, inquit, vt frequentius quæreretur, quæsita inueniretur,inuenta dulciter amaretur, amata æternaliter possideretur. Et iterum alibi. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* non dicit quod parat,quia illud nō potest verbis exprimi.Vnde Apostolus 1.Corinth.2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit*,quia in æquitate est,& dici non potest,*nec in cor hominis ascendit*, quia incomprehensibilis est. *Tertio* in *malogranatis* triumphantis vnitas & diuersitas præmiorū designatur. Malogranata dicuntur eo quod intus grana habent redolentia. Et sicut in malogranato omnia grana latent sub vno cortice, & tamen quæcunque grana per se habent distinctas cellas: Sic in vita æterna omnes sancti habent vnam gloriam, sed secundum merita distinctam. *Quia in domo patris mei*, ait Christus Ioannis 13. *mansiones multæ sunt.* Igitur secundum merita eorum erunt eorum præmia.

Visio delectabilis & gloriosa.

Vua significat gaudiū.

Ficus dulcedinem visionis S. Trinitatis denotat.

Psalm. 67.

Malogranata diuersitatem præmiorum designant.

Est tamen NOTANDVM, quod in hac terra, vbi est visio iucunda, propter visionem iucundæ societatis,&c. vt suprà, electæ animæ non potantur vino puro,sed cum lacte mixto. De hoc Bernardus: Animæ carne exute iam pane doloris non cibantur, sed vinum amoris post cibum plenius haurire permittuntur ; non tamen purum sed cum lacte mixtum, vt quælibet illarum dicere possit illud Cantic.5. *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Vino enim diuini amoris miscent etiam dulcedinem lactis, id est, naturalis affectionis, quare resumere corpus suum glorificatum desiderant. *Et subdit* Bernardus. Æstuat autem anima tunc vino sanctæ caritatis potita,sed plena nondum ad ebrietatem celatam, quoniam temperat interim ardorem diuinæ caritatis permixtio humani lactis,id est,naturalis effectus.

N

Item Bernardus dicit. Ebrietas corporalis denique solet euertere mentes,atque omnino immemores reddere sui, sed non ex toto est oblita sui quæ adhuc de proprio

O

corpore cogitat resuscitando, propter quod desiderium animæ beatæ perfectum esse non potest, sicut post resumptionem corporis sui cum consumabitur. Cui concordat Augustinus libro quarto super Genes. circa finem vbi dicit sic. Animæ inest quidam naturalis appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo, ne tota intentione pergat in illud summum cœlum, quam diu non subest corpus cuius administratione appetitus ille acquiescit: non obstante tamen illo desiderio, anima in patria est beata licet non consumata, & tamen nullum dolorem sentit ex illo naturali appetitu.

Sed quærit Magister lib. 4. distinct. 49. capit. vltimo. Vtrum beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium quam interim? *Et respondet.* Sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriam post iudicium quàm ante, quia & maius erit eorum gaudium; vt testatur Augustinus, & amplior & maior erit eorum cognitio. Et Hieronymus consonat super Oseæ cap. 6. Peracto, inquit, iudicio ampliorem gloriam suæ claritatis Deus ministrabit electis.

IV. Visio mentalis & gratiosa.

QVARTA visio est *mentalis & gratiosa.* Et fit in præsenti per fidem rectam, quam gratia Dei secundum S. Thomam causat. De hac visione dicit Dominus Ioan. 20. *Beati qui non viderunt.* Glossa, corporalem meam præsentiam, *& crediderunt*, id est, me per fidem cognouerunt. Ergo fides est recta radix beatitudinis sicut Augustinus super Ioannem dicit. Sicut in radice prorsus apparet pulchritudo nulla, & tamen quicquid est in arbore pulchritudinis & decoris, ex illa procedit. Sic quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima suscipit, ex fideli fundamento procedit. Quia fides, vt dicit Augustinus de fide ad Petrum circa principium, est omnium bonorum fundamentum. Fides est humanæ salutis initium sine qua nullus potest ad numerum filiorum ingredi, sine ipsa in hoc seculo nec iustificationis gloriam consequitur, nec in futuro vitam æternam habebit. Hanc Christi visionem per fidem etiam multi reges & prophetæ veteris testamenti habuerunt, de quibus dicit Augustinus super Ioannem. Ante aduentum Christi præcesserunt iusti, sic in eum credentes futurum; quo nos in eum credimus qui venit; tempora variata sunt, non fides. Et Hieronymus contra Faustum. Eadem, inquit, crediderunt, eadem sperauerunt, omnes iusti illorum temporum quæ nos credimus & speramus. Item dicit. Nullus antiquorum præter fidem Christi potuit saluari. Ideo sancti Patres veteris Testamenti viderunt Christum visione mentali per fidem, & non corporali per humanam præsentiam, licet hoc summe desiderabant, vt dicit Christus, quod multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ nos videtis, scilicet meam præsentiam, & audire scilicet verba vitæ æternæ quæ auditis. Nonne Dauid rex & propheta voluit videre Christum, quando ait. *Ostende nobis faciem tuam & salui erimus.* Nonne Salomon voluit videre ipsum cum dixit, Canticorum 8. *Quis mihi det te fratrem meum*, scilicet ratione humanitatis assumptæ *surgentem vbera matris meæ*, scilicet virginis Mariæ quæ non solum dicitur mater Christi sed etiam totius Ecclesiæ, vt dicit glossa. Vnde Isaias volebat videre ipsum Christum qui ait capit. 63. *Vtinam dirumperes cœlos & descenderes.*

Quantum ad SECVNDVM dilectio quam necessaria sit declaratur ibi. *Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum*, id est, voluit eum tentare dicens. *Quid faciendo vt.*

do vitam æternam possidebo? Cui ait Iesus. In lege quid scriptum est, quomodo legis? quasi diceret. Quomodo doces discupulos tuos, cum adhuc nescis quomodo perueniatur ad vitam æternam. At ille scilicet legisperitus respondit. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. Et Dominus. Recte respondisti,* inquit, *fac hoc & vives.*

P

Lactis & mellis in vita æterna significatio.

Circa hoc MORALITER est sciendum, vita æterna designatur per terram promissionis quæ fluxit lacte & melle, quia in vita æterna est lac Christi humanitatis mūdissimæ & mel diuinitatis dulcissime. Sed præsens mundus designatur per deserta, per quæ filij Israel in terram promissionis peruenerunt & transierunt. Et dicit Holkot lectione 136. quod transitus filiorum Israël per deserta versus terram promissionis, transitum nostrum designat per mundum, versus patriam cœlestem.

Si ergo interrogas cum isto legisperito, quid facere debeas, vt vitam æternam possideas: vide quid fecerunt filij Israël, transeuntes per deserta in terram promissionis, & inuenies quod quatuor. Ambulabant vt viatores, pugnabant vt pugnatores, honorabant Deum vt cultores, diligebant eum vt amatores.

PRIMO ergo ambulabant vt viatores, & hoc tangitur Sap. 11. *Iter fecerunt per deserta, quæ non inhabitantur: & in locis deserti fixerunt sibi casas.* Vbi NOTANDVM quod filij Israel ab Ægypto versus terram promissionis per multa deserta transierunt. Nam inter Ægyptum & mare rubrum habuerunt quatuor mansiones in deserto, & transito mari rubro habuerant deserta Sin, & Sur, & Cades, vt patet Numeri 33. Cū ergo venissent in Cades versus terminos Amorthæorum, misit Moyses duodecim exploratores, vt considerarent terram promissionis; & redeuntes populum animarent ex fertilitate terra, vt dicitur Numeri 13. Isti nuncij reuersi post quadraginta dies, quibus terram promissionis exploraverant, dissenserunt inter se. Nam decem ex eis dixerunt, *terram esse pessimam, & periculosam ad acquirendum, & quod ibi habitarent Gigantes, quibus filij Israël comparati quasi locustæ videbantur.* Asseruerunt etiam, quod terra illa deuoraret habitatores suos, id est, tantum laborem exigit vt colatur, quod homines per excessum laboris & modicitatem fructus consumuntur. Soli verò duo de duodecim, videlicet Iosue & Caleph, commendauerunt terram secundum veritatem, quam viderant. Populus ergo maiorem partem secutus, cœpit murmurare contra Dominum, & cogitauerunt sibi ordinare Duces, & voluerunt reuerti in Ægyptum. Quamobrem Dominus offensus à populo, iussit eos redire ad solitudinem de qua venerant, vt illi decem iuxta numerum quadraginta dierum quibus terram promissionis considerauerant, quadraginta annis in deserto viuerent, & tandem ibidem morerentur cum populo, qui eis assenserat; qui numerati erant à viginti annis & suprà. Et sic factum est quod omnes illi qui exierant de Ægypto, viri fortes & robusti, mortui fuerunt in deserto, & filij eorum quadraginta annis elapsis in terram promissionis intrauerunt, omnibus illis qui exierant de Ægypto mortuis: exceptis Iosue filio Nun & Caleph filio Iephone.

Sic MORALITER nos homines in hoc mundo velut in deserto sumus viatores & peregrini. Et potest quilibet dicere ad mundum illud Psal. 38. *Aduena sum ego apud te & peregrinus sicut omnes patres mei.* Ideo nō debemus stare, sed continue de virtute in

virtutem ambulare. Iuxta illud Ioan. 12. *Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ* scilicet peccatorum, *vos comprehendant.* Et sicut filij Israel fecerunt sibi casas, non castra, non palatia, sed parua tuguria de fragili materia. Et est casa secundum Isidorum 15. etymologiæ, cap. 11. agreste tabernaculum, palis atq; virgultis, arundinibusq; contextum, quibus homines tueri solent à vi caloris. Sic nos hic non debemus ædificare altas domos, altaque palatia ad diu manendum. Quia *non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*, ad Hebræ. 13. In quo redarguitur curositas illorum qui nimis in excessiuis ædificijs delectantur, qui plus circa lapides non viuentes sollicitantur, quàm circa lapides viuos scilicet pauperes, ac si in æternum forent mansuri. Sed vt communiter qui sic ex excessiuè ædificia fabricant breuiter ea inhabitant, & morientes alijs dimittunt, nec cogitantes de verbis saluatoris Mar. 13. Cui cum quidam discipulus dixisset. *Magister aspice quales lapides & quales structuræ. Respondit. Videtis has omnes magnas ædificationes. Amen dico vobis, non relinquetur vel remanebit lapis super lapidem qui non descendet.* Ideò dicit beatus Hieronymus ad Demetriadem virginem: Alij ædificant Ecclesias & vestium parietes marmoribus crustatis, columnarum moles aduehunt, eorumque deaurant capita: Sed tibi ad propositum est, scilicet Christum vestire pauperes, visitare languentes, pascere esurientes, suscipere hos qui tecto indigent, & maxime in domesticis fidei virginum alere monasteria, seruorum Dei & pauperum spiritu curam agere, qui diebus & noctibus seruiant domino, qui in terra positi imitantur angelorum conuersationem, nec aliud loquuntur, nisi quod ad laudem Dei pertinet. Hæc Hieronymus.

Curiosa ædificia reprehensa.

Pœna murmurantium contra Deū.

Sed valde NOTABILE est, quod illi qui terræ promissionis detrahebant, & murmurabant contra Dominum, quod mortui sunt omnes in deserto, nec ad hanc terram manentem lacte & melle intrauerunt. Sic & illi homines qui detrahunt cœlesti patriæ, & murmurant contra Dominum ipsam nō intrabunt, nec possidebunt. Quia dicit Cyprianus libro de monastica vita: murmure hominis meritum perditur, & vita validiùs infestatur. Et Hieronymus in epistola ad Nepotianum: Expers eris consolationis diuinæ, si consolationem recipis à murmure. Ideo hortatur Richardus de sancto Victore. Dum quis in via Dei graditur, ante omnia necesse est, vt murmur & impatientia animi excludatur.

℟

SECVNDO filij Israël transeuntes in terram promissionis, pugnabant vt bellatores. Nam legitur Exodi 17. Amalechitæ venerunt in desertum Raphidim ad pugnandum contra Israël. *Moyses verò mandauit contra hostes exire Iosue cum paucis armatis. Ipse vero ascendit in montem, assumens secum Aaron & Hur, & portans secum virgam Dei. Cumq; Moyses Deum orans manus eleuaret, vincebat Israël si autem paululū remisisset, vincebat Amalech. Quo comperto, Aaron & Hur supposuerunt ei lapidē, & ipsi manus eius ex vtraq; parte sustentabant. Et factum est quod Moyses non remitteret manus vsq; ad solis occasum. Fugauit q; Iosue Amalech in ore gladij.* Hæc etiam historia tangitur Sap. 11. *Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.*

Quid per Amalech & Iosuæ significatur.

MORALITER Amalech interpretatur gens bruta, & significantur per hanc brutalem gentem tria, quæ nos quotidie impugnant, videlicet diabolus, mundus, & caro, vt dixi superius Sermone XXI. Ideo debet Iosue, qui interpretatur saluatio, significans hominē Christianum, exire à corpore mentis, & pugnare viriliter contra prædictos hostes. Sed Moyses, qui gerit figuram sacerdotis, debet orare pro populo nē

im

impugnando succumbat, quia dicitur 1. quæst. 1. cap. Ipsi sacerdotes interpellant pro populo: & quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur.

TERTIO verò filij Israel transeuntes in terram promissionis honorabant Deum vt cultores. Quia dicitur Sap. 11. *Sitierunt & inuocauerunt te, & data est eis aqua de petra.* Hæc historia latius patet Exodi 17. & Numeri 20. Cum enim venerunt in Raphidim, defecit eis aqua penitus, & cœperunt murmurare contra Moysen. Moyses verò de mandato Domini *percussit semel petram in Horeb, & egressæ sunt aquæ largissimæ. Et vocauit Moyses nomen loci tentatio.* Numeri 20. Cum enim quadragesimo anno redijssent in Cades, post mortem sororis Moysi Mariæ, indiguit populus aqua, & murmurauerunt contra Moysen, & Aaron, qui ambo Deum orauerunt pro medio. Deus autem Moysi dixit, *quod congregata multitudine percuteret petram coram eis, & illa daret aquas.* Moyses vero aliquantulum hæsitando percussit petram semel & nihil emanabat, propter diffidentiam. Percussit secundo *& egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt biberet populus & iumenta.* Et quia Moyses & Aaron dictis Domini non crediderunt perfectè, dixit eis Dominus quod populum in terram promissionis non inducerent, & ideo ambo sunt mortui: Aaron in monte Hor quadragesimo anno egressionis. Moyses verò in monte Nebo, à quo considerauerat prius terram promissionis, vnde vidit eam sed non eam intrauit. Sicut ergo filij Israël se habuerunt vt cultores, à Deo cum indigerent potum suppliciter postulando, sic boni Christiani qui videre volunt diuinam essentiam, apud quam est fons vitæ, & in *cuius lumine videbimus lumen*, debent esse cultores Dei se à peccatis purgando.

S

Obitus Aaronis & Moysis in deserto.

Psalm. 35.

Dicunt enim medici, & sic est, quod homo corporali purgatione accepta, efficatius fit naturaliter sanus. Sic quicunque est per confessionem purgatus vitam istam fastidit & æternam desiderat & sitit. Sicut Dauid qui ait in Psalmo 41. *Sitiuit anima mea ad Dominum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Domini.* Et alibi Psalm. 26. *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Ista sitis extingui non potest donec Christus dixerit nobis Canticorum 5. *Comedite amici mei & inebriamini charissimi.* Et cum impleatur in nobis illud Psalm. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

QVARTO filij Israël volentes intrare terram promissionis diligebant Deum vt amatores & hoc non intelligitur de omnibus quia de aliquibus dicitur. *Dilexerunt eum in ore suo:* Quia vt dicit glossa, in exterioribus verbis prætendebant signa diuinæ dilectionis, *& lingua sua mentiti sunt ei.* Quia non sic habebant in mente prout prætendebant ore. Et hoc est quod sequitur. *Cor autem ipsorum non erat rectum cum eo:* glossa, per veram dilectionē. Sic & nos Christiani si volumus possidere vitam æternam, necesse est nos esse amatores Dei. *Diliges ergo Dominum Deum tuum.* Et *Primo* Dominum propter potentiam quæ appropriatur Patri, vt eius potentia se à peccatis retineat, quia summam potentiā habet peccata puniendi, vt patet Exodi 20. & Extra de renumeratione, nisi cum pridem, per Innocent. III. *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, visitans iniquitates patrum in filios, in tertiam & quartam generationem:* & hoc intelligitur de pœna temporali, quia iusti filij puniuntur pro iniquitate patrum; & etiam intelligitur de pœna æterna, si filij fuerint imitatores paterni sceleris, & tunc dicit illis, *Ite maledicti in ignem æternum* Matth. 25. *Secundo*, diliges Dominum Deum

T

Psalm. 77.

Deus diligendus.

1. Propter potentiam.

2.

Propter sapientiam.

cuum propter sapientiam, quæ appropriatur filio, quæ ad bonum te exerceat, quia summam sapientiam habet agnoscendi qua intentione fiat, ad Hebræ. 4. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.* *Tertio* Deum tuum diliges propter bonitatem quæ assimilatur Spiritui sancto, vt eius bonitas blandimento huius seculi contemnere te faciat, quia summam bonitatem habet bonum remunerando, quod fit bona intentione Exodi 15. *Ego ero merces tua magnanimis.* *Quarto, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Quod exponit Chrysostomus dicens. Diligite Dominum ex toto corde, & nullius rei dilectio magis facit inclinatiuum cor tuum quam Dei, & non delecteris in omni specie mundi amplius quàm in Deo, non in honoribus & diuitijs non in auro & argento, non in possessionibus, non in vestiū ornamētis, non in vxore, filijs, parentibus & amicis. Si autem in aliquo istorum sit obligatus & occupatus amor cordis tui, iam non ex toto corde tuo diligis Deum. *Secundo* de dilectione proximi quem debes diligere sicut te ipsum.

1. Propter bonitatem.

4. Deum ex toto corde diligere, quid?

Ad hoc autem debet quilibet se ipsum diligere, vt sic operetur quatenus Deus diligatur toto corde, tota mente, tota anima: & sic proximus est diligendus. Similem sententiam ponit Augustinus lib. 8. de Trinitate cap. 29. dicens, quod quilibet debet se ipsum diligere vel quia iustus est, aut vt iustus sit; quilibet debet diligere proximum suum, sicut Apostolus dilexit proximos suos sicut se ipsum, quia *cupiebat omnes esse sicut seipsum.* 1. Corinth. 7. Quod etiam dilexerat proximos, hoc modo patet ad Philipp. 1. *Testis est mihi Deus quomodo*, id est, quo affectu *cupiam vos omnes esse in visceribus Iesu Christi*, id est, in intimo amore Christi. Vel, cupio vos esse participes gaudij quod mihi Dominus certitudinaliter promisit, ad quod nos perducat Pater & Filius & Spiritus sanctus.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo Tertius.

Beati oculi qui vident, &c. Luc. 10.

DICVNT naturales quod oculi humani naturaliter delectantur in tribus, In fontium limpiditate, florum viriditate, & speculorum claritate, Quia dicit Metrista.

Fons, speculum gramen, dant oculis alleuiamen.

Sed hoc intellige de oculis sanis, quia oculi infirmi non delectantur inspicere specula, neque lucem. Quia dicit beatus Augustinus. Oculis ægris odiosa est lux, quæ sanis est amabilis.

SPIRITVALITER per hæc tria Christus designatur. Et PRIMO per *fontem*, quia ipse est fons à quo emanat omne genus gratiarum. Nam in fonte iugiter manante triplex est proprietas: perpetuitas speciosa, suauitas saporosa & communitas copiosa. Quicquid enim bonitatis, vel copiæ, inuenitur in riuulo, totum emanat de fonte. Ita etiam quicquid delectabilitatis vel bonitatis est in terra, totum emanat de fonte Christo, qui est *fons sapientiæ, verbum Dei in excelsis.* Eccles. 1. Item in fonte ema-

emanente est suauitas saporosa. Dulcior enim aqua est in fonte, quàm in riuulo. Ita dulcior est delectatio in Christo, quàm in creatura aliqua. Dulcedo enim fontis est secundum conditionem terræ de qua manat vt dicit Aristoteles in libro de sensu & sensato: quia aqua currens per terram amaram, & sulphuream, sic emanans est amara naturaliter. Sed aqua emanans de terra pura & sabulosa sit dulcis & clara. In quantum igitur Christus est fons sapientiæ emanat de terra pura & sabulosa, id est, humili virgine Maria benedicta, ideo in eo nihil amaritudinis inuenitur, sed tamen sæpe ab ingratis dimittitur, secundum quod conqueritur Ierem. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Item in fonte emanante inuenitur communitas copiosa, quia est omnibus communis, pauperibus, diuitibus & iumentis, Isto modo communis est Christus iustis & peccatoribus Gen. 2. *Fons descendebat de terra irrigans superficiem terræ vniuersam.*

B

SECVNDO Christus significatur per florem, & signanter per florem campi. Cant. 2. *Ego*, inquit *flos campi* dicitur enim flos campi propter tria. *Primò*, quia flos horti vt nascatur, terra aperitur: flos campi sine terræ apertione nascitur. Sic & Christus natus est de virginea terra sine eius apertione id est; virginitatis violatione. *Secundo* dicitur flos campi & non horti, quia flos horti est clausus, flos verò campi est apertus. Sic & Christus nulli clauditur sed possunt omnes ad ipsum accedere, & misericordiã obtinere. Iuxta illud Eccle. 24. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis &c. Tertio* dicitur flos campi, quia in partib. vltra marinis dicitur nasci quidã flos, qui dicitur flos campi, qui habet stipitẽ asperũ & quinq; folia rubea, & significat Christũ qui pertulit asperitatẽ crucis, & habuit quinq; vulnera passionis Christi.

Quare Christus flos campi dicatur.

I.

II.

III.

TERTIO significatur per speculum, quia dicitur *candor lucis æternæ, & speculum sine macula*, vt dicit glossa, propter eius puritatem. Et dicit Robertus Holkot lect. 102. super lib. Sapientiæ. Istud speculum videlicet Christus, fuit planum, plane docendo: speculum concauum, humiliter moriendo: speculum conuexum potenter resurgendo. Ad propositum ergo. Sicut oculi corporales in his tribus, videlicet fontis limpiditate, floris viriditate & speculi claritate delectantur: sic etiam in Christo qui est fons hortorum, flos camporum: & speculum clarum merito hominum oculi corporales delectantur & quo ad hoc, dixit ipse ad discipulos verbum Euangelij allegatum. *Beati oculi qui vident*, scilicet, meam præsentiam corporalem. In quo principaliter duo tangit. *Primò* necessariorum præuisionem, ibi, *Beati oculi qui vident. Secundo*, charitatis operationem, ibi; *Diliges proximum.*

Sap. 7.

CIRCA PRIMVM est NOTANDVM. Quodlibet animal irrationale præuidet ea quæ sunt sibi necessaria, sicut & notum est. Et si facit hoc irrationale, multò plus debet facere homo, qui est animal rationale; igitur *beati oculi qui vident.*

C

PRIMO quid fugiendum, videlicet tenebrositatem peccatorum, quia quilibet homo bonus & prudens fugit libenter tenebras, de luce scilicet præuidendo. Quia vt dicit Holkot super lib. Sapientiæ, lectione 195. Tenebræ sunt causa erroris & deceptionis, causa horroris & stupefactionis, causa languoris & desolationis, causa torporis & dormitionis.

Peccata per tenebras designantur.

SIC MORALITER est de peccatis. *Primò* enim sunt causa erroris & deceptionis; tenebræ corporales. Qui enim ambulant in nocte in tenebris, faciliter deuiant, cespitant & cadunt. Quia dicit Dominus Ioan. 12. *Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat.*

Error & deceptio.

Et-

Et generaliter, nullus artifex potest aliquid de sua arte in tenebris operari sine erroris periculo. Tenebræ etiam decipiunt occasionaliter, quia omnis qui malè agit odit lucem, eo quòd per tenebras potest malefactor se protegere, & alios improuisos circumuenire: imo ipsam verecundiam, quæ est naturale quoddam virtutis propugnaculum, auferunt & expellunt. Et ideo generaliter omnia vitia exercentur & fiunt de nocte, crebrius quàm in die. De nocte Loth incestum *cum filiabus commisit* Genes. 19. De nocte Iudæi Christum cœperunt Lucæ. 22. *Hæc est Hora vestra & potestas tenebrarum.* In tenebris Troia capta fuit prodentibus Vlysse, Antenore, & Æ-nea, sicut Dares Phrygius scribit in historia Troiana versus finem. Et sicut tenebræ corporales sunt occasiones erroris & deceptionis, ita consuetudo iacendi in crimine aut peccatis aufert bonum lumen discretionis & inducit eum in omne genus peccati. Ideo de peccatoribus Psalm. 81. ait. *Nescierunt neq; intellexerunt qui in tenebris ambulant.* Quare etiam dicit Augustinus: Tenebræ metuendę sunt morum, non oculorum: & si oculorum non exteriorum, sed interiorum, vnde discernitur album & nigrum, sed iustum & iniustum. Et signanter dicit Apostolus 1. Thessal. 5. *Omnes vos filij lucis estis & filij diei*, & noui testamenti, *non sumus noctis neque tenebrarum.*

D Fingunt poëte sicut tangit Claudianus in moralibus libro 1. Quod omnes pestes infernales, quæ dicuntur apud eos etiam vitia, & supplicia, nate fuerunt de Nocte in Acheronte. Est autem Acheron fluuius infernalis, & sic nominatur ab à, quod est sine, & cheron gaudium, quasi sine gaudio. Vel ab à, quod est sine, & chere salutatio, quasi sine salutatione.

Eodem modo MORALITER omnia vitia, omnesque pestes infernales generatę sunt per noctem, id est diabolum, & Euam primam matrem, quæ merito Acheronta dici potest, id est, sinè gaudio, vel sine salutatione. Quæ non solũ non salutata, sed maledicta fuit à Deo Genes. 3. *Multiplicabo ærumnas tuas, & in dolore paries filios tuos.* In cuius signum vocata est Eua, cuius nominis elementa conuerso ordine disponuntur ad istius salutationis vocabulum, quod est AVE: sub cuius maledictionis dispendio totum mansit genus humanum, donec illa veniret, quæ nomen EVA mutauit in AVE: & veteris tenebras Testamenti vertit in lucem. Et dicit NOTANTER quod tenebræ sunt causa erroris & deceptionis. VBI NOTA quod licet homines decipiantur communiter circa omnia peccata, tamen præsertim circa quatuor.

Peccata in quibus homines maximè decipiuntur.

E

I.

Præsumtio propriæ perfectionis.

PRIMO in præsumptione propriæ perfectionis; neque enim de facili bene iudicamus de gratijs proprijs, sed gratias nostras nimis magnificamus, & culpas nostras attenuamus. Et ideo vix est aliquis qui bene iudicet de Christo. Vnde Terentius in quadam comœdia. Ita ferę comparata est omnium hominum natura, vt aliena melius iudicet, quàm sint, & sic decipitur. Contra quos dicitur Colos. 2. *Videte ne quis vos decipiat per inanem gloriam.*

II.

Acceptio commendationis.

SECVNDO in acceptione nimiæ commendationis De hoc dicit Seneca epistola 59. Illud præcipue impedit quod nobis citò placeamus, si inuenimus qui nos bonos dicant, qui nos sanctos: Non sumus modica laudatione contenti. Quicquid in nos adulatio sine pudore congessit tanquam debitum, prendimus, optimos nos esse & sapientissimos, affirmantibus credimus, cum sciamus illos sæpe multum mentiri: Hæc ille. Et quia illa deceptio sit potissimè per amicos, vel viros, vel parentes, designanter dicitur, Thren. 1. *Vocaui amicos meos & ipsi me deceperunt.* Nam legitur

quod

Digitized by Google

quod vrſus excæcatur ſi cãdens peluis oculis ſuis obijciatur. Et conſimiliter ſi gratiæ hominis ſcilicet verè vel fallaciter ſibi attributæ, mentis oculis obijciatur, adulatorum adulatione ſtatim excæcatur & decipitur. Contra quod Iſa. 3. *Populemeus qui te beatum dicunt ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Propter hoc fuit ſententia vt narrat Valerius lib. 1. cap. 4. ex dictis philoſophorum. Homines ex inimicis magis, quàm ex amicis ſibi proficiunt. Quia inimici dum eis horrores vel timores improperant, exinde corriguntur. Amici verò eis ſuos non oſtendunt horrores, ſed tolerant & occultant.

F III. Fæmineæ affectionis delectatio.

TERTIO decipiuntur in delectatione fœmineæ affectionis aut dilectionis. Licet autem inuicem amare & amari iuuenibus ſit delectabile, ſicut dicit Auguſtinus lib. 2. Confeſſionum cap. 1. Qui erat quod me delectabat, niſi amare & amari? Sed quãuis hæc caliginoſa delectatio vel dilectio carnalis voluptatis multum delectet, potiſſime tamen decipit familiaritas fœminea. In cuius figura Philiſtæi Dalilam mediatricem fecerunt, vt deciperent Samſonem dicentes. *Decipe eum, & diſce ab eo vbi habeat tantam fortitudinem.* Iudicum 16. Ideo dixit Daniel, Danielis 13. *Species decipit te:* & Metriſta.

Adam, Samſonem, Dauid, regem Salomonem,
Fœmina decipit, quis modo tutus erit?

IV. Simulatio columbinæ compoſitionis.

QVARTO decipiuntur homines in ſimulatione columbinæ compoſitionis, & hæc eſt hypocritarum & aſſuetorum ad falſam ſeculi affabilitatem, prætendentium exterius ſanctitatem, & habentium intrinſecus luxuriam, rapacitatem. Prouerb. 11. *Simulator ore decipit amicum ſuum.*

Horror & ſtupefactio.

SECVNDO tenebræ corporales ſunt cauſa horroris & ſtupefactionis. Iuxta Iſa. 31. *Tenebræ ſtupefecerunt.* Et Geneſ. 15. *Horror magnus & tenebroſus inuaſit Abraham.* Eodem modo, peccata reddunt hominem ſtupidum & timidum, vt dictet conſcientia propria ſe à Deo puniendum. Et ſicut in tenebris magis potentes ſunt dæmones, malefici & latrones, ita ſuper peccatores plus poſſunt dæmones quàm ſuper iuſtos, ſicut patet in legenda Iacobi maioris, vbi dæmones non habuerunt poteſtatem ſuper Philetum iam conuerſum. Nam cum dixit Apoſtolus. Ecce Philetus ante vos ſtat. Dixerunt dæmones illi, nec formicam poſſe ſe contingere quæ in domo ſua erat. Sed Hermogenem magum ligauerunt, & iracunde ad Apoſtolum duxerunt. Iam etiam Chriſtiana veritate creſcente per orbem, pro maiori parte illuſiones dæmonum ceſſauerunt.

G Languor & deſolatio.

TERTIO tenebræ ſunt cauſa languoris & deſolationis. Omnis quidem infirmitas plus nocte quàm de die affligit infirmum, & magis patiuntur languidi in tenebris quàm in luce, quia tenebræ & nox ſunt frigidæ & humidæ; per humiditatem infirmitas augmentatur. Ergo, &c. Ideo dixit Tobias cap. 5. *Quale mihi gaudium? cum in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* Dixerunt enim antiqui quidam, quod mediante quadam luce cæleſti, anima intellectiua corpori copulatur. Et iterum, quod omnis ſpiritus operatur quadam luce. Et Ariſtoteles in lib. de anima, quod intellectus agens eſt habitus velut lumen. Et Auguſtinus dicit in diuerſis locis, quod veritas non videtur niſi in quadam luce ſui generis, quæ omnia lucis nobilitatem oſtendunt. Et ideo ſicut in luce eſt natura hominis ſalus & ſolatium ita in tenebris eſt diſſolutio & omnis languoris augmentũ. Sicut autẽ gratia lux eſt, ita abſentia gratiæ

Digitized by Google

tenebræ, quæ hominē in languorem desperationis inducunt, de quo Eccles. 5. *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in aerumnis & tristitia.*

Torpor & dormitio.

QVARTO tenebræ corporales sunt causa corporis & dormitionis. Et hoc modo absentia gratiæ reddit potentias sensitiuas & ligatas, vt nihil boni ad præmium vitæ æternæ possit homo interim operari. Sed 1. Regum 2. dicitur. *Impij in tenebris conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur vir*, id est, non sufficiunt bonis vires naturales, ad promerendum vitam æternam, sine lumine gratiæ coagente. Ideo beati oculi qui vident quid fugiendum, scilicet tanquam necessario, videlicet tenebrositatem peccatorum.

H

SECVNDO beati sunt oculi qui vident quid faciendum, videlicet pluralitatem virtuosorum operum, quia postquam Dauid videlicet Psalm. 33. dixisset, vbi docuit peccatum fugiendum, statim subiunxit *& fac bonum* vbi docet opus scilicet bonum faciendum. Quia dicitur 22. quæst. 5. cap. De forma. Non sufficit mala non agere, vel ab eis abstinere, nisi quis faciat quod iustum est. Nam homo bonus assimilatur arbori bonæ. Illa autem iudicatur bona arbor, in qua est fructuum pluralitas, & eorum suauitas, & hæc tanguntur Matth. 7. *Bona arbor bonos fructus facit.* In eo quod dicit *fructus* tangitur fructuum pluralitas. Sed quod dicit *bonos*, innuitur eorum suauitas. Quædam autem arbores sunt ex quibus nullus fructus nascitur, & hoc accidit propter defectum humoris. Et tales sunt homines ociosi, qui ex quo deficiunt in humore deuotionis, nihil boni virtuosi operantur. Et quia terram occupant, mandantur succidi, *& in ignem mitti, & comburi* Luc. 13.

Homo bonus similis arbori bonæ.

Sunt autem principaliter duæ causæ, quare arbores aliquæ modicum fructum faciunt. PRIMA est quando sunt nimis proceræ. Tunc enim humor ascendens de radice per arboris altitudinem, ad latitudinem se diffundit, ad ramos transiens, paulatim euanescit. Sic MORALITER, personæ in altis dignitatibus constitutæ, aliquando sunt adeo in fructuosæ, vt nullus pauperum aliquando fructum sanctarum eleemosynarum, & operum pietatis possit ab eis capere: quia ea, quæ deberent dare pauperibus, in frenis aureis sui equi sub dentibus mandunt, & alijs vanitatib. inaniter expendunt.

I

Contra quos dicit Bernardus ad Episcopum Zenonem. Clamant nudi, clamant famelici. Dicite Pontifices, in freno quid faciat aurum? Nunquid aurum à freno repellit frigus, siue esuriem? *Et subdit loquendo in persona pauperum.* Nobis, inquit, fame & frigore laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in manicis? Nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. Et nos enim fratres vestri, plasmatio Dei, redempti sanguine Christi: videte ergo, quale sit oculos vestros pascere de superna portione, nostris detrahitur necessitatibus quicquid vestris accidit vanitatibus. Hæc Bernardus. Et hoc non solum intelligitur de Episcopis, sed certè etiam de alijs, in dignitatibus secularibus constitutis, qui superfluè cum equis suis consumunt, de quo multi pauperes pasci possunt.

SECVNDA causa quare arbores modicum fructum afferunt, est quando arbor non putatur, quia tunc humor, qui deberet conuerti in fructum, conuertitur in ramusculos infructuosos. Sic etiam est de homine, qui à se non resecat superflua, vt ebrietates, & comessationes frequentes, crescit infructuosus erga pauperes. Nam quomodo

potest

vpoteſt pauperibus ſubuenire, & eis eleemoſynam tribuere cum ſedulè videtur, quod ſua ſuperfluè conſumuntur bona, quæ eſſent etiam pauperibus impartienda. Iuxta illud morali. *Pauperis in ſpecie, &c.* Sunt damnabiles, tam clericis, quàm laicis. Probatur diſt. 44. cap. Non licet. Si comeſſationes laicis ſunt damnabiles, quanto magis Sacerdotibus imputantur ad gehennam? Si autem tales ſuperfluitates homo à ſe reſecauerit, & à ſe putauerit, fructum bonorum operum facere poterit, quia omnis qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Quare, ſunt oculi beati, nunc in ſpe, & in futuro in requie, qui vidēt quid faciendū, videl. pluralitatem operū virtuoſorū.

TERTIO, beati oculi, qui vident, quid diligendum, videlicet vtilitatem ſpiritualium bonorum. Cum enim tria ſunt bona ſcilicet gratiæ, naturæ & fortunæ. *Bona fortunæ* ſunt minima. *Bona naturæ* media, ſed *bona gratiæ* maxima, vt dicit Auguſtinus. Et cum ſic eſt tamen mundani diligunt plus bona fortunæ, quàm gratiæ ſicut ille dives Luc. 12. qui dixit animæ ſuæ. *Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos, comede, bibe, & epulare.* Sed dicit ei Deus. *Stulte hac nocte dæmones repetent animam tuam à te, quæ præparaſti cuius erunt?* Et ſic eſt omnis, qui theſaurizat, & non eſt dives in Deo, id eſt, in ſpiritualibus. Iſte enim licet diues fuit in bonis naturæ, tamen ſtultus fuit, diligens ea tanquam maxima, cum tamen ſpiritualia maximè diligere debuiſſet, quia *bonus homo de theſauro ſuo bono profert bona*, Matth. 12.

K Bona triplicia, Gratiæ, naturæ & fortunæ.

Cauſa autem quare homines diligunt plus bona temporalia, quàm ſpiritualia, ſcilicet virtutes, quæ minimè iudicant eſt illa. Cum enim oculus videt rectè per medium diuerſarū diaphaneitatū, cōmuniter valde malè iudicat de re, ſicut apparet de baculo, cuius vnam partē videt oculus per medium aërēū, & aliam per medium aqueū, & ideo iudicat, quod baculus ſit curuus. Etiam cum oculos videns eſt in medio rariori & res viſa in denſiori, tunc res viſa apparet maior, quàm in veritate ſit. Patet de denario viſo ſub aqua. Quando eum oculus videns eſt in medio denſiori, & res viſa in rariori, tunc res viſa apparet minor, quàm eſt, ſicut ſtellæ, quæ ſunt maximæ, paruæ nobis apparēt non ſolum propter diſtantiam, ſed etiam propter ſubtilius medium, in quo ſituantur, & per quod videmus, quod eſt multò ſubtilius, quàm ſit aër, in quo ſituatur oculus noſter. Videntur enim mediantibus ſphæris cœleſtibus, quæ ſunt maioris diaphaneitatis & tranſparentiæ, quàm aer ſit. Iſto modo MORALITER exteriora bona, quæ ſunt corporalia, & delectationes ab eis acceptæ ſunt corporales, puta, quia ſunt in rebus groſſioribus, quàm ſit oculus mentis, qui eſt intellectus purus & immaterialis, ſicut dicitur in 3. de anima. Ideò videntur nobis groſſiora & maiora, quàm ſint. Bona verò gratiæ cum ſint ſpiritualia, & conſolationes ab eis acceptæ ſunt ſpirituales, ideò videntur breuiora & minora, quàm ſint vt dicit Holkot lection. 51. Quamobrem beati oculi qui vident quid diligendum, videlicet vtilitatem ſpiritualium bonorum.

QVARTO, ergo beati oculi, qui vident quid timendum, videl. horribilitatem infernalium tormentorum. Nam qui mali fuerint, ambitioſi ad honores, deijcientur in infernum cum confuſione. Et hoc probat Gregorius 23. moralium cap. 2. exponens illud Iob. 40. *Et fidelibus cunctis præcipitabantur*, dicens: Æterno iudice terribiliter apparente, aſtantibus angelorum choris aſſiſtente cuncto miniſterio cœleſtiū poteſtatū, atq; electis omnib. ad hoc ſpectaculū adductis diabolus crudelis & fortis in mediū captiuus ducetur, & in ſuo exercitu, id eſt, cū reprobis æternæ gehennę incendijs

L Ambitioſorum in infer no Cōfuſio.

Contumelio torum pœna.

cendijs mancipabitur cum dicetur. *Ite a me maledicti in ignem æternum. Secundo*, quia fuerunt contumelioſi perterritores, ideò affligentur cum deſpectione. Quia dicit Sapiens 4. *Quod erunt in contumelia inter mortuos in perpetuum.* Ibi enim omne verbum importat circumſtantiam aggrauantem pœnam eorum, quia non erunt contunditi, quaſi diceret Sapiens. Punientur non ſolum pro malo opere, imò etiam pro ſermone. Nam quilibet reprobus, efficietur ab his contumelioſis maledictionibus, & improperijs. *Item*, punientur non in loco viuentium, vbi poteſt eſſe ſpes auxilij, ſed in loco mortis. *Item*, non punientur ad horam, nec interpolatim, ſed in perpetuum. De hoc dicit Gregor. 6. moralium exponens illud Iob. 20. *Luet, quæ fecit anima, nec tamen conſumetur:* quia ſic conſumeretur vita morientis, pœna etiam ipſius finiretur. Sed vt ſine fine crucientur, viuere ſine fine in pœna compelluntur, vt cuius vita hic mortua fuit in culpa, illic mors eius viuat in pœna. Luet ergo, quæ fecit anima & non conſumetur, quia cruciatur & non extinguitur, moritur & viuit, deficit & ſubſiſtit, finitur ſemper & ſine fine eſt. Hæc ſolo auditu ſunt valde terribilia, quanto magis paſſione?

M

Cauillatores repellũtur. Aduocati morientes in voce & lingua puniti.

TERTIO, quia reprobi ſuerunt argumentoſi cauillatores, repellentur ſine reſponſione. Et hoc tangit Sapiens, Sap. 4. *Dirumpet illos inflatos ſine voce*, ſcilicet cuiuscunq; excuſationis. Et eſt illud valde NOTABILE pro iniuſtis Legiſtis, & falſis Aduocatis, de quibus frequenter viſum eſt, quod in morte, tam in voce quàm in lingua, puniantur. Quia dicit Gulielmus, quod cuidam Aduocato morienti viſa eſt lingua celerius aura moueri, quaſi diceret, lingua mea facilis & velox fuit ad peccandũ, ſicut hirundo de facili vento. *Alius* etiam exilijt lingua extra os. *Alij* etiam imminente morte amiſerunt vocem, linguam, & ſenſum, ſicut expertum eſt. Cuius ratio eſt hæc, quia non eſt iuſtum, quod aliquis vendit aliquid alteri, & idem retineat ſibi ipſi. Iſti autem omnes malè & iniuſtè viuendo, linguam ſecundum vocẽ & facundiam vendunt, falsè allegando, contra cõſcientiam iudicando, malitioſè abijciendo cautelosè ſuggerendo, & ideo iuſtũ eſt, vt quando indigent voce ea priuentur: quia de ipſis dicitur Iſa. 5. *Venditi eſtis iniquitatibus veſtris.* De iſtis etiam loquitur Solinus in quadam epiſtola. Vidi, inquit, morbum incurabilẽ ad quem curandum non inueni medicos, ſed nunquã inueni adeo cauſam deſperatam, quin ad eam tuendam inueniretur Aduocatus.

N

Supportatores facinoroſi.

QVARTO reprobi, quia fuerunt facinoroſi ſupportatores, ſoli deſtituentur ſine autenticatione. Vt ergo hoc intelligatur quod quidam conſiliatores dominorum & baliui, qui quadam auctoritate funguntur, ſicut iuſtitiarij, caſtellarij. Cancellarij atq; alij officiales multi, qui loquuntur ſemper in perſona principum aut baronum &c. Et ideo ſiue ſit iuſtum ſiue iniuſtum, auctoritatẽ hanc ſuper fundamentũ totius, fingunt eſſe principis. Et ideo quos volunt ſupportant, & quos volunt ſupprimunt, & condemnant; & ſemper habent pro ſe regiam, vel aliam poteſtatem. Sed in die iudicij deſtituentur iſta poteſtate & autenticatione, quia quilibet habet reſpondere pro ſe ipſo. Ideo dicitur de illis Sapien. 4. *Commouebit illos à fundamentis.* Sed per oppoſitum dicitur per Pſalmum 124. de viro iuſto; *Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem*, quia *fundamentum eius in montibus ſanctis*, id eſt de doctrina ſanctorum &c.

Pſalm. 86.

Pernicioſi perſecutores.

QVINTO reprobi, quia fuerunt pernitioſi perſecutores, ideo punientur ſine conſolatione. Et hoc tangitur Sap. 4. *Vſq; ad ſupremum deſolabuntur* pro tanto, quia punientur

nientur citra condignum, tamen nihil remittetur impunitum. Vnde Gregor. 3. dialogorum. Sicut, inquit, in hoc mundo multi sub vno sole consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorē æqualiter sentiunt, quia alius plus æstuat, alius minus. Ita hic non est vnus modus incendij in vno igne, quia quod hic diuersitas corporum, hoc ille agit diuersitas peccatorum, vt & ignem dissimilem habent, & cum eisdem singulos dissimiliter discrutiāt vel excruciat.

O Voluptuosi lætantes.

SEXTO, quia reprobi fuerunt lætatores voluptuosi & ideo conteret sine condonatione. Et hoc tangitur Sap. 4. *Et erunt gementes.* Est enim antiqua narratio de iuuencula in Francia, quæ cum per annum vixisset lubricè cum suo amasio. Et cum tandem impregnata fuisset & derelicta, cœpit gemere & flere, & inconsolabiliter tristari, à qua cum quidam quæsiuisset, quid tandem ipsa ploraret? Respondit: gaudium anni præteriti.

Isto modo MORALITER satis iustum est, vt illi qui sine pœnitentia in præsenti se voluptatibus carnis tradunt, gemant in futuro. Iuxta illud Luc. 5. *Væ vobis qui nunc ridetis* scilicet in voluptatibus carnis, *quia flebitis* scilicet in futuro. Et si causa ab eis quæratur! responsio bona, quia gemant & plorent gaudium anni præteriti. De hoc Num. 3. *Mirabuntur gementes vt columbæ.* Columbæ sunt aues valde lubricæ, & naturaliter habent gemitum pro cantu, in signum quod homines qui se libidini mancipant, gemant. Iuxta illud Sap. 11. *Duplex illos acceperat tadium, & gemitus cum memoria præteritorum.*

P Obliuiosi contēptores.

SEPTIMO quia reprobi fuerunt obliuiosi contemtores. Ideo merito supprimentur sine recordatione. Et hoc tangitur Sap. 4. *Memoria eorum peribit*, & per oppositum dicit Psal. 111. *In memoria æterna erit iustus.* Mos erat antiquitus apud Romanos, quod nomina seniorum & iudicum in tabulis æreis scribebantur, & ideo vocabantur Patres conscripti. Quando autem contingebat quod aliquis delebatur, fuit pro maximo scelere & confusione perpetua. Isto modo quidam scribuntur secundum iustitiam in Ecclesia militante, quidam sunt Imperatores, quidam Reges, quidam Episcopi, quidam religiosi & solennes clerici, quidam rectores & curati, quibus maxima fiet reuerentia. Si in die iudicij in libro vitæ non inuenientur, fient de numero illorum de quibus dicitur in Psalmo 9. *Perijt memoria eorum cum sonitu.* Et iterum: Psal. 68. *Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.* Et per contrarium de sanctis, Apocal. 3. *Qui vicerit sic vestietur vestib. albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ*, scilicet æternæ.

Patres conscripti, quare sic vocati

DOMINICA XIV. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Dum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei decem viri leprosi. Luc. 17.

Dicit Ambrosius in hexameron.

A

ALCO est auis quæ inter prædeaues multum pium habet affectum. Eodem, inquit, affectu aut officio sedulitatis quo proprios fœtus pascit, pari subministratione pullos, ab aquila abiectos, suscipit atq; nutrit. SPIRITVALITER. Per falconē in hoc loco intelligitur Christus

Digitized by Google

Dominus, qui circa homines valde pium affectum habet, pietatem suam ostendit principaliter in tribus. In parcendo, in recipiendo, & nutriendo. De *primo* dicit Gregorius 29. moralium. Misericors Deus diu peccata hominum tolerat, & cum iam vicinum finem respicit, plerunque mentes peccantium immutat. De *secundo* dicitur Matth. 15. *Hic peccatores recipit & manducat cum illis.* De *tertio* Marc. 8. ostendit pietatem cum dixit. *Misereor super turbam quia iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos, deficient in via.* Istam pietatem ostendit non solum ad filios intraneos, sed etiam extraneos & abiectos, scilicet decem leprosos, qui abiecti erant ab omnibus, eos benigne colligendo & sanando, vt dicit præsens Euangelium. In verbis allegatis duo tanguntur. *Primo* Christi in mundum progressus, ibi: *Dum ingrederetur. Secundo* peccatorum ad ipsum accessus, ibi; *Occurrerunt ei.*

Circa quod NOTANDVM, quando aliquis Imperator vel Rex procedit in ciuitatem suam, in qua prius non erat personaliter, occurrunt ei omnes homines, defectus habentes, & ille si amat populum suum studet defectus, ipsorum successiuè releuare.
Apocal. 19. Sic Christus Iesus Imperator cœlorum, *rex regum & Dominus dominantium*, veniens in hunc mundum velut in suam ciuitatem, in qua prius per carnis assumptionem non fuit, defectus multorum hominum, vt Pius rex releuauit. Nam mortuos suscitauit, cæcos illuminauit, claudis gressum reparauit, leprosos mundauit, vt patet de istis leprosis, qui eo ingrediente incastellum occurrerunt, & misericordiam petierunt, dicentes. IESV *Præceptor miserere nobis.* Quibus statim misertus est, eos mundando & ad Sacerdotes mittendo. *Ite*, inquit, *ostendite vos sacerdotibus.* Sed MORALITER per hos decem leprosos significantur decem genera hominum, qui spirituali lepra sunt infecti.

Lepra spirituali sunt infecti.

B
1.
Superbi.

PRIMI sunt superbi, qui sicut leprosi tument in facie, sic superbi inflantur tumore superbiæ, se vltra alios volentes eleuare. Sicut Osias rex, qui pontificalem dignitatem sibi vsurpare volens, *accepit thuribulum & voluit offerre in templo, percussit eum Dominus lepra in fronte, qui confusus sedit domi vsque ad mortem.* 2. Paralip. 26. Hac lepra sunt maculati omnes hæretici, qui ex superbia, vel pertinacia non tenent de articulis fidei, quod sancta tenet Ecclesia.

Quid proprie hæreticus.

Sed dices: Quid sunt propriè hæretici? *Respondet* Petrus. Ad rationem hæretici duo concurrunt; *Vnum* est in *ratione*, sicut error. Et hoc dupliciter, vel in vniuersali, vel in particulari. In *vniuersali*, tunc erratur circa fidem, quando non creditur fides vera esse, quam tenet Ecclesia Catholica: & hoc tunc est, quando pertinaciter non creditur, aut discreditur, aut eius contrarium creditur, quod Ecclesia credit.

Pertinacia facit hæreticum.

Pertinacia igitur facit hæreticum, non simpliciter error. In *particulari*, si vni ex articulis nō acquiescitur, vel si ab eo pertinaciter dissentitur, error proculdubio iudicatur: & hæreticus dicitur, qui pertinaciter deuiat. *Alterum* est in *voluntate*, quod est hæresis complementum, vt quia dictum est principaliter à via deuiat veritatis, aut à fide. Et talis propriè dicitur hæreticus, vt vult Petrus. Cui concordat S. Thomas super 4. sentent. distinct. 14. addens, quod si quis errans in his, ad quæ quis explicitè credenda non tenetur, non esset hæreticus, vt si quis Iacob putaret patrem Abrahæ, & huiusmodi; & cum cognoscit hæc esse contra veritatem fidei, & scripturæ credit ei. Similiter circa ea, de quibus introductæ sunt opiniones, donec per Ecclesiam sit determinatum, vt idem Thomas ponit prima parte quæstione 32.

Ex

Ex iam dictis sequitur, quod qui pertinaciter discredit vnum articulum fidei, talis non est paratus sequi doctrinam Ecclesiæ; nec talis innititur primæ veritati infallibili, secundum quod manifestatur in sacris scripturis, & ideo non habet habitum formatum, sed informem, nec propriè credit aliquem articulum fidei. Et rationem ponit S. Thomas. 2. 2. quæ. 5. arti. 3. dicens. Sicut peccatum mortale contrariatur caritati, ita discredere vnum articulum contrariatur fidei. Sed caritas non remanet in homine post vnum peccatum mortale, igitur nec fides remanet secundum habitum postquam homo discredit vnum articulum fidei.

Peccatum mortale excludit caritatem.

Ex hoc sequitur vlterius, quod nullus hæreticus habeat fidem Catholicam alicuius articuli fidei, quia fidei non potest subesse falsum. Et quilibet hæreticus reputat illud verum, in quo errat circa fidem; & ergo ille error destruit eius fidem, sicut peccatum mortale caritatem. Quod autem fidei Catholicę non potest subesse falsum probat Bonauentura super. 3. sentent. distinct. 24. dicens. Illius solius est fides in via cuius erit visio in patria, sed visioni in patria nō potest subesse falsum: igitur nec fidei in via. Nullum ergo falsum creditur propriè, sicut nec scitur falsum propriè, sed aliquis bene opinatur falsum. Et hæc est lepra prima.

C II. Auari.

Secvndi leprosi sunt auari, & bene auari comparantur leprosis. Quia sicut leprosi frequenter sitiunt, ita auari inincessanter diuitias cupiunt. Sicut patuit de Iudæis, quando vallati fuerunt in Hierusalem à Tito & Vespasiano, quia auari erant, permisit Deus in ipsis tantam famem & sitim, quod non habentes ad comedendum & bibendum, & diligentes adhuc diuitias ne perderent eas, deglutiebant aurum & gemmas pretiosas, propter quod incidebantur eorum corpora, vt aurum exciperetur atq; gemmæ. Ecce sitis leprosi auari.

Similiter patet hoc in Giezi seruo Elisæi, qui sitiens diuitias, vt emeret possessiones, accepit pro sanatione Naaman aurum & argentum, & vestes & ex hoc lepram incurrit ipsius Naaman vt Patet. 4. Regum 5. vbi lucidius hæc historia continetur, quod Naaman mundatus à lepra, obtulit Elisæo munera dicens: *Obsecro, vt accipias benedictionem a seruo tuo. At ille respondit. Viuit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumq; vim faceret, penitus non acquieuit.* Idem legitur de ipso. 4. Regum. 8. Quia ipse *Elisæus venit Damascum, & Benadad rex Syriæ egrotabat: nunciauitq; ei dicens. Venit vir Dei huc. Ait rex ad Hazael. Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule dominum per eum, dicens. Si euadere potero de infirmitate hac mea? Iuit ergo Hazael in occursum eius, habens munera secum, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum.*

D Sacramenta gratis sunt ministranda.

Sed non est credendum, vt dicit Hieronymus, eum aliquid accepisse. Per hoc vult ostendere, quod Sacerdotes pro ministratione Sacramentorum nullo modo debent pecuniam affectare, & non solum Sacerdotes incurrunt vitium Simoniacæ prauitatis, si pecuniam pro administratione Sacramentorum recipiunt. Verum si præsumunt quantumcunq; aliam rem recipere, vel diabolica suggestione postulare, cum nomine pecuniæ quælibet alia res intelligitur, vt dicit B. Augustinus, & ponitur 1. q. 1. cap. Totum. Totum, inquit, quicquid homines habent in terra, omnia quorum domini sunt, pecunia vocatur, seruus, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est pecunia dicitur. Ideò autem pecunia vocata est, vt dicit Augustinus, quia antiqui quod habebant, in pecoribus habebant.

Sed

Sed dicunt aliqui: Si malum est vendere Ecclesiastica Sacramenta, cur tam sæpè siniſtra principia ad fœlices perueniunt exitus; vt Iacob per supplantationem peruenit ad benedictionem; & seges quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur: & ex illicito concubitu, pulchra soboles nascitur. Sic & pecunia felicem exitum habet cum pauperibus erogatur. *Ad hoc dicit* Hieronymus. 1. quæst. 1. Iudices. Quia nihil horum Simoniaco patrocinatur, vt dicit B. Gregorius, & ponitur vbi suprà cap. Non est. Qui hac intentione malè accipit, vt bene dispenset, grauatur potius, quàm iuuatur. Et idem Greg. 14. q. 5. Eleemosyna oculis redemptoris nostri illa non placet, quæ ex illicitis & iniquitate congeritur, sed quæ de rebus concessis & benè acquisitis expenditur. Et B. Augustinus in libro de mendacio, & ponitur. 22. quæst. 7. Faciat. Faciat, inquit, homo etiam pro temporali vita, vel salute hominum quod potest. Cum autem ad hoc ventum fuerit, vt saluti tali non nisi peccando consulere possit, iam se existimet non habere quid faciat, id est, sibi non licere secundum Glossam.

Quænam eleemosyna Deo placeat.

Patet ergo ex dictis Doctorum prædictorum, quod pecunia Simoniacè, aut peccato acquisita, non potest pauperibus ministrari. Ideo debet quilibet Sacerdos summè cauere Simoniacam heresim, ne incurrat lepram spiritualem. De hoc dicit Gregorius Nazianzenus. 1. quæst. 1. Qui studet donum Dei pretio mercari, in sacro ordine nulla ratione de cætero debet permanere. Nam Giezi, qui gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit, eandem gratiam sanitatis, Eliseo vindicante, leprosus factus amisit. Iudas omnium redemtorem vendidit, mox laqueo suspensus, eandem gratiam redomtionis non obtinuit: & meritò, quia non potuit retinere, quod vendidit. Simon etiam Magus, cum eandem gratiam Spiritus sancti emere vellet, damnationis suæ sententiam à beato Petro audiuit. Pecunia tua sit tecum in perditionem. Hæc ille. Sed heu iam omnia sunt venalia Sacramenta; per communem consuetudinem, conantur hæc aliqui excusare.

E Contra quos dicitur, Extra de Simon. cap. Non satis, quod nec sub obtentu cuiuscunque consuetudinis reatum suum quis teneatur, quia diurtas temporis nõ diminuit peccata, sed auget. Et cap. immediatè sequente dicitur. Cum in Ecclesiæ corpore. Horrendum, inquit, nimis est, quod in quibusdam Ecclesijs locum venalitatis NOTA. perhibetur habere, ita quod pro Episcopis, vel Abbatibus, seu pro quibuscunque personis Ecclesiasticis ponendis in sede, siue introducendis presbyteris in Ecclesiam, nec non & sepulturis & exsequijs mortuorum, & benedictionis nubentium, seu alijs sacramentis aliquid requiratur. Putant autem plures ex hoc licere, quia lege mortis de longa inualuisse consuetudine arbitrantur, non attendentes, quod grauiora tanto diutius sunt crimina, quanto diutius infelicem auaritiam detinent alligatam. Ne ergo pro sacramento de cetero aliquid exigatur, districtius inhibemus. Si quis autem contrauenire præsumpserit, portionem cum Giezi se nouerit habiturum, scilicet lepram spiritualem, & postea gehennam. Ideò tales horrendæ & detestabiles consuetudines sunt penitus abolendæ, quia consuetudo nunquam valet, contra ius scriptũ dicit enim Augustinus lib. 2. de vnico baptismo, & ponitur dist. 8. Veritate manifestata, cedat consuetudo: nemo consuetudinem rationi & veritati præponat, quia consuetudinem ratio & veritas semper excedit. Et Gregorius ibidem cap. Si consuetudinem fortassis opponas, aduertendum est quod Dominus dixit. *Ego sum via*, Ioan. 14.

Cõsuetudo non excusat a peccato.

& ve-

& veritas, & non dixit ego sum consuetudo & veritas. Et certè, inquit, vt beati Cypriani vtamur sententia: Quælibet consuetudo, quamuis vetusta, quamuis vulgata, veritati omninò est postponenda, & vsus qui veritati est contrarius abolendus est.

F
III.
Luxuriosi.

TERTII leprosi sunt luxuriosi leprosis comparantur. Quia sicut lepra fœtet corporalis in leprosis, ita fœtet luxuria in libidinosis, quia est quasi stercus, iuxta illud Psal. 82. *Dispersierunt in Endor, facti sunt, vt stercus terræ.* Endor interpretationis, & est pars illa, quæ operi carnali, & generationi deseruit. Isti luxuriosi signãtur per leprosum qué Matt. 8. c. describens non nominat, sed ait. *Ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare*, ad innuendum, quod lepra in nobis etiam nullatenus nominetur. Iuxta illud Apostoli. ad Ephes. 5. *Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos Dei.* Et quod dicit, *omnis immunditia*, tangit omne peccatum pertinens ad luxuriam & principaliter peccatum Sodomiticum, quod præcipuè non debet nominari cum tamen vario modo perpetretur, quia dicitur peccatum mutum, quod non debet reuelari, ne homines illud faciant, sed vitent. Est enim adeo graue peccatum, vt dicit Augustinus, quod Deus propter illud peccatum distulit incarnari. Ideò in nocte Christi omnes Sodomitæ interfecti sunt, & damnati, vt dicunt Doctores super illo verbo Psal. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Et de his & alijs dicit Psalm. 72. *Perdes omnes, qui fornicantur abste.* Qui ergo leprosus est fornicatione, vel adulterio, vel alio peccato carnis, facit quod ille leprosus fecit. Cadat ante pedes Domini sæpius & dicat. *Domine si vis, potes me mundare*; quasi diceret. Ego non possum esse *sine te continens*, siue mundus Sap. 8. Tu ergo solus potes si vis, &c. Sed fortè sæpius mundatus es, sed diabolus iterum, atq; iterum fœdauit te lepra luxuriæ, hoc ille leprosus non fecit, sed semel sanatus in anima & corpore, amodo non promeruit lepram.

Peccatum Sodomiticũ.

G
IV.
Iracundi.

QVARTI leprosi sunt irati: & recte iracundi leprosis comparantur, quia sicut leprosus est accensus intrinsecus, ex feruenti calore sanguinis, & ab extra ex calore solis, qui de facili sibi penetrant cutem: Sic iracundus intus sanguine malo accensus aduritur. Quia secundum Philosophum, ira est accensio sanguinis circa cor. Sed ab extra calore aduersitatis, vel contrarietatis, vel cuiuscunque ita adustus est, vt non sit in eo verus calor, neque cor, neque sanguis; sed modo pallet inuidia, modo nimis rubet furore, & ita obfuscatur in eo intellectus cordis, vt nesciat an sit iustus vel iniustus, semper se contra illum reputans iustum cui irascitur. Hoc inuenitur in illo Simone leproso, qui Christum inuitabat vbi & Maria Magdalena nobilis pœnitens *lauit lacrymis pedes Iesu.* Luc. 7. qui in se indignatus contra Christum, quare eam admisisset, & contra mulierem quare immunda veniisset, dicens in corde. *Hic si esset Propheta sciret profecto, quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Ex indignatione obfuscatus & adustus fuit, vt non cognosceret Christum qui peccata dimittebat, nec mulierem, quæ tunc ex pœnitentia mundabatur. Ideò Christus reprehendebat eum, dicens: *Simon intraui in domũ tuam, aquam pedib. meis non dedisti, oleo caput meum non vnxisti*, ac si diceret cuilibet irato. Si vis, vt veniam in domum cordis tui, da mihi osculum, id est, signum dilectionis habeas cum proximo tuo, dimitte iram, sis eius amicus, quia meus esse non potes, nisi sis & suus. Oleo caput meum vnge, id est, misericordia mentem proximi tui, quæ est caput interioris hominis, vnge & impingua. Aquam pedibus meis, id est, lacrymas & compassionem, miseris

Christus nõ diuertit ad iracundos.

d by Google

quibus irasceris, dimitte vt tibi dimittatur. Si ergo dimittis culpam proximo, mundaberis à lepra.

Leprosus in lingua, quis? Si autem dicis. Ego dimitto sibi, sed nolo secum loqui, tunc non verè dimittis sibi, sed mentiris, quia sibi nõ loqueris tunc leprosus in lingua existis, & æstimas, quod lepra sis mundatus & immunis, quod tamen non es: quia sicut porcus cognoscitur esse leprosus totus, quando habet lepram in lingua, sic tu cognoscaris iratus, cum proximo hactenus non sis locutus. Quia de hoc conqueritur B. Augustinus in communibus quæstionibus, serm. 18. Nimis dolendum est, quod cum Apostoli nec horroribus, nec tormentis, poterant à caritate Dei separari, & nos interdum otiosis fabulis, & sæpe ob paruissimum cõuitium, imò quandoq; propter signum, ita derelinquimus caritatem, vt non solum multis diebus, sed etiam mensibus loqui, nec amicitiam habeamus: nec attendimus, quia dum nos inuicem habemus odio, muros ciuitatis sanctæ Hierusalem sic contra nos claudimus, vt nullus nobis remaneat aditus, per quem intrare possumus.

H V. Inuidi. QVINTI leprosi sunt inuidi, Et bene inuidi comparantur leprosis. Quia sicut in leprosis apparet cutis esse alba, quæ tamen naturaliter potest esse nigra, ita inuidus videtur esse innocens & albus circa proximum, sed in corde & aliàs variè coloratus. Et quo ad hoc comparatur *colubro cuius nouissima mordebunt*. Prouerb. 23. Est enim coluber serpens valde venenosus, & quot habet colores, tot habet interius dolores, & est mordax nimis: latet enim in sepibus & iuxta viam, insidians viatoribus.

SPIRITVALITER. Per hunc serpentem, subaudi venenosum, hominem inuidũ, qui tot in se patiatur dolores, quot proximorum percipit felicitates, & hoc loquitur Prosper lib. 2. de vitijs & moribus. Tantos, inquit, inuidus habet pœnæ tortores, quantos eius cui inuidet audit laudationes, mordet enim coluber omnes quos potest, sic inuidus morsibus detractionum suarum, bonos viros lacerat quos videt. Et tanta est rabies inuidiæ eius, vt sæpe super se ipsum redundet. Iuxta illud Hieronymi: O inuidia, primùm mordax tui. O Sathanæ calliditas, semper sancta persequens. Iste ergo serpens persequitur viatores, & insidiatur transeuntibus, quia peregrinantibus versus cœlum sua detractatione mordaci inuidus præbet impedimentum. Figura Genes. 49. vbi legitur, quod cum Iacob filijs suis futura prædiceret, ait ipsi Daniel. *Fiat Dan sicut coluber in via & cerastes in semitis, mordens vngulas equi, vt cadat equus & assessor eius.*

MORALITER Dan non legimus inter filios Israël partem habuisse in terra promissionis, per quem benè possumus notare inuidiam, quæ inter sanctos Dei locum non obtinet. Cum enim Ioannes tribus Israël signasset, Apoc. al. 7. Tribum Dan non nominauit. Mordet ergo hic coluber, scilicet inuidus. vt Cerastes, qui est serpẽs minutissimus, latens sub arena, vel puluere, viatoribus vitæ præsentis, vngulas scilicet operationes quibus gradiuntur ad cœlum, vt retro cadant, quod tam corpus, quàm spiritum interficiat.

Hypocritæ. QVINTI leprosi sunt hypocritæ propter diuersitatem colorum, quia sicut leprosus est discolor, sic hypocrita ostendit exterius se bonum, interius autem nequam est. Ideò Matth. 23. Comparat eos Dominus *sepulchris dealbatis, quæ exterius apparent pretiosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum.*

I SEXTI leprosi sunt gulosi, Quia sicut leprosus impinguatur, sed cauendum sibi

à tali

à tali impinguatione; ita guloſi frequenter impinguant corpus ſuum, ſed de anima ſua nihil curant. Contra quod dicit Bernar. libro meditationum cap. 3. Cur carnem tuam pretioſis rebus impinguas, & adornas, quam poſt paucos dies vermes deuoraturi ſunt in ſepulchro? Animam vero tuam non adornas bonis operibus, quæ Deo & angelis eius eſt præſentanda in cœlis? Quaſi diceret: Potius deberes animam Deo præſentandam exornare, quàm corpus à vermibus deuorandum impinguare. Ideo deberet guloſus ſibi aliquid ieiunio deponere, & corpus ſuum abſtinentia macerare. Quia princeps expertus pluries proditionem inimicorum, non debet eis confidere in æternum, imò ſi videt eos erigi ſtatim deberet eos ſupprimere, & totaliter proſternere impugnationibus hoſtilibus, ꝙ contra ipſum amplius non inſurgant. *VI.* Guloſi.

MORALITER. Iudicium rationis debet eſſe princeps, qui in regno animæ eſt; totaliter debet in ea regnare & regere; ſed habet periculoſum proditorem videlicet corpus proprium, quod ſecum portat, quod non poteſt fugere, ſicut probat B. Auguſtinus libro ſoliloquij. Corpus cum quo habito eſt quaſi leo ſubuerſor in domo mea, me vndiq; peſtifero morſu dilanians. Et Bernard. libro meditationum cap. 14. loquens de carne dicit. Fugere illud non poſſum, nec fugare: circumferre illud neceſſe eſt quoniam alligatum eſt mihi: perimere nõ licet, ſuſtentare cogor. Cum illud impinguo hoſtem meum aduerſum me nutrio & irrito. Hæc ille. Ideo ne animam perdat ad mortem debet ratio velut rex hunc proditorem comprimere per abſtinentiam moderatam, ſicut figuratum eſt Ioſue 8. vbi legitur, quod obtenta Gabaon per Ioſue, quinque reges aggregatis exercitibus ſuis, ſcilicet Amorrhæorum, venerunt deuaſtare eius, ſed Ioſue, contra eos venit, debellando eos perſecutus eſt, & *facta oratione ad Dominum ſtetit ſol, quandiu proſtrauit mangam hoſtium quantitatem,* Deinde grando cœleſtis miſſa, omnes occidit, qui euaſerunt gladium Ioſue. Corpus animæ proditor.

SPIRITVALITER. Per Ioſue rationis iudicium, per quinque Amorrhæorum reges, quinque corporales ſenſus deſignantur. Hi videntes Gabaon, id eſt, carnem rationi ſubiectam, quam & ſuam reputant, congregatis prauorum deſideriorum exercitibus, molliuntur ipſam exterminare, id eſt, extra terminos ſuos ſcilicet, extra obedientiam ſpiritus proijcere, ſed Ioſue congregato exercitu Domini, ſcilicet, ieiunio, abſtinentia, temperantia, &c. Cum his congreditur carnalia deſideria corporis, non eclipſatur diuina gratia, quouſque pugna pœnitentiæ & abſtinentiæ conterat maximam prauorum deſideriorum partem.

K

SEPTIMI leproſi ſunt acedioſi, & recte ſignificantur per leproſos; quia ſicut leproſus grauis eſt & ponderoſus, & tædioſus, aut piger ad laborem; ſic acedioſus peccator ad bene operandum, quod ſignificat Naaman ille Syrus & leproſus, qui tædium habuit ſepties lauandi in Iordane. Sed poſtquam ſerui eius dicebant. *Domine ſi grandem rem præcepiſſet Propheta vtiq, facere debuiſſes,* ex quo animatus lauit ſe ſepties in Iordane, & mundatus eſt. 4. Regum 5. Sic & ſi tu pigriteris benefacere, & tædium habes, audi ſeruos Dei dicentes. Et ſi grandem rem tibi Deus præcepiſſet, certe facere debueras, quanto magis debes mandata Dei, quæ ſunt leuia Matth. 11. *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* *VII.* Acedioſi.

OCTAVI leproſi ſunt Hypocrytæ, de quibus parum dictum eſt ſupra: & benè ſignãtur per leproſos. Quia ſicut lepra apparet lucida, & tñ ſua luce viſum abſcõdit, quia inficit & diſplicet intuenti: ſic hypocriſis apparet quidẽ ſancta coram homi- *VIII.* Hypocritæ.

Digitized by Google

nibus, ſed tamen diuinæ maieſtatis offendit oculos, quia peſſimus eſt, ſecundum illud Senecæ. Tunc eſt peſſimus, cum ſe ſimulat bonum. Ideo hypocritæ debent facere, ſicut Moyſes iuſſa domini Exod. 4. Cum dominus mitteret eum ad Pharaonem pro liberatione populi Hebræorum, pro ſigno vt ei crederetur, dixit. *Mitte manum tuam in ſinum. Et cum hoc feciſſet & manum extraxiſſet apparuit leproſa. Cui dixit iterũ dominus. Retrahe manum, qui retrahens eam in ſinum iterum extendens eam & apparuit ſana.* Sic quando dominus dixit hypocritæ, vt mitteret manum, id eſt, opus ſuum in ſinum ſuum, id eſt in abſconditum, vt claudatur ab inani gloria & abſcondatur ab hypocriſi, vt quicquid facit ne ab hominibus videatur. Si enim opus ſuum tanquam manum coram hominibus propter vanam gloriam extenderit, apparebit lepra, infectum eſt totum negotium vt nullam aliam mercedem accipiat, quia Matth. 6. dicitur. *Receperunt mercedem ſuam.* Sed dominus videns hoc iterum ait illi. Retrahe iam manum leproſam in ſinum, id eſt, abſconde opus bonum coram hominibus, (vera luce & non leproſa, tunc extende manum, non propter gloriam propriam, ſed gloriam & ædificationem aliorum & tunc apparebit ſana & nullius oculum inficiet.

L*IX.* Ingrati.

NONI leproſi ſunt ingrati, & conuenienter ingrati leproſis comparantur. Quia ſicut in leproſis eſt rubor fallax, quia non eſt de ſanguine puro. Ita & ingrati videntur caritate rubeſcere. Nam interdum gratias dicunt Deo vel cantant, quia tamen ab opere malo non ceſſant, ideo gratias non agunt, & robur non eſt ibi veræ caritatis. Ideo ingratus nunquam bene ſanatur ſed ſemper manet leproſus. Et hæc lepra ſignata eſt in illis decem leproſis, de quibus Euangelium dicit. *Nonne decem mundati ſunt, & nouem vbi ſunt? non eſt inuentus qui rediret & daret gloriam Deo*, id eſt, gratias ageret. Ecce lepra ingratitudinis.

Ingratus ſemper manet leproſus.

Si quis quæreret; Vnde fuerit illa cauſa ingratitudinis? *Reſponde: Primò*, quod ipſi ſacerdotes, qui dixerunt ipſis quod ex eis & ex lege ipſorum mundati eſſent, ideo non eſſet neceſſe vt Chriſto gratias agerent. *Secundo*, ipſimet in cauſa fuerunt, quia non debebant ſacerdotibus credere, ſed magis ſibimetipſis. Quia dicit Cato.

Plus aliis de te quam tu tibi credere noli:

Quia mundari erant dum adhuc irent in via. Seducti ergo erant quia ſeducibiles fuerant, ideo non poſſunt excuſari de ingratitudine, quia beatus Auguſtinus quando ſeductus fuit à diabolo, non ſcilicet diabolum, ſed ſe ipſum accuſabat lib. 2. Confeſſionũ. Calcabat me inuiſibilis inimicus & ſeducebat, quia ſeducibilis, id eſt aptus ad ſeducendum eram. Sic & tu quicunq; es homo, non dicas cum Adam Gen. 3. *Mulier decepit me:* nec cum muliere, *Serpens decepit me*, ſed dic & tu iniquitates tuas non alienas, vt iuſtificeris. Noli eſſe ſeducibilis tunc non ſeduceris, ſed ſtude cum Samaritano ſic gratias agere, vt mundatus non recidiues ad peccatum, ſicut illi nouem leproſi ad leproſitatem.

X. Véri pœnitentes.

DECIMI leproſi ſunt veri pœnitentes, quia videtur aliquando homo eſſe leproſus, cum nõ ſit. Sic verus pœnitens, videtur ſibi aliquando ex bona conſcientia quod peccator ſit, cum tamen non eſt. Quia dicit Gregorius: Piarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa non eſt. Et hoc ſignificat iſte Samaritanus, qui mundatus in via adhuc dum ſcilicet ad ſacerdotes iuit, qui habebant diſcernere an eſſet mundatus vel non: ita debet ipſe homo, licet mundatus ſit à lepra peccati, ingemiſcere & grates Deo reddere, ſeq; ad pedes Ieſu cũ Samaritano proſternere, vt tandé ab eo audiat. *Surge* ſcil. perfectè à peccatis, *& vade quia fides tua te ſaluũ fecit.*

DE.

Digitized by Google

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus esset, regressus est cum magna voce magnificans Deum. Luc. 17.

EMPHITEOTA propriè ein Zinßman / tenens agrum alicuius domini, semper tenetur sibi de agro reddere censum statutum tempore suo; si non; potest expelli, & agrum suum alio locare. Idem est de domo conducta, si non soluit censum, vt Etra de locato & conducto. M

MORALITER. Anima nostra est ager, quem tenemus à Deo in feudum, quia Gen. 3. *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Vltra possessionem animæ, recipimus etiam à domino semina verbi Dei & doctrinæ eius, quæ si in agro animæ seminata rigarentur & colerētur bonis operibus nascerentur fructus virtutum pretiosi & cari quibus obtineretur gloria æterna. Et si aliquando anima nostra sit arida per peccatum, sicut conqueritur Dauid in Psalmo 142. *Anima nostra sicut terra sine aqua tibi*, tunc dominus donando aquam gratiarum, eam iterum rigat, vt virtutum germinet semina. Ideo de his omnibus vult dominus habere censum, scilicet, gratiarum actiones, & sui nominis magnificationem. Figura illius habetur Gen. 42. Tempore famis Ioseph terras & possessiones omnes regni Ægypti obligauit, prouidens omnibus de cibo ne morerentur, veruntamē prædictas possessiones relinquebat illis in feudum, tali pacto, vt accepto semine regi redderent quintam partem nascentium.

SPIRITVALITER. Ante tempus Christi fuit fames in terra, tam verbi Dei quàm panis angelorum, scilicet, sui sacramenti & miraculorum. Ideo dixit Amos 8. *Mittam famem in terram, non famem panis sed verbi Dei.* Sed veniens verus Ioseph, scilicet Christus, refecit nos verbo suo salutifero, venerabilique suo sacramento, nec non miraculorum, ita vt anima nostra multiplicem fructum attulit, sed hoc sibi solum retinuit, vt quintam partem, scilicet gratiarum actionem, à nobis recipiat; & hoc animaduertens iste Samaritanus cum recepisset gratiam sanitatis, voluit ei reddere gratiarum actionem, vt dicunt verba allegata. *Vnus autem ex illis*, scilicet decem mundatis. In his verbis principaliter duo tangit Lucas. *Primo* respectum mundationis, ibi; *Vt vidit quia mundatus. Secundo* debitum magnificationis, ibi; *Regressus est cum magna voce.*

Pro quo NOTANDVM: debitor cognoscens debitationem circa debiti solutionem, sollicitus & promptior efficitur ad sua mercimonia iterum largienda. Quia dicit Cassianus lib. 4. Spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit. N

SPIRITVALITER. Omnes nos sumus debitores Dei, sicut Doctor gentium attestatur, Rom. 8. ratione videlicet delicti, ratione beneficij, ratione depositi. Debitores Dei sumus.

PRIMO ratione delicti: omnes enim contra Deum delinquimus, sicut canitur. *Peccauimus tibi & mandatis tuis non obediuimus.* Et potest dici cum Psalmo 50. *Tibi soli peccaui* Domine *& malum coram te feci*, & ideò omnes ei pro offensa obligamur adeo- I. Ratione delicti.

ad emendam. Exemplum. 1. Regum 6. de Philiſtæis. qui arcam Domini iniuſtè detinuerunt, & ideò diuerſimodè fuerunt afflicti. Quæ debetis, reddite pro peccatis, & tunc curabimini. Illud debitum eſt pœnitentia, quam multi malè ſoluunt, & quidam nunquam. Malè ſoluunt, qui ſuá pœnitentiam in ſenectutem differunt. Nunquam ſoluunt, qui ſine pœnitentia & caritate decedunt. Contra quos dicit in præſenti Euangelio. Ite, ſcilicet immediatè? nec ad finem ſpectate, & vos ſacerdotibus oſtendite, ſcilicet faciendo coram eis veſtram pœnitentiam: quia ratione huius debiti, quod eſt pœnitentia pro peccatis, & ipſa peccata debita nuncupantur, Matth. 6. *Et dimitte nobis debita noſtra.*

II. Rationi depoſiti.

SECVNDÒ, ſumus debitores Deo ratione depoſiti. Hæc enim omnia bona, quæ videntur, nobis collata, depoſita ſunt magis: quàm data & reddituri ſumus de omnibus rationem. Luc. 6. *Mittite eum in carcerem donec reddat vniuerſum debitum.*

III. Rationis beneficij.

TERTIÒ, debitores Deo ſumus ratione beneficij. Recepimus enim à Deo bona gratiæ naturæ & fortunæ. Et illorum debitum eſt duplex. *Primum* eſt ipſius ſeruitus. Si enim Dominus temporalis dat vaſallo ſedulo ſeruitium, eodem modo tenemur ſimulatum Deo. Luc. 17. *Cum enim omnia feceritis dicite ſerui inutiles ſumus. Secundum* debitum eſt gratiarum actio. Qui enim ab aliquo aliquid temporale accipit, ad gratiarum actionem ſe conſtringit. Quia dicit Gregorius: Cum creſcunt dona, creſcunt & donorum rationes. Propter quod iſte Samaritanus perpendens dona quæ ſibi Dominus contulit in lepræ curatione, & peccatorum dimiſſione, noluit eſſe ingratus, ſed ad Chriſtum eſt regreſſus, & ipſum mangnificauit.

O

Amor Dei in vos.

Sed nobis pro doctrina eſt ſciendum. Chriſtus pro nobis multa fecit, pro quibus ei quilibet merito gratus exiſtat. Nam victoriam contra diabolum obtinuit, à fauce eius eripuit, & à peccatis nos ſua morte liberauit, & ſic de alijs, quæ cõmemorat B. Auguſtinus in libro meditationum dicens. Domine dilexiſti me plus, quam te, quia mori voluiſti propter me: de exilio reduxiſti me, nomine tuo ſignaſti me: de ſeruitio retraxiſti me, ſanguine tuo redemiſti me, vt memoriale tuum ſemper eſſet apud me, & nunquam recederet à corde meo, quia propter me deſcendere de cruce noluiſti. Et hæc verba poteſt quilibet dicere, & ſemper gratias agere Deo. Figura illius habetur 1. Regum 21. Quia filiæ Hieruſalem venerunt obuiam Dauid redeunti à prælio Philiſtinorum, cantantes in tympanis & choris dixerunt. *Saul percuſſit mille & Dauid decem millia.*

MORALITER. Filiæ Hieruſalem ſunt liberate animæ de manibus Philiſtinorum infernalium, per victoriam paſſionis Chriſti, cognoſcentes in hoc beneficium, deberent illi ire obuiam cantu & ſono, id eſt, fide & opere gratiarum actiones reddentes, & Deum cum iſto Samaritano magnificantes pro decem millibus percuſſorum, id eſt pro liberatione ab iniurijs malis & proſtratione diaboli. Sic beatus Auguſtinus beneficium Dei cognouit, & ipſum magnificauit in libro Soliloquij. Ecce inquit, Domine gratias ago, ne ſim ingratus tibi, liberator meus quoniam liberaſti me.

P

Quadruplices ſe magnificant.

Sed NOTANDVM eſt, quod ſunt quadruplices homines, non Deum, ſed ſemetipſos magnificantes in hac vita; vt iactatores pompoſi, ſimulatores doloſi, perquiſitores pecunioſi, & peccatores monſtruoſi, vt dicit Holkot ſuper librum Sapientiæ lectione 18.

Primi

Primò, qui se magnificãt sunt iactatores pomposi; & hi sunt qui sibi attribuunt gratias quas non habent & nimis extollunt. Hi sunt qui sibi cõmendatores conducunt, vt de eis talia diuulgent; qualia in ore proprio credibilia fortè non essent. Hi sunt qui testimonio spreto conscientiæ propriæ, viuunt inaniter, confidentes de sua extollentia laudis alienæ. Iactantia autem non est vitium laudis humanæ, sicut dicit Augustinus. 13. de ciuitate Dei cap. 8. Sed est vitium animæ peruersæ amantis humanam laudem, spreto testimonio conscientiæ. Tales sunt nonnulli armigeri, qui strenua facta de ipsis confingunt, & attribuunt sibi ipsis, quæ ab alijs gesta fuerant. Tales sunt etiam nonnulli pseudoapostoli, qui scilicet sibi arrogant, & attribuunt labores eorum, scilicet quæstiones, tractatus, compilationes studiorum quos vix intelligunt, in quibus nihil habent proprium, nisi quod peius recitant talia, quàm fuerunt ab auctoribus compilata. Talis fuit ille Fidentinus, quem deridet Martialis Epigrammat. lib. 1. dicens quia ipse Fidentinus libros, quos ipse Martialis edidit, dum recentes erant surripuit, & discipulis suis legit, & cum eos perfectè non intellexit reprehendens eum super hoc Martialis scripsit ei dicens:

Quem recitas, meus est, ô Fidentine libellus,
Sed malè cum recitas incipit esse tuus.

I. Iactatores pomposi.

Dicunt enim naturales. Inter illud, quod maioratur per rarefactionem, & illud quod minoratur per augmentationem, differentia est. Quia illud quod in raro acquirit maiorem quantitatem, occupat maiorem locum quàm prius, & tamen non plus est de substantia in raro, quàm prius fuit indenso, sicut patet. 4. Physic. cap. de vacuo. Sed illud quod realiter augmentatur, crescit, tam in substantia; quàm in quantitate; vnde & maiorem locum, & etiam habet plus de substantia, quàm prius, vt patet 2. de anima, & 1. de generatione.

Isto modo MORALITER de istis ampullosis scholaribus, qui per scholas commendationes laicorum non nomen clericorum sibi quærunt: vnde acquirunt statum & locum maiorem, per mendosas iactantias, licet indignè. De perfectione enim scientiæ non plus habent, quàm ante, vel priùs. Aliud autem est de addiscentibus soli Deo, & de his qui iactantiæ vitium perhorrescunt. Hi enim sicut crescunt in honore & status sublimatione, ita etiam crescunt in valore & scientiæ augmentatione. Tales enim iactatores magnificant semetipsos. Hi sunt, qui magis amant vocari, quàm esse. Appetunt fastigium & non recipiunt fundamentum de quibus Matth. 23. *Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias.*

De istis etiam qui magnificant nomen suum dicit Gregorius. 21. moralium cap. 25. Omnes, qui in cogitatione terrena huic mundo, conformantur per omne, quod agunt in hoc mundo, relinquere sui nominis memoriam volunt & conantur. Alij bellorum titulis, alij ædificiorum membris. Alij disertis doctrinarum secularium libris instanter laborant, sibique nomen memoriæ ædificant. Hæc ille. Sed quod fatuè faciunt, ostendit paulò post, dicens. Quantumlibet tamen quisque pro facienda gloria sui nominis laborat, memoriam suam quasi cinerem ponit, quia hunc citius mortalitatis ventus rapit. Hæc Gregorius.

Rationes cur famæ gloria non sit quærenda.

Contra tales, qui quærunt famæ gloriam & celebritatem nominis, arguit Boëtius de consolatione libro 2. prosa. 7. declarans famæ vanitatem per quinque rationes.

PRIMO

PRIMO, ex terreni ſpatij paruitate. Terra enim non habet niſi rationem vnius puncti, reſpectu cœli, ſicut Ptolom. & Alpharabius de differentijs aſtrorum, differentia tertia ponunt. Sed de ſuperficie terræ tantum quarta pars eſt habitabilis nec illa tota. Tum propter partes propinquas æquinoctiali ab vna parte, vbi eſt nimius calor: Tum propter partes propinquas polo Artico, ex parte Boreali. Quid ergo magnum eſt dato etiam, quod homo per totum mundum, qui non eſt pars puncti, poſſet nomen ſuum diuulgare, quia dicitur Iob. 21. *Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.*

II. SECVNDO, ſic probat. Impoſſibile eſt nomen ſuum diuulgare per totum mundum, & hoc propter difficultatem itineris, & defectum communicationis & conuictus: quia non omnes homines ſibi eadem corporalia communicant.

III. TERTIO, dato quod poſſent ad gloriam incedere vbique, quia, quod vna gens approbat alia deridet & damnat.

IV. QVARTO, quia homines moriuntur, & memoria hominis peribit. Vnde quis habet memoriam fidelis Fabricij vel Catonis? Iacent nomina eorum in paucis literis, nec tamen nos qui legimus literas, per literas habemus notitiam perſonarum.

V. QVINTO, ſic, ille qui intendit ſic viuere, in nomine ſuo, in memoria hominum facit ſibi duas mortes, vnam corporis & aliam ſui nominis, quia neceſſario à memorijs hominum cadat.

Ad illud ponit idem Boëtius duas rationes lib. 2. proſa. 6. *Prima*, illud quod falſa opinione confertur, non debet eſſe de iure magni ponderis apud hominẽ. Sed plures nomen falſi vulgi opinionis obtinuerunt. *Secundo*, id quod falſo iudicio datur nõ perſeuerat diu, non debet eſſe magni ponderis apud animũ virtuoſi, ſed fauor popularis nunq̃ prouenit ſecundum verũ iudiciũ vel ſi perueniat ſecundũ verũ iudicium nõ diu durat, quia populus nunquam perſeuerabit diu in vero, ſed quod iſti placet alteri diſplicet: igitur fauor populi non debet hominẽ multũ mouere. Patet ergo vanitas eorũ, qui nomen ſuum pomposè magnificant ad oſtentationem. De talibus legitur. Gen. 11. de filijs Noe poſt diluuium qui dixerunt. *Celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras, & cœperunt ædificare turrim cuius cacumen attingeres cœlum.* Et quid accidit. Certè volebant ſibi facere nomen honoris, & fecerunt ſibi nomen confuſionis. Et idcirco vocatum eſt nomen eius Babel, id eſt. confuſio. De talibus etiam habetur exemplum. 1. Machabeorum 2 1. quod Ioſeph & Zacharias Principes Iudęorum dixerunt. *Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare contra gentes.* Et ſequitur. *Ceciderunt in die illa ad duo millia virorum.* Ideo de illis orat Pſalm. 11. *Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa & linguam magniloquam. Qui dixerunt: Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra, &c.* Et iterum Pſalm. 9. *Non apponat magnificare ſe homo ſuper terram.*

R II. Simulatores doloſi & adulatores. Adulatio ſpeculum ſuperbiæ.

SECVNDO, magnificant ſe ſimulatores doloſi, cuiuſmodi ſunt adulatores. Iſti directè magnificant alios, & ex conſequenti magnificant ſeipſos. Nam per hoc, quod alijs adulantes eos magnificant, ab eis ècontrario magnificari ſperant. Iactatores & adulatores ſemper ſunt boni amici. Eſt enim adulatio quaſi ſpeculum ſuperbiæ. Senes quorum oculi incipiunt caligari, habent quoddam inſtrumentum, quod tenent inter oculum & literam quam volunt legere. & ſtatim litera, quæ in ſe eſt valde gracilis appareret groſſa, propter denſitatem lapidis transparentis, qui eſt in illo inſtrumento, per cuius medium tranſit litera ad oculum. Isto modo contingit aliquando

Digitized by Google

liquando, quod homo pāruus eſt & humilis in oculis proprijs, ſatis parum reputans de ſeipſo. Sed ſi accedit vn⁹ adulator, & attribuit ei gratias & virtutes mirabiles, quarum forſitan nullam habet, vel ſi forte aliquantulum illam extendit, & mendaciter ampliabit ſe nobilem virum. Seneca dicit epiſtola 2. Incredibile eſt quàm magnos viros dulcedo orationis abducat.

Adulatorū deſcriptio.

De his ſimulatoribus doloſis loquitur Alanus de planctu naturæ. Adulatores à voluntate vultum, ab animo verbum, à mente linguam, ab intellectu loquelam, amplo defenſionis interuallo diſſimulant. Plerunq; forinſeca dealbatione laudis arridēt, quos interna mentis ſubſannatione, plerosq; etiam exterius plauſibus applaudendo collaudant, quos interius contradictoria deriſione defraudant: foris quidem vultu applaudunt virgineo, intus verò ſcorpionis pungunt aculeo. Foris adulationis mellicos compluunt imbres, intus autem detractionis euomunt tempeſtates. Hæc ille. Contra iſtos magnificatores dicit Sapiens Eccli. 10. *Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei eſt. Noli deſpicere hominem iuſtum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem ditem.*

S III. Pecuniarum corraſores.

TERTIO verò ſe vitioſè magnificant perquiſitores pecunioſi, qui videlicet dilatant horrea, pecora, armenta & familiam multiplicant, & ſuperuacuas habitationes ædificant. Sic magnificatus fuit Nabal in monte Carmeli, de quo primo Regum 25. *Homo ille magnus nimis durus, peſſimus & malitioſus erat.* Talis etiam fuit aliquando Salomon, qui dicebat. *Magnificaui opera mea. Ædificaui mihi domos, plantaui vineas, feci hortos & pomeria & conſerui ea cunctis generibus arborum.* Eccleſ. 2. De iſta magnificatione excuſauit ſe Dauid in Pſalmo 151. *Neq;*, inquit, *ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus, &c.*

IV. Peccatores monſtroſi.

QVARTO, ſe malitioſè magnificant monſtroſi peccatores. Naturaliter enim quando in aliquo indiuiduo multæ ſpecies concurrunt, monſtrum dicitur in natura, vt ſi vnum indiuiduum eſſet ex parte porcus, & ex parte bos, monſtrum merito diceretur. Et quanto ſpecies illæ magis diſtarent ſecundum perfectionem naturæ, tanto magis eorum vnio mirabilis appareret. Vnde turpius monſtrum eſſet compoſitum ex homine & boue, quàm compoſitum ex aſino & boue.

Recte MORALITER peccatores dicuntur multipliciter monſtroſi, vel exceſſiua magnitudine vnius peccati, vel ab aggrauatione magnorum & grauium peccatorum, ſecundum ſpeciem diſtinctorum, imo quaſi contrariorum. Sunt enim quædam vitia, quæ quamuis non ſunt contraria propriè, veruntamen agunt, vt communiter ad diminutionem alterius; ſicut ſuperbia & luxuria non ſunt eiuſdem generis, tamen naturaliter luxuria habet ex ſua fœditate corrumpere ſuperbiam. Vnde perſonæ multum datæ lubricitati, inueniuntur quaſi ſociales, & non multum ſuperbæ. Similiter ſuperbia corrumpit luxuriam ex ſui nobilitate. Sunt enim nonnulli, ex indignatione ſuperbiæ fœditatem luxuriæ deteſtantes. Si ergo aliquis inueniatur, qui ex vna parte eſt lubriciſſimus, & ex alia parte ſuperbiſſimus, talis debet monſtrum reputari, vtpote, qui eſt homo per naturam, dæmon per ſuperbiam, & taurus per luxuriam. Narratur 6. Æneidos Virgilij de Minotauro filio Paſiphaes vxoris Minois, quem ipſa concepit de tauro, in bello marito morante. Iſti Minotaurus fuit ſemibos & ſemiuir, vnde propter verecundiam ſui generis excogitauit

Luxurioſus ſimul & ſuperbus, eſt monſtrum.

Digitized by Google

Dædalus labyrinthum in quo Minotaurus vitam finiuit, vt patuit parte prima ſermone AA. Y. Talia etiam monſtra modernis temporis acciderunt.

Eodem modo etiam MORALITER peccator occiditur, & vita æterna priuatur, & in labyrintho perpetuo conſeruabitur, de quo Pſalm. 48. *Laborabit in æternum & viuet ad huc in finem.* De tali turpiter magnificato dicit Dominus per Iſaiam 10. *Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur.* Aſſur interpretatur arguens, ſiue conuincens: & talis arguitur & conuincitur à ſeipſo Ierem. 2. *Arguet te malitia tua & auerſio tua increpabit te.* Hi ſunt quatuor genera hominum ſeipſos magnificantes, nec Deo gratias agentes, nec ipſum magnificantes, quos non debemus imitari cariſſimi, ſed hunc alienigenam aduertamus, & cum ipſo Chriſtum magnificemus. Iuxta illud Lucæ 1. *Magnificat anima mea Dominum*, vt cum eo mereamur audire. *Fides tua te ſaluum fecit, vade in pace*, videlicet hic in gratia, & in futuro in gloria æterna. Ad quam nos perducat Ieſus Chriſtus, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Dum iret Ieſus in Hieruſalem tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. Luc. vbi ſuprà.

A

Fructus oliuæ.

DICVNT naturales, quod inter alias arbores terræ oliua dicitur eſſe fœcundior, & ſemper retinet humorem, & ſemper in ipſa folia, vel fructus inueniuntur. Et licet fructus oliuæ ſit guſtui amarus, tamen reductus ad oleum, eſt vtilis & ſuauis; conditor ex eo cibus, vngitur caput, & nutritur ex eo lumen.

SPIRITVALITER. Per oliuam ſubaudi diuinam gratiam, ſiue miſericordiam, per quam cœlum repertum eſt ſaluandis. Quia *non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit*, ad Titum 3. Nam & ipſa miſericordia de ſe dicit in Pſalm. 51. Ego quaſi oliua fructificaui in domo Dei. Nullus vnquam cœlum intraſſet, niſi miſericordia ipſum induxiſſet. Vnde ſicut oliua hyematur, & æſtiuali tempore ſuum præbet vigorem, ſic peccatoribus diuina miſericordia & iuſtis ſuum exhibet vigorem, de quo Pſalm. 35. *Homines*, id eſt, iuſtos *& iumenta ſaluabis Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus*: vbi per *iumenta* intelliguntur peccatores. Et ſicut fructus oliuæ eſt amarus guſtui, ſic miſericordia exigit in peccatoribus amaritudinem pœnitentiæ & confeſſionis. De hoc dicit Canon de pœnitentia diſtin. 1. §. Serpens. Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus hominum ſubuenit, vt non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ repararetur æternæ, vt qui regenerationis dona violaſſet proprio ſe iudicio damnantes ad remiſſionem criminum peruenirent. *Et poſt pauca.* Mediator, inquit, Dei & hominum Ieſus Chriſtus hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, & confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent, & eadem ſalubri ſatisfa-

Digitized by Google

tisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum pia reconciliationis miſericordia admitterent. Sed licet dictum eſt, miſericordia exigit in peccatoribus amaritudinem pœnitentiæ, nihilominus tamen talis amaritudo vertitur in dulcorem, quia ex ipſa conditur omnis virtus. Niſi enim miſericordia acceptaret opera noſtra, & ſuo ſapore, aut pinguedine grata Deo redderet, quicquid facere poſſemus, eſſet inſipidum. Vngitur ex eo caput noſtrum, id eſt Chriſtus, qui eſt caput Eccleſiæ, vt miteſcat, vt cum iratus fuerit miſericordiæ recordabitur. Et hanc miſericordiam oſtendit in his decem leproſis, quos per ſuam miſericordiam à lepra mundauit, & ad Sacerdotes miſit dicens. *Ite oſtendite vos Sacerdotibus*, accipiendo pœnitentiam, vt ſic miſericordia etiam pœnitentiam exigeret. Et de hoc dicit Euangelium hodiernum. In quo quidem Euangeliſta tria ponit. Infirmitatis narrationem, ibi; *Decem viri leproſi ſteterunt.* Sanitatis petitionem, ibi; *Miſerere noſtri IESV.* Beneficij recognitionem ibi; *Vnus autem ex illis.* Amara pœnitentia cõditur virtus.

Circa quod ſciendum, dicit Macrobius, quod ſol eſt medius inter planetas, affectus eorum concilians, & etiam contraria elementa, quia ad perficiendam cœleſtem harmoniam, hoc facit ſol in ſuo circulo, quod facit chorda in muſico inſtrumento. B

SPIRITVALITER. Per ſolem intellige Chriſtum, propter hoc quod ſol eſt fons luminis, & cauſa caloris & vitæ corporalis in iſtis inferioribus. Iuxta illud ſecundo Phyſicorum. Homo generat hominem & ſol, ita Chriſtus eſt cauſa hominis, id eſt, notitiæ ſpiritualis; & cauſa caloris, id eſt, dilectionis; & cauſa vitæ id eſt gratiæ in omnibus creaturis. Vnde ſicut ſol radios vndiq; proijcit, ſupra pulchra & ſupra fœdita, ita Chriſtus radios bonitatis ſuæ extendit non ſolum ad bonos, ſed etiam ad malos, eos ad pœnitentiam alliciendo, temporalia largiendo, & pœnam debitam differendo. Iuxta illud Matthæi quinto. *Solem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos.* Et hoc patet de hodiernis leproſis quos radio ſuæ bonitatis clementer aſpexit, eosque ad pœnitentiam allexit, cum dixit. *Ite oſtendite vos ſacerdotibus.* Quando autem ita eſt quod ſol proijcit radios ſuos ſuper niuem aut glaciem, & non liquieſcit, ſignum eſt quod aliquis planeta frigidus impedit radios ſolis, & eius effectum.

Ita MORALITER. Quando Chriſtus proijcit radios ſuæ clementiæ ſuper cor peccatoris congelatum, ſic quod faciat eum cogitare de beneficijs Chriſti, & ſuæ incarnationis noſtræ redemptionis & peccatorum remiſſionis. Si tunc non liqueſcit cor illud per deuotionem, ſignum eſt quod frigidus planeta, videlicet diabolus, per malitiam infrigidauit: Ierem. 6. *Sicut frigidam facit ciſterna ſuam aquam, ſic frigidam facit malitia animam ſuam.* Sic etiam ad literam ſol iuſtitiæ Chriſtus extendit radios miſericordiæ ſuper illos decem leproſus, ſed nouem ex eis non ſunt liquefacti in gratiarum actione, & Chriſti magnificatione, quemadmodum decimus, videlicet Samaritanus, liquefactus fuit, & ſignum fuit, quod aliqui planetæ frigidi impediuerunt illud. Iſti planetæ fuerunt legis ſacerdotes, qui hos nouẽ impediuerunt, ne ad Chriſtum redirẽt, & gratias ei agerent, dicentes, quod mundationem ſuam ex lege habuiſſent, propter quod dixit dominus. *Nonne decem mundati ſunt*, quaſi diceret, vtiq; *& nouẽ vbi ſunt non eſt inuentus qui rediret, &c.* Ecce q; Chriſtus ſoli cõparatur, modo ſicut ſol eſt medius inter planetas, effectus eorũ cõcilians. Sic ad literã, Chriſtus fuit medius inter Samaritanos & Iudæos, in quib. eſt diſcordia, vt eos ad fidei Chriſtus ſicut ſol inter medios planetas.

Catholicæ perduceret vnitatem, & eos conciliaret. Et vult Euangelista quod cum IESVS in Hierusalem transibat, per mediam Samariam & Galilæam, in hoc habuit se sicut lapis angularis qui duos parietes simul combinat & connectit, propter quod *ipse est pax nostra qui vtraque fecit vnum.* Ephes. 2. tunc ponit infirmitatis narrationem, dicens. *Et cum ingrederetur castellum occurrerunt ei decem viri leprosi*, ecce infirmitas fuit lepra.

C
Lepra cui designet peccatum mortale.

Sed MORALITER est notandum, per lepram intelligitur peccatum mortale, propter duo. PRIMO propter peccati generationem, quia sicut lepra generat lepram, & omnis homo abhorret lepram, quod inter alia est maxima pœna leprosis, eo quod omnis sanus illos nimis abhorret, propter quod scilicet leprosus vellet omnes esse tales. Modo sicut lepra generat aliam, sic vnum peccatum generat aliud, quod probatur. Sicut superbia quæ vult omnes alios præcellere, dolet si ei aliquis æquatur, & sic ex ea generatur inuidia. Inuidia vero quia de facili irascitur ei cui inuidet iam ex ea ira generatur. Ira vero, cum se non potest vindicare, tristatur, quare nascitur ex ea acedia. Acedia vero, quærens consolationem temporalem generat auaritiam. Auaritia vero, quia temporalibus abundat, potest magis exercere gulam. Gula verò propter ventris repletionem, de facili spumat in libidinem, & sic luxuria generatur.

Generatio vitiorum.

Lepra est, verbum Dei reijcere.

SECVNDO peccatum mortale significatur per lepram propter verbi Dei reiectionem, quia sicut per infusionem aquæ super cutem leprosi, statim reijcitur & labitur aqua. Habet enim quodammodo corruptam pinguedinem inter cutem & carnem quia superficies cutis totaliter redditur vnctuosa, ita quod aqua super cutem fusa statim inde reijcitur & labitur, & cuti nequaquam adhæret. Sic in proposito contingit animæ peccato mortali subditæ, cum enim super illam infunditur prædicationis aqua, tota inde labitur, nihil remanet, ibi, quia corruptus affectus animam occupat, vt nullum locum inueniat ibi sermo Dei quia dicitur Sapientiæ 1. *In malevolam animam*, id est animam cui placet peccatum, *non introibit sapientia*, scilicet verbi Dei, *nec inhabitabit in corde subdito peccatis*, id est in homine subdito carnalibus vitijs, quæ causant hebetudinem mentis, nam vita talium est brutalis. 1. Ethicorum. *Nam animalis homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt.* 1. Corinth. 2. Si ergo volumus quod sapientia Dei regnet in nobis, non regnet in nobis peccatum. Sic ergo patet quod per lepram peccatum designatur. Sed NOTANDVM quod quatuor sunt lepræ principales.

Quatuor lepræ.

D
1.
2.
3.
4.

PRIMA prouenit ex corruptione sanguinis, & dicitur elephantina, ab elephante magno animali, quod crura habet inflexibilia. SECVNDA vero prouenit ex corruptione phlegmatis, & vocatur Tyria à tyro serpente venenoso, & valde nociuo, & est valde nociua. TERTIA prouenit ex corruptione melancholiæ & dicitur vulpina, ab animali illo melancholico & astutissimo. QVARTA dicitur prouenire ex corruptione choleræ, & vocatur leonina ab illo animali fortissimo: & ista, postquam corpus occupauerit, vix aut nunquam sanatur.

Peccata principalia animæ.

I
Superbia.

Sic MORALITER. Quatuor sunt peccata principalia animam leprosam efficientia. PRIMVM est superbia, & significatur per primam lepram, quæ dicitur elephantina, quia superbia prouenit ex sanguine corrupto, videl. quando quis gloriatur in sui sanguinis nobilitate, inaniter superbiens; cum tamen omnes pariter putredo & vermes sumus, ideo non est superbiendum de sanguinis nobilitate, vt sufficiencer

enter de hoc posui in opusculo de Sanctis, de sancta videlicet Hedvvige, sermone. 2. quia etiam canitur de sancta Elisabeth. *Generosi sanguinis parui pendit titulum*. Comparatur etiam superbia Elephanti, crura habenti inflexibilia, & rectè significare superbiam diaboli, quia à cœlo exclusus est propter illam, in inflexibili perseuerans obstinatione vnde Hugo lib. 1. de anima. Superbia inquit, in cœlo nata est velut immemor, per quam viam inde cecidit illuc postea redire omnino non potuit.

II. Inuidia.

SECVNDVM peccatum est inuidia, significatur per lepram, quæ dicitur Tyria. Quia sicut illa incipit corrodere ad membra exteriora procedens, sic inuidia est primum sui auctoris corrosiua. Nam primo cruciat Dominum suum corde & mente, quia hanc punitionem iustus Deus iustè intulit inuidioso, vt prius in seipso permaneat cruciatus. Vnde Seneca in libro de moribus: Vtinam inuidi oculos in omnibus ciuitatibus haberent, vt de omnibus facultatibus torquerentur. Nam quanta felicium sunt gaudia, tanti sunt gemitus inuidorum. Et hæc est Tyrij similitudo & inuidi: nam serpens ille malitiosus, & quot habet maculas exterius, tot habet dolores interius. Quia inuidus quod videt bona exteriora, tot interius patitur tormenta.

III. Auaritia.

TERTIVM peccatum vocatur auaritia, & assimilatur tertiæ lepræ, quæ vocatur vulpina, quæ ex corruptione melancholiæ causatur, in qua terra præ cæteris dominatur. Quia sicut vulpes multiplices habent dolositates & fraudes, ita auarus astutia & fraudibus plenus est. Nam vulpes rarò à canibus capi potest. Tanta est enim eius sagacitas; vt cum capta videatur, & à canibus præuenta reuoluit se per arbusta & dirupta, canes decipiens. Ita venatores fodiunt foueas & tunc cum vulpes putat securè incedere, subito in foueam cadit & capitur.

Per canes intelligendi Prædicatores

MORALITER. Canes in sacra scriptura aliquando Prædicatores significant, vt Lucæ 16. *Canes veniebant & lingebant vlcera eius*, id est, Prædicatores sanabant vlcerositatem peccatorum gentilis populi. Quia sicut lingua canis est medicinalis, & latratus eius fures expellit: Sic Prædicator lingendo vulnera peccatorum per prædicationem, sanat illa & fugat fures & latrones. quia minando pœnas gehennæ peccatoribus, pellit ab eis dæmones & eorum tentationes. Igitur canes isti insequuntur vulpem cupidum & auarum, vt reducant eum ad pœnitentiam, & capere eum non valent, quia cum videtur aliquando pœnitere, tactus aliquali infirmitate, statim de eorum faucibus fugit, recepta sanitate aut recuperata. Sed venatores dæmones hoc videntes obseruant, vt cadat in foueam, aut sepulchrum, cum credit se securiorem esse ipse auarus, & sic occiditur: nec potest ab hac vlla astutia liberari, nec prosunt illi diuitiæ quicquam. Sic contigit illi diuiti de quo Lucæ. 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno*.

Dæmones venatores.

IV. Ira, lepra leonina.

QVARTVM peccatum est ira, & significatur per quartam lepram, quæ dicitur leonina: Quia sicut illa prouenit ex corruptione choleræ, quæ si non excedit, non obest: Sic ira ex corruptione tunc procedit, quando relicta correctione fraterna, non ad correctionem vitiorum, sed ad correctionem personarum anhelat. Contra quod dicitur. 86. cap. Odio. Odio habeantur peccata non homines corripiantur timidi; tolerentur infirmi; & quod seuerius castigari, necesse est, non seuiétis plectatur animo, sed medentis. Hęc sunt quatuor peccata significata per quatuor lepras iam dictas, quæ omnia curantur pœnitentia. Figura Huius habetur in

Figura leprosi. Leuitico, cap. 19. vbi leprosus mundatus radebat caput, supercilia & barbam. Deinde lotis vestibus eius introducebatur in castra, vt offerret sacrificium. Sic peccator si vult sanari, debet radere caput, id est, superbiam deponere, quæ significatur per caput; vel debet deponere hæc peccata mortalia, per confessionem oris, cordis, & operis, & debet lauare lacrymis conscientiam suam. Vltimo debet offerre sacrificium satisfactionis; & si hoc peccator agit, sanitatem integram consequitur, quia dicit Augustinus lib. de pœnitentia. Pœnitentia languore sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat. Et hoc ad primum.

Radere caput, quid?

Quantum ad SECVNDVM, ponit Euangelista sanitatis petitionem, ibi; *Qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem dicentes, IESV Præceptor miserere nostri.* Pro quo

F

NOTANDVM. Quilibet bonus Citharista præparat & moderat citharam suam, priusquam citharizat coram magno Domino, & tunc intrat ad pulsandum. Turpem enim melodiam faceret & deformem, nisi prius Cithara esse moderata.

Præparatio deuoti cordis. MORALITER. Per Citharam significatur deuotum cor, iuxta illud Psalm. 32. *Confitemini Domino in Cithara*, id est, in recto & bono corde. De illo quidem procedit dulcis melodia, dum est bene præparatum & moderatū, vt dicat Dominus, Can. 2. *Sonat vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Sed interdum contingit, quod disturbatur per peccatum, ita, vt malum sonum faciat orationis coram Domino. Idcirco quilibet homo, qui significatur hic per Citharistam, debet præparare cor suum & mundare, qui vult coram Domino cœlorum suauiter orando citharizare, sed tunc cor suum pro posse præparat cum à peccatis mortalibus cessat. Et hoc innuitur in præsenti Euangelio, cum dicitur de his decem leprosis, qui steterunt. Per quod MORALITER significatur, quod ille qui vult salutem animæ suæ impetrare orationibus, debet à peccatis cessare. Quia *scimus, quod Deus peccatores* in

Requisita ad salutem. quantum peccatores *non exaudit.* Ioan. 9.

Est ergo PRIMVM, quod requiritur ad salutis impetrationem, à peccatis cessatio, & tangitur, ibi; *steterunt.* Nam peccator debet stare, id est, à peccatis cessare. Ideò

G

I

Cessare à peccatis. Dominus dixit Paralytico. *Noli peccare.* Ioan. 5. Et cap. 9. dixit adulteræ. *Vade, & iam noli peccare*, scilicet vt possim te saluare. Persona enim consueta bona societate, & fideli, dum transit per loca periculosa, nunquam debet se elongare a sociis: latent enim interdum latrunculi in nemoribus, qui nequaquam inuadere audēt multos simul, sed si solum à societate distantem reperiunt, illum capiunt, exspoliant & aliquando occidunt.

Bona societas, quid? MORALITER. Bona societas est fidelium congregatio à quibus non debet homo separari per recidiuum peccati, quia dæmones latent in itinere mundi. Quia secundum Gregorium in homilia, quasi latrunculi iter nostrum obsident, & si videant quempiam à societate Christi & suorum fidelium, per peccatum separatum, spoliant ipsum omnibus bonis spiritualibus. Et hoc figuratum est. Genes. 31. Quod Iacob cum Lia, & eius familia fugiebat de Mesopotamia, fugiens à consortio Laban, qui volebat eius familiam captam detinere. Cumq; Iacob transiret in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, Dina filia Liæ relictis parentibus & fratribus, sola descendit, vt videret mulieres regionis, vt sibi emeret iocalia more puellarum, & capta à Sichem rege, violata est ab eo, & passa stuprum omni tempore confusa fuit.

Gen. 33. & 34.

SPIRI-

SPIRITVALITER. Iacob interpretatur ſupplantator, & ſignificat Chriſtum, qui in humanitate omnia vitia ſupplantauit, quia peccatum non fecit Iſaiæ. 53. Sed Lia interpretatur laborioſa, & ſignificat Eccleſiam Chriſti fidelium, quæ ſemper eſt labore bono pro vita æterna acquirenda. Per Dinam autem intellige animam, quam verus Iacob Chriſtus ducit de Meſopotamia, quæ interpretatur eleuatio cuiuſdam vocationis, & ſignificat mundum, videlicet, vt mundum ſpernat, & eius peccata & vt ſequatur ipſum in terram natiuitatis, id eſt, ad cœlum. Si autem illa reliquerit Chriſtum & congregationem fidelium, & vadit videre iocalia, id eſt, delectationes peccatorum, rapitur à Sichem, qui eſt ebrius, & ſignificat diabolũ, qui eſt violator: quia pudicitiam quam Chriſtum ſequendo acquiſierat, diabolus conculcat, & remanet abiecta & exſpoliata gratijs, & vulnerata peccatis. Et hoc tangit dictum Auguſtini in libro ſoliloquij, qui loquitur de dæmonibus. Ipſi Domine obſeruauerunt me, & videntes me ſine te, deſpexerunt: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, quibus ornaueras me, fœcibus peccatorum polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt me deſolatum. Quapropter debet quilibet homo ſtare, nec in peccata recidiuare. Quia qui ſemper recidiuat, & nunquam à peccatis ceſſat, blaſphemiam in Spiritum ſanctum committit, quam *neq, hic, neq, in futuro ſeculo Dominus remittendam aſſeruit*, vt dicit Auguſtinus, de pœnitentia diſt. 1. §. Poteſt. Iacob ſupplantator, Chriſtum deſignat.

SECVNDVM, quod requiritur ad ſalutis impetrationem, eſt peccati vilitatis conſideratio; quia ſteterunt à longè, quaſi verecundantes de immunditia. Sic peccator debet conſiderare ſuorum peccatorum vilitatem, quæ immunda ſunt ſuper omnem immunditiam corporalem. Nam immunditia corporalis tantum fœtet eis, qui propè ſunt. Immunditia autem ſpiritualis peccatorum, non tantum fœtet ad angelos Dei, qui ſunt circa nos, ſed etiam vſque ad altiſſimum Dei conſpectum. Ideò dicit Hugo in libro de bono conſcientiæ. Tolerabilior eſt canis putridus fœtens hominibus, quàm anima peccatoris Deo. Ideò propter erubeſcentiam debet homo à longe ſtare, quia ſecundum Auguſtinum de pœnitentia diſt. 1. § Quem pœnitet. Erubeſcentia eſt magna pœna qui erubeſcit peccato, dignus eſt venia. II. Conſiderare vilitatẽ peccati.

TERTIVM eſt humilis deuotio, quia eleuauerunt vocem in altum videlicet per deuotionem. Sic peccator clamare debet ad Deum cum deuotione, quia deuotio eſt clamor magnus in auribus Dei, ita quod ad cœlum protenditur. Vnde Exodi 14. dictum eſt Moyſi: *Quid clamas ad me?* Qui non clamauit ore, ſed cordis deuotione. Et hoc exponit Auguſtinus: Clamat, inquit, qui mundi vanitates ſpernit. Clamat ad proximum, qui ſua dat & diſpergit pauperibus pro Chriſto, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Clamat ad Chriſtum, qui dicit non tantum lingua, ſed vita. *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* III. Humilis deuotio. Gal. 6.

QVARTVM eſt vocalis oratio, quia vocem leuauerunt, videlicet per apertam orationem. Sic peccator leproſus debet ad Deum clamare, vt mundus fiat dicendo cum Pſalm. 50. *Cor mundum crea in me Deus, &c.* quia pura oratio eſt peccatorum purgatio, vt dicit Canon. 1. quæſt. 1. c. Dicit. IV. Vocalis oratio.

QVINTVM eſt, diuinæ miſericordiæ imploratio, quia dixerunt. IESV *Præceptor miſerere noſtri.* Et iſta oratio fuit ſpiritualis, & non temporalis, vt videlicet peccator potius ſpiritualia, quã tẽporalia petat, & ſi petat temporalia, vt cũ moderamine fiat, vt dicit Auguſt. Quando à Deo petitis temporalia, cum modo petite, & cũ timore, illi quem petitis committite, vt ſi ſcit prodeſſe det, & ſi ſcit obeſſe non det. V. Imploratio diuinæ miſericordiæ.

SEX-

VI. Oris confessio.

SEXTVM est oris confessio, quia dixit Dominus. Ite ostendite vos Sacerdotibus. Super quo dicit Augustinus de pœnitentia distinct. 1. §. Quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lacrymis ostendat, repræsentet vitam suam per Sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionem. Præcepit Dominus mundandis, vt ostenderent se Sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda peccata. Hæc ille. Vbi NOTA, quod sine confessione non potest homo ad consortium sanctorum peruenire, quia indecens est & vituperosum, vbi omnia sunt munda illuc cum sordibus appropinquare. Nam talis, vt fœdator munditiæ, cum rubore est à consortio aliorum excludendus.

SPIRITVALITER. In curia cœlestis regis omnes sunt mundi. Nullus enim cum sordibus ibi appropinquare audet, seu morari. Fœdaret enim loca purissima; & mansiones amœnas quas sancti in pulchritudine inhabitant. De quibus Numeri. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob.* Inde est, quod statim excluditur & expellitur cum rubore. Dicit enim Dominus per Isaiam cap. 65. *Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es.* Ideò primo debemus mundari ab omni sorde, si cupimus in atrium gloriæ introire. Figura Leuit. 5. Numer. 9. vbi præcepit Dominus purificationem immundorum fieri in hunc modum. Qui enim tangebat rem immundam, aut mortiferum quid, vt iumenta, vel hominem, aut feram occisam, immundus erat. Ideò indigebat purificatione, & fiebat isto modo, quia offerebatur Sacerdoti agnus sine macula, duo pulli turturum, aut columbarum, & similа purissima, de qua panis fiebat, de quo solus Sacerdos, pro illo die tantum, edebat: reseruari autem in crastinum non potuit, sine putredine.

MORALITER autem tria sunt in hoc mundo immunda, quibus homo sordescit & maculatur in anima, scilicet concupiscentia carnis, & oculorum, & superbia vitæ. De concupiscentia carnis dicit Innocentius de vilitate humanæ conditionis libro 2. c. 21. O extrema libidinis turpitudo, quæ non solum mentem effœminat, sed corpus eneruat; non solum maculat animam, sed fœdat personam. Concupiscentia verò oculorum est res mortifera, quia auaritia suum possessorem occidit. Iuxta illud Augustini in quodam sermone. Auarus, inquit, antequam fouetur se ipsum perdit, & antequam quicquam capit, capitur. Superbia verò vitæ dicitur fera pessima, quæ occidit diabolum. & si quis hunc tetigerit qui hac fera occisus est, scilicet diabolum, immundus erit. Qui verò immundos se nouerint, studeant se per confessionem mundare.

Sed NOTA, quod non sordidatur anima nisi per tactum, id est consensum rerum immundarum, quia dicit Augustinus in quodam libello. Cogitatio autem & tentatio quantumcunq; turpis, mentem non polluit, si ratio non consentit. In purificatione autem huius munditiæ debet offerri agnus sine macula, scilicet Christus, *qui est agnus tollens peccata mundi.* Ioan 1. Et est oblatus in cruce Isa. 53. ad purgandum immunditiam ipsorum peccatorum. Deinde debet offerri par turturum, per quod significatur par oculorū gementiū. Quia dicit Grego. super Ezechielem Homilia 8. Holocaustum est bonum opus, quod lacrymæ perfundunt. Holocaustum pingue est, quando hoc quod benè agitur corde humili, per lacrymas irrigatur. Sed offertur vltimo similа purissima & rectissima, de qua fiunt panes ad esum sacerdotis tantum, quia ipse solus debet actus confessionis meditari, & pro illo die tantū, id est,

pro

Digitized by Google

pro hora seu tempore quo peccator confitetur peccata sua. Tunc enim Confessor illa meditetur, vt cognoscat quod & quale impendat peccatori vtile remedium. Sed vltra tempus illud penitus non reseruet, quia si huiusmodi panes in crastinum vellet reseruare, sentiret illos in arca animæ suæ peccati putredinem generasse.

DOMINICA XV. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Nemo potest duobus Dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alium diliget, aut vnum sustinebit & alterum condemnet. Matth. 6.

CVm enim homo cum suo inimico pactum seu conuentionem nequit inuenire nisi mediante gladio, vel totaliter se seruum sui hostis tradere potius se morti debet exponere se defendendo, quàm sic viliter se seruum tradere inimico. De hoc dicit Tullius de quæstionibus. Cum inquit tempus & necessitas postulat, decertandum est manu & viribus, mors seruitutis turpitudini est anteponenda. Nam occidi pulchrius est, quàm ignominiosè viuendo seruire. A

MORALITER. Diabolus est inimicus noster crudelissimus, de quo Psalm. 70. dicit. *Dixit inimicus, persequar & comprehendam diuidam spolia, & implebitur anima mea.* De hoc dicit Augustinus libro Soliloquij cap. 16. Nihil aliud desiderat, nisi vt me perdat inimicus & occidat. Insuper illos qui sibi seruiunt, pessime tractat. Nunquam autem sibi seruientibus requiem præstat, iuxta illud Ierem. 16. *Seruietis Dijs qui non dabunt vobis requiem.* Ideo dicit Gregorius in homilia. Iniustum est seruire diabolo, qui nullo placatur obsequio. Ergo fideles potius se debent morti exponere, quam talem seruitutem subire, quia fortiter dimicantes ipsum poterum superare faciliter, diuina gratia coadiuti Figura Numer. 21. vbi legitur. Filij Israel venientes de Ægypto, & euntes in terram promissionis, oportuit eos necessariò transire fines Sehon regis Amorrhæorum, ad quem filij Israël missis legatis, & datis promissionibus, nihil tangi de pertinentibus ad ipsum. Sed nec tantum aquę guttam gustare de cisternijs suis, sed solum viam regiam gradientes, nec declinarent ad dexteram, nec ad sinistram non potuerunt obtinere, nec Sehon illis obtemperauit vt sic permitteret eos transire, imò parato exercitu rex prædictus Amorrhæorum obuiam ascendit filijs, Israël, ipsosq; cupiēs spoliare & occidere. Et videntes filij Israël, ascenderunt & viriliter dimicantes, Victoriam obtinuerunt, & fugato rege atq; illius gente, ciuitates eorum combusserunt.

SPIRITVALITER. Rex Edom qui interpretatur elatus significat diabolum. Nam & ipse dicitur rex superborum, & regnare dinoscitur *super omnes filios superbiæ.* Iob. 41. Filij autem Israël Christi fideles sunt qui de Ægypto id est, de tenebris peccatorum exierunt, & præsentis vitæ illecebras, in quibus regnare diabolus dicitur, necesse habent transire. Sed attende, quod præmittimus legatos cum promissionibus & iuramentis, nihil de suis tangendi, quia in baptismate operibus eius totaliter ab renuntiamus: vel ille, qui pro paruulo respondet *Abrenuntio*, fideliter gradiendo guttam Rex Edom designa diabolum.

culpæ nequaquam tangere. Sed non est diabolus hoc pacto contentus, imò non sustinet vt vlterius transeamus, sed vult spolia capere & nos punire. Quid ergo faciendū est nisi ascēdere in Asam, nec ipsum aliter vincemus. Asam interpretatur mandati impletio, & denotat perfectam charitatem, nam per illud omne præceptū adimpletur. Quia quicquid latet aut patet in diuinis sermonibus, obseruat qui comittantē tenet in moribus. Ad illam ergo eius exercitum fugabimus, & ipsius refugimus dominium, quia Deo seruire & diabolo nō possumus, vt dicunt verba Euangelij. *Nemo potest, &c.* In quibus tangitur diuersæ seruitutis executio impossibilis. Nociuæ sollicitudinis prohibitio rationalis. Christianæ informationis, eruditio probabilis. *Nemo potest duobus Dominis seruire.*

Asam denotat perfectā charitatem.

B

Domini cōtrarij sunt.

Circa quod NOTANDVM. Chrysostomus dicit duos dominos eos qui cōtraria suis seruis iniungunt, non vtiq; duo erunt, sed vnus, si vnum vellent. Sed quia diuersa volunt, ideo duo sunt quibus nemo potest dignè seruire, & illi sunt multiplices. *Primi* qui sunt contrarij, sunt Deus saluans & diabolus condemnans, his simul nemo potest seruire. Idcirco Deo est duntaxat seruiendum. Iuxta illud Matth. 4. *Dominū Deum tuū adorabis, & illi soli seruies.* Et Psal. 2. *Seruite Domino* videlicet & non diabolo, *in timore & exultate ei cum tremore.* Et ad hoc seruitium Dei debent nos multa manūducere.

I.

Christus saluans, diabolus condemnans.

Ad seruitiū Dei nos ducunt.

PRIMVM naturæ inclinatio, ad quod enim aliquid creatur ad hoc natura inclinatur nam ignis creatus est vt sursū eleuetur ideo hunc actum statim exercet cū accēditur.

1. Naturæ inclinatio.

MORALITER homo creatus est ad Deo seruiendum, vt suprà patuit Sermone XVIII. LN. Et hoc idem dicit magister in lib. de septem itineribus Trinitatis itinere 7 cap. 2. Quia rationalis creatura ad hoc creata est, vt operationes exerceat proprias, & per hoc gratia mediante suum finem æternum & vltimum, ad quem creata est prosequatur. Propter hunc enim vltimum finem creatus est homo, & si opus suum ad quod factus est non operetur, idest, si Deo non seruiat non solum à vita sua, aut à suo fine excludetur, sed à sua naturali perfectione priuatur, id est æternaliter damnatur. Naturalis enim industria nos cogit, vt Deo seruiamus. Nam sicut omnes creaturę ante nos creatæ sunt, vt nobis seruiant, ita nos à Deo vt sibi seruiamus sumus producti in esse. Ideo dicit Dominus Isa. 44. *Seruus meus es tu Israël*, scilicet iure creationis. & Iudith ait 16. *Tibi seruiat omnis creatura.*

2. Misericors liberatio.

SECVNDVM est misericors liberatio. Dicit enim Philosophus 2. Politicorum. Duplex est seruus, à natiuitate & captiuitate. A *natiuitate*, namq; quidam statim vt nascuntur serui efficiuntur, vt qui de ancilla nascuntur, & isti non possunt capere hereditatem patris nisi fiant liberi ad Galat. 4. *Non* inquit Apostolus, *erit filius hæres ancillæ, cum filio liberæ.* A *captiuitate* quidam fiunt serui, qui in bello capiuntur.

C

Seruitus duplex.

MORALITER ergo intelligendo, nos habuimus duplicem seruitutem. PRIMA fuit peccati originalis, qua nascuntur serui diaboli, & ab illa seruitute Christus Dominus noster liberauit nos in baptismo, qui habet efficaciam ab eius Passione. De quo dicitur Eccles. 11. *Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem*, videlicet hominem de seruo nato ad iram facere seruum suum. ALIA est seruitus à captiuitate qua diabolus nos cœpit, cum post baptismum ad maiorem ætatem peruenimus quia dicit Magist. lib. 4. dist. 4. Gratiam operantem & cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari in munere, in habitu, non in vsu, vt cum ad maiorem venerint ætatem, ex munere sortiantur vsum scilicet actualem, nisi per liberum arbitrium vsum muneris extinguant

Gratia operans & cooperans quādo & quibus data.

guant peccando. Et ita ex culpa eorum est, & non ex defectu gratiæ quod mali fiant, quia ex Dei gratia valentes habere vsum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, & vsum prauum elegerunt. Hæc Magister.

Et quia homines prauum vsum, videlicet peccando, elegerunt, ideo seruituti dæmonis subdiderunt. iuxta illud Ioan. 8. *Qui facit peccatum seruus est peccati.* Et B. Petrus epist. 2. cap. 2. idem testatur. *A quo quis quidem superatus est, huius est & seruus.* Sed quia & homines separati sunt à concupiscentia oculorum & vitiorū secundum Glossam. Ergo, &c. Ab hac seruitute Christus nos misericorditer liberauit per passionem suam & morte. De hoc August. in lib. de baptismo, & allegat Magister in lib. 3. dist. 19. c. 1. vbi loquens de Christo. De obedientia, inquit, & iustitia mortem gustauit, per quā nos redemit à seruitute diaboli. Incidebamus enim in principem huius seculi qui seduxit Adam, & fecit seruum suum, cœpitq; nos quasi vernaculos possidere. Sed venit redemptor & victus est deceptor. *Et infra.* Venit inquit, ille, id est, Christus alligauit fortem, id est diabolum vinculo passionis suæ, intrauit in domum eius, id est, in corda eorum, vbi habitauit & vasa eius scilicet nos eripuit, quæ ille expleuerat amaritudine sua, id est peccatis. Deus autem noster vasa eius eripiens & sua faciens tudit amaritudinem peccatorum, & impleuit dulcedine scilicet gratiæ, per mortem suam à peccatis redimens & adoptionem filiorum largiens. Hæc Augustin. Et propter hanc misericordem liberationem merito ei seruiam. De hoc etiam quære suprà, Sermone LIV. S

SERTIVM quod nos debet manu ducere ad seruitium Dei, est vicissitudinis recompensatio. Nam legitur de animalibus certis quæ sibi seruientibus fecerunt recompensam, sicut probat Plinius in naturali historia de panthera quæ sibi seruienti olim exhibit grata. Nam quidam transiens per desertum vidit catulos suos in foueam collapsos, eduxit eos sed in hoc fecit sibi seruitium, quem panthera blandiens de solitudine eduxit & recompensam fecit. D 3

Cōpensatio vicissitudinis. Pantheræ gratitudo.

Sic refert Petrus Damiani; & Vincentius in speculo historico, lib. 26. Quia institores Venetijs cum applicuissent viderunt leonem non procul à littore trahi à dracone violenter in speluncam, qui repente ad hoc spectaculum conuenerant, audaciter draconem inuadunt, & occiderunt, & leonem liberauerunt. Qui non ingratus extitit, sed per aliquot dies eis seruiuit, quibus illic morati sunt, & quotidie pellem vnam animalis à se capti eis adduxit.

Leo gratus fuit suo liberatori.

Ad præsens, Christus igitur nobis per longum tempus seruiuit, videlicet triginta tribus annis & dimidio, sicut dicitur Marc. 10. *Filius hominis venit non vt ei ministretur sed vt ministraret.* Et Lucæ 22. inquit. *In medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Causa autem huius seruitij à Christo nobis exhibiti, fuit propter peccata. De hoc Isaiæ 43. *Seruire me fecisti in peccatis tuis præbuisti mihi laborē in iniquitatibus tuis.* Quāobrem non simus ingratiores animalibus irrationalibus, sed Christo qui *humiliauit se ipsum formam serui accipiens.* ad Philip. 2. humiliter seruiri debemus, vt dicat quilibet cum Tob. 9. *Si me ipsum tradam tibi, non ero condignus prouidentiæ tuæ.*

QVARTVM est perpetua conregnatio. Securum enim est, vt dicit Holkot super libro Sapientiæ lectione 35. seruire isti Domino qui in perpetuum regnabit. Seruientibus tamen Dominis mortalibus sunt in magno periculo quando Domini eorum moriuntur, non solum quia seruitium eorum perdunt: imo quia frequenter cōtingit quod illos, quos pater magis [illegible] magis habebit odiosos,

Regnare cū Christo in perpetuum.

Deo ſeruire, eſt regnare.

ſicut hiſtoriæ tradunt multæ & docent. Sed ſic non eſt de Deo, cui ſecundum Gregorium, ſeruire regnare eſt. Et quia ipſe eſt immortalis. Iuxta illud Sapient. 3. *Regnabit Dominus illorum in perpetuum*. Ideo qui ſeruiunt ſibi, in perpetuum regnabunt. Sap. 6. *Diligite iuſtitiam, vt in perpetuum regnetis.* Et Apoc. 5. *Redemiſti nos in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnum.*

5. Aeterna remuneratio.

QVINTVM eſt æterna remuneratio. Multum enim remuneret Dominus ſeruos ſuos Geneſ. 15. *Ego ſum merces tua magna nimis.* Et Sapient. 10. *Reddet Deus mercedem iuſtis laborum ſuorum*. Quæ autem ſit illa merces & remuneratio oſtendit Dominus Iſaiæ 66. *Serui mei commedent, & vos eſurietis. Serui mei bibent, vos ſitietis. Serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce ſerui mei exultabunt præ exultatione cordis, & vos clamitis præ dolore cordis, & præ triſtitia vlulabitis.*

E Qualiter Deo ſeruiẽdum. Lætanter.

Sed diceres. Qualiter ſit Deo, ſeruiendum? *Reſponde*, quod ſeruiendum ſit ei *lætanter*. Iuxta illud Pſal. 65. *Iubilate Deo omnis terra, ſeruite Domino in lætitia.* Et hoc intelligitur tam de illis qui ſunt in triumphanti Eccleſia, qui ſeruiunt Domino in lætitia, quam de his qui ſunt in ſtatu merendi in militanti Eccleſia: quia de his qui ſunt extra ſtatum merendi, videlicet in purgatorio, non intelligitur. Et hoc patet in exemplo. Cum duo magiſtri, vnus Doctor Theologiæ repatriare deberent, in ſilua quadam errare cæperunt, & ad viam directam venire non valuerunt. Et cum nox appropinquaſſet dixit Doctor. Magiſter oremus ſanctum Brandanum vt nos ad hoſpitium perducat. Quod cum feciſſent, viderunt cœnobium conſtructum tunc obliti mœroris accelerare cœperunt. Cum autem ad illud veniſſent viderunt, abbatem ante cœnobium eos exſpectantem; qui lætè eos ſuſcepit, benigneque eos tractauit, & poſt dormitum conduxit. Conſueuit autem Doctor ſurgere, & Deo ſeruiendi horas ſuas legere. Qui audiens lamentabilem cantum vadit videre cantantes, & vidit in choro Monachos diſtinctos dupliciter & diuiſos, mœſtos & lamentantes nihil aliud cantantes niſi: Vt quid dereliquiſti me? Et cum vnus Chorus eadem verba finiuit, alter lamentabili voce incepit, videlicet ſub octauo tono. Doctor igitur Magiſtrum excitauit, & ei lamentationem eorum monſtrauit, & illi maximè ex tali auditu ſunt triſtati. Mane autem facto Doctor petijt abbatem vt ſineret eum ſermonem facere fratribus, qui admiſit. Et ille conuocatis, fratribus cœpit dicere. *Seruite Domino in lætitia*, & longum ſermonem fecit de conſolatione, & quanto plus conſolaretur eos tanto magis triſtabantur, & receſſerunt vnus poſt alium nolentes audire ſermonem. Finito ſermone & Magiſtris bene tractatis, valedixerunt Abbati, qui per ſpacium nemoris eos conduxit. Tandem Doctor Abbatem interrogauit, quare ita lamentabiliter cantarent, & nunquam conſolationem acciperent. Dixit Abbas. Domine Doctor ſcitote hic fuiſſe cœnobium, & iam diu deſolatum, ſed propter merita Brandani oſtenſum eſt vobis hodie & heri ſanctorum ſuffragium, & nos ſumus in pœnis acerbiſſimis, neſcientes quando exibimus. Hinc eſt quod fratres non poſſunt conſolationem accipere, nec audire ſicut ſtatim videbitur experientia. Qui cum valedixiſſent Abbati, & tranſeuntes modicum ſpacium, ita quod Abbas vix poſſet venire ad clauſtrum, audierunt clamorem poſt ſe, & reſpicientes viderunt omnia ædificia clauſtri cadere & in cinerem redigi, & fumum horribilem aſcendere aſpexerunt. Ideo vos qui adhuc eſtis in ſtatu merendi ſeruite Domino in lætitia mentali.

SECVN-

SECVNDÒ, ſeruiendum eſt Deo *diſcretè & prudenter*. In quocunq; enim homo Deo ſeruit, ſiue in ieiunio, ſiue in vigilijs, aut abſtinentijs, &c. ſemper debet in lumine diſcretionis & prudentiæ procedere: quia dicit Apoſtolus Roman. 12. *Rationabile ſit obſequium veſtrum*. Sunt autem *nonnulli*, qui indiſcretè Deo ſeruiunt. Et his frequenter accidit, quod ipſi innocentem crucifigunt, qui latronem crucifigere debuerunt, videl. nouum crucifigentes, qui crucifigere veterem hominẽ debuerunt. Homo vetus intelligitur ex peccatis compoſitus, velut ex membris, nouus ergo tunc crucifigitur, quando propter nimiam abſtinentiam virtutes operare non poſſunt, & hoc eſt magna ſtultitia. F Diſcrete & prudenter. I

Alia ſtultitia huius indiſcreti ſeruitij quod ipſi arma aſſumunt nimis ponderoſa, quæ ponderoſitate eos deijciunt, & quæ debuerunt eos ab hoſte protegere, potius eos cadere faciunt ſub hoſtibus, non attendentes quid fecit Dauid 1. Regum 14. qui arma Saul *nimis ponderoſa depoſuit*, quibus depoſitis vicit Goliam. Sic aliqui vincerent diabolum cum mediocritate ieiunij, vigiliarum & aliorum ſeruitiorum Dei, qui tamen in iuuentute per iram vel impatientiam deuincuntur. II. Mala quæ indiſcretionem ſequũtur.

Tertia ſtultia, quod cum ipſi habeant Dominum ditiſſimum & liberaliſſimum, credunt tamen placere ei ſi ſeruientes ipſi, adeo ſe famè affligant quod impotentes ad ſeruiendum ei fiant, cum tamen ſciant hoc non placere hominibus pauperibus atq; auaris, etiam de iumentis ſuis. Nullus enim vult vt tumentum ſuum ieiunet, quod ei ſeruire non poſſet. III.

Quarta ſtultitia, quod cum ipſi multum velint Deo ſeruire, ita tamen volunt ſeruire ei, quod non poſſunt ei diu ſeruire. De quo Sapiens. Quid ſtultius, quàm quod libenter facias curare, & diu facere non poſſis. Ideo Deo diſcretè & prudenter eſt ſeruiendum. IV.

TERTIO ſeruiendum eſt Deo *perſeueranter*, ſicut figuratum eſt Geneſ. 29. de Iacób qui ait ad Laban. *Seruiui tibi pro Rachel ſeptem annis*. Et ſequitur; *quod videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine*. Rachel interpretatur viſio, & ſignificat illam beatam viſionem, qua *videbimus regem in decore ſuo*. Iſaiæ 33. Pro hac debet quilibet ſupplantator vitiorum ſeruire Deo toto tempore vitæ ſuæ, quod in ſeptem annis includitur. Ideo dicit Auguſtinus: Nulla vnquam ſeruum Dei, non dico dies, ſed nec hora, inueniat ſine exercitij labore. Sed ad hoc faciendum quatuor ſunt neceſſaria, videlicet bona operatio, interna deuotio, ſancta cogitatio, & recta intentio. His quatuor exercitijs homo deuotus totam vitam ſuam continuat. Hæc Auguſtinus Perſeueranter.

Sed ſunt quidam adeo experti & inconſueti bello, quod ſi audiant vociferantes hoſtes & ſupra ſe veniẽtes impetuosè, & de ſe ipſis videant aliquos vulnerari, ſtatim fugam arripiunt: quod ſi alias audacter remanerent, & in acie certarent, hoſtes triumphabiliter ſuperarent. G Timor inanis quantũ obſit.

Similiter MORALITER aliqui in ſeruitio Dei ſunt adeo formidoloſi, ſiue dimidi, vt ſi tentationibus aut tribulationibus videant inimicos dęmones ſuper ſe irruentes, ſtatim terga vertunt, neſcientes amplius reſumptis viribus contra diabolum dimicare, Nos autem non ſic; nam ſi aliquando percutiet diabolus peccati impetu, vt in nobis feriat caritatem, non debemus terga vertere deſperantes, nam ſæpe homo poſtquam peccat verè pœnitens de peccato, perfectius fugat diabolum quàm ante peccatum. Figura 2. Regum 11, Cum Ioab obſediſſet filios Ammon, impetum fecerunt

runt ſuper exercit Ioab & occiderunt Vriam, & quoſdã alios, & miſit Dauid ad Ioab: *Non*, inquit, *deficias, quia varius eſt euentus belli, fortiter dimica.* Ille verò finaliter perſeuerans, obtinuit victoriam & deuaſtauit ciuitatum hoſtium, & idola deſtruxit.

SPIRITVALITER. Per Ioab qui dux exercitus erat Dauid, ſubaudi Deo ſeruientem & pœnitentem, qui eſt dux virtutum & bonarum operationum. Hunc ergo Ammonitæ videntes, id eſt dæmones, percutiunt Vriam, qui interpretatur lumen verum, per quem notatur caritas, quæ multum lucet in conſpectu Dei: ſicq; homo in ſeruitio Dei, ſi caritatem non habet, ſecum percutiuntur cæteræ virtutes, vt nulla remaneat ſana caritate percuſſa. Quia dicit Proſper de vita contemplatiua. Caritas eſt vita virtutum, & eſt mors vitiorum, quaſi diceret. Si caritas manet viua, cæteræ virtutes non occiduntur, ideò ille in quo eſt caritas occiſa, confortatus à vero Dauid Chriſto, qui docet manus ad prælium, armis reſumptis pœnitentiæ, debet diabolum & peccata eius ſuperare, & idola & ciuitatem deſtruere. Quia deuicto diabolo, omnis eius munitio & praua eius ſuggeſtio euaneſcit ideo non debemus in ſeruitio Dei deficere, quia dicit Auguſtinus contra hæreſes circa principium. Donauit certandi victoriam qui certandi dedit audaciam. Non ergo nos ſuperet hoſtium turba, non bellantium forma. Goliam magnum & robuſtum, armis terribilem, ingenti turba munitum, Dauid ſolus paruus interemit, vno lapidis ictu vicit atq; proſtrauit, totaq; Philiſtinorum caſtra turbauit ac fugauit. Quaſi diceret. Sicut Goliam virtute Dei Dauid proſtrauit qui figura fuit diaboli, ſic & nos ipſum poſſumus ſuperare & ab eius dominio nos ſeparare.

Caritas virtutum vita, mors vitiorum

H

ET NOTA. Si diabolus tanquam dominus poſſidet hominem, & videt quod homo ac eius dominio vult elongari, ſtatim ardentius videtur ipſum impugnare & exterminare. Quod probatur in ſimili. Tyrannus qui poſſidet iniuſtè aliquam ciuitatem, ſemper illam timet perdere, ideo cum aliquem ſcit fieri tractatum à ciuibus, ſtatim illos quos ſuſpicatur poſſe ſibi tollere ciuitatem, exterminat & diſperdit.

Diaboli tyrannis.

MORALITER diabolus eſt tyrannus qui ſua tyrannide poſſidet animam peccatoris quæ tamen de iure eſt templum Chriſti ſaluatoris iuxta illud Ezech. 18. *Omnes animæ meæ ſunt.* Ideo quando videt ſanctas inſpirationes, & verba Dei libenter in anima audiri, mox conatur exterminare principaliores animæ ciues, quos ſuſpicatur animam ſibi poſſe ſurripere, & Chriſto cuius erat reddere. Et hi ciues ſunt memoria, intelligentia, & ſic de alijs. Nam *memoriam* excludit à Chriſti paſſione, & eam exulare facit per huius mundi caduca. *Intelligentia* prohibet contemplare ſuperna, & eam inducit ad meditari ſuperba. *Voluntatem* eleuat ab amore diuino & ipſam ſuadet amare pecuniam. Et ſic his exterminatis ciuibus, diabolus animam detinet captiua.

Pharao diabolum deſignat.

Figura Exodi 5. Cum Moyſes primo populum de Ægypti exitu induxiſſet, Pharao ſtatim populum per Ægyptum diſperſit, & ad ludum & ad paleas colligendas coëgit. Per Pharaonem intelligitur diabolus, qui interpretatur nudauit virum, quod rectè conuenit diabolo, qui hominem primum gloria & ſtola immortalis nudauit, ſicut ipſe conquerebatur Iob. 19. *Spoliauit me gloria mea & abſtulit coronam de capite meo* Sed per Moyſen ſubaudi prædicatorem, populum Chriſtianum inducentem ab exitu peccati, quod intelligitur per Ægyptum. Diabolus verò ſentiens, diſpergit illum per variorum memoriam, & pomparum contemplationem, per diuitiarumq; amorem per huius mundi tenebras, vt ſic maneat in peccatis. Ideo dicit Gregor. 10. mora-

Digitized by Google

moralium. Antiquus hostis, ex proprio certamine dum se succumbere considerat, ad alia tentationum bella restauratur. Intuetur humani generis vniuscuiusq; mores, cui vitio sunt propinquiores; & illa ponit ante faciem ad quæ citius nouit inclinari mentem. Idcirco tali domino, imò crudeli tyranno, non debet seruire homo, sed se excutere ab eius dominij iugo, seruireq; domino Iesu Christo, vt tandem possit cum eo viuere in regno æterno. Ad quod nos perducat, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Nemo potest duobus dominis seruire. Matth. vbi suprà.

EXperientia docuit atq; docet, quod gentes diuersorum morum habitare simul non possunt, quia quod scilicet vni placet alteri displicet. Ideò cum Christus qui erat Iudæus petisset aquam à Samaritana, dixit illi Ioan. 4. *Quomodo tu cum sis Iudæus bibere poscis me, quæ sum mulier Samaritana.* Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

MORALITER. Anima fidelis quæ data est Christi seruitio, simul cum diabolo habitare non potest, quia sunt inter se diuersorum morum & contrariorum. Nam anima ex informatione Christi diligit caritatem, sectatur humilitatem, & ostendit mititatem. Iuxta illud Matth. 11. *Discite a me*, O vos animæ, videlicet mititatem & humilitatem, *quia mitis sum & humilis corde.* Sed diabolus econuerso diligit inuidiam, & sectatur superbiam, sicut testatur Bonauentura in scripto super 2. sententiarū q. 1. Mens diaboli quæ est principaliter duobus vitijs obsessa, scil. superbia & inuidia, videns hominem in statu, in quo poterat cadere sub diabolica potestate, & in quo poterat ascendere ad supernam felicitatem à qua ipse ceciderat ex superbia, motus est ex inuidia ad ipsum tentandum. Ex *superbia* namq; vt eum sibi subijceret. Ex *inuidia* verò vt à superna felicitate impediret. *Superbia* enim fuit sicut mouens primum. *Inuidia* sicut mouens proximum. Esto enim quod non posset dominari super hominem, adhuc studuisset ipsum à paradisi gaudijs impedire. Ex quo dicto patet quod diabolus diligit inuidiam & sectatur superbiam. Imò anima fidelis nunquam est in pace, cum diabolo habitando & ei seruiendo, sed seruiens Christo bene erit in pace. iuxta illud Psalmi 4. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Debet ergo diabolum totaliter deserere, & se in quantum potest ab eo eiusq; seruitio elongare, si vult Christo in pace seruire: quia nemo potest duobus dominis seruire, videl. Christo & diabolo, vt dicūt verba præassumpta. In præsenti Euangelio principaliter duo facit. *Primo* impossibilitat seruitutem contrariorum dominorum, ibi; *Nemo potest duobus. Secundo* dissuadet sollicitudinem nimiam terrenorum, ibi; *Ideo ne solliciti.*

Circa PRIMVM NOTANDVM. Vincentius in speculo historico, lib. 2. cap. 57. dicit. In duobus filijs Adæ Cain & Abel ortum habuerunt duæ ciuitates secundum Augustinum: *Vna* sanctorum quæ peregrinatur in terris, & habitationem exspectat in cœlis, hæc est Hierusalem cœlestis. *Altera* reproborum, quæ habitationem suam habet hic, spem verò futurorum non habens: hæc est Babylon spiritualis. Hæc ille. Et sicut sunt duæ ciuitates, ita sunt & duo Domini atq; reges. Sanctorum Dominus & ele-

Ciuitas sanctorum & reproborū.

Dominus Sanctorum, Deus: reproborum, diabolus.

& electorum est Deus. Dominus verò reproborum est diabolus, qui est *rex super omnes filios superbiæ.* Iob. 41. Illis Dominis nemo potest simul seruire, quia sunt cõtrarij. Nam Deus præcipit humilitatem, diabolus verò elationem. Quare seruiendum est Deo, per cuius humilitatem peruenitur ad regnum, quod secundum Aureolum in libro fontis vitæ, est plenum claritatis, lucis, sapientiæ & gloriæ, & honestatis, dulcedinis, & melodiæ, & lætitiæ perennis, & omnis boni ineffabilis, quod nec dici nec cogitari potest. Econtra verò, diabolo non est seruiendum, quia seruientes sibi malè remunerat, eo quod omnibus bonis eos priuat. Quod probatur simili. Nam crudelis Dominus & tyrannus, victa & capta ciuitate vi, ipsam destruit munitionibus, ne amplius resistere valeat, & sic prostratam dimittit, vt non ad resistendum sed ad patiendum sit apta.

Cur diabolo non seruiendum.

K

MORALITER. Diabolus est ille crudelissimus Dominus & hostis, imò & tyrannus: sed ciuitas est anima cuiuslibet hominis, contra quam si diabolus potest habere victoriam, capiendo ipsam, per peccatum homo fit seruus eius. Quo facto, diabolus tanquam Dominus, ad animam intrat & omnes virtutes exterminat. Et hoc figuratum est 4. Regum 25. vbi legitur, quod Nabuchodonosor rex Babylonis & exercitus eius vi obtenta Hierusalem, expoliauit templum. Et illa quæ abstulit hæc fuisse dicuntur: Candelabrum luminis, altare aureum, mensa propositionis, corona faciei templi, vasa incensi, vasa aquæ sacrificij, vestes sacerdotales, & postmodum omni spurcitia repleuit templum.

Figura I.

Diaboli tyrannis in animã victã.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

MORALITER. Diabolus vincens animam, id est subijciens sibi ipsam, intrat & *Primò* extinguit candelabrum, id est excæcat iudicium rationis. *Secundo*, rumpit altare aureũ, per q̃ vera caritas denotatur. *Tertiò* mensam propositionis euertit, per quã verbum Dei figuratur, quia verbum Dei spiritualis cibus est animæ. Matth. 4. *Non in solo pane viuit homo.* *Quarto* remouet coronã faciei templi, quia delet auferẽdo verecundiam peccandi atq; ruborẽ, vt anima velut effrons meretrix fiat. *Quinto* destruit vasa incensi, per quæ notantur deuotæ orationes. *Sexto* verò vasa aquæ sacrificij, quia peruertit oculos ne ibi inueniatur lacrymarum contritio, per quam fit nostrum sacrificium acceptum Deo. *Vltimo*, lacerat vestem sacerdotalem, scil. innocentiæ pallium, quod Christus nobis acquisiuit & quod accepimus in baptismo.

Damnũ animæ à diabolo captæ.

His igitur exspoliatis, miser homo qui prius fuit templum Dei, efficitur brutorum scil. dæmonum stabulum, & receptaculum gentium Babylonis, id est omnium vitiorum. De hoc Augustin. lib. Soliloq. cap. 6. Ipsi, inquit, videntes me sine te, despexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta virtutum quibus ornaueras me, fecerunt sibi viam per me, sub pedibus suis conculcauerunt me, fæcibus peccatorum polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt me desolatum tota die & mæmore confectum. Ibam post eos cæcus, & nudus, & illaqueatus funibus peccatorũ me trahebant post se in circuitu, de vitio in vitium, de luto in lutum, & ibam absq; formidine ante faciem subsequentis. Seruus eram & seruitutem amabam. Vinctus eram, & vincula non horrebam; amarum dulce, & dulce amarum credebam; miser eram, nec cognoscebam quia eram sine te.

Secundo figuratum est Ier. 45. & 4. Reg. 25. postquam Nabuchodonosor cœpit Hierusalẽ, & illam igne accendit, & capto Sedechia rege interfecit omnes principes Iuda, & omnes filios regis, in oculis occidit. Regẽ verò excæcauit, detulitq; in Babylonẽ, & tenuit in carcere vsq; in diem mortis suæ.

Mo-

MORALITER. Nabuchodonosor interpretatur in angustia, & significat diabolum qui in angustia æternæ pœnæ sedet, & potest finaliter dicere Dan. 13. *Angustiæ sunt mihi vndique.* Iste ergo postquam pugnando vicerit Hierusalem, id est animam hominis, occidit omnes principes Iudæorum. Iudæi interpretantur confessio, cuius principes tres sunt, cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio. Hos enim principes, debellata anima & capta ea, diabolus conatur occidere; quoniam si illi principes vincerent, cito animam de manu diaboli sua probitate liberarent. Occidit vlterius omnes filios regis, quia omnes animæ fructus, & virtuosa opera exstinguuntur. Excæcatur rex scilicet lumine rationis, & sic peccator tristis, de rege factus est seruus: excæcatus ducitur ad Babylonem, id est ad inferni confusionem & ignorantiam vinculis peccatorum, vbi secundum Aurelium, vbi suprà, est locus plenus tenebrarum, miseriæ & discordiæ, turpitudinis & amaritudinis, doloris, sitis, famis inextinguibilis, tristitiæ, vindictæ perennis, & omnis ineffabilis mali, quod nec cogitari nec dici potest. Ecce quali Domino seruis ô peccator; qui te hic remunerat talibus malis, & tandem tradit pœnis æternis. Quare, Deo potius seruias, in cuius regno nihil aliud inuenitur, nisi quod placet, fouet & delectat. Dimitte diabolum in cuius regno nihil aliud inuenitur & sentitur, nisi quod displicet offendit & cruciat. Famulare Christo, in cuius regno omne bonum inhabitat, & nullum malum: & odi diabolum, in cuius regno omne malum abundat. Hi sunt duo Domini, videlicet Deus & diabolus, quibus nemo seruire potest simul.

Principes animæ, quinam?

Quibus donis suos remuneret diabolus.

SECVNDI Domini sunt spiritus & corpus, vt anima & caro. His etiam nemo potest simul seruire, quia spiritus vult puritatem, corpus verò voluptatem. Et sæpe corpus assumit dominum, supprimendo spiritum, cum tamen debeat fieri oppositum. Quod probatur in similitudine. Hæreditario enim iure semper regnum debetur filio legitimo, quia succedit in omnibus bonis parentis, vt in auctoritate quibus modis naturaliter efficitur legitimus. §. Quoniam. Colum. 6. Et extra qui filij sunt legitimi, cap. Conquestus, & C. Tanta. Ideò ne sit iurgium post mortem patris, consueuit pater morti appropinquans, filium regem instituere. Sed tanta est aliquorum proteruitas, quod quantumcunq; illis regnum non spectet & suppetat, per fas & nefas illud satagunt vsurpare.

Spiritus & corpus sunt diuersi Domini.

MORALITER. Regnum & imperium debetur spiritui & non corpori, quia spiritus est filius Dei, ad imaginem Dei creatus, sicut dicit Bernardus in libro meditationum, cap. 3. Anima insignita Dei imagine decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis & hæres bonitatis. Sed corpus est filius terræ. Gen. 3. *Terra es & in terram reuerteris.* Huius enim tanta est proteruitas, ambitio & præsumptio, quod contra omnia iura vult sibi spiritum subijcere, & super illum regnare, vt sic homo sibi famuletur.

Spiritui debetur regnum.

Figura 3. Regum 1. vbi legitur, quod cum rex Dauid ordinasset quod Salomon filius suus succedere deberet in regno, surrexit filius Haggith Adonias sumptis quinquaginta viris secum, dicens. *Ego regnabo.* Quod audiens Bethsabee mater Salomonis, præuenta & docta consilio Nathan prophetæ, conquesta est Dauid regi, quod Adonias frater Salomonis vellet sibi regnum vsurpare, contra regis decretū. Tunc rex Dauid fecit vngi Salomonem in regem, & poni super mulam suam, & sic duci per terram clamante populo: *Viuat rex Salomon.*

E SPIRITVALITER. Per Dauid intellige Christum, per Salomonem filium suum humanum spiritum, qui est filius Bethsabee quæ interpretatur puteus satietatis; quia spiritus est capax satietatis beatitudinis æternæ; iuxta illud Psalm. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Per Adoniam, qui interpretatur dominator sublimis, significatur corpus quod semper desiderat dominationem Salomonis. Quare congregatis quinquaginta viris, id est quinq; sensibus cum appetitibus impugnantibus decē præcepta decalogi, clamat. *Ego regnabo*; quia cum his corpus sordidum vult imperium surripere, contra spiritum cui regnum de iure incumbit. Quod audiens Bethsabee, per quam hic intelligitur diuina contemplatio, ducit Salomonem, id est spiritum ad verum Dauid Christum, de corpore conquerendo: qui vngit illum virtutibus & gratijs, quibus corpus suum subijcit, & ascendit super mulam regis, id est, crucem Christi, per memoriam passionis, & tunc clamant omnes vires hominis: Viuat spiritus, sensituis appetitibus depositis.

M. Sed NOTABILE est quod sequitur 3. Reg. 2. Quia postquam Adonias coactus est regnum fratri suo Salomoni dimittere, patre suo iubente, molitus est accipere Abisag Sunamitidem patris sui ministram, cum qua ipse pater Dauid dormiebat, ipsam tamen nequaquam cognoscens. Sed Salomon misso Banaia fecit interficere Adoniā.

Sic SPIRITVALITER postquam corpus dimisit spiritui regnum & dominium, adhuc vult habere carnalitatem & voluptatem, quæ per Abisag designatur tunc spiritus mittere debet Banaiam, qui interpretatur responsio eius, & significat punitionem aut castigationem debitam, qua respondetur corpori stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Prou. 26. Occiditur ergo per mortificationem membrorum. Quo facto Salomon, id est spiritus regnat in pace, fortiter dimicans contra corpus. Vnde Gregorius: Iustorum fortitudo est, carnem vincere suis propriis voluptatibus contraire, delectationes vitæ præsentis extinguere, huius mundi aspera pro æternis præmijs amare, prosperitatis blandimenta contemnere, aduersitatis motum in corde superare. Hæc Gregorius. Ad idem dicit Bernardus in libro meditationum. Noli attendere quid caro velit fieri, sed quid spiritus poscit, quasi diceret. Carnem debes odisse & spiritum diligere.

In iustorum fortitudo, quæ?

Sed diceret hic aliquis, vt subdit Bernardus. Durus est hic sermo non possum odio habere carnem, ac si diceres. Volo seuire sibi, & voluntatem eius sequi. Audiamus *Bernardum*. Si carnem sequeris, in carne punieris. Delectaris in carne, torqueberis in carne.

Corpori post infectionē peccati, triplex officium.

Sed diceret aliquis. Ex quo corpus tam sæpe vult dominari spiritui, quare tunc alligatum est sibi? *Ad hoc respondet* Holkot super librum Sapientiæ lectione 123. Quod corpus post peccatum animæ aut spiritui in triplex officium alligatur.

PRIMO enim anima habet sibi corpus coniunctum, sicut instrumentum in adiutorium ad seruiendum. Vnde dicit Aristot. 1 Politicorum, quod homo constat ex anima & corpore quorum hoc principans est anima hoc autem subiectum puta corpus. In homine autem benè dispositio corpus est sicut seruus, & anima principans & dominans. In homine pestilentico corpus dominatur, anima famulatur. Est autem secundum eundem ibi duplex principatus; videlicet δεσποτικὸς vel seruilis & politicus seu regalis. Anima enim principatur corpori principatu δεσποτικῷ: & est talis principatus quando subiectum, non habet potentiam resistendi principanti. Sed intelle-

tellectus principatur appetitui politico principatu & regali; quia appetitus habet aliquando potentiam resistendi rationi. Patet ergo secundum eum quod corpus est seruilis cõditionis & anima liberæ. Et quia seruus delicatè nutritus, proteruit in Dominum, iuxta illud Prou. 29. *Qui delicatè nutrit seruum suum*, id est corpus quod rationi debuerat subiugari tanquam Domino suo, *postea sentiet eum contumacem*, id est, lasciuum & dominabilem, vt exponit Paschasius. Ideò statim à pueritia debet ipse seruus dominari, & in seruitutem redigi. Et hoc satis aduertit Apostolus cum ait. *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo.* 1. Corint. 2. Seruitus autem si sit occulta, impendit matrimonium contractum cum libera. Vnde si seruus dicat se ingenuum, & contrahit cum libera, & ipsa postea perpendit se deceptam potest agere ad diuortium faciendum & obtinebit. 22. q. 2. C. Si quis ingenuus, extra de conditione seruili proposuit, & cap. Ad nostram.

MORALITER. Seruus iste, videlicet corpus nostrum, fingit se esse liberum & nobile, & iactat totum mundum esse suum, & propter se ordinatum. Et ideo frequenter parificare præsumit rationi, quæ est domina sua, & ingerit se ad matrimonium per quandam æqualitatem cum ratione contrahendum. Sed certè aut ratio aut spiritus debet aduertere, & ipsum repellere tanquam non maritum suum.

N

ET NOTA quod corpus nostrum est seruus, ideo debemus non seruo seruire sed ad modum serui tractare. Quis aũt modus sit seruum tractandi, docet Sapiens Eccl. 33. *Panis & disciplina & opus seruo.* Patet ex illo q̃ sibi tria conueniunt: scil. educatio panis. Castigatio disciplinæ. Occupatio q̃; corporis. Educatio sibi debetur ne succũbat, & castigatio ne superbiat. Vnde Gregor. super Ezech. parte 2. homil. 7. Si plus corpori quã debemus attribuimus, hostem nutrimus. Et si necessitati eius q̃ debemus non reddimus, nostrum conciuem necamus. Ex quo ergo corpus naturaliter subiectum est spiritui vt seruus, quæ vtilitas est huic seruo seruire. De hoc Seneca epist. 49. Fateor inditam nobis nostri corporis caritatem. Fateor nos huiusmodi gerere tutelam, non nego indulgendum, illi seruiendum nego. Multis n. seruiet, corpori qui seruiet.

Modus tractandi seruos.

SECVNDÒ corpus datum animæ sicut indumentum ad se tegendum. Iob. 10. *Pelle & carne vestisti me, ossibus & neruis compegisti me.* Et Seneca Epistola 4 Corpus vt quandam vestem animæ circumdedit. De indumentis autem & rebus quas Domini distribuunt famulis suis, duo videmus vt dicit Holkot. *Vnum est* quod Dominus dat annuatim duplicem liberatam, vnam pro hyeme, aliam pro æstate: sic solent ordinare quod illam quæ seruit pro hyeme, sit de panno grossiori: quæ verò seruit pro æstate, de subtiliori.

Indumenta à Dominis seruis distributa.

MORALITER. Tempus nostrum totum diuiditur in duas partes, scilicet in hyemen & æstatem. Hyems est vita præsens, æstas est vita futura. Dominus autem noster est nobis daturus duplicem libratam, vnam accepimus pro tempore huius vitæ, & ideo est de rudi panno; Corpus enim nostrum si aduertimus, est de rudi & turpi materia factum. Quod probat Bernardus in libro de contemptu mundi alloquens animã dicit. Nihil inquit, aliud est caro cum qua habitas, & cum qua tibi tanta societas, nisi spuma caro facta, fragili vestiti decora. Sed constat, quod est cadauer miserum & putridum, & vermium cibus, & tamen satis sufficit pro hyeme huius vitæ, iuxta illud Hebræ. 10. *Corpus autem aptasti mihi*, id est, aptum dedisti conueniens ipsi in quo viuo. Sed liberata quam habebimus in æstate vitæ futuræ, in resur-

rectione, eſt de panno ſubtili. Erit enim tunc corpus noſtrum ſubtile contra groſſiciem: clarum, contra opacitatem: agile, contra grauitatem: & impaſſibile contra mortalitatem, iuxta illud 1. Corinth. 15. *Seminatur corpus animale & reſurget corpus ſpirituale.* Dat ergo Dominus noſter duplicem libratam, ſecundum diuerſorum temporum congruentiam.

O SECVNDÒ videmus in iſtis famulis in curijs, quod boni armigeri robas duplices percepturi non parcunt in hyeme à laboribus, lacerant robas nunc in pluuijs, nunc in niuibus, & in ignibus, vbicunq; Domino placuerit. Ratio eſt: quia ſciunt ſe nouas robas in paſchate percepturos. Conſimili modo Chriſtiani boni MORALITER loquendo, non parcunt ab operibus pœnitentiæ corporibus ſuis, ieiunant, vigilant, & varijs pœnitentijs corpus macerant. Quare hoc? Certè quia nouas robas exſpectant in reſurrectione, quando veſtientur ſpiritus corporib. glorioſis. Iuxta illud Philipp. 3. *Saluatorem exſpectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui conſimabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.*

TERTIO corpus datum eſt animæ ſicut tormentum ad puniendum; Et hoc eſt verum ſecundum corpus naturæ laplæ. Ex quo enim ratio mentis humanæ ſubtraxit Deo obedientiam quam debebat: ſubtracta eſt animæ illa obedientia, quam ſibi corpus exhibebat, & cœperunt paſſiones mortis & corruptionis affligere animam, in corpore habitantem, in tantum quod clamare compellebatur Apoſtolus dicere ad Romanos 7. *Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et Seneca epiſtola 101. Corpus inquit, hoc animi pondus eſt, & pœna. *Et infra*, Maior ſum, & ad maiora genitus, quàm vt mancipium corporis mei ſim: quod equidem non aliter aſpicio, quàm vinculum aliquod libertati meæ circumdatum.

P TERTIÒ Domini quibus nemo poteſt ſeruire, ſunt Deus & mundus, qui ſunt quodammodo oppoſita: quod enim vni gratum eſt, alteri eſt odioſum, & quod vni placet, alteri diſplicet: nam Deo placet pax, mundo turbatio & preſſura Ioan. 16. *In me pacem habebitis, in mundo autem preſſuram.* Ideò debes ô homo odiſſe amorem mundi & amare Chriſtum, quia dicit Auguſtinus ſuper Ioannem. Si in corde tuo habitat amor mundi non eſt quo intrat amor Dei. Vas plenum eſt, effunde quod habes, & recipies quod non habes: effunde amorem ſeculi vt implearis amore Dei.

Sed diceres. In mundo viuo, mundum odiſſe non poſſum aut ſpernere. Audi Bernardum in libro de contemptu mundi dicentem. Dic mihi, vbi ſunt amatores qui ante pauca tempora nobiſcum erant? nihil ex eis remanſit, niſi cineres & vermes. Attende diligenter quid fuerunt: homines fuerunt ſicut & tu, comederunt, biberunt, luſerunt, & *duxerunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcenderunt.* Hic caro eorum vermibus, & illic anima eorum dæmonibus deputantur, donec reuerſi infelici collegio colligati, ſempiternis inuoluantur incendijs, qui ſocij fuerunt, in vitijs. Hæc Bernardus. Ideò ſeruitium mundi debet quilibet relinquere & contemnere: vt Deo ſtudeat diligenter ſeruire.

Q Serui Dei à mundi ſeruis quomodo cognoſcendi.

Sed diceres. Quomodo poſſunt ſeruitores Dei à mundi ſeruitoribus cognoſci? Ad hoc *Reſpondè* quod per aduerſitatem & tribulationem & tentationem cognoſcuntur ſerui Dei à ſeruis mundi. Iuxta illud Eccleſiaſtici 2. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in timore & iuſtitia, & prepara animã tuam ad tentationem.* Nã quos mundus ponit ad dexterã proſperitatis, hos ponit Chriſtus ad ſiniſtrã aduerſitatis. ſicut figu-

ratum

ratum est Genes. 48. Cum Iacob benediceret filijs Ioseph Manasses & Ephraim, *stabat Manasses ad dexteram, quia erat natu maior, Ephraim autem ad sinistram. Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim, sinistram autem super caput Manasses manibus cancellatis.* Quod cum vidisset Ioseph grauiter accepit & dixit. *Non ita conuenit pater, quia Manasses maior est & primogenitus: respondit Iacob. Minor maior erit.*

MORALITER. Per Iacob qui interpretatur supplantator, Christus intelligitur qui benedicit tam bonis quàm malis mundo deditis. Nam bonis benedicit benedictione spirituali, dando eis virtutes, sed malis benedicit benedictione temporali, dando eis diuitias. Ideo Ioseph qui interpretatur augmentum, significat mundum, qui semper recipit auxilium in malis, ponit Manasses in dextra prosperitatis. Nam Manasses interpretatur obliuio, & significat malos diuites qui Dei obliuiscuntur in præsenti vita, & sunt semper ad dexteram prosperitatis. Quia secundū Psa. 1. *Inimici eius terram lingent*, id est, possidēt bona temporalia. Et Ephraim ponit ad sinistram aduersitatis. Ephraim interpretatur crescens, & significat bonos & humiles, qui semper crescūt in bonis virtutib. quia *ibunt de virtute in virtutē, donec videbitur Deus Deorū in Sion.* Psalm. 48. Et hi sunt semper ad sinistram aduersitatis & persecutionis. Iuxta illud 2 Timoth. 3. *Omnes qui volunt piè viuere in Christo persecutionem patiuntur*, scilicet à malis hominibus. Mali autem homines & seductoris proficient, quia secundum glossam frequenter tales mundani prosperitate florent sed non sic in futuro, quia tunc verus Iacob Christus dexteram suæ pietatis & benedictionis æternæ ponet super caput iustorum, qui hic persecutiones pertulerunt, & ibi magni erunt, Sed mali diuites, qui eranthic ad dexteram prosperitatis, ibi deijcientur ad sinistram tribulationis & pœnalitatis. Quia dicit Hieronymus in epistola: Difficile, immò impossibile est, vt præsentibus & futuris quis fruatur bonis, vt de delicijs ad delicias transeat, & in vtroque seculo primus sit & in terra & in cœlo appareat glorioſus. Iacob. Ioseph. Manasses. Ephraim.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Ideo dico vobis ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis: aut corpori vestro quid induamini, &c. Matth. 6.

SECVNDVM naturales & præcipuè secundum Fontinum in descriptione vniuersi Candela ardens si versus terram nimium inclinatur, protinus suffocatur. Ratio, quia nimia pinguedo & humiditas exstinguit: & hoc vult Theophylus in breuiloquio diuersarum artium. Modica, inquit, pinguedine candela accensa limpidissime lucet, cum autem ex toto oleo vel sæpe immergitur, protinus suffocatur. R

MORALITER. Candela ardens, est homo accensus in amore Dei, qui si nimium inclinatur ad illa inferiora, per nimiam sollicitudinem auaritæ extinguitur per dile-

dilectionem & pinguedinem terrenorum, quod nulli pauperi lucet, per compassionem & eleemosynarum largitionem, sed occidit eos per eleemosynæ subtractionem, & tandem occiditur per diuinam correptionem, & sic extinguitur hic in claritate & in fine in anima & corde diuina seueritate.

Figura Genes. 4. legitur quod Cain occidit fratrem suum, quem Lamech postea occidit inter folia arborum sagitta sua putans esse feram.

MORALITER. Cain interpretatur possessio, & significat mundi auarum, qui habet possessiones multas, sed quia non dat pauperibus esurientibus, eos occidit, quia dicit Ambrosius libro de officijs, & habetur 86. distinct. C. Pasce. Pasce, inquit, fame morientem: quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, occidisti. Et sic occidit hic sollicitus auarus fratrem suum, videlicet pauperem, ideò occiditur à Lamech inter folia. Folia vmbram solum faciunt, & in autumno deponuntur & cadunt, quia diuitiæ per nimiam sollicitudinem acquisitæ, statim tempore mortis ab auaro excluduntur. Quia dicit Psalm 48. *Dines cum interierit, non sumet omnia*, sed panniculum vilem. Et tunc percutitur sagitta Lamech qui interpretatur percutiens, & significatur Christum qui dicit Deuteronom. 32. *Percutiam ego & sanabo.* Hic percutiet sagitta vltionis & immisericordiæ ipsum auarum, eo *quod pauperi misericordiam non fecit* Iacob. 2. cap Et à fine excludetur à luce æterna. Iuxta illud Richardi de sancto Victore: Mens quippe humana terrenis cupiditatibus dedita, luci est felicitatis æternæ & gratiæ aliena. Ideo Dominus in præsenti verbo proposito, prohibet nimiam sollicitudinem cupiditatis, dicens. *Ideo dico vobu, &c.* In quo duo facit. *Primo* sollicitudinem nimiam dissuadendo. *Secundo* exempla huius dissuasionis indicando.

Diuitiæ foliis decidentibus cõparantur.

S

Circa quod NOTANDVM sollicitudo est triplex. Prima est prouidentiæ spiritualis commendabilis, & constat principaliter in tribus.

Sollicitudo spiritualis triplex.

PRIMO in *sanctorum tribulatione*, videlicet vt homo sollicitus sit Deo & sanctis suis seruiendo, de qua dicit Apostolus Rom. 12. *Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes* Sed hanc sollicitudinem non habent aliqua genera hominum.

1. In seruiendo Deo & sanctis. Hanc excludunt.

PRIMVM genus sunt *iuuenes voluptuosi*, qui suam iuuentutem vt frequenter offerunt diabolo, & mundo seruiendo: Quia dicit Damascenus lib. 8. Vbi vnum adolescentium virtutibus videris effulsisse, ibi mille reperies perijsse sed senectutem tantum offerunt Deo, dicentes vulgariter. Man sol sich der Jugent nteten. Sed non sic ô iuuenis, sed memento creatoris tui, videlicet qui te fecit ex nihilo ad suam imaginem, propter quod totus obligatus es ad eius seruitutem in diebus iuuentutis tuę. Quia tunc potes ei, secundum glossam, promptius & melius seruire, *antequam veniat tempus afflictionis tue*, scilicet senectutis. Eccles. 12. Quia secundum Horatium in Arte. *Multa senem circumueniunt incommoda.*

I. Voluptosi.

II. Diuitias pecuniosi.

SECVNDVM genus sunt *pecuniosi*, qui non Deo sed pecuniæ seruiunt. De quibus Osex 8. *Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent*: hoc est idolum Mammon quod adorant auari, vnde & auaritia appellatur *idolorum seruitus* Ephes. 5. vbi dicit glossa. Illum auarum signat, cuius Deus nummus est: talis nummos adorat & colit vt Deum: diligit enim nummum vt sic, plus quam se, sicut Christianus debet diligere Deum verum. Hoc patet, quia animam suam ponit pro pecunia acquirenda Ioan. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat*

ponat quis pro amicis ſuis: propter quod dicitur Eccleſiaſt. 10. *Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam: hic enim & animam ſuam venalem habet*, & de pecunia continuè meditatur & contemplatur. Gen. 42. *Contemplati ſunt pecuniam in ore ſacci*, & à pecunia ſua nunquam ſeparatur ſponte: quia Matthæi 6. *Vbi Theſaurus tuus eſt, ibi & cor tuum.* Sed in fine ab ea ſeparantur inuiti, & deſcendunt ad inferna decepti, iuxta illud Amos 2. *Deceperunt eos idola ſua; poſt quæ abierunt patres eorum.*

TERTIVM genus quod Deo ſollicite non ſeruit, ſunt *vani & ſpecioſi*, quia heu diabolus & mundus communiter pulchriores ſumunt in ſuo ſeruitio quàm Deus. Propter pulchritudinem enim quidam nolunt ſeruire Deo, & neſciunt hi quod pulchritudo eorum eſt bonum defectiuum, bonum infectiuum & bonum deceptiuum, vt dicit Holkot ſuper librum Sapientiæ, lectione 93. *Primo* enim eſt *bonum defectiuum.* Nam continuè fugit, continuè perditur & diminuitur. Teſte Boëtio lib. 3. deconſolat. proſa. 8. Formæ nitor rapidus eſt & velox, & vernalium florum mutabilitate fugatior, Et Ouidius de arte amandi.

Forma bonum fragile eſt, quantumq; accedit ad annos,
Fit minor, & ſpacio carpitur ipſa ſuo.
Nec viola ſemper nec florent lilia ſemper.
Et reget amiſſa ſpina relicta roſa. Et lib. 3. dicit.
Quam cito, me miſerum luxantur corpora rugis.
Et perit in nitido qui fuit ore color.

Ideo dicit Sapiens Eccleſ 11. *Ne laudes hominem in ſpecie ſua.*

Secundo eſt *bonum infectiuum*: raro enim coniunguntur immunditia & pulchritudo. Dicit enim auctor libri de varietate carminum, libro 2. quod pulchritudo iuuenem prædonem efficit caſtitatis. Ideò dicitur Eccleſ. 25. *Ne reſpicias in mulieris ſpeciem & non concupiſcas eam in ſpecie.*

Tertio eſt *bonum deceptiuum*: Erigit enim hominem in ſuperbiam aliquoties, & ſic propter formam carnis, perdit homo gratiam mentis. In cuius figura legitur Matth. 14. quod Herodes in conuiuio ſuo *celebrans diem natalis ſui, iuſſit occidere Ioannem Baptiſtam.* Herodes interpretatur glorians in pellibus, & ſignificat de ſpecie corporis gloriantes, quæ tota eſt in pellibus ſeu in ſuperficie. Igitur homo glorians in pellis ſuæ pulchritudine, celebrat ſuum diem natalem, dum inaniter gloriatur de bona tàm vano quod non operando, ſed naſcendo recepit. Et iſte ſtatim occidit Ioannem, id eſt gratiam, per inanem gloriam deceptus. Daniel. 13. *ſpecies decepit te.* Ideo ſi homo eſt pulcher, eo feruẽtius debet Deo ſeruire qui voluerit cũ tali pulchritudine fulciri.

QVARTVM genus quod non habet ſollicitudinem Deo ſeruiendi ſunt *erubeſcentes formidoloſi.* Multi enim propter erubeſcentiam & formidinem hominum, nolunt Deo ſeruire, nec eum confiteri: & tales malè ſe habent ad Dominum Deum, in quantum pater, & in quantum ſponſus animæ. In quantum eſt Dominus, malè ſe habet dum erubeſcit Dominum confiteri, non autem erubeſcit confiteri diabolum, ſeruitũ eius manifeſtem faciendo. Nulla enim eſt certior Domini confeſſio quàm ſeruitij redditio. Si autẽm Deum habet & Dominum, non habet eum vt primum Dominũ vel maiorem, ſed ſecundum. Solũ enim illum cenſum vult ei reddere, in quo mundus præbet aſſenſum, non aduertens q̃ Deus rex eſt, & regaliter & liberè vult dominari. Erubeſcentes adeo negauerunt Chriſtũ, quod etiam leui ſigno nolunt

T
III.
Specioſi & varij.

Pulchritudo corporis quale bonum.

V
IV.
Erubeſcentes & formidoloſi.

videri.

Herodis natalem quinã imitentur.

videri eius discipuli. Erubescens signa diaboli libere portat, vexillum verò Christi non vult portare nisi occultè, non attendens illud quod dicit Dominus Ierem. 4. *Leuate signum in Sion & confortamini.* Et cap. 6. *Leuate vexillum*, in quantum pater est male se habent erubescentes dum eum negant. De hoc Matth. 10. *Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo.*

Studiosus erubescit propter patris humilē habitum.

Ita accidit fatuo erubescenti, sicut accidit cuidam scolari Parisijs, qui cum indutus esset pretiosis vestibus & à socijs suis multum honoraretur, cum visitasset eum pater in humili habitu, timens ne socij sui eum contemnerent, si scirem eum habere talem patrem: rogauit patrem suum vt hoc nullo modo indicaret, assimulans ipsum esse de seruientibus patris sui, fecit eum comedere cum Gersone domos. Quod patienter sustinuit. Sed cum finito prandiu scolaris duxisset eum in cameram, secretè quæsiuit ab ipso, quid attulisset, ostendit ei pater denarios, quos sibi attulerat, dicens. Tu negasti me fili, & ego te negabo, nunquam de cætero comedes & bibes de aliquo quod mittam tibi.

In quantum vero est sponsus, malè se habent erubescentes, cum de tanto sponso erubescunt. De cuius nobilitate dicit Sapiens Prouerbiorum vltimo. *Nobilis in portis vir eius.* O homo non est ignobilis sponsus, vt eius nobilitatem debeas erubescere. Non est ita deformis, quod eius deformitatem debeas erubescere, quia *speciosus forma præ filijs hominum.* Psal. 44. Et *Candor lucis æternæ, & speculum sine macula,* Sapient. 7. Non est adulter. O anima, sponsus tuus vt de eo debeas erubescere. Ipsum, non erubuit beata Agnes quæ dixit. *Ipsi iam desponsata cui angeli seruiunt* O anima, sponsus iste te singulari pugna acquisiuit. Ipse est quem non mors ab amore tuo potuit separare. Cantic. 8. *Fortis est vt mors dilectio tua.*

Bona opera cōtemnere, quantum malum.

Male etiam se habet erubescens ad bona opera, dum ea contemnit & facere erubescit. Valde iniquum est bona opera in honorare, à quibus homo tantum bonum exspectat. De quo honore loquitur Ecclesiastici 14. *Omne opus electum, iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo.* Quando gloria huius mundi deficiet, tunc gloria dabitur pro bonis operibus. De præsentis gloriæ defectu dicit Psal. 48. *Quoniam cum interierit non sumit omnia, neque descendit cum eo gloria domus eius.* Ideo nullus debet eum erubescere, sed ei diligenter seruire.

X

2. In meritorū congregatione.

SECVNDÒ, sollicitudo prouidentiæ spiritualis consistit meritorum congregatione, videlicet vt quilibet merita multa congreget in præsenti vita, à quibus præmietur in futuro, de quibus Prouerbiorum 6. *Vade ad formicam O piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem*, scilicet eam cogentem, *nec principem*, videlicet mandantem de diligentia & prouisione sui, *parat in æstate cibum, & congregat in messe quod comedat*, quasi diceret. Sic homo debet congregare cibum bonorum meritorum Ideo dicit Sapient. 14. *Ante mortem operare iustitiam, quoniam non est apud inferos cibum inuenire.*

3. In subditorū regimine.

TERTIO, consistit in subditorum regimine. Debet enim prælatus esse sollicitus circa subditos vt corrigat ipsorum excessus De hac sollicitudine dicit Apostolus ad Rom. 12. *Qui præest sollicitudine semper præesse debet.* Prælatus enim qui non corrigit sollicitudine excessus sibi commissorum, comparatur idolo vt dicit Holkot lectione 163. Idolum enim recipit honores & nihil valet, ponitur in loco solenni, & habet auctoritatem corrigendi defectus subditorum, & nihil facit; imo videmus quod

pat-

Digitized by Google

passeres & aliæ aues vadant super caput eius, non obstante versutiâ gladiatoris. Ita nonnunquam dissoluit & laicisui federet & requiescunt super eapsui præsidium, fautoribus suis, & consolatio. Et eo fit ut opportunitate à quo deberent agui & putantes. Vnde ipsi tum facientes sui damnationi, tam probatur, Tali præsaco dicitur Zachar. 11. *Quæper. & sidum, deelinquent gregem.*

SECVNDO sollicitudo est necessitas temporalis tolerabilis. De qua Gen 3. *In. fabore vultus me vescerispanem.* De hac sollicitudine dicit Egidius Romanus de Re- sollicitudo gimine principum parte 3. lib. 2. capit. 12. Decet, inquit, quemlibet volentem fe- necessitas cundum vitam politicum prouidere in gentis & domesticæ, habere curam de aqua temporalis. & cibo potuque. Et eundem quoque de diuitiis &c. Et paulo post subdit. Vbi vero fridericiho- enim Fridericum imperatorem, qui tanta sapientiæ fœcularis præditabatur, quasi nis resurrexisse & iterum fuisse ei similis, habuisse multas possessiones, non obstante quod tenuerat ecclesiis- sententia pri- tas, in quas vitiosa modici per ambitionem & simoniam irrepserant, & quas pe- mitiua. riculis alienata summum habebat alimentes, & hoc tam in bellis quam in voluptatibus. *Et fabulæ.* Qui enim fingulia amplectuntur opportune emit, magis vitant vitiosa, quam vitiosi. Quare decet Principem & quemlibet hominem laudabiliter tum spectabilem, magnorum & virtuosum, quam super armenti, boum, & super multitudine ouium, & aliorum animalium defectationem ad ingentem virtutem, non solum quæ stupedi fed etiam voluptatem, fecuralibi cedentem habitare, quam humanum alimentum, vel alarum assumi, ex quibus alimenta domestica fabricantur. Sic etiam, vt ait Philosophus in fedendum eft circa quæ culturam & parcere alle ipse effent ad vtilem cultum. Et aptibus n. in partibus communis bus, nolitur melius fructus eft ad parcis expenditu- Pecunia ac- ras. quisitiua.

SECVNDA vtra quod Philosophus hanc circa finem primi Politicorum distinguit de quinque vtentes modis, quibus nanimata acquiruntur vt dicit idem legibus vtilibus. Et secundo, hoc contingit quique modis acquiratur vna via dicitur pollitoria, quæ quidem Politicoria. pollitoria, idemdicta, eft fecularis pecuniam acquirens.

SECVNDA via vitiata eft pecuniam acquirendam dicitur eft mercatoria, cum, 2. quis per mare aut terram defert mercationes aliquas fpeculari, & hæc via contenta eft in illis, vt. 66. dift. Nouimus. Et hæc via Clericis pro maiori parte prohibita eft. Solicitudo non debent, qua dicit Apoft. 2. Timoth 2. *Nemo militans Deo implicat se fæcularibus negotijs* Et Hieronymus 13. 3. dicit. Negotiatorem clericis & ex inope diuitem, & Clericus- ex ignobili gloriatum, quid quæsumus peccauit fingo. Dicit enim Clericus non debet rum. gestare negotium, Sed quia Laici interdum minium solicitantur circa mercationes : pec- pauis pelle- cuniarum mare, & terras & negligunt propriam falutem, ideo augustus Ambrosius grinatus. detrahetur de Helia in canonic. cap. 3. Solicita vita, inquit, conuertatio & quies & modo femper in turbinis ventis ipsis mobilior, quibus voluitur hæc aqua illoc ita tur. Sæpe vitæ accultatis crebra naufragia, quis vos naufragare compellit, vt terram fa- catis incolatis. & ad litora cuium plurimos excitimus Mare non dat nauigantibus Deus fecit. fed propter elementi pacificum tutum, laucus pelagi fruitur aquoris terra, vt ecto incolatur terras, no longum in vagus & exul errares: fed tempestate iactatur mare hominum. ergo non vsurpare debetis elementum. Innocentis nihil delinquit, terrenius humanis fibi eft ipfi diuitem. Denique Dicit Dominus. *Dominamini ipsibus maris*, non eum dixit. Naufragare in fluctibus

TERTIA via dicitur mercenaria vel conductiua, vt eft quis fpe mercedis vel pretio, 3.

Mercenaria vel Conductiua.

conductus aliqua operatur. Et quia talis debet esse sollicitus in suo seruitio. Dicit enim Egidius in 3. parte lib. 2. cap. 16. quod ministri in duobus deficere consueuerunt. Nam male exsequuntur opus iniunctum, quia sunt decipientes, & defraudantes iura ciuilia aut regalia, & sum infideles Dominis suis.

Exemplum de tumulo quodam proditore.

De vno refert Thom. Cantiprat. libro 1. Apum capit. 24. part. 4. Erant, inquit, in Flandria duo viri diuites, qui contra se grauiter erant inimici, & opportunitatem quærebant qualiter vnus alterum caperet & necaret. Erat autē quidam nequissimus, qui vnius seruus fuerat, & nunc alteri seruiebat. Ad hunc ergo cui olim seruierat ille veniens, conquestus est de Domino, cuius ad præsens seruus erat: sibiq; fore perfacile, vt eius manibus illum tradat. Qui gauisus, continuo pactus est ei pecuniam dare, & exinde habita oportunitate, Dominum suum tradidit in manus inimici. Quo occiso, venit proditor ille ad amicos patris aduersæ, & simili dolo tradendum illis obtulit occisorem. Credebat enim scelus proditionis in primis omnibus, nisi solis illis cum quibus pactum inierat, latuisse. Comprehensus est ergo, & traditus iudici, & suspensus. Amicorum vero precibus de patibulo deponi permissus, in terra sepultus est. Nec mora, die sequenti cum de nocte sepultus fuisset, ignoti canes sepultum multis videntibus extraxerunt, & membratim inter se miserabiliter discerpserunt. Et subdit Egidius, quod aliqui male exsequuntur opus iniunctum. Sed hoc non ex malitia voluntatis, quia ipsi de se bonum volunt, sed hoc contingit ex hebetudine intellectus. Sunt enim hebetes & minus intelligentes, propter quod ipsi licet non decipiant nec defraudent, decipiuntur tamen & defraudantur.

Conditio ministrantiū quænam?

Conditio ergo ministrantium esse debet quod sint fideles & prudētes. *Fidelis* enim quantum ad rectitudinem voluntatis, ne defraudent. *Prudentes* quantum ad industriam intellectus, ne per insipientiam defraudentur. *Fidelitatem* cognoscere possumus per diuturnitatem temporis. Ipsum enim cor hominis videre non possumus, sed tamen si per diuturna

Quis prudēs reputandus.

tempora in diuersis officijs commissis fideliter se gesserit, est fidelis iudicandus. *Prudentia* verò cognosci habet, si aliquis sit memor, prouidus cautus, circumspectus, prudens est reputandus.

Exempla fidelitatis.

Scribit enim Valerius lib. 6. cap. 8. & Seneca libro 3. cap. 34. de fidelitate Vrbini Panopionis, qui cum vidisset aliquos missos ad occisionē sui Domini, ipse veste mutata, Dominū suum clandestinè alienauit, & per posticum emisit, & pro eo mortem sustinuit. Narrat Trogus Pompeius libro 4. quod Anaxilanus post eius mortem reliquit filios paruulos, & eorundem tutelam cuidam seruo magnæ fidei commisit, & in quo fuit tanta sollicitudo tantusq; amor, memor sui Domini, quod potius postea pueris seruire & mori voluit, quam eos deserere. Referet etiam Valerius lib. 7. quod rex Argeas morens, reliquit filium paruulum & pusillum. Postea cum Macedones bellum cum inimicis inirarent, paruulum regem in cunabulis ante aciē locabant, sicq; paruuli regis innocentia & angustia, fidelitatem subditorum ad fortiter pugnandum mouebat, & sic attenta victoria: Macedones qui prius succubuerunt, dixerunt: Macedonibus regem defuisse, non autem virtutem eius. Ex his historijs patet fidelitas & prudentia seruorum prædictorum.

Z. 4 Experimentalis, 2.

QVARTA via pecuniam acquirendi, dicitur experimentalis: quia facile est Philosophum ditari; quod probat Philosophus duobus experimentis. Vnde Thales Milesius, vnus de septem sapientibus, qui primo philosophari cœperunt, cum esset

inter-

interrogatus, cur philosopharetur, & ad quid valeret philosophia, cum semper in ægritate degeret? Ipse vero non denariorum cupidus, sed vt ostenderet quod de facili esset philosophos ditari, si circa talia curam gerant, videns per astronomiam, nascituram esse magnam copiam oliuarum, ab omnibus incolis regionis illius emit totum oleum in anno futuro. Mutuata ergo pecunia, & data arrhabona pro futuro oleo, & quia tunc nullus poterat vendere nisi ipse, quia ei erat magna copia olei, multam pecuniam est lucratus. *Secundum* particulare gestum, quod recitat philosophus de quodam ferri siclario qui emit totum ferrum. Et quia ipse solus ferrum vendebat lucrabatur pecuniam vt volebat. Et dicit Ægidius vbi supra cap. 2. Volentem pecuniam acquirere, oportet hæc & similia particularia gesta, per quæ aliqui sunt pecuniam lucrati, in memoria habere, vt si occurreret oportunitas per similia gesta, dum tamen illa essent licita, pecuniam lucrarentur.

Philosophi facile ditari possunt.

QVINTA via dicitur arctifica, quando quis per artem suam aliqua exercet, per quæ pecunia lucratur. Nam licet finis artis militaris sit victoria, & medicinalis sit sanitas, singulæ tamen artes quasi ad pecuniam ordinantur, cum ex opere & artificio pecuniam intendit. Hæc Ægidius. Hæ sollicitudines temporalis necessitatis sunt tolerabiles, si saltem sunt licitæ & sine proximi nocumento.

5. Arte acquisita pecunia.

TERTIA est sollicitudo superfluitatis vituperabilis, quæ prouenit ex inordinato amore terrenorum. De qua Chrysostomus dicit. Sollicitudo est filia desperationis, de hac dicit Sapiens. *Exspectatio sollicitorum peribit.* Prouerb. 11. Hanc prohibet Apostolus. *Nihil solliciti sitis.* Philip. 4 quasi diceret, sed *sollicitudinem vestram in Deo ponite.* 1. Petr. 5. Et quia Apostolus Petrus ponit rationem quare sollicitudinem nostram debemus in Deum ponere, *cui*, inquit, *cura est de nobis.* Et licet ipsi sit cura de omnibus, cum sit pater omnium, quia *pusillum & magnum ipse fecit.* Sapien. 6. Specialiter tamen curam habet de suis fidelibus, quia singulariter est pater Christianorũ, vt 11. quæst. 3. Ad Mensam. Quod considerans propheta ait. *Dominus sollicitus est mei.* Psal. 11. Super quo verbo pulchrè loquitur Augustinus dicens Habet tui curam qui te fecit, qui habuit tui curam cum iam hoc es quod voluit vt esses. Iam fidelis es, iam ambulas in via iustitiæ, curam tuam non habebit, qui *fecit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos?* Hæc ille.

Sollicitudo superfluitatis vituperabilis. Matth. 5.

Istam tertiam sollicitudinẽ superfluitatis vituperabilis Dominus dissuadet dicens. *Dico vobis ne solliciti sitis.* Et dicit August. Animam in hoc loco pro animali vita positam nouimus. Et secundum Hieronym. & Thom. in glossa contin. quod hic dicitur, intelligitur de carnali cibo & vestimento, pro quibus non est nimium sollicitandum: quia si Deus dedit nobis maiora, sicut animã & corpus, dabit nobis & minora, videl. escam & vestimentum. Quia tunc inducit exempla & *primum* est de volatilibus, quod ponit cum dicit, *Respicite volatilia cœli, quæ non, &c.* quasi diceret. Si pascit Dominus aues irrationales, multò magis verò vos qui estis rationales, qui filij estis Dei, quibus promittitur æternitas, & est ratio talis. Magis enim curandum est de his quæ sunt maioris pretij quàm de his quæ minoris: Sed Deus curat de volatilibus prouidendo eis sine eorum sollicitudine, quia non serunt neq; metunt, neq; congregant in horrea. Ergo multo plus curat de hominibus.

Sollicitudo nimia vitanda probatur.

I. Per volatilia.

MORALITER hoc exponit Nicolaus de Lyra in glossa morali, quod per volatilia significantur viri contemplatiui, qui se negotijs secularibus non implicant, &

minus pro eis ſollicitatur neceſſaria eis miniſtrando. De hoc exemplum in Vitis Patrũ lib. 1. part. 1. in vita S. Frontonij. Frontonius quidam ſeruus verus Dei, ſolitudinem cupiens, dixit fratribus ſuis, quorum erant ſeptuaginta viri. Quid nobis cum mundo damnabili, pergamus ad Eremum, nihil nobiſcum ferentes, vt acquiramus cœleſtem gloriam, dicit enim Dominus. *Nolite cogitare quid manducetis aut quid bibatis* &c. & dominus adiuuabit ſeruos ſuos. Cumque ibi longo tempore morarentur, diabolus aduerſarius Chriſtianorum eos tendare cœpit, vt de eremo egrederentur, & ſic illi inſtigati dixerunt. Nunquid illi in vrbibus habitantes Deum non videbunt, an qui in eremo habitant ſoli Deum vident! Quis enim poteſt cibo angelorum viuere? Ecce morimur fame. Audiens autem Frontonius eorũ murmur, dixit. Quouſque irritatis Deum? Illud ſcitote, quoniam non necabit Dominus fame animam iuſtam: recordamini quid ante dixit, *Nolite cogitare quid manducetis* &c. Nouit Dominus cibum dare timentibus ſe. Angelus igitur miſſus à Deo, venit ad quendam diuitem nocte, dicens. Tu epularis in diuitijs ſplendide, & ſerui mei in eremo indigent pane. Surge igitur diluculo, & mitte ſeruis meis eſcas ex omnibus quæ dedi tibi. Procuratorem enim te poſui gregis mei. Surgens ergo manè, conuocauit amicos, exponens eis viſionem, quærens ab eis locum vbi habitarent ſerui Dei, & nemo potuit indicare. Igitur altera nocte duriori comminatione, & plagis corrigitur. Mane ſurgens cum fletu, oſtendẽs plagas, & querens locum. Tandem vnus amicorum dedit ſibi cõſilium, dicens. Sunt tibi ſeptuaginta cameli, illos onera cibarijs; & mitte eos nemine ducente. Et ſi ex Deo eſt imperium; animalia tua ſalua reuertentur. Et placuit conſilium. Onerauit ergo ſeptuaginta camelos cibarijs quibus ſerui Dei veſcuntur, & ſine ductore dimiſit. Animalia autem venerunt vbi habitabant ſancti, cibos eis ferentes, & octaua die ad dominum redierunt. Idem diues quolibet anno, notato tempore eis miſit neceſſaria. Et alijs etiam diuitibus Dominus imperauit, vt eis neceſſaria mitterent.

Matt. 6.

SECVNDVM exemplum ponit Dominus. Matth. 6. *Conſiderate*, inquit, *lilia agri quomodo creſcunt*, ſcilicet tam ſpecioſa, *non laborant*, videlicet vt ſibi veſtimenta ſuant, quod pertinet ad viros, *neque nent*, quod pertinet ad Mulieres, vt dicit gloſſa interlimearis, *Et dico vobis*, ſcilicet, ego qui mentiri non poſſum, *quia nec Salomon* qui præ omnibus regibus floruit in omni gloria ſua quæ fuit triplex, ſcilicet diuitiarum, ſcientiarum & potentiarum, *coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis*, ſcilicet filijs. Quia Salomon habuit veſtes alienas, lilium autem proprias. Ille ab arte, illud à natura, quæ præcellit artem opere ſuo.

MORALITER autem ſecundum Nicolaum de Lyra, per lilia verè caſtos intellige quos habemus conſiderare, vt ſimiliter caſtitatem amemus, quomodo creſcunt non ſolum labore ſuo, ſed etiam dono Dei. Sapient. 18. *Et cognoui quia non poſſum eſſe continens niſi Deus det.* Hæc lilia ſpiritualia veſtit Deus ſolijs ſex candidis.

Lilia ſex ſolijs veſtiũtur

PRIMVM eſt *ſobrietas*, ſed hoc folium laceratur à quibuſdam exceſſu ciborum & potuum. Quia & Loth inebriatus, *inceſtum cum filiabus perpetrauit.* Gen. 19. Idem ponit Auguſtinus contra Fauſtum, & ponitur 12. q. 1. Inebriauerunt, inquit, Loth filiæ eius, & ſe neſciente miſcuerunt.

1. Sobrietate.

SECVNDVM folium eſt *laboriоſitas*, quia decet caſtos homines, vt ſint in labore licito iuxta illud Hieronymi ad Ruſticum Monachum, de conſecrat. diſt. 5. Facito aliquid

2. Laborioſitate.

qui ſoperis, vt ſemper diabolus inueniat te occupatum. Sed hoc folium lacerant otioſi, quia hæc *fuit iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis & otium.* Ezech. 16.

TERTIVM folium eſt *veſtis aſperitas*, quæ ornat caſtitatem, quam econtra lacerat veſtis pulchra atq; mollis. Quia dicit Metriſta. 3. Veſtis aſperitate.

Veſtis pulchra, cibus largus, otium quoq; ſomnus,
Demergunt animam, luxuriamq; vocant.

Quod patet Numeri 25. de filijs Iſraël qui *fornicati ſunt cum mulieribus Moabitarum* bene veſtitis.

QVARTVM folium eſt *cuſtodia ſenſuum* præcipuè illorum qui nobis remotè oſtendunt, vt viſus vel auditus. Quia curioſitas videndi, lacerat caſtitatem, vt patet in Dyna filia Iacob *quæ egreſſa vt videret mulieres illius regionis, corrupta eſt à Sichem filio Emor* Geneſ. 34. Similiter Dauid per centum paſſus *videns Bethſabee, adulterium commiſit cum ea.* 2. Regum 11. 4. Cuſtodia ſenſuum.

QVINTVM eſt *modeſtia ſermonis* quæ multum ornat hominem caſtum. Sed turpitudo ſermonis & garrulitas lacerant, ſcilicet caſtitatem. Sicut de illa garrula muliere Prouer. 7. quæ occurrit iuueni *in habitu meretricio quam ſequebatur ille quaſi bos ad victimam ductus.* Ideo dicit Seneca: A turpibus verbis abſtineto, quia licentia eorum impudentiam nutrit. Et B. Hieronymus ſic inquit. Sermo virginis ſit prudens, modeſtus, rarus, nec tam eloquentiam preciosus, quàm pudore. 5. Modeſtia ſermonum.

SEXTVM eſt *fuga occaſionum* peccandi. Nam nimia domeſticitas lacerat caſtitatem, & opportunitas peccãdi eſt via ad luxuriam, vt patet in *Thamar corrupta ab Amon fratre ſuo.* Quia ſola cum ſolo fuit in thalamo. 2. Reg. 13. 6. Fuga occaſionum.

Habent etiam lilia aliqua, grana aurea. Grana igitur aurea in lilio hoc myſtico, videlicet hominis caſti, ſunt tres modi diligendi Deum, quos diſtinguit Bernardus dicens. Diſce amare dulciter, amare fortiter, amare prudenter. Amare dulciter, ne illecti, prudenter ne decepti, fortiter ne oppreſſi, ab amore Dei auertamur. Ecce qualiter ſpiritualia lilia à Deo tam decenter ſunt ornata, quod nec Salomon qui fuit incaſtus & *amator mulierum.* 3. Regum 11. eſt ita coopertus ſicut vnus ex illis hominibus caſtis. Grana in lilio, quid deſignent.

TERTIVM exemplum eſt, *Si enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei*, videlicet veſtiet & in neceſſarijs prouidebit, qui eſtis rationales & immortales. Quaſi diceret ſecundum Chryſoſtomum ſuper Matthæum. Si floribus terrenis ſuccurrit Deus, qui nati ſunt, vt tam modo videantur & pereant, quomodo homines negliget, quos ſic creauit, vt non pro tempore ſint ſeu videantur, ſed vt perpetuo maneant. *Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur, hæc omnia gentes inquirunt*, ſcilicet nimia ſollicitudine, quaſi diceret ſed Chriſtiani non debent illa ita quærere. Quod enim gentes plus curent de veſtibus quàm virtutibus, probat Innocentius de vilitate humanæ conditionis parte 2. cap. 29.

Cum quidam philoſophus in habitu contemptibili aulam principis adijſſet, & diu pulſans ad oſtium non fuiſſet introміſſus, ſed quoties tentaſſet toties eum contigiſſet repelli: mutauit habitum & aſſumpſit ornamentum, tunc ad primam vocem aditus patuit venienti. Qui procedens ad principem, pallium quod geſtabat, cœpit venerabiliter oſculari. Super quo princeps admirans, inquit, Quid hoc deſignaret. NOTA. Exemplum Philoſophi niale veſtiti.

De respectu personarum

Philosophus respondit. Honorantem honoro, quia quod iustus non potuit, vestis obtinuit. *Et subdit Innocentius*, contra hoc exclamando *O* vanitas vanitatum, honoris plus defertur vestibus, quàm virtutibus, plus venustati, quam honestati. Artificialis species subducitur, & facies obducitur naturalis, tanquam hominis artificium artem. superat creatoris.

MORALITER autem per fœnum, secundum Nicolaum de Lyra, intelliguntur vani, glorioſi ad tempus florentes, & poſt ignē gehennæ inſtituentes, quibus Dominus hic tanta bona tribuit, vt tandem mittantur in ignem & in clibanū æternæ combuſtionis, vbi comburuntur & non conſumuntur. Quod probat Auguſtinus in libris de ciuitate Dei, multiplici exemplo. *Primo* quorundam vermium dicens. Vnum genus vermium in feruore calidarum aquarum ſcaturire reperitur, quorum feruore nemo impunè tractaret. Illi aūt ſunt non ſolum ſine vlla mortis læſione, ſed etiam extra has non poſſunt viuere. *Secundo* ponit exemplum pauonum, quæ cum mortuę fuerint, non putreſcunt. Quod ſemel hæc auis ſi cocta erat allata, & de pectore vſq; ad annum ſeruari poterit, & nullam læſionem incurrit niſi quod aliquantulum corpulentiæ ſiccioris fit. *Tertio* exemplo Salamandræ. Salamandra, inquit, in igne viuit, de cuius etiam pellib. corrigiæ precioſæ fiunt, quæ vetuſtate conſumptæ, ſi in ignem mittentur de veterib. nouæ fiunt. Etiā eſt aliud in hoc probandum exemplum, quod quidam ſunt altiſſimi montes Siciliæ, qui tanta temporis vetuſtatæ vſq; nunc æſtuant flammis, & tamen integri perſeuerant.

Ignis æterni probatio per naturalia

DOMINICA XVI. POST TRINITATIS.

Sermo Primus.

Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ. Lucæ 7.

A

REx apum ſemper circumdatur multitudine apum, tanquam rex à ſua familia, & cum moritur ipſe rex, apes velut familia triſtes efficiuntur, & circa mortuum corpus luctum non minuunt, imo niſi ſubtrahantur, fame & dolore moriuntur.

Anima velut rex habet triplicē familiam

MORALITER ſpiritus vel anima hominis eſt velut rex & habet triplicem familiam, videlicet ſapientes ad conſolandum, milites ad pugnandum, artifices ad miniſtrandum. *Intellectuales* ergo ſenſus, ſunt tanquam ſpiritus vel animę conſiliarij, dicentes ei, *Time Deum & mandata eius obſerua*. Eccli. 12. Etiſti etiam protrahunt ipſum ſpiritum vel animam ad diuina. *Rationales* autem ſenſus, qui diſcernunt & oculo diſcretionis aſpernantur mala, & eligunt bona, ſunt milites qui hoſtes concupiſcentiarum impugnant per arma iuſtitiæ. *Animales* verò ſenſus ſiue ſenſuales, qui appetunt viſibilia, ſunt tanquam artifices & ruſtici, qui corporalibus rudimentis inſiſtunt, & neceſſaria corpori miniſtrant. vt dicit Humbertus in tractatu de ſeptem donis Spiritus S. in prologo. cap. 3.

Modò ſicut rex apum habet familiam ſuam in alueari, ſic & ſpiritus vel anima habet familiam in corpore fragili. Sed contingit interdum, quod ſpiritus qui eſt rex, moritur per peccatum, quia mors ſpiritualis animæ venit in quolibet peccato mortali,

Digitized by

tali, vt de pœnitentia distinct. 4 cap. dicens. Et Sapient. 16 dicitur. *Homo per malitiam occidit animam suam.* Et Seneca epistola 82. quod venenum malitiæ peius est quàm serpentis, quod quamuis mortiferum sit alteri, est tamen vita serpenti. Sed venenum malitiæ principaliter nocet habenti, quasi diceret, quia occidit ipsum spiritualiter, ex quo spiritus moritur per peccatum. Ideo debet ad similitudinem apum tristari, nec debet minuere luctum, nisi subtrahatur spiritus à morte per pœnitentiam, ne efferatur in morte etiam corporis de habitatione & damnetur. Quia dicit Augustinus sermone 8. de aduentu ad iudicium, quod in morte consistant angeli tartarei à Deo transmissi; tunc si imparata fuerit anima, conturbabitur; & de strato fugam petere non poterit; sed tunc oculis miseris, & vultu plorabili, rogans, deprecans, & orans, dicet. Miserere mei ô piator generis humani, & vos miseramini angeli, non me nudam & sine fructu ad iudicem deportetis, non me peccatorem, scilicet spiritum à corpore segregetis, rogo permittite ad modicum tempus me pœnitere, suspirare, lamentari, eleemosynas facere: deprecor, deprecemini; rogo, intercedite, male vitam expendi. Hæc audientes angeli dicunt. O anima misera, omnibus diebus tuis in peccato vixisti & modo vis pœnitere. Sol tuus occubuit, finis tuus aduenit, Deus iussit egredi de corpore, separare & cruciare in æterno igne secundum opera sua, non est de cætero spes salutis sed æterna damnatio. *Et subdit Augustinus:* Illa scientes, ante illam horam curramus ad pœnitentiam, suscipit enim nos qui suscepit latronem, telonarium, adulteram mulierem. Hæc ille. De hoc ad sensum mysticum dicunt verba prælibata de spiritu peccatis mortalibus mortuo. *Ecce defunctus efferebatur* scilicet in morte à corpore. In quo Euangelista duo tangit in sensu morali. *Primo* animæ mortem detestabilem, ibi; *Ecce defunctus.* *Secundo* eius egressionem mirabilem ibi; *Efferebatur.*

Mors animæ peccatum mortale.

Animæ imparatæ preces.

Respondent angeli.

Circa quod NOTANDVM. Mors est quadruplex, & secundum hoc quadruplices moriuntur mortui aut defuncti, scilicet mors mentalis extinctionis, mors carnalis resolutionis, mors claustralis conuersationis, mors infernalis amaricationis.

Mors quadruplex.

PRIMA ergo mors est, *mentalis extinctionis*, videlicet quando mens, vel anima extinguitur per peccatum mortale. Vnde Holkot super librorum Sapient. lect. 12. dicit. Peccatum videlicet mortale satis conuenienter vocatur mors, propter tres rationes: videlicet propter consimilem defectum, consimilem effectum & consimilem aspectum. De PRIMO ergo moriente corpore, talis est processus in deficiendo. *Primo* distemperatur & distrahitur: secundo infirmatur: tertio moritur; quarto effertur extra domum; quinto sepelitur; sexto à vermibus consumitur. Isto modo spiritualiter distemperatur & distrahitur per tentationem & cogitationem de peccato. *Secundo* infirmatur per comitantem delectationem. *Tertio* moritur per consensum. *Quarto* asportatur de domo, & elongatur ab hominibus per culpæ abominationem & diffamationē apud hōmines. *Quinto* sepelitur per malā consuetudinē. Sicut n. terra vel lapis onerat suppositos, & opprimit corpus ne resurgat, sic illa mala cōsuetudo est quasi quædam moles grauissima, opprimens & necessitans hominē ad peccandum, quia dicit Augustinus lib. 8. Confessionum, cap. 5. Lex peccati est violentia consuetudinis, qua trahitur & tenetur, etiam inultus animus, eo merito quo in eam volens illabitur. Et in eodem capitulo, cito post principium, loquens de se ipso pro statu peccati ante baptismum suū, Suspirabam, inquit, ligatus, non

B

1.

Mentalis extinctionis. Peccatum mortale cur mors vocatur.

I.

non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat meus inimicus, & inde mihi catenā fecerat & constrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa facta est libido; & dum seruitur libidini facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.

Et de hac etiam morte peccati pulchrè loquitur Isidorus de summo bono. Cogitatio, inquit, praua delectationem parit & delectatio consensionem, & consensio actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem. Sicq; his vinculis implicatus, quadam catena vitiorum tenetur, ita vt ab ea nequaquam vltra euelli valeat, nisi diuina gratia manu iacentis apprehendat. *Et subdit.* Nequissimum est peccare, sed peius est consuetudinem peccandi facere; ab illo facile, ab hoc resurgitur cum labore. Hæc ille. Et hæc consuetudo peccandi secundum Augustinum de sermone Domini in monte lib. 1. cap. 13. sepulturæ Lazari comparatur. Et sicut videmus carissimi, quod istis magnis & nobilibus fiunt sepulturæ honestissimæ, de marmore, vel de alijs honestis lapidibus & lignis, cum picturis & figuris, quæ simul onerant & honestant. Ita magnis & potentibus mortuis per peccatum, faciunt adulatores *sepulchra dealbata* & depicta, palliantes, diminuentes & excusantes imò commendantes peccata potentium: quia secundum Psal. 10. *Laudatur impius in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.* Et illi quidem videntur eos honorare & ornare, & sic ornant & opprimunt miseros ne resurgant per pœnitentiam de peccatis. Vnde Gregor. 4. moralium cap. 19. notat, quod Christus tres mortuos suscitauit, videlicet puellam in domo; iuuenem in porta; Lazarum in sepulchro. Quartum verò discipulo narrante cognouit, sed tamen non suscitauit: quia valdè difficile est, vt is quem post vsum malæ consuetudinis, adulantium linguæ excipiunt, à mentis suæ morte reuocetur. De quo etiam benè dicitur Matth. 8. *Sinite mortuos etiam sepelire mortuos suos.* Mortui enim suos mortuos sepeliunt, cum peccatores peccatoribus fauoribus seruiunt.

Cōsuetudo peccandi pessimæ.

Matth. 23.

Secundo, corpus mortuum à vermibus consumitur, vt patuit infrà. Sic mens priuata vita gratiæ à verme conscientiæ & desperationis corroditur & mordetur. Sic igitur conuenienter peccatum mors dicitur, propter consimilem defectum, vel processum deficiendi. Sic enim peccatum intrat in animam, sicut mors in corpus. Rom. 5. *Peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors.*

C II.

Mortis varij effectus.

Facit animā rigidam.

Frigidam.

SECVNDO peccatum dicitur mors propter consimilem effectum. Mors namq; facit corpus rigidum & frigidum, putridum & horridum, terreum atq; ponderosum. Isto modo MORALITER facit peccatum animam *rigidam*, per superbiam & inobedientiam ad Deum. Iuxta illud Prouerbiorum 18. *Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigidè.* Glossa, superbus efficit animam rigidam. *Secundò*, facit peccatum animam *frigidam*, per inuidiam, quia in omni inuido, ignis caritatis extinctus est, de quo igne. Lucæ 12. dicit Dominus. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur.* Super quo dicit Chrysostomus. Qui non habet ignem istum de quo dicit Dominus: *ignem veni mittere*, in hyeme est, etsi fuerit in media æstate. Ideo dicit Iere. 6. *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam: sic frigidam facit malitia* scilicet inuidiæ *animam suam. Tertiò*, peccatum facit animam *fœtidam* per luxuriam quasi latrina in qua porci infernales delectantur & volutantur. Vnde dæmones non petierunt mitti in columbas, quæ habent simplicitatē, nec in oues, quæ habent innocentiam, nec in turtures, quæ amant castitatē, sed in porcos, qui diligunt immunditiam,

Digitized by Google

ditiam. Matth. 8. *Domine*, inquiunt, *si eiicis nos hinc, mitte nos in porcos.* Sic dœmones non habitant in cordibus ſimplicium nec innocentum, nec puritatem diligentium, ſed luxurioſorum, *de quorum cadaueribus aſcendit fœtor*, Iſa. 34. *Quartò*, facit eam *horridam* per iracundiam, de quo Geneſ. 15. *Horror magnus & tenebroſus inuaſit Abraham.* *Horridam.* *Quintò*, facit eam *putridam*, per gulæ immoderantiam, per quam ſenſus & ratio ſepeliuntur, & homo in aſinum commutatur. Hierem. 22. *Sepultura aſini ſepelietur putrefactus & proiectus.* *Putridam.* *Sextò*, facit eam *terream*, per auaritiam, cui nihil ſapit niſi terreum, vt dicatur tali animæ ſicut talpæ dixit natura, & ſerpenti Dominus Gen. 3. *Terram commedes omnibus diebus vitæ tuæ.* *Terream.* *Septimò*, facit eam *ponderoſam* per acediam, quia nihil boni operatur. Iuxta illud Prouerb. 13. *Vult piger, & non vult.* Gloſſa, vult obtinere bonum, honeſtum, vel vtile, ſed non vult laborem ad hoc requiſitum ſuſcipere. Sed Gloſſa ordinaria dicit, vult piger regnare cum Domino, & non vult pati pro eo; delectãt præmia cum pollicentur, terrent certamina cum iubentur, & ſic peccator fit piger, & ponderoſus per acediam. *Põderoſam.*

D

III.

Peccatum morti ſimile propter aſpectum.

TERTIÒ, peccatum dicitur mors propter conſimilem aſpectum. Quantumcunque enim homo fuerit pulcher, amabilis, & delicatus, ſtatim poſt mortem eſt horribilis, turpis, & abominabilis, & à communione hominum ſeparandus. Sic anima ante peccatum pulcherrima & formoſa eſſe videtur. Cant. 4. *Pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Sed per peccatum ſpoliatur gratuitis, & vulneratur naturalibus, & fœtida & abominabilis fit coram Deo, vt dicat ei Deus illud Ezechiel. 16. *Abominabilem feciſti decorem tuum.* Et tunc per peccatum ſeparatur anima miſera à communione fidelium, & amicitia Dei, & angelorum bonorum. Ideo dicitur Prouerb. 14. *Miſeros facit populos peccatum.* Fatuiſſimus operarius eſt ille, qui difficilibus laboribus ſe fatigat, & nihil mercedis, vel ſtipendij in fine reportat. Quantis laboribus, periculis & difficultatibus ſe exponunt homines pro peccato? Hi pro voluptatibus, iſti pro vanitatibus. Et quod eſt ſtipendium? Certè mortis ſtipendium, & infernale ſuſpendium. Quia dicitur Rom. 6. *Stipendia peccati mors.* Quapropter dicit Salomon Sap. 1. *Noli zelare mortem*, id eſt, diligere peccatum mortale, quæ eſt cauſa mortis.

Ex iam dictis clarè patet, quod peccator intelligitur, per hunc mortuum. Viſo quis ſit ille defunctus, videndum eſt vlterius, qui ſint huius defuncti portatores; quæ porta per quam efferatur; & à qua vidua deploretur; & qualiter à Chriſto ſuſcitetur.

E

Portatores defuncti quatuor.

PRIMÒ ergo ſunt quatuor portatores, qui portant hominem in peccatis: ſcilicet, longæ vitæ propoſitio; alienæ culpæ intuitio; propriæ culpæ impunitio; & diuinæ miſericordiæ largitio.

I.

Spes longioris vitæ.

PRIMVS portator eſt longæ vitæ propoſitio. In eo enim quod ipſe homo longam vitam ſibi proponit: ideo in peccatis tanquam mortuus perſiſtit; ſi autem conſideraret vitæ breuitatem, excuteret à ſe iniquitatem. Conſidera peccator, quod vita noſtra tranſitoriis citò rebus comparatur dicitur enim Sapient. 2. *Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum.* Comparatur etiam *rori antelucanæ.* Sapient. 11. Talis enim ros generatur ante ortum ſolis, & orto ſole ſtatim exſiccatur. Sic eſt de homine qui adhuc in ſuo ortu per mortem ſucciditur, ſic conqueritur Ezechias Iſa. 38. *Præciſa eſt velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me.* De hoc vide exemplum. Luc. 12. de

Digitized by Google

diuite, qui *horrea dilatauit*, & longam vitam ſibi propoſuit, & eadem nocte mortuus & damnatus eſt. De hoc quære exemplum, ſi placet, ſuperius ſermone 72. F.

II. Conſideratio & imitatio alienæ culpæ.

SECVNDVS portator eſt alienæ culpæ intuitio. In hoc enim, quod peccatores intuentur culpas aliorum dicentes. Ille & ille faciunt hoc peccatum, ideo remanent in peccato. Sed ſi hoc intueris, nec à peccato ceſſaueris, forte te ipſum decipis: quia vno peccato eodem modo peccantes, vnus poſſet conſequi gratiam, & ſaluari, alter dimitti & damnari quia dicitur Matt. 24. *Tunc erunt duo in agro, duo in mola, & duo in lecto, vnus aſſumetur & alter relinquetur.* Vbi ſecundum Remigium his verbis tres ordines Eccleſiæ demonſtrantur. Per duos in agro, ordo *Prædicatorum*, quibus commiſſus eſt ordo Eccleſiæ. Per duos in mola, ordo *coniugatorum*, qui dum per diuerſas curas nunc ad illa flectuntur, quaſi molam in circuitu trahunt. Per duos in lecto ordo *continentium*, quorum requies nomine lecti deſignatur. In his autem ordinibus ſunt boni & mali, iuſti & iniuſti, ideo ex eis *quidam relinquentur*, ſcilicet in peccatis ſuis, & *quidam aſſumentur*, videlicet ad pœnitentiam & ad regnum cœlorum. Ideo ſi videris alios benefacientes, alios vero peccantes, ſequere benefacientes: quia & aſinus ſi viderit ſocios ſuos ante ſe cadentes hanc viam non graditur, ſed per aliam viam incedere conſueuit.

F

III. Impunitas peccandi.

TERTIVS portator eſt culpæ propriæ impunitio. In hoc enim, quod culpæ noſtræ manent impunitæ, ideo eo audacius conſueuimus peccare, iuxta illud Eccli. 8. *Quia non citò contra malos profertur ſententia, abſq; timore vllo filij hominum perpetrant mala.* Si enim Deus ita puniret Sodomitas, ſicut in veteri lege puniuit per *aquas diluuij vniuerſum mundum*, vt dicitur Gen. 7. Et *quinque ciuitates*, Gen. 19. *per ignem*, non eſſent tam proni ad hoc peccatum, & ad alia peccata inhumana.

Sed animaduertere debent, quod nullum peccatum manet impunitum; ſi hic non punietur, grauiſſimè in futuro. Nam quanto remotius hircus exit, tanto fortius trudit. Ideo dicit Auguſtinus in ſermonibus communibus, ſermone 43. Impunitum non poteſt eſſe peccatum, non decet, non oportet, non eſt iuſtum. Et quia non poteſt eſſe impunitum, puniatur à te, vt non puniatur ab illo. Idem dicit in libro ad matrem. Firmiſſimè crede, quod peccatum impunitum non relinquatur. Et Iob. 14. *Deus malum abire impunitum, ſeu inultum non patitur.*

IV. Miſericordiæ diuinæ largitio.

QVARTVS portator eſt diuinæ miſericordiæ largitio. In eo enim, quod miſericors Deus facilè miſericordiam ſuam peccatoribus elargitur, eò diutius in peccatis perſeuerant, quia facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi, vt dicit Ambroſius libro de officiis, & ponitur 24. quæſt. 4. Eſt iniuſta. Vident aliqui, quod de facili Chriſtus dimiſit *ſeptem peccata mortalia Mariæ Magdalenæ*. Luc. 7. & Petro *trinæ negationis peccatum*. Matth. 26. Et latroni deprecanti, ait. *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Lucæ 23. Idcirco de eadem miſericordia & venia ſperant continuè peccantes. Sed quis ſcit ſi veniam pœnitendi conſequentur, quia dicit Hieronymus in Epiſtola. Vix inter ducenta millia hominum, quorum vita ſemper fuit mala, vnus meretur indulgentiam. Nec tamen propter hoc aliquis debet deſperare, quia dicit Chryſoſtomus de reparatione lapſi, & allegatur à Magiſtro libr. 4. ſentent. diſt. 14. Talis mihi credo, talis eſt erga homines pietas Dei, numquam ſpernit pœnitentiam, ſi ei ſincerè & ſimpliciter offeratur, etiam ſi ad ſummum quis perueniat malorum, & inde tamen velit

Pauciſſimi merentur indulgentiã.

reuerti

reuerti ad virtutis viam, suscipit & libenter amplectitur, & facit omnia quatenus ad peiorem reuocet statum.

SECVNDÒ, per portam effertur. Vbi NOTA. Porta dicit Glossa, visus est, vel auditus, aut aliquis de quinque sensibus. Si ergo *videris mulierem ad concupiscendum eam*, iam mortuus effertur, per portam visus. Qui verò *aurem detractionibus & linguam litigiis accommodat* extrahitur & effertur per portam auditus. Si autem *consimilia fabulantur*, per portam oris mortuus effertur. Ideo ad portam visus pactio mutua est ponenda, inter ipsum videlicet & cor, vt cor non dirigat oculum ad aliqua illicita, nec oculus renunciet cordi aliqua vana, sicut fecit Iob. 31. *Pepigi*, inquit, *fœdus cum oculis meis*, id est, firmiter in corde meo statui sicut firmum pactum, quod vitarem omnem aspectum impudicum, *nec cogitarem quidem de virgine*, id est, per aspectum inciderem in delectationem, vel consensum alicuius virginis. Et subdit. *Si enim ambulaui in vanitate*, Glossa, præbens me aspectibus iuuencularum, *& festinauit pes meus in dolo*, videlicet quærens eas ad decipiendum. *Si*, id est, non, *secutus est oculus meus cor meum*. Ideo dicit Ambrosius: Auertamus oculos ab inanibus ne quod oculus videat, concupiscat cor, vt teipsum inspicias necesse est, vt ab omnibus oculos auertas. Qui enim custodit oculos ab immunditia cordis securior, erit.

G Porta per quam effertur defunctus. Pactū cum oculis & corde inundum.

Ad portam auditus faciendæ est seps spinea, per quam intelligitur reprehensio diuina. Et hoc dicitur Eccl. 28. *Sepi aures tuas*, Glossa, detractiones non audiendo, quod innuitur cum subditur, *spinis*, scilicet increpationem pungentium; *& noli audire linguam nequam*, & seras, scilicet, adhibe auribus tuis, videlicet ne intrent verba mala, quia dicit quidam Doctor.

Aures sepiendæ spinis,

Nulla differentia est inter mala loquentem, & ea delectabiliter audientem, vterque enim dupliciter peccat. Ille, qui mala audit, & in his delectationem percipit; & iste qui malè loquitur, & in his similiter delectatur. Si ergo audierimus doleamus, & sic sine peccato erimus, & dicentem conticescere faciamus. Quia dicit Hieronymus ad Rusticum Monachum. Sicut sagitta, si mittatur contra materiam duram, nonnunquam in sagittantem reuertitur, & vulnerat vulnerantem: Ita detractor dum tristem viderit animum, vel faciem audientis, illicò conticescit, pallet vultus, hærent labia & saliua siccatur. Si verò libenter & lætanter audieris, somitem detrahendi tribuis.

Loquens & audiens mala, peccat.

Ad portas verò oris ponenda est habena ferrea, vt ab assessore tuo lingua regatur. Difficilè enim est regere linguam. nam Iacob. 3. dicitur. *Lingua modicum membrum est, & magna & mala exaltat*. Et citò post. *Lingua nostra ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, inflammat rotam nativitatis nostræ*, id est, cursum nostræ vitæ, quæ rotæ assimilatur, *inflammata à gehenna*, id est, à diabolo. Et infrà. *Linguam nullus hominum domare potest*, quod verbum tractans Augustinus de naturâ & gratia. Non, inquit, ait Apostolus linguam nullus domare potest, sed nullus hominum, dum domatur, Dei misericordia, Dei adiutorio, Dei gratia fieri fatemur. Vnde non est expressio impossibilitatis, sed magnæ difficultatis. In cuius figurâ, natura sic ordinauit circa linguam, quod quasi duplici muro clauditur, videlicet osseo & carneo; ad ostendendum, quod duplex examinatio fieri debet, antequam lingua suum opus exercet. *Primo* enim debet considerare an sit licitū, *Secundo*, an sit expediens; Et istæ sunt duæ viæ, per quas debet transire, de quibus

H Ori habena ferrea adhibenda,

Lingua duplici muro clauditur, & quare,

ctuosam. Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat rursus accepit? Hæc Augustinus.

Sed NOTABILE est, quod Domino loculum tangente, adhuc mortuus non surrexit, quia multi à Domino ad pœnitentiam emolliti, vel tribulationibus inducti, adhuc non pœnitent, sicut Pharao, de quo dicit Augustinus, vbi suprà. Pharao autem in ipsis flagellis durior est effectus. *Secundum* effectiuum huius resuscitati, est præceptio. Nam omnis eius iussio est præceptum, cum dicitur. *Adolescens tibi dico, surge.* Sed ista iussio SPIRITVALITER est diuina inspiratio, de qua Ephes. 5. *Surge, qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus.*

Quantum ad TERTIVM ostensiua sunt duo, videlicet sessio & locutio. De *primo* dicit, *resedit, qui fuerat mortuus.* Non dicit Euangelista quod steterit, vel iacuerit, sed *resedit.* In stando enim totum corpus laborat, sed in iacendo totum quiescit. In sedendo enim partim laborat & partim quiescit. Illi stant, qui circa sollicitudines temporales nimis laborant: illi iacent, qui in bonis operibus torpent. Nulli eorum sunt veraciter resuscitati. Sed illi, qui sedent, pro tempore Deo per deuotam orationem, aut contemplationem, & proximo per diligentem operationem laborant. Vnde bene opus est, vt Maria piè & sublimiter sentiat de Deo. Martha minor dicitur, & benignè cogitat de proximo. Lazarus miserè & lacrymabiliter sentiat de seipso. De *secundo* dicitur. *Et cœpit loqui.* Peccator enim, qui prius consueuit loqui verba mundi vel peccati incipit loqui verba Dei, ostendit se fore suscitatum. Quia dicit Bernardus. Pretiosa lingua, quæ non nisi de diuinis rebus nouit disserere verba. 3. Sessio & locutio.

Quantum ad QVARTVM consecutiua sunt duo, laudatio Dei, fides & recognitio. De *primo* dicitur. *Accepit autem omnes timor & magnificabant Deum.* Sic peccator propter beneficium suscitationis spiritualis, debet laudare Christum. Quia dicit Chrysostomus super Matthæum: Ad laudandum se, me omni tempore incitat, qui mihi omni tempore beneficia præstat. Sed certè sunt multi homines, qui ingrati sunt de tantis beneficijs sibi impensis, nec Deum laudant. Ideo dicit in persona Christi B. Augustinus. Si fueris iniquus non me laudas, si vita cum lingua consentit, tunc me laudas. *Et addit.* Melius est tacere & benefacere, quàm me laudare & peccata committere. De *secundo* dixerunt. *Propheta magnus surrexit in nobis.* Sic & tu, si habueris Dei cognitionem, certum est quia resuscitatus es. Quia vbi sincera Dei cognitio, & vera fides, ibi nulla inferior delectatio seu adhæsio. Ideò dicit B. Augustinus: Qui Deum omnium largitorem bonorum cognouerit, quæ sibi delectatio in inferioribus erit? Si arbor semper præferenda est suo fructui, quid mirum si Dei intuitu vilipenditur breuis delectatio huius mundi. 4. Laudatio Dei, fides & recognitio. Ingrati pro beneficiis, Deum non laudant.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Luc. 7.

RVDENS agricola agrum proprium otiosum existere non permittit, dum tempus est germinis. Quando enim inde elephat frumentum, interdum seminat rapas, vel aliud, quod nascitur pro illo tempore, ideò

Digitized by Google

ſollicitus eſt cum maturæ ſunt ſegetes ipſas metere. Iuxta illud Ioël. 3. *Mitte falcem, quia maturæ ſunt ſegetes.*

SPIRITVALITER. Per agricolam intelligitur Deus Pater, teſte Chriſto. Ioann. 15. *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt.* Ager eſt præſens Eccleſia Catholica: Sed fruges quilibet noſtrum in hoc agro debet fructificari. Videmus etiam, quod ſemina in agro, etiam ſi qua ſunt indigeſta & acerba, ſimul cum maturis metuntur. Sic loquendo ad propoſitum. Deus in præſenti vita tempus merendi nobis concedit, vt dicit Hieronymus, 13. q. 2. c. In præſenti ſeculo ad maturam meſſem deuenientes, reportamur in horreum Domini, ſcilicet in vitam æternam, & non tradamur cum paleis ad comburendum. Et niſi tempore accepto producat ager Eccleſiæ fruges debitas, ſi non fructiferos non permittit nos amplius diuino in agro Eccleſiæ, ſeu campo mundi perſiſtere, ſed falce mortis nos de campo vitæ præſentis abſcindet, ſiue dulces produxerimus fructus, ſeu acerbos. Et hoc figuratum eſt Apocal. 14. vbi Ioannes vidit cuidam angelo præcipi. vt meteret, quia maturæ eſſent meſſes. *Venit*, inquit, *hora vt metatur. Et miſit falcem ſuam in terram & meſſuit.* Et ſequitur immediate: quod *alius angelus exiuit, qui habuit falcem acutam.* Et Angelus, qui habebat poteſtatem ſuper ignem & aquam, dixit illi, qui habebat falcem acutam. *Mitte falcem & vindemia botros vineæ, qui fecit & vindemiauit, & miſit in lacum iræ Dei.*

In vita præſenti eſt tempus merendi.

SPIRITVALITER. Per falcem intellige mortem humanam. Ratio eſt: quia quamuis ſpicæ dum ſunt in agro, vna alia maior, atq; longior eſt, tamen verſus radicem per falcis deciſionem omnes inueniuntur æquales, ſic facit mors humana. Nam in agro Eccleſiæ atq; præſentis vitæ, vnus eſt maior atq; excelſior alio, nobilitate & diuitiarum magnitudine, tamen morte illos metente ſi quis aſpiciat omnes æquales recipiet. Ideò dicit Proſper in ſentētijs. Reſpice ſepulchra quis ſeruus, quis dominus, quis diues, quis pauper: diſcerne, ſi potes, vinctum à rege, à debili fortem, & pulchrum à deformi, quaſi diceret, non potes diſcernere, quia omnes ſunt æquales. Sed per primam falcem metentem meſſem, ſubaudi mortem iuſtorum, qui de campo aduerſitatis vitæ præſentis, vbi æſtibus multarū afflictionum probati, ardentes venerunt ad perfectam maturitatem, metuntur, ne amplius grandines & tempeſtates eos conterant, & ne *cadat ſuper eos ſol, neq; vllus æſtus.* Apocalyp. 7. Per alium verò angelum falcem acutam tenentem, cui angelus poteſtatem habens ſuper ignem dicit, vt *vindemiaret botros*, ſubaudi necem damnatorum, *quæ peſſima eſt*, ſecundum Pſ. 33. Diabolus enim, qui habet poteſtatem ignis infernalis & ſupplicij, Domino permittente, iubet eos vindemiare de vinea præſentis vitæ, quando videlicet completa eſt malitia eorum, igitur proijciuntur in prælum, vulgariter Preſſ / inferni, vbi conculcabuntur, id eſt, præmentur æternaliter, & iam amplius meritorum fructus producere nequeunt, quia hic facere voluerunt. Ideò dicit Auguſtin°. 1. confeſſionum. Illa eſt pœna peccati iuſtiſſima, vt amittat vnus quiſq; illud, quod vti benè nouerit, cum tamen ſine omni facultate poſſet, ſi vellet; & quid ſciens non facit, & amittit ſcire, quod rectum eſt; & qui rectum facere cum poſſet, noluit, amittit poſſe, cum velit. Quaſi diceret. Damnati iam vellent facere opera meritoria, ſed non poſſunt, quia cum poterant facere, noluerunt. Sed de iſtis damnatis non fuit iſte mortuus, quia alias non fuiſſet ſuſcitatus, ſed fuit de iſtis in purgatorio exiſtentibus, vel in-

Mors omnia æquat.

Vindemiare botros. quid?

lim-

limbo: ideò eum Dominus ſuſcitauit à morte, vt dicit Euangelium in quo principaliter tria tangit. *Primò*, defuncti delationem, ibi; *Defunctus efferebatur*. *Secundo*, fletus inhibitionem, ibi; *Noli flere*. *Tertiò*, mortui ſuſcitationem, ibi; *Adoleſcens tibi dico, ſurge*. Circa proſecutionem diuiſionis mortis in primo ſermone factæ, hic dicam de alijs tribus mortibus, videlicet carnalis reſolutionis, clauſtralis conuerſationis, & infernalis cruciationis. Mors triplex

Mors ergo *carnalis reſolutionis* eſt ineuitabilis, quia *omnes morimur, & quaſi aqua in terram dilabimur*. 2. Reg. 14. Et licet homines interdum hic diu viuant, tamen ad mortis terminum neceſſe eſt, vt perueniant. Quod probatur in ſimili: quia nulla eſt via adeò longa, quæ aliquando non conſumatur per itinerantium aſſiduitatem, & ad terminum perueniatur ad quem. M Carnis reſolutio.

MORALITER. Præſens vita eſt via quædam inter terminos incluſa, videlicet inter natiuitatem & mortem. Inter viatores omnes ſumus & oportet deuenire ad terminum, & ad portam mortis, quæ dicitur eſſe finis vitæ præſentis, & initium ſequentis. Ideò animaduertere debemus aliqua, quæ contingunt homini morienti, videlicet dimiſſionem charorum amicorum, amiſſionem bonorum terrenorum perditionem dierum gratioſorum, priuationem mundanorum gaudiorum, conſecutionem mortalium peccatorum, occurſionem ſeuorum dæmoniorum, & ingreſſionem confinium ignotorum. Porta mortis finis vitæ præſentis.

PRIMO, enim animaduertere oportet dimiſſionem charorum amicorum. Solus enim moriens hinc recedit. Nullus verò amicorum, quibus hic magnam amicitiam oſtendiſti, & quos mentaliter dilexiſti, tecum vadit, niſi forte ad ſepulchrum, & tunc ſtatim ipſorum obliuiſcuntur. Et dicit Holkot ſuper librum Sapient. lect. 184. quod tales amici ſunt arguendi de obliuione charorum familiarium ſuorum, & maximè cum fuerint diuites. Magna enim ingratitudo eſt, tunc amicum deſerere cum noſtra amicitia primò incipit indigere. Amici noſtri, quamdiu viuunt poſſunt ſe iuuare in his, quæ ſpectant ad meritum, aut ad demeritum, ſed cum mortui fuerint penitus ſunt impotentes ad merendum, & hunc non habent aliquod refugium, niſi ad amicos, ſi quos in vita poſt ſe reliquerint, vt dicat, quilibet illud Iob decimo nono. *Miſeremini mei, miſereminimei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.*

Et hi, vt addit Holkot conqueruntur de quatuor generibus hominum, & ſunt iſti. Succeſſores occupantes progenitorum hæreditates; executores defraudantes defunctorum voluntates; profeſſores non penſantes fundatorum pietates; & mendicatores non reciprocantes benefactoribus ſuis grates. Amici de mortui de quatuor hominum generibus cõqueruntur.

PRIMI ergo ſunt hæredes ingrati, qui ſuccedunt parentibus in certis bonis & redditibus, quæ illi ſumptibus vel ſtrenuè quæſierunt, iſti obtinent ſine labore, & tamen vix ſemel in anno dici faciunt vnam miſſam. De quo Sapiens. *Si genuerit quis centum liberos*, &c. *Obliuioni datur nomen eius*. Eccli. 6. Hæredes ingrati.

SECVNDVM genus de quo mortui conqueruntur, ſunt executores falſi, & defraudantes eorum vltimas voluntates, contra quos dicitur 13. q. 2. Vltima voluntas defuncti omnibus modis obſeruetur. Hoc autem à iure naturæ proceſſit. Liberum n. debet eſſe, quod iterum non redit ad arbitrium. Hi ergo fraudatores vltimarum voluntatum ſacrilegi ſunt, fures & pauperum necatores. 13. quæſt. 2. C. Clerici, & cap. Executores falſi. NB.

Præ-

Digitized by Google

Præcedenti. Et qui pauperiores ſunt quoniam mortui, qui ſe iuuare in nullo poſſunt quorum obliuiſcuntur cum teſtata non ſoluuntur, vt quilibet dicat cum Pſalm. 30. *Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde.* Sed felices pij executores, qui dicere poſſunt mortuo illud Pſalm. 43. *Nec obliti ſumus te, & inique non egimus in teſtamento tuo.*

Profeſſores fundatorũ immemores.

TERTIVM genus, de quibus mortui conqueruntur ſunt Profeſſores non penſantes fundatorum pietates. Hi ſunt religiones poſſeſſionatæ varijs redditibus, & omnibus bonis ditatæ, non ſolum ad neceſſitatem, ſed ad voluptatis ſuperfluitatem, qui vix nomina norunt ſuorum fundatorum, quorum, quilibet de eis poteſt dicere illud Oſeæ. 13. *Saturati ſunt, & leuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei, ſcilicet per negligentiam.*

Mendici ingrati erga benefactores ſuos.

QVARTVM genus hominum, de quibus conqueruntur mortui, ſunt mendicatores non reciprocantes benefactoribus ſuis grates, qui temporalia recipiunt, & ſpiritualia non retribuunt, vt deberent: qui benefactoribus adulantur donec recipiant, & cum receperint deuotionibus & orationibus non recompenſant. Contra quos Eccli. 37. *Non obliuiſcaris amici tui, in animo tuo, & non ſis immemor illius in operibus tuis.*

Chriſtus faciendus amicus.

Sed quia homines amicos carnales in morte dimittunt, ideò facere debent ſibi amicum Chriſtum, & ſanctos eius, qui morientibus aſſiſtunt, & vſque ad gaudia perducunt. Sicut legitur, quod quidam deuotus homo, in hora ſui obitus, aſpicientib⁹ circumſtantibus cœpit exhilareſcere, & pulcher candidusq; apparere, atque in læta verba prorumpere. Et quærentibus illis, cui loqueretur? Reſpondit. Non videtis ſanctos Patriarchas. Iterum illo loquente, & eis interrogantibus. Nonne, inquit, videtis ſanctos Prophetas. Tertio dixit. Ecce veniunt ſancti Apoſtoli. Quarto dixit. Ecce veniunt ſancti Angeli. Et vltimo. Ecce, inquit, venit Ieſus. Et inter hæc verba migrauit ad dominum. Ideò dicit Gregorius: Interdum contingit iuſtis, vt in morte ſua ſanctorum præcedentium viſiones aſpiciant, ne ipſam mortis ſuæ ſententiam pertimeſcant pœnalem. Sed dum menti ciuium ſupernorum ſocietas oſtenditur, à carnis ſuæ copula, ſine doloris & fortitudinis fatigatione, abſoluuntur.

Quare Sancti morientibus appareant.

N

Amiſſio bonorum.

SECVNDÒ, animaduertere debet homo amiſſionem terrenorum bonorum. Omnia enim bona ſua temporalia in morte amittit, & in hoc ſua non oſtendit, cum ſecum ferre non poſſit, vt dicit Ambroſi⁹. Ideò dicit Apoſtolus 1. Timot. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nihil auferre poſſum⁹.* Et Pſ. 48. *Reliquent alienis diuitias ſuas.* Diuitiæ ſunt velut infideles inimici, qui amatores ſuos in extrema neceſſitate deſerunt. Vnde quidam cum à diuitijs in morte imploraſſet auxilium, nec poſſet aliquam reſponſionem ab eis habere, ait: O fallaces diuitiæ, toto corde vos amaui & honoraui, & nunc in tanta neceſſitate poſitus, nihil conſilij, vel auxilij à vobis habere poſſum. Paratæ eſtis me deſerere, nec vultis me ſequi, ego dimittam vos. Et his dictis ſtatim diſtribuit pauperibus vniuerſa.

Diuitiæ amatores ſuos in morte deſerunt.

Amiſſio tẽporis perpendæ.

TERTIÒ in morte perpendere debet perditionem dierum gratioſorum. Hic ſunt dies gratiæ, dies ſalutis, in quib⁹ poteſt homo de peccatis ſuis pœnitere, & bona operari. Ideò dicit Dominus Ioan. 9. *Operamini dum dies eſt, veniet enim nox, cum nemo operari poteſt.* O ſi peccatores inde egredientes per mortem, haberent à Deo, vel vnam

Digitized by Google

ſtam horam gratioſè conceſſam, vt adhuc agerent de peccatis pœnitentiam, quia ibi habere poſſunt, quia dicunt in inferno damnati, vt recitat Amandus in horol. ſap. lib. 1. capit. 10. Vtinam & de tempore illo toto inutiliter expenſo, ſupereſſet nobis vna horula, tantæ pœnæ in remedium conceſſa. Sed ſententiati (heu) diuina iuſtitia, præcluſa eſt nobis ſalutis vis, negata miſericordia ſpes omnis eſt ablata. Ideò hortatur, Sapiens quemlibet hominem Eccli. 14. *Ante obitum tuum operare iuſtitiam*: quaſi diceret, poſt mortem facere non potes.

QVARTÒ animaduertere debemus priuationem humanorum gaudiorum. In morte enim priuatur homo omnibus gaudijs mundi, & fortaſſis à gaudij, tranſit ad tormenta, quia dicitur Iob. 21. *Tenent tympanum & cytharam* Gloſſa, non ſolum breui, ſed longo, *& gaudent ad ſonitum organi, & ducunt in bonis dies ſuos*, id eſt, totum curſum vitæ ſuæ, *& in puncto ad inferna deſcendunt*, id eſt, ad ſepulturam, ita quod inter proſperitatem, & inter ſepultura m maturam non interuenit aliqua aduerſitas, vt dicit Gloſſa Lyræ. Sed melius eſſet ipſis hominibus, vt cum eſſent adhuc ſani, interdum gaudia mundi abicerent, & triſtitiam pro peccatis aſſumerent, quæ in morte hominis in gaudium conuerteretur Ioann. decimo ſexto. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Priuatio gaudiorum mundi.

QVINTÒ, habet animaduertere conſecutionem mortalium peccatorum. Dicit Iſidorus libro 12. & auctor proprietatum. lib. 14. Simia quando duos habet fœtus, quem plus amat in brachio ſuo portat, quem verò minus diligit, humeris geſtat. Quando ſibi inſtat neceſſitas fugiendi, & cum artatur ab inſequenti, de brachijs proijcere compellitur, & alio in humeris preſſa ad fugam tardior redditur, & ideo à venatore facilius præuenitur. O Quidnam mortale peccatum ſequatur.

MORALITER autem diues habet duos fœtus, videlicet diuitias & peccata, quæ illum ſemper conſequuntur: iuxta illud Eccli 16. *Si diues fueris*, id eſt, diuitiarum cupidus immoderatè, *non eris immunis à peccatis*. *Primum* ergo fœtum, id eſt, diuitias diligit, & brachijs ſuis manibuſq; portat, eas ſemper vniendo. Sed *ſecundum* fœtum ſcilicet peccati, portat in humeris, ea rarò inſpiciendo, vt ea proijceret confitendo. Inſtante ergo neceſſitate mortis, cogitur proijcere diuitias, & hic dimittere eas, ſed ſola peccata miſerum conſequuntur, quia *opera illorum ſequuntur illos*. Apocalyp. 14. Tunc vt ait Bernardus libro meditationum, cap. 2. loquentia peccata, ſimul & opera reſpondebunt, & dicent: Tu nos feciſti: Opera tua ſumus non te deſeremus, ſed ſemper tecum erimus, tecum pergemus ad iudicium. Vitia quoque animam multis, & multiplicibus crìminibus accuſabunt, multaque falſa teſtimonia aduerſus eam inuenient, quamquam vnam ad damnationem eius poſſet ſufficere. Hæc ille. Idcircò quilibet ſtudere debet hic peccata ſua veraciter deponere, & Chriſto cum honeſtate virtutum in morte occurrere. Si enim cum firma fide, charitate formata, veneris, Patriarchas obuios habebis: Si cum vera ſapientia, Prophetas: Si cum voluntaria paupertate, Apoſtolos: Si cum patientia, martyres: Si cum humilitate, confeſſores: Si cum caſtitate, Mariam & omnes virgines: Si cum charitate inimicorum, Chriſtum obuium habebis, qui dicet tibi. *Intra in gaudium DOMINI tui*, Matthæi 25. Diuitis fœtus, diuitiæ & peccata. Peccata hominem ad iudicium comitantur.

SIXTO, animaduertere debes occurſionem ſæuorum dæmoniorum. De hoc dicit Bernardus, vbi ſuprà loquens de anima. Dæmones, inquit, horribili vultu atq; Occurſio dæmonum.

Digitized by Google

terribili aſpectu eam terrebunt, ingenti eam furore perſequentur, & comprehendent eam tam terribiliter, quàm horribiliter, volentes eam retinere & poſſidere, niſi ſit qui eripiat. Et B. Gregorius. 6. moralium dicit. Antiquus hoſtis ad capiendas animas peccatorum, tempore mortis crudelitatis effrenatur violentia, & quos viuentes blanditijs decepit, ſæuiens moriendo rapit.

Locus ignotus. SEPTIMO, animaduertere debes ingreſſionem finium ignotorum. De quo habetur figura Numeri decimo quarto. Filij Iſraël in deſerto nolentes in introitu terræ promiſſionis ſequi viam Moyſi, perierunt in deſerto ignoto, per varia ſupplicia.

Sic MORALITER, volentes hic ſequi viam pœnitentiæ, perueniunt ad paſſum ignotum mortis horrendæ, per ſolitudinem pergentes, vbi neminem cognoſcunt, plenam feris peſſimis & latronibus. Ideò dicit Bernardus libro meditationum O anima mea, quis erit pauor cum dimiſſis omnibus, quorum tibi præſentia tam iucunda fuit, ſola ingrederis ignotam prorſus regionem, vbi occurrent tibi caterua tim terrima monſtra, quis tuebitur te à leonibus præparatis ad eſcam? Quis conſolabitur, & quis deducet?

Ideò legitur, ꝙ quidam vnicus filius regis iacens in agone dixit. O quid eſt mundus? Iam cognoſco me moriturum. Habeo in iſto mundo magnas diuitias, & multa caſtra, & multas ciuitates, & iam multos poſſum hoſpitare homines, ſed ecce morior, & neſcio vbi hac nocte manebo; ſicq; aſtantes ad fletum prouocabat. Ideò mors illa corporalis reſolutionis, ſemper eſt meditanda, quia dicit Hieronymus: Memento mortis tuæ, & non peccabis. Qui ſe quotidiè recordatur eſſe moriturum, facilè contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. Iſti mortui olim ſepeliebantur ſortis extra ciuitatem, eo, quod ſepulturæ non erant in ciuitatibus, propter fœtorem cadauerum mortuorum. Ideò dicit. *Ecce defunctus efferebatur.*

p Clauſtralis conuerſatio quare mors dicatur. SECVNDA mors eſt clauſtralis conuerſationis. Dicit enim Robertus Holkot, ſup. lib. Sapient. lect. 12. quod ſancta religio figuratiuè dicitur mors, à qua vulgariter regulares dicuntur mortui, & ſeculares viuentes. Malus ſecularis tamen verè eſt mortuus, & bonus regularis verè viuens. Nam malo ſeculari dicitur Apocal. 3. *Nomen habes quod viuas, ſed mortuus es.* Sed ſanctis dicitur. 2. Corint. 6. *Nos quaſi morientes, ſed ecce viuimus:* mortui autem peccato viuentes autem Deo. Iuxta illud Roman. 6. *Exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Religioſi cur mortui dicantur. Quare autem religioſi dicuntur mortui, poſſunt aliquæ congruitates induci. PRIMÒ, enim moriturus condit teſtamentum, in quo legat animam Deo, & corpus tumulo, facultates alijs & ſuper hoc exſecutores ſibi conſtituit: Iſto modo religioſus profitendo dat animam ſuam Deo, corpus aſſignat monumento, ſcilicet clauſtro, in quo clauditur ſicut mortuus in ſepulchro: facultates habitas & habendas, reſignat mundo. Exſecutores huius teſtamenti conſtituit Prælatos ſuos, quibus quotidiè tam corpus ſuum, quam animam tradit. SECVNDO, moriturus incipit amittere calorem ſuum naturalem, poſtea vſum ſenſuum exteriorum: ſicut viſus, auditus, & huiuſmodi: Tandem vltimò motum ſuum proprium, ita quod ſi moueri debeat de loco ad locum oportet, quod hoc fiat per alios & non per ſe ipſum. Pannus ei attribuitur breuis & in terra menſura, & ſic finaliter cum mortuus fuerit abſconditur.

Iſto

Iſto modo MORALITER ingrediens religionem. *Primò*, amittit omnem calorem, hoc eſt, omnem amorem carnalem, vel mundialem amicorum vel parentum, quo poſſet à mundi contemptu, & ſancta contemplatione retardari. *Secundo*, amittit vſum ſenſuum exteriorum, per honeſtam & religioſam cuſtodiam, viſus, tactus, auditus & guſtus. *Tertiò*, perdit quaſi loqueſam per ſilentium, locis & temporibus conuenienter ſeruatum. Silentium namque multum iuuat ad mentis recollectionem, & gratiam conſequendam. In cuius figura Zacharias mutus genuit Ioannem, id eſt, lucis gratiam. Luc. 1. *Quartò*, perdit motum proprium, videlicet propriam voluntatem: quia nuſquam ſe mouet, vel vadit, niſi per obedientiam, & licentiam prælatorum. *Quinto*, tribuitur ſibi pannus modicus: quia habitus vilis ad neceſſitatem non ad ſuperfluitatem. Et *Sexto*, tandem abſconditur in ſepulchro, id eſt, in clauſtro ſuo, ne per ſeculi tumultus à ſanctis perturbetur occupationibus. Iſtis mortuis dicitur Coloſſ. 3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto.* Ingreſſio religionis.

Iſti mortui etiam efferuntur quatuor portatoribus, licet ſint vnici, id eſt vnius animæ cuſtodes matris ſuæ, videlicet religionis. *Primus* portator eſt *dignitas Epiſcopalis* ad quam multi aſpirant, & religionem poſtergant: & hi ſunt in periculoſiſſimo ſtatu, vt patuit ſupra ſerm. 38. *Secundus* eſt *voluptas carnalis*. *Tertius cupiditas* mundialis. *Quartus ſollicitudo* parochialis. Nam multi vt poſſint parochias ſeculares regere, videntur religiones dimittere, & relinquere. Quatuor portatores Religioſorum.

TERTIA mors eſt infernalis cruciationis; & hæc eſt quotidiè deteſtanda: De qua Pſ. 48. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Ouis eſt ſtolidiſſimum animal, ſeu pecus. Inter alias conditiones hoc habet, quod ſi ſit in domo accenſa, nullo modo exit ab igne ſed magis ingerit ſe igni. Sic damnati in inferno ita ſtolidi effecti ſunt, & per malitiam obſtinati, quod de inferno, qui eſt tanquam domus accenſa, nunquam exibunt; & eſt mors ſecunda. De qua Pſalm. 33. *Mors peccatorum peſſima.* Huic contrariatur illa vita, de qua Ambroſius loquens dicit: Ibi eſt vita ſine morte, feſtum ſine feria, dies ſine nocte gaudium ſine mœrore, tranquillitas ſine labore, fortitudo ſine debilitate, rectitudo ſine peruerſitate, pulchritudo ſine deformitate, veritas ſine falſitate, caritas ſine inuidia, felicitas ſine miſeria. Hanc nobis concedat Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Amen. Infernalis cruciatus.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Noli flere. Luc. 17.

PEriculoſa res eſt itinerantibus, vias inaquoſas pergere. Nam labore itineris interioribus membris calefactis, ſitit homo, viribus priuatur poſt refrigerij beneficio priuatus, eſt in periculo non paruo. Vnde cum quis talem patitur ſitim, inuento fonte ad illum magna alacritate declinat, & refocillatus totus incedit hilaris vias ſuas.

MORALITER. Omnes ſumus viatores, tendentes ad terminum vitæ noſtræ, ſcilicet ad mortem, per quam ſperamus venire ad vitam feliciorem. Sed in Vitæ noſtræ terminus mors.

hac via præsentis vitæ, magno æstu, id est, magnis tentationibus diaboli, succenduntur interiora membra animæ, per consensum. Et nisi hoc incēdium aqua viua lacrymarum extinguamus, languet anima. Sed refocillata dulcedine lacrymarum hilariter per viam timoris Dei, quousq; venit ad regna consolationis æternæ, quæ lugentibus promissa est. Matth. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Figura Exodi 17. vbi legitur, quod sitientem populum Israel, Moyses percussa petra in Horeb, omnes potauit aqua largissima, & postea debellato Amalech peruenit ad Montem Sinai, vbi Deus facie ad faciem ei locutus est.

Populus spiritualis, quid?

SPIRITVALITER. Per Moysen, qui interpretatur assumptus de aquis, subaudi fidelem Christianum, qui ex aquis baptismi à Deo assumitur in filium adoptiuum. Tendit igitur iste cum populo animæ suæ ad terram promissionis, scilicet æternam gloriam nobis promissam, & à Christo acquisitam. Et iste populus est intelligentia memoria & voluntas. Venit ergo in Horeb, qui interpretatur siccitas, quia transeuntes vitam præsentem, necesse est incendio callidi hostis tentationibus æstuari. Tunc ergo Petra scilicet virga percussa effluit, aqua cum timor Dei cor nostrū contingit, & effluunt lacrymæ, quibus populus huius cōfortatus, strenuè superat Amalech, qui interpretatur populus lingens sanguinem significans dæmones, qui semper lingunt sanguinem peccatorum, sicque hilaris & gaudens peruenit ad montem Synai, & interpretatur celsitudo, per quem significatur celsitas gloriæ cœlestis, vbi DOMINVS loquitur animæ lacrymanti benignè & se illi præbet in præmium. Ideò dicit Bernardus: O humilis lacryma, tua est virtus, tua est potentia, tua est potestas, tuum est regnum, tu ante tribunal iudicis intrare non veteris: quicquid petieris impetrabis. Si vacua intrabis, vacua non redibis: accusantibus inimicis, silentium imponis: non est qui te accedere prohibeat, magis diabolum crucias, quàm gehenna. Quid plus? vincis inuincibilem & ligas omnipotentem. Hæc Bernardus. Hunc fletum non prohibet Dominus, cum dicit cuilibet animæ ad sensum moralem. *Noli flere*, quia ille est valde necessarius, sed prohibet fletum immoderatum, qui fit super morte defunctorum amicorum. Pro diuisione huius sermonis dicam de duplici morte, scilicet spirituali animarum & corporali amicorum.

R Spiritualis mors, animæ deflenda.

PRIMÒ, de morte spirituali animorum, seu animarum NOTANDVM, quod ipsa est deflenda nimis, & à sordidis vitijs, mediantibus lacrymis, aut fletibus purganda, quia eam diabolus maculauit. Diabolus ergo se habet erga animam, sicut carnales homines erga fœminam. Carnalis verò homo cum viderit mulierem abiectam & sordidè vestitam, non consurgit in eius concupiscentiam. Si autem viderit eam pulchram & vestibus benè decoratam, appetit illam, sicut de Bethsabee vxore Vriæ, quia erat pulchra, quia vidit eam Dauid lauātem se, concupiuit ipsam & adulterium commisit. 2. Reg. 11. Similiter de Iudith & Holoferne carnali. Quia Iudith erat eleganti aspectu, & introducta ante Holofernis conspectum, placuit ei, speciem eius concupiscendo. Iudith. 12.

Quos diabolus maximè tentare soleat.

MORALITER. Cum anima humana cōoperta est sordidis vestibus vitiorum, & distorta facta p peccatum, non mirum tentatur à diabolo & mundo: quia tentare hos nō curat, quos pleno iure possidet. Sed dum videt animam ornatam virtutibus vt sit decora velut regina, de qua in Psalm. 44. *Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato*, videlicet caritate, *circumdata varietate*, scilicet virtutum, tunc

com-

comburitur concupiſcentiæ calore & ardore, & inducens carnem & mundum in ſubſidium ſuæ prauitatis omni ſtudio illam ad ſuæ voluntatis conſenſum inducere conatur. Figura de hoc habetur Daniel. 13. de *Suſanna, quæ ingreſſa pomerium viri ſui, vncta eſt oleo*, tantum quod à duobus iudicibus eſt concupita & moleſtata, vt ſententiam mortis ſubiiſſet, ni ſi non Daniel prophetico ſpiritu illuſtratus, eam liberaſſet, & tamen nihil moleſti duo ſenes commiſerant Suſannæ, &c.

SPIRITVALITER. Suſanna interpretatur gaudium gratiæ, & denotat animam per pœnitentiam Deo coniunctam: De hoc enim eſt *magnum gaudium coram Deo & Angelis eius*. Matt. 15. Hæc igitur intrat pomerium viri ſui, quando intrat viridarium ſacræ Scripturæ, videlicet audiendo verbum Chriſti, qui eſt ſponſus animæ, toto cordis affectu, & tunc inungitur oleo miſericordiæ, & aquis deuotionis, quibus anima tota ſit decora, ita vt auctor mali diabolus crucietur inuidia, & aſſumpto ſecum mundo, nititur omni ſtudio inducere eam per peccatum. Producit namque duo falſa teſtimonia. Mundus namq; ſuggerit, ſuas exercere delitias, delectationibus perfrui, præponens vitæ præſentis decorem. Sed diabolus ſuggerit diuturnitatem temporis vitæ, & poſſe fieri pœnitentiam ſenectutis tempore: Et ſic ſuis diris conatibus, velut lapidibus, obruere feſtinat animam. Sed illa lacrymis impetrat ſubſidium Danielis, qui interpretatur iudicium Dei, quod amici tenent, per quod cognoſcuntur teſtes prædicti fallaces, & anima ab interitu peccati liberatur, & mundatur lacrymis, & Chriſto ſponſo ſuo redditur incolumis & iucunda.

Miſericordia & deuotio, animæ decor.

Sed aliquæ animæ ad inſtar Bethſabee conſentiunt in adulterium ſpirituale cum diabolo, quando conſentiunt peccatis. Et talibus ſimiliter neceſſe eſt, vt per fletum emundentur, & ad Deum reuertantur. Quia dicit Chryſoſtomus ſuper Matt. Nemo à Deo aliquando flens abſceſſit, qui non quod poſtulat, accipit: nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetrauit: conſolatur flentes, curat dolentes, & pœnitentes confortat. Hæc ille.

Adulteriũ ſpirituale peccato cõſentire.

Et NOTA. quod peccatrix anima, in peccatis mortua, nequaquam ſine lacrymis poteſt eſſe virtuoſa. Ex defectu enim aquæ, terra ſterilis eſt à fructibus, producit ſpinas tantum, quæ non egent humido. Et ſic interdum fructuoſæ arbores efficiuntur ſteriles, & fructus eorum efficiuntur inutiles, agreſtes, & ſine dulcedine. S

Sic MORALITER, & ſine aqua lacrymarum, anima noſtra infructuoſa eſt, & punitiones peccatorum, & malarum cogitationum germinat & producit. Et ſi flores interdum bonæ cogitationis producit, non tamen proueniunt ad debitæ maturitatis effectum, quia ad præmium æternæ patriæ non attingunt, ſed ad interitum retributionis terrenæ. Cuius figura habetur 1. Reg. 1. quod Elcana habebat duas vxores, quarum vna ſterilis, ſcilicet Anna; & altera fœcunda, ſcilicet Phenenna. Feſto verò ſacrificij, Elcana Phenennæ dedit partem optimam. Annæ verò ſterili dedit partem vnam triſtis, quod videns illa, acceſſit ad templum, vbi nimium lacrymata, & ibidem cauſam ſui doloris narrans Sacerdoti Heli, accepit ſobolis promiſſionem: quæ poſtmodum concepit de viro ſuo, & peperit Samuelem Prophetam Domini: vnde ipſa gaudens fecit canticum. *Exultauit cor meum in Domino, &c.*

Anima cur interdum infructuoſa.

SPIRITVALITER. Elcana interpretatur poſſeſſio, & ſignificat Chriſtum, in quo conſiſtit poſſeſſio beatitudinis noſtræ. Nam in ipſo eſt diuinitas, & humanitas, quas totus homo in patria poſſidebit. Habet enim duplicem vxorem, videlicet

Animæ fœcundæ datur beatitudo.

animam iustam, & animam peccatoris, quæ est sterilis. Ambas enim in baptismo desponsauit, ambas creando sua imagine decorauit. Sed vna earum *secunda*, hæc est anima iusta, quæ quotidie producit merita Deo grata. Ideo ipsa optimam partem præ omnibus recepit, quia æternæ beatitudinis præmia, & nihilominus in præsenti recepit diuinam gratiam.

Anima sterilis accipit bona temporalia.

Sterilis verò, & impœnitenti peccatrici animæ, lacrymis contritionis carenti, tristis dat miseram portionem, videlicet bona temporalia. Sed interdum ad se ipsam rediens, & considerans suæ miseriæ statum, mœrore cordis intrinsecus sauciata, lacrymas multas coram Sacerdote, siue confessore effundit, narrans suæ angustiæ causam, id est, culpam, meretur concipere & parere Samuelem Prophetam Domini. Samuel interpretatur exauditio Dei, quia anima sterilis caligine peccatorum obnubilata, post lacrymarum effusionem lucida efficitur, & iucunda, quia dicit Chrysostomus super Matthæum. Sicut post vehementes pluuias aër purus efficitur, ita & post lacrymarum pluuias, serenitas mentis sequitur atq; tranquillitas: propter quod fletum, aut lacrymam, quam facit anima post peccatum, Christus non videtur inhibere, vt ipsa possit resurgere, & priorem ornatum acquirere & habere.

Post lacrymas mentis serenitas sequitur.

T

Varius modus lugendi amicos defunctos.

Sed de SECVNDA morte corporali amicorum est NOTANDVM, circa modum flendi amicos decedentes, multipliciter se habent homines his diebus. Lugent quidam amicos defunctos *fallaciter*, simulatiuè, & cum fictione: Quidã *pertinaciter*, excessiuè, & sine consolatione: Quidam *sagaciter*, charitatiuè, & ex pia deuotione, vt dicit Robertus Holkot super librum Sapient. lectione 164.

Luctus fallax.

PRIMO lugent & flent interdum filij mortem parentum, in quorum bonis succedunt: Vxores maritos, à quorum societate libenter recedunt: Legatarij testatores, qui eis bona sua legando concedunt. Hi omnes nigris vestiuntur extrinsecus, & facies suas exterminant, & tamen in mente satis gaudent. Sicut fortè luxit Iudas mortem vxoris suæ, Gen. 38. vbi legitur, quod post mortem consolatione accepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum, & diuertit ad Thamar, quam putabat meretricem. Sic planxit patrem suum Gellia, de qua Martialis epigrammaton lib. 1.

Amissum non flet, cum sola est Gellia, patrem,
Si quis adest, iussæ prosiliunt lacrymæ.

Et subdit:

Illi dolent verè, qui sine teste dolent.

Isti figurantur per mulierem Thecuitem cui dixit Ioab. 2. Regum 14. *Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis mulier quasi plurimo tempore lugens mortuum filium.*

Fatuitas immoderatè lugentium.

SECVNDO modo lugent immoderatè, qui sic mortem plangunt amicorum, quasi perenniter & totaliter perierint & interierint, quorum fatuitas ex multis declaratur.

1.

PRIMA accipitur ex consideratione diuinæ voluntatis, cui nullo modo debemus esse contrarij. Vnde Seneca ad Lucillum. Placeat homini quicquid Deo placet, ob hoc ipsum, quod Deo placet. Diuina enim voluntas prima & summa causa est omnium, quæ fiunt. Cuius alia causa est quærenda, secundum Magistrum sentent. lib. 1, distinct. 45. Igitur si amicum, quantumcunque charum, mortuum habeas,

con-

Digitized by Google

considera primò hanc rationem, *quia Deus.* Vnde Augustinus, de vera religione. cap. 43. Qui perfectè Deum diligit, non affligitur morte cuiusquam: quoniam qui toto animo Deum diligit, nouit, nec sibi perire, quod Deo non perit. Deus autem Dominus est viuorum, & non mortuorum.

II. Deo repetenti creditum suum, gratię agendæ. Iob. c. 1.

SECVNDA consideratio, quod iustum & licitum est vnicuique recipere, quod suum est. Vnde Hieronymus in Epistola ad Marsilium, vel Cyrasium. Nihil abstulit tuum, qui dignatus est recipere proprium. Creditum suum recipere decuit creditorem, & nihil aliud decet, quàm creditori gratias agere mutuanti exemplo Iob, qui filiis orbatus, & tota substantia priuatus, dixit. *Dominus dedit, Dominus abstulit, Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.*

III. Lex moriendi necessitas communis.

TERTIÒ considera, quod necessitas moriendi est lex communis omnibus. Si factum esset aliquid circa amicum tuum mortuum, quod non fuit necessariò euenturum, iustè conqueri posses & flere. Iam verò nihil factum est, nisi quod lege communi, toti generi humano est statutum, ad Hebr. 10. *Statutum est omnibus semel mori.* Ambrosius vero lib. 2. de morte fratris sui Satyri dicit: Quid absurdius, quàm illud, quod sanctis omnibus est præscriptum, quasi speciale deplores. De hac communi lege dicitur metricè.

Pauperis & regis communis lex moriendi.
Dat causam flendi, si benè scripta legis.
Gustato pomo nullus transit sine morte,
Heu misera sorte clauditur omnis homo.

IV. Mors liberat à seruitute.

QVARTÒ, cum flere amicum proponis, considera, quia per mortem fit liber de seruo, certus de dubio, beatus de misero. Quia dicitur Iob 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Vnde Augustinus de visitatione infirmorum, lib. 1. Quis numerare potest præsentis vitæ molestias? Esurire, sitire, algere, calere, lassari, & cetera innumerabilia, quæ ex ipsa consuetudine domestica sunt. Deniq; audacter pronuntio: quia principium vitæ hominis, initium doloris est. Fuerunt Philosophi hoc non ignorantes, qui in ortu puerorum lugebant, in morte autem gaudebant: per hoc signantes, quod homo ad laborem nascitur, ad requiem autem moritur. Consimiliter autem fecit Saluator, qui de morte Lazari non plorauit, quando discipulis dixit. *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos.* In suscitatione autem quando eum ad vitam reuocauit, plorauit; quia cum ad huius vitæ miserias reuocauit. *Et paulo post dicit idem Augustinus:* O mors desiderabilis, ô mors omnium malorum præsentium finis, ô mors laboris clausula, quietis principium, quis cogitare potest tuarum vtilitatum beatitudinem? Nam malè mori Christianorum non est: dum mori cum Christo viuere est. Hæc Augustin. Ideo mors liberat. Vnde Isidorus lib. 3. de summo bono. Illi deplorandi sunt in morte, quos miseros infernus ex hac vita recepit, non quos cœlestis aula beatificandos includit.

Mors finis laboris, quietis principium.

V. Deus omnia nouit.

QVINTÒ considera, dum mortem amici plangis, quod Deus est omnia noscens. Ipse enim nouit quid vnicuiq; potius expedit, quando mori, & quando viuere nobis conueniat.

VI. Luctus immoderatus nihil prodest.

SEXTÒ considera, quod luctus tuus immoderatus eum non iuuat. Neq; enim ad vitam eum poteris reuocare, nec per talem luctum à purgatorio liberare. Et hoc est, quod allegauit Dauid 2. Reg. 12. cum filius suus charissimus langueret, flebat, & non

Digitized by Google

non capiebat cibum. Cum autem mortuus esset, surrexit de terra, lauit, comedit, & consolationem accepit & ait. *Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum, ille verò non reuertetur ad me.*

X Et dicitur NOTANTER superius, quando immoderatus fletus mortuum non iuuat. De hoc refert Thomas Cantiprat. lib. 2. Apum, cap. 53. part. 71. de auia sua dicens. Auia mea filium habuit primogenitum indole insigni, & decore præcipuum, quo mortuo inconsolabiliter doluit. Nec fortè sine præsagio futuri mali. Nam post illum alium habuit, qui, etsi insignis militia fuit, dilapidator tamen paternæ hæreditatis prodigalissimus fuit. Matre ergo inconsolabiliter lacrymante, apparuerunt ei viuentes in via quadam, vt visum est ei, ingenti gaudio gradientes. Cumque memor filij, eum inter illos non esse videret & fleret: Ecce post alios filium lento gradu subsequentem agnouit. Cui mater cum graui clamore dixit: Et quid est fili mi, quod solus & non cum aliis graderis retardatus? Cui ille, in toga laterali magnum aquæ pondus ostendens: Ecce, inquit, mater lacrymæ quas pro me inaniter fudisti, quarum pondere ab aliorum prosecutione retardor. Ad Deum ergo lacrymas commutabis, & in præsentia sacrificij corporis Christi, cum eleemosynis pauperum, pro me corpium & deuotum effundas, & tunc liberabor ab incommodo, quo nunc grauor. Et dicit ibidem auctor, quod dispensatione diuina, vel ad consolationem matris dixisse mortuum iuuenem se inanibus lacrymis à comitatu sodalium retardatum: quia meritis quidem viuentium, defunctorum animæ iuuari possunt, sed nullis prorsus demeritis impediri.

VII. Luctus irrationabilis nocet.

SEPTIMÒ considera, quod luctus irrationabilis tibi *nocet*, & illi pro quo luges, non prodest. Iuxta illud Eccli. 38. *Repelle à te tristitiam, & memento nouissimorum, & noli obliuisci. Neque enim est conuersio, & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis.* Dum enim homo à tali tristitia absorbetur, animum non habet liberum ad orandum pro illo, quem deflet.

VIII. & via salutis nos amici impediunt.

OCTAVÒ considera, quod aliquando nos amici impediunt à virtute, & à via salutis. Nam cor nostrum ad mundum alliciunt. & ad gerendum sollicitudinem circa statum eorum, & ad minus ad obediendum Deo in consiliis suis. Vnde Augustinus super Genes. Sæpe offenditur Deus, ne offendatur amicus. Et ideo dispensatione diuina plerunq; contingit, vt amici, quos carnaliter dileximus, subtrahantur, quatenus affectiones nostræ in Deum liberiùs, & integrius extendantur. De hoc legitur in Vitas Patrum. libr. 4. cap. 7. de quibusdam bonis coniugatis, viro scilicet, & muliere, qui erant valde hospitales antequam Dominus eis puerum largiri dignaretur, sed puero habito iam parentes manum retrahebant ab alienis & puero omnia reseruabant. Ideo Angelus ibidem nocte quadam cum Eremita hospitatus, puerum suffocauit. Et cum Eremita quæreret quare hoc fecisset. Respondit? Cum enim domus illa semper fuisset Dei in omnibus pauperibus recipiendis, iussit Dominus puerum occidere, cuius anima in cœlum euolauit, vt Deus gaudeat sua pacifica possessione, qui dicit. *Qui vos recipit, me recipit.*

IX. Spes resurrectionis futuræ.

NONO, considera spem resurrectionis futuræ, quia quem hic mortuum vides, aliàs rediuiuum videbis. Vnde Apostolus 1. ad Thessal. cap. 4. *Nolumus vos ignorare de dormientibus.* Glossa, id est defunctis, qui dormiunt somnum mortis, à qua excitabuntur tempore resurrectionis, quàm infideles negant, *vt non contristemini sicut & cæteri,*

Digitized by Google

ceteri, qui ſpem non habent. Et Ambroſius libr. 2. cap. 3. de morte fratris ſui. Ceſſent, inquit lacrymæ, quia debet aliquid inter fideles & perfidos intereſſe. Fleant ſuos, qui eos in perpetuum æſtimant interire, qui ſpem reſurrectionis non habent. Nobis verò quibus mori non naturæ, ſed huius vitæ finis eſt, quia ipſa natura in melius reparatur, mortis caſus abſtergat omnes fletus.

X. Viuens gratus, ſaluatus gratior.

DECIMÒ conſidera, quod ſi viuens fuerit tibi gratus, gratior erit iam ſaluatus. Sic enim amici noſtri à torrente voluptatis diuinæ inebriabuntur, vt tamen noſtri nullatenus obliuiſcantur, ſicut dicit Auguſtinus lib. 9. Confeſſionum. cap. 3.

His ergo decem conſiderationibus & motiuis exceſſum doloris mitigare debemus, cum amicos noſtros moriendo ſubtrahi videmus, ſicut ſuadet Cyprianus libro de immortalitate animæ. Non ſunt, inquit, lugendi fratres noſtri accerſione Dominica à ſeculo liberati, cum ſcimus eos nō amitti, ſed præmitti, & occaſionem non dandam gentilibus, vt nos merito reprehendant, quia quos apud Deum viuere dicimus, vt extinctos ac perditos lugeamus. Nihil enim prodeſt verbis proferre, & factis deſtruere veritatem. Igitur contra iſtos exceſſiuè lugentes, nec iſtas decem conſiderationes attendentes, ſignanter dicitur Eccli. 22. *Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit*: videlicet à laboribus & miſeriis huius mundi. Iuxta illud Apocal. 14. *Amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.* Et Dominus dicit hic. *Noli flere*, ſcilicet immoderatè & exceſſiuè tuos defunctos.

Y

TERTIÒ ſunt, qui lugent mortem amicorum ſagaciter & charitatiuè, ex pia deuotione. Nihil enim triſtari in receſſu amici, ingratitudinis ſignum eſt; nimis verò triſtari, deſperationem arguit. Sunt tres cauſæ, quare cum ratione & dolore, poſſumus morientibus bonis viris flere.

I. Quare condolendum morientibus.

PRIMÒ, quia pauci boni viri ſunt in Eccleſia militanti, & ſic B. Auguſtinus, vt legitur, quoties de morte alicuius boni Sacerdotis audiuit, fleuit: non quod ſibi de ſtatu ſuo timuit, ſed quia paucos tales in Eccleſia reliquit. Ita etiam legitur de B. Ambroſio, vt cum alicuius ſancti Sacerdotis; vel Epiſcopi obitus ſibi nuntiaretur, amariſſimè flebat, vt vix conſolari valeret. Cum autem interrogaretur cur viros ſanctos ſic fleret, aiebat: Ne putes me flere, quia receſſit, ſed quia me præceſſit, & quia difficilè inuenitur, qui tali officio dignus habeatur.

II.

SECVNDÒ, quia aliqua forſitan purganda defuerunt, quæ in præſenti non compleuerunt.

III.

TERTIÒ, ex conſideratione miſeriæ naturalis, quia oportet nos propter peccatum primi parentis putrefieri, & incinerari, & ſic ſanctus Tobias *mortuos ſepeliebat, & lugebat eos.* Tobiæ 2. Et 13, q. 2. dicit Chryſoſtomus: Pietatis affectu, humilitatiſq; intuitu, mortuos lugere non prohibemur, ſicut nonnullos ſanctorum aliorum obſequiis, pias lacrymas impendiſſe legimus. Ideo Eccleſ. 7. *Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij*, in illa enim admonetur finis omnium morientium.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo quartus.

Adoleſcens tibi dico, ſurge. Lucæ, vbi ſuprà.

Digitized by Google

A DICVNT Naturales & B. Gregorius ſuper Iob. Hæc vna aquilæ proprietas eſt, quando pulli eius recenter nati ad capiendum groſſiorem cibum ſunt inualidi, tunc ipſa ſanguinem & liquorem humidum prædæ, in os ſuum attrahit, & attractum ſibi cibum in ore pullorum fouet, & ita reficit eos cibo leuiori, quouſq; conualeſcant ad ſumendum cibum fortiorem. Et dicit Ariſtoteles: quando iam aliqualiter ſunt adulti, compellit eos exire de nido ad cibum quærendum.

Iuuentus corporali & ſpirituali cibo nutriẽda.

MORALITER per aquilam intellige quemlibet fidelem, videlicet patrem & matrem, qui ad ſimilitudinem aquilæ debent ſollicitari circa filios ſuos, vt poſt cibum corporalem, etiam ſpirituali cibo, videlicet virtutibus, debitè nutriantur. Et inter alias virtutes docet Ægidius Romanus in de regimine principali, part. 2. libr. 2. c. 5. quod ab infantia in fide inſtruantur, vt eam aſſueſcant. Et hoc ideo ſecundum eum debet fieri, quia fides eſt ſupra rationem, vt ea, quæ ſunt fidei ratione comprehendi non poſſunt. Vtile ergo eſt, vt ætati præponantur ea, quæ ſunt fidei, in qua ratio dictorum non quæritur, ſed ſimpliciter dictis acquieſcitur: huiuſmodi autem eſt ætas infantiæ. Infantes enim cum eis à patre, vel à matre proponuntur monitiones, non quærunt rationem dictorum, quia vſum rationis non habent, ſed ſimpliciter dictis acquieſcunt. *Et ſubdit poſt pauca*, quod talibus pueris non debent proponi ſubtiliter articuli fidei, ſed quædam groſſa proponantur eis in ſumma, dicendo. Vnus eſt Deus omnipotens Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Et quod Dei Filius aſſumpſit carnem in Maria Virgine, & quod propter peccata noſtra fuit paſſus, mortuus & ſepultus, & quod deſcendit ad inferos, & eduxit ibi captiuas animas exiſtentes, & tertia die reſurrexit à mortuis, quod aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris; Et ſic de aliis articulis fidei. Hæc ille.

Pueris non ſunt ſubtilia fidei proponenda.

Denique quod poſtquam venerint ad annos diſcretionis, debent cibare eos ſolidioribus, videlicet aliis virtutibus. Quia dicit Ariſtoteles, 7. politicor. Peſſimum eſt non inſtruere filios ad virtutes & obſeruantiam legum vtiliũ. Et dicit Holkot ſuper lib. Sap. lect. 54. quod in omni Republica, & communitate quacunque, ſumma cura debet eſſe de iuuentute, vt in bonis moribus inſtruantur. Et ſi nolunt acquieſcere, quod etiam ad hoc verberibus inducantur, quod docet Sapiens ſub Metaphora. Eccli. 30. *Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps.* Et infra. *Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt.* Et vult dicere, quod ſicut indomitus equus in iuuentute durè vadit, & ita labitur in præcipitium in via torta, ſicut in via recta. Ita iuuenis dimiſſus voluntati ſuæ, nunquam portabit ſuauiter alios in quacunq; ſocietate: ſed leuiter ruet in vitia, ſicut equus indomitus in præcipitia. Equus antiquus non admittit ſellam, nec calcar, nec frænum, niſi ad talia ſit aſſuefactus in iuuentute. Ita nec adoleſcens admittit aliquam obedientiam, niſi fuerit aſſuefactus in iuuentute. Ideo dicit Ariſtoteles 2. Ethic. c. 14. Iuuenibus ſecundum ſe opera virtuoſa non ſunt delectabilia. Ideo oportet, vt nutriantur legibus coactiuis. Et ideo, vt ibidem concludit, neceſſarium eſt fieri quaſdam leges pro iuuenibus, quibus compellantur ad mores. Et quia pleni ſunt paſſionibus voluptatum, non poſſunt delectari in virtutibus, niſi ſecundum bonas leges informentur. Vbi autem tales leges pro eis non habẽtur, debent duris verbis à vitiis compeſci ad virtutes & ad mores. Et dicat ad quem

Reipubl. cura & iuuentus benè inſtituantur.

Legib. coercenda iuuentus,

ſpectat

ſpectat correctio; *Adoleſcens tibi dico, ſurge*, ſcilicet à via tua mala & aſſueſce virtutibus. In quo verbo tria tanguntur. *Primò*, humanæ lubricitas conditionis, ibi; *Adoleſcens. Secundo*, diuinæ vtilitas prædicationis, ibi; *Tibi dico. Tertiò*, internæ vtilitas correctionis, ibi; *Surge*.

PRIMÒ ergo tangitur humanæ lubricitas conditionis, cum dicit, *adoleſcens*, quia omnis adoleſcens ad lubrica eſt inclinatus. Iuxta illud Gen. 8. *Senſus & cogitatio generis humani in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*. Et ſuper illud Eccl. 12. *Adoleſcentia & voluptas vana ſunt*, dicit Ambroſius in libro de interpellatione Iob. c. 7. In principio adoleſcentia magis ad vitia lubrica eſſe conſueuit. Habet enim pueritia innocẽtiam, ſenectus prudentiam. Adoleſcentia ſola inualida eſt viribus; infirma conſilio, vitio calens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa diuitiis. Quibus autem adoleſcentes vitiis magis ſint proni, ponit Ariſtoteles 2. Rhetoricorum, dicens: quod concupiſcitiui ſint, & faciliter concupita proſequentes. Et ſicut reuera vehementer quidam concupiſcunt, ita faciliter à concupiſcentiis deſiſtunt. Sunt etiam acutæ voluptatis, & non magnæ. Sunt animoſi & acutæ iræ, faciliter iram ſuam proſequuntur. Amant enim honorem, & non ſuſtinent deſpici. Faciliter autem ab ira deſiſtunt. Amant etiam victorias, quia iuuentus excellentiam concupiſcit, minus autem his amant pecunias, quia experti quantum ad indigentiam hominum. Sunt etiam magnæ ſpei, & præſumptuoſi.

B

Adoleſcentes proni ſunt ad vitia & peccata.

Et illius ponit Ariſtot. vbi ſupra tres rationes. *Prima* ratio aut conditio eſt, *obiectum ſpei*. Obiectum autem ſpei eſt bonum arduum & impoſſibile: Quia enim iuuenes multum putant ſe habere de futuro, & parum de præterito. Memoria autem eſt præterita. Spes autem futura. Ideo multum habent de ſpe & poſſibili, & parum de re & de actu. Vnde ſicut materia prima dicitur eſſe in potentia ad formas, & quanto magis actuatur, tanto magis perdit de poſſibilitate. Ita puer, dum eſt iuuenis, eſt in potentia ad omnem ſtatum. Poteſt eſſe Sacerdos, poteſt eſſe Epiſcopus & eſſe poteſt Papa. Sed cum creuerit ad modicum, vix ſufficit portare aquam benedictam per Eccleſiam, & parare menſam dominorum.

C

Adoleſcentes cur ſint præſumptuoſi.

I.

Iuuenis potens eſt ad omnem ſtatum.

SECVNDA cauſa quare iuuenes ſunt præſumptuoſi eſt *caliditas naturæ*. Habent enim caloris & ſpirituum abundantiam, & cor in eis ampliatur. Ex amplificatione autem cordis homo tendit ad ardua. Iuxta illud Pſal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum*.

II.

TERTIA cauſa eſt *experientia*. Illi enim, qui nondum paſſi ſunt difficultates & reſiſtentias in factis ſuis, audaces ſunt ad tentãdum omnia. Illi verò qui iam frequenter ſuſtinuerunt repulſam, laborauerunt fruſtra in conatibus, non de facili tentant ea quæ non ſunt experti. Hæc quidem eſt cauſa, quare iuuenes non debent fieri duces bellorum, ſicut dicitur 2. Topicorum. Nemo enim iuuenes eligit in duces, eo quod non conſueuerunt eſſe prudentes.

III.

Cur iuuenes nõ debeant fieri Duces belli.

Quantum ad SECVNDVM, tangitur vtilitas diuinæ prædicationis, cum dicitur, *Tibi dico ſurge*. Inter enim omnes ætates magis vtilis eſt prædicatio adoleſcentibus: Quia quicquid illa ætas capit, & in quo imbuitur, perſiſtit. Iuxta illud Metriſtæ.

Quod noua teſta capit, inueterata ſapit.

Ideo prædicandum eſt eis, vt inſiſtant mortalitati, & aſſueſcant ſobrietati; ne torpeant otioſitate, & fugiant à mala ſocietate.

D

Cur adoleſcentibus prædicatio maximè vtilis.

Digitized by Google

Consuetudo altera natura.

PRIMÒ ergo prædicandum est eis, vt insistant mortalitati, & non vitiis. Quia si insistunt vitiis in iuuentute, incurabiles sunt in senectute. Hippocras enim ponit talem aphorismum in secunda particula. Epilentiæ quibus ante iuuentutem nascuntur, mutationem habent: dum enim viginti quinq; fuerint annorum, vt plurimum commoriuntur. Isto modo est de peccatis & de moribus, quia licet in iuuentute eueniant, iuxta illud Psalmi 128. *Sepe expugnauerunt me à iuuentute mea.* Sed si in senectute, vt plurimum cum homine moriuntur. Ideo est iuuentus in moribus informanda. Istud enim fecerunt senes antiqui gentiles, tripliciter: videlicet, scripturis librorum, picturis gestorum, & figuris signorum.

In quibus iuuentus informãda.

I. Scriptione librorum.

Primò quidem *scripturis librorum.* Explorauerunt enim gentiles antiqui, vbi meliores fuerunt magistri, & illis filios tam literis quàm moribus imbuendos dederunt. Narrat Agellius in libro noct. Atticarum, quod eo tempore quo Alexander natus est, pater eius Philippus Rex Macedonum, valdè lætatus est. Et amicabilem epistolam scripsit Aristoteli. *Philippus Macedo Aristoteli salutem. Filium meum mihi genitum, de quo gaudeo, & Diis grates refero, non solum quod natus est, sed pro eo quod nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim quod per te eruditus, excellentia regia erit dignus.* Ita legitur quod Traianum, Plutarchum, Varronem, Senecam, magistros habuerunt. Et ne à talibus magistris aliquid dissolutionis vel lubricæ leuitatis addiscerent, summè

II. cauebant, vt dicit Boëtius in prologo metro 2. Docuerunt eos *picturis gestorum.*

E Adolescentes non debent videre turpia in picturis.

Dicit enim Ægidius in de regimine principum, part. 2. lib. 2. c. 6. quod iuuenes prohibendi sunt ne turpia contemplentur. Nam rectè, sicut non decet eos turpia loqui, sic nec turpia videre. Et rationem ponit Philosophus 7. Ethicorum dicens. Omnia prima amamus, magis; propter quod licet ipsis extranea videre quia quæ prima inspiciuntur, cum maiori admiratione conspiciuntur, & ergo magis ea memoria retinent. & magis circa ea sunt attenti menti commendando. Vnde & Philosophus docet vt non solum prohibeantur iuuenes ad videndum turpia in re, sed etiam in picturis, vel in imaginibus, vt si mulieres essent pictæ, vel sculptæ turpiter & nudæ, non essent iuuenibus ostendendæ. Nam illa ætas, vt dictum est, de se prouocatur ad lasciuiam: ideo non oportet ipsam per visionem turpium ad vlteriorem prouocare.

Institutio Romanæ iuuentutis.

Ideo narrat expositor quidam super Iuuenalem libr. 6. quod nobiles Romani sic disposuerunt actus suos per singulos dies, quod summo manè omnes simul adibant actus triumphales, in quibus antecessores sui pingebantur cum armis & cautelis, quibus deuicerant hostes suos, vt sic iuuenes adolescentes visis illis, accederent ad virtutes per imaginationem gestorum. Deinde templum Appollinis petebant, quod tunc erat domus sapientiæ, postea iudices ad forum, senatores ad Capitolium descendebant. Iudices, vt causas tractarent. Senatores, vt de communi vtilitate Reipublicæ deliberarent, & sic tempus vsque ad horam nonam expenderunt. Et ne adolescentes à bonis occupationibus impedirentur, per totum tempus ante horam nonam ordinatum erat, quod meretrices nullo modo egrederentur ante nonam, ne adolescentes aut iuuenes à suis informationibus, & viri à consiliis Reipublicæ, per delectationes libidinosas aliquantulum traherentur. Et hæc est ratio secundum Hu-

Lex nonaria laude digna.

guitionem, quare meretrices apud Romanos Nonariæ dicebantur, quia ad horã nonam licuit eis egredi à suis domibus, non ante. Hæc etiã posui suprà Serm. XX. Y.

TERTIÒ docebant adolescentes & iuuenes bonos mores *figuris signorum.* Nar-

rat

rat Macrobius lib. 1. Saturnalium, quod apud Romanos pueri nobilium quadam vtebantur veste, quæ dicitur prætexta, & inde pueri nobilium vocabantur prætextati. Et habebant coram pectore suo bullam quandam auream, habentem figuram corporis humani. Bulla autem fuit semirotundæ figuræ, quasi medietas sphæræ ad similitudinem bullarum, quæ fiunt in aqua: prætexta autem erat de purpura, quæ est rubei coloris, vt pudore suæ nobilitatis, à vitijs se subtraherẽt, & cordis imaginem ante pectus portabant, vt se inuicem intuentes, se homines cogitarent. Hæc Macrobius. Sic igitur inuentus in moribus est informanda. Iuxta illud Eccles. 12. *Memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ.*

F III. Nobiles Romani cur Prætextati appellati.

SECVNDÒ prædicandum est adolescentibus & iuuenibus, vt assuescant *sobrietati* & præsertim debent esse moderati à vino & sobrij. Quia dicit Egidius vbi suprà. Turbato cerebro ex nimia assumptione vini, amisso vsu rationis, de facili prorũpitur in verba inordinata, ex quibus consurgunt dissensiones & lites: quia ira consurgi ex inflatione sanguinis, propter quod vinum sui caliditate inflammat sanguinem, reddit hominem animosum & irascibilem: quo facto facilius prouocatur ad dissensiones & ad lites. Iuuenes ergo quia sunt amatores contumeliarum vt vult Philosophus. 2. Rhetoricorum, à nimia sumptione vini sunt prohibendi. Ideò dicit Apostolus. 1. Timoth. 2. *Iuuenes similiter hortare, vt sint sobrij.* Vnde narrat Augustinus de quadam bona matrona lib. 9. confessionum c. 8. quæ curam filiarum quorundam nobilium habebat. Eratq; in eis coërcendis, cum opus esset, tanta seueritate vehemens, atque in docendis sobria prudentia. Nam eas præter illas horas, quibus ad mensam parentum moderatissimè alebantur, etiamsi exardescerent siti, nec aquam bibere sinebat, præcauens consuetudinem malam, & addens verbum sanum. Modo aquam bibitis, quia in potestate vinum non habetis: Cum autem ad maritos veneritis, factæ Domine apothecarum & cellariorum, aqua sordebit, sed mos potandi permanebit.

G Iuuenibus sobrietas, commendanda.

Iuuenes sunt contumeliarum amatores.

TERTIÒ præcauendum est eis, ne torpeant vitio otiositatis. Nam scribit Plinius in speculo naturali. Beda & Ambrosius in Hexam. quod accipiter pullos suos, cum fuerint apti ad volandum, extra nidum proijcit, & verberat eos alis, cauens ne in tenera ætate pinguescant, ne marcescant otio, & soluantur delicijs.

H Otium fugiendum iuuenibus.

Sic MORALITER conuenit omnino circa iuuenes ordinari, vt extra nidum propriæ voluntatis eijciantur, vt de erroribus castigentur, ad capiendum prædam suam statim assuescant. Si clerici debent esse, præda eorum est intelligentia Scripturarum, ideò compellendi sunt ad libros. Sed si milites, præda eorum est strenuitas, & victoria pugnarum, ideò exerceantur in bellis. Si mercatores præda eorum est lucrum, & ideò exerceantur in nundinis. Sic omninò quòd nullus existat otiosus, sed quilibet dicere possit cum Psalmo 87. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Et sic debent in virtuosis semper proficere, sicut dicitur in libro de natura rerum. Pullus asini tanto turpior, quanto senior. Et de capris dicit Aristot. 5. animalium, quòd fœtus qui primò nascitur, est fortior & melior: Et fœtus qui postea generatur est peior. Tales etiam mores inueniuntur inter iuuenes, quod in principio sunt deuoti virtuosi, & boni. Sed quanto magis adolescunt, tanto magis vitijs se immiscent, & fiunt turpiores vt dicit Robertus Holkot lectione 112.

Clerici cõpellendi ad libros.

QVARTO prædicandum est iuuenibus vt fugiant à mala societate. Sicut enim pueri inficiuntur à lepra corporali: ita facillime inficiuntur familiaritatibus vitiosis,

I

Digitized by Google

Mala societas fugienda præcipuè mulierum.

& præcipuè cùm mulieribus, quarum blanditiæ etiam fortes emolliunt & eneruant. Prou. 7. dicit Salomon. *De fenestra domus meæ prospexi iuuenem, qui transiuit per plateas iuxta angulum. Et ecce mulier in habitu meretricio occurrit ei, & dixit. Veni fruamur cupitis amplexibus. Et secutus est eam, sicut bos qui ducitur ad victimam.* Ideò dicit Egidi° vbi suprà cap. 12. Quia parentes debent instruere filios, vt se prohibeant à societate malorum, quia iuuenilis ætas maximè est prona ad malum, & in secutionem passionum. Nam de facili quis inducitur ad aliquod, ad quod est pronus: ergo à societate mala, quæ eos ad praua inducit, debent abstinere.

K Quantum ad TERTIVM tangitur internæ agilitas correctionis, cum dicit. *Surge.* Vbi NOTA. In adolescentibus sanguis recens est, propter quod fortiter agunt quicquid agunt. Et si Deum diligunt fortiter diligunt. Iuxta illud Cantic. 1. *Adolescentulæ dilexerunt te.* Et addit Ecclesia, Sunt enim seruentissimi, & ideò ardor caritatis suadetur, vt ad magna magnanimiter surgant. Vnde surgere debent principaliter ad tria, videlicet ad obedientiæ promptitudinem, conscientiæ rectitudinem, & continentiæ sollicitudinem.

Iuuenibus tria imponenda.

I. PRIMO ergo surgere debent ad obedientiæ promptitudinem: quia iuuenis sine obedientia, abusio est, secundum Augustinum. Ideo dicit Aristotel. 8. Ethicorum. Amicitia inter senes & iuuenes, vtrisque est necessaria. Senibus, vt eis quidem à iuuenibus seruiatur, & iuuenibus, vt impeccabiles fiant, & vt à senibus à peccati occasione præseruentur. Timor enim seniorum & reuerentia solent se iuuenes à suis molestijs refrænare. Iob. 29. *Videbant iuuenes me, & abscondebantur.*

Obedientiæ promptitudo.

De ista quidem obedientia iuuenum ad senes, dicit Valerius lib. 2. capit. 1. quòd apud antiquos senectuti iuuenes ita generaliter circumspectum honorem reddebant, tanquam seniores communes patres essent omnium iuniorum. Iudic. 4. Sic enim iuuenes facere consueuerant, & benè dicitur consueuerant: quia iam olim hæc consuetudo abolita est. Isai. 3. *Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem.*

II. SECVNDO debent surgere ad conscientiæ rectitudinem, videlicet, discant sua peccata, eorum circumstantijs diligenter discussis, euidenter & integraliter exprimere. Quia si fuerit conscientia larga in iuuentute, ampliatur sine mensura in senectute. Ideo dicit Sapiens Eccli. 6. *Fili mi à iuuentute accipe doctrinam & vsque ad canos inuenies sapientiam.* & c. 25. *Quæ in iuuentute non congregasti, quomodo inuenies ea in senectute?* quasi diceret, nullo modo. Ideoque dolorem hominis merito plangentis consumptionem suæ iuuentutis in otiositate & insolentia, describit Salomon Prou. 5. *Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam?* Et merito potest plangere talis, quia metricè dicitur.

Conscientia tenera.

Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum.
Quing, potest rebus succurrere, nemo diebus.

L Ideo refert Amandus in horologio sapientiæ lib. 2. c. 2. de quodam iuuene morituro qui defleuit perditionem dierum suorum dicens, O mi Deus, quare neglexi, quare tardaui, quamobrem dissimulaui? Cur tot glorioſos dies longissimos, in vanissimis locutionibus expendi? Et quare non tota vita mea didici mori? *Et subdit* alios

ado-

Digitized by Google

adolescentes exhortando, dies nefas inuitare tranſeant & expendant, dicens: Ei Matthæ. 9. qui habet aures audiendi, audiat. Et ſic de cæteris Euangelij ſententijs, quas ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, ſanctus Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius, & alij ſanctorum Patrum, ſuis temporibus, ſuis locis, ſuis auditoribus, ſuis circumſtantijs, ſuis occaſionibus, ſuis hæreſibus, ſuis vitijs, ſuis virtutibus, ſuis ſcandalis, ſuis ſcriptis, ſuis libris, ſuis epiſtolis, ſuis homilijs, ſuis ſermonibus, ſuis tractatibus, ſuis expoſitionibus, ſuis commentarijs, ſuis diſputationibus, ſuis diſputationibus, ſuis diſputationibus

I. SPIRITVALITER. Per ſolem intellige Chriſtum propter duo, videlicet ratione ſuæ incarnationis, & ratione ſanguinis effuſionis. PRIMO quidem ratione felicisſimæ incarnationis. Sicut enim ſol ſine læſione oculorum reſpici nō ſolet, ſed nube tegatur, quæ non eſt nimis groſſa, delectabiliter iam videtur, iuxta illud Eccli. 12. *Dulce lumen & delectabile eſt videre oculis ſolem*, ita DEI filius in ſuæ naturæ puritate, videlicet Deitate ab oculis mortalibus non potuit videri. Quia Ioann. 1. *Deum nemo vidit vnquam.* Et Magiſter lib. 2. diſ. 8. c. 2. Deus in ſpecie ſuæ eſſentiæ nunquam mortalibus apparuit, ſcilicet viſibilis. Ideo volens ſe hominibus viſibilem exhibere, nubem humanitatis noſtræ de virgine ſumptam, ſe inuoluit cooperante Spiritu S. Et ſic per Prophetam fuerat dictum Ezech. 31. *Solem nube tegam.*

Chriſtus ſol, ratione incarnationis.

II. SECVNDO ratione ſanguinis effuſionis: quando enim ita eſt quod ſol rubet de mane in ortu ſuo, ſignum eſt tempeſtatis ſequentis. Et quando rubet in occaſu; ſignum eſt ſerenitatis. Iuxta illud Matth. 15. *Facto veſpere dicitis, ſerenum erit, rubicundum eſt enim cœlum. Et mane facto. Hodie tempeſtas, erit, rutilat enim & triſte eſt cœlum.* Sic circa Chriſtum accidit. Nam poſt ortum ſuæ natiuitatis ſtatim rubor apparuit, ſquando die octaua circumciſus fuit, & ſanguinem roſeum effudit. Luc. 2. Et iſtum ruborem tempeſtas valida ſequebatur per diem vitæ ſuæ, nunc in verbis contumelioſis, nunc in inimicitijs, &c. Et hoc prædixit Pſ. 49. *In circuitu eius tempeſtas valida.* In occaſu etiam iſtius ſolis apparuit rubedo magna, quando totum corpus effluxit ſanguine, flagellatum, clauatum, lanceatum, & ſpinis coronatum. Sed iſte rubor fuit ſignum futuræ ſerenitatis in reſurrectione & tranquillitatis perpetuæ. Iuxta illud Tob. 3. *Poſt tempeſtatem, tranquillum facis: & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis.* Ecce habes quod Chriſtus ſoli comparatur.

Ratione effuſionis ſanguinis.

Iſte quidem ſol ſpiritualis, licet ex ſua pietate radios ſuæ conuerſationis direxit ad peccatores, vt eos lucraretur, non tamen per iſtos maculam contraxit; nec conuerſationem habens cum bonis, videlicet diſcipulis, melior eſt effectus. Sic & in præſenti Euangelio legitur, *quod manducauit cum peccatoribus & phariſæis*, in quo tria principaliter tangit Euangeliſta, ſcilicet ſobriam Chriſti manducationem, *ibi*; *Manducare panem*, Piam hydropici ſanationem, ibi; *Ipſe apprehendit & ſanauit.* Impiam phariſæorum obſeruationem, ibi; *Et ipſi obſeruabant.*

B PRIMO ergo tangit Chriſti ſobriam manducationem cum dicit: *Cum intraret Ieſus in domum, &c.* Vbi NOTA. Clibanarius volens furnum purgare, ſcopam ponit prius in lutum, deinde ponit ipſam ad madefactionem in furnem, ne incendio concremetur. Sic facit MORALITER diabolus: Ponit enim humanum corpus in lutum crapulæ aut gulæ, vt facilius ponat illud in fornacem libidinis, vt ſic incendat: non incendit qui in ſtatu abſtinentiæ & ſobrietatis viuunt, ſed abhorret. Figura enim habetur Geneſ. 19. quod Loth exiſtens in Sodomis, perpendit Sodomitarum incendia, & fugit. Sed vino crapulatus & inebriatus, in monte cum proprijs filiabus commiſit inceſtum. Nam vt ibidem habetur maior filia dixit ad minorem. *Pater noſter ſenex eſt*, quaſi diceret, cito deficiet & virtus generandi, & nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos. Credebant enim, vt dicit Nicolaus de Lyra, quod ſicut per diluuium omnes perierunt, ira & incendio. Ideo habuerunt piam intentionem, videlicet cōſeruationem generis humani, licet malo medio vellent ad hanc venire, ſcilicet per inceſtum cum patre, quod eſt deteſtabile, *Veni* inquit, *maior*, *inebrie-*

Digitized by Google

inebriemus eum vino. Gloſſa quod nobiſcum portamus. Et dicunt aliqui, quod filiæ Loth in iſto vino miſcuerunt aliquid, ſiue aliqua, quæ habuerunt virtutem inebriandi, & prouocandi ad coitum, ignorante patre & ſic dormierunt cum eo.

SPIRITVALITER autem ſic fit, quod homo inter crebras dæmonum tentationes, non poteſt incendijs libidinis maculari, ſi ſaltem ſobrietatis clypeo ſe defendat; & tamen inebriatus, vel alias depaſtus, benè in luxuriam cadit. Sicut patet de quodam Eremita, de quo ſcribitur in Vitas patrum, quem diabolus grauiter impugnauit, vt eremum dimitteret, & ad ſeculum rediret; & diu eum tentans, vincere nõ potuit. Tandem victus ad ſeculum redijt. Cui dixit diabolus. Hodie promitte mihi facere quod volo, & dabo tibi omnia quæ optas bona mundi. Qui promiſit. Et diabol⁹. Hodie inquit, mortaliter te peccare oportet. Qui dixit, ſe nequaquam hoc poſſe facere, quia diebus vitæ meæ nunquam mortaliter peccaui. Cui diabolus. Si non vis facere, quod volo, iam peccaſti mortaliter, quia voti fractor es. Quod ille audiens dixit. Quid vis vt faciam. Ille ait, aut luxuriare, aut inebriare, aut homicidium perpetra. Eremita cogitauit quid faceret quod minus peccatum eſſet, elegit inebriari. Poſtquam autem ebrius factus fuit, deſiderauit luxuriam cum hoſpita. Quod & factum eſt. Veniens igitur maritus, volens nefarium impedire. Eremita in eum præualuit, & occidit, & ſic omnia tria peccata perpetrauit. Sobrietas libidini repugnat.

Ideo Dominus nos ſua ſobria refectione in præſenti Euangelio ad ſobrietatem exhortatur, quia *intrauit in domum manducare panem*, vbi non fit mentio, de alijs cibis aut potibus. Ad ſobrietatem hortatur Apoſtolus ad Timoth. 2. *Sobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo. Sobriè* ad nosmetipſos. *Iuſtè* ad proximos. *Piè* ad Deum & ſanctos. De hac ſobrietate loquitur Hieronymus ad Euſtochium virginem. O filia, ſi Apoſtolus caſtigauit corpus ſuum, & in ſeruitutem redegit, quomodo tu iuuencula adhuc in feruore iuuentutis poſita, dapibus & vino plena, de caſtitate eris ſecura? quaſi diceret: Deberes enim eſſe ſemper ſobria. Item hanc etiam commendat Origenes in Hom. 37. Sobrietas omnium virtutum mater eſt. C Sobrietas virtutum mater.

Vbi vlterius eſt NOTANDVM, duo diſtinguuntur officia ſobrietatis. *Vnum* eſt cauere exceſſum in appetitu. Seneca. Bibe, inquit, circa ebrietatem. Et Saluator Lucæ 21. *Attendite*, inquit, *ne grauentur corpora veſtra ebrietate aut crapula.* Crapula quandoq; ſumitur pro exceſſu in cibo, vel in potu. Vnde Eccleſ. 37. *Propter crapulam multi perierunt. Qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.* Et in Pſal. 77. *Tanquam potens crapulatus à vino.* Similiter nomen ebrietatis quandoq; ſumitur pro exceſſu in potu ſolum, vt Rom. 13. *Non in commeſſationibus & ebrietatibus.* Quandoq; ſumitur pro exceſſu in cibo & potu.

ET NOTANDVM quod ſobrietas non ponit modum, vel menſuram ſolum circa quantitatem cibi & potus, ſed ponit modum quantum ad omnes circumſtantias. Qui enim ſobrius eſt, ſumit cibum & potum quantum debet, & quando, & quomodo debet.

Et ponunt Doctores quinq; officia ſobrietatis. PRIMVM eſt ne ſtatim prandendi terminum præueniamus. Qui enim tempus præuenit, non exſpectando donec falſa, id eſt, fames præparata ſit. Ideo inſipidum cibum comedit. Vnde Eccleſ. 10. *Beata terra cuius rex nobilis, & cuius principes comedunt tempore ſuo.* Per oppoſitum dicitur ibidem. *Væ terræ huic cuius rex puer eſt.* Gloſſa, moribus, & ſenſu, *& cuius principes* D Sobrietatis officia quinque. I.

Famem non præuenire.

mane comedunt, id est inordinatè, quia in hoc contingit gula, quando homo debitam horam prandendi præuenit; & qui diebus Dominicis & festiuis comedunt & bibunt antequam prædicationem & missam audierunt, sicut patet in Vitas patrum, lib. Sententiarum & apophthegmatum Patrum. §. 3.

Quidam frater impugnabatur à dæmonibus, vt statim hora diei prima tantam famem ei faceret, vt penitus non sustinere posset: dicebat tamen in corde suo, quod oportet me vel vsque ad tertiam exspectare, & tunc cibum sumere. Cumq; fuisset hora tertia, idem dicebat cogitationibus suis. Etiam oportet me sustinere vsq; ad sextam. Cumq; veniisset hora sexta ponebat panem & aquam, & sic ad nonam exspectauit, qua veniente, secundum consuetudinem omnes horas compleuerat, & ponebat vt comederet. Hoc per plures dies sustinuit. Et quadam die cum sic sustinuisset ad horam nonam, de sportella in qua panis iacebat, exire fumum magnum egredi per fenestram cellæ videbat. Itaq; ex illa die non esurijt, sed cor eius roboratum in abstinentia fuit. Vtinam etiam nostri voratores sic exspectarent, & sic gulam domarent, ne postea in inferno famem sustinerent vt dixi supra Sermone XLIV. L.

II.

Non quærere cibos lautiores.

SECVNDVM est ne cibos lautiores quæramus, quia Christus manducauit panem, nec de lautis cibis curauit: quia dicit Sapiens. *Initium vitæ hominis panis & aqua.* Eccles. 39. Vbi per panem & aquam, intelligit glossa cibum & potum moderatum. Nam frequenter in scriptura panis nomine & aquæ intelligitur omnis cibus generaliter & potus. Vnde 4. Reg. 6. dicitur. *Appone eis panem.* Et sequitur. *Et apposita est eis magna ciborum præparatio.* Et sic hic dicitur de Christo, quod intrauit ad Pharisæum *manducare panem*, id est cibaria sibi apposita, & tamen moderatè. Et ideo dicit Seneca. Victus sit tibi ex facili re, nec ad voluptatem, sed ad cibum attende, Palatum tuum fames excitet, non sapores.

E *III.*

Cauere à cibis exquisitis.

TERTIVM est, in præparando cibos studiositatem cauere. Studiosè cibos præparare, est hostis nostri gladium acuere. Cibus enim delicatus, est gladius quo nititur contra spiritum, & sic homo qui delicatè comedit, gladium in manu serui sui ponit, vel tribuit, cum quo ipsum occidit. Et certè magna abusio est, vt Dominus tantam libertatem seruo tribuat, vt ipsum verberet & occidat.

Seruus delicatè nutritus, persequitur Dominum.

MORALITER autem, spiritus noster Dominus est. Iuxta illud Arist. 3. Ethicorum. Nos, inquit, sumus Domini, videlicet secundum spiritum nostrarum operationum, à principio vsq; ad finem. Sed corpus nostrum est seruus, deberet enim seruire Deo & obedire spiritui. Quia dicit Augustinus libro Soliloq. Exteriora namque pro corpore cuncta creasti, corpus propter animam, animam propter te. Iste igitur seruus si custodiosè & delicatè nutritur, videlicet corpus; Dominum scilicet spiritum persequitur, quia dicitur Prouer. 3. de corpore. *Qui delicate*, id est, in delitijs, *nutrit seruum suum*, id est, corpus secundum Pascasium, *postea sentiet eum contumacem*, id est, rebellem & indomabilem. Ideo domandum est corpus moderatè per abstinentiam, ne spiritum verberet & occidat. Figura Genesis 17. legitur quod Ismael filius Agar, malè verberauit Isaac filium Saræ sponsæ Abrahæ. Quod ipsa Sara molestè ferens; & accepta potestate à viro suo, afflixit Ismael & matrem eius pane & aqua, & vtrunque repellens tandem à sede. propter quod Agar humiliata nimis, simul cum filio suo domui restituta est.

MORALITER per Saram quæ interpretatur Orientalis, significatur anima

quæ

quæ cum opus bonum ad consumationem deducit, ipsum Isaac qui interpretatur gaudium; genuit: quia *gaudium est Deo & angelis eius super vno peccatore pœnitentiam agente*, Lucæ. 15. Sed per Agar, quæ interpretatur solennitas vigiliæ, notatur corpus vel humana caro, quæ de festo sequentis gladij nihil curat, dummodo tantum possit hic solennizare vigiliam. Filius autem appetitus est carnalis. Et hic appetitus inuadit filium liberè, id est sanctum animæ propositum, nec sunt aliquando in pace. Sed carnalis appetitus, nititur sanctum animæ propositum, tradere spirituali morti. Sed hoc anima, sponsa Christi, nullatenus debet ferre, eum potestatem super carnē & eius appetitum habeat. Iuxta illud Genes. 4. *Subter te erit appetitus eius* scilicet carnis dicit Dominus ad animam. Quasi diceret. Tu potes deuincere peccatum, quia nullus peccat nisi volens. Affligat enim eam pane, & aqua moderatè reficiat, & interdum per ieiunium castiget, vt depositis vitijs subdatur animæ cum omni suo appetitu. Quia dicit Ambrosius lib. 1. de officijs. Ieiunium est mors culpæ, exilium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, & fundamentum castitatis.

Saræ & Agar interpretatio.

QVARTVM est nimium appetitum cibi & potus refrenare. Quia dicit Augustinus: Fieri potest quod sine aliquo vitio cupiditatis, voracissimè pretiosissimo sapiens vtatur cibo. Insipiens autem fœtidissimæ gulæ flamma, in vilissimum cibum accenditur. Et satius quisq; more Domini, maluerit piscibus vesci, quàm lenticula more Esau. Non propterea continentiores sunt nobis pleræque bestiæ, quia vilioribus escis aluntur.

F IV. Appetitum cibi & potus infrenare.

QVINTVM est, mensuram refectionis non excedere. Quia dicitur Ezech. 4 *Cibus eius quo vescēris erit tibi inpondere*. Circa hoc quæritur: *Vtrum* omnis excessus in cibo vel potu destruat virtutem sobrietatis. *Ad hoc dicit* Guilelmus, quod duplex est modus siue mensura, pertinens ad sobrietatem. *Vnus* attenditur in commensuratione naturæ, vnde mensuratè sumit cibum & potum, qui sumit quod necessarium est, & iste excessus potest esse venialis & mortalis. Vnde non omnis excessus destruit virtutem sobrietatis. *Alius modus* attenditur in comparatione boni temporalis ad æternum, vnde secundum hunc modum seruat quis in sumendo cibum & potum, quando temporale bonum non præfert vel æquat æterno bono. *Immoderatè* verò habet se sumendo cibum & potum, cum temporale bonum præfert vel æquat æterno. Et talis excessus mortale peccatum est, & destruit virtutem sobrietas. Et hoc quo ad primum.

V. Non excedere refectionis mēsuram.

Quis excessus aduersatur sobrietati.

SECVNDO in verbis præallegatis tangit impiam Phariſæorum obseruationem, id est, inuidiam vel detractionem, cum dicit. *Et ipsi obseruabant eum*, id est inuidi insidiebantur ei, & detrahebant factis suis. Dicunt naturales. Vrsus cadens de arbore quam vt caperet poma ascendit, iratus omnes quos poterit ramos arboris satagit vngulis dentibusq; laniare.

Secunda pars concionis.

MORALITER per vrsum intellige Iudaicam peruersitatem & prauitatem. Iuxta illud Thren. 3. *Vrsus insidians factus est mihi*. Sed per arborem subaudi fidem, robustam. iuxta illud Matth. 8. vbi *granum sinapis creuit in arborem magnam*. Quia fides Catholica creuit, quæ pri° abiecta videbatur. Ab hac arbore fidei solida, cecidit Iudaica gens, quia Christo eis fidem prædicante, credere ei noluerunt. Idcirco moti inuidia, videntes Christum exercere opera pietatis, videl. in resuscitatione mortuorum, illuminatione cæcorum, expulsione dæmoniorum, mundatione leprosorum,

Vrsi moralis explicatio.

& sanatione hydropicorum, ipsum velut ramum viridem lacerare detractionibus satagebant. Ideo ipsorum inuidia significatur Dan. 7. per bestiam, quæ exibat de mari, & habebat *tres ordines dentium in ore & lacerabat carnes*. Quia inuidia eorum processit ab amaritudine diaboli. Quia superbia est primum peccatum diaboli à qua statim nata est inuidia, quæ secundum Augustinum de verbis Domini est filia superbiæ. Sed ista mater nescit esse sterilis, vbi enim fuerit, continuè parit. Suffocat matrem & non erit filia. Istam filiam bestialem scilicet inuidiam, diabolus pharisæis tempore Christi desponsauit, quæ quidem habuit tres ordines dentium. *Primò*, quia eum adulatoriè inuitabant, vt ei insidiarentur, vt hic *ipsi obseruabant eum*. *Secundo*, eum detractoriè diffamabant, vt scilicet famam eius coram vulgo denigrarent. *Tertio* verò eam denugatoriè accusabant, vt ipsum ad mortem condemnarent.

Superbia primum peccatum diaboli.

Triplex ordo dentium Pharisæorũ.

Sic MORALITER. His tribus ordinibus dentium, similiter adhuc multi inter Christianos, (vt taceam de pharisæis) vtuntur.

G PRIMO quidem dulci adulatione. Sed dicunt Medici, quia omne dulce est opilatiuum. Et ratio est quia stomachus nimis delectatur in dulci, ideo nimis diu in se retinet, & non vult singulis membris participare, ideo obest corpori. Item optimum est oppositum eius amarum, quod purgat stomachum. Hinc est quod omnis medicina vt in plurimum est amara.

Adulatio admodum dulcium corrumpit mentes.

MORALITER. Dulce est audienti de se audire bona dici, est sibi velut in ore ipsorum adulatorum, sed tamen viscera eius replentur languore. Quia dicit Gregorius in Homil. 2. super Ezech. Nihil est quod tam facile corrumpit mentes hominum, vt adulatio. Plus enim nocet lingua adulatorum, quàm gladius persecutorum. Quia dicit Beda super Lucam. Ipsa peccati nutrix est adulatio, sicut oleum in lampadibus flammis ardentibus fomentum solet ministrare. Ideo fugienda est adulatio, & potius recipienda est correctio, quæ licet auribus sit amara, repellit tamen oppilationem peccati. Quare scriptum fuit Leuit. 5. vt in *sacrificium sal poneretur*, & non mel.

SPIRITVALITER. Deo sacrificium facimus quando ob eius amorem aliquid boni agimus. In his ergò nec ipsi gloriemur nec hominum laudes recipere debemus, sed potius argui à peccatis, & increpari pro nostris malis delictis, sicut B. Augustin° lib. 5. de Trinit. Magis, inquit, optabo à quolibet reprehendi quàm adulatorie laudadari. Nullus enim reprehensor est formidandus amator veritatis. Laudator verò errat: & confirmat errorem. Et Petrus Rauennas in quadam Epistola. Sal correctionis in omni sacrificio reprobatur.

H Est autem adulator similis falso medico vel pessimo qui pessime facit pro ægro, videns vulnus insaniæ plenum, claudit illud ante plenam purgationem licet hoc videat aliquando placere ægroto. Est enim dulci° aliquando subire mortis periculum, quàm sustinere amarum remedium.

Adulator similatur medico, qui sanat vulnus putredine intus relicta.

Sic MORALITER. Adulator est pessimus, vt dixi, medicus. Vidit enim aliquando mundi diuites tumescere vulnere superbiæ, Et remedium, de quo loquitur Prophera dicens; *Increpasti superbos* vult omittere. Laudit enim vulnus aliquando p adulationis emplastrum, & sic viscera repleta elationis putredine, ad æternæ mortis interitum festinant°. Quia dicit Isaiæ. 3. *Populemeus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt*. Figura 3. Reg. 15. Achab rex Hierusalem noluit credere Micheæ Prophetæ Domini

Psalm. 118.

Digitized by Google

mini. Sed adhærens prophetis falsis, ingressus est prælium contra regem Syriæ, percussus est inter stomachum & pulmonem, & mortuus est vespere, & canes lingebant sanguinem eius.

SPIRITVALITER per Achab regem notatur quilibet homo, qui regnum suum regere debet. Per Micheam notatur verus corrector. Verè viuere cupiens, debet appetere corrigi, debetq; ipsius increpationes patienter sufferre. Dicit cum Psal. 140. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me.* Sed per falsos Prophetas intellige adulatores, implentes aures hominum laudibus falsis, vt sic decepti regi cœli se opponant. Sed percussi sagitta diuinæ sententiæ, corruunt in hora mortis, tunc canes infernales multa auiditate sanguinem bibent, & sic cognoscere poterunt, qualiter decepti sint blanditiis laudatorum. Dicit enim Seneca epistola 59. de Alexandro. Alexander in obsidione cuiusdam ciuitatis sagitta quadam vulneratus: cum igitur respersus sanguine, vulneris dolor crescceret, & crus obstupuisset, assistenti ait. Omnes dicunt me esse filium Iouis: sed vulnus hoc me esse hominem declarat. Ecce quomodo percussus adulatorum medicinam cognoscebat, qui ante vulnus nullatenus aduertebat. Viuere cupiens, amat correctionē.

SECVNDÒ, quidam vtuntur mordaci detractione. Aliqui enim canes adeo sunt vt semper turpibus vescantur, resumentes vomitum & omnem immunditiam comedunt ante blandiunt. I Detractores sunt canes mordaces, sordibus gaudentes.

Sed MORALITER canes isti immundi significant detractores, quorum lingua ad turpia semper proximorum inuenitur festina. Blandiuntur in facie, & retro mordent detractione & semper replicent mala, quæ pandunt. Nam legitur 4. Reg. 9. quod canes comederunt Iezabel. Iezabel interpretatur sterquilinium. Nam impudici detractores stercoribus, id est, humanis peccatis & immundiciis delectantur, velut qui reguli dicuntur, latrinarum purgatores: nam illi stercora portant in spatulis; isti verò tantum in lingua. Hi enim canes neminem illæsum permittunt. Non enim est qui eorum morsus subterfugiat. Vnde Valerius lib. 3. Modestia felicitas est, quæ malignantes dentes vitare possit. Nam Christus vitare non potuit, qui omnium sanctissimus fuit. Pharisæi enim velut immundi canes sibi detrahebant; nam propterea ipsum pascebant, vt sibi detrahere possent. Et similes sunt auibus immundis, quæ cadaueribus vescuntur, vt sunt vultures, corui, *quæ à sacrificio fuerunt prohibitæ*, vt patet Leuit. 3. Sic tales Pharisæi detractores & alij eis similes, carnes proximorum comedentes & lacerantes, meritò dicuntur immundi, quia omnium hominum malitiam portant in lingua. Nam si in vno homine cognouerint multas virtutes, nullam harum capiunt, sed obseruant si quid vitij, vel turpitudinis sit in illo, quo vesci possunt, & si quid apprehenderint illud dentibus lacerant. In illo quidem delectantur, & in illo requies eorum, vel proferunt, vel ampliant, & per illud alia bona acta extinguere conantur. Nonne tales fuerunt Iudæi, qui multas virtutes in Christo viderunt, & tamen nullam earum, sed semper malitiosè obseruabant, an posset aliquid reprehensibile deprehendi: sed nō potuerunt, quia *peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Proueib. 23. *Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt.* Quæ verba exponens Gregor. 19. moralium. Carnes, inquit, ad vescendum conferre, est in collationibus vicissim vitia proximorum enarrare, hi immundi munda spernunt, & immunda amplexantur, figurati *in coruo*, Genes. 7. qui Detractorū deliciæ. Detractores vulturibus & coruis similes. 1. Petr. 2.

missus de arca, inuento cadauere requieuit in illo comedens, & fruens eo, nec est amplius reuersus ad arcam. Columba verò etiam emissa reuersa est ad eam.

SPIRITVALITER. Per hanc vitam simplices volant & detractores hinc inde. Sed detractor inuenta putredine alicuius culpæ, residet illi. Illa vescitur & illa pascitur, & ad consortium sanctorum venire contemnit, & obmutiscitur. Sed homo simplex fugit illa. Sed inuentis, seu visis, virentibus bonis operibus, virorem inde boni exempli sumens, conatur ad arcam diuinæ gratiæ, bonorum operum alis concitus volare.

K Falsè accusatus, vtrũ teneatur iniuriam remittere.

TERTIÒ vtuntur aliqui mendaci accusatione, sicut interdum inuidi & mendaces accusant bonos & innocentes. Et quæritur circa hoc: Vtrum falsè accusatus, vel mendaciter, possit accusanti iniuriam remittere. *Respondet* S. Thomas 2. 2. q. 68. Falsè accusans, spiritualiter facit iniuriam accusato. Et si accusatus innocens fuerit, potest iniuriam suam remittere, maximè si ille non calumniosè accusat, sed ex animi leuitate. Si autem accusator ab accusatione desistat, propter aliquam collusionem cum aduersario, tunc facit iniuriam Reipublicæ. Et hoc non potest ei accusatus remittere. Sed hoc pertinet ad principem, qui Reipublicæ gerit potestatem.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Et ecce quidam hydropicus erat ante illum. Lucæ, vbi suprà.

INTER omnia quæ homini infirmo sunt necessaria, vnum est præcipuum, in medicum confitentia dat medicinæ operam, quia diffidentia dissipat medicinam.

L Ad quod probandum scribit Seneca libro declamationũ quod fuit Romæ quidam habens filium, & post primam vxorem duxit aliam, quæ multum exosum habuit hunc filium. Quod aduertens pater, misit eum ad studium, qui benè proficiens in magnum creuit medicum. Meditus ergo factus incidit pater in languorem. Igitur filius eius vocatus, & ab eo integrè curatus, postea nouerca in eandem incidit infirmitatem. Accersitus filius ad eam, & curare non valebat. Accusatus ergo coram senatoribus, quod nouercam curare nollet, respondit filius quod ideo eam iuuare non posset, quia in eo confidentiam non haberet.

Christus medicus cœlestis.

SPIRITVALITER autem Christus est magnus medicus, qui secundum Augustinum, de cœlo venit, eo quod in terris magnus ægrotus, videlicet genus humanum iacuit. Iste medicus sanat solo verbo, secundum illud Numeri 21. *Tuus Domine sermo qui sanauit omnia.* Et Sapient. 16. *Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus sermo Domine.* Et debet legi *malagma, matis*, tertiæ declinationis. Et dicitur à malo, quod est malum laxare, & comprimere herbas coctas, cum oleo vel cum butyro, vel aliquo gummi, vel aliquas species commiscere cum emplastro. Et cum nullo tali sanauit Christus medicus cœlorum, sed solo verbo imperando sicut patet de leproso. Matt. 8. qui venit ad Christum cui ait imperando. *Volo, mundare*, vbi *mundare*, est imperatiuus verbi passiui, quasi diceret, volo sis mundus. Quare autem istos & alios infirmos ita facilè sanauit? quia in eum confidebant. Sic & iste hydropicus, qui

ad

Digitized by Google

ad Christū pro sanatione accedebat, patet quia in ipsum confidebat. Quia dicit glossa. Ante Iesum stetit hydropicus, quia virtutem medendi cognoscebat in eo. Ideo coram ipso stabat, eius exspectans misericordiam. Quem pius Dominus videns, eius cognouit affectum, quem propter metum Iudęorum exprimere non audebat in die sabbathi. Ideo eum sanauit. De hoc dicunt verba Euangelij, de quibus præsens erit sermo. In quibus duo tangit Euangelista. *Primo* infirmi præsentationem, ibi; *Ecce homo hydropicus. Secundo*, ipsius curationem, ibi; *Ipse apprehendit eum, &c.* PRIMÒ tangit infirmi præsentationem. Ipse enim hydropicus se Christo præsentauit, & misericordiam eius exspectauit, & hoc ibi. *Ecce quidam homo hydropicus erat ante illum*, scilicet Christum. Vbi NOTA moraliter per hunc hydropicum significantur tria genera hominum, videlicet tumentium superborum, fœtentium luxuriosorum, & cupientium auarorum. Hydropicus tria vitia designat.

PRIMVM ergo genus est, tumentium superborum; & rectè hi significantur per hydropicos. Quia dicit Cōstantinus quod hydrops est error digestiuè hepatis, tumorem membrorum generans. Dum enim digestiua debilitatur in hepate, superfluitates generantur in corpore, quæ vigore expulsiuæ exterius transmissæ, membrorum inflationem generant. Sic superbia est error tumorem & inflationem cordis generans, sicut patet in primo angelo qui errans à prima veritate quæ est Deus, in superbia est inflatus qui dixit Isaiæ 14. *Ascendam in cœlum, & ponam sedem meam ad Aquilonem & ero similis altissimo.* Et ipse sic errans in tumore superbiæ deiectus est de cœlo, & qua via illic reuertatur ignorat. Quia dicit Hugo de claustro animæ. Superbia, inquit, nata est in cœlo, sed velut immemor qua via inde recesserit, nec postea illuc redire poterit. Sic multi homines errantes hoc tumore superbiæ, qua via ad cælum transire debeant penitus ignorant. Sed fortassis in profundum desperantes cadunt. Et sunt præcipue duo genera hominum, videlicet pauperes eleuati, & diuites indurati. *Primi* ergo sunt pauperes eleuati. Videmus enim ad experientiam quod cineres eleuati à terra, à vento, descendunt ad locum inferiorem & profundiorem, quàm prior locus vnde eleuati sunt foret, quia cadentes super aquam funditus cadunt. M L Superbiam. Superbi viā ad cœlum ignorant.

Sic MORALITER cinis eleuatus siue puluis à vento, conturbat aërem & oculos lædit. Et rectè denotat pauperes inflatos, & eleuatos, quos ventus fortunæ eleuat ad aliquam dignitatem, seu honoris statum. Quo facto statim tument in superbiam, sicut declarat S. Bernardus super Missus est. Videas, inquit plerosq; de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subitò intumescere, pristinæ obliuisci humilitatis, genus etiam suum erubescere, & infirmos dedignare parentes. Sed vere quanto superius eleuantur per tumorem, tanto magis proiiciuntur in profundum diuina iustitia exigente. Quod testatur Gregor. 7. moralium. Omnis superbia eo tempore in imo iacet, quo in alto se erigit. Ideo dicit pauper Henricus lib. 3.

Væ tibi mortale genus, quod semper ad alta
Niteris, vt lapsu profundiore cadas. Et ponit multa exempla.

Superbi quanto eleuantur, tanto profundius deiciuntur.

PRIMVM est de Pompeio, quem fortuna multum exaltauerat, cui alij senatores propter triumphos, sæpius de celsis capitoliis obuiam exibant. Postremo verò fata, id est, mortem à proprio famulo Cesotre, sic dicto, tulit, de hoc dicit, N Exemplum de Pompeio.

Aspice cui toties Capitolia celsa triumphos,
Obtulerant, famulum fata tulisse tuum.

SECVN-

Aliud exemplum de Erasio.

SECVNDVM exemplum ponit de Erasio, quem Fortuna in principio in altum extulerat, sed in fine peßimè deiecerat. Nam cum ipse Erasius fuerat missus à Romanis cum exercitu magno, ad expugnandum Babyloniam, ipse veniens eam possederat potenter & superbè. Cernentes autem Babylonici ciues, quod ipsius potestatem euadere non possent, accesserunt ipsum petentes, ne ciuitatem destrueret, sed ipsam pacificè intraret, & aurum atque argentum caperet in signum triumphi. Qui cum ciuitatem intrasset, in ea fuit firmiter concluſus. Ciues verò comprehenso Erasio, aurum & argentum feruens in os eius fuderunt, dicentes: Bibe, quia aurum pro triumpho desiderasti: & sic mortuus est ex potatione auri. Et hoc tangit pauper Henricus in illo metro.

Aspice quem Babylon Cupido potauit in auro.

Tertium exemplum de Iulio.

TERTIVM exemplum ponit de Iulio, quem fortuna exaltauerat, & tandem à propriis senatoribus mortuus ceciderat. De hoc ponit hoc metrum.

O

SECVNDI sunt diuites indurati, quorum, si superbia tangitur, non curant: quod probatur simili, de balena qui est piscis grandis, qui cum in parte pingui feritur, non sentit vulnus. Sed vulneratus in macra parte mox vulnus sentit, & dolet. Hoc etiam dicitur de aliquibus pinguissimis porcis.

Diuites indurati, non sentiunt correctionē in prosperitate.

Sic MORALITER. Superbus, qui in magnitudine cupit omnes alios superare, & qui in putredine elationis iacet, vt porcus, correctionem Dei atq; increpationem sacræ Scripturæ non timet, in parte pingui, hoc est, in prosperitate & diuitijs positus. Nam pinguedo prospera, non sinit ipsum iaculum minantis Scripturæ percipere, & nequaquam vltionem putat esse malorum. Sed cum in aduersa de prosperis cadit, sentit vulnus, & cognoscit, ac tunc medelam quærit. Figuratum est Exod. 5. de Pharaone, cui cum Moyses diceret ex parte Dei, vt populum Israël dimitteret, vt Domino Deo suo ad sacrificandum in deserto iret, respondit. *Quis est Deus vester, vt audiam illum? Deum vestrum nescio & populum non dimittam.* Ecce quod in prosperitate tumuit, & Deum audire noluit. Sed plagatus multipliciter dixit Moysi. *Peccaui coram Domino Deo vestro, veruntamen rogate vt mihi indulgeat.*

Pharao desinat superbos tyrannos.

Et per hunc etiam MORALITER intelliguntur superbi mundi tyranni, qui in prosperitate positi, affligunt populum Dei. Illis nihil prodest prædicatio, vt non molestent pauperes, sed eorum superbia ascendit semper, nec pauperes possunt suspirare, nec respirare sub iugo eorum, sed interdum percussi in parte macra, videlicet aduersitatis, quando plangantur à Deo, tunc sentiunt vulnera, tunc clamant & vociferant, tunc quærunt à Deo medelam. Quia dicit Psal. 77. *Cum occideret eos, quærebant eum.* Sed interdum quærunt misericordiam, & non merentur inuenire, quia *iudicium sine misericordia fiet, qui misericordiam non fecit.* Iacob. 2. Sic factum est Antiocho. 2. Machab. 9.

P

II.

Luxuriam.

SECVNDVM genus quod significatur per hydropicum, est fœtentium luxuriosorum: & rectè signantur ipsi luxuriosi per hydropicos, quia sicut hydropos secundum glossam est morbus aquosus, & vesicæ vitio natus cum fœtido anhelitu, quia anhelitus talium est fœtidus, & hoc causat intrinsecus morbus. Sic etiam luxuria est morbus animæ, fœtidus coram Deo, & angelis eius, & hominibus.

Luxuria fœtet Deo, an-

De *primo*, scilicet quod luxuriosus fœtet coram Deo, testatur Hugo libro de bono conscientiæ. Tolerabilior est canis putridus, fœtens hominibus, quam anima peccatoris

catoris Deo. Hoc conſiderans Seneca, dicit. Si ſcirem Deos ignoturos adhuc, tamen peccare dedignarer propter peccati vilitatem. Ecce quod peccatum vilificat tam coram Deo quàm hominibus, ſicut peccatum luxuriæ? certè nullum, quia dicit Gloſſa ſuper illud 1. Cor. 6. *Omne peccatum quod facit homo extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat.* Cętera, inquit, peccata tantum animam maculant, fornicatio verò non tantum animam ſed & corpus contaminat. Ibi enim non ſolum eſt immunditia ſpiritualis, ſed corporalis. gelis, hominibus, & dæmonibus. Coram Deo.

De *ſecundo* verò quod luxurioſus fœtet coram angelis, patet in Vitas Patrum, quod angelus tranſiens cum quodam Eremita. Et cum obuiarent cadaueri, Eremita, ſed non angelus obturauit nares ſuas. Et deinde obuium quendam adoleſcentem luxurioſum habuerunt, obturauit nares angelus, ſed non eremita: quia multum fœtet & diſplicet luxuria, in oculis angelorum. Quia ſi filia alicuius regis tuæ cuſtodiæ tradita, vt eam cuſtodires, non parum tibi diſpliceret, ſi illa in tua cuſtodia fornicaretur. Cum autem traditus es ad cuſtodiendum angelo, iuxta illud Pſal. 90. *Angelis ſuis mandauit de te* &c. quanto ergo putas diſplicet ei, cum tu ſub eius cuſtodia fornicaris. Ideo dicit Bernardus Serm. 12. in Pſal. Qui habitat. In quouis angulo reuerentiam exhibe tuo angelo. Tùne audeas illo præſente committere quod me vidente non auderes? quaſi diceret: Ex quo nolles coram aliqua perſona honeſta fornicari, minus coram angelo, qui *ſemper videt faciem Dei.* Matth. 18. Angelis.

De *tertio* verò, videlicet quod fœtet luxuria coram hominibus, dicit Gulielmus, quod fœtor eſt in peccato iſto, quia à viris ſpiritualibus interdum ſentitur. Et ponit exemplum, quod quidam ſcholaris præſentiam ſcorti in domo ſua cognoſcebat, & quidam Archidiaconus ſentiebat, quod ſeruus ſuus fornicatus fuerat. Hominibus.

Quarto poteſt addi, quod hoc peccatum etiam fœtet dæmonibus, quia legitur quod diabolus per quendam dæmoniacum confeſſus eſt, quod peccatum illud ei multum fœteret. Et cum interrogaretur, cur illud cum tanta diligentia promoueret? Reſpondit, propter lucrum; ſicut cloacarius fœtorem cloacæ, ratione lucri intrat, licet fœtorem abhorreat. Ideo dicit quædã gloſſa. Quid fœtidius luxurioſo, qui Deum moleſtat, angelum fugat, dæmones lætificat, ſeipſum ferit, & æterna luce priuat. Dæmonibus.

Q

Sed diceres. Vnde procedit fœtor luxuriæ? *Reſpondetur* quod principaliter à fœtore crapulæ & gulæ. Quia dicit Ioannes in Apoc. 22. cap. *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*: quaſi diceret. Qui in ſordibus eſt crapulæ, pronus erit in ſordib. luxuriæ, Sed tamen homo non percipit fœtorem. Quod patet in ſimili. Quia poſtquam veſtimentum multum fœtidum eſt, noua ſuperueniens ſordes non percipit, quæ tamen in candida veſte ſtatim apparent. Hoc videmus in atrio mundo, in quo vix poteſt feſtuca cadere, quin perpendatur. Sed cum eſt immundum, grande lutum non percipitur. Fœtor vnde proueniat.

1. Sed MORALITER homo deditus crapulæ ſemper eſt in ſordibus, quia crapuloſi vt frequenter habent ora & anhelitum fœtidum & fœtentia, vt dicatur illud Pſ. 5. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* Ideo cum ſordidior efficitur, cadens in lutum libidinis non percipit. Vadit enim de ſorde ad ſordem, velut ſus quæ deſcendit ad ſordidum ſtabulum ipſorum dæmonum. Figura Matth. 8. quod quidam *habens legionem ſpirituum immundorum* habitauit in ſepulcris, vnde verò virtute diuina expulſi ſunt dæmones *& ſpiritus illi ingreſſi ſunt gregem porcorum* Domini permiſſione, & immerſerunt eos in mari. Crapulæ deditus viuit in ſordibus.

SPIRITVALITER. Per ſpiritus illos immundos, qui hominem hunc tenebant in ſepulchris, ſubaudi gulæ & crapulæ vitia, quæ viuentem hominem tenent in ſepulcro. Adeo enim ſpiritus grauatur in nimietate cibi & potus, vt ſit quaſi ſepultus. Quia dicitur in Oſea c. 9. *Memphis ſepeliet eos.* Memphis interpretatur ex ore nimietas cibi & potus, ex oris vicio occaſionem habens, hominem ſepelit. Vnde Hieronymus: Qui luxuriatur, viuens mortuus eſt. Qui inebriatur, viuens mortuus eſt & ſepultus. Ideo crapula & gula mortuum condunt hominem, vt ſemper eſt in fœtore, ſemper putrefit & fœdatur. Ducunt enim huiuſmodi vitia ad libidinem, quæ propter immunditiam animæ & corporis quam inducit, porcinæ fœditati comparatur. Sed inde, videlicet de libidine, deſcēdunt permiſſione diuina in mari, id eſt, in infernum, ſtabulo igneo & immūdo cum dæmonibus deputandi, quibus ſe per immunditiam copulauerunt zelaturi. Ideo dicit Bernardus. Luxuria eſt peſtis, quæ cum gehenna familiarem habet ſimilitudinem. In gehenna enim ſunt tria, odor fœtidus, vermis conſcientiæ, vrens flamma. Sic perurens luxuria fœtet per infamiam, vrit per conſcientiam perurit per concupiſcentiam. *Et ſubdit.* Luxuria eſt peſtis, omni monſtro damnoſior, quæ corpus enecuat, animam commaculat, famam perdit, proximum offendit, Deum amittit.

Luxurians, viuus mortuus eſt.

Tria ſunt in inferno.

R III. Auaritiam.

TERTIVM genus hominum quod ſignificatur per hunc hydropicum eſt cupientium auarorum, quia hydropicus quanto magis bibit, tanto magis ſitit. Sic cupiens auarus quanto plus bibit de terrenis diuitiis, tanto plus ſitit. Ideo dicit Egidius Romanus de regimine principum parte 3. libr. 2. cap. 8. quod nunquam communiter homines ſatientur poſſeſſionibus & diuitiis, & nunquam poteſt quis tot habere quin plura vellet. Et allegat ibi Philoſophum 1. Politicorum, qui aſſignat duplicem cauſam quare concupiſcentia diuitiarum eſt infinita.

Auaritia cur inſatiabilis.

I.

PRIMA ſumitur ex inordinatione voluntatis, quia homines ſtudent circa viuere, & non circa bene viuere. Quicunq; autem propter ipſum benè viuere diuitias volunt, fruitiones corporales non infinitas quærunt. Benè enim viuere, eſt virtuosè viuere. Homines ergo qui non curant virtuosè viuere, ſed totum eorum ſtudium eſt vt viuant ſecundum corporales voluptates, & cum diuitiæ maximè videantur, vt per eas quilibet poſſit quod appetit. Ideo vt melius poſſint homines explere quod volunt, diuitiis & poſſeſſionibus non ſatiuntur.

II.

SECVNDA cauſa ſumitur ex falſa æſtimatione finis. Nam vt diſtinguit Philoſophus 1. Politicorum. Aliter appetitur finis, & aliter ea quæ ſunt ad finem. Nam finis petitur in infinitum. Ea verò quæ ſunt ad finem, ſecundum modum & menſuram ipſius finis, vt ſi finis medici eſſet ſanare, nunquam poſſet medicus tantam ſanitatem inducere, quin ſi eſſet poſſibile, vellet eam maiorem efficere. Medicus ergo ſanitatem quaſi appetit inducere infinitam. Sed potionem oportet dare ſecundum modum & menſuram ſanitatis. Contra ergo homines habent falſam æſtimationem de fine, vt putent ipſum finem eſſe in diuitiis ponendum. Ideo appetunt eas in infinitum.

Finis medici in curatione ægroti, quis?

Sed alia ratio poteſt eſſe MORALIS, videlicet, quia homines non habent caritatem ad æterna. Videmus enim quod muſcæ nunquam ponunt ſe ſuper ſcutellam, dum cibus eſt calidus ibi, ſed cum tepeſcit & refrigeſcit reſidētes in ipſa, totum quod eſt ibi fœdant: ſic dum cor humanum non retinet caritatis calorem, ſemper comedit ab ea muſca cupiditatis. Ratio eſt, quia oppoſita ſe non compatiuntur ſimul; ca-

ritas

ritas & cupiditas sunt sibi opposita. Quia secundum Augustinum in quodam sermone. Radix omnium bonorum est caritas, & radix omnium malorum est cupiditas & ambo simul esse non possunt; nisi vna radicitus euellatur, alia plantari non poterit. Frustra ergo conatur ramos præscindere nisi radicem studeat extirpare. Cupiditas radix omnium malorum.

Sed (heu) quia *superabundauit iniquitas, & refriguit caritas multorum.* Matth. 24. ideo muscæ cupiditatis & auaritiæ creuerunt, quod quasi totum mundum insatiabiliter replenerunt, *Figura.* Exod. 8. vbi legitur quod quarta Pharaonis plaga fuit *muscarum multitudo*, quarum tanta erat infestatio, vt vix possent homines quicquam purum siue mundum comedere, sic omnia fœdauerunt.

SPIRITVALITER per has muscas sic infestantes, subaudi cupditatis & auaritiæ actus, qui adeo sunt fœdi & enormes, quod omnes mores humanos prophanauerunt.

Et NOTANDVM est, quod sunt multa genera hominum. Auari sunt.

PRIMI sunt *mercatores*, qui propter auaritiam in mercando multa vitia committunt. S

Primum est vendere quantum possunt carius, & emere quantum possunt leuius. I. Mercatores.

Dicit tamen Gulielmus. Cum mercatores laborent pro omnibus, & quasi negotium commune gerant, possunt moderatum lucrum recipere: secus de immoderato, vt Extra de empt. & vendit. cap. 1. Hi peccant. 1.

Secundum peccatum quod in eis abundat, est mendacium, in quibus non est parua culpa. Ideo dicit Chrysostomus 88. dist. cap. Eiiciens. Mercator sine mendacio & periurio esse non potest. 2.

Ideo *Tertium* peccatum, quod in eis abundat, sunt periuria, in quibus similiter non est parua culpa, cum sit contra illud Exod. 20. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Et dicit Raymundus: Quoties scienter, vel causa decipiendi proximum, periurat vel mentitur, peccat mortaliter & tenetur ad restitutionem; in quantum decipit proximum, illi eidem decepto faciendam, si scit quis sit ille, vel hæredi eius: vel, si nescit personam, tunc det pauperi secundum auctoritatem Ecclesiæ. Si verò ignoranter dicit falsum, vel scienter intendens sibi prodesse, & proximo non obesse, fortè est veniale. Hæc Raymundus. 3. Qui sciens periurat, vt proximum decipiat, peccat mortaliter.

Quartum peccatum est, quod abundant in furtis, quæ præcipuè fiunt circa stateras, pondera & mensuras, & hoc tripliciter. 4. Furta in stateris & mensuris.

PRIMÒ cum quis diuersa habet pondera, vel mensuras, & emit ad maiorem, & vendit ad minorem. De quibus supra Sermone LXVI. B. 1.

SECVNDÒ cum quis habens iustam mensuram, & pondus iustum, & malè mensurat, vel ponderat, sicut faciunt tabernatores, qui mensuram implent spuma. 2.

TERTIÒ, cum quis procurat, vt res, quæ debet vendi, ponderosior sit; vt faciunt qui lanam vel crocum madefaciunt. Quod prohibet Dominus Leuit. 19. *Ego Dominus Deus vester; Nolite facere quod iniquum est in iudicio, in regula, in pondere, & in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius æquusq; sextarius. Ego Dominus Deus vester.* Et his dicit Dominus Deus vester, vt tales timeant fraudes facere, scientes se habere Dominum, quem nullum latere potest secretum. 3.

Quintum est, vendere carius propter dilationem ad terminum, quod est species vsuræ palliatæ. De quo suprà Sermone LXVII. C. 5.

6. *Sextum* eſt, aliud offendere, aliud vendere: ſtue, aliud vendere, aliud exhibere.
7. *Septimum* eſt calare dolum, vel aliquid malum habere in cera quam vendit non reliquat emendi. De hoc ſacto vide ſupra Sentonet. L. XVII. D.
8. *Octauum* eſt eſſe tenebroſa eligere, vbi res venales apparent alicubi non quam ſint res venitur, ſicut accidit his qui vendunt ſacta in cauis, in quibus venditor debent panno in quo oſtenduntur eſſe ſtuis tenebrarum. De quibus Matth. 21. *Proteſtatio eſt in tenebris exercetur*, qui pectore quod quærunt tenebras, mi elacere velle ſe oſtendunt. Ioan. 3. *Omnis qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem.*

T II. Exclitores.

Sexto ſunt exactores, vt Reges, Principes & Barones, & cæteri, qui exactionum ſolebus ſuis inuitis. De quibus prophetauit Iſaias cap. 1. *Principes tui infideles, ſocij furum omnes diligunt munera, qui non iudicant pupillo, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos.* Quæ manifeſtis iuſtificant impium & condemnant iuſtum. *Omnes iuge Prophetæ, adiungunt munera & non ſolum a diuitibus, ſed etiam a pauperibus Chriſtianis & non diuitibus exactionibus, ſed etiam a perfectis Chriſtianis nobis facilibus. De exactoribus enim iuſtitiæ, non curantes de iuſtitia a Chriſti membris per iudices ſuis exactoribus eniam à iudicis dona habere valeant, eis tantas in cauſis tributum, vtab exercitam ſubditis illigantur, vel exercitam interdictis ciuitatibus publica officia aliquando, in quibus gratuitus Chriſtianus affligitur, & punitur, & vltra debitum extorquitur, quod tamen eſt prohibitum. Extra. de Iudeis & Saracenis. Cum ſit innatus. Vbi habetur in summa, quod Iudæi ſuper Chriſtianos non ponuntur in publicis officiis. Ex Damiani, qui contra fecerint, grauius pununtur. & Iudæis ſe poſſint tam diu Chriſtianorum communio ſubtrahitur, donec totum quicquid occaſione huiuſmodi acquiſitum eſt, vim pauperum ſit conuertitum.*

Iudæus Chriſtian oppreſſus.

Comes tenetur a damnis per vnum ſuis repetit.

Sed quia tales Damiani, qui hoc ſcirent, noluit hic panire, ideo in futuro à demonibus punitentur. Sicut eſt punitus quidam Comes Mediolanenſis. Hic cum in propria patria reſideret, conſiſpatus multos ciues, repente homo ignotus intrauit ad eum, palatij vſque ad ſecretum, & ſolum ſecum, permanſit, dicens ſe velle aliqua propterea ei vt iurgeret. Qui non valens reſiſtere iurauit, & vbi ad eſtum perrexit, vbi equum paratum inuenit. Quem vſum ſtatim aſcendit. Cum habenas ille accepit, qui propter eum venit vehementiſſimo curſu per ſua cauſa vehementius eum ferre cœpit. Ille autem miſerabiliter clamauit. Succurrite ciues ſuccurrite. Sed ipſa tam ſubracha vilipſo nimmum hominem, factus eſt propter ſuam exactionem & oppreſſionem pauperum, demonium ſactus.

III. Iudices & officiales.

Tertij ſunt iudices & officiales, qui propter auaritiam faciunt iniqua & inuſtas iuſtificantes rem qui plus donant. De quib. Iſaiæ 1. *Pro munere qui iuſtificatis impium pro munere, & iuſtitiam iuſti auferitis ab eo.* Et ſolum vt illis qui propter munera iudicant, ſed etiam illis qui munera dant, vt alios opprimant, qui per hoc excæcant oculos iudicum & potentum, ne cauſam agnoſcant iuſtam, Iuxta illud Eccleſ. 20. *Munus & donum, excæcant oculos ſapientum.*

IV. Aduocati & Procuratores.

Quarto ſunt mali aduocati & procuratores, qui propter pecuniam auaritiam que ſuam, ſolet contra cauſam tuam eſſe aligant, veritatem ſuppriment. Deberent enim eſſe ſicut dicit Robertus Holkot in ſhoue 5. ſ. vt helie tuæ veritatis manifeſtatores, non tuæ falſitatis, & veritatis qui *iuſtum veritatis ſermonem corpetentem.* Prou. 12. Sed certe pro maiori, parte *iudicium veritatis* eſt ſub montatur duplici modo vide-

Videlicet: contra veritatem propter mendacia: & quando ipsi veritatem, duſti conſcientia. Et ideo de eis dicitur lob. 15. *Stella non ſunt mundæ in conſpectu eius.* Ideo lin- Eloquæ ad-
gue eorum eſt immundæ fluxere, quæ quaſi ad immundum poſſidendum, & ſe- ſtantium
cludendum pertinent. Et quicumque ſunt de veritate, auditum præbent magis inclinatum, quæ fidei dando pecuniam magis ponderoſa. De quibus dicitur in Pſalm. 61. *Amantes ſibi homines in ſtatera.* Exemplum eſt in calumniatore. lob. *Calumniæ, cum patuerint, ſtatera.* Comparentur tanti lobi *Cherubin*, qui *tenet* lobi *gladium flammeum ad vetitum*, ad impediendum hominis redditum in paradiſum. Gen. 3. Reuerſalibi haec ſtatim eum gladium: quia lingua comm gladius acutus & eſt valde verſatilis quod de facilitate poſſit contra veritatem, & pro veritate. Chry- ſoſtomus interpretatur plenitudo Scripturæ & ſi ibi dicuntur pugnantibus ipſi pugnant, vel adſunt, Sed ad quid deſcendunt? Reuera ex communiter cuilo dum viam ingrediuntur. ne illi quis excludat ab ea. Ignem, dicit S. Chryſoſtomus. Illi enim ſunt qui ſibi præcurrunt diuortia. Et eſcalias veras exſpoliant præſtatis, & fimoniacos copulant, innocentes ex- communicant vera falſis crebellis reconciliant. Chriſtum & Eccleſiam ſi frequentes.

Ideo legitur in tragedia quadam ſenectæ, q. quidam ſtatuit in ſpiritu Dei nouum ad vſum ſuæ domi ſanctum. Miniſtri vero vidiſſe, quem ballenetes circa eum in ſtinde- bant. Cum autem vnam cohortem adducitum vidiſſet propè accedentem, clamo- re ad ſuos ait. Venite hoc, amici, hominem gemis & dolentem. Et accedentes, ven- hoc vale balneatoris meum. Adhuc ſuper ed locum quem vobis ſet reuari.

QVÆRE & vltimo ſum ſtatuerit, ſum (hoc) nullus diuinum gratia vale pecuniam mutuare propter lucrum, quam pecuniam. Ecce quomodo dicit Chriſtus Luc. 6. *Mutuum dantes, nihil inde ſperantes.* Sed conſcendit ad tempus vltra fortem aliquid acci- piendo, vel eſtimata cogitet vt aliquid ſib nomine cenſus aut vera fenus. ac ſi à vi- furam mutuet, cuius pena eſt damnum æternum. Quod dicitur in Pſalm. 14. *Qui fœnus ſuum non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit. Ecce compoſi- mum ſuper æternum quam fœnus*, vbi dicit Glo. Compoſitio mea, non palma. ſuper pecuniam Dominus vſuram, quia ipſe munus compoſitus habuit, & non ac- pertit. id egenos.

Idcirco hoc triplex genus hydropicorum, vide licet numerum ſuperborum, fa- tentium luxuriantium, & cupiditium auarorum indigent Dominica apprehenſio- ne, ſanatione, ac demiſſione.

PRIMO indigent Dominica apprehenſione, & hoc ſit in *cordis cognitione*. Videnſ enim ad experientiam quod cordis ſuperbi, ſatis ſuperbi, ſatis luxuriantes, & ex materia ma- ria generantur interdum nubes, videlicet de vaporibus elevatis ex mari & nubibus condenſatis virtute calefi. Nubes tamen elle in plurium redactæ, dulciſſimæ fiunt, & tertium faciunt aſſi.

SPIRITVALITER radii ſolis ſunt diuinæ inſpirationes. De quibus Pſal. 144. *Mifericordiæ eius ſuper omnia opera eius.* Sed per mare intelligit cor peccatoris. Iſai. 57. *Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non potest.* Ita igitur cor peccatoris amis- ſitimum peccatis amaritudine. Sed & hoc corde diuinum ſolis, id eſt diuinæ miſe- rationis, apprehenditur & eleuatur vapores, id eſt conſiderationes, quod videlicet Peccatum
eſt homo conſiderat peccatum ſuum ſatis horribile, ſatis abominabile, ſatis miſeratio- ſtatis, videlicet quod concludit in iudicio, excludit à regno. & quod ſic in inferno.

Hydropici indigent ſuperbi- tis diuinæ miſeratione.

X

Triplex hydropici indigent ſuperbi- tis diuinæ miſeratione.

A. Indigentes ſuperbi, tumuit.

I. Concludit in iudicio.

PRIMO igitur concludit in iudicio, sed è contra, diuina miseratio soluit argumentum, ne homo in iudicio concludatur. *Argumentum* quod facit iustitia contra peccatorem, est demonstratiuum; sicut furtum inuentum, insinuat furem; & ideo statim iustitia sententiat, sed misericordia sententiam suspendit & iudicium, sicut princeps superior. Iuxta illud Iacob. 1. *Misericordia superexaltat iudicium.*

II. Excludit à regno.

SECVNDO peccatum excludit à regno, sicut lepra excludit hominem à sanorum consortio. Sed illud impedimentum tollit diuina misericordia, ne homo à regno excludatur, ianuam reserando & frangendo. Christus enim dicit Ioann. 10. *Ego sum ostium.* Illud ostium fregit diuina misericordia cum baculo crucis, tanto impetu quod vna pars portæ descendit ad inferna, & reliqua vsq; ad sepulchrum: & sic ostium est apertum, vt quilibet qui saltem noluerit, possit intrare in regnum. Apoc. 4. *Vidi, & ecce ostium apertum.*

III. Includit in inferno.

TERTIO peccatum includit in inferno sicut debitum non solutum detinet in carcere hominem. Iustitia dicit. *Amen dico tibi, non exibis donec reddas nouissimum quadrantem seu minutum* Matth. 5. & Luc. 12. Econtra misericordia frangit ligamentum, ne homo in inferno includatur, sed redimendo eum sicut orabat Psalm. 25. *Redime me Domine & miserere mei.* Et Apocalyp. 1. *Redemisti nos Deus.* Et 1. Corinth. 6. *Empti estis pretio magno.* Item dicit Iustitia Psalm. 9. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.* Sed misericordia dicit. *Aporta inferi, erue Domine animas eorum.*

Has igitur considerationes apprehendunt & elephant radij solares, videlicet diuinæ misericordiæ, sine qua homo nihil potest facere: & illæ quidem considerationes causant nubes contritionis, doloris, & timoris & hæ redactæ in pluuiam lacrymarum dulcissimam, lauant lutum culpæ, sicut pluuia lauat fœditatem plateæ, & fœcundat aquam animi, & producunt fructum operationis sanctæ, sicut patet de Maria Magdalena, quæ fuit superba, luxuriosa, & auara, &c. Quia septem habuit peccata mortalia designata *per septem dæmonia*, Marci vltimo. Sed radij diuinæ misericordiæ, eleuauerunt in ea vapores considerationis, scilicet peccatorum. Nam secundum Gregorium in Homil. Considerauit enim qui fecit, scilicet peccata contra Deum, & noluit moderari quid faceret. Et sic illæ consideratione causabant contritiones & dolores, quæ redactæ sunt in pluuias lacrymarum, quibus *pedes Dominicos irrigaret.* Luc. 17. Et sic peccator hydropicus qui habet tumorem superbiæ, fœtorem luxuriæ, & cupiditatem auaritiæ, indiget primo Dominica apprehensione, id est contritione.

II. Indiget confessione.

SECVNDO indiget sanatione, & hæc fit necesse per confessionem, quia sola contritio non sufficit ad peccatoris curationem, nisi confessio subsequatur. Quod figuratum est 1. Mach. 5. vbi legitur, quod Iudas Machabæus venit congregato exercitu obuiam Timotheo, duci filiorum Ammon iuxta torrentem. Quem videns Timotheus, multum timuit, conuocatis principibus suis, ait illis. *Si Iudas vadens torrentem inuadit, nos non poterimus aduersus eum. Sed si timuerit ad nos transire, ibimus nos ad ipsum, & vincemus eum.* Tunc Iudas ordinato notario, qui omnia nomina sciebat, fecit omnes suos proprio nomine & cognomine vocari. Quo facto Timotheus perterritus nimis, fugatus est, & eius exercitus similiter. Et Iudas combusta terra inimicorum, ascendit in montem, sanum & incolumen omnem exercitum suum ducens: *& ibi obtulit & sacrificauit holocausta.*

SPI-

Spiritualiter ludas inter peccatur confessio, & significat pœnitentem in-
nimam, quæ primò contra diabolum, vsq; ad contritionem & lacrymarum effusio-
nem accedit, lucrat pugnatura, dele vt, vbi obtinere victoriam, oportet eum propter
di. Non enim sufficit propeccatum tantum lacrymas facere de fonte, & contritionem
& necesse est peccata eiusm confiteri, hoc enim optimè coopellet diabolus, ideo ad-
gregato exercitu fuarum tentationum a refistendum dicit. Si pœnitens vitra non-
egrediatur, fed rubore pœnitentiæ suum confiteatur peccatum, vincemus eum &
non poterit cauerna ruinosa, fed expansus nobis erit. Si verò audacter transiet tormentum
lacrymarum, & peccata sua per confessionem manifestare non timuit, superabit
nos & vincet. Tunc igitur diabolus desperat cum vincitur eli, memor quæ omnia peccata
habet in scripta, quantum ad nomen & quantum ad cognomen, id est, quantum ad
peccati substantiam, & quantum ad omnem eius circumstantiam, & ad veram con-
fessionem requisitam. Et sic omnia peccata sua confirmata per confessionem, & absoluta
& dilapsa per omnia eius habitacula, tam per culpam habebat in anima. Et tunc ipse
anima hoc obtenta victoria, fine aliqua lesione ascendit in montem sion, ad veram
& sanctam imperpetuum. & sic secundo peccatorem indigne confitentem, & non vere
ter in damnum. Quia secundum Augustinum libr. de pœnit. Confessio languentis fa-
nat, leprosus curat, mortuus sic suscitat, sanitatem auget, gratiam; conseruat.

Tertio indigne simulatum. Quia Christus non hypocritam vocat ad dimi-
sit, & hoc sic per similitudinem. quia non sufficit peccatori, quod contritionem ha-
beat, & peccata eorum fecerdote dicat, nisi etiam satisfaciat. Quod probat B. Grego-
rius in simili exemplo per tria exempla. *Primum*, quia si vas vel aliud fuit sordi-
illumetiam cum pluuia, nisi fuit quod vitreus aut de aurum, sed quod lutum, vel
Peccata nostra omnia scripta sunt, intra illud lut. 14. *Peccatum meum scriptum est in sy-*
ferro. Non sufficit nos per peccata quis diuinitus, nisi quod lenis hoc doleat. Ideo exemplo
per lacrymas omnia, ordinatus & desatisfactionem dicit. Quia dicit B. Augustin. 14. q. 6. 8.
sit res. Non diuinitur peccatum, nisi sit etiam ab eo dictum. *Secundum* exemplum, si
aliquis sicus blasphemias dixerit non sufficit, quod ter nus non fuerit, nisi de his
quæ dixit penitet. Peccator dum blasphemat, inter gemes non sufficit, quod a vi-
libus blasphemia desistat, nisi de his culpabilem se reddat de satisfactat. *Tertium* ex-
emplum., quod debitor non absolutur a debito, quæ contrarit, *pro eo quod alia*
non mittat, nisi ea quæ contrarit petitionis. Quando peccatum debitorem Deo fa-
mius, fiue patet Luc. 7. *Duo debitores erant ciuidam fœneratori*, id eſt Deo. De his ma-
tem debitis absoluti non simus pro eo, quia alia non committimus, nisi de his quæ
committimus satisfacimus. Et hæc est satisfactio secundum Augustinum, de pœnit.
dist. 1. inc. Satisfactio. Satisfactio eſt cauſæ peccatorum excidere, & eorum legge-
ſtionibus ſalutem non indulgere. Et per cauſas peccatorum intelligunt curas diuer-
tiorum, vel peccandi occaſiones, vel proportionaliter de pœnitentia dic. 2. Quia
tanis.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Digitized by Google

Amice aſcende ſuperius & erit tibi gloria &c. vbi ſupra. Luc. 14.

A DIcit Ariſtoteles 3. metheorum. Si animal præcutitur à fulmine moritur, & multi homines percuſſi à fulmine non moriuntur, quia homo eſt animal rationabilius, ideo forte natura in hoc ſibi præbuit honorem.

Fulmen ſpirituale extremum iudicium.

SPIRITVALITER per fulmen intellige iudicium extremum, quia ſicut dicit ibidem Ariſtoteles, vbi ſuprà. Fulmen aliquando liquefacit gladium in vagina, ipſam non lædendo. Sic extremum diſtrictum iudicium liquefacit animam peccatoris eam puniendo, corpore manente illæſo. Nam ſecundum Chryſoſtomum tolerabilius eſt pœnam inferni ſuſtinere, quàm verba irati iudicis, quibus dicturus eſt in finali iudicio Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum.* Et B. Bernard' ſuper Pſalm. Qui habitat dicit. Quid tam cauendum, quid tam plenum anxietate, & vehementiſſimæ ſollicitudinis, excogitari poteſt, quàm iudicandum aſtare illi terrifico & Deifico tribunali, & incertam & adhuc ſubitamq; à diſtricto iudice exſpectare miſericordiam, vbi iudex teſte non indiget, & vbi veritas diſcutit intentiones. Et in quadam Epiſtola idem ad Robertum monachum. Veniet, inquit, qui malè iudicata iudicabit, illicita iurata confutabit, qui facit iudicium, & iniuriam patientibus. Veniet, inquam, veniet dies iudicij, vbi plus valebunt pura corda, quàm aſtuta verba; & conſcientia bona, quàm marſupia plena, quoniam iudex non falletur verbis, nec flectetur donis. Idcirco iſtud fulmen diuini iudicij, occidit æterna morte omne animal, id eſt, omnem hominem beſtialem, qui magis ſequitur carnem, quàm ſpiritum aut rationem. Sed parcit hominibus iuſtis. Iuxta illud Pſalm. 111. *In memoria æterna erunt iuſti, ab auditione mala non timebunt.* Nam auditio hæc erit mala, qua dicetur animalibus hominibus. *Inimice, deſcende inferius.* Ab hac non habent timere homines iuſti, quibus dicetur. *Venite Benedicti Patris mei.* Matth. 25. Et vnicuiq; dicetur verbum allegatum. *Amice, aſcende ſuperius.* His autem verbis vocabit dominus vnumquemq; electum ad gloriam. In quibus tria tanguntur. *Primo* fidelitas ſe amantium, ibi; *Amice. Secundo* prioritas ſe honorantium. ibi; *Aſcende. Tertio*, ſublimitas ſe exaltantium, ibi; *Superius.*

Supremus iudex teſte nõ indiget.

B Circa quod NOTANDVM. In nuptijs regalibus ſunt aſcenſus, & gradus dignitatis. Nam altiſſimè aſcendit rex & regina: altius ſui duces poſt ipſum. Deinde alti domini & barones, & poſt illos ſedent milites, & militares, atq; ciues, & in quolibet gradu ac aſcenſu conuiuia ſua habent.

Sic SPIRITVALITER in nuptijs cœleſtis regis Chriſti Domini noſtri, ſunt gradus ſcalares, per quos aſcenditur. Nam qui vult ad hos venire neceſſe habet ſemper aſcendere, quia dicit Bernardus in Epiſtola, & ſimiliter Auguſtinus in libro de verbis Domini. Semper ambula, ſemper perfice, noli in via deficere, noli retroire, noli deuiare; Remanet, qui non proficit, recedit qui ad ea reuoluitur vnde iam receſſerat, deuiat aut apoſtatat.

Qui autem ſint iſti gradus, enumerat Humbertus in prologo ſuo de ſeptem donis cap. 6. *Primus* gradus aſcendendi eſt, timoris amoroſi in omnibus agilibus continuatio. *Secundus*, pietatis ſe ad Deum & proximum ſancta liquefactio. *Tertius*, ſcientiæ omnium beneficiorum Dei gratia p̃cognitio. *Quartus*, fortitudinis omnium operationum

tionum bonarum executio. *Quintus*, consilij à Deo omnium eligendorum tuta electio. *Sextus*, intellectus omnium veritatem necessarium limpida contemplatio. *Septimus* sapientiæ cœlestium deliciarum prægustatio.

PRIMVS ergo gradus quo ascenditur ad cœlestes nuptias, est timoris amorosi in omnibus agilibus continuatio. Dicit enim Gregorius super Ezechielem homilia 19. Nam qui à terra ad cœlestia tendimus, eiusdem gradus ascendendo, migramus, ab infimo incipiendo scilicet dono timoris ascendendo, vsque ad domum sapientiæ sapidæ. Rationem huius ascensionis reddit Gregorius 22. moralium dicens. Nemo infima deserens, repentè fit summus, quia ad obtinendum perfectionis meritum, dum quotidie mens in altum ducitur, adhoc procul dubio velut ascensionis cuiusdam gradus peruenitur. Hæc ille. Quare ascensiones in corde nostro disponere debemus in hac valle lacrymarum vi ad domum sapientiæ pertingamus.

Primus gradus, Timor amorosus.

EST ergo NOTANDVM, quod timor oritur ex amore sicut dicit Augustinus 14. de ciuitate Dei. Est amor fugiens quicquid ei aduersatur. Et cum hoc concordat, glossa super Ioan. 10. Timor est fuga, ne perdat homo quod amat, igitur timor oritur ex amore. Nam quam diu homo amorem ordinatum habuit in paradiso, tamdiu sine timore inordinato fuit in se ipso. Et quam cito amorem inordinatum admisit, tam citò inordinata affuit pœna peccati, quando se abscondit dicens *Domine audiui vocem tuam & timui.* Genes. 3. Quare timuit quia inordinatum amorem admisit, & transgressor fuit. Quanto ergo homo à falso & inordinato amore recedit, & ad veram charitatem accedit, tanto omnem inordinatum amorem euadit. In hoc quidem ascensu habent amici Dei conuiuium suum. Quia dicit Gregorius libro 1. moralium, quod timor filialis in die suo facit conuiuium in mente humana, & proponit dulcia. Iuxta illud Psalmi 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Quæ est autem illa dulcedo, nisi dulcis sapor quem timor causat in anima. De hoc Bernardus Sermone XIV. super Cantica. Timor Domini benè dicitur initium Sapientiæ, quia tunc præuidens animæ sapit cum eam ad timendum afficit non cum ad sciendum instruit quia timor sapor est. Porrò sapor sapientem facit, scientia scientem. Sapientia enim à sapore dicitur. Igitur timor initium Sapientiæ, saporem sapidum intimo secreto mentis multum immittit, & ita multipliciter reficit totam mentis familiam. Sed & totum regnum animæ iustificat, purificat & lętificat, quæ tria perficiunt conuiuium timoris Domini. De quo Apostolus Romanorum 14. *Regnum Dei non est esca potus sed iustitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto.*

C

Timor oritur ex amore.

Inordinatũ amorem sequitur pœna peccati.

Conuiuiũ timoris Domini tria perficiunt.

Ecce tria quæ necessaria sunt inconiuio spirituali timoris.

D

PRIMVM igitur est iustitia conuiuantes in omnibus rectificans, & hæc iustitia ex timore Domini nascitur. Quia dicit Sapiens Ecclesiast. 1. *Qui sine timore est, non potest iustificari.* Quomodo autem erit iucunda societas vbi deest iustitiæ æqualitas? Dicit enim Augustinus lib. 4. de ciuitate Dei cap. 4. Remota iustitia, quid sunt regna nisi latrocinia? Et sicut dicitur 4. Ethicorum. Sicut iustitia continet omnem virtutem ita in iustitia continet omnem malitiam siue iniquitatem. Vbi autẽ abundat iniquitas, quomodo ibi vera amicitia & societas erit? Ergo nec regni, nec conuiuij, vera tranquillitas, siue tranquilla iucunditas manebit. Ergo iustitia, quia timor Domini

Iustitia conuiuantes rectificat.

Digitized by Google

ex quo oriatur iustitia, expellit iniustitiam: imo talibus conuiuis potest dici Matth. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

Conuiuantium pax & quies.

SECVNDVM est, pax conuiuantes in omnibus cõcordans, & quietans & nascitur ex iustitia vt dicit Cæsarius & Augustinus super Psal. 48. Duæ sunt inquit, amicæ iustitia & pax, ipse se osculantur, & si iustitiam amicam pacis non amaueris, nec ipsa pax te amabit, nec ad te veniet. Nisi ergo pax assit, non erunt exuuiæ sed assiduales. Vera autem pax est vbi nihil repugnat, &c.

Iustitia & pax conuiuantes lætificat.

TERTIVM est gaudiũ conuiuantes lætificans & ex iustitia & pace generatur. Vnde Bernardus. Iustitiam quam Deo exhibes, & pacem quam proximo debes, noli contemnere. Sic enim præcedentibus erit gaudium in Spiritu sancto, non quidem gaudium carnale, non gaudium seculare, non gaudium cuius extrema occupat luctus, sed in quam magis tristitia vertitur, & hoc gaudium nemo tollit à te, donec in intres gaudium Domini. Hæc Bernardus.

Istud gaudiosum conuiuium in timore Domini paulatim inchoatur. Proficiendo continuatur & in beatitudine æterna consumatur. De *Primo* Ecclesiast. 1. *Timor Domini gloria & gloriatio, Lætitia & corona exultationis.* De *Secundo* Ecclesiastici 1. *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum*, id est, in æternum. De *Tertio* Eccles. 1. *Timenti Deum bene erit in extremis.*

E

Secundus gradus, Liquefactio pietatis, &c.

SECVNDVS gradus quo ascenditur ad cœlestes nuptias est pietatis ad se, ad Deũ & proximum sancta liquefactio. Et recte sequitur pietas timorem in ascendendo, sicut dicit Anselmus libro similitudinum circa finem. Huic denique dono timoris, Spiritus sanctus super imponit pietatem, cum menti sic timenti sui ipsius aspirat cõpassionem, pieq; recolere facit: quàm misera erit, si à Deo separata, in inferno cum diabolo torta fuerit. Ideo rationabiliter de dono timoris ascenditur ad donum pietatis, quod & præcipit Dominus cum dicit Lucæ 14. *Amice, ascende superius*, videlicet de timore ad pietatem quæ à Deo datur, & ad inimicos extenditur. Matth. 6. *Diligite inimicos vestros, &c.* In isto quidem ascensu habent amici Dei etiam conuiuium, quia secundum Gregorium, 1. moralium. Pietas conuiuium facit, mentique exhibet, quando cordis viscera misericordiæ operibus replet. Opus autem bonum, est cibus animæ. Quia dicit Gregorius 22. moralium cap. 7. & 12. Comedere animæ, est bonis operibus satiari. Præparando igitur conuiuium animæ & omnibus viribus eius, pietas expellit. *Primo* à conuiuio suo impietatem & omnem familiam eius quia omnia fercula mentis inficit, & insipida facit. Nam vt ait Augustinus in sermo. Etiam iustitia quæ est virtus generalis, & dulce ferculum mentis piæ, sine pietate crudelitas est. In crudelitate autem nulla dulcedo est, sed amaritudo impietatis nimia regnat. Quare cibaria à se nullo igne caritatis decoquit. Sed cruda & insipida relinquit. Ideo dicit Seneca libro de moribus Respue crudelitatem & matrem eius, iram cum omni familia sua. Hæc enim humanæ rationi maxima inimica est. Pietas autem amica est. *Secundo* imitat omnes vires mentis tanquam incolas regni & etiam exteriores laborantes, Matth. 11 *Venite ad me omnes qui onerati estis, & ego reficiam vos. Tertio* eos multitudine reficit, dum eis diuersa fercula apponit.

Cibus animæ, opus bonum.

Impietas mentis fercula inficit.

F

Tertius gradus, scientie

TERTIVS, gradus quo ascenditur est scientiæ omnium beneficiorum Dei grata præcognitio, & rectè sequitur pietatem in ascendendo quia dicit Gregorius 1. moraliũ. Nulla scientia est, si vtilitatem pietatis non habet, Et anselmus libro simli-

tudinem

tudinem circa finem. Spiritus, inquit, sanctus donum scientiæ super imponit pietati, cum mens sic tenet sibi, & compatitur, vt quomodo valeat modo saluari scrutatur, eiq; Spiritus S. huius rei cognitionem largiatur. beneficio tũ Dei præ cognitio.

Est autem scientia duplex. *Vna secularis* quæ secundum Bernardum super Cantica, inebriat non caritate, sed curiositate; implet, sed non nutrit; inflat, sed non ædificat; ingurgitat, sed non confortat. Est *alia* quæ secundum beatum Augustinum libro 14. de Trinitate capit. 5. non est rerum vanarum, nec curiosarum, sed de his, quibus fides saluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur & nutritur, defensatur & roboratur, & hoc est donum Spiritus sancti, ad quod ascendere iubet Christus cum dicit *Amice ascende superius* de pietate ad scientiam. In hoc ascensu inueniet quilibet amicus Dei conuiuium, quia scientia menti humanæ præparat conuiuium in die suo. Dicit enim August. libro de verbis Domini. Sicut virtus est cibus animæ, & illa sterilitas & illa fames, causat quodammodo ieiunium spirituale in anima, quod donum scientiæ expellit ab anima. Iuxta illud Gregor. 1. moralium. Scientia in die suo ieiunium facit, quia in ventre mentis ignorantiæ ieiunium superat. Scientia duplex.

G

Est tamen NOTANDVM. Gregorius super Iob. 22. moralium, innuit triplicem mensam sacræ Scripturæ, in quibus animæ studiosæ mediante dono scientiæ, diuersimodè & dulciter reficiuntur. PRIMA est mensa historiæ, in qua simplices cibantur ferculis grossioribus, fidem roborantibus, dum legunt in sacra scriptura, quod aqua in vinum mutatur, Lazarus suscitatur, cæcus illuminatur, leprosus mundatur, & huiusmodi. SECVNDA mensa est allegoriæ, in qua cibantur Doctores ferculis subtilioribus, dum eis panis verus de cœlo promittitur & datur, vita æterna speratur, ianua cœlestis regni aperitur, mensa æternæ refectionis præparatur, corpus Christi verè manducatur, in quo nobis diuinitas præparatur & propinatur. Vnde Hugo in 1. cap. super angelicam hierarchiam. Carnem, inquit, nobis Iesus medullium proposuit, vt per cibum carnis ad gustum intraret diuinitatis. TERTIA mensa est anagogica, in qua perfectiores cibantur ferculis dulcioribus. Quia dicit Hugo, vbi supra. *Anagogia* est ascensio seu elevatio mentis in contemplationem supernorum. Ideò ascendendo transcendit narrationem mensæ historiæ. Sed contemplando transit vltra velamina mensæ allegoriæ. Plana autem ascensio & pura contemplatio in mente, miram & dulcem generat dulcedinem & delectationem, & refectionem, vt dicit Gregorius lib. 1. super Ezechiel. parte 3. homilia 2. Contemplatio amabilis valde dulcis est, quæ super se ipsam animam rapit, cœlestia aperit, terrena autem debere contemni ostendit. Spiritualia oculis mentis patefacit, corporalia abscondit, vt talis contemplatrix anima dicat, illud Cantic. 5. *Ego dormio & cor meum vigilat.* Sacræ Scripturæ mensa triplex. Historiæ. Allegoriæ. Anagogica.

QVARTVS gradus quo ascenditur superius, est donum fortitudinis, quod Spiritus sanctus super ponit dono scientiæ. Cuius ratio est quia dum mens pauida timens, sibique dono pietatis compatiens, & iam quid agere debeat, dono scientiæ sciens, oportet quod sit fortis ad operandum quæ didicit, & quibus se saluari posse confidit, vt dicit Humbertus libro de septem donis de dono fortitudinis cap primo. In illo ascensu quo de scientia ad fortitudinem itur, inuenit amicus Dei conuiuium. Quia secundum Gregorium 1. moralium. Fortitudo in die sua conuiuium facit: quia dum aduersa non metuit, tripudianti cibos menti confidentiæ apponit. Dicit enim Tullius libro 1. Rhetoricorum. Fortitudinis, vt est virtus moralis, quatuor

H

Quartus gradus, donum fortitudinis.

Digitized by Google

Fortitudinis sũt quatuor species.

sunt species, videlicet confidentia, magnificentia, patientia, & perseuerantia. CONFIDENTIA siue fiducia, conuiuantes de conuiuio vsque ad finem spe assecurat, & dulciter reficit: quia *secura mens* quasi *iuga conuiuium*, Prouerb. 15. Hæc expellit à conuiuantibus omnem diffidentiam. Iuxta illud Psalmi. 124. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commouebitur in æternum*. MAGNIFICENTIA verò, vt decet, preciosa in conuiuio administrat. Quia dicit Tullius vbi supra Magnificentia est magnarum rerum splendida administratio.

I
Patientia expellit discordiam, &c.

PATIENTIA autem conuiuantes confortat & quietat, quia secundum Cassiodorum super Psalmos. Patientia vincit aduersa, non colluctando sed sufferendo, non murmurando sed gratias agendo. Hæc, inquã, virtus expellit à conuiuio vitia opposita, vt impatientiam, discordiam, rixam, seditiones, &c. quę mentis conuiuiũ molestant & perturbant. Et hæc patientia perfectius animam reficit, quia perfectum opus habet Lucæ 22. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Super quo Gregorius: Quid est, inquit, animas possidere, nisi perfectè in omnibus viuere, cunctisque mentis morsibus, quasi ex arte virtute dominari, quod vtique animam valde consolatur & reficit. Sed PERSEVERANTIA conuiuantes ad stabilem mansionem trahit & inuitat. Quia secundum Tullium perseuerantia est refectio dulcissima. Nam Augustinus exponens illud Matth 24 *Qui perseuerauerit in finem* &c. Cum peruenieris, inquit, ad tres panes perseuerando hoc est ad cibum & intelligentiam Trinitatis habebis plenam refectionem: Non enim panis ille finietur, sed omnem indigentiam tuam finiet.

K
Quintus gradus, donum consilij.

QVINTVS gradus quo superius ascendit amicus Dei, est donum consilij. Quia dicit Anselmus libro similitudinum, super *Ædificat*: quia cum mens iam fortis est ad operandum, necesse est quid consulere debeat. Quia dicit Gregorius 1. moralium Qui sine consilio viuunt, se præcipitationi & fortunæ tradunt, vitam suam negligunt, dum transitoria inconsulte appetunt, dum æterna non intelligunt, vel intellecta contemnunt, dum exilium & miseriam suam non cognoscunt, quia cœci: ideo nec consilium habere sciunt Et ideo tales meritò in insipientia sua peribunt. In hoc ascensu inueniat amicus Dei conuiuium suum, & hoc nusquam conuenientius celebratur sicut in secreto mentis, vbi consilia in silentio tractantur. Et hoc figuratur in libro Numeri cap. 2. *vbi Moyses in rebus dubiis* consulendum dominum, relictis turbis crebro reuertebatur & *intrauit tabernaculum vbi dominum consuluit* & consilium accepit quod populo postea dixit. Quam figuram exponens Gregorius 32. moralium dicens. Ad tabernaculum redire & intrare, est postpositis exterioribus tumultibus secretum mentis intrare. Ibi enim dominus consulitur, & quod foris agendum est, publicè intus silenter auditur. Et tunc vocem Dei, quasi per occultam inspirationem audiunt, dum in meditatione mentis se à carnalibus mentibus abstrahunt.

L
Qualiter reficiat Consiliarios, donũ consilij.

Scias namq; quod donum consilij reficit supra modum scilicet consiliarios, sacris contẽplationibus, dum eos in tabernaculo id est secreto mentis facit diuina consilia audire. Et hi sunt memoria, intelligentia & voluntas. Nam *memoria* ab omnibus purgata, ingrediatur secretum mentis, & dicat cum Psalmo 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus* Deus. Postea ingrediatur *intelligentia*, vt veritatem iudiciorum discutiat, & inter consilia à quo spiritu procedant, discernat. Quia secundum Ber-

Digitized by Google

Bernardum, domini ſpirituum diuerſa ſunt genera, ideò neceſſaria eſt nobis eorum diſcretio. Nam ſpiritus carnis ſuggerit mollia, ſpiritus mundi vana, ſpiritus malignus amara, vt iras rixas, & huiuſmodi. Si autem ſpiritus ſuggeſtio ſit de corpore caſtigando, de corde humiliando, de ſeruanda virtute & habenda charitate, ſine dubio Spiritus S. ſuggerit hæc. Deinde ingrediatur *voluntas*, vt diſcuſſa amplexetur, ſi eſt ſuggeſtio à Spiritu ſancto, & clamet cum ſponſa Canticorum 5. *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt, quæſiui & non inueni. &c.* Quod exponit Origenes dicens. Diuinæ conſolationis, vt audio, feliciſſimus effectus eſt liquefactio, liquefit enim anima deuotione, molleſcit, vt dilectus meus ſuauiter cubat.

SECVNDO, reficiunt conuiuantes medios, ſcilicet vigores animæ naturales, & ſenſus animæ rationales, & milites, ſiue virtutes morales ſacris virtutibus, dum facit eos diuina conſilia in ſecreto verè intelligere.

TERTIO, reficit conuiuantes inferiores, vt ſenſus animales & corporales, tam interiores, vt imagines, quàm exteriores, vt viſum, auditum, guſtum, tactum, &c. quæ ſunt tanquam artifices; vt ruſtici neceſſaria corpori adminiſtrantes, vt dicitur in lib. de ſpiritu & anima. Sed tunc eos reficit, dum eos diuina conſilia adimplere facit.

M

SEXTVS gradus, quo aſcenditur ſuperius, eſt intellectus, qui pertinet ad vitam contemplatiuam. In iſto aſcenſu inuenit quilibet conuiuium ſuum. Quia, vt dicit Gregorius lib. 1. moralium. Intellectus in die ſua conuiuium parat, quia in eo, quod audita penetrat, reficiendo penetrat cor, tenebras eius illuſtrat, ergo in penetratione ipſorum auditorum, inuenta veritate mens reficitur. Cum ergo ſecundum Gregorium, intellectus penetrat diuina velamina veritatis diuinæ, tam in ſcripturis, quàm doctrinis, tam figuris, quàm ſacramẽtis, vſq; ad intimam & nudam veritatem intelligendam & deguſtandam, quadam intellectuali experientia pertingat, quod perfectiſſimorum eſt, vt dicit Bernardus ſuper Cantica, ideo dulciſſimè mentem reficit.

Sextus gradus intellectus.

SEPTIMVS gradus eſt Sapientia. Quia dicit Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana, quod à timore vſq; ad ſapientiam, quæ eſt ſeptima in donis & vltima, per gradus aſcenditur & peruenitur; & ſic ſapientia non deberet pro gradu reputari, ſed quaſi pro termino ad quem eſſet aſcendendum. Quia vt dicit Auguſtinus ibid. quod ſapientia eſt ſumma & vltima, & ea habita, animus potatus tranquillusq; perfruitur & delectatur in ea: Ergo eſt vltima in qua eſt conſummatio. Cum ergo amicus Dei ad ſapientiam aſcenderit conuiuia inuenire poterit. Dicit ergo Bernardus libro de diligendo Deum. Sapientia triplex conuiuium donat. Cibat enim in hac vita laborantes, potat poſt hanc vitam quieſcentes, & æterna vita regnantes. Ad quam nos perducat Ieſus Chriſtus Dei filius, &c.

Septimus gradus, Sapientia.

Sapientia triplex conuiuium.

DOMINICA XVIII. POST TRINITATIS.

Sermo Primus.

Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quia diuites in omnis facti eſtis in omni verbo, & in omni ſcientia.
1. Corinh. 1.

Digitized by Google

A Consuetudo hæc fuit apud Romanos, quod victoribus triumphantibus, & Romam redeuntibus, triplex honor impendebatur. *Primus* honor fuit, quod victori populus cum iubilo & lætitia obuiauit. *Secundus*, quod omnes captiui sequebantur currum eius. *Tertius*, quod victor indutus tunica Iouis sedebat in curru quem trahebant quatuor equi albi, & ducebatur vsq; ad Capitolium. *Aliam consuetudinem* narrat Isidor. 18. Etymol. 2. c. allegans Tranquillum, quod triumphans cum vrbem ingrediebatur, tripertito iudicio honorabatur. Nam *primo* de triumpho duci concedendo, iudicabat exercitus. *Secundo*, senatus. *Tertio*, populus. Erat autem Romanorum mos, quod triumphans quadriga veheretur colore rufo, perliniretur purpura, & polymita longa indueretur, palma aurea & laurea coronaretur. Et hæc omnia ostenderunt, quod suis victoribus grati fuerunt.

Gratiarum actio Christo exhibenda propter victoriam.

SPIRITVALITER. Christus fuit propugnator noster ad saluandum nos, ipse victoriam maximam obtinuit contra inimicos nostros & nos liberauit de durissima seruitute, ideò ire debemus ei obuiam cum cantico gratiarum actionis, laudantes eum decachordo mandatorum eius, opere & sermone. Et ipsum debemus ponere laureatum in curru, quia positum in nostra memoria; debemus contemplari eum coronatum spinea corona, confixum clauis, perforatum lancea, potatum aceto, pensum in patibulo. Et hoc faciendum iugiter exemplo B. Augustini in libro Solilo quij, cap. 13. dicentis. Domine dilexisti me plus quàm te, quia mori voluisti propter me; tam caro pretio reduxisti me de exilio, redemisti me de seruitio, retraxisti me de supplicio, vocasti me nomine tuo, signasti me sanguine tuo, vt memoria tua semper esset apud me, & nunquam recederet à corde meo, qui propter me de cruce noluisti descendere. *Figura* 1. Regum 16. Filiæ Hierusalem venerunt obuiam Dauid redeunti à prælio Philistinorum, cantantes in tympanis & choris dicebant. *Saul percussit mille, & Dauid decem milia.*

MORALITER. Filiæ Hierusalem sunt liberatæ animæ à dæmonibus Philistinorum infernalium, per victoriam passionis Christi. Cognoscentes igitur hoc beneficium, deberent illi ire obuiam cum cantu & sono, id est, fide & opere, gratiarum actiones reddentes pro decem millibus percussorum, id est, pro liberatione ab innumeris malis, & prostratione diaboli, quia melius non habent, quod ei reddant pro tantis beneficijs, quàm gratiarum actiones. Quia dicit glorioſus Doctor Augustinus, in Epistola ad Marcellinum. Quid melius animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm Deo gratias agere. Hoc enim dici breuius, nec audiri leuius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. Qualis autem debeat esse huiusmodi gratiarum actio, docet Bernardus in quodam sermone dicens. Non tantum verbo nec lingua, sed opere & virtute exhibeamus nosmetipsos gratos; non enim gratiarum dictionem, sed gratiarum actionem exigit à nobis Dominus Deus noster. Et qui vult verè gratus esse, non solum debet gratiarum actiones referre Deo de sibi collatis beneficijs, verum etiam alijs, qui in verbo allegato agit gratias pro beneficijs alijs collatis, cum dicit. *Gratias ago Deo meo semper*, id est, omnibus horis ad orandum deputatis, *pro vobis in gratia Dei, &c.* In qua quidem epistola congratulatur proximis propter tria beneficia eis collata, scilicet sufficientiam bonorum collatorum; affluentiam meritorum perfectorum; Perseuerantiam bonorum agendorũ. *Primo* igitur gratulatur per sufficientiã bonorum collatorũ cum dicit. *Quia diuites facti estis in omnes.*

Gratiarum actio qualis debeat esse.

Pro

Pro quo NOTANDVM. Diuitiæ quo ad præsens sunt duplices. *Prime* sunt temporales. *Secundæ* spirituales. PRIMÆ quidem non sunt adaugendæ nimirum, ex quo habemus iter ire breue. Fatuum est enim, laborem magnum habere & promissionem pro victu, habentibus iter breue. B Diuitiæ duplices. Temporales

MORALITER nos habemus iter breuissimum, vitæ videlicet præsentis, quod paucis diebus consumatur. Iuxta illud Iob. 14. *Breues dies hominis sunt.* Non est ergo prouisio magna facienda de temporalibus rebus, pro tam breui vitæ cursu, & præcipuè cum illæ non ad profectum, sed ad detrimentum tendant. Nam ille qui congregabat multa bona in annos plurimos fatuus iudicabatur, dicente Domino. *Stulte hac nocte repetent*, scilicet dæmones, *animam tuam, & quæ congregasti cuius erunt?* Luc. 12. Ideò illas res temporales moderatè ferre debemus nobiscum, vt sic ad terminum veniamus. Legitur Exod. 17. quod filij Israel exeuntes de Ægypto, nõ receperunt manna per desertum ambulantes, nisi quando consumpta fuit farina, quam secum tulerant de Ægypto. Sed illa consumpta, venerunt in Elim trigesimo die, & ibi fixerunt tabernacula suæ mansionis, vt dicit Magister, & cœperunt edere Manna. Qui sunt filij Israel exeuntes de Ægypto, nisi fideles Christiani, per confessionem exeuntes de tenebris peccatorum. Hi igitur volentes ad terram promissionis, id est, ad cœlum, per huius vitæ desertum ire, non debent de farina Ægypti, id est, de diuitijs præsentis vitæ, magnam gerere sollicitudinem, eo quod via breuis sit. Quid absurdius dici potest, quam quo minus restat via, eo plus viatici quærere? Et via deficiente viaticum augere? Quasi diceret. Non debent fideles curare de corruptibili substantia, quoniam in breui exspectant æternam beatitudinem à Christo, in ipso figentes nostri cordis mansiones, manna cœlestis consolationis accipiemus & hoc post triginta dies. Nam ter dena tria, sunt triginta, ad seruandum. Si relinquamus opera mortua, otiosos sermones, & prauas cogitationes, erimus dispositi ad æternæ, aut superna, quæ non patiuntur secum caduca. Iuxta illud Bernard. sermon. 77. Præoccupatum quippe secularibus desiderijs animum, declinatio sancta declinat, nec misceri poterunt vana veris, æterna caducis, spiritualia corruptibilibus, summa imis, vt pariter sapias, & quæ sursum sunt, & quæ super terram. Hæc ille.

Temporalibus vtendũ quatenus ad vitam æternam conducunt.

Filij Israel designant fideles Christianos.

Diuitiæ non sunt nimiũ augendæ.

Videmus tamen ad experientiam, quod interdum fiunt in aliquo funiculo nodi adeo fortes & duri, quod potius franguntur, quàm solui possunt. Sic SPIRITVALITER adeo nodatur animus, & affectus cordis humani cum diuitijs, quod potiùs anima separatur à corpore per ipsam mortem, quàm affectus cordis ab amore diuitiarum posset dissolui. Et ratio est, quia cor tribus funiculis ligatur ab illis; nam cor innodant in acquisitione proprio fune cupiditatis. Stringunt retinendo laqueo taciturnitatis, & vrgent in possidendo sapore malignitatis: & ille funiculus nõ facilè potest rumpi iuxta illud Eccli. 10. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Sic ergo ligatum hominem ducunt insolubiliter in interitũ. Sicut figuratũ est Iudic. 16. de Samsone, qui *seductus à Dalila ligatus est a Philistæis, & excæcatus ductus est ab eis captiuus.* C

Diuitiæ cor tribus funiculis ligant.

Tunc enim SPIRITVALITER Samson seducitur à Dalila, quando homo seducitur à pecunia. Iacens enim in eius gremio per nimium affectum, ligatur à dæmonibus & excæcatus intentionis lumine, aut intellectus, qui est lumen quod Deus animæ infudit, captiuatur à peccato, in quo miserabiliter moritur sine remedio, & damnatur: sicut patet de quadam vsuraria.

Nam legitur, quod duæ sorores simul habitabant, & mortua matre hæreditatem diui-

Vsuraria cũ duobus sacculis denariorum sepelitur, & damnatur.

diuiserunt, altera statim affectu pecuniæ portionem suam dedit ad vsuram, & faciens firmam cistam in eam multam pecuniam congregauit, & non patiebatur sorori, nec alicui egeno. Contigit vsurariam infirmari ad mortem, quæ vocauit suam sororem, vt ei ministraret. Quod & illa fecit, sperans se aliquid accepturam. Illa videns se euadere non posse, sorore emissa ad cistam accessit, tollens ex ea duabus crumenas plenas denarijs, & cinxit ad nudam carnem sub vestibus tegendo. Ecce quam fortiter ligata fuit ista prædicto triplici funiculo, & nullo modo nec in morte potuit solui. Sorore igitur reuersa ait. Rogo te, vt cũ mortua fuero, à nullo permittas me nudari. Sed in eisdem vestibus in quibus nunc iaceo, me ponere finas ad sepulchrum. Moritur illa, & vt rogauerat sepelitur. Quo facto dictum est Domino villæ de morte vsurariæ, qui aduocans aduocatum suum misit vt pecuniam vsurariam asportaret. Ad ille veniens, accepit claues & cistam aperiens, nihil inuenit. Qui cum exigeret pecuniam à sorore, & torqueret eam, cœpit illa de petitione sororis cogitare, & de pondere mortui corporis habere suspicionem; recitat hoc Aduocato. Ille verò rogauit Sacerdotem, vt liceret ei aperire sepulchrum vsurariæ, & concessit. Et aperto sepulcro viderunt ambo, Sacerdos videlicet & Aduocatus, corpus nudatum & maximo cinctum serpente, qui se immittens in os mulieris extractos denarios proiecit. Quo viso, territi valde clamauerunt. Reijcite terram velociter. Diabolus enim vas suum punit & illudit.

Ideò dicit Seneca in quadam Epistola. Fortissima pestis est cupiditas: quasi diceret. Fortiter inhæret homini etiam vsq; ad mortem, quæ solet egenos facere quos capit, dum fraudem quærendi non inuenit. Nam alterius cupiditas, ex alterius fine nascitur. Ideò fortior est, qui cupiditatem vincit, quàm qui subijcit in hostem. Hæc ille. Propter, quod non est credendum, quod Apostolus congratulabatur, & referebat gratiarum actiones, quod Corinthi diuites facti fuissent diuitijs temporalibus. Quia dicit Gregorius in moralibus. Carnales, inquit, homines cum de rerum abundantia & diuitiarum affluentia extolluntur, hora qua nesciunt subito rapiuntur. Et dum pedes affixos credunt, repentino interitu ad ima descendunt.

Maior est victoria, cupiditatem vincere, quam hostem.

D

Diuitiæ spirituales quę?

SECVNDÆ diuitiæ sunt spirituales, vt sunt virtutes. De quibus dicit Gregorius in homil. Solæ diuitiæ veræ sunt, quæ virtutib. inter diuites faciunt. *Et subdit.* Si ergo fratres charissimi diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Vna igitur virtutes est sapientia. De qua Isaiæ 53. *Diuitiæ salutis sapientia & scientia.* De Sapientia dicit Salomon Sapientiæ cap. 7. *Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei*: quasi diceret Sapiens. Hæc est causa quare thesaurus iste, videlicet sapientia, non est abscondenda, sed liberaliter communicanda quia est thesaurus infinitus, id est, nunquam deficiens, sed semper proficiens: quia quanto magis communicatur, tanto magis crescit & augmentatur. Nam legitur in vita Philosophorum, quod Solon interrogatus est à diuite; Vtrum thesauros haberet, qui pauper esse videbatur. Respondit, Tu & ego thesauros habemus, sed inter meum & tuum habere est differentia, quia de meo nullus me inuito potest attingere. Et si alijs distribuero, diminutionem non patitur; quasi diceret, sed augetur, tuus autem quotidie discrimen amissionis patitur, te inuito. Et si alteri modicum distribueris, minoratur.

Solonis dictum pulchrum.

De hoc etiam pulchrè loquitur Alanus in Anticlaudia, lib. 7. vbi narrat quomodo φρόνησις & sapientia, vel prudentiæ virum virtuosum suis ditat muneribus, dicens.

Assistens

Assistens phronesis pluit omnia dona sophiæ.
Non illas largitur opes, quæ sæpe potentum:
Excæcant animos, & maiestatis honores.
Inclinant, minuuntq; leges, & iura retardant.
Sed potius donat thesauros mentis, & omnes
Diuitias animi, quas qui semel accipit, vltra
Non eget, imò semel ditatus semper abundat,
Quarum rectus amor, possessio nobilis, vsus
Vtilis, vtilior largitio, fructus abundans,
Hæc est gaza poli cœliq; thesaurus inundans,
Gratia, quæ doctos ditat, quæ prodiga largos.
Vult possessores, & dedignatur auaros
Clausa perit, diffusa redit, nisi publica fiat,
Labitur, & multas vires conquirit eundo.
Non istas depascit opes rubigo, nec ignis
Deuorat aut furis minuit subreptio mergit
Naufragium, tollit prædo, depauperat hostis.

In istis versibus docetur differentia thesauri diuitiarum & scientiarum. Quia thesaurus diuitiarum excedit discretionem, inclinat ad immunditiam vitiorum, & retardat iustitiam legum & statutorum.

Thesaurus autem mentis, qui est thesaurus scientiæ & sapientiæ, est talis, quod eius amor est rectus, dum appetitur, possessio nobilis dum habetur: vsus nobilis in benè viuendo, vtilior in docendo, fructus abundans in præmio percipiendo. Et de istis diuitijs spiritualibus congratulabatur Apostolus Corinthijs, gratias Deo agendo, cum dicit, *Diuites facti estis*, scilicet in verbo doctrinæ & prædicationis, habentes modum quomodo minores, mediocres & perfecti, siue incipientes, proficientes, & contemplatiui, sunt verbo prædicationis informandi. Et tunc Apostolus dirigit verbum suum ad perfectiores, qui alios habent verbo doctrinæ informare, cum dicit, *in omni scientia*, id est, intelligentia scripturarum ad salutem pertinentium. E

Et dicit NOTANTER *in omni scientia*: quia oportet prædicatorem Euangelicæ veritatis esse talem, vt pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientium capacitate dirigere, vt probatur. 8. quæst. 1. cap. Oportet. Qui enim eandem doctrinam omnibus prædicant, sunt quasi imperiti medici, volentes vno collyrio omnium oculos curare, vt dicit Hieronymus, & ponitur 29. distinct. Necesse ergo quod Apostolus intelligat verbum suum de diuitijs spiritualibus, scilicet sapientia, & scientia, quæ sunt liberaliter à Doctoribus & Prædicatoribus communicanda, & hoc propter duo.

PRIMO, propter euidens augmentum & excrescentiam: Dum enim Sapientiæ thesaurus alijs communicatur, euidenter augmentatur. De ista loquitur Augustinus, libro 1. de doctrina Christiana, cap. 5. inuitans homines ad docendum liberaliter ea, quæ sibi à Deo concessa sunt; quia si docere curent plura scient. Non est, inquit, metuendum ne dare desinat cætera, cum ea, quæ data sunt cœpimus impendere. Et adducit Augustinus, duas pulcherrimas figuras, de duobus festis, quæ fecit Christus pauperibus, qui eum sequebantur, vt ab eo docerentur. *Primum* festum fecit quinq; milli-

Sapientia est liberaliter communicanda, & quare. Christus fecit duo festa pauperibus.

millibus hominum, de quinq; panibus & duobus piſcibus. Et illis ſaturatis, *ſuperabundauerunt duodecim cophini fragmentorum.* Matth. 14. *Secundum* feſtum fecit quatuor millibus hominum, de ſeptem panibus & piſciculis paucis. Quibus ſaturatis, *ſuperabundauerunt ſportæ ſeptem plenæ fragmentis.*

Iſtis miraculoſis hiſtorijs alludens Auguſtinus ibidem, dicit: Illi quinq;, & illi ſeptem panes antequam inciperent dari hominibus eſurientibus, multiplicari cœperant? cophinos & ſportas, ſatiatis tot millibus hominum, impleuerunt. Sicut ille panis dum frangeretur accreuit; ſic quando Doctor liberaliter impertitur docendo, quod de dono Dei accepit, multiplicatur & augetur in docente Sapientia.

SECVNDO eſt liberaliter communicandus propter ſequens emolumentum, & ſufficiens. Maximum enim emolumentum eſt, quod homo fiet *particeps amicitiæ Dei*, hoc autem facit bonus vſus Sapientiæ. Quia de ſapientia dicitur, Sapientiæ 7. *Amicos Dei & Prophetas ipſa conſtituit.* Et ibidem dicitur parùm ſuprà. Quo ſcilicet theſauro Sapientiæ, qui vſi ſunt, videlicet faciendo, quo ad ſe ipſos & docendo quo ad alios, participes facti ſunt amicitiæ Dei.

F
Abutentes ſapientiæ. Suppreſſores ſapientiæ.

Et dicit Robertus Holkot ſuper libr. Sapientiæ lect. 97. quod tria ſunt genera hominum, qui theſauro ſcientiæ, ſiue ſapientiæ non vtuntur ad meritum. Quia ſunt ſapientiæ ſuppreſſores, ſubuerſores & abuſores. PRIMI enim ſunt ſapientiæ ſuppreſſores. Supprimunt enim ſapientiam, quam à Deo acceperunt, & ad proximorum ædificationem non exponunt. Et hi ſimiles ſunt illi ſeruo maligno & pigro, qui acceptum talentum fodit in terram & abſcondit pecuniam Domini ſui. Matt. 25. Et cum ſocij, & conſorti ſui venerunt cum ſuis lucris ad Dominum duplicatis. Ipſe acceſſit cum talento & ait. *Domine ſcio, quod durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, timens abij, abſcondi talentum tuum in terra, & ait. Ecce habes, quod tuum eſt.* De iſto loquens Chryſoſtomus homilia 19. operis imperfecti, dicit quod hæc excuſatio eſt falſa. Dicit inquam. *Serue nequam:* Quomodo metit, vbi non ſeminauit? Quis enim hominum eſt, vel gentilium, vel Iudæorum, quem non ſufficienter ſpiritualibus ſenſibus adornauit? Cui non dedit ſcientiam boni & mali? Cui non dedit poſſe fugere malum, & apprehendere bonum ſi velit? Sicut, inquit, nullus eſt homo cui ſit minus aliquod membrum corporis ad vſum corporalem, ſic non eſt cui ſit minus aliquis ſenſus, vel potentia, ad intelligentiam boni & mali, & ad omne opus bonum faciendum, quodcunq; voluerit. Hæc Chryſoſtomus. Et vult expreſſe dicere, quod Deus nulli homini deficit concedendo ſibi ſcientiam neceſſariam ad ſalutem? ſi non abutatur gratia ſibi à Deo conceſſa & non opponat obicem per peccatum.

Sunt ergo quidam qui ſub terra abſcondunt talentum: quia ſecundum notitiam, Scripturæ ſacræ & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſub ſollicitudine terrenarum occupationum recondunt, vel ſub delitijs & pigritia carnis ſuæ decoquunt. De tali dicitur Eccli. 6. *Si vixerit homo multis annis, & non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, de hoc ego pronuntio quod melior illo eſt abortiuus.* Quia Eccli. 20. dicitur. *Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriq;?* quaſi diceret: Nulla. Et hoc eſt verum, ſed non quantum ad propriam. Theſaurus enim inuiſus, non ſibi ſed alijs valet, ſcilicet ſapientia abſconſa valet habenti, quantum ad actus vitæ contemplatiuæ, licet non valeat alijs per opera noſtræ vitæ actiuæ, vt dicit Nicolaus de Lyra.

SECVN-

SECVNDO sunt quidam sapientes, & tamen sapientiæ subuersores, quia quicquid verbis ædificant, moribus impugnant. Et dato quod interdum ædificent proximos, tamen in nullo promouent seipsos. Cum enim dicit Aristoles 8. de Animalibus cap. 5. quod apes cum fecerint magnam copiam mellis in fauis suis, fugunt de melle illo, & se recreant de eodem. Et si non facerent, mel illud corrumperetur, & de fauis fierent araneæ. Subuersores sapientiæ.

MORALITER. Si persona Ecclesiastica habet magnam copiam mellis, id est scientiam sacræ scripturæ, quæ melli comparatur Psal. 118. *Quã dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel ori meo*, necesse habet alere se ipsum de melle suo. Quod si non faceret, mel suum corrumperetur, quia scientia in displicentiam & pœnam conuerteretur, & de fauis fierent araneæ, id est, de habitibus scientialibus, venenosæ curiositates & vanæ, vt dicere possit quisq; talis cum Psalmo 38. *Tabescere fecisti sicut araneam animã meam.* Et in alio Psal. 89. *Anni eius sicut aranea meditabantur* vel operabantur secundum glossam quæ dicit. Meditabantur anni id est operabantur, quia sine fructu & vtilitate boni operis transierunt. Et ideò primo & principaliter, debet literatus vti sapientia sua scientia, ad deuotionem & recreationem propriam, & postea ad alienam. Et hoc est quod signanter dicit Eccli. 2. *Hanc ratus sum partem meam, vt viverer labore meo.* Dicit enim Aristot. 1 de Generatione prope finem, quod æs & stannum non benè miscentur ad inuicem. Sed sicut literæ coniunguntur, & in ore balbutientis vna litera sonat, & alia euanescit; Ita stannum & æs si commisceantur, stannum subterfugit & euanescit, & æs manet. Sapientia aut scientia quomodo vtenda.

MORALITER æs, quod est metallum sonorum designat prædicationis eloquentiam, & æs quod apparet argentum & non est, significat conuersationis falsam apparentiam. Et ista duo nimis malè commiscentur in persona quacunq; Et ideo cum ad examen Dei peruentum fuerit, nihil apparebit, nisi doctrinæ sonus sine vtilitate. Sed cum argento benè miscetur æs: quia vitæ claritas & verbi sonorositas delectabilem efficiunt mixturam. In cuius figura legitur Exodi 25. quod Dominus impleuit Bezeleel spiritu sapientiæ & omni doctrina, ad faciendum opus in auro & argento, & ære in omnibus, quæ requirebantur ad sanctuarium templi. Hoc est MORALITER, quod persona Ecclesiastica semper debet esse instructa, quod operari sciat in auro deuotæ contemplationis, argento honestæ conuersationis, & ære sonorosæ prædicationis.

TERTIO sunt quidam sapientes & sapientiæ abusores: & hi sunt homines benè instructi, quia scientiam applicant ad nocendum, colorant falsa, excusant mendacia, impugnant vera. Et de vnoquoq; tali dicitur Eccli. 20. *Qui multis vtitur verbis, ledit animam suam.* Omnes isti malè vtuntur diuitijs sapientiæ. Consimiliter & hi, qui mendacium probant, & falsas auctoritates allegant ad propriam ostentationem, & omnem prædicationem diffamant. Talis si quærat cum Apostolo 2. ad Corinth. 1. *Nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me,* EST & NON? Et dico confidenter quod talis vtitur leuitate, carnalitate, vel falsitate. Non sic fecerunt sancti Patres qui nos præcesserunt. Sed habentes thesauros sapientiæ & scientiæ, sanctæ vixerunt, rectè docuerunt & vera defensarunt. Abusores sapientiæ.

Et ideo *participes facti sunt amicitiæ Dei.*

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Accesserunt ad Iesum Pharisæi; & interrogauit eum vnus ex illis legisperitus, tentans eum; Magister quod est mandatum magnum in lege? Matth. 22.

G

Luporum peruersa natura in oues.

EXperientia quotidiana hactenus ostendit, quod lupi accedunt ad oues non bona intentione sed mala. Malam intentionem suam in hoc ostendunt, quia si possunt totum gregem ouium dilaniant & occidunt: quia secundum Aristotel. libr. Animalium, tota natura luporum toti naturæ ouium insidiatur. Et idem dicit se legisse in libro quodam, quod chordula facta de intestinis lupi, adiuncta chordæ cytharæ factæ de intestinis ouis, eam destruit corrumpit. Sicut pluma aquilæ, adiuncta plumis columbæ, eas decoriat & corrodit, si diu in vno loco dimittuntur.

SPIRITVALITER quidem per lupos subaudi Scribas & Pharisæos, qui semper apparebant in vestimentis ouium, id est blandis verbis, sed *intrinsecus erant lupi rapaces.* Matth. 7. Sed per oues intellige Christum & discipulos, quia Christus *tanquam ouis ad occisionem ductus est, & non aperiens os suũ* Isaiæ 53. Isti igitur rapaces lupi, scilicet Pharisæi, nunquam accesserunt ad Christum bona intentione, sed semper mala, vt vel saltem dilacerarent famam eius verbis detractionis, vel vt quærerent occasionem occisionis. Nã vt habetur Matt. 15. *Accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non n. lauant manus suas, cum panem manducant.* Ecce qualis causa ad eum fuit accedendi, vbi inuenerunt occasionem, eum de peccato transgressionis arguendi, qui ait. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioann. 7. quasi diceret? Nullus. *Et iterum.* Matth. 15. dicitur, quod *accesserunt Pharisæi & Sadducæi, tentantes eum, vt signum de cœlo ostenderet eis.* Quare autem semper mala intentione accesserunt ad ipsum, causa fuit contrarietas, quia sicut lupi semper sunt contrarij ouibus, sic & Pharisæi Christo, & discipulis eius. Ideò dixerunt Sapient. 2. *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, improperat nobis peccata legis, & diffamat in nobis peccata disciplina nostra. Promittit se scientiam Dei habere, filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius.* Quare in præsenti Euangelio dicitur. Accesserũt ad ipsum, vt tentarent eum, quia accesserunt cum multitudine tentatiuè & dolosè, vt ex hoc eum terrerẽt, sicut dicit Chrysostomus: Conuenerunt in vnum Pharisæi, vt multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant. In quo Euangelista duo tangit. *Primo*, accessionem populosam, ibi; *Accesserunt ad* IESVM. *Secundo*, quæstionem fraudulosam, ibi; *Interrogauit.*

Pharisæi lupi rapaces.

Pharisæi sẽper Christo cõtrarij.

Quantum ad PRIMVM tangit accessionem populosam. Nam cum multitudine populi accesserunt ad ipsum, vt, sicut dictum est, ipsum terrerent. Sed Christus terreri non potuit, quia iuxta verbum sapientis. *Sanitas est labium veritatis firmum erit in perpetuum.* Prouerb. 12. & Esdræ 4. *Veritas omnia vincit.*

Sed

Digitized by Google

Sed pro inſtructione noſtra, MORALITER eſt ſciendum quod Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima, parum poſt principium dicit, quod anima nobilis eſt creatura. Nam eſt *Dei ciuitas*, de qua, ſecundum Pſal. 86. *gloriosa dicta sunt*: quia ad imaginē & ad ſimilitudinē Dei facta. Sed quia nulla ciuitas abſq; populo eſt. Ideo diſponit in ea conditor noſter populū triplicem, videlicet ſapientes ad conſulendū, milites ad pugnandum, artifices ad miniſtandum. Ciues huius ciuitatis ſunt naturales & ingentis animę vigoris, quarum diſtincti ſunt gradus. Alij enim gradus ſunt ſuperiores, alij medij, alij inferiores. *Superiores* quidem ſunt ſenſus: intellectuales. *Medij* rationales. *Infimi* ſunt animales cum ſua familia. De hoc populo vide etiam ſupra ſermone 82. A. Debet igitur anima nobilis creatura, cum iſto populo accedere ad Ieſum duobus pedibus caritatis, videlicet Dei & proximi. Quia ſicut quis vno pede non poteſt incedere, ſic nec vna caritate poteſt quis ad Deum accedere. Quia dilectio Dei nō poteſt eſſe ſine dilectione proximi, nec econuerſo, ſicut teſtatur B. Auguſtinus lib. 8. de Trinit. c. 31. Cum duo ſint præcepta caritatis, Dei ſidelicet & proximi, pro vtroq; vnum non imerito ponitur, quia nec Deus ſine proximo, nec proximus ſine Deo glorificari poteſt, Ideo dicit Apoſtolus ad Rom. 12. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicē diligatis. Qui enim diligit proximum legem adimpleuit*: quaſi diceret. Neceſſario præſupponitur quod diligatis Deum. Et ſic in dilectionæ Dei præſupponitur, dilectio proximi. Exemplum ponit Auguſt. Quis enim iniquus eſt, qui dicat. Diligo Imperatorē, ſed odio legē eius. Imperatoris lex eſt. *Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem* Ioan. 13. Si ergo dicas te Deū diligere; mandata eius obſerua, & fratrē tuū dilige. Si autem fratrem tuum odis, quomodo Deum diligis? cuius mandata contemnis? Ecce hi duo ſpirituales animæ pedes, videlicet caritas Dei & proximi quibus ad Ieſum accedere poteſt. H

Charitatis duo pedes ſpirituales.

Sed diligenter eſt NOTANDVM, quod per duo media, anima cum ſua familia, aut populo, ad Ieſum debet accedere. PRIMO per aſſiduam peccatorum explorationē. Quia dicit Ariſtoteles in problematibus. Naute cum accedunt ad littus diligenter explorant profundum, quia ſecundum ipſum nauis profundius aquæ immergitur dum eſt in littore, quam in fundo in medioq; aquarum I

Media ad Chriſtum accedendi.

Sed quid SPIRITVALITER per nautas, niſi animas humanas, quæ in nauibus corporum, ferunt, aut ducunt ſe per mare huius mundi periculoſum. Per littus autem intellige Chriſtum, qui eſt littus æternæ beatitudinis, ad quem omnes nituntur peruenire. Cum igitur ad hoc littus accedunt animæ humanæ; diligenter debent fundum peccatorum explorare, de quo profundo dicit Sapiens. Prouerb 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit*. Gloſſa omnem correctionem, pœnæ cōminationem, Deum, vel ſeipſum: quia pro quolibet dat ſe, vt auarus pro obulo, luxurioſus pro momentanea delectatione.

Nautæ ſunt animæ Chriſtus vero littus.

SECVNDO, Per timorem & circumſpectionem. Quia dicit Plinius in hiſtoria naturali. Accedentibus nauibus ad littus maris, maior timor & circumſpectio erigitur ipſis nautis. Cuius ratio eſt, quia nauis, vt frequenter propter profunditatem aquarum circa littus in fundum inpingens frangitur, & ſic naufragium committitur. Etiā dicit Philoſophus in problematibus. Accedens ad littus aliqua nauis, confeſtim velociusque vehitur ad littora, quam de littore ad aquam, quia littus eſt naturaliter aquæ & eorum, quæ in aqua ſunt attractiuum, & ſic fractio nauis interdum committitur.

Nautæ ſunt ſolliciti dum ad littus appellunt.

Sic MORALITER accedentibus nobis ad Christum portum salutis perpetuæ, semper maior requiritur timor, & perspectio animæ nostræ, ne offendat oculos maiestatis diuinæ. Ideo dicit Sapiens Eccli. 2. *Fili accedens ad seruitutem Dei.* Glossa, per conceptum melioris propositi, *sta in iustitia*, scilicet erga proximum, *& in timore*, scilicet erga Deum.

K Timor initialis quis?

Et Isidorus de summo bono dicit. Quanto enim aditus mentis Deo vicinior fuerit: tanto maior timor de cauendo scelere imminebit. Et iste timor potest dici initialis, quo quis timet non solum pœnam, sed etiam à Deo separationem, ideo semper bonus est. Et habet duos oculos, scilicet dextrum & sinistrum. *Dextro* respicit sursum timens à Deo separari *Sinistro* deorsum timens incurrere pœnas. Et illæ sunt *duæ alæ, quæ datæ sunt mulieri*, scilicet animæ *ad volandum in desertum* pœnitentiæ Apocalyp. 12. Quia prædicti duo timores, videlicet timor inferni & separatio Dei, multas faciunt animas ad Christum & ad pœnitentiam conualere. Vel iste timor potest dici filialis, per quem anima redditur abilis & bene mobilis ad inspirationes Spiritus S. Quare per talem timorem se Spiritui S. omnino subijcit, & in nullo repugnat, prout est possibile in via, vt dicit Hugo lib. 2. de Sacram. part. 12. c. 5. De hoc timore dicit Gilbertus Porretanus, quod timor ille filialis, nisi amor esse conatur, qui iam nescit officium timoris, & pœnæ timor esse desijt.

Timor filialis quis?

Sed quia diceret aliquis, quæ est vtilitas accessionis ad Christum: *Respondetur*, quia degustat anima aërem suauitatis suæ. Quia dicit Aristoteles libro de problematibus. Accedens quis ad parietem in tenebris, cum ad parietem attigerit, aëre contiguo parietem mox præsentat. Cuius ratio est. Nam inquietior quodammodo est circa montes, circa littora, & circa parietes, vt recitat Commentator.

SPIRITVALITER. Per parietem subaudi Christi humanitatem, sub qua occulta fuit eius diuinitas. Iuxta illud Cant. 2. *En ipse*, scilicet Deus, *stat post parietem nostrum*, id est, humanitatem de carne nostra assumptam, scilicet virginis Mariæ gloriosæ. Ad hunc parietem, scilicet Christum, cum per pœnitentiam accedimus animæ pedibus, aëre quotidiæ suæ natiuitatis, atq; dulcedinis infinitæ præsentimus. Quod testatur Alanus in dulcedine animę. Mox enim dum quis ad Christum sua mente accesserit, infinitam eius dulcedinē ęternaliter degustabit. Et hoc patet præcipuè de B. Augustino, qui post conuersionis accessum ad Christū, statim sensit dulcedinē eius, sicut testatur in libr. Soliloquij. Mox in ipso puncto accessus, de quo miram inæstimabilemq; sensi saporem, refrigerij, gaudijq; sempiterni. Et hoc ad primum.

L

Quantum ad SECVNDVM tangit Euangelista quæstionem fraudulosam, cum dicit. *Et interrogauit eum vnus ex eis Legisdoctor tentans eum Magister quod est mandatum magnum in lege.* Nam dicit Chrysostomus, quod dicebant dolosè cogitantes, vnus loquatur pro omnibus vt omnes loquamur per vnum vt si vnus vincit omnes vicisse videamur. Si autem fuerit victus, solus videatur esse confusus.

Sed circa hoc NOTANDVM, quæstionem quam fecit in fraudem: nos vertere debemus in vtilitatem. Et *primò*, si quæramus Christum. *Magister quod est mandatum magnum in lege?* Respondere habet, quod, hoc est, mandatum magnum, vt vnum Deum confiteamur & credamus. Iuxta illud Deut. 4. *Dominus ipse est Deus, & non est alius præter ipsum.*

Sed contra hoc sunt tria genera hominum, qui non cōfitentur, sed negant se nosse

Deum

Deum, vt dicit Holkot lectione. 154. PRIMI sunt auari & tenaces. Christus enim apparet in forma pauperis, ostendens indigentiam, & petens caritatem: & ipsi pauperem contemnunt, non poterunt se excusare. Domine apparuisti in aliena effigie non potuimus tuam notitiam habere. Sciunt enim, quod Christus in præsenti tali robe vestitur. Isti sunt de quibus dixit Christus. *Non potestis Deo seruire & Mammonæ.* Matth. 6. De ista negatione pulchrè se excusat Iob 31. *Si*, id est, non *negani*, *quod volebant pauperibus, & oculos vidue exspectare fecit.* Sed attende: sicut isti negant Christum modo, Et Christus eos negabit in futuro iudicio. Matth. 25. *Nescio vos.*

Qui negent se nosse Deū I. Auari & tenaces.

SECVNDO, negant Christum præsumptuosi & audaces. Tales sunt, qui propria fortitudine, vel rebus innitentes, non recomendant se Deo nec diuinum implorant auxilium, sicut Christus eos docuit Matth. 6. *Et ne nos inducas in tentationem.* Tales se ingerunt periculis tentationum, malæ societati se immiscent, suspecta consortia non refugiunt, & ideo cito cadunt. Horum figuram gessit Petrus, qui propriæ infirmitatis ignarus, dixit Christo. *Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo* Matth. 26. Ipse verò se eadem nocte ingerens malæ societati curialium & mulierum Christum ter negauit. Tales sunt multi iactantes se de castitate & continentia, & alios qui cadunt contemnentes, & ipsimet ex modica tentatione vexati facillimè capiuntur. Idcirco sancti viri se quotidiè recommendant Deo, scientes quia diuina bonitas est, & non sua, si contra tentationes resistant. Et ideo signanter dicit Iob. *Si osculatus sum manum meā ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deū altissimū,* patet, cap. 31. vbi dicit Glossa. Osculari manum, est bonum, vel naturæ, vel gratiæ à Deo concessum, meritis humanis tribuere. Vnde qui bona opera faciunt, & illa Deo non attribuunt, sed virtuti naturali & prudentiæ propriæ, hi Deum qui est bonitas à quo omne bonum deriuatur, negant.

II. Præsumptuosi & audaces. Negligens in oratione facilè à tentationibus vincitur.

TERTIO, negant se nosse Deum malitiosi & fallaces: cuiusmodi sunt falsi testes, falsi iudices, falsi aduocati, qui scienter *veritatem negant*, qui est Christus Ioann. 16. Falsi enim testes à iudicibus inuestigantur, quod de materia, de qua fit inquisitio veritatem dicant, fidem præstent; sed ipsi voluntariè à veritate recedunt, & tales non solum Christum negant, imò vendunt, vt dicit Glossa. Matth. 26. *Exinde quærebant opportunitatem quomodo eum traderent.* Multi n. hodie sunt qui factū Iudę execrantur, & idem faciunt. Nam cum pro munere falsum testimonium dicunt, Deū qui veritas est, vendunt. Horum figuram gesserunt Iudæi, quibus Petrus dicit. Actor. 3. *Deum glorificauit filium suum Iesum Christum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati iudicante illo dimitti.* Tales sunt falsi iudices, qui scienter veritatem subuertunt: & iudicant pro muneribus id, quod sciunt falsū, vel propter timorē & minas à iustitia recedūt. Sicut fecit Pilatus, qui audito isto verbo à Iudæis. Ioan. 19. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris*, timuit, & à dictamine ꝓprię cōscientię recessit.

III. Malitiosi & fallaces. Iudices veritatem propter munera subuertentes.

SECVNDO si quæramus. Quod est mandatum magnum. *Respondere* habet Christus, quod hoc est. Ne nomen Dei in vanum periuremus: quia periurus est detestādus propter tria. PRIMO est proditiosus, per infidelitatem, quo ad Deum. Dicit enim Robertus Holkot lectione 168. quod proditio foret magna, si illo qui haberet custodiam sigilli regij, signaret litteram pactionis, quam Rex maximè detestaretur; & si hoc faceret de sigillo Papę, esset excōmunicat⁹ hoc ipso, & brachio seculari tradend⁹. Nomen Dei est cōmissum nobis, quasi quoddam sigillū ad testificandum veritatē, &

Periturus est detestandus I. Propter infidelitatem.

ad

ad confirmandum fidem Deutro. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis.* Et ideo dicit Apostolus ad Hebræos. 6. quod *omnis controuersiæ finis, ad confirmationem, est iuramentum.* Falsitas autem est illud, quod Deus summè odit, tanquam sibi contrarium, qui est veritas Et ideò, qui nomen Dei sumit ad confirmandum falsitatem, Dei proditor est. Hoc idem patet *secundo* sic. Quia qui castrum Domini, vel regis, suæ fidelitati commissum, traderet hostibus regis, proditor regis esset. Castrũ est nomen Dei, ad quod refugimus in omni necessitate, & q̃ inuocamus. Iuxta illud Prouerbiorum. 18. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & saluabitur.* Istud castrum traditur hosti, quando dæmonibus, & malis hominibus, & falsis committitur, ad probationem falsitatis.

M Diffamans alium, proditor est.

Hoc idem patet tertiò sic: quia qui Dominum suum diffamat malitiosè, & inuoluerit in crimen, proditor est suus: sic qui Deum inducit tanquam falsitatis testem, inuoluere nititur eum in crimen, & auferre sibi nomen bonum, quo vocatur: & est sum̃a veritas Ergo proditor suus est. Vnde quantum in eo est, plus contemnit Christum, q̃ crucifixores eius. Nam ipsi non intulerunt Christo nisi malum pœnę, & iste nititur eum inuoluere in malo culpæ. Diabolus adiuratus in nomine DEI dicere veritatem, non mentitur communiter, nec addit suis mendacijs iuramentum, licet ipse sit mendax, & pater eius, Ioann. octauo. Ideo non est mirum, si Deus eius velocem vltionem promittat, Malach. 3. *Ero testis velox maleficis*, adulteris, & periuris.

Iniuria vel Periurij̃ aduersus proximum.

SECVNDO periurus est pernitiosus per falsitatem, quo ad proximum. Decipit enim iudicem, & spoliat suo iure bonæ fidei possessorem; & ideò restituere tenetur. Ideo legitur Iosu. 9. de dolo Gabaonitarum, qui simulantes se longè venisse obtinuerunt à filijs Israël vitæ promissionem. Hanc autem promissionem eis postea seruauerunt non obstante eorum dolo. *Reseruentur*, inquit Iosue, *& viuant, ne contra nos ira concitetur si periurauerimus.*

Periurus est iniquus in seipsum.

TERTIO periurus est pernitiosus per iniquitatem, quo ad seipsum. Ille enim, qui scienter periurat manum libro supponit, qua tangit Euangelium, & illam diabolo commendat, nisi dicat verum. Vnde illa manus efficitur diaboli, & postea manu diabolica se signat, se cibat, & operatur. Vnde per istam manum tenet eum diabolus, donec pœniteat. In Missali verò super quo iurat, quatuor scripta sunt: Consecratio corporis CHRISTI & sanguinis eius: suffragia sanctorum: beatitudo bonorum: & damnatio reproborum. Est ergo sensus iuramenti sui. Nisi verum sit, quod iuro, alias me non iuuet Missarum celebratio, nec sanctorum deprecatio, veniat super me reprobatio, aut maledictio reproborum, quæ ponitur Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternam, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Super genua flectendo, abrenuntiat omnibus bonis gressibus, quos pedibus fecit, propter quod dicitur Eccli. 23. *Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non recedet de domo eius plaga.*

Missale.

N Mandatum magnum est diem Dominicum obseruare.

Tertio, si queramus, quod est mandatum magnum in lege? *Respondere debet* Christus. Hoc est mandatum magnum in lege, vt diem Dominicum celebriter obseruemus, Iuxta illud Exod. 20. *Memento, vt diem sabbathi sanctifices*, id est sanctum & sacratum habeas, secundum Magistrum in historijs. Huic sabbatho successit, & succedit dies Dominica in noua lege, non quidem ex vi præcepti, sed institutione Ecclesiæ, & consuetudine populi Christiani. & hoc propter duo.

PRIMO propter beneficium creationis, & alias dignitates, quarum sunt multæ

Prima,

Digitized by Google

Prima, in die Dominica creauit Deus cœlum & terram, & angelos. Geneſ. 1. *Secunda*, die Dominica ſtetit arca Noë poſt diluuium ſuper montes Armenię. Geneſ. 7. *Tertia*, quia die illa eripuit Dominus populum Iſraël de Ægypto in manu potenti, & brachio excelſo. Exod. 2. *Quarta*, quia eadem die pluebat Dominus Manna de cœlo, in eſcam filiorum Iſrael, exiſtentibus in deſerto. *Quinta*, quia eadem die Chriſtus natus eſt de Virgine Maria. Luc. 2. *Sexta*, quia eadem die Chriſtus baptizatus eſt in Iordane à Ioanne. Matth. 3. *Septima*, Chriſtus illa die conuertit aquas in vinum. Ioan. 2. *Octaua*, hac die ſatiauit Dominus quinq; millia hominum, de quinq; panibus & duobus piſcib. Ioan. 6. *Nona*, quia in ipſa Dominica honoratus fuit Dominus palmis. Mat. 21. Propter beneficiũ creationis.

SECVNDÒ, Dominica dies ſucceſſit ſabbatho propter gaudium Dominicæ reſurrectionis, vt dicit Innocentius de conſec. diſt. 3. cap. Sabbatho. Idcircò honorificè celebranda eſt à nobis dies Dominica. Sed contingit celebritatem Dominicę, & aliarum feſtiuitatum tranſgredi. O Propter Domini reſurrectionem.

PRIMO, manualiter laborando. Contra quod dicit Gregorius in regiſtro. In die Dominico à labore terreno eſt ceſſandum, atq; omnino orationibus inſiſtendum, vt ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis Dominicæ expietur. Hæc ille. Et quicunq; diem Dominicum labore violat: mortaliter peccat, niſi in quatuor caſibus. PRIMO igitur propter laboris modicitatem, qui quietem mentis non impedit. SECVNDO, propter laboris neceſſitatem, vt in meſſibus, quando timetur incurſus hoſtium, aut inundatio pluuiarum, & ſic de alijs. TERTIO, propter publicam vtilitatem, puta cum quis laborat pro ponte, vel via, vel Eccleſijs, ita tamen quod labor iſte non fiat vſq; ad vltimam fatigationem, & propter hoc diuinum officium dimittatur. QVARTO propter pauperum, vel cordis pietatem, quia licet arare agrum pauperum, vel ſeminare, &c. Quando laborans die Dominico, à peccato mortali excuſetur.

SECVNDO, contingit celebritatem tranſgredi iudicialiter iudicando. Ideò dicitur Extra de Ferijs, cap. conqueſtus. Iſtæ ſunt Feriæ in quibus à ſtrepitu iudicij eſt ceſſandum. Natale Domini cum ſuis; Paſcha; Pentecoſtes cum eorum octauis ſeptem diebus; Aſcenſionis cum tribus diebus præcedentibus; omnes dies Dominici, & feſta præcipua, quæ coluntur. Dicit enim Gulielmus in Gloſſa, quod illis diebus poteſt pro pace firmanda iuramentum præſtari, vel agitatione miſerabilium perſonarum. Ita de alijs mandatis aut præceptis, agere poſſet Prædicator ſi expedire videret. Proceſſus vel cauſas iudiciales celebrando.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Matth. 22.

HYemali tempore in domibus nobilium ignis nunquam extinguitur, & hoc pro tanto, vt venientes hoſpites madefacti aqua, vel niuibus, calefiant.

MORALITER. Tempus hyemale eſt præſens vita, in qua ſunt

Digitized by Google

P homines in frigore iniquitatis, & hyemis hoc est, abundantia iniquitatis, vnde Matt. 24. ait Dominus. *Orate, ne fuga vestra fiat in hyeme*, id est, quando abundantia iniquitatis fuerit, hoc igitur existente in peccatorum corde debet tunc in domibus nobilium, id est, in cordibus fidelium hominum & deuotorum, semper esse ignis caritatiuus, videlicet Dei & proximorum: quia ibi habitat Pater & Filius & Spiritus S. secundum illud Ioan. 14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et sicut semper spiritualis persona habetur super nutritione ignis spiritualis & materialis in domibus magnorum, ita similiter in domo animæ debet aliqua virtus esse, ignem caritatis reseruans. Et hoc *figuratum* est Leuitici 11. vbi præcipit Dominus filijs Israël. *Ignis in altari meo semper ardebit quem nutriet Sacerdos subijciens ligna.*

Altare cor hominis deuoti.

SPIRITVALITER. Altare Domini est cor hominum deuotorum, in quo debet offerri deuotionis holocaustum, & in hoc debet ignis charitatis semper ardere, per feruorem dilectionis, quem nutriet Sacerdos, id est, Spiritus sanctus, qui dicitur Sacerdos, id est, sacra dans, quia dat sacra dona subijciens ligna, id est, diuina beneficia & sanctorum exempla, ad Dei dilectionem & proximi inflammationem, quæ subijcit Spiritus sanctus in altari cordis nostri, nobis hoc ad memoriam reducendo, secundum illud Ioan. 14. *Spiritus sanctus docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.* Sic exponit, Nicolaus de Lyra in Glossa moralium. Vel, Sacerdos, qui dicitur sacra dans, est memoria, quæ debet ligna crucis semper colligere. Nam his lignis optimè conseruatur charitas Christi in corde. Augustinus Doctor gloriosus hæc ligna colligebat, sæpe memorans, tam passionis opus, quàm alia bona nobis exhibita, vt ignem istum iugiter mitteret in corde suo, cum dicebat libro Soliloquij cap. 19. O ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris: ô amor, qui semper ferues, & nunquam tepescis: accende me: Accendat, in quam, totus à te, vt totus diligam te. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Diligam te Domine, quoniam tu prior dilexisti me. Et vnde mihi verbum, vt explicem signa dilectionis tuæ maximæ erga me, propter innumera beneficia tua, quibus à principio educasti me? Post beneficium nempe creationis, quando à principio de nihilo ad imaginem tuam creasti me, honorificans & exaltans me inter eas creaturas quas fecisti, & nobilitans lumine vultus tui, quo signasti superliminare cordis mei; quo ab insensibilibus pariter, & sensibilibus brutis me secreuisti & paulò minus ab angelis minuisti. Parum, & hoc fuit ante conspectum bonitatis tuæ: quoniam quotidianis & singularibus, maximisq; donarijs beneficiorum tuorum, me sine intermissione nutriuisti: & quasi filium tuum paruulum, tenellum vberibus tuæ consolationis lactasti & confortasti me. Vt enim totus tibi seruirem, omnia quæcunq; fecisti, in meum seruitium tradidisti. Hæc ille. Si hæc omnia deuotus homo simul colligeret Deum ex toto corde diligeret. Iuxta illud verbum allegatum. *Diliges Dominum Deum tuum.* In quo principaliter tria facit. *Primo* commendat nobis dilectionem, ibi; *Diliges. Secundò* ponit dilectionis rationem, ibi; *Dominum Deum tuum. Tertiò*, ostendit eiusdem qualitatem, ibi; *Ex toto.*

Sacerdos est memoria.

Q Refert Phisologus de Phœnice aue vnica, quæ cum sentit defectum suum, quærit aromatica, & ex eis facit sibi nidum, quæ ex feruore solis in æstate, flante Fauonio, siue Austro, qui est ventus calidus, accenditur: quibus accensis, Phœnix ingreditur, & ibidem inter ligna ardentia incineratur & renouatur.

De Phœnice.

MORA-

MORALITER. Phœnix hic gerit figuram cuiuslibet hominis, qui in vita gratiæ in præsenti, quæ significatur per ætatem, debet quærere ligna aromatica, quæ sunt beneficia à Christo nobis exhibita, vt creationis, redemptionis & possessionis. De quibus Moyses Deutro. 32. *Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit, fecit, & creauit te?* Quasi diceret, Vtiq;. Et de his debet sibi facere nidum in corde suo, in eis iugiter immorando & frequenter memorando, & tunc veniente calido vento Austro, per quem designatur vera dilectio Dei, accendat illa beneficia, vt homo magnam dilectionem habeat ad Deum, ratione creationis, redemptionis, & possessionis.

R
Diligendus Deus, quia creauit hominem.

Et primo quidem debet esse dilectio magna ad Deum ratione creationis, quia creauit hominem bonum, pulchrum & diuitem. PRIMO ergo creauit ipsum bonum, quia virtuosum: &, Virtutes faciunt hominem bonum. Sunt enim quidam qui dicunt, quod homo primus, scilicet Adam ante lapsum non habuisset virtutes. Et probant sic, vt probat Magister lib. 2. sentent. dist. 29. cap. 2. Iustitiam, inquit, non habuit, quia præceptum Dei contempsit; nec prudentiam, quia sibi non præuidit; nec temperantiam, quia aliena appetijt: neq; fortitudinem, quia prauæ suggestioni cessit. Quibus respondet Magist. ibid. & dicit. Adam quidem tunc non habuisse has virtutes quando peccauit: sed ante & tunc amisisse, & adducit testimonia sanctorũ. Ait n. August. in quadã homil. Adam depertita charitate malus inuẽtus est: quasi diceret. Factus est malus, qui prius factus fuit bonus. Et Ambrof. super Psal. 40. dicit, quod homo ante peccatum beatissimus. Glossa. A priuatione omnis mali auram carpebat ætheream, id est, subtilem aërem paradisi.

I.
Bonum. Adam nõn habuisse virtutes ante lapsum, probatur.

Et dicit NOTANTER Augustinus, vbi suprà. Adã de perdita charitate malus inuentus est. Quia dicit Gregorius: Sicut Deus vnum simplex & perfectissimum bonum, omnia bona continens in se, sic charitas est virtus omnes virtutes in se continens. Et hoc declarat sic. Cum charitas extendit se ad diligendum Deum, charitas est, id est, caro vnio; cum vnio ad proximum dilatatur, est dilectio, id est, duorum ligatio. cum autem proximæ miseriæ compatitur, misericordia est. Cum autem bonis congaudet vocatur congratulatio. Cum autem aduersa propter Deum æquanimiter tolerat, patientia vocatur. Cum aũt benefacit odientibus, retribuens bona pro malis, benignitas est. Cum non extollitur, humilitas est; Cũ obtemperat superioris mandato, obedientia est. Cum execratur turpia, castitas est. Cum refrænat superabundantiam, sobrietas est. Cum autem discernit bonum & malum, prudentia est. Cum in duris non tristatur, fortitudo est. Hæc ille. Et sic patet, quod charitas habet omnes virtutes in se qui eam habet, bonus est. Qui verò eam perdit malus est & efficitur; eo quod omnibus virtutibus priuatur, & sic factum fuit de Adam: nam bonus fuit creatus. Quia Genes. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Et dicit ibid. in Glossa, quod summum bonum non decuit aliud facere nisi bonum. ideo merito Deum diligere debuisset.

Caritas est perfectissima virtus.

SECVNDO, quare cum diligere debemus, vt dominum, quia nos pulchros creauit, quia ad imaginem suam sicut dicit Magister. lib. 2. distinct. 16. cap. 6. Factus est ergo ad imaginem & similitudinem suam secundum mentem, qua irrationabilia antecellit, scilicet quantum ad naturalia. *Et subdit hoc declarando.* Ad *imaginem*, inquit, secũdũ memoriam, intelligentiam & dilectionẽ. Ad *similitudinem* secundum innocentiam, scilicet, qua declinatur à malo. Ad *iustitiam*, scilicet, qua operatur bonum,

S
II.
Creauit hominem pulchrum.

nũ, quæ in mente rationabili ſunt naturaliter, vel imago conſideratur in cognitione veritatis. Similitudo in amore virtutis. Vel imago in omnibus alijs ſcilicet naturalibus & gratuitis. Similitudo in eſſentia, qua immortalis, & inuiſibilis. Et allegat ibidem Auguſtinus in libro de quantitate cap. 3. in principio. Anima, inquit, ſimilis facta eſt Deo, quia immortalem & rationalem fecit eam Deus. *Et ſubdit Magiſter.* Factus eſt ergo homo ſecundum animam ad imaginem; non Patris ſcilicet tantum, & Filij tantum, & Spiritus ſancti tantum, ſed totius Trinitatis: quia per memoriam ſimilis eſt Patri, per intelligentiam Filio, per dilectionem Spiritui ſancto. Et ſunt verba beati Auguſtini. In quibus patet, quod in primo homine creato, fuit omnis pulchritudo creatoris. Fuit & in eo pulchritudo creaturæ, quia omnes creaturas excedit in decore; & hoc quo ad corpus. Ideò dicitur Ezech. 28. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia*, quo ad animam, *& perfectus decore*, quo ad corpus: Ideò meritò Dominum talem, qui nos ita pulchros fecit, quo ad animam, & quo ad corpus diligere debemus. Iuxta illud. Diliges Dominum.

III. Diuites nos fecit.

TERTIÒ, diuites nos fecit, quia omnia nobis ſubiecit, oues & boues vniuerſas, &c. conſtituet nos Dominos domus ſuæ. Ideò dicit Hugo in Soliloquio de arrha animę. Anima mea reſpice mundum, & conſidera ſi quid in eo ſit, quod tibi non ſeruiat. Dilige illum, à quo tantum dilecta es, dilige illum in donis ſuis quæ tibi ab ipſo data ſunt. Hæc ille. Ecce homo ex his tribus, quod bonus, pulcher, & diues factus es efficatiorem rationem diligendi Dominum tuum habes.

T Diligendus Deus propter redemptionem.

SECVNDO, debet eſſe dilectio maior, quo ad Deum ratione redemptionis. Et hoc in tribus: quia noſtram naturam aſſumpſit, multos in ea defectus ſuſtinuit, & tandem mortem ſubijcit. De *primo* dicit Magiſter. lib. 3. diſt. 2. cap. 1. quia in homine tota humana natura, id eſt, caro, & anima vitio, id eſt, fomite, vel peccato Adæ corrupta erat, totam aſſumpſit, id eſt, animam & carnem, vt totam curaret & ſanctificaret. Hæc Magiſter. Hoc quidem proceſſit ex magna dilectione, vt ſummus omnium, factus eſt infimus, ergo nihil poteſt homo melius ſibi reimpẽdere niſi verã caritatẽ.

De *ſecundo*, videlicet ſuſtinuit in carne aſſumpta multo, defectus, ſcilicet infirmitatem, fatigationem, eſuriem, ſitim, frigiditatem, caliditatem, &c. Nam dicit Magiſter lib. 3. diſt. 15. c. 1. Suſcepit ergo Chriſtus, ſicut veram naturam hominis, ita & veros defectus hominis, ſed non omnes. *Et ſubdit declarando magis.* Aſſumpſit, inquit, defectus pœnæ, ſed non culpæ, nec tamẽ omnes defectus pœnæ, ſed omnes hos, qui hominem impediebant, & ſuæ dignitati non derogabant. Ideo dicit B. Ambroſius: Infirmitas tua Domine ſanitas mea eſt: fatigatio tua, refocillatio mea; labor tuus, requies mea; eſuries tua, ſatietas mea, ſitis tua, ebrietas mea.

De *Tertio* dicit Magiſter lib. 3. diſtinct. 19. cap. 2. Factus eſt igitur mortalis, vt moriendo diabolum vinceret: niſi enim homo eſſet qui diabolum vinceret, non iuſtè, ſed violenter ei homo tollere videretur, qui ſe ſponte illi ſubiecit. Et quod Chriſtus pro nobis mortem ſubijt ex magna dilectione proceſſit. Ideò dicit Gregor. in cantu Paſchali. O inæſtimabilis dilectio caritatis, vt ſeruum redimeres, filium tradidiſti ſcilicet in mortem.

Diligendus Deus propter poſſeſſionem.

TERTIO debet eſſe dilectio maxima ratione poſſeſſionis in eo, quod dicit, TVVM. Quia dicit Auguſtinus. In patria totus tuus erit, manducabis eum ne eſurias. Bibes eum, ne ſitias: Illuminaberis ab eo, ne amodo cœcus fias: fulcieris ab eo, ne deficias;

ficias: possidebit te totum, & tuus totus erit. Ideo *diliges Deum tuum.* Quantum ad TERTIVM, ponit dilectionis modum & qualitatem cum dicit. *Ex toto corde.*

V

Quid est diligere Deum toto corde.

VbiNOTA. Diligere Deum ex toto corde, est eum diligere dulciter, pro cuius dilectione alia omnis dulcedo peruersa est euacuanda. Vnde Bernard. Diligere Deum ex toto corde, est diligere eum dulciter, vt homo ex propria concupiscentia & dilectione sit abstractus. *Secundo*, diligere Deum ex tota anima, est diligere eum sapienter, vt per talem dilectionem omnis mundialis & diabolica prudentia euacuetur. Vnde Bern. Diligere Deum ex tota anima, est diligere eum sapienter, vt per talem dilectionem homo contra astutias dœmonum rédeat. *Tertio*, diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, id est, fortiter, vt mens tua nullatenus ab eo auertatur. Sed Magister lib. 3. dist. 27. c. 4. sic exponit, cum dicit: Dilectionis Dei modus insinuatur cum dicitur. *Ex toto corde*, id est, ex toto intellectu. *Ex tota anima*, id est, ex voluntate. *Ex tota mente*, id est, ex memoria, vt omnes cogitationes, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes quod confers: quasi diceret, nullam partem vitæ nostræ relinquit, quę vacare debeat. Sed quicquid venerit in animum, illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit. Hæc Magister.

Ex tota anima.

Tota mente.

Istud mandatum est maximum, propter tria. *Vna modo*, propter dignitatem, videlicet obiecti, Dei qui est maximum & infinitum. Nam si amor tendit in rem fœdam, est fœdus; si in rem dignam, est dignus. Si in rem dignissimam, est dignissimus, vt dicit Augustinus. Si terram diligis, terra es. Si cœlum amas, cœlum es, secundum illud Psalm. 81. *Ego dixi, Dii estis. Secundo* est maximum propter diuinam voluntatem, quia nullum mandatum à filio Dei est tam sæpe replicatum, sicut hoc mandatum. Vnde Augustinus, reperit sæpius ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, vt per crebram, repetitionem, tanquam malleorum percussionibus, hoc mandatum fortius & profundius nobis incuteret. Sicut clauus non vna percussione indiget, si duram rem debet penetrare: Sic Deus volens per hoc mandatum cordis nostri duritiem, penetrare, multis ictibus hoc impressit. *Tertio* est maximum propter vtilitatem, quia cæteræ virtutes cum ipsa valent, & sine ipsa nihil valent. Quia dicit Apostolus. 1. Corinth. 13. *Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum sicut æs sonans, & cymbalum tinniens*, & cætera, quæ ponit ibidem: Ad idem dicit Gregorius in homilia. Nihil viriditatis habebimus boni operis, si non permanserit in radice caritatis.

Mandatum maximum.

I. Propter dignitatem.

II. Propter diuinam voluntatem.

III. Propter vtilitatem.

Secundo dicitur PRIMVM, *Vno modo* in affectu. Nam affectus hominis non debet esse fixus, nec radicatus in istis inferioribus, per amorem, sed debet esse fixus in caritate diuina. Iuxta illud. Ephes. 3. *In caritate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Alio modo* dicitur *primum* in merito. Quia ad hoc, quod aliquod opus sit meritorium, oportet, quod operans ipsum, non sit inimicus Dei per culpam, sed amicus per gratiam, alias opus suum de genere bonorum, non esset sibi meritorium, quod tamen non esset meritorium, si non esset in caritate factum. *Tertium* dicitur *primum* in præmio, quia præmium hominis est principaliter, vt coniungatur Deo. Iuxta illud Coloss. 3. *Super omnia autem caritatem habete, quæ est vinculum pacis.*

Quomodo dicitur primum?

1. Affectu.

2. Merito.

3. Præmio.

X

Quis modus

Sed circa hoc dubitatur, Vtrum dilectio qua Deum diligimus, habeat modum. *Respondeo.* Posi. nsis in scripto super 3. sententiarum. quæ 1. Modus in aliquo potest intel-

in diligendo Deum,

intelligi dupliciter. *Vno modo*, ex limitatione eſſentiæ, & ſic omnis creatura habet modum. *Alio modo*, propter appoſitionem debitam circumſtantiarum, & ſic omnis virtus habet modum, quia agit ſecundum quod ratio dictat, & inſtinctus Diuinus, quantũ ad virtutes Theologicas: puta, ꝙ homo diligat Deũ quantũ poteſt, & qualiter Deus vult diligi, ſcilicet ſuper omnia, & illo modo poteſt intelligi modus, qui ſolet poni inter ſuperfluum & diminutum in actibus; puta, ꝙ diligatur Deus tali modo, ꝙ non poſſet, nec debeat plus diligi, nec eſt minus in aliquo gradu dato dilectionis.

Et idem Doctor diſtinguit de dilectione, quia *quidam eſt actus* dilectionis interior, elicitus immediate à charitate, & iſte non habet modum, quia in omnibus actibus appetitus finis eſt ſine termino. *Alius actus* dilectionis imperatus, ſicut maceratio carnis, propter amorem Dei, & huiuſmodi. Et iſte actus exterior debet habere modum, vt nõ fiat vltra poſſibilitatem, ita quod non reddat ſe ineptum ad ſeruitium Dei: & talis actus poteſt benè minus, vel parum fieri: ſicut medicus non poteſt nimis ſanare, ſed poſſet nimis de medicinis dare; quare in medicinis debet haberi modus, quia in eis poteſt medicus excedere, ſed non in ſanitate, quam principaliter intendit: verum Deum diligere, eſt omnino ſine modo. Hæc Pariſienſis.

Richardi ſententia de diligendo Deo.

Sed Richardus 8. principali. quæſt. 2. dicit, quod in via de lege communi, non poſſumus Deum diligere actu perfecto, ſcilicet cui nihil deeſt. Quia ſic ſolus Deus diligit, nec etiam actu perfecto diligendi Deum, comparato ad voluntatem hominis diligentis, quia ſic debetur ſibi adæquatio virtutis diligentis, & ſic ſolum diligitur in patria. Sed pro ſtatu viæ poteſt tantum diligi, quantum requirit debitum congruitatis, ſicut eſt deſiderare martyrium pro Dei amore, & plura alia. Et ideo, qui extenſa dilectione hoc deſiderium habent, Deum perfectè diligunt quantum patitur ſtatus viæ. Vnde Ioan. 15. *Maiorem dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Debetur etiam aliquid debito neceſſitatis, hoc eſt, quod dilectio feratur ſuper omnia, & propter ſe; & ſic perfectè diligit, quicunq; diligit Deum ex charitate. Hæc Richardus. SECVNDVM præceptum eſt ſimile huic. *Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.*

Quare ſecũdum præceptum dicitur SIMILE.

Y

Et dicitur *ſimile* tripliciter. *Primò*, quia de re ſimili, id eſt, homine, qui ad imaginem Dei factus eſt, vt patet ſuprà. *Secundo*, quia de actu ſimili, quia de dilectione. Ideo dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum. Qui hominem ſanctè & honeſtè amat, ſimile eſt ſicut qui Deum amat. Quia dicit Origenes. Homo eſt imago Dei, & ſicut verè in imagine ſua honoratur, vel contemnitur, ſic Deus in homine contemnitur, vel diligitur. *Tertio* eſt ſimile, quia vnum ſine altero haberi non poteſt iuxta illud Origenis. Non poteſt Deum odiſſe, qui hominem amat; nec Deum amare, qui hominem odit, ſicut ait Apoſtolus 1. Ioan. 4. *Qui dicit ſe Deum diligere, & fratrem ſuum odit, mendax eſt.* Diliges ergo proximum ſicut teipſum, & hoc quintupliciter.

Proximum diligendus.

I. Naturaliter.

PRIMO naturaliter, non propter ſperanda beneficia, ſed propter naturæ participationem quia *omne animal diligit ſibi ſimile.* Eccli. 13. Dicitur enim de pœnitentia, diſt. 2. cap. Charitas. Proximos diligamus ſicut nos, ſed non propter aliquas proprietates noſtras, nec propter beneficia ſperanda, vel accepta, non propter affinitates, vel cõſanguinitates, ſed propter hoc tantum, ꝙ ſint participes naturæ noſtræ, diligamus.

II. Sapienter.

SECVNDO, diligas proximum tuum ſapienter. Amans enim diſcretus eſt & ſapiens qui perſonas amat, & vitia perſequitur. Quia ſecundum Apoſtolum

Roman.

Digitized by Google

Roman. 13. *Dilectio proximi non operatur malum.* Vnde Augustinus. 24. quæst. 4. Duo ista nomina cum dicimus homo peccator; quia peccator est, corripe: quia homo est, miserere; nec omnino liberabis hominem, nisi persecutus fueris peccatorem.

TERTIO diliges virtualiter, vt videlicet eum ab virtutes instruas, & inducas eum ad colendum Deum. Quia dicit Augustinus de Trinitate. Homines iniusti, quia vt iusti fiant amari debent. Idem ad Macedonium. 23. quæst. 4. cap. vltimo. dicit. Debet homo diligere proximum sicut seipsum: & quem præter beneficentiæ consolationem, vel doctrinæ informationem, aut disciplinæ coërcitionem adducat ad colendum Deum. *III.* Virtualiter.

QVARTO diliges efficaciter, vt videlicet de perditione eius doleas, & eum ad correctionem inducas. Quia 1. Ioan. 3. *Non diligamus verbo, nec lingua tantum, sed opere & veritate.* Et Augustinus. 23. quæ. 4 cap. Non potest, dicit. In hoc iubemur diligere proximos, & misereri eorũ, vt de eorum perditione doleamus, & eorum salutem desideremus, & pro eorum correctione continuè laboremus. *IV.* Efficaciter.

QVINTO diliges ordinaliter. Iuxta illud Canticorum. 1. *Ordinauit in me* scilicet Deus *charitatem.* Super quo dicit Bernhardus; Ordinauit Deus in tribus diligendis charitatem, vt sciamus quid prius, quid posterius quid minus, quid magis, quid propter se & propter aliud diligatur. Sunt enim temporalia diligenda propter corpus. Corpus propter animam. Anima vero diligatur propter Deum, ad cuius imaginem facta est, Deus autem diligatur prius, quia prior nos dilexit. Sed mundani hominẽs plus diligunt corpus, quàm Deum: qui carni plus obediunt, quàm Deo, *Quorum Deus venter est.* Ad Philip. 3. Et quidam plus diligunt corpus, quam animam, qui miseriam animam laqueo auaritiæ iugulant, & corpus voluptatibus satiant. *Qui enim volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli, & desideria multa & nocua, quæ mergunt animã in interitum, & in perditionem.* 1. Timoth. 6. Ideo dicitur Eccles. 10. *Nihil nequius quàm amare diuitias.* Quia talis amor mergit animam in profundum inferni. *V.* Ordinaliter. Quidam animam auaritia iugulãt.

Quidam etiam plus amant pecuniam, quam proximum suum, quibus non est satis quod miseram animam suam per vsuram & iniusta bona in infernum demergunt, sed etiam proximos suos id est, hæredes & propinquos, qui talibus bonis scienter vtuntur, secum trahunt ad æternam damnationem. De quibus Augustinus. lib. 1. de quæstionibus noui & veteris Testamenti, quæst. 14. Repromisit Deus reddere peccata, peccatum in filios vsque in tertiam, vel in quartam generationem his qui oderunt eum hoc est qui de vsuris parentum scienter viuunt, & nolunt restituere, vt tenentur. Tales vsurarij, & eorum filij, in inferno sibi inuicem maledicunt. Iuxta illud Eccli. 14. *De patre impio conquerantur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.* Aliqui seipsos & hæredes suos propter vsuras ad inferos demergunt.

Quidam etiam plus diligunt pecuniam, quàm seipsos, quia nec pro salute, nec pro honestate vitę expendunt, sed auarè cõgregant & conseruant, & de vnoquoq; tali dicit Bernardus. Facis te pecuniæ non dominum, sed seruũ; custodẽ, non possessorẽ.

Circa hoc dubitatur. Vtrum homo magis debeat diligere se quàm proximum. *Respondet* Richardus 3. Sent. dist. 29. q. 3 quod homo magis debet diligere se, quàm proximum. Amicitia enim charitatis fundatur super beatitudinem, ideò maximè diligitur Deus, vt est eius principium, homo autem diligit se, vt beatitudinis capax, proximũ autem in quantũ est, vel esse potest socius participationis istius boni. Fortior autem est ratio diligendi ipsa participatio, q̃ associatio in ipsa participatione; ideo secun- Z Proximũ ne, an seipsum homo magis diligere debeat.

ſecundum rectum iudicium rationis, quilibet homo habet ſe magis diligere, quàm proximum.

An magis homo extraneum, quã coniunctum diligere debeat.

Secundo dubitatur. Vtrum homo magis debet extraneum meliorem diligere, quàm ſibi coniunctum minus bonum? *Reſpondet* Richardus. 3. Sent. diſt. 29. quæſt. 6. quod magis diligere, poteſt dupliciter intelligi: aut ſibi optando maius bonum; aut ex affectu maiori. *Primo modo*, ſemper debet diligi magis extraneus melior. Quia hoc requirit iuſtitia Dei, vt maiori meritò reſpondeat maius præmium: quamdiu tamen ſumus in ſtatu viæ, velle debet homo, quod magis ſibi coniunctus proueniat ad maius præmium. Sed *ſecundo modo*, dico cum in dilectione ex caritate debeat haberi aſpectus ad propinquitatem diligibilium ad Deum, & ad diligentẽ; ita tamen quod multo magis præcedat homo exceſſum in vno gradu propinquitatis ad Deũ, quam in vno ꝓpinquitatis gradu ad diligentem: & ſic tanta poteſt eſſe bonitas extranei, & tã parua bonitas & propinquitas mihi magis coniuncti: vtpote quando attinet mihi in tertio, vel in quarto gradu, quia ex maiori affectu debeo diligere extraneũ magis bonum: quã mihi coniunctum minus bonum. Sed ſi eſt de ꝓpinquo mihi coniunctus, & exceſſus bonitatis extranei eſt paruus plus debeo diligere mihi bonum coniunctũ: quia tñ habeo eſſe à parentibus meis, credo quod plus debeo diligere & ex maiori affectu patrem meum q̃ quemquam proximũ, quantumcunq; excedat in bonitate non priuilegiata, quod dico propter humanitatis Chriſti bonitatẽ, & B. Virginis; quos ex maiori affectu debeo diligere, quam patrem & matrem quia propter eorum bonitatem nobis prouenit maius bonum, quam per parentes. Hæc Richardus.

Paterúe an filius magis diligendus.

TERTIO dubitatur. Vtrum homo magis debeat diligere patrem ſuum quam filiũ? *Reſpondet* Bonauentura. 4. Sent. diſti. 29. q. 4. quod ſecundum ordinem caritatis, parẽtes ſunt præponendi, filij cæteris paribus: quia amor gratuitus facit memorem eſſe perceptorum beneficiorum, ad quod ſacra ſcriptura præcipiendo & monendo inducit. Et quia plura beneficia percipimus à parẽtibus, quam à filijs, ideò ſecundum ius diuinum plus eis tenemur, & magis ſalutem eorũ diligere, & procurare debemus. Veruntamẽ dilectione naturali, plus affectus inclinatur ad filios, quam ad parentes, quia natura appetit conuerſari in ſuo ſimili, & magis diligit id, in quo appetit principalius conſeruari. Dilectio autem gratuita magis reſpicit beneficiorum collationem & ſupernorum ciuium completionem, ad quam indifferenter parentes & filij comparantur. Hæc ille. Idem tenet Richar. 3. Sent. diſt. 29. q. 7. dicens. Cum filius plura beneficia recipit à Patre, quàm à Filio: & plus dilectus ſit à ſuo Patre, quam à ſuo Filio; magis cæteris paribus, debet diligere patrem, quam filium ſuum.

Vter magis diligendus, Pater ne corporalis, an ſpiritualis.

QVARTO dubitatur. An magis debeas diligere patrem carnalem, quam ſpiritualem. *Reſpondet* Richardus ibid. q. 9. quod ſic, eo ſpiritualis pater non eſt ita vere cauſa beneficij ſui, ſicut pater carnalis, ſed ad beneficium ſolum miniſterij alicuius, pater autem carnalis dat eſſe naturę, ſicut cauſa efficiens nec ſpiritualis pater eſt ita neceſſarius filio ad hoc vt habeat eſſe gratiæ, quia ſi non poſſet haberi pater ſpiritualis, dat Deus homini eſſe gratiæ propter bonum motum liberi arbitrij. Sed ſine carnali patre non dat homini eſſe naturæ, quanquam poſſet dare ſi vellet, ſicut dedit primis parentibus, & humanæ naturæ Chriſti eſſe eſſentiæ.

Vtrum parentes ma-

QVINTO, Vtrum vir teneatur magis diligere patrem, vel matrem, quam vxorem? *Reſpondet* Richardus ibid. quæ. 10. quod ſic, propter duas rationes. *Primo*, ratione fortio-

Digitized by Google

fortioris coniunctionis. Fortior enim coniunctio, fundatur ſuper propinquiſſimum naturæ gradum, quàm fundatur ſuper mutuum conſenſum, per verba, vel ſigna expreſſum, qualis eſt inter virum & vxorem. *Secundo*, ratione maioris boni, quod à diligenti recipit. Recipit enim vir à parentibus eſſe, nutriri & diſciplinari, quod eſt maius bonum, quàm carnale remedium contra æſtum concupiſcentiæ, & ſolatium ſocietatis, & adiutorium ad procreationem prolis, quæ vir recipit ab vxore, &c. gis, quàm vxor diligendi.

SEXTÒ dubitatur, An omnes teneantur diligere inimicos, quantum ad affectum. *Reſpondet* Bonauentura 4. Sent. diſt. 30. q. 4. quod inimicus conſideratur dupliciter, vel ſecundum ſtatum, in quo pœnitet, & veniam petit: & ſic omnes tenentur diligere inimicos, propter illam conditionem, quam Dominus ponit in oratione Dominica. *Dimitte nobis debita noſtra; &c.* Si enim homo ſeruat iram, fruſtra à Deo petit medelam. Eccl. 27. Sed ſi conſideratur, quod ſi eſt in ſtatu & actu lædendi, & inimicitias exercendi, ſic quidam dixerunt, quod affectu diligere inimicos non eſt neceſſitatis, ſed perfectionis: nec Dominus hoc præcipit, ſed magis conſulit: ſed hoc videtur inſufficienter dictum, eo quod caritas ſe extendit ad omne, quod eſt poſſibile ad beatitudinem peruenire: ideo non habet aliquis caritatem, niſi diligat omnes, qui ſunt in ſtatu viæ, ſiue amici ſiue inimici, vnde Pſalm. 118. *Latum mandatum tuum nimis.* Quia mandatum caritatis ſe ad omnes extendit. Et ſicut longitudo mandati eſt, quod extendat ſe ad omnem differentiam temporis, ſic latitudo ad omnem perſonam viatoris: Vnde ſicut aliquis non haberet caritatem, ſi proponeret in vna die ſola peccare & in aliis benefacere, quia deficit ſibi latitudo iſtius mandati. Sic ergo dicendum eſt, quod quilibet tenetur diligere inimicum affectu elicito, quo optat alij vitam æternam & ſummum bonum. Sed optare cum affectu imperato bona temporalia, & proſperitatem tranſitoriam, non tenemur, cum ſufficit non odiſſe, vt videlicet non gaudeamus de malis eorum. Quia Prouer. 24. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas.* Veruntamen ſic diligere, eſt perfectionis & ſupererogationis. Hæc Bonauentura. Num omnes inimici diligendi.

SEPTIMÒ dubitatur, Vtrum maioris ſit perfectionis diligere amicos, quàm inimicos? *Reſpondet* Thomaſius in ſcripto, artic. 2. quod cum Deus ſit cauſa dilectionis proximi, iſtæ duæ dilectionis, ſcilicet amici & inimici, poſſunt dupliciter ad inuicem comparari. *Vno modo* ex parte proximi, qui diligitur tunc cum amicus ſit melior & magis coniunctus, actus dilectionis tranſiens ſuper eum eſt melior, & eius oppoſitum eſt deterius, ſcilicet odiſſe amicum quàm inimicum: & ex hac parte dilectio amici præeminet dilectioni inimici. *Secundo modo* comparantur ex parte eius, quod eſt ratio diligendi, & ſic dilectio inimici præeminet propter duo. Quia dilectionis inimici, ſolus Deus eſt cauſa & ratio, Sed dilectionis poteſt eſſe alia cauſa & ratio, ſuppoſito quod vterq; propter Deum diligatur. Fortior oſtenditur eſſe dilectio quæ animum hominis ad remotiora diffundit, ad dilectionem inimicorum, ſicut virtus ignis tanto oſtenditur eſſe perfectior, quanto ad remotiora diffundit ſuum calorem. Tunc ſicut videmus quod idem ignis in propinquiora fortius agit, quàm in remotiora, ita etiam feruentius diligit charitas coniunctos, quàm remotos: & quantum ad hoc, dilectio amicorum ſecundum ſe conſiderata, eſt feruentior & melior, quàm dilectio inimicorum, Hæc Thomaſius. Ad hoc dicit ſanctus Thomas. quæſt. 3. Meritum conſiſtit ex hoc, quod voluntas ad finem efficitur: & ideo ſi comparemus actum talium dilectionum ad finem, dilectio inimici magis eſt meritoria, eo quod Maiorné ſit perfectio, diligere amicos, quã inimicos.

Digitized by Google

ſecundum hoc exigit maiorem conatum & feruorem circa finem, quamuis dilectio amici ſit magis intenſa circa obiectum.

DOMINICA XIX. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Aſcendens Ieſus in naviculam transfretauit & venit in ciuitatem ſuam. Matth. 9.

A

Pœnitentiæ progreſſus, quis?

IN omni terminata via eſt triplex progreſſus, videlicet à termino à quo exit, vt à domo vel ciuitate, deinde venit ad medium, & vltimo acceſſus ad terminum. Sic MORALITER talis eſt in pœnitentia progreſſus. Diuina enim mediante miſericordia, *Primò*, homo egreditur de peccato & niſi Dei miſericordia mediaret, exire de peccato homo nequaquam poſſet. Quia dicit Dominus per Prophetam Oſeæ 13. *Perditio tua ex te*, id eſt, ex demerito tuo *Iſrael, tantum ex me auxilium tuum. Secundo*, per medium pœnitentiæ progreditur de virtute in virtutem. Et *Tertio* conſummato pœnitentiæ agone, peruenitur ad æternæ beatitudinis præmium. *Figura.* Exodi per totum legitur, quod filij Iſrael ducatu Moyſi, educti de Ægypto per viam rubri maris, & progreſſi ſunt de loco ad locum per deſertum, ignis & nubis protectione tres dies, & ingreſſi ſunt terram promiſſionis, Ioſue eos ducente.

SPIRITVALITER. Filij Iſrael exeuntes de Ægypto ſunt fideles, recedentes à peccato. Nam Ægyptus interpretatur tenebræ, quia peccatores inuoluti ſunt tenebris. Sed diuina luce illuminati, cognoſcunt periculum & fugiunt. Vnde Gregorius in moralibus. Dei nos gratia diuinitus illuminat, cuncta pericula mentis manifeſtat. Ideò benè dicitur, quod ductu Moyſi inde ſunt educti. Nam Moyſes famulus Dei eductus à Domino, retulit populo mandatum Dei. Sic quilibet prædicator dicit populo mandata Dei, & pericula peccatorũ, vt ſic educat de tenebris vitiorum; & progreditur in medium virtutum, vt ſic ductu tandem veri Ioſue Chriſti Ieſu intrabit in terram promiſſionis æternæ, ideo exeamus de tenebris vitiorum & aſcendamus in nauem pœnitentiæ, vt poſſimus venire in ciuitatem noſtram, videlicet æternam patriam. Ad quod hortatur Bernardus in ſermone quodam. Fugite, inquit, de medio Babylonis, & ſaluate animas veſtras, vt poſſitis de præterito agere pœnitentiam, & in præſenti obtinere gratiam, & in futuro gloriam fiducialiter præſtolari. Et hoc ad ſenſum MYSTICVM dicunt verba præaſſumpta, exemplo Chriſti aſcendere debemus in nauem pœnitentiæ, & nauigare in ciuitatem cœleſtis patriæ. In verbis allegatis tria iubemur. *Primò*, nauem ſubintrare, ibi; *Aſcendit. Secundo*, mare transfretare, ibi; *Transfretauit. Tertiò*, ad patriam feſtinare, ibi; *Et venit in ciuitatem.*

Concionatores imitãtur Moyſen

B

In naui quæ conſideranda.

De PRIMO & SECVNDO eſt ſciendum, pro ſenſu morali. Per mare, quod eſt transfretandum, ſignificatur præſens mundus, vt dictum eſt ſuprà ſerm. 13. G. Per nauem, in qua mare iſtud eſt nauigandum, ſignificatur conſideratio mundi. Nauis illa compoſita eſt ex quinq; lignis, quia quinq; conſiderare debemus, ſi mare huius mundi ſine labe tranſire affectamus.

PRI-

Digitized by Google

PRIMVM est, *mundi vanitas*, quia Eccles. 1. *In mundo est vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Ideo dicit Salomon Sapient. 5. *Transierunt hæc omnia velut vmbra.* Vnde præsens vita comparatur vmbræ propter tria.

Vita præsens vmbræ comparatur.

PRIMÒ, propter luminis indigentiam, quia vmbra est lumen diminutum. Isto modo in isto mundo aut vita, licet sit aliquale lumen cognitionis naturalis, & etiam fidei de Deo. Ista tamen non est nisi vmbra, respectu illius cognitionis & scientiæ, quam in patria habituri sunt. Ista tamen vmbra fidei, & notitia scripturarum, tantæ est virtutis, quod purgat mentem ab infirmitatibus, id est à vitiis & à peccatis. In cuius figura legimus Actorum 5. quod *Vmbra Petri* qui interpretatur cognoscens, sanauit infirmos. Virtute etiam vmbræ, Christum spiritualiter concipimus, sicut fecit etiam B. Virgo Maria carnaliter, Luc. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.*

I. Propter luminis indigentiam.

SECVNDÒ, vita præsens comparatur vmbræ propter frigoris assistentiam. Est enim locus magis frigidus in vmbra, quàm extra. Isto modo est in præsenti seculo & vita frigiditas peccati, & defectus ignis, aut caloris charitatis. Et sicut vmbræ sunt lõgiores versus vesperam, quàm in meridie: ita delicti & peccati vmbra semper prolongatur, & defectus caritatis cordium humanorum, versus finem mundi augebitur. Quia *superabundabit iniquitas, & refrigescet caritas multorum.* Matth. 24. Et Ierem. 6. dicitur. *Væ vobis quia declinabit dies,* & longiores factæ sunt vmbræ vesperi.

II. Propter frigoris assistentiam.

TERTIÒ, vmbra est apparentia corporis & non existentia, & ideo in vita præsenti aut mundo, est apparentia sollicitudinis, in diuitiis, dignitatibus & honoribus, & non existentia. promittunt satietatem, & afferunt egestatem. Promittunt beatitudinem, & afferunt sollicitudinem: & ideo mentiuntur istæ vmbræ, vt nos fallant. Eccli. 14. *Quasi qui apprehendit vmbram, & prosequitur ventum, sic est qui tendit ad diuersa mendacia.* Et sicut videmus quando homo habet solem præ oculis, & ante faciem suam, proiicit tunc vmbram suam à tergo. Quando autem habet solem à tergo, tunc habet vmbram suam ante se, & coram oculis suis, ita quod vmbra & sol non patiuntur se ex vna parte.

III. Vmbra corporis apparentia.

Isto modo MORALITER de dilectionibus huius mundi, aut vitæ, quæ sunt quasi vmbra: & de sole iustitiæ, qui est Christus. Nam ille qui habet solem coram oculis suis præsentem, illuminantem per fidem, & inflammantem per amorem, talis indubitanter proiicit vmbram à tergo: quia respuit, & contemnit, & paruipendit illecebras huius vitæ. Sed certè homines mundani, qui Christum tradiderunt obliuioni & Christum proiecerunt retrorsum, habent vmbras istas in conspectu: & quanto Christus magis distat, & elongatur ab eis, tanto eis vmbra vanitatis mundanæ maior apparet, cum nihil sit. Causa autem quare luna eclipsatur in veritate, est, quia intrat vmbram terræ, ideo nunquam eclipsatur sed apparenter tantum. Sic homines qui seruientes mundo, immergunt se vanitati mundanæ, necesse ò priuantur lumine gratiæ frequenter per peccatum mortale Iob. 3. *Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis.* Ideo hortatur Ambrosius. Auertamus, inquit, oculos nostros à vanitatibus, ne quod oculus videt animus concupiscat.

Dilectio huius mundi vmbra est.

Causa eclipsis Lunæ.

SECVNDVM est *mundi labilitas.* De qua Sap. 2. *Exiguum est & cum tædio temporis vitæ nostræ.* In quo verbo, vt dicit Robertus Holkot super librum Sap. lect. 15. Describitur vita humana à tribus, videlicet à breuitate suæ durationis, cum dicit, *exi-*

C Vitæ humanæ bre-

nitas & afflictio.

gunm. A pœnalitate grauis afflictionis ibi; *Cum tedio.* A labilitate continuæ mutationis, ibi; *Tempus vitæ nostræ. Primum* habetur Sapient. 9. *Homo infirmus exigui temporis. Secundum* Iob. 9. qui dicit. *Tedet animam meam vitæ meæ. Tertium* Eccles. 18. *De mane vsq; ad vesperam immutabitur tempus.* Quo ad *Primum* patet infirmitas hominum mundanorum præsumentium longitudinem non obstante breuitate. Quo ad *Secundum* patet fatuitas diligentium amaritudinem, non obstante pœnalitate. Quo ad *Tertium*, etiam patet fatuitas differentium morum rectitudinem, non obstante temporis instabilitate. Et verè summa stultitia est in iuuentute tempus præsens expendere in peccatis. & de tempore futuro, quod non est nostrum sperare, vel spem habere. Ideo signanter dicitur Eccles. 7. *Ne impie agas multum: & noli esse stultus ne moriaris in tempore non tuo.* Sed hortatur Apostolus ad Galatas 6. *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* Senes, debiles, & impotentes, non habent tempus, cum non sint sui compotes. Mortui transierunt tempus suum Et ideo nec senectus, nec morbus, nec mors exspectanda sunt ad benè viuendum, sed statim est incipiendum, cum tempus nostrum sit. Quia dicit Poëta.

I.

II.

III.

Tempus in peccatis expendere, est stultitia.

Vita breuis, casuq; leuis, nec spes redeundi.
Quanta seres hinc tanta feres, sit cura parandi.
Plura seras, vt plura feras, ne non seruisse
Pœniteat, dum nil valeat iam pœnituisse.

Sed quod plangendum est, multi inueniuntur & communiter omnes, de quorum quolibet verificatur illud Iob. 34. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbiam. Et hoc conqueritur Psal. 118. *Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam.* Ideo tales labuntur cum mundo labili. Iuxta illud Gregorij. Mundus quem amamus fugit, & labimur cum ipsum sequimur. Sed quia labentem retinere non possumus, cum ipso submergimur quem tenemus.

TERTIVM est *mundi vtilitas.* Quia *omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* 1. Ioan. 2. Ideo dicit Bernardus. Mundus cur diligitur in quo est malitiæ plurimum, sapientiæ modicum, vbi omnia vitiosa, omnia lubrica, vita oberta tenebris & obsessa laqueis, vbi periclitantur animæ, & corpora affliguntur, vbi nihil nisi vanitas & afflictio spiritus.

Cur mūdus non diligendus.

QVARTVM est *mundi mutabilitas*, quia de mundo dicit Psal. 101. *Mutabis eos, & mutabuntur.* Sunt enim secundum naturales quatuor mutationis species, videlicet ad substantiam, qualitatem, & quantitatem, & vbi. Ad substantiam, dicitur generatio & corruptio. Ad qualitatem, dicitur alteratio. Ad quantitatem, augmentum & diminutio seu detrimentum. Ad vbi, dicitur seorsum & deorsum, antrorsum & retrorsum, dextrorsum & sinistrorsum.

D

Mutationes mundi sunt quatuor.

MORALITER loquendo has mutationes continet mundus iste.

PRIMA mutatio est ad *substantiam*, quia de natiuitate ad mortem, qua dicitur generari & corrumpi, scilicet nasci & mori. Quia Iob. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore*: quia aliqua animalia, vt aues, naturali cursu viuunt diutius.

E

Homo mille modis alteratur.

SECVNDA est *alteratio*, quia alteratur homo mille modis in præsenti mundo aut vita, quia hic repletur multis miseriis, vt dicit Iob vbi supra, videlicet nunc calore, interdum frigore, fame, siti & infirmitatibus. Propter quod dicit Bernardus in meditationibus, quod vita præsens est laboriosa, & lacrymosa, vita corruptibilis, & amari-

Digitized by Google

amaritudine plena, hanc homines tumidant, dolores exterminant, ardores exſiccant aëra morbidant, eſcæ inflant, ieiunia macerant, ioca ſoluunt, triſtitiæ conſumunt, ſollicitudo coartat, ſecuritas hebetat, ſenectus incuruat, infirmitas frangit, & mors deprimit. Hæc Bernardus.

TERTIA immutatio eſt ad *quantitatem*, & hæc reſpicit diuitias mundi, quæ augmentantur & diminuuntur ſæpe, ſecundum reſolutiones fortunæ. De hoc quidam Philoſophus. Si, inquit, volumus dicere veritatem, non propria, ſed mutata vocare poſſumus, quæ habemus, quia omnes cum in rota fortunæ volubili volitemus, de diuitijs ſæpe in paupertatem mergimur improuisè. Quicquid habemus rotæ fortunæ ſubiectum eſt.

QVARTA mutatio eſt vbi videlicet *ſurſum & deorſum*. Hæc mutatio reſpicit ad mundi poteſtates. Videmus enim, quod qui primatum tenebant in mundo, ſubitò deijciuntur in miſeriam. Et qui in dextra florebant per potentiam, cadunt per triſtitiam ad ſiniſtram. Ideo dicit Chryſoſtomus ſuper Matth. 5. ſemper grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt. Et in paupere Henrico lib. 3. dicit philoſophia. Promouet iuſtos fortuna volubilis, vt quos ſcandere facit præcipites ad ima vocet. Nam grauior ruit turris tumefacta, id eſt, alta ruina. Magna poteſtas nunquam ſine timore.

Et grauius pulſat alta Cypreſſus humum.

Et ponit ibi exemplum de Alexandro dicens.

Nonne ferox Macedo protectus ab hoſte tyranno.
Corde venenatus inter amica perit.

De hac venatione habetur plenius in hiſtoria Alexandri quaſi in fine, vbi legitur, ꝙ erat ex principibus eius quidam nomine Antipater, habens duos filios Caſſandrum & Iolum, quorum Iolus pincerna erat regis. Hic antipater abſente Alexandro multa contra eum moliebatur. Cum autem moraretur Alexander Babyloniæ, miſit Antipater ad maleficum quendam, egitq; cum eo vt daret ſibi venenoſam potationem ſiue potionem, vt non eſſet fas quod illam ſuſtineret. Fecitq; cantarellam ferream, & miſit potionem in eam, dansq; filio ſuo Caſſandro, direxit eum in ſeruitio Alexandri, præcipiens vt loqueretur fratri ſuo Iolo, quatenus potionem illam daret Alexandro. Accidit autem illo tempore, vt percuteret Alexander Iolum in caput non habentē cap. Vnde dolore commotus iuuenis accepit potionem grato animo. Cum autem ſediſſet Alexander in Conuiuio cum principibus ac militibus ſuis, cœpit iucundari, ac iucundus eſſe vltra modum. In medio autem conuiuio cum amplius lætaretur, multaq; ad conuiuas loqueretur, ſubito potum ſibi dare iubet. Iolus autem infector tanti mali, ei porrexit venenum. Qui cum bibiſſet ſubito exclamauit voce magna, quaſi aliquis miſiſſet in iecur eius lanceam. Paululum autem continens ſe & ſuſtinens ſe, ſurrexit à conuiuio, rogans principes ac milites ſedere & comedere, & bibendo lætari. Illi verò turbati vnanimiter ſurrexerunt à menſa, ſteteruntq; forinſecus vt viderent euentum rei. Alexander autem volens vomere quæſiuit pennam, vt mitteret in gutturad vomitum prouocandum. Iolus vero ſupra dictus pincerna Alexandri, inueniens pennam liniuit eam veneno & porrexit ei. Quam cum ille in guttur mitteret, magis ac magis vrgebat eum venenum. Et ſic tandem mortuus eſt anno vitæ eius 33. regni verò 12. Ecce qui nuper florebat per potentiam, qualiter cecidit per miſeriam. Ideo dicit Petrus Bleſenſis. Fallax quidem eſt mundus iſte quem ſequitur finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis & pœna miſerabilis. Alexander veneno tollitur.

QVINTVM est *mundi fœditas*. Propter quod dicit Isaiæ. 52. *Recedite, recedite polluti*um mundum *nolite tangere*. Et bis dicit *recedite*, quia eum corde & corpore fugere debemus. Iuxta illud 1. Petri 5. *Fugientes*, inquit, *eam quæ in mundo est corruptionem.*

Mundus cur fugiendus.

Quare autem mundus sit fugiendus ostendit Augustinus dicens. Si delectat te mundus, semper eris immundus, ergo habitet in te, qui mundet, & eris mundus. Si autem non delectat te mundus, non eris immundus, & si es mundus, non permanebis in mundo, ad minus mortaliter. Ne audias illud Ioan. 8. *In peccatis nati estis, & in peccatis moriemini.* Ecce habes quinq; considerationes, ex quibus velut ex quinq; asseribus nauis ista componitur.

E Et sicut nouit dilectio vestra, quod quælibet nauis habet anchoram & funes, per quos teneatur. Per anchoram MORALITER significatur spes mundanorum. De qua Salomon Sapientiæ quinto. *Spes impij est quasi lanugo, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.* Est enim *Primo* spes impiorum, id est, prosperitas in qua sperant, similis lanugini, quæ à vento tollitur. Est autem lanugo illud, quod stat super caput quarundam herbarum, flore desiccato, & habet similitudinem aliquo modo ad lanam, ideo vocatur lanugo. Et hæc quando est sicca statim ad ventum modicum tollitur, & relinquit extremitatem herbæ, quasi caput rasum. *Secundo*, spes impiorum mundanorum, est tanq; spuma gracilis quæ à procellis dispergitur. Et spuma secundum Britonem dicitur à spuo, is, quia spuitur, & extra proijcitur. Est autem sortes vndarum, & generatur ex collisione aquarum ad inuicem & superficie aquæ, facile dispergitur à procella. *Tertio*, similis est fumo qui statim à vento dissoluitur. Fumus enim quanto amplius ascendit, tanto magis deficit, & quanto magis diffunditur & dilatatur, tanto citius dissipatur. Sic est de spe mundanorum, quia secundum Ps. 36. *Deficient, quẽadmodum fumus deficiet.* *Quarto* spes impiorum, id est, prosperitas in qua sperant, tanquam est memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Hospes enim qui tantũ vno die manet in domo, & statim recedit, citò traditur obliuioni apud illos qui eum receperunt: sic est de prosperitate mundanorũ.

1. Spes lanugini similis.

2. Spes impiorum, spuma gracilis.

3. Spes mundanorum fumus.

4. Spes impiorũ, memoria hospitis transeuntis.

Sed funes MORALITER sunt tres. PRIMVS est dilectio diuitiarum, & hæc causat in mentibus mundanorum sterilitatem, dissolubilitatem & gratitatem. *Primo* igitur ad modum arenæ, causat sterilitatem, per quam impediuntur ne liberè fructum faciant eleemosynarũ. Iuxta illud Eccle. 5. *Qui amat diuitias fructum nõ capiet ex eis.* Quare? quia sterilis manet teste Ier. 22. *Scribe virum istum sterilem, qui suis diuitijs non proſperabitur.* *Secundo*, deornatus amor diuiciarum, causat in homine dissolubilitatem, sicut lapides in arena sunt inter se diuisi, si non sunt coagulati per cohærentiam. Ita inter amatores pecuniæ & diuitiarum, semper est diuisio, discordia, & litigium, vt patet principaliter inter pastores Abraham & Loth Gen. 13. *Tertio* causant in eis grauitatem, quæ est appetitus tendendi deorsum. Subtrahit enim mentem à cœlestibus, & facit eam inhærere caducis. Quia & hoc conqueritur Bernardus. Heu, inquit, quàm paucos inuenimus, qui à diuitiarum laqueis liberari exultent, quàm multos qui dolent, quia his modicum irrigentur, & adhuc quantum possunt, inuoluere se nituntur.

G Funes nauis tres.

I. Diuitiarum dilectio.

1.

2.

3.

II. SECVNDVS funis est dilectio peccatorum, sed est funis non manens, quia transeunte delectatione, peccatum solum manet. Dicitur enim de Simia, quod fugiens

giens venatorem quando habet fœtus, illum quem magis diligit apprehendit inter brachia, & fugit, & alium dimittit, ille verò dimissus insilit in matrem sedens in collo eius, & velit nolit venatore fortiter prosequente, Simia fatigatur: fatigata verò fœtum magis dilectum & charissimum proijcit. Alius verò de quo non curauit, velit nolit insistit, donec tam mater quam proles capiatur. Et isto modo peccatum & delectationem, tanquam duos filios, habet quilibet peccator, delectationem diligit, peccatum odit. Mors est venator, quæ continuè insequitur peccatorem, sicut testatur moralis. Nam

Peccatorum dilectio.

Simiæ filii peccatum & delectatio.

Mors venator.

Quocunq; ingrederis sequitur mors corporis vmbram.

Ergo homo sperans se cum delectatione euadere, illam inter brachia, id est, inter intellectum & affectum portat. Sed imperceptibiliter peccatum à tergo se collocat, & matrem non dimittit, donec mors, vel diabolus eum capiat, & vtrunque astringat.

De hoc pulchrè loquitur Bernardus in libro meditationum. c. 2. de anima peccatoris. Dum, inquit, libenter ac iucundissimè moratur in mundo isto, diuq; se victurum arbitratur, ac multa in longa tempora disponit agenda, subito rapitur in mortem, & improuisè aufertur à corpore, veruntamen cum magno metu magnisq; doloribus anima separatur à corpore. Veniunt enim angeli assumere illam, vt perducat illam ante tribunal iudicis metuendi. Et tunc illa memoras opera sua mala & pessima quæ die ac nocte gessit, contremiscit, & quærit illa fugere, inducias q; petere, dicens: Date mihi vel vnius horæ spatium. Tunc verò, quasi loquentia simul eius opera respondebunt & dicent: Tu nos fecisti, opera tua sumus, non te deseremus, sed semper tecum etiam pergemus ad iudicium. Ecce, q peccatum tanquam filius, quem odit peccator in morte fugiente eo, in ipsum insilit. *Et subdit.* Bernardus de persecutione dæmonum. Dæmones, inquit terribili vultu atq; horribili aspectu eam terrebunt, ingenti eam furore persequentur, & comprehendent eam tam terribiliter quam horribiliter, volentes retinere, & possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clausos, & os alios q; corporis sensus, per quos egredi solebat, & delectari in his exterioribus, reuertetur ad se; & videns se solam & nudam, ingenti horrore concussa, desperatione deficiet in se, & cadet sub se: Et quia amore mundi, & carnis voluptate, Dei amorem reliquerat, derelinquetur à Deo misera in hora tantæ necessitatis, atq; dæmonibus tradetur in inferno crucianda aut terrenda. Hæc Bernardus.

NOTA.

TERTIVS est ambitio bonorum. Dicit enim Aristoteles 6. Ethicorum, quod omnes appetunt honorem, & sic interdum plus appetunt mali honorem quàm boni, quod tamen est inconueniens: quia sola virtus facit hominem dignum honore. Nullus enim paruus existens est dignus honore, quia præmium est virtutis honor, & attribuitur bonis secundum Arist. 4. Ethic. c. 4. In cuius figuram narrat Augustinus lib. 5. De ciuitate Dei. capitul. 13. quod Romani antiquitus virtutem & honorem sicut Deos coluerunt, quibus duas ædes, siue duo templa statuerunt, sic ad se inuicem ordinata & coniuncta, q nullus posset intrare in templum honoris nisi prius templum virtutis intraret, in huius signum quod apud eos nullus reportaret honorem, nisi illum antea per virtutem meruisset. Et ideo dicit Arist. 4. Ethicorum capit. 5. Secundum veritatem solus bonus honorandus est. Et ibidem dicit, quod virtuti perfectæ non est condignus honor. Et Apostolus ad Romanos 2. *Honor & pax operanti bonum.*

H III.

Bonorum ambitio.

Nullus praeuus dignus honore.

Solus bonus honorãdus.

Digitized by Google

num. Et quamuis honor debeatur virtuti ſicut præmium quoddam ſufficiens, nihilominus tamen honor derogat virtuti, dum mentem honorati nititur in ſuperbiam eleuare.

Et ideo ad iſtam peſtem rationabiliter euitandam, legitur in geſtis Rom. c. 30. q. triumphatori triplici honore exhibito, vt dictum eſt ſupra Serm. 89. A. ne tantis honoribus ſublimatus obliuiſceretur ſui, triplicem moleſtiam ſuſtinere debuit illa die. *Vna erat*, quod ponebatur vna cum eo in curru quædam perſona ſeruilis conditionis aut vilis, vt daretur cuilibet intelligi, quantumcunq; vilis conditionis eſſet, veniendi ad talem honorem, ſi probitate, aut virtute ſe dignificare valeret. *Secunda* moleſtia erat, quod ille ſeruus cum per vices ſedentem in curru colaphizabat, dicens. Γνῶθι σεαυτὸν, id eſt, Noſce te ipſum, & noli de honore tibi exhibito ſuperbire. *Tertia* moleſtia erat, quod illa die dicebat dicere cuilibet impunè opprobria in victorem. Vnde Iulio Cæſare reuertenti poſt multas victorias, fuerunt grauiſſimæ contumeliæ dictæ, nulla penitus vltione ſequente. Quaſi diceretur Eccleſ. 11. *In feſtiuitate ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris.*

Moleſtia triplex victoris.

Eſt enim NOTANDVM, quamuis honor mundi non eſt appetendus, quia dicit Chryſoſtomus: qui deſiderat primatum in mundo, inuenit confuſionem in cœlo. Et Metriſta dicit. Plurimum ſolent hominum peruertere mores. Altius euertunt fœmina ſenſus & honores. Eſt tamen honor prælatis & principibus exhibendus. Dicit enim Ariſt. 5. Ethic. c. 7. quod quilibet tenetur ei dare mercedem, qui pro ſe laboret. Sed prælatus vel Princeps laborat pro tota multitudine, ergo danda eſt ei merces à tota multitudine, hæc autem merces eſt honor & gloria. Iuxta illud 1. Petri 2. *Regem honorificate.* Et concordat Apoſtolus 1. Tim. 5. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt; maxime qui laborant in verbo & doctrina.* Et dicit gloſſa *duplici honore*, vt videlicet eis obediatur, & exteriora miniſtrentur. Et iſte dicitur honor ſubiectionis & obedientiæ. Et non ſolum honor exhibendus eſt prælatis & Principibus, ſed etiam omnibus hominibus. Iuxta illud 1. Pet. 2. *Omnes honorate fraternitatem* &c. Et Rom. 12. *Honore inuicem præuenientes.*

Honor Prælatis & Principibus quare exhibendus.

His igitur habitis & viſis, quilibet nauem huius conſiderationis poteſt aſcendere aut intrare.

Conſideranda. Mundi vanitas, labilitas: vilitas: mutabilitas & fœditas.

PRIMO conſiderando mundi vanitatem qualiter omnis vanitas tanquam vmbra euaneſcit.

SECVNDO eius labilitatem qualiter cito deficit homo tempus pœnitentiæ perdit.

TERTIO eius vilitatem conſiderare debet; quod in mundo nihil aliud niſi peccatum exiſtit.

QVARTO in mundo mutabilitatem; & QVINTO eius fœditatem, &c. & ſic mare furibundum hoc poterit transfretare, & ad cœleſtem patriam peruenire, aut nauigare. Ad quod perducat, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo ſecundus.

Aſcen-

Digitized by Google

Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam, & ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Matth. 9.

VT scribunt naturales ignis est elementum leuissimum, ideo locus est ei superius: habet enim naturaliter ascendere. Est tamen eius actiuitas tanta, quod dum materia apta ei intrat seu appropinquat, statim descēdat vt in ipsum agat formam suam introducendo. Hoc patet de vaporibus eleuatis vsque ad sphæram ignis virtute solari, quos ignis descendens inflammat. I

SPIRITVALITER. Per ignem intellige Christum Iesum Dominum nostrum, propter certas ignis proprietates, quia ignis est lucidus, calidus, leuis, & subtilis. Sic Christus est lucidus per claram doctrinam, calidus per infirmorum curationem, leuis per terrenorum despectionem, & subtilis per durorum penetrationem. De *Primo* habetur Ioann. 1. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Et ipsemet dicit Ioan. 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ego sum lux mundi.* De *Secundo* Luc. 4. legitur, quod omnes *qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad Iesum, at ille singulis manus imponens curabat eos.* De *Tertio* patet, quod ipse adeo terrena despexit & pauper fuit, quod vbi caput suum reclinaret non habuit Lucæ. 9. *Dixit quidam ad ipsum. Sequar te quocunq; ieris. Dixit illi Iesus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* De *Quarto* patet, quod exijt de sepulchro in die resurrectionis clauso manente illo. Ioan. 20. *Ianuis clausis ad discipulos dicens. Pax vobis.* Istius quidem ignis spiritualis Domini nostri locus naturalis ab æterno fuit, & est in cœlis. Iuxta illud Ps. 102. *Dominus in cœlo parauit sedem suam.* Et licet sic est, tamen veniente tempore plenitudinis, cum erat materia apta ei appropinquans, videlicet corpus beatissimæ virginis Mariæ, quæ ei appropinquauit per fidem & miram deuotionem, statim descendit in ipsam agendo, videlicet carnem purissimam humanitatis de ipsa sumendo, ꝙ quo ad sensum spiritualem innuitur in verbis Euangelij. *Ascendens Iesus in nauiculam*, id est, in virginem Mariam, quæ facta est tanquam *nauis institoris de longe portans panem suum.* Prou. 30. quia panem verum angelorum *de longe*, id est de summo cœlo portauit sua humilitate. In verbis propositis duo principaliter describuntur. *Primo*, Christi in nauem ascensio, ibi; *Ascendit Iesus. Secundo*, paralytici cuiusdam oblatio, ibi; *Et ecce offerebant.*

Circa quod NOTANDVM historialiter. Cum Christus esset in terra gentilium, quæ dicitur, Gerasa clamauerunt dæmones in obsessis. *Quid nobis, & tibi, Iesu Fili Dei? Cur venisti ante tempus torquere nos?* Iesus autem expulit eos, & permissione eius intrauerunt in porcos qui mortui sunt in aquis. Quo facto, *tota ciuitas exiuit obuiam Christo. Et viso eo rogabant, vt transiret à finibus eorum*; timentes ne plura temporalia damna sustinerent, de hoc Matth. 8. quibus adhuc multi similes sunt, qui ꝓpter nimium amorem temporalium, à se Deum repellunt, & de spiritualibus bonis non curant. Quapropter Christus ab eis recessit, ascendens in nauiculam volens redire in Galilæam, & de hoc incipit Euangelista Euangelium. *Ascendens*, inquiens, *IESVS in nauiculam transfretauit*, videlicet de terra Gerasenorum in Galileam, & *venit in ciuitatem suam Capharnaum.* Quia dicit Chrysostomus in Homilia Ciuita-

Multi propter damna temporalia Christum à se repellunt.

tem autem ſuam hic Capharnaum dicit. Alia enim eum ſuſcepit, ſcilicet Bethlehem. Alia eum nutriuit, ſcilicet Nazareth. Alia autem eum continuè habuit inhabitatorẽ, ſcilicet Capharnaum, in qua habitauit tanquam ciuis. Vbi dicit gloſſa interlinea. Chriſtus in hoc mundo voluit eſſe ciuis, vt per hoc nobis daret intelligere quod ipſe venit in mundum homines viſitare diuerſis vrbibus diſperſos, vt eos in vnius fidei vnitatem & charitatem adunaret. Iuxta illud Ioan. 11. *Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum.* Poſtquam igitur Chriſtus venit in ciuitatem ſuam, ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Sed Marc. c. 2. & Luc. c. 5. Clarius ſcribunt hoc miraculum, quia Marcus dicit, quod à quatuor portabatur, & Lucas: *Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præturba, aſcenderunt ſupra tectum & nudauerunt illud, & per tegulas ſubmiſerunt illum cum lecto in medio ante Ieſum. Quorum fidem, vt vidit Ieſus, ait paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ſic ſanauit eum.*

K SPIRITVALITER autem hoc exponendo, eſt ſciendum, quod Chriſtus in prima mundi & cœli creatione, facto cœlo, imò verius creato, repleuit ipſum angelis, vt dicit Beda & Magiſter lib. 2. diſt. 2. c. 6. Sed modica interpoſita morula, poſt creationem aëris, aliqui facti ſunt mali, vt dicit Auguſtinus ſuper Geneſ. lib. 2. Nam ſuperbierunt contra Deum conſentientes Lucifero, qui ait Iſai. 14. *Aſcendam in cœlum*, id eſt, ad æqualitatem Dei *ſuper aſtra cœli*, id eſt cæteros angelos, *exaltabo ſolium meum, & ſimilis ero altiſſimo*, ſcilicet per æqualitatem potentiæ, vt exponit Magiſter lib. 2. diſt. 6. Quapropter Chriſtus eos eiecit de cœlo. Quia dicit Magiſter ibidem c. 2. quod tantæ ſuperbiæ meritò de cælo empyreo, in quo Lucifer cum ſuis fuerat, eiectus eſt in iſtum caliginoſum aërem cum omnibus ſuæ prauitatis conſortibus. Hæc Magiſter. Et nunc inter alios peccatores magis poſſident homines porcinos, id eſt, luxurioſos. Quia Iob. 40. dicitur de diabolo, quod *habitat in locis humentibus*, id eſt, luxurioſis.

Eiectis igitur de cœlo dæmonibus, ſecundum illud Pſalm. 72. *Deieciſti eos dum alleuarentur*: non ſtatim, ſed quinq; millibus & ducentis annis, minus vno tranſactis, aſcendit Ieſus in nauiculam: per hanc intellige caritatem quam tunc habuit ad genus humanum. Et rectè per nauiculam caritas deſignatur, quia ſicut in tempore anteriori & poſteriori nauicula eſt arcta, ſed in medio lata & ampla: ſic ante Chriſtum, & poſt Chriſtum, pauci inuenti ſunt, qui veram caritatem habuerunt. Sed Chriſtus veniens aſſumere carnem, qui eſt mediator Dei & hominum perfectam ad homines habuit caritatem. De qua dicit. Ioan. 15. *Maiorem caritatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* In hanc nauiculam CHRISTVS aſcendens, nauigauit de cœlo ſuper mare huius mundi. Quia dicit Auguſtinus, in libro de ſpiritu & anima. Per caritatem namque venit Chriſtus ad homines, & factus eſt homo & transfretauit in ciuitatem, id eſt in mundum, qui eſt, quique erat ſuus ratione creationis, propter quod Ioan. 1. habetur. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Et ecce offerebant ei paralyticum, per quem ſignantur peccatores. Quia peccatum aſſignatur paralyſi propter plura.

Caritas, nauiculæ comparatur.

Paralyticus deſignat peccatores.

PRIMO quantum ad ſubſtantiam. Quia paralyſis, ſecundum Auicennam, quandoque eſt in toto corpore, præter caput. Quandoq; eſt in vno latere tantum. Quandoque in

Digitized by Google

que in membro tantum. Sic inter peccatores illi sunt in toto paralytici, qui totum tempus vitæ suæ malè expendunt, exemptocapite, id est tempore innocentiæ, scilicet ætate puerili post baptismum. Sed quàm plures in vno latere sunt paralytici, qui licet aliquam partem vitæ expendunt in peccatis, tamen postea conuertuntur, & benè viuunt in residuo, vt Maria Magdalena, quæ adolescentioris vitæ tempora lubricis suppositit de cursibus, soluto pudicitiæ fræno, vt dicit Augustinus. Sed tamē residuum tempus in Dei seruitio expendit, siue peregit. Sunt enim duo tempora vitæ, quasi duo latera in homine. Nam dextrum est tempus iuuentutis. Sinistrum autem est tempus senectutis. In his autem qui malè viuunt in iuuentute, paralyticatur dextrum latus. Sed sinistrum qui malè viuunt in senectute. Sed quamuis, secundum medicos, in corpore periculosius est perdere dextrum quàm sinistrum. In tempore autem est econtrario: quia peius est malè viuere in senectute, quàm in iuuentute, ideo peius & incurabilius est in sene quàm in iuuene. Sed de talibus loquitur Ambrosius ad Valentinianum. Erubescat senectus, quæ se emendare potest: non enim canicies commendanda annorum, sed morum. *Et addit* Holkot lectione 49. Sunt enim quidam senes ita malè habituati in voluptatibus, quòd dolent, vt videtur, quòd nō sunt vt solebant ad voluptatem potentes, delectantur audire & fabulari de turpib⁹: delectantur imaginari de mulieribus. Et sicut non vescentes carnibus, delectantur tamen in brodio: Sic illi qui priuantur operatione, fruuntur peruersa imaginatione. Et ideo culpa senis tanto est damnabilior, quanto sit morti propinquior. Quia dicit Hugo de S. Victore, lib. 5. de claustro animæ. Inter abusiones huius seculi, sola est maior senis obstinatio, qui morti propinquus, mortis non abhorret aduentum, quæ quasi ad ostium huius posita foris spectat, neq; tamen attendit vitæ præsentis egressum neq; futurum considerat, audit mortis nuncios, & non vult credere. Tres autē sunt nuntij mortis. Casus infirmitas, senectus. *Casus* nuntiat mortem latentem. *Infirmitas* apparentem. *Senectus* præsentem. In vno verò membro paralytici sunt, qui aliquando peccant, & tamen cito redeunt Exempli gratia: Sicut Apostoli peccauerunt à Christo recedendo, quia *omnes relicto eo fugerunt*. Matthæi 26. sed cito tamen ad fidem redierunt. Sic & peccauit Petrus principaliter Christum ter negando, sed cito redijt lacrymando, quia *foras exijt & fleuit amare*. Matth. 26.

Non anni sed mores caniciem cōmendūt.

Mortis nuntii tres.

SECVNDO, peccatum assimilatur paralysi propter affectum; quia paralysis aliquando tollit sensum, cum facit membrum stupidum, & insensibile. Aliquando verò tollit motum. Aliquando vtrunq;. Sic peccatum aliquando tollit sensum, id est, vsum rationis, sicut in luxuriosis, in quibus ratio absorbetur voluptate carnis. Sicut patet de duobus senibus Dan. 3. qui *exarserunt in concupiscentiam Susannæ, auerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum*. Aliquando tollit motum videlicet boni operis, vt in acediosis. De quibus Exodi 15. *Fiant immobiles quasi lapis*. Aliquando tollit vtrunq; sicut in hæreticis, qui neque rectè sentiunt, neq; benè operantur. Et dicit auctor proprietatum, lib. 19. quod paralysis causatur tripliciter. Quandoque ex fragilitate constringente. Quandoque ex humore opilante. Aliquando ex calore consumente, & neruos sensibiles corrigente. His causis negatur transitus spiritus vitalis, ad instrumenta sensus & motus. Si verò nerui ex toto fuerint opilati, vel inusi, efficitur membrum immobile & insensibile. *Et subdit auctor ille*, quod paralysis illa habetur specialiter

Paralysis vnde causatur.

Cibi & po-

tus superfluitas generat paralysin.

liter ex superfluitate ciborum, & maxime potuum, ex quibus fit nimia humorum generatio & dissolutio, quibus nerui opilantur.

Auari paralytici.

Sic MORALITER. Auari sunt in anima paralytici ex frigiditate, eo quod non habent ignem charitatis Dei & proximi de quo Lucæ. 11. *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt ardeat.* Et tali frigiditate constricti, perdunt sensum motumq́; & non sentiunt pauperum tribulationem, nec ad illos mouentur per compassionem, vt patet de *diuite illo auaro, qui epulabatur quotidiè splendidè*, nec compatiebatur misero Lazaro, nec aliqua compassione mouebatur ad ipsum Lucæ. 16. Ideo de talibus auaris dicit Amos 6. *Bibentes vinum in phialis, optimo vngento delibuti, nihil compatiebantur super contritione Ioseph*, id est pauperis.

Luxuriosi paralysim patiuntur.

Luxuriosi autem paralysim patiuntur, ex nimio humore videlicet cibi & potus. De cibo dicitur Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, saturitas panis.* De potu dicit Apostolus ad Ephes. 5. *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Et Hieronymus. Venter mero æstuans, de facili spumat in libidinem. Isti luxuriosi perdunt sensum spiritualem, quia *animalis homo non cogitat quæ Dei sunt.* 1. ad Timoth. 11.

Superborũ paralysis.

Superbi verò patiuntur paralysim, quia ex calore consumente, quia calor superbiæ & elationis, consumit omnem humiditatem humiliationis & deuotionis, vt nec minis terreri, nec promissionibus allici possint, vt ad humilitatem moueantur; vt impleatur in illis illud Psalm. 73. *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.*

M

Deut. 3.

Isti igitur paralytici peccatores iacent in lecto. Hic lectus significatur per lectum Og regis Basan, qui erat ferreus, habuit nouem cubitos longitudinis. MORALITER, vt exponit Lyra, Og interpretatur aggregans, & significat quemlibet peccatorem, qui *congregat iniquitatem sibi*, Psalm. 40. Quia peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit, vt dicit Gregorius 30. moralium. Lectus eius sunt allicientia ad peccatum, & detinentia in ipsis sicut in lecto iacet prostratus.

Nouem cubitorum significatio.

Habet autem nouem cubitos longitudinis, & quatuor latitudinis. Exemplum de peccato carnis, &c. potest intelligi. *Primus* cubitus longitudinis est in escis. *Secundus* in poculis. *Tertius* in spectaculis. *Quartus* in cantilenis dissolutis. *Quintus* in suauitate aromatum. *Sextus* in multitudine donorum gratis datorum, vt pulchritudinis, &c. *Septimus* in mollicie lectorum. *Octauus* in applausu sociorum; & *Nonus* in turpi visu mulierum Sed latitudinis. *Primus* cubitus est delectatio *Secundus* consensus. *Tertius* operatio. *Quartus* consuetudo: & hæc inter omnia est mala. Sicut paralyticus de lecto difficulter surgit, sic peccator consuetus peccata difficulter dimittit. Quia dicit Philosophus 7. Ethicorum & 2. Rhetoricorum. Difficile est resistere consuetudini, quia assimilatur naturæ, quia alterat naturam, propter quod homines cum pro excessibus corriguntur, sæpius excusant se, dicentes. Consuetudo est ita vel ita viuere, vel hoc facere, ideo seruemus longam consuetudinem: Idcirco dicit Salomon Sap. 14. *Inueteſcente mala consuetudine, error vt lex custoditur.* Sed dicitur 33. q 1. c. Schisma. Quod consuetudo pessima & peruersa ex diuturnitate, non leuat crimen sed auget. Sed tamen NOTANDVM, quod tales paralytici peccatores licet iaceant in lecto, & sint multum obnoxij, non tamen debent desperare; sed à quatuor portatoribus debent ad Christum portari.

Quatuor cubitorum latitudo.

Cõsuetudo a tera natura.

Portatores quatuor.

N

PRIMVS est consideratio culpæ, vt homo recogitet q̃ grauiter Deum offendit in pec-

peccatis, vbi possit dicere cum Psalm. 50. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Et iterum. *Quoniam in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Ideo de seipso dicit Bernardus in meditationibus cap. 2. Secundum exteriorem hominem de parentibus illis venio, qui me fecerunt ante damnatum quàm natum. Peccatores peccatorem in peccato suo genuerunt, & de peccato nutrierunt, miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerunt. Nihil ex eis habeo, nisi miseriam & peccatum, & corruptibile hoc corpus quod gesto. *I.* Consideratio culpæ.

SECVNDVS portator est breuitas vitæ, vt homo consideret quod breuis est vita eius. Iuxta illud Iob. 14 *Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est.* De hoc Bernardus in libr. meditationum cap. 3. De terra, inquit, es, de terra viuis, & in terram reuerteris. Quando venerit vltima illa dies, quæ subito veniet & forte hodie erit. Certum est quod morieris, sed incertum est vbi, quando aut quomodo, quoniam mors vbique te exspectat. Tu quoque si sapiens furis, vbique eam exspectabis. *II.* Breuitas vitæ.

TERTIVS est timor pœnæ, qui peruersorum multorum corda concutit, vt vitam conuersionis accipiant. Matth. 10. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed potius timete eum, qui potest corpus & animam mittere in gehennam.* Debet ergo homo considerare pœnas inferni, & præcipuè temporum æternitatem, vt timeat & per timorem à malo recedat. Quia secundum Bernardum libro meditationum cap. 3. Ibi erit dolor intolerabilis, fœtor incomparabilis, timor horribilis, mors corporis & animæ, sine spe veniæ & misericordiæ. Sic tamen morientur, vt semper viuant, & viuent vt semper moriantur. *III.* Timor pœnæ.

QVARTVS est spes veniæ, vt prius considerata culpa, homo veniam speret. Iuxta illud Psal. 36. *Spera in eo & ipse faciet*, videlicet tecum misericordiam. Quia Christus dicit hic exhortando ad spem. *Confide fili*, quasi diceret. Habe spem firmam de salute, *remittuntur tibi peccata*, ergo non despera. Quia Iob. 14. *Lignum habet spem, si præcisum fuerit rursum virescit, & rami eius pullulant*; quasi diceret ad peccata lapsus non desperet, quia contritus in pœnitẽtia, virescere & pullulare potest in gratia. Ideo Bernardus miratur Dei misericordiam cum dicit. O quanta circa nos diuina dignatio misericordiæ, qui in sanctissimis, si districtè vellet agere erga nos, benè inueniret vt nos damnaret: peccantes conseruat, fugientes reuocat, dispersos congregat, pœnitentes liberat, mortuos viuificat, amentes increpat, torpentes excitat, lapsos erigit, ignorantes instruit, deuios reducit, redeuntes suscipit. Quisquis ergo diuinam clementiam considerat, de misericordia nullatenus desperare potest. Idcirco confide peccator, remittuntur tibi peccata tua. O *IV.* Spes veniæ.

ET NOTANTER dicit Dominus benignum & mite verbum. *Confide fili, remittuntur tibi peccata.* Quia dicit Magister libro proprietatum 19. quod in paralysi, primò & principaliter, mollificatiuis & relaxatiuis, tam interius quàm exterius, est insistendum: desiccatiuis & constrictiuis non curandum. Si enim primo desiccatiua apponerentur, liquidioribus partibus consumptis, reliquum magis inspissaretur, & sic compactiuis affectiuum dissolutionis inobedientius redderetur. Congruis ergo medicinis interius purgentur, & vnguentis conuenientibus exterius mollificentur, videlicet anxugiis & oleis. Et dicunt medici, quod oleum serpentinum, inter vnguenta paralysi conuenientia, tenet principatum. In paralysi quibus remediis vtendum.

Digitized by Google

In curatione peccati quoniam principaliter vtendum.

Sed MORALITER per hæc significatur, quod primò & principaliter in curâ peccati, quod assimilatur paralysi, vt supra patuit, vtendū est mollificatiuis verbis, vt videlicet peccatori cōsulatur, & misericordia Dei sibi proponatur, quæ significatur per oleum, ne desperet, & sic ad peccata reuertatur. Et dicitur Deuter. 23. cuilibet sacerdoti & confessori. *Non trades seruum domino suo, qui ad te confugerit.* Quod exponit Lyra; per seruum intelligitur peccator. Quia *qui facit peccatum, seruus est peccati*, Ioan. 8. Qui cum per pœnitentiam & spem veniæ confugerit ad sacerdotem vel confessorem, debet ita charitatiuè eum tractare, quod non det ei occasionem recidiuandi ad dominum, id est ad peccatum. Ideo vtendum est præcipuè cum peccatoribus verbis mollificatiuis. Et prius ei deficcans, vt videlicet si non necesse fuerit etiam per aspera verba correctionis deficcet & restringat in ipsius verba commissionis. Quia Lucæ 10. dicitur de Samaritano, quod *infudit vulnerato*, qui significat peccatorem, *oleum & vinum.*

Confugientes ad confessarium quomodo tractandi.

P MORALITER verò per nauiculam significatur pœnitentia, in quam debet quilibet peccator ascendere, vt possit in ciuitatem suam, scil. cœlestem Hierusalem transfretare. Ista nauis pœnitentiæ, debet ex quatuor asseribus fabricari mysticis, aut tabulis. *Primus* asser præcogitationis sollicitudo. *Secundus*, confessionis plenitudo. *Tertius*, compunctionis amaritudo: & *Quartus* satisfactionis fortitudo.

Quatuor asseres nauis pœnitentiæ.

PRIMVS ergo debet esse *præcogitationis sollicitudo.* Quis enim præpositus, vel villicus, qui bona alicuius domini expendisset per mensem, præsumeret computationem facere sine præmeditatione sollicita? Peccator enim multa bona recipit dispensanda. Bona gratiæ, bona naturæ, bona fortunæ, & omnia ista malè consumpsit pro maiori parte: quomodo ergo ex improuiso audeat ad computum se ingerere? Quod tamen multi faciunt qui præsumunt in dimidia hora confessionem facere pro qua vix sufficeret septimana: non interrogant, non examinant seipsos ideo rarò vel nunquam possunt pœnitere, propter quod dicit Dominus Ierem. 8. *Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens quod fecit.* Cuius oppositum fecit Psal. 31. *Dixi*, id est, prius deliberaui apud me, *confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino.* Multi enim confitentur peccata sua, scil. aduersus Deum. Cum enim inueniuntur in peccatis dicunt, Deus voluit: Alij dicunt. Fatum mihi fecit: stellæ mihi fecerunt; & ita per circuitum nituntur venire ad accusandum Deum, fatum & stellas. Stellas enim ipse fecit & ordinauit, & ita per eas volunt ostendere, quod Deus ordinauit vel fecit vt peccarent. Sed verè pœnitens dicit. *Ego peccaui*, non fatum, nec diabolus me coëgit, sed ego persuadenti consensi, Hęc glossa, super illud Psalmi. *Ego dixi confitebor aduersum me*, verbi gratia, pœnitentes verè præcogitant & deliberant, quomodo possunt seipsos accusare. Sed falsè pœnitentes, deliberant quomodo possunt Deum accusare, & seipsos excusare.

Bona dispēsanda peccatori tradita.

Diligentia in confessione facienda requisita.

Veri pœnitentis vox, quæ?

Q SECVNDVS asser huius nauis mysticæ, est *compunctionis amaritudo*, quā habuit Iob. 10. *Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, noli me condemnare.* Mulier enim benè concipit filium sine dolore, sed nunquam fuit mulier sine dolore pariens, nisi vna virgo Maria, miraculosè. Anima quæ peccat, concipit fœtum à diabolo, & sine dolore sui, quia in delectatione peccatum concipitur. Parit autem quando confitetur, & prodit in lucem peccatum sacerdoti, & non potest esse sine dolore & contritione pœnitentiæ; quia Ioan. 16. *Mulier cum parit, tristitiam habet.* Sed sicut mulier

dum

dum parit, dolet amariſſimè, ſed cum peperit, gaudet, & ſe ſentit alleuiatam. Ita perſona grauida peccato, ante confeſſionem, & tempore confeſſionis, triſtis eſt & amara, ſed confeſſione finita, videtur quaſi lætificata liberata: vnde omnis homo poſt confeſſionem ſentit ſe alleuiatum, à pondere peccati præexiſtente. Ideo dicitur Iudith. 8. *Quia patiens eſt Dominus, pœniteamus & eius indulgentiam fuſis lacrymis poſtulemus.* Et ſicut nulla mulier, quantumcunq; nobilis & delicata ſit, poteſt euadere quin indigeat aliqua obſtetrice, & quin oſtendat ſe alicui obſtetrici, ſiue velit, ſiue nolit, ita nulla perſona eſt adeo ingrauidata peccato, quin alio homine indigeat pro confeſſione. Iuxta illud Iacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* Et qui iſtum dolorem vel amaritudinem nunc recuſant, multo maiorem experientur laborem, quando pro ſuo peccato coram toto mundo oſtendent pœnitentiam, ſed non fructuoſam. Sapient. 5. *Dicent intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ angustia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum.*

Confeſſio rite peracta gaudium adfert.

Quænam pœnitentia infructuoſa.

TERTIVS aſſer illius nauis, eſt pœnitentialis *confeſſionis plenitudo*, vt non ſit compilata non abbreuiata, colorata, nec excuſata, nec diminuta, ſed plana, & plena; debet eſſe ſufficiens & totalis. Nam ſecundum medicos, ſudor vniuerſalis in infirmo, eſt ſignum ſanitatis; ſed quando membrum ſudat, & aliud ſiccum manet, ſignum eſt infirmitatis, & non conualeſcentiæ. Eodem modo confeſſio ſi eſt plena, ſignificat ſanitatem, ſi diminuta, ſignum eſt infirmitatis. Sicut aliqui confitentur de gula, & non de luxuria, rapina & ira. Vnicuiq; tali dicit Dominus Apocal. 3. *Non inuenio opera tua plena*, id eſt, perfecta, ſed defectiua *coram Deo meo. In mente ergo habe qualiter acceperis*, ſcilicet doctrinam *& audieris, & ſerua, & pœnitentiam age.*

R

Qualis debeat eſſe confeſſio.

Vincentius in ſpec. hiſtor. narrat de quodam piſce marino, qui centipes dicitur, à multitudine pedum. Iſte piſcis, dum hamum piſcatoris ſenſerit ſuis viſceribus inhærere, timore mortis viſcera ſua quadã induſtria naturali effundit, & hamũ euoluit, & iterum viſcera reſumit, & ſic mortẽ euadit. Hamus diaboli eſt peccatum, inter delectationem & eſcam ſubtiliter inuolutũ. Homo per delectationem hamo capitur, & per peccatum complectitur. Iuxta illud Eccl. 9. *Sicut piſces capiuntur hamo, & aues capiuntur laqueo, ſic apprehenduntur peccatores tempore malo.* Hamus iſte viſcera torquet, quando peccatum conſcientia mordet; ergo ſummum remedium eſt, tunc hamum cum viſceribus, id eſt, circumſtantiis, per confeſſionem effundere coram Deo, iuxta Doctrinam Pſal. 61. *Effundite coram illo corda veſtra*, & poſtea ipſum cor lotum & ablutum reſumamus, per ſacramentum pœnitentia & ſic recuperabimus ſalutem. Quia dicit Apoſtolus ad Rom. 12. quod omnis *confeſſio ſit ad ſalutem.* Et 2. Cor. 7. *Quæ enim ſecundum Deum eſt, triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.*

Hamus diaboli peccatum.

QVARTVS aſſer ad perficiendum nauem pœnitentiæ, eſt *ſatisfactionis fortitudo*, vt homo non fingat ſe debilem, vel infirmum, ad faciendam ſatisfactionem pro peccatis ſuis, ſicut narrat Ambroſius in Hexameron, de opere ſextæ diei, quod elephas eſt tantæ fortitudinis, quod ſufficit turrim ligneam cum armatis portare. Tantæ audaciæ, quod nullo clypeorum retardatur, nec aliqua militum conſtipatione terretur, mirabiliter tamen timet murem.

Satisfactio debet eſſe fortis ad portandum onera pœnitentiæ.

Sic MORALITER eſt de multis, qui ad operandum pro lucro, vel gloria temporali, inueniuntur fortiſſimi, ieiunant, tranſeunt mala, fatigantur & ſuſtentantur: ſed ad faciendam vnam pœnitentiam modicam pro peccatis ſuis, timent. Iuxta illud

Pſalm.

Digitized by Google

Psalm. 13. *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Illis omnibus suadet Euangelista Lucæ 3. *Facite*, inquit, *dignos fructus pœnitentiæ.* Exemplo Mariæ Magdalenæ, de qua dicit Gregorius in Homilia 33. Quot habuit in se oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit numerum virtutum ad numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex se contempserit Deum in culpa. Sicq; in hac naue transfretauit in ciuitatem suam, quæ *non eget sole, nec luna, vt luceant in ea, sed claritas Dei illuminat eam.* Apoc. 21. In hoc quod dedit nobis exemplum, vt nauem pœnitentiæ ex his quatuor fabricatam asseribus ascendamus, in ciuitatem cœlestem transfretamus.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Confide fili mi, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9.

Tria subducunt solem. Terra.

DICVNT naturales, & videmus interdum per experientiam quod solem & suum radium tria à nobis subtrahunt, videlicet terra, nubes, & luna. De *Primo* videmus, quod cum terra interponitur inter aspectum nostrum & solem, sicut contigit de nocte, tunc non videmus solem, nec eius radios, sed manemus omninò in tenebris infra vmbram terræ. De

Nubes. Luna.

Secundo dicit Dominus Ezech. 31. solem nube tegam. De *Tertio* dicit auctor sphæræ materialis. Cum luna fuerit in caudi vel capite draconis, vel prope vel infra metas in coniunctione cum sole, tunc corpus lunare interponitur inter aspectum nostrum & corpus solare. Vnde obumbrabit solis claritatem, & ita sol patitur eclypsin, non quia deficiat à lumine, sed quia deficit nobis propter interpositionem lunæ, inter aspectum nostrum & corpus solare.

SPIRITVALITER. Per solem intellige Christum, quia sicut sol radio intromisso in domum, quantumcunque prius videatur pura, ostendit eam habere pulueres, qui tamen non videntur, nisi in radio, vtpote in atomis, ita Christus declarat domum conscientiæ in quocunque homine, quantumcunq; videatur honesta, habere copiam magnam venalium saltem peccatorum, quia quantò magis aliquis gratiæ diuinæ radium recipit; tantò magis frequentius se de erroribus propriis reprehendit. Sed istum verum solem iustitiæ tria ab aliquibus subtrahunt. *Primum* est, terra mundialis cupiditatis, quia aliquorum sollicitudo & affectio ad terram dirigitur, & *occidit eis sol in meridie.* Amos 8. *Secundum* est, nubes temporalis vanitatis, quia aliqui propter dignitates & honores & huiusmodi, quæ sunt quasi nubes ignitæ, quæ ponuntur inter oculos superborum, & ambitiosorũ, & Christum verum solem, ipsum videre non possunt, sed in morte eum satis clarè videbunt, non ad gaudium, sed ad timorem & iudicium. Iuxta illud 2. Machab. 1. *Spiritus affuit quo sol refulsit, qui prius erat sub nube. Tertium* est; luna carnalis voluptatis: nam aliqui ita æstuant igne carnalis voluptatis, quod non possunt videre solem iucunditatis. Iuxta illud Psalm. 57. *Supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Et hoc ad præsens patuit de superbis Iudæorum Pharisæis, qui fuerunt cupidi, ambitiosi, & voluptuosi, non poterant videre verum

Tria nobis Christum solem subtrahunt. Cupiditas. Vanitas. Voluptas.

Digitized by Google

rum ſolem Chriſtum, nec radium ſuorum clarorum miraculorum & beneficiorum. Nam cum hic diceret ad Paralyticum. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, quidam de ſuperbis dixerunt intra ſe. *Ecce blaſphemat.* Et impoſuerunt Chriſto vero ſoli blaſphemiam, ſicq; obſcuratus in cordibus eorum, in quibus mala de ipſa cogitabant: nec tamen deficit à lumine intelligentiæ, quo ad alios, qui cura indigebant. Quia dixit ad iſtum paralyticum. *Surge, tolle lectum tuum, & ambula in domum tuam*, vt narrat Euangelium. In quo vſq; ad finem principaliter tria tanguntur. *Primò*, Chriſti ſana conſolatio, ibi; *Confide fili. Secundò*, reprehenſis ſcribis facta interrogatio, ibi; *Vt quid cogitatis mala. Tertiò*, populi ſubſecuta laudatio, ibi; *Videntes.*

Quantum ad PRIMVM tangitur medici Chriſti ſana conſolatio, vt dicit Holkot ſuper librum Sapient. lect. 36. tribus generibus hominum eſt neceſſaria, videlicet Dimicantibus, Nauigantibus, & Ægrotantibus. Hæ enim tres conditiones nobis conueniunt, ſi vitam & ſtatum noſtrum penſemus. Sumus enim dimicantes contra tres hoſtes, videlicet carnem, mundum, & diabolum, continuè prælia præliantes, quia tales tres hoſtes pugnant contra nos duplici manu, vt ſupra Sermone XXI. B. ſi placet, poteſt & hic allegari, propter quod dixit Dauid in Pſalmo 55. *Multi bellantes aduerſum me.* Et 1. Machab. 4. *Non concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra nos eſt.* Et quia pugnans in bello ſumit ſecum ſcutum, ſic & nos ſumere debemus fidem, quæ eſt ſcutum noſtrum. Epheſ. 6. *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.*

T
Conſolatio quibus hominibus neceſſaria.

In hoc ſcuto fidei, depictam debemus habere virginem beatam cum filio. Quia legitur in hiſtoriis Britonum de Arturo rege, quod in interiori parte ſcuti imaginem Virginis beatæ habuit, quam in bello fatigatus aſpexit ipſe, & vires recuperauit. Iſto modo ſi nos in bellis vitæ præſentis triumphare velimus, infra ſcutum fidei noſtræ, imaginem virginis deportemus: hanc reſpiciamus, in ea confidamus: quia ab ea virtutes & vires recipiemus. Ad quod hortatur Ambroſius de ſancta Virginitate, ſic inquiens. Tanquam imago depicta vita Mariæ, ex qua velut ex ſpeculo refulget ſpes caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria ſunt impreſſæ probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendit.

Vſus imaginis B. Virginis in ſcutis.

Narrat Marbodus de naturis lapidum cap. 25. quod eſt vna gemma, quæ vocatur Antithes, habens infra ſe naturaliter, more prægnantis, aliam gemmam. Iſtam gemmam natura ſuggerente auis quædam cognoſcit, & eam in ſuo nido quando pullos ſuos habuerit, collocat inter pullos, & quamdiu in nido ſuo fuerit, nihil infortunij accidere pullis poſſit.

Aliàs Ethites.

SPIRITVALITER. Gemma iſta ſignificat Mariam, quæ lapidem angularem Chriſtum in ſe, operante Spiritu ſancto, concepit & portauit. Pater verò cœleſtis, nos tanquam pullos ſuos, in nido militantis Eccleſiæ modo fouet. Sed ne per inimicos noſtros aliquod nobis nocumentum extrinſecus inferatur, gemmam iſtam Mariam in medio noſtrum poſuit, quod ſi eam deuotè deferentes dilexerimus, ab hoſtibus nos defendet. Et ideo nos in armis noſtrarum virtutum non confidamus, ſed in iſtius virginis benedictæ meritis, in *qua eſt omnis ſpes vitæ, & virtutis.* Eccleſ. 24. De qua exponi poteſt illud Eccleſ. 4. Eos qui *diligunt illam, diligit Deus.* Et, *Qui audit illam, iudicabit gentes, & qui intuebitur eam, permanebit confitens.*

Maria, gemma preciosa.

Meritis B. Virginis ab hoſtibus defendimur.

Digitized by Google

SECVNDO indigemus confidentia, quia sumus nauigantes in periculo maris huius mundi. Nautæ enim si viderint imminere periculum, aut naufragium, adhuc confidentiam de salute sua habent, cum possint intingere lignum aliquod, vel tabulam, aut si viderint maris stellam.

V De primo dicit Sap. 14. *Exiguo ligno credunt*, id est, confidunt *homines in animas suas*, id est, vitam suam temporalem, & transeuntes mare per ratem, id est, per nauem liberati sunt.

Quare Christus lignum modicum dicatur.

SPIRITVALITER. Christus dicitur exiguum id est, modicum lignum. Modicum quidem propter humilitatem. Lignum propter fructus fertilitatem. De eius modicitate dicit Apostolus ad Heb. 2. Eum autem, qui *modico quàm angeli minoratus est*, videlicet Iesum Christum, qui minoratus est plus quàm angeli in passione, secundum glossam, videmus per passionē mortis, gloria, & honore coronatum. Sed de huius ligni fertilitate dicit Ps. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Istud lignum cui confidere debemus animas nostras, fuit plantatum in terra benedicta, in incarnatione, id est in virgine gloriosa Maria, de qua Psal 84. *Benedixisti Domine terram tuam.* Illa terra est bona, quæ benè culta est, & reddit fructum tricesimum, sexagesimum, siue centesimum. Sed ista est multo melior, & benedicta, quæ sine labore vel cultura producit optimum fructum, & infinitæ bonitatis. Talis fuit B. virgo Maria, quæ sine naturæ subsidio, genuit Christum, ideo benè dicitur. *Benedixisti Domine terram tuam.* Et sicut lignum plantatum in terra solidat terram ex omni parte per radices suas, & constringit ne defluat. Ita Christus plantatus in virgine Maria matre sua, eam solidauit virtutibus & gratiis, & sic constrinxit quod nunquam dissolui potuit per peccatum.

Lignū germinauit in operatione miraculorum.

Illud lignum, Christus videlicet, PRIMÒ germinauit in miraculorum operatione. Quando enim lignum incipit germinare, virtus quæ latuit iuxta lignum, se ostendit. Eodem modo virtus, quæ erat in Christo, latuerat vsq; ad tempus suæ prædicationis, tunc se ostendit euidenter in miraculorum operatione quia dicitur Luc. 4. *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Ideo dixit Dominus Ezech. 3. *Multiplicabo germen & fructum.*

Fronduit in bonis operibus.

SECVNDÒ, istud lignum fronduit in bona operatione, orando, ieiunando, iterando, quia Ioan. 4. *Iesus fatigatus ex itinere, sedebat supra fontem.*

Floruit fama diuulgatione.

TERTIÒ, floruit per famæ diuulgationem. Cantic. 1. *Vinea mea floruit.* Odor floris vineæ dicitur serpentes fugare, ideo bona fama Christi fecit Iudæos scandalizari.

Produxit folia prædicatione.

QVARTÒ, folia produxit per doctrinæ salubris prædicationem. Verba enim, sunt sicut folia. Nam folia sunt sonora, & habent figurant linguæ. Apoc. vlt. *Folia ligni ad sanitatem gentium.*

X Remissio peccatorum.

QVINTÒ, produxit fructum in peccatorum absolutione, aut remissione, sicut hic. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et infra. *Filius hominis potestatem habet dimittendi peccata in terra.*

Putatur in passione.

SEXTÒ, istud lignum fuit putatum in passione, vt fructum plus afferat. Cant. 2. *Tempus putationis aduenit.*

Sustentat in passione.

SEPTIMÒ, isto ligno fuit appodiamentum appositum. Iuxta illud Actor. 10. *Quem occiderunt suspendentes in ligno*, quando Christus peccata nostra portauit in corpore suo, super lignum crucis.

OCTA-

Digitized by Google

OCTAVÒ, illud lignum aruit in morte. Ideo dicitur Eccl. 6. *Relinquaris velut lignum aridum in eremo*, & in Psal. 21. *Aruit tanquam testa virtus mea.* Aruit in morte.

NONÒ illud lignum refloruit in resurrectione, quia de ipso prædixit Iob. 14. *Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum vireſcit, & rami eius pullulant.* Ideo ipsemet in Psalm. 27. *Refloruit caro mea.* Refloruit in resurrectione.

DECIMÒ, vsq; ad cœlum creuit videlicet in sua ascensione. Iuxta illud Psal. 8. *Eleuata est magnificentia tua super cœlos.* Et Ezech. 31. *Eleuata est altitudo super omnia ligna regionis.* Creuit in ascensione.

VNDECIMÒ & vltimò iterum sanctificauit in Spiritus sancti missione. Iuxta illud Apoc. 22. *Ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ*, id est, Christus, quia secundum diuinitatem est vbique, *Afferens fructus duodecim per menses singulos*, id est, æternaliter *reddens fructum suum, & folia*, id est, verba *ligni ad sanitatem gentium.* Sanctificatur in missione Spiritus sancti.

Ecce peccator homo, tale lignum est Christus, cui securè potes confidere animam tuam, quia lignum vitæ est his, qui apprehendunt eam, videlicet veram sapientiam Christum. *Beatus*, videlicet *est, velerit, hic in spe & ibi in re.* Prouerb. 3.

DE SECVNDO, videlicet de stella maris sic est, quia si viderint eam nautæ, sciunt dirigere iter suum. Sed quando sic est, quod nec solem, nec lunam, aut stellas, videre possunt, de salute desperant. Iuxtà illud Actor. 17. quod dicit Lucas. *Neque sole, neque sideribus apparentibus*, iam ablata est spes omnis salutis nostræ. Stella maris, nautarũ directio.

MORALITER. Si vitam nostram dirigere velimus ad portum salutis æternæ, stellam maris, id est, Mariam post Christum attendamus continuè oculo confidentiæ & spei nostræ. Vnde Bernardus super Missus est, Homilia 2. prope finem dicit. Maria est præclara eximiaque stella, super hoc mare magnum & spacioſum necessariò subleuata, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in huius seculi profluuio, magis inter procellas & tempestates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgunt venti tentationum, si incurris scopulos tribulationum, respice stellam, innoca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractationis, si æmulationis, respice stellam, innoca Mariam. Si iracundia, si auaritia, aut carnis illecebra, nauiculam concusserit mentis, respice stellam, innoca Mariam. Hæc Bernardus. Porrigamus ergo ei preces nostras, cum fiducia dicentes illud Isaiæ 47. *Audi hoc delicata, quæ ambulas confidenter.* Et licet virgo Maria hæc oret continuè, non tamen continuè pericula maris euadimus. Nam Christus, quarta vigilia noctis laborantibus discipulis, venit & dixit, Marci 6. *Confidite, ego sum, nolite timere, & ascendit ad illos in nauem, & cessauit ventus.* MARIA stella maris.

TERTIA confidentia nobis necessaria est, quando sumus ægrotantes. Multum enim confert laboranti aliqua infirmitate confidere, & sperare in medico suo, & diligere medicum, & sperare salutem suam. Quod autem spes & confidentia de salute futura, sit infirmo necessaria, patet per hæc metra. Infirmo prodest confidentia erga medicum.

Speret qui metuit, morituros viuere vidi.
Spe duce victuros, spe moriente mori.

Quod verò amor, confidentia & spes multum conferant ægroto patet per quandam narrationem quam ponit Seneca libr. 4. narrationum siue declarationum, ca. 5. vbi ponitur talis casus. Quidam filium suum abdicauit, qui abdicatus studuit medi-

cinæ, contigit patrem grauiter infirmari, redit filius iam factus medicus, & curauit patrem. Facta cura, reconciliatur patri. Accidit postea quod vxor patris, & nouerca filij, infirmitate consimili laboraret, qua laborauit ante pater suus. Iubetur filius à patre curare nouercam, filius se excusat, abdicatur secundo. Pater ergo accusauit filium de eo, quod noluit cum sciret & posset curare nouercam. Quod autem sciuit & potuit, hoc probatur, quia patrem curauerat de morbo consimili. Filius respondit quod nescit an eam possit curare, vel non, licet infirmitate consimili laboraret. Nam alterius spei confidentiæque & amoris est pater ad filium, quàm nouerca. Confidentia enim & spes patris de filio fuit fortassis magna causa curæ. Vnde subdit; Nihil magis prodest ægris, quàm ab eo curari, à quo volunt.

MORALITER, ex quo sumus ex peccatis infirmi, quia nullus potest dicere, *Mundum est cor meum purus sum à peccato.* Prouerb. 2. Ideo summè necessaria est nobis confidentia & spes, tam de habenda sanitate, quàm de medici Christi bonitate, quia quantumcunq; sit infirmitas illa spiritualis magna, de facili curabimur si confidamus & speremus.

Y In cuius figura Christus paralytico hic signanter dixit. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, id est, per me tanquam per verum Deum, quia solus Deus habet potestatem in terra dimittere peccata, & hic dicitur in Euangelio, & August. in lib. contra Iulianum confirmat. Nemo, inquit, tollit peccatum nisi solus Deus. Et beatus Ambrosius. Ille enim solus dimittit peccata, qui solus pro peccatis mortuus est, & non solum tollit peccatum, sed etiam solus dimittit debitum æternæ mortis, vt deducit beatus Augustinus super illo verbo Psal. 31. *Quorum tecta sunt peccata*, id est, abolita & cooperta.

Ex quibus verbis Doctorum concluditur, quod minister Ecclesiæ, cuiuscunque sit status, vel dignitatis, vel conditionis, propriè loquendo, nec peccata remittit, nec pœnam. Sed dices. Quid ergo faciunt ministri Ecclesiæ, quibus commisit Deus potestatem absoluendi à peccatis? Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt.* Ad hoc *dicunt Doctores*, quod licet sacerdotes absoluant à peccatis, tamen multo aliter quàm Deus. Nam sacerdotes sic absoluunt, quod solum iudicant & ostendunt in facie Ecclesiæ homines absolutos, & eis à Deo peccata remissa. Concordat Magister sentent. libr. 4. distinct. 18. cap. 6. Et talem potestatem Christus contulit discipulis, & eorum successoribus, videlicet Papæ & Episcopis, & communiter omnibus sacerdotibus absoluendi à peccatis, & ideo quando verè iudicant homines solutos à peccatis, omnes sancti in gloria eorum absolutionem approbant & confirmant. Vnde Augustinus in libro de pœnitentia exponens illud Matth. 16. *Quodcunq; solueritis super terram, &c.* Dicit, hoc est: Ego Deus, & omnis cœlestis militiæ ordines, & omnes sancti in gloria mea, laudant vobiscum, & confirmant quod ligatis & soluitis.

Aliter absoluunt Sacerdotes quàm Deus.

Ideo refert Cæsarius in dialogis, lib. 2. cap. 11. Quia quædam mulier concepit à proprio filio, & peperit filiũ quæ contrita super hoc peccato & confessa, remissa est ad Papam, quæ cum veniſſet ad Innocentium III. sine omni pudore cum paruulo, confitebatur publicè peccata, magna cum contritione dicit. Peccaui cum proprio filio, de quo concepi hunc filium. Volens eam Papa probare, ait. Reuertere cras in tali habitu, in quo intrasti ad filium tuum, quando peccasti cum eo. At illa venit in camisia,

camisia, iterum clamans pro venia. Papa considerans cordis eius amaritudinem, dixit: Vade, remissa sunt tibi peccata tua. Audiens autem hoc vnus Cardinalium, contra Papam murmurauit, quòd tam grande peccatum tam faciliter dimitteret. Tunc ait Papa. Si malè egi, possideat me diabolus & torqueat. Si autem benè, possideat te & torqueat. Statim diabolus possedit Cardinalem, & grauiter vexauit, quousque Papa pro eius liberatione orauit.

Ecce quod Deus, & omnis eius curia remissionem eius approbauit. Ideo confide, O peccator, remittuntur tibi peccata tua. Propter defectum enim confidentiæ Cain & Iudas incurabiles exstiterunt, & de misericordia Dei desperauerunt. De Cain habetur Gen. 4. vbi ait. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* De Iuda dicitur Matth. 27. *Qui abijt, & laqueo se suspendit.* Et allegatur de pœnitentia dist. 3 Inter. & c. In salicibus. Ideo dicit Augustinus 23. q. 5. c. Si non habet. Iudas plus peccauit desperando, quam Christum tradendo. Ideo debet confidere peccator, & nullo modo desperare, quia desperatio valde displicet Deo, quia est maximum peccatum. Quia dicit Isidorus de summo bono. Desperatio est peior omni peccato. Et Augustinus super Ioannem: Solum desperationis crimen est, quòd mederi non potest. Propter quod dicit Bernardus: O res confusa: O res monstruosa, peccatorum desperantium de Dei misericordia, cum omnia peccata originalia, venialia & mortalia ab origine mundi commissa, diuinæ misericordiæ comparata, sint quasi vna gutta aquæ contra pelagus maris totius. Hæc ille. Confide ergo peccator, confide in Deo, & spera corrigendo peccata, quia secundum Bernardum nulla est culpa, quæ non habet veniam.

Z

Cain & Iudas incurabiles exstiterunt.

Desperatio peccatum grauissimũ.

Sed dicet quis. Videtur quod aliqua sunt peccata quæ non remittuntur. Quia dicit Dominus Matth. 12. & Mar. 2. & Luc. 12. *Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Quæ ergo sunt illa peccata, dicit Magister sententiarum lib. 2. dist. 43. cap. 1. Quidam dicunt illud peccatum esse desperationis vel obstinationis. *Obstinatio* est indurata in malitia mentis pertinacia, per q̃ fit anima impœnitens. *Desperatio* est qua quis penitus diffidit de Dei bonitate, æstimans suam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinem excedere, sicut Cain, qui dixit. *Maior est iniquitas mea*, &c. Vtrumq; dicitur in Spiritum sanctum. Quia spiritus est amor Patris & Filij, & benignitas qua se inuicem in nos diligunt, quæ est tanta cuius non est finis.

Obstinatio & desperatio, quid?

Sed quærit Magister c. 2. eiusdem distinctionis. Vtrum omnis obstinatio mentis in malitia obduratæ, omnisq; obduratio sit peccatum in Spiritum sanctum? Et *Respondet* ponendo duas vias. Quidam, inquit, dicunt, omnem desperationem & obstinationem peccatum esse in Spiritum sanctum; quòd si aliquando hoc peccatum remittitur, quia multi etiam obstinatissimi & desperatissimi, conuertuntur, vt ait Augustinus super illud Ps. 67. *Conuertam in profundum maris*, id est, eos qui erant desperatissimi. Et Psal. 147. *Mittit Crystallum suum sicut buccellas*, id est, obstinatos facit aliorum doctores. Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, non quia aliquando non remittitur, sed quia vix aut rarò, & difficulter dimittatur. Non enim soluitur Crystallus nisi vehementis spiritus impetu.

Alij verò tradunt, non quamlibet obstinationem vel desperationem, appellari peccatum in Spiritum sanctum, sed illam tantum quam comitatur impœnitentia.

Sola impœnitentia nō meretur veniam.

Et secundum istos peccatum dicitur irremissibile eo quod nunquam dimittatur; qđ secundum Augustinum hoc solum peccatum, scilicet impœnitentia, veniam mereri non potest. Sed tamen idem Augustinus de verbis Domini, de impœnitentia, quę est blasphemia in Spiritum sanctum, sic ait. Ista impœnitentia, vel corimpœnitens, quamdiu quisq; in hac carne viuit, non potest iudicari. De nullo enim desperandum est, quamdiu patientia Dei adducit ad pœnitentiam. Paganus est hodie; Iudæus, infidelis est hodie; hæreticus est hodie; schismaticus est hodie? quid si cras amplectatur Catholicam pacem, & sequatur Catholicam veritatem? Quid si istiquos in quocunq; genere erroris notas, & tanquam desperatissimos damnas, antequam finiant vitam istam, agant veram pœnitentiam & inueniant veram vitam in futuro? Nolite ergo ante tempus iudicare quenquam. Hæc Augustinus. Quia, vbi suprà cap. 3. non potest sciri de aliquo, vtrum peccauerit ad mortem, vel in Spiritum sanctum, nisi cum ab hac vita discesserit, vel nisi alicui per Spiritum sanctum mirabiliter reuelatum fuerit.

DOMINICA XX. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Nolite inebriari vino in quo est luxuria. ad Ephes. 5.

A locodo.

SECundum naturales Orex est piscis habitans in mari, & est adeo magnus quod vix possunt eum portare decem equi, ideo piscatores quando capiunt eum, dant ei bibere vinum, quod multum diligit, de quo tantum bibit, quod inebriatur, & sic faciliter à paucis deportatur.

SPIRITVALITER. Per mare mundus præsens intelligitur. De quo Iob. 3. *Qui graditur super fluctus maris.* Ille super fluctus maris ambulat, qui semitas mundi superat, atq; calcat. In hoc natant homines tanquam pisces, sed ab eo extrahuntur per Euangelicas prædicationes. Iuxta illud Matth. 13. *Simile est regnum cœlorum sagenæ*, id est, doctrinæ Euangelicæ, *missæ in mare*, id mundum, *& ex omni genere piscium congreganti*, id est, tam bonorum quàm malorum, pauperum & diuitum hominum: inter quos sunt quidam magni in virtutibus, quòd à dæmonibus capi nō possunt, nec ad vitia deportari. Ideirco infernales piscatores, videlicet dæmones procurant interdum, vt tales inebrientur, & sic capiantur in peccatis sicut factum est de Loth: Genes. 19. *qui procurante diabolo inebriatus est*, & incestum cum filiabus perpetrauit. Ideò dicit Hieronymus: Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt? quia venter mero æstuans, de facili spumat in libidinem. Nam diabolus vtitur hac cautela ad capiendum homines, qua vsi sunt contra Africos Carthaginenses.

Historia.

Refert enim Iulius Frontinus de duce quodam Carthaginensi, qui habuit bellum contra Africos, qui Carthaginensibus rebellabant. Fuerunt autem Africi nimis amdi vini, quod intelligens dux, vsus est tali cautela. Accepit enim multa dolia, & miscuit vinum cum succo mandragore, quæ est herba somnifera secundum Aristotelem in lib. de somno & vigilia. Facit enim homines ita dormire quod fiunt insensibiles. Dormia igi-

Hâ igitur sic infecta misit intentorijs relinquens Africi autem gaudentes tentoria invadunt & inuenientes victualia cum vino in abundantia, comederunt, & biberunt de vino infect. Et statim omnes sic oppressi sunt, vt nullo modo se iuuare possent. Hoc explorans dux redijt & eos cœpit, & trucidauit.

SPIRITVALITER. Carthago interpretatur suscitatio, & significat dæmonem, qui suscitat aduersus nos varia prælia. Inde Carthaginenses, alij dæmones qui pugnant contra Africos id est, Christianos qui rebellant. Sed diaboli interdum capisit eos per vinum, in quo mixta est luxuria quòd in peccatis dormiant, ne violentiam eorum sentiant, vt sic quilibet captus posset dicere Prou. 23. *Vulnerauerunt me, & non doluí, traxerunt me, & non sensi.* De hac captione loquitur S. Ephrem. Plerique per vinum à dæmonibus capti sunt nec est aliud ebrietas quàm infestissimus dæmon. Fuge vinum quasi venenum, ne ebrietas superet te, & exspolieris cunctis virtutibus & nudum te efficiat. Propter quod & Apostolus hortatur nos in verbis allegatis. *Nolite*, inquit *inebriari vino.* In quibus principaliter duo facit. *Primo* inhibet ebrietatem, ibi; *Nolite inebriari. Secundo* ostendit vini causalitatem, ibi; *Vino in quo est luxuria.* PRIMO inhibet ebrietatem cum dicit. *Nolite inebriari.* Ebrietas est infestissimus dæmó.

VBI NOTA, ebrietas est merito vitanda, quia mater est omnium vitiorum. Hæc est *n.* vt dicit Robertus Holkot super lib. Sapient. lect 121. denudatrix secretorum infamatrix sensatorum. alligatrix robustorum, & imperatrix flagitiorum. *Primo* enim ebrietas est secretorum denudatrix. Prou. 31. *Nullum secretum est, vbi regnat ebrietas*, quod probat Seneca ad Lucillum Epist. 83. Quemadmodum dolia musto plena rumpuntur, & omne q̃ in imo iacet, in summam partem vis caloris eiectat. Sic vino exæstuante, quicquid in imo iacet abditũ, effertur, & prodit in mediũ. Et hæc est vna causa quare speciáliter vinum regibus prohibetur, quorum est censere consilia. Nihil enim est tam periculosum Reipublicæ, sicut ebrietas in rege. A tali namq; principe aut rege, punitiones indebitæ, præcipites, irrogantur. Consultationes acceptæ, in iniuriam aliorum incautè reuelantur. Ordinationes concessæ & vtiles Reipublicæ retrahuntur. Ideo dicitur notanter Prou. 31. *Noli vinum dare regibus*, scilicet immoderatè bibendum, *quia nullum secretum vbi ebrietas regnat.* Et subdit: *Ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum*: videlicet in lege Domini scriptorum: *& dimittant causam filiorum pauperis*, scilicet nimis fouendo partem diuitum. B Ebrietas mater vitiorum. 1. Reuelat secreta. Similitudo. Cur vinum prohibeatur Regibus.

Quod autem Reges ebrij indebitè punitiones irrogent, narrat Valerius lib. 6. c. 2. quod mulier quædam innocens damnata fuerat à Philippo rege temulento quæ propriæ innocentiæ conscia clamans: Prouocarem, inquit, ad Philippum si sobrium, ipsum viderem. Qui cum sobrius esset, libenter causam inspexit, & liberam mulierem à pœna dimisit. Historia.

Legitur etiam de rege Alexandro, quem induxit ebrietas ad necandum militem suum quendam, minus iustè. Qui contra regis vociferans violentiam, dixit. Apello ab Alexandro. Cui Alexander. Ad quem appellas, cum appellatio debet fieri à minore iudice ad maiorem, & cum non sit rex maior. Cui miles. Apello ab Alexandro ebrio, vsq; ad Alexandrum sobrium, qui est maior. Quo facto miles custodi carceris commissus est, & in crastinum reseruatus. Mane facto Alexander sobrius effectus, militem sanum abire permisit. Historia.

Quod autem ebrietas consultationes aliorum acceptas, in iniuriam aliorũ reuelat,

Ebrietas est quædam insania.

statutum est vt nullus ebrius in Consulem eligatur. Quia dicit Seneca in Epistola 83. Ebrietas nihil aliud est nisi volũtaria insania. Et Linconiensis dicto 147. Ebrietas est insania; quia *fornicatio, vinum & ebrietas auferunt cor.* Oseæ. 4. Et quia ebrij sunt insani & fatui, ideo per indiscretam locutionem effundunt, quicquid in secreto audierunt. Iuxta illud Eccles. 20. *Sapiens in verbis amabilem se facit.* Glossa, qui cauet dicere odiosa & nociua. *Gratia autem fatuorum effundetur*, videlicet per indiscretam locutionem per quam odiosi redduntur, quamuis aliquas gratias, videlicet consilium dandi habeant gratis à Deo datas, in signum cuius ebrietas est denudatrix secretorũ. Legitur Genesis 9. *quod Noë primo vineam plantauit & bibens vinum inebriatus est*: & cum postea dormiret circa posteriora iacuit denudatus, & à proprio filio derisus est. Sed dicit B. Ambrosius in sermone de ieiunijs, & ponitur distinct. 33. Sexta die vinum non pepercit auctori suo. Nam Noë qui primo plantauit vineam, ignorans vim vini, inebriatus fuit. Sed vbi malum ebrietatis agnouit, iumentum suum ad remedium temperauit, & sic illius ebrietas nobis prohibet ebrietatem.

C. II. Ebrietas est infamatrix sensatorum.

SECVNDO, ebrietas est infamatrix sensatorum. Vnde Augustinus in lib. ad sacras virgines. In ebrijs, inquit, nulla ratio, nullum grande vitæ consilium, non gestorum, aut lectionum membra: nec vlla artium, aut industriæ prouidentia: & ideo nullus de sua scientia confidat, quin in ebrietate succumbat. Vnde Isa. 28. *Sacerdos & propheta, nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate.* Et ideo in antiqua lege sacerdotibus prohibitum est, ne vinum biberent, quando *ingressuri erant tabernaculum administrandum.* Leuit. 10. Et non solum in antiqua lege, imò in noua prohibetur clericis ebrietas, vt distinct. 35. capit. Ante omnia à Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes aut nutrix est.

Sed quæ sit pœna clerici ebrietati deseruientis. *Respondet Raymundus*, quod pœna est, q̃ si est Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, & admonitus nõ desistat, deponatur. Et hæc pœna ponitur. 35. dist. Episcopus, vbi dicitur. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aleæ, aut ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè deponatur. Si verò est Subdiaconus, aut fœmina, aut laicus communione priuetur, vel verberetur, vt dicitur. 5. dist. Episc. & c. Ante omnia. & Extra de vita & honestate clericorum. c. A crapula, vbi dicitur. Clerici à crapula & ebrietate omnes diligenter abstineant, nec ad bibendum vinum quisquam incitetur, cum ebrietas mentis inducat exitium, & libidinis prouocet incentiuum. *Et subdit decretalis.* Vnde illum abusum penitus decreuimus abolendum, quo ad potus æquales se obligant potatores, & ille iudicio illorum plus laudatur, qui calices fœcundiores, id est, pleniores exhaurit. *Et inde ponit pœnam.* Si quis autem se super his culpabilem exhibuerit, nisi à superiore commonitus non satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur.

III. Ebrietas alligat robustos.

TERTIO, ebrietas est alligatrix robustorum. Facit n. de homine bestiam, de robusto infirmum, de prudente insanum. Exemplum de Holoferne fortissimo, quem inani sopitum ebrietate, Iudith vidua proprio gladio interemit. *Iudith. 13.*

IV. Est Imperatrix flagitiorum.

QVARTO, ebrietas est imperatrix flagitiorum. Exemplum de Loth, qui inebriatus à filiabus suis, cum ambabus *incestum perpetrauit.* Gen. 19. Alexander etiam, vt legitur in historia sua, inter epulas cum esset ebrius Clitum amicum sibi charissimum inter epulas transfodit.

Historia. Exemplum.

Legitur ẽt in quodam libello, qui dicitur annulus part. 2. c. 12. de quodam bibulo & ebrio,

Digitized by Google

& ebrio, qui iuxta ciuitatem quandã morabatur, & in omni veſpere ciuitatem ebrius pertranſiuit. Nocte quadam cũ domum ire vellet, in cemiterio in quoddam cerebellum pede impegit, & cõmotus ait. Quid hic iaces miſerũ cerebellum? Veni ad domũ meam, & ego tibi de cœna prouidebo. Ecce, quod ebrietas fuit in ipſo imperatrix flagitij. *Reſpondit* cerebellum. Progredere & ego ſequar te. Audiens autem ille, turbatur; & ex timore ebrius ille ſobrius factus eſt, domũ pergit totus tremens, & ſedens iubet oſtium obfirmari. Dum igitur ad meſam ſederet, dixit familiç, vt nullum intromitterent, cõditionis cuiuſcunq;. Et ecce ſubito adeſt ad oſtium quidã pulſans terribiliter pro hoſpite quęrens, & inuitatum ſe ab eo cõmemorans. Cum igitur cuncti ex terrore tacerent, & vnus hoſpitem ad eſſe negaret dixit. Dicite hoſpiti, qui veraciter adeſt, quod faciat apperiri alioquin per vim, vt poſſum introibo. Audiens ille, ſtatim mandauit oſtium aperiri, miſericordiæ ſe diuinæ recõmendans. Et viderunt, qui aderant figuram mortui, miſerabilis hominis, cum oſſibus, carnibus conſumtis, terribilis ad videndum, qui totus inter hoſpitem & hoſpitam ſe collocauit, nihil comedens, aut loquens. Poſt hoc ſurgens hoſpiti valedicens, dixit. De cœna tua inuitatus non indigui, ſed ſi ſtulta & ebrioſa voce non illuſiſſes mihi, te adeo terribiliter non viſitaſſem, ideo valeas. Ad cœnam meam die octaua, velis, nolis oportet te venire, in loco vbi me inuitaſti. Hoc dicto diſparuit. Ad hanc vocem hoſpes cum omnibus amicis ſuis turbatus conſiliũ à ſapientibus requirens nõ inuenit, niſi diſpoſita domo ſua cõtritus confeſſus, ac ſacra cõmunione munitus, in loco & tempore condicto, diuinum iudiciũ exſpectat. Quod cum feciſſet, hora condicta cum omnibus ſuis ad cemiteriũ veniens, ſubito per ventum validum raptus, ſine omni læſione ad locum amœniſſimũ ductus, corporaliter caſtrum pulcherrimum, ſed deſertum, vidit. Quod cum ingreſſus eſſet, menſam omni genere ciborum ornatiſſimam inuenit. Poſt hoc mortuus ille aduenit, vt prius, eum ſalutans gratiosè ad prædictam menſam eum ſedere fecit, in angulo quodam ſordidiſſimam ipſe habens menſam, cum ſordidiori menſali, ac panẽ nigerrimum, & lumen miſerabile. Ad hanc menſam mortuus, in humili veſte triſtis ſedebat: quod inuitatus ille videns, præ amaritudine, & dolore, & timore, comedere non valebat. Deinde mortuus dicebat. Quare non quæris à me? At ille, non audeo præ triſtitia, quia quid tandem futurum ſit, penitus ignoro. Sed tamen quis ſis, & quid mecum fieri debeat, ſcire cupio. Tunc mortuus. Non, inquit, timeas; non enim peribis, ſed pro correptione tua Dei diſpoſitione omnia hæc contingerunt. Si me ſecundum cõditionem mortuorũ non inquietaſſes, nihil tibi horum adueniſſet. Sed de ſtatu meo ſic fuit. In ciuitate vbi habitas, quondam iudex eram in diuino officio negligens, & ſemper in crapula, vixi, ſed quia iuſtus fui, ideo miſericordiam conſecutus ſum, & hæc eſt pœna mea, quam vidiſti, pro turba, deſertum poſſideo? pro crapula menſam pauperem intueor. Modo reuertere in domum tuam, & peccata tua pijs lacrymis, & operibus dele. Quo dicto venit ventus, qui eum ad locum de quo aſſumtus fuerat, reuexit; ibiq; adhuc filiam ſuam lacrymantem, & alios amicos quos ibi reliquerat, inuenit; qui videntes reductum, miſerabiliter & mirabiliter deformatũ, territi diffugerunt. Creuerunt enim ei vngues in manibus, & pedibus in modum aquilarum, & cutis eius nigra & horrida ex motu reddebatur, ita, vt à ſuis minime noſceretur. Tandem ab eo reuocati veniunt, & ab eo rem per ordinem audientes, Dominum collaudabant. Ipſe autem in virum perfectum poſtea mutatus fuit.

de ebrio, nocte tranſeunte cemiterium.

Defunctus per ludibriũ ad cœnam inuitatus, comparet.

Peccata pijs operibus & fletu tunde lenda.

Aliud exemplum,

Refert etiam Robertus Holkot lecti. 122. Quia rusticus quidam inebriatus rediit domum, & de quolibet vno quod videbat, apparebant sibi duo. Considerans ergo duos filios suos, putauit esse quatuor. Imposuit vxori, quod haberet quatuor filios, ipsaq; negante; iussit, quod se purgaret, & præcepit vomerem afferri, & poni in igne. Et dixit vxori suæ, quod omnino non crederet nisi portaret ferrum ignitum. Et illa vt prudens fœmina dixit, quod libenter hoc faceret, si tamen primo ferrum ignitum sibi traderet. Ille autem ferrum ignitum accepit, se pessimè læsit & ad sobrietatem deuenit. Ideo de talibus ebrijs dicitur Iob. 12 *Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare fecit eos quasi ebrios.* Et hoc ad primum.

D Secunda pars.

Quantum ad SECVNDVM tangit vini causalitatem cum dicit vino in quo est luxuria. Vbi NOTANDVM, immoderatus vsus vini causat & causauit ab initio multa mala. PRIMO, enim immoderatus vsus causauit detrimentum libertatis. Nam prima radix seruitutis & ignobilitatis fuit per vinum. Sic n. patuit vbi supra, quod *Noe primo plantauit vineam.* Gen. 9. Ante enim diluuium vinum non fuit, nec homines vinū habebant, vel bibebant. Bibens ergo vinum inebriatus est, & dormiens iacuit in tabernaculis, posterioribus denudatus, accessit filius suus Cham & Patris verenda denudata conspiciens, patrem derisit. Nuntiatum est hoc postea patri, pater seruitute filium damnauit. Et hæc fuit prima origo seruitutis, sicut dicit B. Augustinus. 10. de ciuitate Dei. c. 15. In hoc etiā latis inuuntur quatuor mala, quę ebrietas causat in homine.

I. Ebrietas causa fuit seruitutis.

Quatuor mala causat ebrietas.

1. Homo malus, bestia deterior.

Primum namque quod priuat hominem vsu rationis, & sensus, & facit hominem deteriorem bestia. Nam homo nullo alio differt à bestijs, nisi per intellectum & rationem; & quicunq; priuat se sensu & ratione deterior est bestia, quia dicit Philosophus 10. Ethicorū, quod homo malus est decies millesies deterior bestia. Et hoc significat Noë dormitio.

2.

Secundum malum quod exspoliat hominem diuitijs, scilicet quod frequenter magni potatores fiunt pauperes, quia qui amat vinum & pinguia, non ditabitur & hoc significat Noë denutatio.

3.

Tertium malum quod reddit hominem derisibilem, non solum inimicis, sed etiam amicis, & hoc significat quod Cham derisit eum.

4. Potatores mendicitati obnoxij.

Quartum quod exspoliat prolem, & facit eum miserabilem. Nam potatores frequenter prolem suam mendicitati, & seruituti exponunt; & significat quod Noë maledixit Cham & eum seruituti addixit.

E An in statu innocentiæ fuisset dominum & seruitus.

Circa hoc oritur vna dubitatio. Vtrum dominatio super alium fuisset, si Adam in innocentia perstitisset? *Respondet* Parisiensis in scripto quod triplex est dominatio siue potestas. *Vna* vtendi re alia ad nutum, & talem dominationem, aut potestatem habuisset homo super bruta, & non super homines. *Secunda* est dominatio aut potestas imperandi & illam habuisset homo in illo statu super vxorem & super filios. *Tertia* est coërcendi, & huic concordat seruitus. Et talis non fuisset in statu innocentiæ. Est enim libertas à seruitute homini naturalis.

II. Ebrietas est attramentū honestatis.

SECVNDO vinum immoderatè sumptum, est attramentum honestatis, Confundit enim & denigrat, vel deturpat, hominis tam corporis quàm animæ nobilitatem. Vnde innocentius de vilitate humanæ conditionis lib. 2. cap. 19. Quid turpius ebrioso? cui fœtor in ore, tremor in corpore: qui promit stulta, pandit occulta, cui mens alleuiatur, facies transmutauit. Et Seneca epistola 83. Non est enim, inquit, animus in sua potestate, ebrietate deiectus.

Imago e-

Igitur fingitur à quibusdam ebrietatis imaginem sic fuisse depictam. Imago puerilis

cornu

Digitized by Google

cornu habens in manu, & in capite coronam de vitro. Puer erat in signum, & quod nullum celat secretum, sed clamando & clangendo reuelat. Coronam vitream in signum, quod reputat se glorioſum & diuitem, qui est ebrius cum nihil habeat. brietatis qualis.

TERTIO, vinum est complementum voluptatis: Verecundia enim multos cohibet à peccatis, & ideò vbi illa per vinum aufertur, voluptas quæ in corde latuit, sine pudore se detegit. Iuxta illud dictum Senecæ vbi suprà: Plures pudore peccandi, quàm bona voluntate, prohibiti, abstinent. Vbi possedit animum nimia vis vini, quicquid mali latebat, emergit. Et ideo dicit Innocentius cap. 2. Turpis mater, scilicet ebrietas, filiam generat turpiorem, scilicet luxuriam. Iustum est enim vt qui in sordibus est sordescat adhuc. *Et iterum idem.* Venter, inquit, satur libenter Venerem amplexatur. Et Sapiens Prouerb. 20. & ponitur 35. dis. *Luxuriosa res est vinum & tumultuosa ebrietas*; propter quod vinum prohibitum fuit virginibus & mulieribus. De *primo* dicit Hieronymus in epistola 95. Si experto creditur, hoc primum moneo, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno, quia antiquitus vinum vocabatur venenum. De *secundo* dicit Valerius lib. 2. cap. 1. quod vsus vini, Romanis, scilicet, fuit ignotus. *Quapropter*, inquit Apostolus ad Ephes. 5. *nolite inebriari vino, in quo luxuria est*, scilicet effectiuè. *III.* Vinum est complementum voluptatis. Ebrietatis filia est luxuria.

QVARTO, vinum experimentum fatuitatis, quia si homo est dispositus ad quodcunq; malum, in ebritate potest capi ab eo experimentum, quia dicitur Eccli. 31. *Vinum corda superborum arguit*, id est, ostendit & prodit. *IV.* Vinum est experimentum fatuitatis.

Pro conclusione sermonis mouetur ista quæstio. Vtrum vsus vini sit homini licitus? *Ad hanc quæstionem* sub distinctione dicitur, quod per se loquendo vsus vini est homini valde licitus, quando enim temperatè sumitur, iuxta ætatẽ corporis & temporis qualitatem, confortat stomachum, calorem corroborat naturalem, iuuat digestionem, conseruat à corruptione, cibum decoquit, & producit ipsum in eisdem membris, donec conuertatur in sanguinem subtilem. Tunc ascendit ad cerui cem cum calore temperato, & reddit caput securum ab infortuitis casibus. Insuper cor lætificat, colorem rubificat, linguam reddit expeditam, liberat à curis, & hominem facit audacem, & excitat ad omnem appetitum, & multa alia bona facit, vt dicit Aristoteles in secretis secretorum lib. 2. F An vini vsus licitus sit?

Potest tamen cõtingere per accidens quod alicui homini sit illicitum, vel ex conditione bibentis, vel aliorum, qui forte de suo actu scandalizantur. Ex conditione redditur alicuius vini vsus illicitus, quia forte à vino facile læditur & perdit caput & linguam vel pedes, vel quia ex voto ad vini abstinentiam se astrinxit. ET NOTANTER dicitur superius, quod vsus vini est licitus, iuxta ætatem corporis scilicet senilis, quia iuuenibus & pueris non competit vsus vini, sicut probat Ægidius Romanus de regimine principum lib. 2. part. 2. cap. 12. Quia turbato cerebro ex nimia sumptione vini, & amisso vsu rationis, de facili prorumpitur in verba inordinata, ex quibus consurgunt dissensiones & lites. Iuuenes ergo qui sunt amatores contumeliarum, vt vult Philosophus 2. Rhetoricorum, à nimia sumptione vini sunt prohibendi. Dat tamen Aristoteles vnam medicinam contra ebrietatem lib. 2. secreti secretorum. Oportet, inquit, illũ qui inebriatur vino, vltra modum sumpto, vt abluat se in aqua calida, & sedeat super fluenta currentia aquarum, & habeat salices atq; myrtum, & vngat suum caput cum sandaleon confecto, & fumigetur cum incensibus frigidis & odiferis. Vini vsus quibusdam illicitus. Pueris & iuuenibus vinum non competit. Medicina Aristotelis cõtra ebrietatem.

Instantia triplex.

Sed contra solutionem quæstionis, posset aliquis instare & dicere, quod vsus vini non esset licitus; & *Primò* auctoritate Eccles. 2. *Cogitaui a vino abstrahere carnem meã vt transferrem animum meum ad sapientiam.* sed sine sapientia non potest homo saluari, quia sapient. 7. *Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat.* Igitur necessarium est homini, quod anima sua abstrahatur à vino. *Secundo* per illud Rom. 14. *Bonũ est non manducare carnem, nec bibere vinũ:* sed cessare à bono est vitiosum & illicitum. *Tertio* quia dicit Hieronymus quod vinum cum carnibus post diluuium est dedicatum, Christus autem venit in fine seculorum, & extremitatem retraxit ad principium; Ergo tempore legis Christi, est illicitus vsus vini.

I.

II.

III.

Responsio ad I.

Ad *primum* est dicendum, quod licet hoc sit perfectionis & consilij, non tamen est vsus vini ideo illicitus. Vel aliter, dicitur quod sapientia est duplex. Vna à Deo infunditur, alia per doctrinam & studium acquiritur: & certe respectu primæ, disponit

Ad II

abstinentia à vino; respectu secundæ, non. Ad *secundum* dicendum, quod auctoritas Apostoli est pro Romanis conuersis ad fidem; quòd nec carnibus, nec vino vtantur, in scandalum Christianorum de nouo conuersorum. Ideo subditur. *In quo frater*

Ad III.

tuus offenditur, vel scandalizatur. Ad *tertium*, dicitur quod Christus à vino retraxit, tanquam ab impedimento perfectionis, si excessiuè sumatur. Si autem temperate non retraxit ab eo. Quia Apostolus, qui doctrinam suam & Euangelium *non habuit ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi*, Ad Gal. 1. Suasit vsum vini ipsi Timoth. 1. Timot. 5. *Noli adhuc bibere aquam, sed modico vino vtere propter stomachum.* Et Spiritus sanctus per sapientem dicit. *Exultatio animæ & corporis, vinum moderate potatum.* Eccles. 31.

G

Ex vini abũdantia quæ nam mala proueniant.

Et dicit NOTANTER *moderatè potatum*, quia secundum Arist. vbi suprà. Vinum quando sumitur abundanter in magna quantitate, obscurat intellectum, impedit sensum, turbat cerebrum, debilitat virtutem naturalem & animalem, generat obliuionẽ, lędit omnes quinq; sensus quibus regitur, & disponitur tota operatio corporalis; fugat appetitum, & debilitat catenas corporis & iuncturas, generat tremorem membrorum, & lippitudinem oculorum, accendit choleram, destruit hepar, quia reddit eius sanguinem grossiorẽ & corporis sanguinẽ denigrat; & exinde proueniũt timor ac horror, tremor, somnia, locutio, fantasticę visionis, & corruptio caloris, debilitatio genitaliũ, destructio sensus abominatio stomachi. distemperat complexionem, generat corporis grossitudinem: &, quod deterius est, lepram inducit, & tunc est de genere venenorum. Et hoc ad secundum.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Simile est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Matth. 22.

H

Similitudo.

QVando bellum, vel discordia est inter aliquos potentes dominos qui ambo habẽr adhærentiã potentũ tunc meli⁹ nõ potest vna pars retrahere aliquam de parte aduersa sui vt sit sibi fauorabilis, quã per matrimoniũ dando filiũ suum filię suę, vel sibi merdando filiam. Quapropter legitur. 3. Reg. 3. Quia Salomon cõfirmatus, in regno suo, affinitate coniunctus est Pharaoni, qui

qui erat potens, & regno eius propinquus: accipiendo filiam eius ad regni sui firmitatem, & ne bellum esset inter eos. SPIRITVALITER. Duo Domini potentes sunt Deus & Diabolus. De quibus Matth. 6. *Nemo potest duobus dominus seruire &c.*

Solus Deus rectè Dominus nuncupatur.

Sed dicit Holkot super librum Sapientiæ, lectione 150. quod in toto mundo res non est, quæ possit rationabiliter dominus nuncupari præter solum Deum. Et ponit tres impotentias in omni Domino terreno. PRIMA, quod dominus non potest tantum reddere seruo suo, sicut seruus sibi: & per consequens magis indiget seruo, sed Deus est Dominus realiter, quia propriè seruo in nullo indiget, nec per eius seruitium, aliquid sibi accrescit: imò etiam econtrà seruo suo potius seruit, quem semper custodit. Iuxta illud Psal. 15. *Conserua me Domine, quoniam speraui in te, dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non indiges.*

SECVNDA impotentia, quia nullus Dominus terrenus potest seruum suum facere liberum, cuius ratio est, quia ipsemet Dominus non est liber. Seruit n. malis affectionibus, cupiditatibus, iræ, inuidiæ, & impatientiæ & sic de alijs. Ideò dicit Seneca Epistola 47. Seruus es? Ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori seruiunt. Sicut docet idem Seneca in prouerbijs suis. Domini, vt communiter, magis timent, quam subditi. Reuera is, qui à multis timetur, multos timet: Regibus peius est multum, quàm seruientibus, manifestum est, quia isti singuli, vniuersos timent: & sic patet, quod Domini mundi non sunt liberi. Sed per oppositum Deus solus liber est, & seruos suos liberos facit Apocalyp 5. *Redemisti nos Deus in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & fecisti nos Deo nostro regnum*, id est, regni eius participes.

TERTIA impotentia quam communiter domini sustinent, quod non possunt hominem compellere ad eis seruiendum, velint nolint, quia eis nunquã benè seruiet quis inuitus. Sed Deo non solum homo, imò omnis creatura, velit, nolit, seruit in cœlo & in terra, & in inferno: *Quia in nomine Iesu genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, &c.* Et Psalm. 118. *Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.* Ideò Deus dicitur solus Dominus omnium. Sed diabolus dicitur dominus & princeps seculi vsurpatiuè, quia vsurpauit sibi Dominum mundanorum, propter, quod dicitur *rex super omnes filios superbiæ.* Iob. 41. Inter illos Dominos ante incarnationem Christi fuit guerra, & illa incipit in cœlo. Apocal. 12. *Factum est prælium magnum in cœlo*, & adhuc durat, quia secundum Psalm. 73. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Adhærebant enim mundani plus parti diaboli, quàm parti Dei. Quia omnis creatura est sub vitio, de pœnit. dist. 2. c. Caritas. Idcircò Deus volens hominẽ auertere, ne esset à parte diaboli contra Deũ, contraxit matrimoniũ cum homine, dando filium humanæ naturæ. De quib. nuptijs præsens Euangelij verbum loquitur. *Simile est regnum cœlorũ.* In quo quidem Euangelista ponit quinq;. *Primò* nuptiarum factionem amorosam ibi; *Fecit nuptias. Secundo*, Iudæorum inuitationem studiosam, ibi; *Misit seruos. Tertiò*, ipsorum obstinationem damnosam, ibi; *Illi neglexerunt. Quartò*, Dei vindicationem pœnosam, ibi; *Rex cum audisset. Quintò*, gentium vocationem gratiosam, ibi; *Ite ad exitus* Quantum ad PRIMVM, ponit nuptiarum factionem amorosam, cum dicit. *Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.*

Diabolus mundi dominus vsurpatiuè.

VbiNOTA, SPIRITVALITER, Per hunc regem Deus Pater intelligitur, quia

Quadruplices nuptiæ Christi.

est *Rex regum, & Dominus dominantium.* Apoc. 19. Hic fecit filio suo Christo Domino quadruplices nuptias, videlicet; diuinæ incarnationis, humanæ redemptionis, internæ vnionis & æternæ glorificationis. PRIMO dico, quod Deus Pater fecit filio suo vnigenito, nuptias diuinæ incarnationis. Pro quo NOTANDVM. Regis terreni filius, qui vult sibi aliquam sponsam copulari, prius solet egredi, & hanc quam vult sibi sponsam assumere, contemplari, qua intuita, si placet oculis suis, deinde missis nuncijs consueuit eam procari, eaq; procata reuerenter iubet eam adducere, & in thalamo decenter ornato se cum ea solet vnire. Sic Christus summi regis filius, volens sibi sponsam sumere humanam naturam, primò egressus est videre eam. De qua egressione scribit Hugo de sancto Victore in tractatu de Æthiopissa dicit. Filius virginis super cœlestem Hierusalem egressus est, vt contemplaretur patris sui regna inferiora. Qui circumspectis omnibus, regressus ad Patrem, ait. Pater omnia regna terrarum circumiui, quæ in omnibus agantur conspexi, clamorem Sodomorum, qui ad te ascendit, verum esse reperi, & vltione digna puniri. Sed iam tempus est, vt in futuro mihi prospiciam vxorem ducere, filios procreem, familiam per me regam, sponsam, quæ mihi placet in domo regis Babylonici vidi, quam rex ille captiuam tenet, & ne quæ sit valeat agnosci, vilibus atq; sordidis vestibus eam induit. Ad hoc Pater. Absit, inquit, à te, vt rem istam facias, coæternæ & consubstantialis, mi fili vnice. Æthiopissa de qua dicis non est condigna generi tuo, ac tuæ immensitati. Ad quem filius. Fixum, inquit, cor habeo, & vxorem vellem ducere & nullam nisi hanc contingere. Si ita est, inquit, pater, tu coæternæ & consubstantialis, & omnipotens mi fili, in manu tua habes eandem de captiuitate liberare, & prout vis tibi sponsam assume. Deinde visa illa, & quia placuit oculis eius missis nuntijs procatus est eam. Quod dicit Hugo vbi supra. Statim innumera multitudo angelorum, & cœlestium agminum, his nuptijs summi regis ministrari cupiens, astitit. Idcirco scribit Orosius super Cantic. in principio. Quod filius regis Hierusalem, desponsauit sibi filiam Babyloniæ, regis, id est, humanam naturam per internuntios. Quibus illa respondit. Quis est ille Dominus vester? At illi. Dominus noster *Rex regum est, & Dominus dominantium: rex gloriæ & princeps pacis.* Et illa, estné pulcher? At illi. Pulchritudinem eius sol & luna mirantur. *Ipse est speciosus forma præ filijs hominum: & totus desiderabilis: in quem angeli desiderant prospicere.* At illa, est potēs? Cui nūtij. *Potestas eius à mari, vsq; ad mare* At illa, est diues? Cui illi. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Et illa. Honoratur muneribus? Cui illi. *Reges Tarsis & insulæ munera offerunt.* Et illa. Quæ est seruitus eius? Et illi. *Omnes gentes seruiunt ei.* Et illa. Quæ est laus eius? Et illi. *Omnes gētes magnificabunt eum.* Et Dauid dicit. *Laudent eum cœli & terra* His auditis ait humana natura. Ipse Dominus vester veniat per se, & *osculetur me osculo oris sui.* Hæc Orosius.

I.

Diuinæ incarnationis.

Similitudo.

Angelorum multitudo ministrat nuptijs regijs.

1. Timot 6.
Isaiæ 9.
Psal. 44.
Cant 5.
1. Pet. 1.
Zach. 9.
Psal. 111.
Psal 71.
Psal. 51.
Psal. 71.
Psal. 68.
Cant. 1.

Et licet iste mentionem faciat de nuntijs pluribus, inter hos tamen angelos pro obsequio Domini se offerentes vnus solus Gabriel erat electus, vt dicit Hugo vbi suprà, qui eius fieret paranymphus. Qui ait filio summi regis. En fortitudo ego sum, quem tu tibi quæris de medio Babyloniæ recipere. Tu si imperas, volo, paratus sum. Non vi agendum est, inquit filius æterni. Violentia nulla inferenda est Babylonico regi: consilijs occultis & sapientia, quæ mihi iuncta est, de captiuitate Babylonica est eripienda. Ad Mariam virginem de stirpe Dauid mysterium consilij mei à te Gabriel

Digitized by Google

briel est occultè deferendum: apud eam in thalamo eius connubia nuptiarum nuntianda sunt, & celebranda. Ad Mariam angelus descendens, quod sibi iniunctum fuerat fideliter peregit, vt de hoc habetur. Luc. 1.

Ad has nuptias vocare misit cœlestis Pater nuntios ac seruos suos sanctos Apostolos, qui nuntiauerunt, Iudæis filij Dei incarnationem. Sed ipsi credere hactenus noluerunt, nec per fidem venire voluerunt, sed alium Messiam adhuc exspectant. Quod videntes Apostoli ad exitus viarum, id est, ad gentes iuerunt, & eas ad nuptias has inuitauerunt, quoscunq; inuenerunt, introduxerunt, & nuptias impleuerunt, quia maior pars ex gentibus Christi incarnationem crediderunt.

K

II.

Humanæ redemptionis. Ephes. 5. Ioan. 19.

SECVNDO, Deus Pater fecit nuptias filio suo nostræ redemptionis, quia vt dicit Gregorius in cantu Paschali. Nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. Et has nuptias fecit quando sibi *sponsam sine ruga Ecclesiam* militantem desponsauit. De qua Sapient. 7. *Quæsiui mihi sponsam assumere, & factus sum amator formæ illius.* Hæ quidem nuptiæ factæ sunt in passione Christi, in cruce pendentis, quando *latus suum apertum fuit lancea militis.* Nã sicut latere Adę Christi dormientis formata est Eua, ita de latere Christi dormientis in cruce, formata est Ecclesia, & Christo coniuncta. De quo Apostolus. Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Hæ nuptiæ sunt inchoatæ in passione Domini, quando de latere Christi dormientis formata est Ecclesia. Quia dicit Augustinus: Iste miles velut clauiger cum sua lancea, velut claue, quodammodo aperuit ostium in corpore Christi, vt de Christo sacramenta Ecclesiæ, & nostræ salutis, sine quibus ad vitam æternam, quæ est vera vita, nemo intrare potest, emanarent. Sed istæ nuptiæ ratificatæ fuerunt in resurrectione quando soluit mortis vinculum Zach. 9. Consumatæ verò sunt quando introduxit humanam naturam in æternum palatium.

Ecclesiã sibi Christus desponsauit in lateris sui apertione.

Circa has nuptias latius est NOTANDVM, quod sunt commendabiles, propter quatuor, videlicet sponsi magnitudinem, sponsæ pulchritudinem, conuiuij plenitudinem & vocatorum multitudinem.

Hæ nuptiæ sunt honorificæ.

I.

Ob sponsi magnitudinem.

PRIMO, nostræ redemptionis nuptiæ sunt commendabiles propter sponsi magnitudinem. Consistit autem magnitudo ista in multis, videlicet in nobilitate, diuitijs, sapientia, speciositate, fortitudine, puritate, honorabilitate, & bonitate. Hæc omnia sponsus Christus habet superabundanter. Est enim nobilissimus, ditissimus, sapientissimus, speciosissimus, fortissimus purissimus, honorabilissimus & optimus, vt tangit Apostolus ad Hebr. 1. *Locutus est nobis in filio suo.* Ecce nobilitas. *Quem constituit hæredem vniuersorum* Ecce diuitiæ. *Per quem fecit & sæcula.* Ecce sapientia. *Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.* Ecce speciositas. *Portans omnia verbo virtutis suæ.* Ecce fortitudo. *Purgationem peccatorum faciens.* Ecce puritas. *Sedet ad dexteram Patris in cœlestibus.* Ecce honorabilitas. *Et tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.* Ecce bonitas. Ideò congruè dicit de ipso Psal. 144. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.*

II.

Ob sponsæ pulchritudinẽ in membris.

SECVNDO, istæ nuptiæ sunt commendabiles propter sponsæ pulchritudinem, scilicet in principio & nõ modo. Nam sponsa Christi sancta Ecclesia quando primitus Christo coniuncta erat, pulchra fuit in omnibus suis membris & ornamentis, vt de ipsa diceret sponsus Cantic. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Quia in membris suis fecit eam pulchram. Vt testatur beatus Augustinus. Ecce,

inquit,

inquit pulcherrimus ille & ſpecioſus forma præ filijs hominum, veniebat fœdam, vt eam pulchram faceret. Sed (heu) quæ prius erat valdè pulchra iam perit eius pulchritudo, ſicut dudum prædixerat Ieremias. Threnor. 1. *Egreſſa eſt à filia Sion*, id eſt, ab Eccleſia *omnis pulchritudo*. Quod poteſt de ſingulis membris declarari & oſtendi, videlicet in capite, in oculis, in ore, & ſic de alijs.

Eccleſia olim pulchra ſponſa, nũc fœda.

Pulchritudo capitur ſponſæ Chriſti. Ioan. 1.

PRIMO, igitur de capite huius ſponſæ Chriſti ſanctæ, videlicet Eccleſiæ Catholicæ, quæ eſt fidelium Chriſti multitudo, fide & caritate vnita. diſtinct. 93. cap. Legimus. Eius quidem caput in principio fuit beatus Apoſtolus Petrus, qui *dictus eſt Cephas*, id eſt, caput Apoſtolorum, vtpote, 2. quæſt. 7. cap. hoc. Et tunc Eccleſia quantum ad caput, fuit pulchra, videlicet in Petro, & in ſuis ſucceſſoribus, vt patuit in beato Clemente, Cleto, & ſic de alijs, vt tunc merito diceretur de ſponſa Eccleſia illud Cantic. 6. *Caput eius aurum optimum*: & quid per aurum niſi caritas, quia omnia ex caritate tunc fiebant. In ſignum iſtius dixit Dominus Ieſus Petro qui debebat eſſe caput ſponſæ ſuæ Eccleſiæ: *Simon Ioannis, diligis me plus his*: & hoc tertio iterando, Ioan. 21. Deinde autem hæc ſponſa ſancta Eccleſia Chriſti, propter demerita populi, facta eſt in capite ſuo languida & paſſa plurimũ. De quo in Canone 6. cap. 1. Ex meritò plebis nonnunquam Epiſcopi deprauantur, quatenus procliuius cadant, qui ſequuntur. Capite enim langueſcente, corporis membra inueniuntur languida.

Poſtea verò ambitio quorundam illam propemodum monſtroſam facere conabatur, dum ex tribus, Ioanne XXIV. Gregorio XII. & Benedicto XIII. quilibet caput Eccleſiæ fieri affectabat, ita vt Eccleſia, quæ tantum vnica columba eſt, Cant. 6. *Vna eſt columba mea*, paſſa ſit tunc magnum ſchiſma. Et hoc fuit Anno Domini M. CCCC. XV.

Sic & poteſt dici de capitibus ſecularibus ſanctæ Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, in quibus omnibus eſt ipſa deturpata.

M

Pulchritudo oculorum Eccleſiæ.

SECVNDÒ quidem patet de oculis Eccleſiæ, qui ſunt Prælati inferiores Papa. Et hi olim in principio fuerunt cæteri Apoſtoli, vt Ioannes, Andreas, & ſic de alijs. Similiter ſeptuaginta duo diſcipuli Chriſti, in quibus ſponſa Eccleſia fuit pulchra, vt exponeretur de illa illud Canticorum 5. *Oculi tui ſicut columbæ ſuper riuos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident ſuper fluenta pleniſſima*: quia continuè reſpectum habebant, ne accipitur infernalis quenquam caperet, de ſuis conuerſis, & ſedebant ſuper fluenta doctrinarum, pro ignaris inſtruendis. Sed moderni noſtri Prælati, neq; ſcientia, neq; doctrina ſubditos illuſtrant, ſed ſtudent, vt marſupia ſubditorum euacuent. Non ego dico, ſed S. Bernardus, ſuper Cantica ſerm. 2. Quem, inquit, dabis mihi de numero præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum euacuandis marſupijs, quàm vitijs extirpandis. Quia ſecundum Apoſtolum Philip. 2. *Omnes quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ IESV Chriſti.* Ideo poteſt dicere iam ſancta ſponſa Chriſti Eccleſia illud Pſalm. 68. *Defecerunt oculi mei dum ſpero in Deum meum.* Defecerunt, inquam, non duntaxat in doctrina, ſed etiam in morali vita, quæ eſt quaſi ſubditorum lucerna. Iuxta illud Matth. 6. Quod dicit Dominus ad ſponſam ſuam Eccleſiam, *Lucerna corporis tui oculus tuus*, vbi ſecundum Gloſſam, per *lucernam* Rector Eccleſiæ intelligitur qui bene *oculus* dicitur, quia plebi ſubiecti, quæ per corpus intelligitur, ſalutaris videri debet. Si ergo Eccleſiæ Rector morigeratus & bonus fuerit, communiter ſubditi boni erunt. Si autem errauerit, quanto magis ſubiectus ſibi populus deuiabit, vt dici-

Oculi mali Eccleſiæ.

Digitized by Google

vt dicit Remigius. Et hoc vult cum dicit. *Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Quia Prælatus dum peccat, non tantum se sed etiam subditos peccantes obtenebrat & occidit, quod figuratum est 1. Reg. vlt. in Saul, vbi legitur. Dum Philistæi pugnauerunt contra populum Israel *versum est super Saul totum prælium*, igitur sagittis pluribus vulneratus *irruit super gladium suum*, quod videns armiger suus, qui erat circa illum fecit similiter & mortui sunt ambo.

SPIRITVALITER. Saul qui interpretatur abutens, significat malum Prælatum, qui malè abutitur officio pastorali, proficiens honoribus & deficiens moribus; fertur super eum totum pondus prælij, quia *sanguinem populi peccantis requirit Dominus de manibus suis*, vt patet Ezech. 3. Item vulneratur à diabolo tribus arcubus, videlicet, carnalis concupiscentiæ: Fraternalis inuidentiæ: Mundialis conscientiæ.

Tres arcus diaboli, qui sunt?

N

I

Concupiscentia carnalis.

PRIMVS arcus diaboli est carnalis concupiscentiæ, quem diabolus contra Prælatos tetendit, de qua, mala sagitta mulier vna & inquieta, impatiens ad capiendum animas, procedit, qua capiebatur & vulnerabatur vecors ille iuuenis Prouerb. 7. qui sequebatur eam *tanquam bos ductus ad victimam* & sic ignorat, quod ad vincula stultus trahatur, donec sagitta transfigat corpus suum. Ista enim sagitta est pennata per ornatum curiosum, ferrata per animum malitiosum, inflammata per amorem libidinosum. Vnde legitur in fabulis, quod Cupido filius Veneris vocabatur, qui cum sagitta & facula pingebatur: quia amor carnalis vulnerat & inflammat. Cum hac sagitta vulneratus fuit Dauid in aspectu Bethsabee *cum vidisset eam se lauantem* 2. Reg. 11. Ista sagitta absconditur in pharetra quamdiu mulier abscondit se in camera. Arcus tenditur, quando cum peruersa intentione armatus componitur. Sed sagitta emittitur, quando ipsa in publicum progreditur; Et ideò sicut periculosum est hominib. non armatis, inter sagittas volantes procedere, ita valde periculosum est Prælatis, saltem iuuenibus, non habituatis virtutibus, nec scripturarum vsibus, aut solidis moribus, inter mulierum frequentias conuersari. Quapropter vnicuiq; tali consulit B. Hieronym. ad Rusticum Monachum. Et habetur de consecratione dist. 5. c. nunquam. Ama, inquit scientiam scripturarum & vitia carnis non amabis.

Sagitta pennata, ferrata & inflammata.

Quib. Prælatis cõuersatio mulierum periculosa.

SECVNDVS arcus diaboli est fraternalis inuidentiæ, de qua procedit sagitta pestiferæ detractionis, quæ iam communiter emittitur in mensis, & conuentibus Prælatorum. Iuxta illud Psalm. 10. *Parauerunt sagittas suas in pharetra*, id est, in mala machinatione, *vt sagittent in obscuro rectos corde.* Contra quod dicitur dist. 44. cap. Conuiuia. Quia vita absentium in mensis clericorum non debet morderi per detractionem, Iuxta illud.

II.

Fraterna inuidentia.

Si quis amat dictis absentum rodere vitam.
Hanc mensam vetitam, nouerit esse sibi.

Hæc inquam detractio, est sagitta dolosa, simul tres occidit, sicut dicit Bernardus detrahentem, audientem, & absentem. De qua Iere. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est*: & signum est absens cui in conuiuijs talium detrahitur. Quia sicut bonus sagittarius, non emittit sagittas electas contra lapides, vbi repercutiuntur & franguntur, ita nec diabolus verba detractionis eijcit ad aures sanctorũ & bonorum virorum, qui in verbis talium nõ delectantur. Vnde Hieron. in Epistola ad Rusticum Monachum, Sicut, inquit, sagitta si mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mit-

Detractio sagitta dolosa, tres occidit.

in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem. Ita detractor si tristem viderit faciem audientis, imò non audientis, sed obturantis aures suas ne audiat, illico contabescit, pallet vultus, hærent labia, salmaq; siccatur.

III. Arcus malitiosæ cõspirationis.

TERTIVS arcus diaboli est arcus mundialis conscientiæ, de qua procedit sagitta malitiosæ conspirationis, & malarum adinuentionum, contra subditos innocentes, Prouerb. 25. *Sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum falsum testimonium.* Isti figurantur per illos sagittarios, *qui vtraq; manu fundis saxa iacebant*, & sagitta similiter: sicut dicitur 1. Paral. 12. Ita isti Prælati æquè benè exterius formant actiones iniustas, sicut instas, ita libenter procedunt contra innocentem sicut persequentem. Propter quod cõqueritur quilibet iustus. Thren. 3. *Tetẽdit arcum suum, posuit me quasi ad sagittam.* His arcubus vulnerat diabolus corda prælatorum. Quibus vulneratis, sponte ad similitudinem Saul irruunt super gladium, quando sponte exercent peccatum. Et hoc etiam facit armiger, cum subditus sui prælati exemplum sequens, sumit audaciam peccandi. Et tunc vt dicit Gregorius 3. moralium, Prælatus tot mortibus dignus est, quot malè viuendi exempla ad subditos transmittit.

O Genæ sponsæ sunt Martyres.

TERTIÒ patet de genis huius sponsæ, quæ sunt Martyres, qui olim multum rubebant & rubei per caritatem fuerunt, vt tunc diceretur de sponsa Ecclesia. Cantic. 5. *Genæ illius*, id est, sancti Martyres, *sicut aureolæ aromatum consita pigmentariis.* Quia sunt Martyres, qui in corpore Ecclesiæ Christi sponsæ rubent, quo durius tenebantur, eò maiorem coram Deo suauitatem emiserunt. Sed modo istæ genæ pallent, quia pauci, vel fatem nulli sunt, qui mortem pro Domino pati vellent. Quia dicit Gregorius in homilia. Nulli nostrum hoc tempore dicit Deus, pro me morere, sed illicitæ vitæ tantum desideria occide. Quando ergo in pace carnis desideria nolumus subigere, quomodo in bello pro Domino ipsam carnem daremus? quasi diceret; Nullo modo.

Aures sponsæ Christi Confessores.

QVARTO, patet de auribus. Aures autem huius sponsæ Christi sanctæ Ecclesiæ, sunt Confessores, vel causarum auditores. Hæ aures olim apertæ fuerunt omnibus, tàm diuitibus, quàm pauperibus, quia audiebant confessiones indifferenter omnium & cum confitentibus flebant, sicut fecit Confessor Ambrosius, qui tantæ compassionis erat, vt cum sibi aliquis lapsum suum confiteretur attente audiebat, & sic amarissime flebat, quod similiter flere confitentem compellebat, vt dicitur in vita eiusdem. Sed istæ aures hodie sunt surdæ.

Abusus Cõfessariorum reprehensibilis.

Nam sunt nonnulli, qui nolunt audire confessiones nisi accipiant munera. Et ob hoc confitentibus faciunt pactiones, quod tamen fieri non debet, quia dicit Ioan. de Deo in tractatu suo. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, quod Sacerdos nihil potest petere, nec debet ab eo, qui sibi confitetur pro pœnitentia imponenda, nec confessione audienda, aut absolutione danda, quia de talibus spiritualibus cessare debet omnis pactio & cõuentio. Si tamen gratis vellet dare pœnitens potest Confessor recipere siue culpa, vt probat Bonifacius 1. quæst. 1. Quàm pio. Et Apostolus 2. Corinth. 1. *Vnusquisq; det, vt destinauit in corde suo. Hilarem enim datorem diligit Deus.* Nec debet Confessor ea intentione audire confessiones & imponere pœnitentiam, vt aliquid recipiat à pœnitente, quia tunc ante tremendum iudicẽ graniter se astringit. Extra de Simonia tua. 1. q. 1. Sunt nonnulli. Et 1. q. 3. Non solum. Nec debet respicere si bursam soluat, vt sibi pecuniã impendat, nec alicui pœnitenti indulgeat pro

Cõfessiones qua intentione audiendæ.

pecunia

pecunia sibi data, etiam si intendat pauperibus erogare, quia qui malè accipit, vt benè dispenset, grauatur potius quàm iuuatur, vt dicit Gregor. 1. quæst. Non est putanda. Et Alexand. 1. quæst. 3. Ex multis. Et Aug. 14 quæst. 1. Neq; enim.

Nasus sponsæ Christi, discretio.

QVINTO, autem patet de naso. Nasus autem huius sponsæ summæ Ecclesiæ sunt sapientes, bonorum ac malorum discretores, & hi olim erant in Ecclesia sicut dixit Christus Matth. 23. *Ecce ego mitto ad vos sapientes & scribas*, & tunc benedicebatur sponsæ Ecclesiæ Christi. Cant. 7. *Nasus tuus sic turris Libani*, quia tunc discretio sapientum in sublimitate sanctitatis consistebat. Sed nunc talis discretio est circa terrena, quia *filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua*, Luc. 16. *Nec inter sanctum & prophanum habent distantiam*. Ezech. 22.

P

Os sponsæ Christi, aduocati.

SEXTO, patet hoc de ore. Os autem huius sponsæ sunt Aduocati. Et hi olim rubicundi erant, ex caritate videlicet patrocinium præstantes, & causas quanto citò poterant terminantes. Nunc aũt ex cupiditate causas prolongant: ideo figurati sunt *per ranas*. Exod. 8. quæ morantur in aquis immundis, scilicet in paludibus & fossatis & sua coaxatione homines quietant. Sic illi, vt dicit Nicolaus de Lyra in morali Glossa; sua loquacitate prolongat causas: mundum, qui significatur per Ægyptum, inquietant multipliciter, & perturbant, & exemplo suæ immunditiæ multos fœdant. Sed quod per Moysen Ducem & Aaron Pontificem abigantur, notatur, q̃ Princeps & Prælati in suis curijs debent restringere aduocatorum loquacitatem, & debent illos quærere, qui sunt sapientes, sicut Pharao. Genes. 41.

Aduocati loquaces, causas prolongantes.

Dentes spõsæ Christi, Doctores.

SEPTIMO patet in dentibus. Dentes enim sponsæ Ecclesiæ Christi sunt Doctores, vt dicit Holkot lect. 102. quia sicut officium dentium est cibus frangere, diuidere, conterere, & masticare. ita officium Doctorum est Sacram scripturam frangere, & diuidere, secundum quod subditorum necessitas exigit & requirit. Dentes illi videl. Doctores qualiter fuerunt in primitiua Ecclesia ostenditur. Cant. 6. Vbi dicit sponsus Christus suæ sponsæ Ecclesiæ. *Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro*. Dentes isti, qui peccata rodunt & scripturã atterunt sunt fortiores Doctores, vt Hieron. Augustin. Ambros. Gregor. Bernard. &c. ad regendam Ecclesiam apti, qui firmitate fidei præualuerunt cõtra hæreticos, & Ecclesiæ sanctæ vastatores. Et dicũtur isti gentes sicut greges ouium, propter innocentiam, propter voluntariam paupertatẽ, per quam ab eis omnia superflua, & quæcunq; nociua abstulerunt. Quia de August. Doctore glorioso canitur. *Testamentum nullum fecit, quia pauper vnde faceret non habuit*. Fulgebat in venerandò duplex decus, Gregorio. Senatoria dignitas secundum genus seculi. Voluntaria paupertas iuxta præceptum Domini & sic de alijs Doctoribus sanctis, quia ascenderunt de lauacro: quia à baptismali, vel pœnitentiali regeneratione, profecerunt continuè, de virtute in virtutẽ ascendendo. Ideo Gen 49. dicitur *Dentes eius* scil. Ecclesiæ Christi sponsæ *Lacte candidiores*, & hoc propter vitæ puritatẽ, & sapientiæ venustatẽ. Sed nunc dentes Ecclesiæ, scil. Doctores, stuporem attraxerunt: quia quando homo comedit fructus acerbos & imaturos, tunc nõ possunt statim masticare dentes alios cibos sine læsione. Sic ad p̃sens puta doctores moderni occupant, scil. suum ingeniũ nimis circa scientias seculares, & circa prudentiã disponendi ista mũdana, cõtrahunt stuporẽ, & fiunt inepti, ad discernendũ cibos doctrinę sac. fidei, ad vsum subditorũ. Et de talib. dicitur Amos 4. *Dedi vobis stuporẽ dentiũ in cũctis vrbib. vestris, & indigentiã panũ in omnib. locis vestris*. Quia rarus inuenitur

Dentes fortiores, qui?

Quare dentes ouium?

Quorum dentes obstupescant.

Digitized by Google

Doctor modernis temporib. qui se circa ingeniũ Sacrarum scripturarũ, videl. omnia manducando, & ignaris diuinando in prædicationibus, scil. occuparet, sed in curijs Eporum & aliorum dominorũ consistunt, & cumulandis pecunijs insistunt, ideò stuporem contrahunt. Istum tamen stuporem auferre habent subtiliter & faciliter per sal, quia quando dentes stupidos cum sale fricamus, stuporem ab eis auferimus. Sic in simili, si isti cum sale in scientia sacræ scripturæ se occuparent, stuporem à se remouerent, ideò dicit eis Apostolus ad Colosſ. 4. *Sermo vester sit cum sale*, id est, cum sapientia spirituali *condimus*, *vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere*, quia secundum glossam aliter debent loqui sapientibus, aliter insipientibus. Dicit enim Philosophus in problematibus, particula 1. problem. 31. Quia habentes raros & distantes dentes, non sunt ita longæui, sicut illi qui habent dentes coniunctos, & fortes. Sic illi in Ecclesia, id est, in Christianitate qui habent raros dentes, id est, paucos Doctores instructos in sacra scriptura, non sunt ita longæui, id est, perseuerantes in vita gratiæ sicut illi vbi abundant Doctores.

Stupor dentium quomodo curandus.

Octavo patet hoc de collo. Et collum Ecclesiæ electissimæ Christi sponsæ, sunt clerici aut sacerdotes & hi olim erant alti in contemplatione, & decorati in castitate, vt tunc diceretur Ecclesiæ. Cantic. 7. *Collum tuum sicut turris eburnea.* Dicebatur enim *turris*, propter contemplationis eminentiam, & *eburnea* propter castitatis refulgentiam. Sed quales nunc sunt, non est necesse hic iterare, quia de hoc satis superius, Sermone IV. T. est expressum.

Collũ sponsæ Clerici & sacerdotes.

Nono liquet hoc de pectore. Pectus autem huius sponsæ, quæ est sine ruga, sunt nobiles & potentes, quia sicut pectus quodammodo est fortius in corpore, sic nobiles & potentes, mundi vel Domini, sunt fortissimi in fidelium congregatione. Hi igitur sicut membra Ecclesiæ exsistunt, ita olim Ecclesiã defensarunt, quorum vnus notabilis valde fuit Conradus dux Ferociæ, quem laudat Philosophia lib. 3. vt recitat pauper Henricus dicens. Vnicus ille leo fidei imò murus & hostilis. Vnicus ille timor, dux verus, & nostræ Conradus causa salutis, quasi diceret. Iste Conradus fuit Ferociæ dux, vnicus leo fidei & causa salutis nostræ, id est Dominici sepulchri defensor, & paganorum timor, quia eos in bello, in cuius acie ipse erat, prostrauit, & sic Ecclesiam defensauit. Idem patet de nobili duce Henrico cognomine barbato, qui pro Ecclesia defensanda contra paganos, vitam posuit temporalem. Sed nunc seculares Domini potentes, & dominatores, bona Ecclesiæ destruunt & consumunt. Iustitiam supprimunt, veritatem odiunt, falsitatem diligunt pacem Ecclesiæ destruunt, discordiam nutriunt, viduam & pupillos non defendunt, nefanda mala in prouincijs & ciuitatibus suis fieri permittunt. Item impletum est quod prædixit. Isa. 19. *Conuersum est iudicium retrorsum, & iustitia longe steterit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem.*

Pectus sponsæ, Nobiles & potentes.

Conradi Ferociæ ducis & Henrici Barbati, laus.

Nota.

Vberibus sponsæ designantur Cõsiliarij.

Decimo igitur patet de vberibus. Vbera enim sunt consiliarij de quibus olim dicebatur Canticorum 7. *Vbera tua sicut botri vineæ*, quia de ipsis emanat vinum boni & dulcis consilij, in vtilitatem totius communitatis & Ecclesiæ. Nunc autẽ consilium dant in nocumentum Ecclesiæ, & totius communitatis, vt iam dicat tota Trinitas de Ecclesia. Canticorum vltimo. *Soror mea parvula est, & vbera non habet*, id est, consiliarios quia iam generaliter consiliarij tàm dominorum quàm ciuitatum sunt contra Ecclesiam; dando Consilia vt ab ecclesia, Ecclesiasticisq; personis, exactiones

actiones capiantur, cum tamen debent esse immunes ab omni exactione seculari: 29. quæstio. vltima. Conuenior, & §. Quamuis C. de sacrosanct. Ecclesiast. ad instructiones. Placet. Et tales consiliarij mali, qui iam pro lacte sanie m fundunt, si cõmoniti non cessauerint dare consilia contra libertates Ecclesiæ, cum suis fautoribus excommunicationi se nouerint subiacere, vt patet, de exempt. Eccles cum non minus, ex concilio Lateranensi. NOTA.

VNDECIMO. patet hoc in brachijs. Brachia enim sponsæ Christi Ecclesiæ sunt milites & militares, qui olim artifices & agricolas protexerunt. Et merito quidem artifices, quia illos debent protegere qui vestes & alia corporis necessaria operantur. Similiter autem agricolas, quia cum agricolæ laborent, & agrum colant, eos milites protegere & custodire dignantur, vt sibiipsi, & militi, & equo, pabula colligant, & ministrent. Et quando hoc milites fecerunt dictum fuit illud Psalmi. 97. *Brachium sanctum eius* scilicet ecclesiæ. Sed nunc neque artifices, nec mercator, nec agricola, tutus est, quin ab eis spolientur, vt exponatur de vnoquoque tali milite illud Ezech. 19. *Factus est leo & didicit rapere predam, & homines deuorare.* Brachia spõsæ sunt milites.

DVODECIMO patet in cruribus. Sunt autem crura sponsæ Christi Ecclesiæ ciues & mercatores, de quibus olim dicebatur illud Canticorum. 5. *Crura eius columne marmoree:* quia secundum naturales, marmor est lapis compactus, pulcher & vtilis. Ita ciues primitiuę Ecclesiæ erant compacti per temperantiam, pulchri per prudentiam & vtiles per iustitiam. Secus autem est de ciuibus modernis, vt pote cuilibet apud eos morari ti quia sunt intemperantes iniusti, vt de quibusdam dici potest, illud Psal. 51. *Tota die iniustitiam cogitauit, lingua tua.* Crura sponsæ denotant ciues & mercatores.

DECIMOTERTIO, patet hoc in manibus. Manus autem huius sponsæ sunt artifices, & has ista sponsa Christi Ecclesia olim large extendit ad pauperes, quia in primitiua Ecclesia faciebant collectas eleemosynarum, vt impleretur tunc illud Prouerb. 31. *Manus suas extendit ad pauperes,* qui in primitiua Ecclesia fiebant collectiones eleemosynarum pro pauperibus Christianis, de quibus Apostolus scribit Corinthijs, *que fiunt in Sanctos*, id est propter fideles pauperes Hierusalem habitantes *sicut ordinaui in Ecclesijs Galatie*, scilicet religionis Græciæ, *ita & vos*. scilicet facite collectam eleemosynæ pro fidelibus. Sed iam tales manus aruerunt, quod patet, Matth. 12. *Ecce homo habens manum aridam.* Per hunc significatur, quilibet auarus artifex, cuius manus ad opera pietatis & largitatis sunt inualidæ. Sed vt sanentur per Christũ cuilibet tali dicitur. Marc. 3. *Extende manum tuam, & restituta est sanitati:* quia cum ex Dei dono ad caritatis opera extendit, tunc sanatur. Manus ecclesiæ artifices. 1. Corint. 6.

QVARTO DECIMO & *vltimo* patet, hoc in pedibus. Pedes autem Ecclesiæ sunt agricolæ, & rustici. Et hi olim fuerunt boni & recti, vt bene exponeretur de ipsis illud Ezech. 1. *Pedes eius pedes recti*: quia rustici habent securiorem vitam; minus enim peccant propter continuum laborem, quia non ita ad cogitationes pessimas conuertuntur, vt faciunt alij diuites delicati. Quia dicit Metrista. Pedes sponsæ Christi, agricolæ ac rustici.

Diuitijs vtires est diuersa saluti.

Paucos credo bonos, quos beat, aris onus. 37. dist. Ecclesiæ principes.

Sed hoc olim dictum fuit de rusticis, nunc autem sine omni timore Dei, plebanos suos contemnunt, Sabbata non custodiunt, decimas non soluunt, damna sibiipsis magis faciunt, vt patet supra Sermone. 4. Z. Se inuicem odiunt, frumen-

Digitized by Google

ta tempore neceſſitatis abſcondunt. Alios quos poſſunt ſupprimunt, & ſeipſos ſolum diligunt. Et hoc prædixit Apoſtolus 2. Timoth. 3. *In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus*, videlicet ſpiritualibus, *non obedientes, ſceleſti, ſine affectione, & ſine pace.* Ecce qualiter ſponſa Chriſti Eccleſia fuit pulchrificata, nunc autem deturpata.

R *III.* Nuptiæ Chriſti honorificæ, ob conuiuij plenitudinem.

TERTIO iſtæ nuptiæ fuerunt commendabiles propter conuiuij plenitudinem. In hoc conuiuio eſt panis viuus Chriſtus, quia dicit Ioan. 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* In hoc conuiuio obtulit Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum: hoc ideo, vt dicit Hugo ſuper primum Angelicæ hierarchiæ, vt ſcilicet per cibum carnis ſuæ, inuitet ad guſtum diuinitatis, vt homo manducet *panem angelorum omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuauitatem.* Sapient. 16. Ideò maximè reficit. Quia dicit * Vercellenſis ſuper Canonem. Nihil eſt, quod ita gratam mentibus præſtet refectionem, ſicut panis ſuperſubſtantialis, id eſt, Euchariſtiæ.

* aliàs Vercallenſis.

Ad has etiam nuptias obtulit Ruth panem intinctum in aceto Dominicæ paſſionis, Ruth. 2. Et hi panes habent virtutem omnia patienter ſuſtinendi aduerſa. Quia dicit Auguſtinus, in libro de conflictu vitiorum & virtutum. Si paſſio redemptoris noſtri ad memoriam reducatur, nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur. Parua enim omnia reputamus ſi ſuæ paſſioni comparemus, quæ patimur.

Ad illas nuptias venerandæ noſtræ redemptionis, vt plenum fieret conuiuium, *obtulit Melchiſedech panem & vinum*, Geneſ. 14. Moyſes diuerſa obtulit ferculorum genera, videlicet: *mel de petra, oleum de ſaxo duriſſimo, butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan; & hircos cum medulla tritici, & ſanguinem vuæ biberent meraciſſimum.* Deuteron. 32. Abel obtulit *agnum*. Geneſ. 4. Abraham obtulit *arietem*. Geneſ. 22. Ioſue vaccam. Moyſes volatilia pennata; & rex Euangelicus *altilia occiſa*. Matth. 22. Apoſtoli obtulerunt *piſces* de mari, Ioan. vltimo. *Piſces* de fluuio. Tobiæ 6. Et *piſces* de ſtagno. Leuit. 11. vbi dicitur. *Omne quod habet pennulas, aut ſquamas, tam in mari, quàm in fluminibus, & ſtagnis, comedetis.* Vbi dicit Gregorius in Gloſſa. Piſces, qui habent pennulas, ſolent ſaltare ſuper aquas, & ſignificat animas, quæ eleuantur vltra illa fluxibilia, & tranſitoria, per contemplationem: & illi ſunt comedendi, id eſt, Eccleſiæ incorporandi, quia ſunt mundi. Sed Hugo dicit. Piſces de mari ſunt *ſeculares*, qui adhuc ſunt in hoc mari magno. Piſces vero de *flumine* ſunt Doctores, qui fluunt ſcientia ad alios. Sed piſces de *ſtagno* ſunt clauſtrales: quieti, qui omnes in flumine baptiſmi mundati ſunt, & ideo comedendi & in corpus Eccleſiæ traijciendi. De iſto conuiuio nuptiarum noſtræ redemptionis, loquitur Hugo de ſancto Victore. O qualis refectio, vbi dapifer eſt Chriſtus: Pincerna vero Spiritus ſanctus. Chriſtus enim miniſtrat in cibo. Iuxta illud Pſal. 147. *Mittit cryſtallum ſuum ſicut buccellas.* Spiritus S. miniſtrat in potu. Vnde Dauid ibid. dicit. *Flauit ſpiritus eius, & fluent aquæ* ſcilicet viuæ, quia viuificant.

Piſcium varia genera.

S *IV.* Nuptiæ Chriſti honorificæ ob inuitatorum multitudinē.

QVARTO iſtæ nuptiæ ſunt commendabiles propter inuitatorum multitudinem. Nam paratis illis nuptijs noſtræ redemptionis in coniunctione Chriſti & Eccleſiæ, miſit Deus Pater Apoſtolos ſuos, vt ad eas vocarent inuitatos, & dixit eis. *Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui*, id eſt, doctrinam iuſtitiæ & menſam triplicem ſcripturarum ex omnibus Prophetis ordinaui, vt ſupra ſermone 88. G.

Tauri

Tauri mei, id est patres antiqui testamenti, *& altilia mea*, id est, patres noui testamenti, *occisi sunt*. Et *Omnia parata sunt venite ad nuptias*. Ecce inuitatorium Dei & Apostolorum, similiterq; & aliorum bonorum prædicatorum.

Circa quod NOTA quadruplex inuitatorium inuenitur in Sacra scriptura. Primum est voluptuosorum. Et ponitur Sapientiæ. 2. *Venite fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, tanquã in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non pratereat nos flos campi. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuria nostra: Vbiq; relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra.* Quadruplex inuitatorium. I. Voluptuosorum.

Istud inuitatorium auditur in Ecclesia id est in congregatione diaboli & malorum. Ibi prô dolor à multis auditur his diebus. Quando enim homo intrat Ecclesiam Cathedralem, vel Catholicam, vt audiat matutinas de aliquo sancto, statim per inuitatorium potest discernere, in quanta reuerentia ille sanctus habetur ibidem: quia in ferialibus diebus sufficit tantum vnus: & quanto festum celebratur solennius, tanto plures pro inuitatorio deputantur. Similitudo.

MORALITER. In vita præsenti multi Dij coluntur. Iuxta illud 1. Corinth. 8. *Si quidem & Dij multi, & Domini multi*; videlicet mundus, caro, Deus, & dæmon. Videas ergo, quis eorum plures habeat in curia sua ad cantandum inuitatorium. Et certè videbis q; Deus habet paucissimos. Si n. loquamur de mundo, noñe senes, iuuenes, & pueri, à cunabulis suis extracti, statim inuitantur & animantur ad colendum mundũ? Iste vt fiat mercator: Ille vt fiat miles; alius vt fiat dives; alius rector, & sic de alijs, qui omnes vna voce dicunt *Venite fruamur bonis quæ sunt*. Mundi inuitatorium.

Et PRIMO quidem in hoc inuitatorio inuitant se peccatores ad gulositatem, cum dicunt. *Vino pretioso nos impleamus*. In quo duplicem excessum exprimunt in suo appetitu. Appetunt enim in vino caritatem, aut pretiositatem, aut mensuræ nimiam quantitatem. *Primum* tangunt cum dicunt; *vino*, non qualicunque sed *pretioso*, id est carè empto. *Secundum*, ibi; *impleamus*. Non enim sufficit intemperatis gulosis vinum pretiosum, nec absolutè bibere, sed vino se implere cum tamen natura humana modicis sit contenta, vt dicit Boëtius lib. 2. de consolatione, prosa. 2. Paucis minimisque natura contenta est, quibus satiata si superfluis vrgere volueris, aut iniucundum erit quod infuderis aut noxium. Peccatores ad gulositatem inuitantur.

SECUNDO inuitant se ad iucunditatem cum dicunt: *Coronemus nos rosis*. Reprobi enim coronantur in præsenti, rosis vanitatis & lasciuiæ, sed in futuro coronabuntur coronis vmbræ. Nam vnicuiq; ipsorum dicitur. Isaiæ. 22. *Coronans coronabit te tribulatione*. Et tunc lugebunt & plangent, de quo modo rident, dicentes illud Thren. 4. *Defecit gaudium cordis nostri; versus est in luctum chorus noster: cecidit corona capitis nostri. Væ nobis, quia peccauimus*. Peccatores se inuitant ad iucũditatem.

Et NOTANTER dicunt quòd volunt coronari rosis, ad signandum, quod omnis vanitas mundi, breuis est transitoria. Rosa enim habet iucunditatem odoris, decoris spetiositatem, & vigoris breuitatem; & inter spinas crescit. Sic vanitas & lasciuia huius mundi, non est sine conscientiæ punctura. Licet enim gaudentes in odore rosarum, non dicamus intemperatos, sicut dicit Aristotel. 3. Ethicorum capit. 14. tamen delicatus ornatus, satis indicat mentis lasciuiam. Iuxta illud Eccles. 19. *Amictus corporis, risus dentium & ingressus hominis enuntiat de illo*, Ideo legitur de Mundi vanitas, transitoria.

sancto

Historia de S. Ludouico.

sancto Ludouico, quod serta de rosis, seu alios capillos, prohibuit populo suo ferijs sextis, propter coronam spineam impressam tali die capiti Saluatoris nostri.

Ad voluptatem se peccatores inuitant.

TERTIO inuitant se ad voluptatem cum dicunt. *Nullum pratum sit, &c.* Hanc autem voluptatem integrare nituntur, ex tribus causis siue circumstantijs, videlicet, ex locali amœnitate, & sociali communitate, & ex dissoluta iucunditate. Quantum ad *primum* dicunt. *Nullum pratum*, id est, nullus locus delectabilis sit, in quo non luxuriemur, vt amœnitas loci conferat delectationem. Quantum ad *secundum*, quia nullius rei sine socio iucunda est possessio, ideo dicunt. *Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ*, quasi diceret: luxuria nostra communis sit omnibus, sic quod sit libertas & licentia generalis peccandi, & alios ad peccatum trahendi. Luxuria morbus contagiosus.

Est enim luxuria sicut morbus contagiosus, vt lepra, vt scabies. Nam sicut homo, cum multum tractat cum leproso, de facili inficitur, ideo solent leprosi expelli de facili; sic est de libidinosis. Si enim fuerit vnus talis in vna societate vel familia, ipse decem alios attrahit ad peccandum. Quantum ad *tertium* dicunt. *Vbique relinquamus signa lætitiæ*, videlicet in cantu, in tripudijs, festis & lusibus.

II. Inuitatoriū malitiosorū.

SECVNDVM inuitatorium malitiosorum, scribitur Ierem: 18. *Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes: non enim peribit lex a sacerdote, neq; consilium a sapiente, neque sermo a propheta* Et NOTATE quales homines ponunt malitiosi pro parte sua, videlicet sapientes, sacerdotes & prophetas.

MORALITER dicit Holkot super librum Sapientiæ lectione 20. Sacerdotes sunt magni prælati, sapientes, sunt iusticiarij, prophetæ sunt religiosi. Et nunquam videbitis in Republica magnam malitiam factam, nisi vel ab omnibus istis simul, vel ab aliquo istorum procedat. Vnde isti tres perfectè cantant inuitatoriū peruersorum & malitiosorum. Et isti sciunt conspirationem facere contra optimum hominem dicendo. Ierem. 18. *Venite percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius* Percutere hominem lingua est præcludere sibi viam respondendi, vt nihil possit dicere de se ipso. Vel percutere hominem lingua, est vel potest esse falsum conspirare falsum testificari contra hominem.

Percutere lingua homine quid?

Malitiosorū inuitatoriū triplex.

Est enim NOTANDVM quod isti malitiosi triplex habent inuitatorium sibi proprium: quo se inuicem ad malitiam annuntiant & instigant. *Primo* enim se recolligunt, ad conspirandum subtiliter, dicentes: Ierem. 18. *Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Secundo* se recolligunt ad accusandum ciuiliter dum dicunt: *Percutiamus eum lingua. Tertio* se recolligunt ad occidendum hostiliter, cum dicunt; Matth. 21. *Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.* Et hæc est conclusio malitiæ vltima.

III. Inuitatorū ambitiosorum.

TERTIVM inuitatorium est ambitiosorum, & habetur Genes. 11. *Venite faciamus nobis ciuitatē & turrim, cuius cacumen pertingit ad cœlū & celebremus nomen nostrū.*

Est enim NOTANDVM quod omnes ambitiosi exponunt se maximis laboribus, pro honoribus cōsequendis, in tantum quòd si talem partem laboris facerent propter Deum, maximi meriti forent. Vnde isti ad ædificandū, fodiendum, & construendum se applicant & exponunt. Quantam æstimatis vexationem sustinent, qui curijs Papæ Regis, & Episcoporum se mancipant. Dant munera, dissimulant, adulantur, mentiuntur, & se nequiter humiliant. De hoc dicit Innocentius de vilitate humanæ conditionis lib. 3 cap. 26. Ambitiosus semper est pauidus, semper attentus, ne dicat quid,

Digitized by Google

quid, vel faciat, quod in oculis valeat displicere: humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet; benignitatem ostendit, cunctos honorat, vniuersis inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit amplexatur, applaudit & adulatur. Et ponit exemplum ibidem, cap. 28. de Absalone, qui venientibus ad se, extendit manum & *apprehendens osculabatur*. Ideo de talib. Curialibus qui castra Regum sequuntur, dixit quidam.

Sunt qui dicuntur miseri, qui castra sequuntur.

IV. Inuitatorium prædicatorum.

QVARTVM inuitatorium est prædicatorum & ponitur in Psalm. 94. *Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro.* Et iterum. *Venite adoremus & procidamus ante Deum.* Et Matth. 22. in hodierno Euangelio. *Venite ad nuptias quia parata sunt omnia.* Illud inuitatorium valde ferialiter cantatur his diebus. Quia tantus est strepidus in choro mundi quod illud inuitatorium non auditur in choro Christi, quia hic inuitati ad nuptias aliqui venire noluerunt, aliqui neglexerunt, alij in villam abierunt. Reliqui ad negotiationem iuerunt, & cæteri nuncios occiderunt. *De quibus dicitur. Et nolebant venire.* Tales sunt qui raro vel nunquam ad prædicationem veniunt, & contra se aliquid audiunt, vel contra prædicatores si eis contrarium præcipiunt murmurant. Sed istud murmur est contra Deum, sicut Moyses & Aron filijs Israel dixerunt. Exodi. 16. *Non est murmur contra nos, sed contra Deum.* Ideo hoc peccatum filios Israël transeuntes per desertum, excluſit à terra promissionis, vt solum duo intrarent de his qui ex Ægypto exierunt, videlicet Iosue & Caleph, licet promissa esset eis multoties. Numero. 14 dicitur. *Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam leuaui manum meam, vt in habitare vos facerem in ea.* Et sicut illi propter murmur suum sunt excluſi à terra promissionis, sic & nunc murmurantes contra prædicatores, non intrabunt in regnũ cœlorum. Cuius figura erat terra promissionis. Ideo dicit Gregorius Regnum cœlorum nullus qui murmurat accipit.

Varij varijs modis detractant venire.

I. Murmuratores.

Murmurantes contra Cõcionatores à regno Dei excludentur.

V II. Negligentes audire Missam & verbum Dei.

SECVNDI venire neglexerunt de quibus dicitur, Illi autem neglexerunt. Et sunt hi qui tarde ad prædicationem & ad Missam veniunt, & sic negligunt Dei præcepta & Ecclesiæ statuta atq; suæ animæ salutem. Et NOTA quod tria sunt quæ solent esse occasio huius negligentiæ. *Primum* est minor timor Domini. Nam qui timet dominũ cui seruit, multum cauet ne incurrat aliquam negligentiam in seruitio suo. Ita est de seruitio summi domini. Eccles. 7. *Qui timet Dominum, nihil negligit. Secundum* est minor cura animæ. Si enim homines tantum curarent de salutæ animæ suæ, sicut curant de salute corporis sui, nihil negligerent eorum quæ pertinent ad salutem animę. Sed audiant hi quid Sapiens dicat. Prouerb. 19. *Qui custodit mandatum, custodit animam suam. Qui autem negligit viam suam, mortificabitur.* Et talium est occupatio circa transitoria. Vnde Gregorius 3. moralium. Sunt nonnulli vani, qui vitam suam negligunt, dum transitoria appetunt, æterna vel non intelligunt, vel intellecta contemnunt.

An omnis negligentia sit peccatũ mortale.

Sed hic oritur quæstio. Vtrum omnis negligentia sit peccatum mortale, & sic legitur. Ierem. 48. *Maledictus qui facit opus domini negligenter*, vbi maledictio refertur pro negligentia, respectu circumstantiæ debitæ. Ad literam autem loquitur propheta de Nabuchodonosor, quem fecit instrumentum suum, ad flagellandum populum Israël. Istud autem opus fuit Dei sic ordinantis & committentis. Sed istud

requisitæ ad hoc, quod regia potestas, aut aliàs quodlibet dominum, executionem debitam sortiatur. *Primum* est tranquillitas in præsidendo, ibi; *Rex qui sedet*. *Secundum* est æqualitas in discernendo, ibi; *In solio iudicij*. *Tertium* perspicacitas in inquirendo, cum dicit; *In intuitu*. *Quartum* potestas in puniendo, ibi; *Dissipat omne malum*, scilicet culpæ, quo debet dissipare, aliàs si non facit, videtur approbare. Quia dicit Innocentius dist. 83. cap. Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas cum minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Hæc ille.

Et NOTANDVM, quamuis dominatio his quatuor modis prædictis possit esse licita, tamen tria sunt quæ retrahunt ab ea. Retrahunt hominem à dominandi appetitu.

PRIMVM est temporalis breuitas, secundum illud Eccli. 10. *Omnis potentatus breuis vita.* Quia dicit Nicolaus de Lyra, quod potentes inordinatè viuunt, communiter suas concupiscentias sequentes. 1. Ethicorum. Et quia multi machinantur in mortem eorum: aliqui ex ambitione vt habeant statum eorum: aliqui ex odio eo, quod ab eis se reputant grauatos. Sicut contigit Alexandro Imperatori, qui solum duodecim annis regnauit, & à quodam pincerna suo intoxicatus fuit, vt patet sermone 92. E. *I.* Breuitas tẽporis.

SECVNDVM est, periculi quantitas. Quia quanto maior potentia, tanto maior miseria & molestia. Narrat enim Valerius Maximus quod cum quidam rex coronari deberet, accepit coronam in manu sua dicens. O nobilis corona, quàm multa habes incommoda & pericula. quæ si quis aspiceret, te à terra non leuaret. *II.* Periculum cadendi. Historia.

TERTIVM est casus immanitas, quia quanto status altior, tanto casus profundior. Iuxta illud Psal. 36. *Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani & transiui, & ecce non erat.* *III.* Casus magnitudo.

QVARTI ad negotiationem suam. Tales sunt qui auarè pro talibus laborant, & propter temporalia produnt æterna. Vnde Gregorius in homilia. Auari qui æterna intueri negligunt, & appetitu temporalium rerum negotiatione succumbunt, tanto ab æterno cadunt altius, quanto amant bona temporalia, quæ sola bona esse credunt. *IV.* Quinam ob negotiationem Christi nuptias omittunt.

Circa hoc autem est NOTANDVM, quod negotiatio est duplex. *Alia* licita, *alia* illicita. *Illicita* sunt quæ de sui natura fieri sine peccato non possunt, vt vsura, Simonia, furta, adulteria, fornicatio, & sunt omnibus prohibita, dist. 83. cap. Fornicari. *Fornicari* homini non semper licet, id est, nunquam. *Negociari* aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus sit quis, licet negociari facto, iam non licet, per Augustinum 14. quæst. Nec hoc. *Quædam verò non sunt illicita* ex sua natura, vt tutela, cura, & omne exercitium artium mechanicarum, vt textoriæ, sutoriæ, & consimilium, quæ sunt necessariæ humano vsui. Negociatio quæ licita, quæ illicita.

Dicit tamen Raymundus, quod possunt fieri illicita multipliciter. *Primo* ex causa, vt quando fierent propter auaritiam scilicet, propter improbam cupiditatem, diuitiarum, non ad necessitatẽ, sed alium finem malum. Et secundum hoc prohibita sunt omnibus 47. dist. cap. Omnes, & cap. Sicut hi. *Secundo* ex tempore, vt si fiant in diebus Dominicis seu festis, in quibus ab huiusmodi operibus est cessandum. De consecrat. dist. 3. Rogationes. 5. quæst. 4. cap. 1. & 3. 1. 2.

Digitized by Google

Dominicis & festis liceat ad nundinas ire.

Sed diceret aliquis. Nunquid peccat mortaliter qui vadit ad mercata, quæ fiunt die Dominica, vel alijs festis præcipuis? *Respondet* Guliel. Si aliquis facit hoc pro sua necessitate aliquando, nõ consuetudinariè: non credo quod mortaliter peccat. Si autem hoc ducat in consuetudinem, aut hoc facit ex improba cupiditate lucrandi, sicut faciunt mercatores qui propter frequendanda mercata raro vel nunquam Ecclesias suas intrant credo quod peccent mortaliter: quia inhibitum est. Extra de ferijs. Omnes dies. Item ex tempore, sicut possunt fieri iudicia illicita, quæ fierent de nocte,

3 aut non clara die, Extra de officijs delegatis. Consuluit. *Tertio* ex persona, quia clericis, religiosis talia prohibita sunt. 2. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus.*

4 *Quarto* ex loco: quia in loco inhonesto & suspecto, non debet quis negociari aut cõuersari 81. dist. In omnibus 27. quæ. 1. Si quis sacro. Item quinq; sunt illicita ex loco, propter loci excellentiam, puta quando in ecclesia huiusmodi fierent, quæ non est locus negotiationis sed orationis, quia & *dominus inde vendentes & ementes eiecit.* Matth. 21. Ioan. 2. Et 16. quæ. 2. Et hoc diximus.

V. Quidam nũtios occidũt.

QVINTI nuncios occiderunt, de quibus dicitur. *Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.* Tales sunt qui prædicatores veritatis persequuntur & odiunt, de quibus Amos 5. *Odio habuerunt corripientem in porta & perfecte loquentem abominati sunt.* Ideò quantum ad quartum ponit vindicationem Dei pœnosam cum dicit. *Rex autem cum audisset iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos.*

X Cur ira Dei sit formidabilis.

VBI NOTA quod ira Dei, nihil aliud est nisi iusta vindicta. Dicit enim Augustinus libro de Trinitate, Ira Dei non est animæ perturbatio, sed iudicium quo irrogatur peccati correctio. Et secundum ipsum ira Dei habet quatuor conditiones, propter quas debet merito formidari.

Ira Dei non potest declinari.

PRIMA conditio quod non declinatur virium potestate ab ira hominis potest aliquibus se fortasis abscondere, vel subterfugere, siue resistere. Sed ira Dei nec loco metitur, nec finitur tempore, nec virtute transcenditur. Naum, 1. *Ante faciem indignitationis eius quis stabit? & quis resistit in ira furoris eius?* Psal. 89. *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Probat Boëtius lib. 1. de consolatione philosophiæ Metro. 4. quod sapiens non habet timere iram cuiuscunque tyranni, quantumcunq; sæuiat contra eum: Nam in potestate sapientis est, facere iram ipsius inermem. Quia sapiens nihil timet perdere, quod tyrannus potest auferre. nec aliquid sperat se ab eo recipere, quod tyrannus potest ei conferre: & hoc reddit iram suam inermem totaliter & impotentem, & priuat eum penitus armis suis. Dicit enim sic.

Ira tyranni quomodo fiat inermis.

Quid tantum miseri feros tyrannos,
Mirantur, sine viribus furentes.
Nec speres aliquid, nec extimescas,
Exarmaueris potentis iram.
Aut quisquis trepidus pauet vel optat;
Quod non sit stabilis suiq; iuris;
Abiecit clypeum, locoq; motus;
Nectit, qua valeat trahi, catenam: quasi diceret. Quicunque immoderatè honores & diuitias huius mundi optat, & pusillanimiter aduersitates fortunæ timet,

talis

talis de ſuis paſſionibus aduerſitatis & proſperitatis facit catenam, qua hac vel illac per amorē vel iram alterius poſſit trahi. Modo ſi loquamur de Deo nō poſſumus eum facere ſic impotentem, non appetendo quod poteſt conferre nec pertimeſcendo, quod poſt inferre. Nam beatitudinem quam poteſt conferre, naturaliter omnes cupimus & miſeriam quam poteſt inferre, naturaliter abhorremus. Omnes enim homines beati eſſe volunt, idq; vnum ardentiſſimo amore appetunt, ſicut dicit Auguſtinus 12 de Trinitate cap. 15. dicens, quòd nullo modo poſſumus velle miſeri eſſe; ergo non reſtat nobis aliud niſi diuinam voluntatem explere, ex quo naturaliter appetimus, quod ſine ipſo habere nequimus.

Ira Dei non minuitur tēporis tarditate.

SECVNDA conditio iræ Dei eſt, quod non debilitatur temporis tarditate, ſicut patet de ira dura erga Iudæos, qui nuntios ſuos occiderunt, quæ licet tardè fuiſſet oſtenſa, videlicet Anno XLII. tamen non fuit debilitata, quia per Titum & Veſpaſianum, qui intelliguntur hic ſecundum Hieronymum per exercitus, perdidit illos homicidas ſcilicet Iudæos, & ciuitatem præuaricatricem accēderunt, ideò dicit Valerius lib. primo. cap. 2. Lento gradu ad vindictam diuina procedit ira, tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Et poſtea, vt habetur. Eccli. 15. *In gente incredibili exardeſcet ira.*

Hiſtoria.

Fertur de quadam ciuitate, quæ bellis plurimis laceſſita, miſit ad quendam principem pro ſuccurſu habendo, vt animus eius citius inclinaretur, exponunt ſibi fortitudinem ciuitatis in turribus foſſatis, quibus ille remiſit. Eſtné inquit ciuitas veſtra ſuperius cooperta, ita quod ira Dei ſuper illam deſcendere neſciat? Quod ſi ita eſt, libenter veniam ad vos & defendam. Sin autem propter peccata veſtra, indignationem diuinam incurriſtis; contra vitam Dei, pugnare non audeo.

Hiſtoria. * Alias frumenta.

Refert Robertus Holkot lectione 206. quod in quadam patria in Anglia, quæ Nolit fortia vocatur, dicitur contigiſſe, quod blada * quodam anno in æſtate pulcherrima creuerant: Et ecce appropinquante tempore meſſis, venit quoddam genus muſcæ in maxima multitudine quod totum bladum pulcherrimum conſumpſit, quod vix inter quinq; milliaria vnum quartarium inueniretur. Homines vero illius patriæ quaſdam de muſcis cœperunt, & diligenter inſpicientes quales eſſent: quia nunquam tales viderant, inuenerunt eas habere depictas literas in alis ſuis: in vna ala ſcriptum erat, IRA; in alia, DEI; vt manifeſtum eſſet, propter demerita populi vindictā diuinam fuiſſe, iuxta illud Iere. 12. *Seminauerunt triticum, & meſſuerunt ſpinas; hereditatem acceperunt, & non eis proderit. Confundamini à fructibus veſtris propter iram furoris Domini.* Sic etiam ſi temporibus noſtris flagellamur in penuria fructuum, ſciamus hoc ex ira Dei procedere, eo quod obliuiſcamur pauperum. Dicit enim Hieronymus ſuper Malachiam & habetur 26. quæſt. 1. cap. Reuertimini. Si quando fames ex penuria fructuum, & rerum omnium egeſtas opprimit mundum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, qui ſe in pauperibus, ſi non accipiunt eleemoſynam fraudari loquitur.

Ira Dei exardeſcit, cōtra Communitatem ob peccatum vnius.

TERTIA conditio, iræ Dei, quod in plures excitatur vnius prauitate. Propter vnius enim perſonę malitiam, Deus aliquando flagellat vnam totam multitudinem. Exemplum. Geneſ. 20. quod *tota domus Abimelech ſterilis fuit*, propter demerita Abimelech. Sic etiam propter peccata Pharaonis, tota Ægyptus punita eſt morte primo-

primogenitorum. Exodi 12. *Non erat domus in qua non iaceret mortuus.* Quia dicitur Sapient. 18. *Durus debellator in mediam exterminij terram*, id est, in medio Ægypti, quæ tunc fuit terra exterminij, *prosiluit, gladius acutus*, id est, angelus habens gladium acutum: *insimulatum*, id est, verum & non fictum, *imperium tuum portans, & stans omnia morte replenit*, id est, omnes domos replenit morte, *& vsque ad cœlum attingebat, stans in terra.* Et iste angelus, vt dicunt Doctores, fuit Angelus bonus. Dicit enim Glossa super illud Psalm. 77. *Immissiones per angelos malos*, quod mali Angeli aliquando puniunt bonos corporaliter, sicut patet. Iob. 1. & 2. capite. Sed malos puniunt mali Angeli spiritualiter & corporaliter. Boni enim Angeli puniunt malos homines tantum corporaliter, aut in corporalibus pœnis, & non spiritualibus. Vel potuit dicere, quod Angelus bonus vtebatur dæmonibus, eos cogendo exterminare Ægyptios, & sic dicit Augustinus super illud Psalm 77. *Misit in eos iram indignationis suæ, immissiones per Angelos malos.* Possumus, inquit, sine dubitatione malis angelis attribuere, mortes primogenitorum & obdurationes Ægyptiorum. Et sic ista exterminatio fuit per angelum bonum & malum. Sic & totus populus Israël pro peccato Acham punitus est, vt supra patuit, serm. 56. Q.

Ira Dei sola humilitate mitigatur.

QVARTA conditio iræ Dei quod non mitigatur nisi humilitate. Natura enim leonis est non irasci, nisi lædatur. Prostratis hominibus parcere consueuit. Iuxta illud.

Parcere prostratis, scit nobilis ira leonis.

Eodem modo Christus non irascitur, nisi læsus. Vnde Isa. 64. Ne irascaris Domine satis; & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ. Quantumcunq; offensus humilitate placatur. Vnde 2. Paralip. 12. dicit Dominus *Humiliati sunt, non disperdam eos.* Et verè si Iudæi in Hierusalem super morte Christi humiliati fuissent, ipse contra eos placatus fuisset.

Tertiæ nuptiæ Christi sunt internæ vnionis.

TERTIO cœlestis Pater & Rex fecit, & adhuc quotidie facit filio suo Christo nuptias internæ vnionis, videlicet cum Christus cum anima spiritualiter vnitur.

Y

Sponsi dictiores tria faciunt. Clenodia, quæ Christus suæ sponsæ portauit. Corona.

Vbi NOTANDVM, quod sponsi terreni si abundantes sunt, solent pro sponsis principaliter tria facere. Videlicet Clenodia portare, donaria dare, & conuiuia parare. PRIMO, ergo solent pro amore sponsarum clenodia portare, videlicet serta de floribus, chirothecas coloratas, calceos excisos, latos, & ornata cingula, & vestes curiales. Sic Christus Dominus noster, pro amore animarum nostrarum, quæ sunt sponsæ suæ, *desponsatæ sibi in fide.* Oseæ 3. Hæc clenodia portauit.

PRIMVM clenodium est, corona, quæ accipitur in serto, quod ipse impositum à Synagoga accepit, & pro dilectione nostra portauit. De hac corona, aut serto dicit Euangelista Ioan. 19. *Milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius.* Ecce ô anima Christi sponsa, non portauit pro honore tuo coronam de floribus redolentibus, sed de spinis pungentibus; non de rosis recreantibus, sed de puncturis vulnerantibus; non in solatium, sed in opprobrium, non in gloriam, sed in contumeliam, sicut canitur in historia Ecclesiastica. *O coronati Domini ludibrium.*

Quare Christus spineam coronam elegerit.

Sed quare voluit Christus propter sponsam suam tale sertum, non sibi in gloriam, sed in contumeliam deferre? *Respondetur* propter tria, videlicet, vt sponsæ suæ coronam gloriæ procuraret, vt eam à potestate dæmonum liberaret, vt eam à crimine expurgaret. De his tribus canit ecclesia in hymno. Quantum ad *Primum*, coronat

regem

Digitized by Google

regem omnium corona contumeliæ, cuius nobis corona fert opprobrium gloriæ. *Ad secundum*, sic canit. De spinarum aculeis Christi corona plectitur, qua ministris tartareis mundi potestas tollitur. De *Tertio*. Corona Christi capitis sacro perfusa sanguine, pœnis solutis debitis, reos purgat à crimine.

Vulnera manuum.

SECVNDVM clenodium, quod Christus portauit pro amore sponsę huius sunt vulnera manuum, quæ significantur per chirothecas coloratas: quia sicut chirothecæ colorantur ex flaueo, rubeo, nigro. Sic manus Christi erant *flaue* ex plagarum illatione. *Rubeæ* ex sanguinis aspersione: & *nigræ* ex humoris coagulatione. Quando enim cruor effusus coagulatur, membrum de quo effusus est denigratur.

Quare Christus ex manibus sanguinem fuderit.

Sed quare Christus voluit sanguinem de manibus effundere, & eos ita colorare? *Ad hoc dicitur* quod corpus hominis quod est insanum consueuit minuere manum. Sed quia in toto corpore generis humani, non fuit aliqua pars tota perfectè sana, ideo vtraq; manus Christi fuit minuta, vt corpus humanum sanaretur. Ideo dicit Augustinus: Effusus est sanguis medici, & factus est medicamentum phrenetici.

Pedum foramina.

TERTIVM clenodium quod portauit Christus pro amore sponsæ suæ, sunt pedum foramina, & significantur per calceos exciſos; quia sicut sponsus calceos suos finit perforare aliquo instrumento, sic & Christus foramina pedum accepit propter dilectionem nostram, sicut de hoc dicitur Psalm. 21. *Foderunt manus meas, & pedes meos, &c.*

Liuor flagellorum.

QVARTVM est liuor flagellorum, & significatur per cingulum, quia sicut cingulum corpus cingit, sic liuor in corpore Christi erat vndiq; circumfusus. De hoc dicitur Eccli. 28. *Flagelli plaga liuorem facit.* Sed hunc liuorem portauit vt per ipsum sanaremur. Isaiæ 53. *Cuius liuore sanati sumus.*

Tunica purpurea.

QVINTVM clenodiū fuit tunica purpurea qua indutus fuerat Christus à Pilato, quia dicitur Ioan. 19. *Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum.* Hæc purpura est vestis curialis, sed fuit sibi inducta in derisum. Iuxta illud quod canitur. Rex regum induitur purpura regali cultu, sed despicitur non honoratur tali. Ecce, ô fidelis anima, hæc sunt clenodia, quæ pro amore tuo sponsus tuus Christus voluit portare, vt & te ad suum amorem posset inclinare.

Donaria quæ Christus suæ, sponsæ donauit.

SECVNDO, consueuit sponsus sponsæ aliqua donaria donare, videlicet arrham pretiosam, aut alia ornamenta. Quia refert Ambrosius quod beata Agnes cum à scholis esset reuersa, à filio præfecti fuit adamata, & quia eam in sponsam habere voluit, offerre plurima dona cœpit, & ampliora promisit. Sed beata virgo hæc velut stercora recusauit. Ita etiam legitur in vita sanctæ Dorotheæ, quod Fabricius qui adamauit eam, spopondit ei res absq; computi ratione, & thesauros plurimos, si in suum coniugium consentiret. Sed ista virgo speciosa quasi lutum despexit. Sic & Christus zelator & sponsus animarum, multa eis dona dedit, & ampliora promisit seipsum in sponsum habere velint.

Agnes virgo. Dorothea.

De his donis dicit Hugo de sancto Victore. Discerne, inquit, O anima, quæ à Christo accepisti bona. Alia namq; *communiter*, alia *specialiter*, alia *singulariter* tibi data sunt. Respice mundum istum, omnis natura ad hunc finem suum cursum dirigit, vt obsequijs tuis & vtilitatibus deseruiat, multum certe diligendus est, qui tantum dare potuit & voluit. Cogita quantū diligat te, qui tantū dignatus est facere propter te.

Est tamen NOTANDVM, quod Christus inter alia dona dedit animæ quædam

ſpecialia. Quia & ſecularis dat ſponſæ arrham & interdum veſtem rubeam, aut alterius coloris, cingulum pulchrum, aut calceos rubeos. Sic Chriſtus dedit ſponſæ ſuæ primo arrham, quia dicit Hugo de ſancto Victore. Nulla eſt anima, quæ Chriſti ſponſi arrham non accepit. Sed eſt arrha quædam cõmunis, quædam ſpecialis. Arrha *communis* eſt, quod viuimus, quod ſapimus, quod diſcernimus, quod intelligimus. Arrha ſpecialis eſt, quod baptizati ſumus, quod remiſſionem peccatorum conſecuti ſumus, quod charismata virtutum accepimus, & quod quisq; habet hoc eſt cuiq; arrha. Arrha eſt diuiti, diuitiæ ſuæ quibus fouetur, ne eum moleſtia paupertatis frangat. Arrha eſt pauperi paupertas ſua, qua caſtigatur ne abundans deſæuiat. Arrha eſt forti fortitudo ſua, qua roboratur, vt ad bonum opus conualeſcat. Arrha eſt debili debilitas ſua, qua ſtringitur, ne malum perficiat. Arrha eſt ſapienti ſua ſapientia, qua illuminatur vt proficiat. Arrha eſt ſimplici ſimplicitas ſua qua humiliatur ne ſuperbiat. Ideò in omnibus gratias agere debemus; vt dum vtiq; eius miſericordiam conſpicimus, ſemper in eius amore proficiamus. Hæc ille.

Arrha duplex.

Arrha diuiti
Pauperis.
Fortis.
Debilis.
Sapientis.
Simplicis.

Propter arrham ideò, quam quæq; anima à ſponſo Chriſto accepit, multum eum diligere debuit. Ideò dicit Hugo in ſoliloquio de arrha animæ ſuæ. Si adhuc ſcire non potes qualis ſit ille qui te diligit, conſidera ſaltem arrham quam dedit, fortaſſis in ipſo munere quod penes te eſt, agnoſcere potes quo affectu illum diligere, quo ſtudio & diligentia te illi debeas conſeruare. In figura eſt arrha eius nobile donum, quia nec magnum decuit vt parua daret. *Et infra dicit.* Si quid dedit tibi, O anima mea, tuus ſponſus, tu noſti quid accipiſti & neceſſe habes adhuc melius noſſe, quæ incipis de his quæ accepiſti præſumere, gratias non proferre. Nam & ipſe idcirco tibi dedit, vt tu ſemper in memoria habeas, & nunquam ab eius amore tepeſcas. *Et tunc ponit ea quæ accepit.* Præcogita, inquit, anima mea, quod aliquando non fueris, & vt eſſe inciperes, hoc eius dona acceperis: nunc autem amplius dedit non ſolum eſſe, ſed & pulchrum eſſe, & formoſum eſſe. Adhuc aliquid amplius dedit & magna, dum te ad ſimilitudinem ſuam traxit, voluit te ad ſe trahere per ſimilitudinem, quia ad ſe traxit per dilectionem. Magno debito obligata es anima mea, multum accepiſti, & nihil à te habuiſti, & pro his omnibus non habes quod retribuas, niſi tantum vt diligas. Quod ergo per dilectionem datum eſt, nec melius, nec decentius, quàm per dilectionem reparari poteſt. Hæc Hugo.

SECVNDO dedit Chriſtus animæ ſponſæ ſuæ veſtem *rubeam* caritatis, & hæc eſt veſtis nuptialis, quam ſi quis habuerit, ad cœleſtes nuptias introibit. Vnde Gregorius. Caritas eſt veſtis nuptialis, quia ea indutus Chriſtus fuit, quando ex charitate incarnari voluit. *Et ſubdit.* Quilibet ergo veſtrum qui in Eccleſia poſitus eſt, & Deo credidit, iam ad nuptias intrauit. Sed cum nuptiali veſte non erit, ſi charitatis gratiam non cuſtodit. Sic ille cui dictum eſt. *Amice, quomodo huc inſtraſti, non habens veſtem nuptialem?*

Rubea veſtis ſponſæ, eſt veſtis nuptialis.

TERTIO dedit ei cingulum pulchrum caſtitatis, quæ quidem multũ ornat quamlibet animam Chriſti ſponſam. Ideo dicit Apoſtolus ad Epheſ. 6. *Stati ſuccincti lumbos veſtros.* Gloſſa, cingulo caſtitatis: *in veritate* & non ſimulatorie tantum, vt dicit Gregorius Homilia 12. Lumbos enim præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coartamus.

Cingulum caſtitatis, ornat ſponſam Chriſti.

QVAR-

QVARTÒ, dedit ei rubeos calceos geminæ dilectionis. Nam ſuper illo verbo Apoſtoli ad Epheſ. 6. dicit Magiſter in gloſſa, quòd per calceos intelligitur duplex charitas, ſcilicet dilectionis Dei & proximi, & per pedes affectiones: quia ſicut pedes corporales per cooperimentum calceamentorum cuſtodiunt, ne offendantur: ſic per geminam charitatem dilectionis, pedes affectionis muniuntur ne terram tangant, aut ſpinis vitiorum lacerentur, & ratio, quia per hanc duplicem charitatem ita hoſtis noſter proſternitur, quod non pro ſuis fraudibus poteſt contra nos prævalere. Hæc deſiderat Apoſtolus Rom. 6. *Deus pacis conteret ſathanam ſub pedibus veſtris velociter.* Calcei ſponſæ, gemina dilectio.

TERTIÒ, ſolet ſponſus ſponſæ ſuæ, quando eam accipit, conuiuia parare, ſicut patet de Tobia, qui fecit conuiuium in nuptiis Saræ ſponſæ ſuæ, *occidens duas vaccas pingues, & quatuor arietes*, & iuſſit parari epulas vicinis ſuis & amicis, Tobiæ 8. Et ſimiliter Aſſuerus quando ſibi Heſter deſponſauit, *conuiuium permagnificum* præparauit. Heſter 2. Conuiuia quæ Chriſtus parat ſuæ ſponſæ.

Sic SPIRITVALITER Aſſuerus, qui interpretatur beatitudo, ſignificans Chriſtum, parat nuptias ſpirituales, quando cum Heſter, quæ interpretatur abſcondita, ſignificans animam, ſpirituali matrimonio coniungitur per conuiuium per ſolenne, in quo ipſe eſt dapifer, & Spiritus ſanctus pincerna, ſicut teſtatur Hugo de ſancto Victore, admirans illud ſpirituale conuiuium dicens. O qualis refectio vbi dapifer eſt Chriſtus, pincerna verò Spiritus ſanctus. Chriſtus enim miniſtrat in cibo, & Spiritus ſanctus in potu. Vnde Bernardus in libro de diligendo Deo, parum vltra medium, dicit quod ſapientia, quæ eſt Chriſtus, triplex celebrat conuiuium, & ex vna complet charitate, gradatim tamen cibat in hac vita laborantes, potat poſt hanc quieſcentes in æterna vita regnantes. Vnde ſapientia primò vocat ad cibum ſuum Prouerb. 9. *Venite comedite panem meum.* Super quo dicit Humbertus. Et quis eſt iſte panis, ad quem ſapientia inuitat, niſi Spiritus ſanctus, *quem de cœlo præparauit.* Sap. 16. Quem Spiritus ſanctus in vtero virginis præparauit ſeu formauit, vt dicit Ambroſius. Quem ſpiritus charitatis in igne charitatis pinſuit: quem ſpiritus largitatis in ſacramento charitatis nobis communicauit, quem q; *quotidianum* poſtulamus. Lucæ 11. quem omni delectamento & ſaporis ſuauitate condiuit: quem nobis manducandum cum angelis in æterna beatitudine conſeruat. Lucæ 14. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, vbi dicit Auguſtinus in gloſſa. Quis eſt panis regni Dei niſi ille qui dicit. *Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi*, non cibus corporis, ſed cordis: non figuratiuus, ſed verus; non mortuus, ſed viuus; non tranſiens, ſed permanens; non deficiens hic, ſed æternaliter reficiens, & dulciter ſatians. Chriſtus ſapientiæ triplex celebrat conuiuium. Ioan. 6.

Hunc panem docet comedere Honorius ſuper Cantic. 2. *Et fructus eius dulcis gutturi meo*, vbi dicit. Da mihi Domine fructum dulcem, fructum vitæ animæ meæ; altus eſt, attolle deſiderium; benedictus eſt ſanctifica obſequium. Imputribilis eſt, purifica affectum; ſuauis eſt, lætifica animum. Et gloſſa ibidem dicit. Saturata ſum cœleſti dulcedine corporis ſui. Igitur cum iſte cibus & fructus benedictus habeat in ſe *delectamentum omnis ſuauitatis.* Sap. 16. ideo non ſolum eſt *dulcis gutturi meo*, ſed etiam omnibus ſenſibus interioribus ſpiritualibus dulcis eſt, & eos confortat. Eſt enim dulcis viſui per contemplationem limpidam. Eccleſ. 11. *Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem*: de quo Propheta Ezech. 32. *Solem nube tegam*, id eſt, corpore ſuo. Cibus Chriſti dulcis eſt omnibus ſenſibus.

Digitized by Google

Dulcis est auditui per inspirationem cœlicam. Dulcis est olfactui per suauitatem odoriferam quia *in odore vnguentorum eius currimus post eum.* Cantic. 1. Dulcis est gustui per masticationem sapidam. 1. Petr. 2. *Si tamen gustatis quoniam suauis est Dominus.* Dulcis est tactui per retentionem amabilissimam, quia dicit amatrix eius Cantic. 3. *Tenui eum nec dimittam*, hunc cibum administrat Christus.

Z

Spiritus sanctus est pincerna.

SECVNDÒ, Spiritus sanctus inuitat animam ad potandum, dicens. *Bibite vinum quod miscui vobis.* Dicit enim Honorius. Non est plena refectio, nec omnimoda refectionis delectatio, nisi cum cibo potus iungatur. Ideo sponsa & amica in amore iam excitata, Cantic. 2. postquam dixit, à dilectione dulci se refectam fructibus, statim subiunxit se in cellam vinariam introductam ab eodem dicens. *Introduxit me rex in cellam vinariam*, vbi Honorius dicit. Sponsa hæc nequaquam gratias egisset, de introductione in cellam vinariam, nisi ipse in cella vinaria multiplex vinum habuisset. Diuersitas enim poculi, boni, melioris, & optimi, diuersitatem dilectionum generat.

Verbum æternum est cella vinaria.

Hæc cella vinaria, vt dicit Vertillensis, est verbum æternum, sapientia Patris, continens omnes theorias, id est, reuelationes, quæ pleniſſimè continent vinum spiritualis gaudij, & vbertim fundunt in amantes. In hac namq; cella vinaria inuenitur omne genus vini, mentes sanctas reficiens & lætificans, secundum varios gradus amoris. Vnde ostendit glossa, super illud Canticor. 2. *Introduxit me rex in cellam vinariam.* In hac cella inuenitur vinum præcipuum. vinum perspicuum, siue purum, & vinum ignitum, & vinum conditum. Vinum præcipuum appositum *magnificentia regia*, Hester. 1. Vinum quoque vt regia potestate dignum erat abundans & præcipuum ponebatur. Vinum perspicuum siue merum distributum manu sapientissima. Et omninò ignitum. Psalm. 38. *Concaluit cor meum intra me, &c.* Vinum qnoq; conditum seu aromaticum. Canticorum 8. *Dabo tibi poculum ex vino condito.* Sed quid hæc diuersa vina significent, quærit Humbertus, & respondet nil aliud esse, nisi quasdam charitatis animas amatrices potantes & reficientes, non tamen adhuc inebriantes.

Vinum præcipuum.

Perspicuũ. Ignitum. Conditum.

IV.

Quartæ nuptiæ sunt æternæ glorificationis. Rex harum nuptiarum Christus.

QVARTÒ, Deus Pater fecit nuptias filio suo æternæ glorificationis, & hæ præcipuè tunc erunt, quando omnes electos suos Dominus ad mensam æternæ felicitatis collocabit. Vbi NOTANDVM. De his nuptiis dicit Dominus Lucæ 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus cœlestis, &c.* In quibus verbis patet quod rex huius regalis conuiuij Christus est Dei filius, in cuius semore scriptum est. *Rex regum, & Dominus dominantium.* Apocal. 19. Visio illius regis facit beatum. Ideo dicit Hieronymus in quadam epistola. Solum plenum & verum gaudium est, quod non de creatura, sed de creatore concipitur; quod cum possederis, nemo tollet à te. Cui comparata omnis aliunde iucũditas, mœrori; omnis suauitas, dolor est; omne dulce, amarum; omne decorum, fœdum; omne postremo quodcunque aliud delectari possit, molestum est. Et Chrysostomus de reparatione lapsi, exclamat dicens. O si quotidie oporteret nos tormenta perferre, etsi etiam gehennam paruo tempore tolerare, pro eo vt Christum videre possemus in gloria venientem, & sociorum eius numero sociari: Nonne erat dignum pati, omne quod triste est, modo vt tanti boni tantæq; gloriæ participes haberemur?

SECVNDÒ patet, quod ad has nuptias non solum inuitantur homines, sed & angeli

Digitized by Google

angeli. De quo Chryſoſtomus vbi ſuprà. Intuere tecum non ſolum ex hominibus, ſed etiam ex thronis, dominationibus, principatibus, poteſtatibus comitatum eſſe. De hac ſocietate dicit Cyprianus in libro de mortalitate, *in fine*. Cur, inquit, non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, & parentes noſtros ſalutare poſſimus. Magnus enim illic nos carorum numerus exſpectat, parentum, fratrum, filiorum, & aliorum copioſa turba nos deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſollicita. Ad horum conſpectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt? Conuiuæ angeli.

TERTIÒ de conuiuio harum nuptiarum ſeptem ſunt videnda. Conuiuij harum nuptiarum cõditiones.

PRIMÒ, de ipſius conuiuij gloria & æternitate, nam neceſſe eſt ipſum æternum eſſe, quia celebratur in regno cœlorum æterno, *cuius regni non erit finis*. Lucæ 1. De eius æternitate dicit Auguſtinus. O vita vitalis, dulcis & amabilis, & ſemper memorabilis, vbi ſumma ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, felix beatitudo & beata vita ſine fine. Et Anſelmus libr. Proſologij, cap. 25. In illo, ſcilicet conuiuio cœleſti, eſt longa & ſalubris vita. Ibi enim eſt ſana æternitas. Quia *iuſti in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum*, ſcilicet vita æterna. I. Gloria & æternitas. Sap. 5.

SECVNDÒ de iſtius conuiuij excellentia & dignitate dicit Bernardus. Merces ſanctorum, & gaudia in illo regno, & gaudio æterno, tam copioſa ſunt quod non poſſunt numerari, tam magna ſunt, quod non poſſunt æſtimari, immò excellentiſſima ſunt quæ præparauit Deus in illo regno vel conuiuio diligentibus ſe. Quæ ipſe Dominus conuiuij dicit, *quod oculus non vidit talia, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit*. II. Excellentia & dignitas conuiuij.

TERTIÒ, de eius abundantia & vbertate. De qua Bernardus ſuper Cantic. In illo regno & conuiuio meridiano, erit candor lucis æſtualis, amœnitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hyemalis: imò Deus bonum infinitum, dabit ſe omnibus incolis illius regni & conuiuis illius menſæ, quantum quilibet capax eſt. Vnde ipſe implebit ſenſus interiores maximis delectationibus. Erit enim Deus ſpeculum viſui; cythara auditui; mel guſtui; balſamum olfactui; flos delectabilis tactui. Vbi dicit Auguſtinus, laudes & carmina non deerunt, præmia non deficient, ibi nihil quod amabitur deerit, nihil deſideratur quod abſit, ibi Deus ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine faſtigatione laudabitur. III. Abũdantia & vbertas.

QVARTÒ, de huius conuiuij lege, caritate, & ſocietate, dicit Anſel: libr. Proſolog. cap. 25. Exiſtentes in illo regno & conuiuio; diligunt Deum pluſquam ſe ipſos; & inuicem tamquam ſe ipſos, & Deus illos plus quam illi ſeipſos, quia illi illum, & ſe & inuicem per illum; & ille ſe & illos per ſe ipſum, quia omnibus erit vna voluntas, quia nulla erit eis niſi Dei voluntas; ideo erit omnibus plena concordia. Et ideo ſicut illi nolunt aliud quam quod ille, ita & ille vult quicquid illi volunt, & filii Dei & Dii vocabuntur, & conſtituet Deus eos ſuper omnia bona ſua. Ibi erit quicquid deſideramus & quicquid amamus. Hæc ille. IV. Lex eſt caritas.

QVINTÒ, de huius conuiuij gaudioſa iucunditate, dicit Anſelmus vbi ſuprà. Gaudium illud quale aut quantum eſt? quantum vtiq; vnus diligit alium, tantum de eo gaudebit. In illa perfecta caritate innumerabilium beatorum angelorum & hominum, vbi nullus minus diliget alium quam ſe ipſum non aliter gaudebit quiſque pro ſingulis, quàm pro ſeipſo. V. Iucunditas.

VI. Satietas.

SEXTÒ, de ipsius conuiuij mensa & satietate, dicit Dominus Lucæ 22. *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi, &c.* Dicit Beda in glossa. Mensa proposita omnib. sanctis ad fruendum, est gloria cœlestis vitæ, qua qui esuriunt & sitiunt iustitiam saturabuntur, fruendo desiderato gaudio veri boni. Verum autem bonum solum est in quo ratio omnis boni quod est solus Deus, qui essentialiter bonus est, & in illo solo perfecta satietas est ac beata. De hac mensa & satietate loquitur Hugo super 7. angelicæ hierarchiæ, dicens: Vna est refectio & vnum alimentum: in mensa Dei non est nisi vnum quod apponitur, sed noli contemnere; satietas multa, ibi; *Satiabor*, inquit Psalm. 16. *cum apparuerit gloria tua.* Vnum est enim bonum quod præparauit Deus, sed in illo bono omne bonum est, vnam enim refectionem, vnum cibum, vnum ferculum, vnum *panem habentem omne delectamentum suauitatis* præparauit nobis Deus. Igitur *vnum est necessarium* quod vere reficit, quod ibidem sic probat. Multa in hoc mundo sunt, & omnia illa cor hominis satiare non possunt, vt experientia docet, vnum autem est bonum, & hoc solum cum percipitur, satietas inuenitur.

VII. Sobria ebrietas.

SEPTIMÒ, de huius conuiuij sobria ebrietate dicit Bernardus. Rediuiuis corporibus resumptis, in vita immortali inebriamur mira plenitudine, exuberantes post resurrectionem instar torrentium. Et meritò inebriantur, qui ad nuptias agni introduci merentur, edentes & bibentes super mensam illius in regno sapientiæ. Ad quod nos perducat Iesus inuitans.

DOMINICA XXI. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioan. 4.

A similitudo.

NATVRALITER delectant horti Regales, sed econtra perturbant carceres. Quamobrem inæqualem ducunt vitam homines in hortis Regalibus, & sedentes in carceribus: nam primi lætantur, secundi tristantur. *Figura primi* patet de horto mirabili regis Assueri, in quo, vt dicit Scholastica historia, erat vitis, cuius stipites erant argentei, palmites verò aurei, botri verò ex gemmis auro insertis. In hoc horto celebrauit Rex conuiuiũ cum suis subditis, & septem diebus cum magna lætitia, vt habetur Hester 1. *Figura secundi* habetur Gen. 40. de *carcere in quem positi erant pistor & pincerna regis Pharaonis.* Quia dicitur ibidem, quod peccantes missi erant in carcerem, vt dicit glossa, quod accusati sunt de infidelitate in officiis suis, quod frequenter accidit in curiis Regum. In hoc carcere sunt turbati, quia pistor fuit suspensus, licet pincerna officio suo fuerit restitutus.

MORALITER autem per hortum regalẽ, intellige paradisum terrestrem, qui est locus in partibus Orientis. Et dicitur παράδεισος Græcè, & hortus Latinè, Eden Hebraicè, quod apud nos deliciæ interpretatur. Est enim hortus deliciarum secundum Isidorum lib. 17. quod ex omni genere ligni pomiferarum arborum est consitus vel constitutus habens in se lignum vitæ. Non est ibi frigus, non æstus, sed perpetua aëris temperies. Et illius medio fons prorumpens, totum nemus irrigat. Sed per carcerem subaudi mundum præsentem. Quia gloriosa virgo Catharina dixit ad Porphirium.

Carcer mundus præsens.

Audi

Audi Porphiri. Mundus ille velut carcer eſt. Compedes huius carceris corpora ſunt cuiuſlibet hominis: eſt enim corpus hominis quaſi ipſius compes, tenens animam alligatam. In iſto carcere mundi, à quo cupiunt ſancti liberati, ſicut Dauid qui ait. Psalm. 141. *Educ de cuſtodia*, id eſt, de carcere, *animam meam*. Et Paulus ad Philip. 1. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. Et iterum ad Rom. 7. *Infelix*, inquit, *Ego homo quis me, &c.* Et moriar deſiderio bono & rationabili. Animæ quæ ſunt ſolutæ à compedibus corporis, eo ſunt chariores, quod ad amandum ſunt expeditiores. Et Auicenna lib. 6. animalium, dicit: quod anima ſeparata, clarius videt & intelligit quàm coniuncta corpori corruptibili.

Ad propoſitum autem dicitur, quod ſicut homines inæqualem vitam ducunt in hortis regalibus, & ſedentes in carceribus, ſic inæqualem vitam habuiſſent illic in paradiſo, & nunc in mundo; quia in paradiſo habuerunt poſſe non mori, vt declarat Magiſter lib. 2. diſt. 19. Sed nunc ex peccato primorum parentum ineſt nobis in iſto mundo neceſſitas moriendi, vt patuit ſupra. Propter quod Pſ. 88. *Quis eſt homo qui viuit, & non videbit mortem*, quaſi diceret, nullus. Et Sapiens illa mulier Thecuites ait 2. Regum. 14. *Omnes morimur & ſicut aqua in terram dilabimur*: & Apoſtolus ad Heb. 9. *Statutum eſt omnibus ſemel mori*. Et hoc patuit hic in filio reguli, de quo dicit Euangelium, quod infirmabatur, & incipiebat mori. In quo Euangelio tria principaliter tangit. *Primo*, reguli ſedulitatem, ibi; *Erat quidam regulus*. *Secundo*, filij infirmitatem, ibi; *Cuius filius infirmabatur*. *Tertio* Chriſti pietatem, ibi; *Vade, filius tuus viuit*.

Quantum ad PRIMVM, ponit reguli ſedulitatem, quæ oſtenditur in hoc quod abijt ad Chriſtum, & rogauit pro filij ſui ſanitate.

Pro quo NOTANDVM. Regulus dicitur aliquis vno modo, qui præeſt paruo regno, & hoc modo ille non dicitur regulus, quia tunc temporis nullus erat rex in Iudæa. Nam imperatores cum ſubiugaſſent ſibi Iudæam, diuidebant regnum in quatuor tetrarchias, vt per hoc ſuperbia Iudæorum domaretur, vt Luc. 3. Tempore enim natiuitatis Chriſti habuerunt Regem alienigenam, ſcilicet Herodem Aſcalonitam, de quo Matthæi. 2. *Audiens Herodes Rex turbatus eſt*. Sed tempore paſſionis Chriſti nullum habuerunt, ipſis atteſtantibus, qui dixerunt. *Regem non habemus niſi Cæſarem*. Ioan. 19. Et alio modo dicitur quis regulus ſecundum Chryſoſtomum qui de ſtirpe regia natus eſt, nec hoc modo dicitur hic regulus, qui nec de ſtirpe regia natus fuit. B Quibus modis dicitur quis Regulus.

TERTIO, dicitur quis regulus, qui ex officio alicuius regis vel Imperatoris, regit aut gubernat aliquam terram. Et ſic iſte dicitur regulus, qui erat officialis Imperatoris ad regendum & cuſtodiendam Galilæam deputatus, manens in Capharnaum, quæ erat metropolis eius, in qua filius eius infirmabatur infirmitate febrili. *Cum autem audiſſet quia Ieſus venit in Galilæam à Iudæa: abijt ad eum in Cana, vbi aquam mutauit in vinum, & rogauit eum vt deſcenderet*, quia Capharnaum erat in valle ſita, reſpectu Cana Galilææ, *& ſanaret filium eius; incipiebat enim mori*. Licet aliqualiter crederet, quod poſſet eum ſanare, tamen non credebat quod poſſet hoc facere, niſi in præſentia corporali, ſed Chriſtus ex magna pietate ſine præſentia corporali, ſanare filium, & ipſum in fide plenius voluit confirmare. vt & cæteri ibidem in eum crederent. Dicit enim Auguſtinus, ibi. Quando aquam in vinum conuertit, crediderunt in

eum discipuli eius, tamen quia domus erat plena turbis conuiuantium, ideo hanc ciuitatem repetijt, vt scilicet qui prius non crediderunt saltem modo crederent.

MORALITER autem per hunc Regulam significatur quilibet officialis ad aliquid regendum, siue prouinciam aut ciuitatem constitutus, vel perpetuò, vel ad tempus. Et omnis talis considerare debet, quòd ad sufficientiam regiminis sui quinque requiruntur, videlicet ordinatio statutorum, obtemperatio subiectorum, diuulgatio triumphorum, reconciliatio transgressorum, & expugnatio inimicorum.

Quæ requiruntur ad officium regiminis.

C PRIMVM igitur est *ordinatio statutorum*: & hæc ordinatio pertinet ad sapientem. Eccles. 19. *In omni sapiente dispositio legis.* Ideo Aristoteles 1. Polit. inquit. Sunt quidam dispositi ad principandum & quidam apti ad famulandum. Ista enim non solum sunt necessaria de lege positiua: sed etiam ex lege naturæ. Vnde naturaliter à natiuitate sunt aliqui apti ad seruiendum, & ideo declarat quòd tam principatus, quã seruitus est aliqualiter à natura. Quia quidam sunt, pro quibus expedit communitati, quod à reis homines dirigantur. Natura enim dictat, superiora & meliora, debere regere minus bona. Hinc est quod homo regit bestiam, anima corpus, & mascula regit fœminam à natura. Illi ergo homines qui sic se habent ad alios, sicut homo ad bestiam, vel sicut corpus ad animam vel sicut masculus ad fœminam apti sunt & idonei ad regendum. Ista autem extollentia super alios, vel supra cæteros, non habetur nisi per ingenium proprium hominis, q̃ est perfectionis; quæ perfectio est sapientia. Et ideo determinat Philosophus quod fortes ingenio & ratione, quamuis sint debiles corpore, sunt tamen idonei ad regendum, & fortes corpore & debiles ratione, apti sunt ad seruiendum: ita quòd naturaliter pro Republice totius humanæ communitatis est; quòd sapientes regant, & minus discreti superuianti; sicut anima, quæ ratione claret, disponit corpus & regit, & corpus ei subseruit. Et ideo Seneca libro de beneficijs, dicit Homini cui non est vis vnguium & dentium, duas res dedit illi natura, quibus reddit eum terribilem & validum, videlicet rationem & societatem. Per rationem enim animalibus, per societatem gentibus dominatur. Quia nec benigna societas absq; ratione possit haberi. Hæc ille. Vnde Salomon inter innumera gratiosa quæ dotis nomine cum sponsa sua accepit, vnum erat identias regiminis, ad alios gubernandum & regendum. Et hoc fit primo & principaliter iuxta statuta & leges ordinando. Ideo dicitur Sap. 8. *Disponam populos.* Sic etiam dicitur de alijs bonis prælatis. Sap. 18. *Iustitia legem in concordiam disposuerunt.* Qualiter autem rectores cuiuscunq; Reipublicæ, circa leges statuendas ad commodum subditorum, in quatuor conditionibus informantur, patuit suprà Sermone LXXIII. Et hic incidentaliter quæruntur aliquæ quæstiones.

Quinam apti ad regẽdum.

D PRIMO. Vtrum melius sit regimen vnius, quam multorum. *Ad hoc dicitur* quod regimen vnius optimum est quadruplici ratione.

Vtrum regimen vnius sit melius, an plurium.

Primo patet hoc ex vnitate & pace, quæ debet finaliter intendi, sicut sanitas à medico. Sed hanc efficit vnus, Ergo regimen aut principatus vnius optimum est. Exemplum patet de Octauiano Imper. sub quo natus est Christus; & descriptus vniuersus orbis, qui non solum prouincias & ciuitates, verum etiam singulas personas describere fecit. quia pacificè solus regnauit per mundum vniuersum.

1. Exemplum Octauiani Imperatoris.

Secundo, patet idem ex parte virtutis regentis. Nam quanto virtus magis vnitur,

tanto

tanto fortius agit. Exemplum patet, quia quod possunt omnes Principes Alemanniæ, potest solus Imperator, & adhuc amplius: quia potest leges condere, quod nullus Princeps potest in terra propria secundum leges, sine licentia pròpria Imperatoris specialiter, sed debent leges & statuta ordinare: quia in temporalibus generalem legem potest facere Imperator. C. de Legibus. L. 2. & L. fi. non tamen in spiritualibus seu Ecclesiasticis. Sed tamen si Imperator mandat aut permittit, potest Præfectus vel Senatus legem generalem facere. Item omnis ciuitas siue populus, potest sibi facere legem, vt Instit. de iure naturali gentium & ciuitatum. §. 2.

Tertio sumitur hoc ex his quæ videmus à natura, in qua totum regnum reducitur ad vnum principans. Sicut enim anima dominatur corpori, sic primum mobile dominatur inferioribus. Apes enim naturaliter subsunt vni regi, similiter in omnibus naturalibus omnia reducuntur ad vnum, sicut patet per Philosophum 12. Metaph. qui diuersitatem motum reducit ad vnum primum motum, & diuersitatem motorum ad primum motorem dicit. Entia nolunt malè disponi, non est bonum pluralitas principatuum, vnus ergo princeps. 3.

Quarto sumitur ab experimento. Experimur enim magis vnita regi melius: Ergo expetet quod vnus regat & dominetur, & quo ad hoc dicit Euangelista. *Erat quidam regulus*, id est, rector officialis, & non plures. 4.

Obiectiones quod principatus multorum sit meliot.

Sed contra hoc posset aliquis dicere, qui audisset vel legisset philosophum 3. Politicorum quod melius esset regimen plurium, quàm vnius, quod probat idem tribus rationibus. *Prima* sumitur ex parte regentium. Nam sicut plures experti melius iudicant quàm vnus, ita videtur quod omne regimen perfectum procedat ex iudicio rationis, & cum iudicium plurium sit melius quàm vnius, Ergo, &c. *Secundo* patet ex parte intentionis rectè regentium, & rectè regens videtur intendere bonum commune & non proprium. Sed per regimen plurium prouidetur pluribus melius, quã per principatum vnius Ergo regimen plurium, est melius quàm vnius. *Tertio* patet idem ex parte stabilitatis principatus. Decet enim Principem & rectorem esse regulam morum, vt per passiones non corrumpatur, vnus autem facilius corrumpitur quàm plures. Ergo melius est regimen plurium quàm vnius. *Sed ad hoc per se respondet* Aristoteles ad idem. Quia Princeps & rector plures debet sibi associare prudentes, aut sapientes, vt principatus debitè & ornatè disponatur. Sicut enim corpus integratur ex diuersis membris, sic principatus benè disponitur ex multis consiliarijs, non obstante quod ad vnum Principem ordinetur. Nam si Princeps vel alius rector dominari recte desiderat, non est ipsum possibile peruerti, nisi totum consilium peruertatur: Ergo non obstante principatus vnitate, ad benè regendum plures consiliarij requiruntur. Exemplum patet Exodi 18. de Moyse, qui cum sederet ad iudicandum populum de mane vsq; ad vesperam, videns hoc Ietro socer eius dixit, *Stulto labore consumeris: vltra vires tuas est negotium. Sed audi verba mea atq; consilia, & erit Deus tecum. Esto tu populo in his quæ sunt ad Deum & ceremonias, & viam morum ostende eis, ad decisionem verò causarum elige viros potentes, timentes Dominum, amantes veritatem & detestantes auaritiam.* 1. 2. 3. Responsio.

SECVNDA quæstio. Vtrum melius sit regimen aut principatus per successorem aut electionem. Solutionem illius vide supra Serm. XXIX. K. Ad hoc etiam facit figura 3. Regum 2. de Dauid, qui ad petitionem Bethsabee filium suum *Salomonem adhuc* B An principatus per e-

Digitized by Google

lectionē vel succeſſionē ſit melior.

huc viuens ſupra thronum regni ſui ponifecit. Quo ſedente ſuper thronum patris, Rex Dauid adorauit Deum in lectulo ſuo, qui dederat ei ſedentem in ſolio ſuo in oculis ſuis. Et *ex parte Regis* patet quod melius ſit regimen per ſucceſſorem. Patet etiam *ex parte populi*, qui debet gubernari. Nam conſuetudo eſt quaſi altera natura, populus enim qui conſueuit portare iugum patris, facilius portat iugum filiorum, quam extraneorum. Iugum enim voluntarium eſt minus oneroſum ergo principatus per ſucceſſorem eſt melior, vt dicit Lantfridus lib. 5. de regimine Principum. c. 3.

Quid ad regendam cōmunitatem pertineat.

TERTIA quæſtio. Quæritur enim quid pertineat ad regentem communitatem, vel ad verum politicum. *Reſpondet* Ariſt. 5. Politicorum, quod decem ſunt, quæ videntur pertinere ad verum politicum.

I. Cauere trāſgreſſionem legum.

Primum eſt, q̄ in regno ſuo rex non permittat tranſgreſſiones modicas, ſed (heu) iam permittunt in regnis ſuis & ciuitatibus tranſgreſſiones maximas, vt ludos, & vitia forte adulterorum, & ſic de alijs.

II. Nulli iniuriam facere.

Secundum eſt bene vti his qui ſunt in regno, nulli iniuriam faciendo. Nam vt innuit Philoſophus 3. Politicorum. Bene vti ciuibus non ſolum præſeruat politiam, ſed etiam præſeruat principatū. Et licet omnem iniuriam quæ fit in regno, Rex non debet ſuſtinere, iniuriam tamen Dei quæ fit blaſphemando debet acrius vindicare, exemplo B. Ludouici Regis Franciæ, qui quendam ciuem Pariſijs qui blaſphemauit, in pœnam ſui peccati & aliorum terrorem, ferro candenti labia iuſſit concremari præcepit. Et cum aliqui Principes & nobiles ipſius indignati ex hoc, ſanctum Ludouicū propter hoc factum arguerent. Reſpondit eis, dicens. Velem ego talem indecentiam in labijs meis quamdiu vixero ſuſtinere, dum hoc vitium de regno meo tolleretur, vt amodo Dominus meus Ieſus Chriſtus à nullo hominum per talem blaſphemiam offenderetur.

S. Ludouicus punit blaſphemantes.

NOTA.

III. Politia perfectionem curare.

Tertium quod requiritur ad perfectionem politiæ, eſt, timorem incutere his qui ſunt in politia, vt videlicet nullus ſit otioſus, nam tales nocent ſibi & communitati, nam Ariſt. 7. Politicorum tales aſſimilat ferro, quod dum eſt in exercitio, claritatem habet, dum verò quieſcit, conſumitur per rubiginem.

IV. Præcauere ſeditiones nobilium.

Quartum eſt, quod caueantur ſeditiones nobilium, ponendo eis ſtatuta, quibus non facile contradicatur. Exemplum patet de regibus Franciæ, qui ex ſtatutis ſancti Ludouici habent & ſeruant duella & guerras inter nobiles. Sed quicunq; habet contrarium, & ponit hoc in iudicio, ibidem ſecundum iuſtitiam cauſa litigantium terminatur.

V. Obſeruare quos Princeps Coronat.

Quintum requiritur, quod ſubditi reſpiciant ad eos, quos maieſtas Principis honorat. Nihil enim tantum conſeruat principatum, ſicut bonos & dignos præficere. Exemplum 1. Regum 17. de Dauid, qui cum eſſet gener regis Saul: *prœliabatur prœlia Domini, & quocunq; ſe vertebat ſemper proſperabatur*, vt ab omnibus maximè à puellis cantantibus, *Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia* ſuper Regem Saul laudaretur.

VI. Indigni nō exaltandi.

Sextum quod requiritur eſt, quod Princeps caueat ne aliquem indignum nimium exaltet, quia talis neminem curat, nec quenq̄ præ oculis habet. Sicut patet de quodam in regno Franciæ exaltato, qui ad hoc venerat, quod nec fratrem Regis, nec filios, in oculis ſuis aliquid reputaret. Nam ad tantam dignitatem venerat, quod Rex eidem in officio domus Regiæ imaginem pulchram ad præſentationem ipſius locaret,

Digitized by Google

ret, & postea iusto Dei iudicio, propter mala quæ præter bonum commune fecerat, per primogenitum Regis, qui paterno regno successit, in patibulo Parisijs est suspensus.

Septimum est, quod Princeps vel Dominus debet habere dilectionem ad bonum regni, & hoc maximè fit per bonos Consiliarios, quia *ibi salus vbi multa consilia.* Prouerbior. 24. *VII.* Bonum regni amare.

Octauum est, quod Princeps habeat ciuilem potentiam. Nam vt dicitur in magnis moralibus. Iustitia vrbanitates conseruat, sed iustitia in regno conseruari non potest, sine potentia ciuium. *VIII.* Habere ciuilem potentiam.

Nonum, quod Princeps sit virtuosus. Nam vt dicitur 5. Politicorum. Maior virtus requiritur in custode ciuitatis & regni, quàm in duce exercitus. Nam in duce potissimè requiritur experientia. Sed custos ciuitatis & regni oportet quod sit virtuosus. *IX.* Vt princeps sit virtutibus præditus.

Decimum, quod spectat ad politiam est, quod Princeps non ignoret, qualis illa sit politia, cui dominatur, vt habeat memoriam præteritorum & prouidentiam futurorum. Exemplum de Ioseph Gen. 41. qui propter prouidentiam & discretionem cõsilij super regnum Pharaonis princeps in Ægypto constitutus est in hunc modum. *Tulit rex Pharao annulum de manu sua, & dedit in manu eius. Torquem etiam eius collo circumposuit, fecit eum secundum in regno suo. Cumq; ascendisset in currum Ioseph, clamauit præco, vt omnes coram eo genu flecterent, sicut coram Rege*, & clamor secundum Hebræos fuit Abreth, q̃ sonat pater tenerrimus. Abba enim pater reth. Delicatus vel tenerrimus interpretatur quasi dicerent. Si ætate tener, sapientia tamen est pater. *X* Statum politicum non ignorare.

SECVNDVM quod requiritur ad sufficientiam Regis, est *obtemperatio subiectorum.* Quia Reges vel Principes, vel alij Domini, non propria potentia stabiliuntur, sed beneuolentia subditorum. Ideo dixit Salomon Sap. 8. *Populos disponam, & nationes erunt mihi subditæ*, scilicet per voluntariam & amicabilem obedientiam. Vbi NOTA tria bona consequuntur obedientes regi. G Bona obedientia erga reges.

Primum est virtutes, quia 4. Politicorum dicit Philosophus, quod intentio boni Regis est inducere ad virtutes populum, ideo est obediendum ei. Exemplum 3. Regum tertio, de Salomone, cui cum Dominus sapientiam & scientiam ad regendum populum contulisset, populus eidem toto tempore principatus sui humiliter obediuit, & hoc patuit de testimonio suo Sapientiæ octauo. *Nationes mihi erunt subditæ.*

Secundum est, salus regni & ciuitatis, quia vt dicitur Rhetoricorum. In legibus est salus ciuitatis. Vnde 3. Politicor. dicit Aristoteles, quod obseruare leges & obedire Principi siue regi, non est seruitus sed libertas. Cum enim seruitus naturaliter conueniat brutis, quanto magis quis accedit ad vitam bestialem, tanto magis est seruus. Nam videmus quod omnis bestia compellitur ad obediendum. Homo qui est rationale animal voluntariè propter bonum principatus debet obedire. Nam Aristoteles 4 Politicorum comparat regem & regnum, sicut animam & corpus, quæ ipsum conseruat & regit. Quare sicut pessimum est corpori derelinquere animam, ita malum est subiecto derelinquere principem: quare ex obedientia oritur salus regni, ex inobedientia verò confusio. Exemplum patet Numeri 16. de Chore, Dathan, & Abiron, qui cum vidissent fratrueles suos honoratos, alterum sacerdotio, alterum duca- Salus ciuitatis in legibus. Rex & regnum, sicut anima & corpus. NOTA.

Digitized by Google

Exemplum inobedientiæ punitæ.

ducatu populi. Chore inuidit, & murmurans contra Moyſen & Aaron, complices ſecum habens ducentos quinquaginta, demptis maioribus, quos etiam dignos ſacerdotio præferebat, & adiunxit ſibi Dathan & Abiron potiores Rubenitarum, quibus principatum populi debere dicebat, quia fuerunt de Ruben primogenito. Et iſti ſtabant contra Moyſen magis ei reſiſtendo, quàm ſecundum legem Domini obediendo. *Quod videns Moyſes orauit Dominum ne ſolita morte periret, & ſic palam fieret, quod Dominus miſerit eum. Quo orante & flente tremuit terra & expauit populus grandi q; ſtrepitu per tabernacula illorum excitato, ſciſſa eſt terra ſub pedibus eorum & aperiens os ſuum deuorauit eos cum omni ſubſtantia eorum, & deſcenderunt viui in infernum, & reducta eſt terra, quaſi nihil horum factum videretur.* Et ſic apparet, quod ſuperioribus eſt obediendum.

Tertium eſt pax & concordia, & abundantia cum tranquillitate. Nam 1. Rhetoricorum, videtur velle Ariſtoteles, quod ſic ſe habeant legislatores ad animas, ſicut medicus ad corpora. Sicut enim medicus intendit ſedare paſſiones corporum, ſic Princeps paſſiones animarum. Vnde ibidem dicitur, quod non nocet tantum peccare contra præcepta medici, quantum aſſueſcere non obedire Principi. Eſt enim anima plus quàm corpus, & pax ciuium, & eorum qui ſunt in regno, potior, quàm æqualitas humorum. Exemplum patet de Lombardis, qui Imperio malè obediunt, Ideo perſecutionem Teutonicorum patiuntur inceſſanter. Ergo ad ſufficientiam regiminis requiritur obtemperatio ſubditorum.

Triumphus magnificat Principem.

TERTIVM eſt *diuulgatio triumphorum.* Triumphus enim ſingulariter magnificat Principem & terribilem reddit regibus & hoſtibus, qui circumſtant. Nam Ioſue 6. dicitur, *quod habitatores Iericho*, ad rumores triumphorum, quos filij Iſrael de duobus regibus Amorrhæorum habuerunt, ſolo timore *cor & audaciam perdiderunt.* Ideo dicit Salomon Sap. 8. *Timebunt me audientes reges horrendi.*

Benignitas Principem commẽdat.

QVARTVM eſt, *reconciliatio tranſgreſſorum*, vt Princeps vel Prælatus benignitate reſplendeat, tranſgreſſoribus pro loco & tempore ignoſcendo. Exemplum de Dauid, qui Semei, qui eum maledicebat, *dicens eum virum ſanguinis*, leniter indulſit. Nam cum Abſolon mortuus eſſet, & Dauid Iordanem tranſiret, occurrit ei Semei iacens proſtratus in terra dicens. *Ne reputes mihi, domine mi rex, iniquitatem, neq; memineris iniuriarum ſerui tui: agnoſco enim peccatum meum, ideo primus veni in occurſum regis.* Et Dauid indulſit ſibi dicens. *Non morieris, iurauitq; ei Dauid.* 2. Regum 19.

Furioſo Prælato nihil fœdius.

Ideo contra crudeles dominos & reges ſcribit Hieronymus ſuper Epiſtolam Timothei, apponens illud. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, non iracundum*, dicens. Nihil eſt fœdius præceptore furioſo, qui cum debeat eſſe manſuetus, & humilis ad omnes, ex aduerſo toruo vultu, trementibus malis, rugata fronte, facie inter ruborem & pallorem variata, proſtrepit, & errantes non tantum ad bonum trahit, quantum ad mala, ſua ſæuitia præcipitat. Ideo Dauid quaſi ſummam ſuæ bonitatis allegans coram Domino ait. Pſalm. 131. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.*

Et dicit NOTANTER pro loco & tempore ignoſcendo, quia non debet ſemper rex & Dominus ignoſcere delinquentibus. Nam legitur 3. Regum 2. de Ioab, qui per inuidiam Abner occidit & Amaſam, *effudit ſanguinem belli in pace*, id eſt, tempore

pacis,

Digitized by Google

pacis, & eorum cum quibus debebat habere pacem. Post interuallum verò temporis cum exaltatus fuisset Salomon super thronum sui Patris Dauid, Ioab timens potentiam Salomonis, fugit in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris, & misit rex Banaiam vt aduocaret. Et ait Iob. *Non egrediar sed moriar hic.* Hæc cum nuntiasset Banaias regi, *dixit ei rex. Fac ei, vt dixit. Et interfecit eum Banaias ad cornu altaris & sepultus est in domo sua in deserto.* Dicit enim Arist. 7. Politicorum, quod deceat reges & potentes, vt magis timeantur, & vt virilius obseruent iustitiam, magis punire, & seuerius eius suggerere contra amicos, si excedunt. Exemplum patet de Traiano Imperatore Romano, qui licet esse paganus, tamen quia filius suus contra iustitiam fecerat, vt relinqueret exemplum posteris principibus, proprium filium interemit.

Traianus pro vindicanda iustitia, suum filium interemit.

QVINTVM est *expugnatio inimicorum*: quia Principes diliguntur à subditis si sint fortes & magnanimi, exponentes se pro communi bono contra inimicos. Ideo dicitur 2. Rhetoricorum, quod diligimus beneficos in salutem, id est, hos qui possunt benefacere, nos saluando & liberando. Exemplum in libro 1. Regum 17. de Dauid qui manu fortis interpretatur, qui egrediendo & regrediendo, populum Israëliticum de manu hostium defendit potenter. Quinque hæc prælibata sunt, quæ spectant ad sufficientiam regiminis. Propter quod quilibet rector populi potest dici regulus, ad Christum comparando, qui est *Rex regum & Dominus dominantium.* Apocalypsis decimo nono. Iste quidem regulus habet filium, qui significat quemlibet subditum.

Quinam Principes à subditis amentur.

Nam filius secundum Britonem dicitur à φίλω Græcè quod est amor Latinè, in signum quod quilibet Rex, vel Princeps, aut Dominus terrestris, debet amare quemlibet suum subditum tam minimum quam maximum, diuitem & egenum, ignobilem, & ingenuum, ciuem & rusticum. Et hunc amorem erga subditos ostendit quilibet cum eos protegit, cum substantiæ eorum parcit, cum bonos exaltat & malos pœnis damnat, exemplo Titi & Vespasiani. De Tito refert Suetonius, quod adepto Imperio conuiuia instituit magis iucunda, q̃ prius fecerat: nulli ciuium aliquid accepit, sed potius solitas collectiones sustinet, neminem ante se in liberalitate habuit. Ita & Samuel propheta, qui rexit diutius populum Israel ardenter, ait. 1. Regum 12. *Loquimini coram Domino de me, vtrum bouem cuiuscunq; tulerim, & si quem oppressi, & contemnam illud hodie.* Glossa, volens illud retinere. *Et dixerunt. Non es calumniatus nos, &c.* Ecce quomodo illi dilexerunt subditos suos. Sed (heu) nunc nostri reguli omnibus modis quærunt occasiones, vt possint licitè & illicitè opprimere subditos, & bona eorum vsurpare. Quia opprimere, est contra ordinem iuris aliquem debilitare, vel in rebus, vel in persona, quod prohibuit Dominus. Leuitici. 19. *Non facias calumniam proximo tuo: nec vi opprimas illum.* De hoc vide supra Sermone XXXIIX. O. de Vespasiano scribit Hugo Floriacensis abbas, quod assumpto Imperio, statim erga malos se rigidum ostendit, cum pertinaces & contumaces exterminauit. Iuxta doctrinam Aristotelis 3. Ethicorum. Oportet bonos prouocare ad virtutes per præmia, malos autem per pœnas insanabiles totaliter exterminare; Et per hoc ostendit dilectionem erga eos, nè forte maiora mala perpetrent, & pœnas suas augmentent. Ideo dicit Sapiens. *Qui diligit filium, assiduet illi flagella & verbera, vt lætetur in nouissimo suo.* Eccles. 30. Et licet mundi principes & rectores possunt punire spirituales

I Amor regis in omnes subditos æqualis.

Titi Imp. amor in ciues.

Historia de Samuele.

Quid est opprimere.

Vespasianus rigidus in pertinaces.

Orandum pro his qui sunt corrigibiles.

infirmos, videlicet peccatores, & eos per pœnas exterminare, si tamen viderint eos corrigibiles & sanabiles, debent pro eis Christum exorare exemplo Moysi ducis filiorum Israël, de quo legitur. Exod. 32. Cum populus suus peccasset faciendo vitulum & ipsum adorando, *dixit Dominus ad ipsum. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos.* Et secundum glossam: loquitur modo humano cum filius offendit patrem, & pater tenet gladium quasi ad iugulandum ipsum, dicit alicui existenti iuxta se. Ne retineas me à percussione. Per hoc videtur magis contrarium velle, scilicet q velit retineri. Et ex hoc Moyses accepit fiduciam orandi pro populo, retinendo Dei vindictam dicens. *Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, ne quæso, scilicet, hoc facias, ne dicant Ægyptij: Callidè eduxit eos, vt interficeret in deserto. Quiescat quæso ira tua, &c.* Sic & alij Domini terrarum debent orare pro populo suo vt Deus dignetur ipsum sanare spiritualiter in animabus à peccatis, vt hic cum eis possint viuere in gratia, & in futuro in æterna gloria. Ad quam nos perducat, &c.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo secundus.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioan. 4.

K Similitudo furis.

VIdemus edocti experientia, quod fur antequam capiatur, furtum quod fecit minimè confitetur, nec etiam post captionem consueuit confiteri, nisi tormentetur. Quo facto non solum malum proprium, sed etiam suorum sociorum confitetur. Ideo de deposito Cap. Grauius, mandauit Alexander III. iudicibus, de quodam fure qui furatur fuit pecuniam, vt eum ponerent sub tormentis, cum dicit ibidem. Iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum sub quæstionibus, id est, sub tormentis ad rationem ponant, & si oportuerit vinculis alligatum, vt dictam pecuniam reddere compellatur.

Peccator furi comparatur?

MORALITER. Omnis peccator est sicut fur, subtrahit enim Deo rem pretiosam, videlicet animam, quam ad suam creauit imaginem, & appropriauit eam sibi, id est, vendidit eam diabolo ære peccatorum. Quia dicit Ambrosius de beata vita. Diabolus adeo debilis est, quod neminem possit possidere, nisi se ei prius ære peccatorum vendiderit. 15. quæst. 1. Non est. Vbi dicit Archidiaconus in glossa. Homo est venditor, diabolus emptor, anima merces, quæ venditur peccatorum pretio, & ideo eius loco succedit peccatum in venditione. Et non solum furatur peccator animam, sed etiam exspoliat eam omnibus bonis, id est, virtutibus. Sed antequam capiatur per infirmitatem, & incarceretur, illud furtum minimè confitetur, sed cum capitur, & per ægritudines incarceratur, vt amodo non possit currere ad peccatum, tunc manifestat & fatetur peccatū. Quia dicit Ps. 77. *Cum occideret eos, quærebāt eum.* Et hoc quo ad sensum moralem patet hic in regulo qui ppter infirmitatem filij venit ad Iesum. Quia homo videns infirmitatem filij sui, i.e. spiritus, ad Dominum currit & peccatum confitetur. Ideo dicit Euangelista: *Erat quidam regulus, cuius filius, &c.* quæ sunt verba hodierni Euangelij in quo tria principaliter tanguntur, *Primo*, Reguli depre-

deprecatio; pro filij ſanitate, ibi; *Domine deſcende. Secundo*, Chriſti increpatio pro ipſius incredulitate, ibi; *Niſi ſigna. Tertio*, filij ſanatio ex Chriſti pietate, ibi; *Vade filius, &c.*

PRIMÒ ergo tangitur reguli deprecatio pro filij ſanitate, cum dicit. *Erat quidam regulus, &c.* & rogabat eum, vt deſcenderet, & ſanaret filium eius. L

MORALITER hoc Euangelium exponendo, per regem intelligitur quilibet virtuoſus, nam reſpectu virtutis dicitur homo rex. Quia ſecundum Auguſtinum de ſpiritu & anima. Virtus eſt habitus mentis benè inſtitutæ, ad modum regni, quod eſt benè inſtitutum, ſi rectè in eo conſulatur, & rectè in eo præcipiatur, & rectè obediatur. Iſto modo dicitur Deut. 17. Mens benè inſtituta eſt, cum ratio rectè conſulit, voluntas rectè præcipit, & ſenſus rectè obediunt. Sine iſto regimine mens præcipitanter regitur, & aſſimilatur regno Roboam. 3. Regum 12. *qui relicto conſilio ſenum, iuuenum conſilio acquieuit.* Vbi enim virtus non eſt, illud quod debuit ſeruire, imperat: & quod dominari debuit, miniſtrat. Et ideo regnum ſub eo diuiſum eſt. Si autem ratio imperat, quæ imperare debet, eo quod ſemper deprecatur, id eſt, reclinat ad optima. 1. Ethicorum, tunc homo congruè dicitur Rex extirpans omne malum. Iuxta illud Prou. 20. *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum*, quaſi diceret. Homo qui ſedet in ſolio ſtellato, virtutibus diſcretionis, imperio ſuæ rationis, diſſipat omnes motus illicitos. Ideo dicit Seneca. Magnum imperium regit, qui ſibi ipſi dominatur. Si autem dominatur ſenſualitas, mouetur ad vitia. Iuxta illud Prouerb. 30. *Per tria mouetur terra*, quorum vnum eſt, *per ſeruum cum regnauerit*, quaſi diceret: quando homo vt regulus regnauerit per ſenſualitatem, mouetur caro ad vitia, & tunc merito meretur dici regulus. Quia dicitur 2. q. 1. cap. Scelus. Rex veraciter dici non poteſt, qui non ſalubri regimine appetitum refrenat, ſed crebra eneruatione illicitis eius motibus cedit.

Quilibet virtuoſus eſt Rex.

Hiſtoria de Roboam.

Imperare ſibi, maximum imperium eſt.

Verus Rex quis?

Iſtius reguli filius eſt humanus ſpiritus, de quo videnda ſunt duo, videlicet vbi infirmatur, & in quibus membris.

PRIMVM ergo vbi infirmatur, reſpondet Euangeliſta. *Erat quidam regulus*, id eſt, homo regnans per ſenſualitatem, *cuius filius*, id eſt, ſpiritus, *infirmabatur Capharnaum.* Capharnaum interpretatur dupliciter: *Vno modo* ager pinguedinis, per quem deſignatur abundantia temporalis. *Alio modo* interpretatur villa conſolationis: & per hanc ſignificatur voluptas carnalis. Quæ duo faciunt ſæpius ſpiritum grauiter infirmari in peccatis, ſicut patet de Sodomitis Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas ſororis tuæ.* ſcilicet Sodomæ, *ſaturitas panis & abundantia vini.* Ideo de abundantia temporali loquitur Bernardus. Beatus, inquit, qui poſt illa ſcilicet temporalia, non abiit, quæ poſſeſſa onerât, amata inquinant, inquinata cruciant, & poſtremo velut infideles amici, ſuos amatores in extrema neceſſitate deſerunt. Sed de voluptate carnali loquitur Bernardus. Periclitatur, inquit, caſtitas in deliciis, humilitas in iudiciis, & veritas in multiloquio. Nam difficile eſt illi ſeruare caſtitatem, qui viuit in corporali voluptate.

Voluptas carnalis, & abundantia temporalis, ſunt cauſæ peccandi.

Caſtitatis periculum.

Vel in hoc quod Capharnaum interpretatur villa conſolationis, ſignificatur delectatio mundi praua & beſtialis, quæ facit ſpiritum hominis in peccatis infirmari: Propter quod dicitur turpiſſima & exprobabilis, vt dicit Ariſtoteles 3. Ethicorum. cap. 15. quia homines tali delectatione non vtuntur, ſecundum quod homines, ſed ſecun- M

Villa conſolationis, delectatio mundi praua.

ſecundum quod animalia ſunt, ſicut narrat ibidem Ariſtoteles de quodam qui appetiuit guttur habere ita longum, vt ei cibus diu ſaperet, ſicut eſſet guttur gruis: & hæc delectatio eſt circa guſtum.

Delectationis guſtus.

Sed delectationes tactus, quas iuuenes & iuuenculæ habent, ſunt conſedentes & manibus ſe mutuo coſtringentes, vel tangentes fortaſſis loca minus decentia, faciunt infirmari ſpiritum, & maximè inducunt beſtialitatẽ, & faciunt hominem brutalem, quia non ſunt homines ſecundum quod homo, ſed prouenit illis ex corruptione complexionis, vel mala aſſuefactione viuendi. Ideo dicitur Prouerb. 4. *Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.* Et dicit Ariſtoteles 2. Ethicorum cap. 7. quòd à delectationibus illicitis maximè cauere *debeamus*, quia nos ad illos ſic habere, ſicut ſenes plebis Troianorum ſe habuerunt ad Helenam. Senes enim plebis Troianæ, iudicauerunt eam abiiciendam.

Et eſt alia delectatio naturalis, & ad hoc dicit Holkot lectione 116. quod nulla res hominis ſic declarat qualis eſt, ſicut delectatio hominis. Vnde omnis homo talis denominari debet, quale eſt illud in quo delectatur. Et ideo virtuoſus dicitur, qui delectatur & gaudet in operibus virtuoſis ſuis iuſtus, qui in operibus iuſtis: Voluptuoſus, qui gaudet in operibus voluptatis, & ſic de ſingulis virtutibus & vitiis. Et talis, vt dicit Ariſtoteles 10. Ethicorum, eſt morum regulatiua, morum declaratiua, & morum augmentatiua.

PRIMÒ igitur eſt *morum regulatiua*, per modum finis, ideo dicit Auguſtinus ſuper illud Pſal. 7. *Scrutans corda & renes Deus.* Finis curæ & cogitationis eſt delectatio, ad quem quis nititur peruenire. Vnde qui delectatur peruenire in poſſeſſionem pecuniæ, dat ſe mercationibus vel alicui operationi, per quam pecunia acquiritur: & qui delectatur in malitia, dat ſe operibus ſtrenuitatis, & vnuſquiſq; ordinat ſe finaliter in illud, in quo magis delectatur.

Conſiderandum tamen eſt, an iſtà delectatio ſit bona vel mala. Si bona, benè equidem: ſi mala, in contrarium oportet nos attrahere, dicit Ariſtoteles. Sicut volens lignum tortuoſum ad rectitudinem dirigere, ipſum in contrarium contra rectitudinem recuruat, & ſic tandem reducit ad medium: & hæc eſt cauſa, quare Pſalmiſta prudenter ſibi Deum pro fine poſuit cum dicit. Pſalm. 103. *Iucundum ſit ei eloquium meum, ego verò delectabor in Domino.*

SECVNDÒ, delectatio eſt *morum declaratiua*: quia talis eſt vnuſquiſque, quale eſt in quo delectatur. Nam omnis geſtus exterior in ludis, vel miſeriis, argumentum præbet de compoſitione mentis. Vnde Seneca epiſtola 88. Omnium rerum ſi obſeruentur iudicia, ſunt argumenta morum.

TERTIÒ, delectatio eſt *morum augmentatiua*. Vnde Ariſtoteles Ethic. 10. dicit, quod certius homines iudicent & inquirant illa, in quibus delectantur, quàm alia: Vnde delectationes propriè confirmant ſuas operationes: & ideo ſi diuerſi homines ad eandem artem ponentur, ille magis proficiet, qui cæteris paribus amplius delectatur. Et ex hoc ſumitur illud, quod delectatio perficit operationem.

SECVNDVM quod videndum eſt de ſpiritu humano, qui ſignificatur per filium reguli, in quibus membris infirmatur. Vbi dicendum, quod ſpiritus ad inſtar corporis multiplicem incurrit infirmitatem. *Primò* in capite per corruptionem intentionum, quia ferè in omnibus operibus noſtris à principio vſq; ad finem corrupta eſt *intentio*.

Spiritus varias incurrit infirmitates.

1. Capitis.

Eſt

Est autem intentio quadruplex. *Prima* est peruersa, & procedit ex amore carnali, & hoc fœdat faciem spiritus, quia sicut caput languidum indisponit faciem corporis, sic intentio peruersa faciem maculat mentis. Si amans turpia appetit, intentio turpis est, & fœdans faciem animæ & spiritus. *Secunda* intentio est ficta, & fit fauore hominum, vt intentio hypocritarum, quorum intentio est in actione operum bonorum, vt videantur ab hominibus. Hac infirmitate capitis videlicet fictæ intentionis laborant clarici & religiosi, quia dicit Chrysostomus super Matthæum Homilia 3. Tolle hoc malum scilicet hypocrisim, à clero, vt non velint hominibus apparere, & sine labore omnia vitia resecantur.

N
Intentio quadruplex.
I.
Peruersa.
II.
Ficta.

Et est NOTANDVM, quod omnis in sacro ordine clericus siue religiosus, qui fictam intentionem habet in suis operibus, comparatur idolo, vt dicit Holkot lectione 163. Sicut enim idolum effigiem habet extrinsecus hominis viuentis, sed caret corde intrinsecus, & omnibus partibus spiritualibus: ita tales videntur viuere vita spirituali, & tamen mortui sunt interius per peccatum in corde, ideoq; ad clericos conquerendo dicit Dominus Ierem. 32. *Posuerunt idola in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam.* Sed contra tales, qui in religione fingunt habitus sanctitatem, & putant sibi hunc habitum sufficere: dixit Metrista.

Clericus habens fictam intentionem, idolo similis.

Ampla corona nimis, nigra vestris, bota rotunda,
Non faciunt monachum, sed mens à crimine munda.

Tertia intentio est mercenaria quæ fit necessario. *Quarta* autem dicitur recta, & hæc sola intendit Deum, & fortassis in paucis inuenitur. Ideo dicitur Isaiæ 1. *Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem*, id est, extremitatem operis, *non est in eo sanitas.*

III.
Mercenaria.
IV.
Recta.

Secundo, spiritus incurrit infirmitatem oculorum in cogitatione, quia oculi in scriptura significant cogitationes, vt in Iob. *Qui oculos suos declinauerit, ipse saluabitur.* cap. 22. quasi diceret, Qui humiliter cogitauerit de Deo, ipse salutem consequitur. Sed isti oculi cogitationum, interdum patiuntur caliginem. Caligo enim est peccatum inuidiæ, qua quis non potest videre bonum vel profectum proximorum, iuxta illud 1. Reg. 3. *Caligauerant oculi eius & non poterat videre lucem antequam exstingueretur.* Lucerna est prosperitas, quam illi non possunt videre nisi exstinguatur. Non autem sic fuit Iob: qui ait cap. 23. *Nec faciem meam operuit caligo*, quã diceret: mentis effectum non excæcabit peccatum, scilicet inuidiæ.

2. Oculorũ infirmitatem.

Sed lippitudo, quæ est fluxus malorum humorum, significat peccatum inuidiæ, quo quis cogitat de immundis. Et hæc cogitatio est origo peccandi, vt dicit Hieronymus ad Demetriadem, & ideo secundum eundem tutissimum & perfectissimum est, vt assuescat animus peruigili custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi motum, vel probare, vel reprobare, quod cogitat, vt malas & immundas cogitationes statim exstinguat. Nam vt dicit Ioannes Cassianus in collationibus patrum. Mentem non pulsari cogitationibus, impossibile est; suscipere verò eas, vel respuere, omni studenti per gratiam Dei possibile est. Quemadmodum ortus earum non omnino pendet à nobis, ita reprobatio vel electio non consistit in nobis. Talis tamen cogitatio est quandoq; absq; peccato, scilicet cum quis cogitat de fornicatione, & speculatur de ea, non tamen carnaliter, sed quia speculatio nõ placet, non est peccatum. Si verò cogitationes sunt de materia illiçita, peccata quidem sunt, sed venalia; si tamen citra consensum & voluntatem.

O
Cogitatio carnalis, quando peccatum.

Tripli-

Cogitatione peccatur mortaliter.

Tripliciter tamen per malam cogitationem peccat quis mortaliter. *Primo*, quando aliquis homo talem cogitationem insurgentem, non reprimit, cum potest, licet non expressè consentiat in delectationem. Et ille est infirmus & primus gradus peccati mortalis, quod appellatur peccatum mortale ex delectatione morosa. 1. *Secundo*, si expressè consensit in delectationem cogitationis & in opus, tunc est secundus gradus. 2. *Tertio*, quando consensus procedit vlterius, & proponit opus consummare, tunc voluntas pro facto reputatur, etiamsi facultas desit perficiendi opus. Et ille est tertius gradus peccati mortalis, de quo loquitur Hieronymus ad Demetriadem. In illa, inquit, cogitatione peccatum est, quæ suggestioni consensum dedit, quæ malum suum blandè fouet, quæ affectum gestit irrumpere homini. Cogitatio etiamsi ex aliquo impedito casu non impleat voluntatem, nihilominus actione criminis condemnatur à Domino, iuxta illud Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mœchatus est eam in corde suo.* Hæc Hieronymus: Et dicitur de pœnit. dist. 1. cap. Cogitatio. Cogitationis pœnam nemo patiatur, intellige lege ciuili, tamen lege diuina cogitationes malæ puniuntur. Ideo dicit Gregorius 5. moralium. Magno studio superfluæ cogitationes amputandæ sunt. nam si incautæ admittantur, ad maxima mala hominem inducunt, quia ex delectatione cogitationis nascitur peccati affectio, ex affectione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione defensio, ex defensione gloriatio, cum gloriantur cum male fecerint, ex gloriatione æterna damnatio. Hæc Gregorius.

3. Aurium infirmitatem.

TERTIÒ spiritus ad similitudinem filij reguli patitur infirmitatem aurium. *Vno modo* in hoc quod verbum Dei non audit, de hoc Isa. 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus suis audiant, & conuertantur: Alio modo*, in hoc quod quis audit malum exterius & consentit. Vnde Glossa super illud. Facientem & consentientem par pœna constringit. 2. q. 1. Notum. dicit Glossa, quod tribus modis dicitur quis in malum actum aut criminosum consentire. *Primò*, si ad hoc cooperatur: *Secundò*, si non corrigit quis malum, quod ex officio tenetur corrigere. Et secundum illa duo hæc regula iuris habet locum. Facientem & consentientem par pœna constringit. *Tertiò* dicitur quis consentire in malum, cum peccantem defendit, vel quando sua auctoritate quis malum operatur; & talis magis est puniendus, vt dicit Isidorus, & ponitur 11. q. 3. Qui consentit. Et assignatur ratio, 24. quæst. 3. Qui aliorum defendit errorem, amplius est damnabilis illis, qui errant, quia non solum errat ille: sed etiam aliis offendicula præparat erroris.

Tribus modis dicitur aliquis consentire in malum.

4. Narium infirmitatem.

QVARTÒ, spiritus velut filius reguli patitur infirmitatem narium, in discretione, quæ valde necessaria est in omni opere virtuoso, quia nullum opus bonum valet sine discretione, vt dicit Nicol. de Lyra super Leuit. c. 11. Et patet hoc *Primò* in prædicatione. Nam bonum opus est prædicatio, quia opus Christi & angelicum; si tamen fit sine discretione, vt videlicet, si prædicator prædicat nõ prædicanda, vel reticet dicenda, spiritus infirmatur. Propter quod dicit Gregorius in pastorali cap. 15. & allegatur à Gratiano in Decretis, dist. 43. Sit rector discretus in silentio, cautus in verbo, nec vt tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem detrahit, ita quidem indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit.

Concionari est opus Christi & angelicum.

Secundò

Digitized by Google

Secundò verò patet hoc in correctione. Nam corrigere delinquentes bonum opus est, quia est eleemosyna spiritualis, vt dicit Augustinus in Enchiridio, & allegatur dist. 45. cap. Et qui. Non solum, inquit, qui dimittit atque orat vt dimittatur ei, verum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatiora pœna plectit, eleemosynam facit, quia misericordiam præstat. Hæc Augustinus: Si tamen corrigens nimis excedit, & non ex caritate, sed ex furore corrigere consueuit, spiritum infirmum dignoscitur habere. Ideo dicit Gregorius 45. dist. cap. Licet primo. Erga corrigendos, inquit, plus valet beneuolentia, quàm seueritas, plus caritas, quàm potestas, cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat. Corrigere delinquentes, est eleemosyna.

Tertiò, patet hoc in corporis castigatione. Nam castigare corpus, bonum opus est: si tamen fit sine discretione, spiritus infirmatur. Propter quod dicit Apostolus ad Rom. 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile sit obsequium vestrum*, id est, cum discretione, ne quid nimis sit, sed cum temperantia corpora vestra castigetis, vt non ex defectu cogantur dissolui, sed vitiis mori. Hæc Magister in Glossa. Et potest dici de aliis bonis operibus, quæ si non cum discretione fiant, spiritus infirmatur. Castigatio corporis cũ discretione.

QVINTO, spiritus infirmatur in gutture siue in ore in locutione, quando videlicet proximo suo detrahit, quia detractio est summa iniquitas. 7. quæst. 7. In summa. Ideo dicit Psalm. 13. *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.* Et iterum ibidem. *Sepulchrum patens est guttur eorum*, &c. Quia sicut de sepulchris nihil aliud exit nisi fœtor, sic nec tales os aperiunt ad loquendum, nisi detractiones, blasphemias, & huiusmodi. 5. Gutturis siue oris infirmitas.

SEXTO, spiritus infirmatur in memoria. Est enim quadruplex memoria, peccatorum, damnorum, beneficiorum & exemplorum. Primæ duæ memoriæ faciunt spiritum infirmari, aliæ duæ non. Q 6. Memoriæ infirmitas quadruplex.

PRIMA ergo memoria est peccatorum, videlicet cum quis peccata sua præterita miratur, & de ipsis gloriatur, & sic valde spiritus talis hominis coram Deo infirmatur, quia dicit Augustinus in libro de salutaribus documentis. Nec vllum quodlibet scelus coram Deo, tam abominabile est, quàm peccata præterita, vnicuiq; reminiscendo gaudere, & exinde exultare, & in eis semper iacere. Et ideo illa memoria est condemnanda. *I.* Peccatorũ.

SECVNDA memoria est damnorum & iniuriarum nobis illatarum; & hæc est penitus relinquenda, iuxta illud Leuit. 9. *Non quærens vltionem, nec memor esto iniuria ciuium tuorum*, scilicet ad vindicandum liuore vindictæ: potest tamen memoriam habere ad vindicandum amore iustitiæ, vt dicit Lyra. Dicit enim Basilius in hexameron, quod camelus habet mirabiliter bonam memoriam de verberibus, si enim aliquis percussit eum, dissimulat percussionem vsque ad tempus, & indubitanter cum opportunitatem acceperit, expetit vltionem. Ita sunt nonnulli qui iniurias dissimulant, non remittunt; abscondunt, non obliuiscuntur quamuis, vt dicit Seneca, memoria beneficiorum debet esse tenax, iniuriarum labilis & facilis. Et in Prouerbiis suis dicit, *Iniuriæ remedium est obliuio.* Et talis qui iniurias obliuiscitur dicere potest Deo confidenter illud Tobiæ 3. *Nunc Domine memor esto verbi mei: neque vindictam sumas de peccatis meis.* *II.* Damni & iniuriæ. NOTA.

III. Diuinorum beneficiorū.

TERTIA memoria est beneficiorum diuinorum, & hæc quotidie possidenda. Isaiæ 43. *Ego ipse sum*, dicit Dominus, *qui deleo iniquitates tuas, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam*, id est, bona quæ tibi feci, secundum Glossam creando: redimendo, & beatitudinem præparando. Sed istam memoriam tria impediunt, videlicet prosperitas temporalis, curiositas mundialis, voluptas carnalis. *Primo* ergo *prosperitas temporalis* facit ingratos obliuisci amicorum, qui eos in angustiis adiuuerunt. Vnde Gen. 40. legimus quod *præpositus pincernarum Pharaonis, qui prius incarceratus cum Ioseph, & ipsum de sua liberatione prophetice informauit, succedentibus prosperis, oblitus est interpretis sui.* Isto modo est de multis qui cum tribulationibus affliguntur, vel infirmitatibus habent Deum in memoria, sed quando sunt in sanitate, tranquillitate & prosperitate tradunt Deum obliuioni, iuxta illud Deut. 32. *Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.* Narrat Vincentius in speculo historiali, quod semel in Æthiopia contigit tanta pestilentia, quo ad memoriam hominum, quod homines obliuiscerentur nomina patrum suorum, nomina filiorum suorum, & etiam nomina propria. Et oriebatur ista pestilentia, secundum aliquos, ex fœtore & putrefactione quorundam cadauerum, interfectorum in bello.

I. Beneficiorū memoriam tria impediunt.

Quando Deus obliuioni traditur.

MORALITER. Tanta est in his diebus in parte memoratiua pestilentia, quòd nec recordantur nominis DEI patris omnium, nec grati sunt amicis vel animabus defunctorum suorum, iuxta illud Eccles. 9. *Obliuioni tradita est memoria eorum, &c.*

II. *Secundo* istam memoriam impedit *curiositas mundi*, & sollicitudo nimia circa mundum: sicut dicitur communiter.

Pluribus intentus, minor est ad singula sensus,

Et ideo in Psalmo 77. *Obliti sunt benefactorum & mirabilium eius, quæ ostendit eis.*

III. Corpus moles obliuiosa.

Tertio istam memoriam impedit *voluptas carnis.* Vnde Boetius 3. de consolatione metro. 2. vocat corpus, secundum imaginationem Platonicorum molem obliuiosam. Fuit enim opinio Platonis, sicut dicit Aristoteles 1. Posteriorum, quod anima habet notitiam omnium à principio sibi concreatam, & species omnium rerum inditas sibi à Deo. Sed tamen statim cum infunditur corpori terreno tradit obliuioni notitiam sibi datam, ne possit eis vti, donec per sensus excitetur. Et ideo posuit Plato, quod addiscere, non est nisi recordari.

MORALITER. Anima immersa voluptatibus & delitiis carnis, perdit memoriam Dei sui. Contra quos dicitur in Psalmo 136. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.* Et sicut spiritus in ventre memoriæ infirmatur.

IV. Memoria exemplorū.

QVARTA memoria est exemplorum, & est proximis exhibenda, videlicet, per odorem bonæ famæ, & conuersationis honestæ. Opera enim strenuitatis & victoriæ, solent haberi in memoria: & ideo vincentes mundum, per paupertatem; carnem, per castigationem; sensum proprium, per humilitatem, memoria dignos faciunt seipsos, iuxta illud Eccli. 45. *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est.*

Seipsum vincens, memoria dignus.

Narrat Magister in historia, super Exod. quòd Moyses duxit in vxorem filiam regis Æthiopiæ & cum in patriam suam redire voluisset, impedire nitebatur eum vxor sua. Moyses ergo tanquam vir astrorum peritus, sculpsit in gemmis duas imagines huius efficaciæ, vt altera memoriam, altera obliuionem conferret, Cumq; paribus & simili-

Digitized by Google

similibus annulis eas inseruisset, obliuionis annulum vxori tradidit, & memoriæ annulum secum tulit: vt sicut pari amore, sic paribus annulis insignirentur. Cœpit ergo mulier obliuiſci viri ſui, & ſic Moyſes liberè regreſſus eſt in patriam ſuam.

MORALITER. Animus humanus, magnes cœleſtis, cum carne terrena (quæ per Æthiopiſſam deſignatur) coniugium contrahit, quando infunditur corpori. Sed animus aut ſpiritus rationalis naturaliter deſignat beatitudinem, & vult in cœlum reuerti, ſed iſta vxor eum impedit, ideo vtendum eſt cautela Moyſi, vt duos annulos in gemmis faciamus, & annulum obliuionis carni tradamus. Annulus obliuionis eſt recogitatio mortis, quia mors obliuioni tradit hominem, iuxta illud Pſalmi 30. *Obliuioni datus ſum, tanquam mortuus à corde.* Sed annulus memoriæ eſt recognitio vitæ æternæ, vbi *in memoria æterna erit iuſtus*, & ſic liberè in cœleſtem patriam reuertamur. Annulus obliuionis recordatio mortis. Pſal. 111.

SEPTIMÒ ſpiritus humanus patitur in infirmitatem in dorſo, videlicet in voluntate quæ ſignificatur per dorſum. Et hæc facit ſpiritum hominis vel animam bonam vel malam, Bernardo atteſtante, qui ait. Animæ licet in infirmitate vel ignorantia ſæpe cadant, in bonam voluntatem quam habent reſurgunt. Hæc eſt quæ bonam facit animam. Si vero voluntas fuerit vitioſa, facit vitioſam. Ecce infirmitas ſpiritus. R. 7. Infirmitas dorſi.

OCTAVÒ patitur infirmitatem in manibus, videlicet in operatione. Eſt autem infirmitas manuum duplex, vt leproſitas & ariditas. Infirmitas *leprę* eſt infirmitas mali exempli. Quia ſicut lepra inficit, ita malum exemplum. Ideo dicit Apoſtolus 2. Corinth. 6. *Nemini dantes vllam offenſionem*, id eſt, exemplum malum vel ſcandalum, verbo aut facto. Et 1. Corint. 10. *ſine offenſione eſtote.* Et beatus Gregorius 9. quæſt. 3. dicit. Tot mortibus digni ſunt, quot in alios perditionis exempla tranſmittunt. Et ideo dicit Tullius moralis. 8. Manuum infirmitas duplex.

Nulli tu fueris prębens exempla malorum,
Ne condemneris pro peccatis aliorum.

Infirmitas autem *ariditatis* manuum eſt auaritia. Quia ſuper illud Matth. 12. *Ecce homo habens aridam manum*, dicit gloſſa moralis Lyræ, quod per hominem habentem manum aridam, intelligitur auarus, cuius manus ad opera pietatis & largitatis eſt inualida: & ſic ſpiritus hominis eſt infirmus in manibus; cum malum exemplum tribuit, & opera largitatis non cuſtodit.

NONÒ & vltimò ſpiritus hominis infirmus eſt in pedibus affectionum. Affectus enim animæ aut ſpiritus ſunt duo, amor & timor. Et iſti ſunt duo pedes animæ, qui malè infirmantur, cum conuertuntur ad timorem malè humiliantem; vel ad amorem malè accendentem, & ſic inepti erimus ad regnum cœleſte. Quod figuratum eſt 2. Regum 9. de Miphiboſeth, qui erat contractus & claudus vtroque pede, ineptusque ad regnum. Miphiboſeth interpretatur os confuſionis, & ſignificat ſpiritum peccantem, qui ſi claudicat & infirmatur in pede amoris, vel timoris, ineptus ad regnum decoris, de quo Sapient. 5. *Accipient regnum decoris de manu Domini.* Idcirco exemplo reguli debet quilibet homo, cuius ſpiritus ſic, vt dictum eſt, infirmatur, ire ad Chriſtum, & eum rogare, vt ſanet ſpiritum, vel animam eius, & ſic ex magna ſua pietate dicet ei. Vade ſpiritus tuus viuit, hic in gratia, & in futuro in æterna gloria. Ad quam nos perducat, &c. 9. Pedum infirmitas.

Digitized by Google

DE EADEM DOMINICA.

Sermo tertius.

Hora septima reliquit eum febris, vbi supra. Ioan. 4.

S DICVNT medici, quod crisis sexta die contingens, regulariter est malum. Septima autem die contingens est bonum criticitatis. Quare Galenus libro suo de criticis diebus dicit. Nam septimam diem assimilat regi, & sextam diem assimilat tyranno.

MORALITER. Humanum genus laborabat diuersis infirmitatibus, tam corporalibus, quàm spiritualibus. Infirmitates spirituales fiunt in anima per peccata. Sic infirmus fuit Dauid, qui ait, Psalm. 6. *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum sana me Domine.* Istæ infirmitates non relinquunt hominem in præsenti propter quod dicit; Homo continuè labora in operibus pœnitentiæ. Iuxta illud Luc. 13. *Sex dies sunt in quibus oportet operari*, scilicet, in operibus pœnitentiæ, & labore corporali.

Sed quidam de his infirmitatibus criticam præponunt sextæ diei, id est, in vita præsenti, quæ intelligitur per sextam diem? & sunt illi, qui otio & quieti se dant totaliter in præsenti, nolentes se dare operibus pœnitentiæ, sed ista crisis est regulariter. Nam qui hic opera pœnitentiæ recusat, in futuro opera pœnæ æternæ persoluet. Iuxta illud Leuitic. 23. *Omnis anima, quæ non afflicta fuerit die hac, peribit de populis suis:* & per oppositum, qui hic tribulantur in operibus pœnitentiæ, pro peccatis suis vexantur, quasi per sex dies & septima die vitæ suæ requiescunt. *Septimus dies Sabbati est, id est, requies Domini Dei tui.* Et certè tunc est perfecta crisis. Quia tunc cessabit perfectè omnis infirmitas tædij & tentationum, carnis, mundi & diaboli. Et tunc verè dici potest de quolibet illud verbum thematis. *Hora septima reliquit eum febris.* & qui sic criticant sani fiunt.

Deut. 5.

Crisis sexta die contingens, est ad malum.

Est ergo MORALITER sexta dies in criticando quasi tyrannus, secundum Galenum, quia illi qui delitiis & quieti se dant in hac vita, carni se subiiciunt, cuius fomitem vocat beatus Augustinus tyrannum. Sed septimus dies est quasi verus rex, sub quo spiritus libertati donatur. In cuius figura dicitur Dan. 14. *quod Rex venit die septima ad Danielem & eripuit eum de lacu leonum.* Et similiter hic dicitur quod die septima reliquit. Quia in futura vita quæ significatur per diem septimum, cessabit omnis infirmitas corporalis & spiritualis. In quo quidem verbo Euangelista, quo ad sensum moralem, principaliter duo tangit. *Primo*, tangit cessationem vitę peccabilis, ibi *Hora septima*. *Secundo*, mutationem pœnæ damnabilis, ibi; *Febris*.

T Circa quæ NOTANDVM, quod septem sunt peccata in septem febribus designata, quæ septima hora cessabunt, & sententiam damnabilis pœnæ mutabunt. PRIMVM peccatum est superbia, & significatur per febrem, quæ quartana nominatur, cuius signa sunt secundum medicos, quia de quarto in quartam diem affligunt, vel circiter quatuor horas, & rectè significat superbiam, quæ affligit ita, vt ita dicam, spiritum hominis in quatuor horis diei.

Per septem febres, septem peccata mortalia designātur. Superbia febris quartana.

Prima

Prima hora est quando aliquis credit se habere bona à seipso, quæ habet, quod est verum signum superbiæ, vt dicit Beda in homilia: qua laborant illi, qui dicebant Ps. 11. *Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est.* Hora I.

Sex autem sunt, quæ facit superbus quasi crederet bona sua habere à seipso, & nõ à Deo. *Primò*, cum de bonis suis gloriatur & erigitur, de quo Iob. 11. *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullus onagri liberum natum se putat.* Contra quem loquitur Apostolus 1. Cor. 4. *Quid habes, quod non accepisti? Si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Secundo*, cum de bonis suis se iactat, quod non facit Iob, qui ait c. 31. *Si*, id est, *non osculatus sum manum meam*, in *manu* secundum glossam intelligitur operatio, in *osculo*, q̃ est contractus oris, intelligitur laudatio. Ore enim spiritualiter tangitur res quæ laudatur. Vnde osculum manus est laudatio propriæ operationis. *Tertio*, cũ de bonis suis gratias non agit. Homo enim ingratus, dicitur non cognoscere beneficium acceptum, eò quod faciat ac si non cognosceret, dum pro eis gratias non agit, de quo dicit Bernardus: Ingratitudo est ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Quia secundum Gregorium non est dignus dandis, qui non agit gratias de datis. *Quartò*, cum habentem bona similia contemnit. *Quintò*, cum sibi & non Deo viuit. Nam verissima recognitio Domini, est redditio census, vel seruitij; Et cum superbus Deo seruire renuit, ipse bona sua ab eo non cognoscit. *Sextò*, cum de bonis suis pauperibus non tribuit. Vnde Augustinus: Dicit tibi CHRISTVS, da mihi ex eo, quod dedi tibi, de meo quæro, & non mihi donas.

Superbus sex facit. I. II. III. Ingratitudo fontem pietatis exsiccat. V. VI.

Secunda dies, vel hora qua patitur superbus ad instar, febricitantis, est, cum credit bona sua habere à Deo pro meritis suis: Et in hoc fatuum se ostendit. *Primò*, quia ipse nihil dat Deo nisi prius hoc dederit illi. Ideo Isa. 26. dicitur. *Omnia opera nostra operatus es nobis Domine*; & benè non inquit, sunt talia merita, vt propterea vitæ æterna debeatur ex iure, vt Deus iniuriam eis faceret nisi eam donaret. Nam, vt taceam, q̃ merita nostra Dei sunt dona, & ita homo magis propter ea debitor est Deo, quàm Deus homini. Et quid sunt omnia hæc merita, ad tantam gloriam? quasi diceret; Nulla. *Secundo*, quia bona nostra ex se sunt quasi moneta absq; argento. Verbi gratia, valor est in operibus Dei, & sine eo sunt opera nostra falsa moneta. *Tertiò*, quia quæ in oculis nostris videntur merita, frequenter in oculis Dei sunt demerita, quia Iob. 4. *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, quanto magis, qui inhabitant domos luteas.* Et Isai. 64. *Facti sumus vt immundi omnes nos, quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ.* Et B. Gregorius: Sæpe, inquit, iustitia nostra ad examen iustitiæ diuinæ deducta, iniustitia est, & sordet in conspectu iudicis, quod fulget in æstimatione operantis. Hora II. Bona nostra moneræ cõparata.

Tertia dies vel hora, quando quis credit se habere bonum, quod non habet. Contra quod dicitur Isai. 5. *Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.* Et Prouerbior. 26. *Vidisti hominem sibi sapientem videri, magis illo spem habebit insipiens*, quia impedit eum à gratia Dei, quam non petit cum credit eam habere, & quia non petit iam non accipit. Vnde Seneca: Inde mutari volumus, quia nos optimos credimus. Hora III.

Quarta dies vel hora est, cum quis in opinione sua præfert se alijs, contra quod dicitur Prou. 3. *Ne innitaris propriæ prudentiæ tuæ, nec sis sapiens apud teipsum*, vbi dicit Hora IV.

Hieronymus, & habetur Extra de conſtitutione. Ne innitaris. Prudentiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſibi agenda & dicenda videntur, patrum decretis præponit. Sed ſapiens eſt apud ſe, qui in illis quæ ex magiſterio potuit rectè cognoſcere, ſe præ cæteris quaſi doctorem extollit, quod tamen nullus facere debet, quia dicit Bernard⁹: Nolite comparare maioribus, noli minoribus, vel vni, vel nemini, non dico præponas, ſed nec comparare præſumas.

Sapiens apud ſe, quis?

V Auaritia febris hectica.

SECVNDVM peccatum eſt auaritia, & denotatur in febri, quæ dicitur hectica, & dicitur ab ἕξις quod eſt conſumptio, quia in hectica eſt calor innaturalis continentiæ, humiditatem radicalem conſumens. Etiam pro tractatu temporis in tantum extenuatur patiens, vt ſolum maneat cutis, & rectè ſignificat auaritiam, quæ per nimium ſtudium & vigilias circa temporalia conſumit, humidum gratiæ & virtualis vitæ. Ideo legitur quod B. Bernardus vidit vnum hominem, ſtantem ſuper vnum puteum, ſcintillas de puteo exeuntes deuorantem & macilentam faciem habentem, ex toto corde trementem, & tandem cum obſtupuiſſet quæ vidit, quæſiuit ab eo; Quare ſic ſtaret ſuper putenm? *Reſpondit*, propter honorem. Quæſiuit, quare corpus haberet ſic tremens? *Reſpondit* propter timorem.

MORALITER. Iſte homo ſignificat quemlibet auarum, qui frequenter ſtat ſuper puteum huius mundi, & deuorat ſcintillas cum non ceſſat cumulare diuitias, & habet etiam ad literam faciem macilentam, propter curam aſſiduam & ærumnas: quia Eccleſ. 2. dicitur de auaro diuite. *Cuncti dies eius laboribus & ærumnis pleni ſunt*, & propterea extenuatur in toto corpore ſuo, & habet corpus tremens, quia auarus tremit & trepidat, vbi trepidandum non eſt, iuxta illud Pſalm. 13. *DEVM non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Ideo dicit Seneca: Auarus videt regem, & æſtimat prædonem, vidit pauperem & æſtimat furem, & ſic tremit auarus ad ſimilitudinem febricitantis. Ad quem tremorem, refertur illud Iob. 15. *Sonitus terroris ſemper in auribus eius, & cum ſit pax ſemper inſidias ſuſpicatur.* Et illud Pſalm. 88. *Poſuiſti firmamentum eius formidinem.* Et Iſai. 24. *Formido & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ.* Habitator terræ eſt auarus, qui eſt quaſi talpa, & æſtuat ex febre, cum iraſcitur ex diuitiarum ſuarum amiſſione; aliud quære ſuprà in D.

Auari ſolicitudo.

X Luxuria febris putrida.

TERTIVM peccatum eſt luxuria, & innuitur in febre quæ dicitur putrida, propter putredinem humorum, quia cauſatur ex ſuperfluis & malis humoribus. Cum ergo materia groſſa & vitioſa in corpore mouetur à calore, neceſſe eſt, vt reſoluatur in vaporem, qui vapor non poteſt exhalari propter groſſitiem materiæ ſibi reſiſtentis, & ſic corrumpitur & putreſcit. Et rectè ſignificat luxuriam, quæ ſpiritualiter & interdum corporaliter facit putreſcere, iuxta illud Ioël. 1. *computruerunt vt iumenta in ſtercore ſuo.* Quod exponit Gregori. Iumenta in ſtercore putreſcere, eſt corporales homines in peccato luxuriæ, vitam finire. Sicut iſte princeps in tribu Simeon, qui intrauit ad ſcortum vidente Phinees, & alijs filijs Iſraël, & Moyſe, quem *Phinees arrepto gladio, in lupanari cum ſcorto transfodit.* Num. 25. Et ſic in luxuriæ putredine vitam vitiq; finiunt.

Y Ira, febris ephemera ſiue diaria.

QVARTVM peccatum eſt ira, & ſignificatur in febre, quæ dicitur ephemera, & eſt illa in qua ſpiritus & vapores ſunt accenſi, & raro vltra diem vel noctem durat, niſi in putridam febrem mutetur. Cauſa autem febrium ephemeræ, ſunt cauſæ priua-

tiuæ

rium calefacientes eſſentialiter vel accidentaliter, & habet nomen ſuum à quodam pisce qui dicitur ephemerus, qui eodem die quo naſcitur, moritur; & ſignificat iram in qua accenduntur ſpiritus hominis; quia ſecundum Philoſophum: Ira eſt accenſio ſanguinis circa cor, & raro vel nunquam debet durare vltra diem, vel noctem, ſed ſtatim debet ſuffocari. Nam dicit Auguſtinus: Sicut acetum corrumpit vas, ſi diutius ibi fuerit, ſic ira corrumpit cor ſi in alium diem duranerit. Dicunt enim Doctores quod ira mala duas habet ſpecies *quadam* enim eſt *ſubita* & ſine deliberatione rationis, quæ venialis eſt. *Alia* verò cum *deliberatione* & ſenſu rationis, quæ mortalis eſt, & has duas ſpecies tangit Dauid Pſal. 4. *Iraſcimini & nolite peccare* quaſi diceret Si ſubitò ira ſurgat in nobis non aſſentiat ratio, ita vero quæ cum deliberatione fit, ſi inueteraſcat, odium dicitur. Eſt enim ira odium inueteratum, quod Apoſtolus prohibet Epheſ. 4. *Sol non occidat ſuper iracundia veſtram*, id eſt non diu duret ſicut febris ephemera. Et ſicut cauſa ephemeræ alia eſt eſſentialis, alia accidentalis: Sic ira in aliquib⁹ hominibus eſt eſſentialis, ſcilicet à natura, quia à natura ſunt inclinati ad iram. In alijs autem cauſatur accidentaliter, & qualitercunque tamen cauſetur, mala corpori operatur, quæ enumerat Iſidorus de ſummo bono. Ira occidit mentem ſerui, proximum offendit, omnemque ſalutem corporis abijcit & retundit. Cui concordat Tullius de Tuſculanis quæſtionib⁹ libro 4. Ira veritatem tegit, iuſtitiam peruertit, atq; omnem virtutem abijcit, animamque offendit, ideo eadem hora & die quibus naſcitur, econtrà mori debet. Iuxta illud Eccleſ. 11. *Auſer iram à corde tuo*, vbi dicit gloſſa. Auferenda eſt ira à corde, quia eſt quaſi quædam tempeſtas mentem quadam grauedine deſtruens, ſic dicit Gregorius: Sicut tempeſtas timetur, ita ira timenda eſt cordi.

Ira habet duas ſpecies

Ira eſt odiū inueteratū.

Iræ operatio.

QVINTVM peccatum eſt gula, & figuratur in febre quæ dicitur quotidiana & generatur ex phlegmate putrefacto; Et rectè ſignificat gulam quæ facit corpus putreſcere, quod teſtatur Chryſoſtomus de conſec. diſtinct. 5. Nihil. Exceſſus inquit, ciborum conſumit & putrefacere facit corpus humanum & mactat ægritudine diuturna & tunc morte crudeli conſumit.

Gula, febris quotidiana.

SEXTVM peccatum eſt inuidia, & ſignificatur in febre quæ dicitur erratica & hoc non ſit certis & determinatis horis, ſed incertis: & congruè denotat inuidiam quæ non ſit certis horis, ſed tunc ſolum, quando videt inuidus proſperitatem hominis, quam ſine inuidia videre non poteſt, quia dicitur 1. Reg. 3. *quod Heli non poterat videre lucernam antequam exſtingueretur*, quia inuidus non poteſt videre bonum proximi, quo lucet coram Deo & hominibus per bonam famam: ſed quando diabolo procurante exſtinguitur per infamam tunc acutè videt. Contra quod dicit Bernardus. Si quis bonus eſt, non inuidet melioribus, & qui ſibi videtur agere melius bonum, non ſpernat alterius bonum.

Inuidia, febris erratica.

SEPTIMVM peccatum eſt acedia, & ſignificatur in febre quæ dicitur tertiana quę tangit patientem tertia die. Et huius ſunt tres ſpecies, ſcilicet continua, interpellata & cariſon. Et recte ſignificat acediā, quæ deberet habere tres partes, pœnitentiæ ſcilicet contritionem cōfeſſionem & ſatisfactionem. Sed has negligit diabolo procurāte. Nam quidam frater, vt legitur, adiurauit dæmonem, vt ab obſeſſo exiret & nomē ſuum diceret. Et ille. Tres inquit ſumus in hoc nomine. Ego vero vocor *claudens cor*, & officium meum eſt cor peccatoris indurare, nec contritionem habeat ꝑ peccatis

Acedia, febris tertiana.

Tres dæmones claudūt hominī.

Alios

Cor, Os, & Marsupium.

Alius vocatur *claudens os*, cuius officium est impedire, ne confiteatur, licet conteratur. Tertius dicitur *claudens marsupium*, cuius officium est ne eleemosynis peccata redimantur, & peccator satisfaciat, & sic ferè omnes lucramur.

His septem febribus ferè ægrotat totus mundus aliquid in quartana superbiæ; aliquid in hectica auaritiæ; tertij, in putrida luxuriæ; quarti in ephemera iræ; quinti, in quotidiana gulæ; quàm quotidiè frequentant, vt potatores & crapulosi; sexti, in erratica inuidiæ; septimi, in tertiana acediæ. Quare necesse est, vt hora septima sanentur ab his febribus & relinquantur. Et hæc hora septima est donum Spiritus sancti, quod est *timor qui expellit peccatum*. Eccles. 1. Quod est mors animæ; Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit ipsa morietur.*

Z. Ideo dicit Ioannes Cassianus de institutione monachorum, lib. 4. Principium nostræ salutis nostræq; sapientiæ secundum Scripturas, Timor Domini est. Timor enim Domini nascitur ex compunctione enim cordis procedit abrenunciatio, id est, contemptus omnium facultatum; de nuditate, humilitas procreatur; de humilitate, mortificatio voluptatum generatur; de voluptatis mortificatione, extirpantur atq; marcescunt vitia vniuersa de vitiorum expulsione, virtutes fructificant absq; succrescunt; de virtutum pullulatione, puritas cordis acquiritur; per puritatem Apostolicæ caritatis perfectio possidetur. Hæc fuit sententia B. Antonij.

Septem horæ, septem dona Spiritus S. designantur.

I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.

Vel MORALITER per septem horas intelliguntur septem dona Spiritus S. quæ enumerat Isai. 11. *Prima* hora est donum *sapientiæ*, quod viriliter luxuriam despicit, & totum hominem liberati castitatis restituit. *Secunda* hora est *intellectus*, qui gulam violenter reprimit, & cœlestibus delicijs mentem spiritualiter reficit. *Tertia* hora significatur in dono *consilij*, quo auaritiam potenter exstinguit, & thesauros cœlestes sapienter conquirit. *Quarta* hora est in dono *fortitudinis*, quæ acediam violenter opprimit, & vigorem mentis ad operandum vehementer impellit. *Quintum* donum innuitur per donum *scientiæ*, quæ iram totaliter sedat, & totum hominem in se prudenter pacificat & quietat. *Sexta* figuratur in dono *pietatis*, quæ inuidiam conculcat, & proximum ad se dulciter inuitat. *Septima* hora est in dono *timoris*, quæ ab homine superbiam expellit, & Deum humiliter introducit: & sic Spiritus febricitans videlicet peccator, ab infirmitate conualescit.

1. Vel *alio modo*, peccator saluatur hora septima. *Prima* hora est cum peccatorum suorum attendit *multiplicitatem*, sicut Manasses qui ait 2. Paralip. 36. *Peccata mea super numerum arenæ maris.*

2. *Secunda* hora quando attendit ad emendandum *temporis breuitatem* de qua Iob. 14. *Breues dies hominis sunt.*

3. *Tertia*, quando attendit *iudicis æquitatem*, de qua Ps. 118. *Iustitiæ Domine, & rectum iudicium tuum.*

4. *Quarta*, quando habet de peccatis *contritionem*. Ps. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.*

5. *Quinta* quando habet *confessionis integritatem*. Iacob. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra.*

6. *Sexta*, quando habet satisfactionis sedulitatem. Matth. 3. *Facite dignos fructus pœnitentiæ.*

7. *Septima*, quando habet Dei vel proximi *perfectam caritatem*. Et in hac hora sanator peccator ab omnibus febribus spiritualibus prælibatis, quia caritas *operit delicta vniuersa*. Prouer. 10. & 1. q. 1. cap. Multæ sunt.

DOMI-

Digitized by Google

DOMINICA XXII. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Simile est regnum cælorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis. Matth. 18.

A

RVgiens gladium inimicorum, semper debet oculum habere ad viam per quam graditur, & non ad terminum à quo recessit. Nam volens se prospicere, aut oportet eum stare aut si procedat oportet eum cadere, & in vtroque gradu persequentes appropinquant ad ipsum, & sic est in periculo.

Gladius vtrinq; scindens est peccatum.

MORALITER autem inimici nostri sunt dæmones, quia Dominus dixit ad Euam Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te & serpentem* scilicet infernalem. Illorum inimicorum est gladius peccatum, scindens ex vtraque parte, quia scindit corpus & animam. Horum quidem gladium fugiunt pœnitentes, ideo semper ante oculos debent habere viam pœnitentiæ, & terminum ad quem tendunt & appropinquant, scilicet vitam æternam, quia cogitantes, & oculis cordis contemplantes æternæ vitæ dulcedinem, audaciores efficiuntur ad mundi fugam. Non debent pœnitentes aliquando retrospicere per recidiuationem in peccatum, & per recordationem delectationis præteritæ, quos diabolus sequens eos, citò caperet per consensum, & remanerent captiui. *Figura* Genes. 19 vbi legitur quod cum Dominus vellet Sodomam & Gomorrham, propter illorum iniquitatem subuertere, angelus pepercit Loth & vxori, & familiæ ipsius, vt exirent inde, & saluarentur in monte; & omnes sic fecerunt, excepta vxore Loth: quæ dum fugere voluit, *retrospexit, & versa est in statuam salis.*

Iustitia Dei non sinit peccatum impunitum.

SPIRITVALITER. Dominus vult punire pessimorum peccata, sicut exigit suæ iustitiæ rectitudo, quia dicit Augustinus in sermonibus communibus, Sermone XLIII. Impunitum non potest esse peccatum, non decet, non oportet, non est iustum. Et quia non potest esse impunitum, puniatur à te, non puniatur ab illo, scilicet Deo. Hæc Augustinus. Præcepit igitur cupientibus saluari, vt à præteritis recedant per viam pœnitentiæ, & saluentur in monte Domini, videlicet in cœlo. Et vult ne retrospiciant per peccati recidiuationẽ, sed recto tramite pœnitentiæ pergere inceptũ iter, sic enim peruenient ad montem æterni gaudij, in quo secundum Psal. 67. *Beneplacitum est Deo, habitare cum sanctis suis.* Sed si miser peccator ad instar vxoris Loth retrospiciat per ingratitudinem, & recidiuet in peccatum, vertitur in salẽ & efficitur terra sterilis, in qua nihil videtur nasci amplius pertinẽs ad virtutem, sed aptus erit ad æternum ignem. Et hoc patet de seruo qui debebat decem millia talenta, sed quia petiuit gratiam à Domino, obtinuit. Miser autem per ingratitudinẽ retrospexit, cum conseruum suum tenens suffocauit, quapropter pœnis æternis traditus fuit, vt dicit præsens Euangelium In quo tria principaliter tangit Euangelista. *Primo*, vniuersalis rationis exigentiam, ibi; *Simile est regnum cælorum. Secundo*, impossibilis solutio-

nis indulgentiam, ibi; *Misertus est Dominus. Tertio*, pœnalis vltionis finalem sententiam, ibi; *Iratus Dominus.*

PRIMO ergo tangit vniuersalis rationis exigentiam, cum dicit. *Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit ponere rationem cum seruis suis.*

I. Circa quod NOTANDVM, quod homo iste & rex, vt ait Hieronymus, Christus est, qui dicitur homo hic & rex, cui regnum cœlorum assimilatur, quis melius intelligitur quàm redemptor noster, de quo Phropheta. *Homo est & quis cognoscet eum?* Et Psalm. 71. *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis*, id est, Christo, qui secundum Deitatem filius est regis æterni, scilicet Patris, & secundum humanitatem est filius Dauid regis, vt habetur Matth. 1. quia descendit de ipso Dauid secundum carnem. Rom. 1. Iste homo verus, & rex æternus vult rationem ponere cum seruis suis, & hi sunt omnes homines qui serui eius sunt ratione creationis, quia dicit Psal. 99. *Scitote quoniam Dominus ipse est DEVS, ipse fecit nos & non ipsi nos.* Vel sunt serui eius iure, licet multi sunt eius, facto & executione.

Seruorum tria sunt genera.

Sunt enim tria genera seruorum secundum iura. *Aliqui* enim sunt originarij, qui sunt in seruitute nati. Quando enim homo qui est maior viginti annis se patitur, venundari, vt in veritate participet in pretio, talis licet ante liber fuit, fit seruus, & filij nati ab eo in seruitute nascuntur. Sic enim homines sunt serui DEI, quia in prima creatione, Deus omnes simplices creaturas ante nos creauit, vt seruirent nobis, sed post illas, creauit homines, vt seruirent sibi; non quia creator Deus, & summe bonus eius seruitio indigeret; quia secundum Psalm. 15. *Bonorum nostrum non eget*, sed seruirent ei ideo vt fruerentur eo; cui *seruire regnare est*. In hoc enim proficit seruiens, non ille cui seruitur, vt dicit Magister lib. 2. dist. 1. c. 2.

I. Originarii.

II. Emptitii.

Alij sunt serui emptitij, qui ab hostib. suis empti sunt: quia dicit ius ciuile Institut. de iure person. §. Serui, quos Imperatores statuerunt, quando vnus hostem suũ caperet, quod illius proprius esset, vel vendere posset, ne ipsum necaret. Quare ergo dicit Augustinus lib. 19. de ciuitate Dei, capit. 15. Origo vocabuli seruorum in Latina lingua inde creditur dicta, quod hi qui iure belli possunt occidi, à victoribus conseruabantur, serui fiebant, à seruando appellati. Sic & nos sumus appellati serui DEI, quia tenebamur captiui à diabolo, sed ab illo nos Christus eruit magno pretio, videlicet pretioso sanguine suo, de quo Apostolus 1. Corint. 6. *Empti estis pretio magno.*

Serui vnde appellati.

III. Conductitii.

Tertij sunt serui conductiui, qui non coacti, sed voluntariè seruiunt, ob spem lucri. Sic & nos sumus serui Dei, qui debemus ei seruire, non coactè, sicut ille qui ait Psalm. 53. *Voluntariè sacrificabo tibi*, quia coacta seruitia Deo non placent Iacob. 2. & 23. quæstio. 6. Iam verò. Sed quia ipse nos *conduxit ex denario diurno* pro vita æterna. Matthæi 20. ideò *seruire debemus illi in sanctitate*, id est, pura conscientia. Lucæ primo.

C Cum illis igitur seruis ponet homo iste & rex Christus arduam rationem, *quia omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, vt vnusquisq; referat, vel accipiat propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum.* 2. Corinth. 5. & Athanasius in symbolo. *Omnes homines resurgere habent, cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem.*

Reddendæ ratio.

1. PRIMO igitur cum ponet rex iste rationem cum seruis suis prædictis, oportet vnum-

Digitized by Google

numquemq; reddere rationem de verbis otiosis, iuxta illud Matth. 12. *De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in nouissimo die.* De quo Sermon. LXII. Y. vbi supra dictum est. De verbis otiosis.

Est autem multiplex verbum de quo ratio reddenda est.

PRIMVM est verbum *adulationis*, quod est valde periculosum, quia implicat hominem multis peccatis. Est enim adulator ad modum nutricis qui filios diaboli obdormire facit in peccatis, sicut & nutrix casum paruuli ad eius consolationem interpretatur. Sic & adulator peccatum eius cui adulator, quod in veritate est casum, asserit esse opus magnificum. Et hoc ostendit Sapiens Prouerb. 16. *Iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.* Et hæc est via peccatorum: quæ est via non bona, sed mala, de qua Prouerb. 14. *Est via quæ videtur hominibus peccatoribus bona & iusta, & nouissima eius ducunt ad mortem* scilicet culpæ & gehennæ. Ideo adulator non solum pro se, sed & pro his quos adulatione sua in peccatis nutriuit, reddet rationem. I. Adulationis

SECVNDVM verbum, *maledictionis* est, vt qui proferunt maledictiones sibiipsis, pueris suis, seu alijs, contra illud Apostoli Romanorum 12. *Benedicere & nolite maledicere.* II. Maledictionis.

Sed qualem rationem tales reddent, qui vocem Domini terribilem audient. *Ite maledicti in ignem æternum* Matth. 25. quia maledictum quod maledicti proferunt, in die scilicet nouissimo, super capita eorum descendent, iuxta illud Sapientis Prouerb. 26. *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadit.* Et Genes. 27. *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.* Quare præcipuè debent cauere parentes, ne maledicant pueris suis, quia illorum maledictiones magis nociuæ solent esse. Eccles. 3. *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamentum.* Ideo dicit Valerius Episcopus in sermone. Nihil sæuius, nihil periculosius, amaris asperisq; maledictionibus, quorum vulnera tanto difficilius curantur, quanto facilius infliguntur. Parentum maledictiones valde nocent.

TERTIVM est verbum *detractionis*, quod valde odit Deus, iuxta illud Apostoli ad Roman. 1. *Detractores Deo odibiles.* Detractores namq; comparantur. III. Detractionis.

PRIMO mulieri prægnanti, quæ cum dolore conatur ad emissionem partus. Et de detractore dicitur Eccles. 19. *A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus parturientis infantis.* Videtur enim detractori quod rumperetur nisi verbum malum de proximo emitteret: contra quem dicit Sapiens Eccl. 19. *Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens, quoniam non te dirumpet.* 1. Detractor comparatur mulieri prægnanti.

SECVNDO comparantur ciconiæ, quæ venenatis animalibus pascitur, quia detractores alienum peccatum quod quasi venenum est, deferunt in ore. De quibus Psal. 13. *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.* 2. Ciconiæ.

TERTIO comparantur thurificationibus, quia in cœtu diaboli detractor thuribulum defert, in quo per suum odorem hominibus ingerit alienorum peccatorum fœtorem. 3. Thurificationi.

QVARTO sunt aduocati diaboli, quia ipsi conantur ad hoc, vt quod Dei est cedat in partem diaboli. Quid enim aliud est dicere, iste est fornicator, vel vsurarius, quàm dicere, iste est diaboli aduocatus. Ideo districtam rationem ponit iste homo ex cum eis. 4. Aduocati

IV. Mendacij.

QVARTVM est verbum *mendositatis*, quod est velut arcus diaboli, oculos interioris filiorum Dei sagittans, quia de mendacibus dicitur Ierem. 9. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii, & non veritatis.* Et ibidem. *Sagitta vulnerans lingua eorum.* Mendaces in infernum intrabunt. Hi ergo mendaces male in reddenda ratione stabunt: eo quod cum diabolo patre suo in infernum intrabunt, quia diabolus primum mendacium inuenit, deinde filios mendacij genuit, sicut testatur Augustinus. Quomodo, inquit, Deus pater verax genuit filium veracem, ita homo mendax est filius diaboli, quia diabolus lapsus genuit filium mendacem; ideo vbi diabolus, ibi & ipse erit, scilicet in inferno.

V. Blasphæmationis.

QVINTVM verbum est *blasphemationis*, quando videlicet aliqua in contumeliam Dei & beatæ virginis sanctorumque eius proferuntur, vt maximè lusores & impatientes faciunt dicendo. Si Deus iustus esset, hæc vel hoc circa me fieri non permitteret, & sic volunt ei attribuere iniustitiam, qui iustus est, secundum illud Psalm. 118. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Tales timere debent illud Prouerbiorum 20. *Qui maledicit patri* (ideo quia est pater noster Matth. 6.) *& matri* (virgini quæ est mater totius Ecclesiæ. Canticor. 8.) *extinguetur lumen eius in medio tenebris*, id est in peccatis suis morietur. Tales enim blasphematores sunt similes crucifixoribus Christi, quia dicit Augustinus. Non minus peccant qui Dominum blasphemant regnantem in cœlis, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris. Et quia taberna in qua ludus permittitur, vel domus in qua blasphemus fouetur, vt quidam Doctor dicit, est taberna diaboli. Væ illis qui in domib. suis fieri permittunt, licet etiam ipsi benè agunt, quia dicit Augustinus. Bene agere & malis consentire, signum erroris est. Cui consonat Cassiodorus. Cum possis obuiare peruersis & desinis, aduersaris, & seruus erroris es.

Blasphemi Iudæis crucifixoribus similes.

NOTA BENE.

VI. Derisionis.

SEXTVM verbum est *derisionis*, vt qui facta vel verba aliorum derident, & se solum bonos putant, vel etiam aliqui licet mali sint, tamen benefactores deridere non cessant, & hi peiores sunt quàm fuit Herodes: ille enim *occidi pueros iam natos propter Christum*, Matt. 2. irrisores verò occidunt matres propriæ Ecclesiæ, adhuc in vtero existentes. Non enim exspectant quousque Ecclesia peperit eos in sacramento pœnitentiæ, immò quàm cito apparent in eis aliqua signa sanctitatis vel bonæ voluntatis, ipsi suffocant eos; verecundiam eis exhibendo. *Secundo* sunt peiores quàm draco, de quo legitur in Apocalypsi 12. quod *stetit ante mulierem, quæ erat paritura*, vt cum peperisset filium eius deuoraret. Derisores autem partum matris suæ ecclesiæ non exspectant, vt dictum est. *Tertio* sunt vt buffones, sed magis venenati sunt quàm buffones. Illi enim, vt dicit Plinius in speculo naturali, non possunt sustinere odorem vineæ florentis. Sic derisores non possunt sustinere odorem bonę operationis & salutis, qui odor valde placet Deo sicut zelus animarum. sed ipsi odiunt zelum & salutem animarum. Idcirco maius damnum infert Deo, quando aufert vnam animam, quàm si aufferret ei mille corpora. Et certè cum ipsis Christus grauem rationem inibit & supplicijs æternis eos deputabit, quæ parata sunt eis, secundū illud Prou. 19. *Parata sunt derisoribus iudicia & malleus percutientes stultorum corporibus.* Non debent tamen boni homines derisiones malorū hominū curare, sed æquanimiter portare, nec propter has à bonis inchoatis cessare, exemplo Christi quem legimus à quadruplicib. hominibus derisum, nec tamen ab operibus bonis cessauit. *Primo*, à diuitibus auaris.

1. Derisores sunt peiores Herode.

2. Dracone.

3. Buffonibus.

Derisores oderunt salutem animarum.

Derisiones malorum.

auaris. *Secundò*, à principibus præclaris. *Tertiò*, à militibus amaris. *Quartò*, à simplicibus ignaris.

nõ curandę exemplo Christi.

De *Primis* legitur Lucæ 16. vbi Christus dixit. *Nemo potest Deo seruire & mammonæ.* Quod cum audissent Pharisæi *qui erant auari, deridebant eum.* De *Secundis* Matt. 27. *Principes sacerdotum illudentes cum scribis dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere.* De *Tertiis* legitur Lucæ 23. *Illudentes antẽ ei milites*, accedentes & acetum offerentes illi *dicebant. Si tu es rex Iudæorum saluum te fac.* De *Quartis* habetur Lucæ 8. quando suscitabat filiam Archisynagogæ dicentis: *Non est mortua puella, sed dormit. Et deridebat eum, scientes quia mortua esset.* Cum ergo Christus tot derisiones malorum pro nobis sustinuerit, felix est qui pro eo vices reponendo, derisiones malorum æqualiter sustinebit. Nisi enim sanctus homo, vt dicit Holkot super librum Sapient. lect. 60. à mundi dilectoribus inuitus contemnatur, viam Christi, nec discipulorum eius, imitatur. Qui enim mundum dereliquit honorem tamen à mundanis requirit, iste videtur Deo seruire sed mercedem non recipit à Deo. Gaudeant ergo mundi contemptores, quoties vitæ suæ inuenient derisores: quia ex hoc recipiunt argumentum, quod viam Dei imitantur, si à mundi dilectoribus tanquam fatui contemnantur. Vnde Seneca libro de moribus. Nondum, inquit felix es, te turba non irrisit: Si beatus esse vis, cogita hoc primum, non contemnere, ab alijs contemni. Nam Apostolus dicit de se & de suis sequacibus. 1. Corinth. 4. *Spectaculum facti sumus mundo. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo.* Et loquitur ironicè, secundum Glossam, quasi diceret. Nos reputamur stulti, quia Christum prædicamus, & putatis vos esse prudentes, quia tacetis, quod non est verum, &c.

H' VII Elationis.

SEPTIMVM est verbum *elationis*, vt qui alios confundunt & seipsos extollunt, vel qui se de malis factis iactant, vt multi sunt, qui cum ad aliquem honorem peruenerunt omnes vituperant, & seipsos solum dignos æstimant. De quibus dicit Psalm. 58. *Delictum eris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.* Hi sunt similes flori tribulorum, qui quanto magis ascendit, tanto fragilior erit. Et ideò dicit Gregorius: Superbus vbi ad sublimia se extollit, ibi ad ima cadit. Plumbi enim natura est, vt quanto altius iacitur, tanto plus profundatur. Dicit enim Hieronymus. Nihil enim abhorreo sicut illum, qui superbo vultu somnia refert, omnibus se præfert, iam scientia, iam rerum copia, iam ingenua parentela, iam morum venustate, aut corporis habilitate.

Nil grauius paupere qui surgit in altum.

VIII. Fornicationis.

OCTAVVM verbum de quo ratio est reddenda, est *fornicationis*, quod inhibet Sapiens Eccli. 5. *Sit manus tua super ostium, ne capiaris verbo immundo*, scilicet luxurioso. Nulli dubium quin mille millia virginum & mulierum propter lubrica sua verba sunt deceptæ; quia ex abundantia cordis os loquitur. Vnde Plato comminatur, quod aliqua sit scurra, si loquitur, scurrilia verba, quia dicit Augustinus. Qui delectantur in verbo, non longè sunt à peccato.

I' II. Reddenda ratio de malè cõmissis.

SECVNDÒ, oportet vnumquemq; reddere rationem de malis commissis. De quibus Iob. 10. Commissa mea Domine pauesco, & ante te erubesco: dum veneris iudicare, *noli me condemnare.* Pro his autem malis factis condemnabuntur omnes infideles pagani, Iudæi, hæretici, & his similes, de quibus iam sententia lata est per Iudicem Christum. Ioan. 3. *Qui non credit, iudicatus est.* Similiter pro malis suis damnabuntur omnes homicidæ & desperati cum Cain, qui occidit fratrẽ suum & inde de-

Iudæi

Homicidæ.

Digitized by Google

Violenti.

sperauit, quia dixit. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Gen. 4. Omnes violenti pauperum oppressores damnabuntur cum Nemroth, *qui erat robustus venator*, id est, oppressor hominum coram Dño. Gen. 10.

Adulteri. Fornicatores, & Incantatores.

Item omnes adulteri cum Lamech, qui primo bigamiam introduxit. Gen. 5. Et omnes fornicatores & incantatores, aut incantatrices cum Iezabel. 4. Reg. 9. quia dicit Apostolus ad Hebr. 13. *Fornicatores & adulteros iudicabit*, id est, condemnabit *Dominus*.

Rebelles.

Item omnes rebelles cum Chore, Dathan & Abiron, qui rebelliter murmurabant contra Aaron & Moysen, & *terra eos absorbuit*. Num. 16.

Immisericordes.

Item omnes immisericordes damnabuntur cum diuite, *qui micas pauperi Lazaro denegauit*, Luc. 16. Quia *iudicium sine misericordia fiet ei, qui misericordiam non fecit*. Iacob. 2.

Sodomitæ.

Item omnes contra naturã peccantes damnabuntur cum Sodomitis. Gen. 19. de quibus dicitur. *Homines Sodomitæ erant pessimi, & peccantes coram Domino nimis.* Gen. 13. & c. 18. dicit Dñs, *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est nimis, descendam & videbo*, super quo dicit Gregor. Nouitas tantæ inauditæ turpitudinis, quasi admirationem, & dubitationẽ parit in audiente. Vnde Dñs quasi admirans & dubitãs super tanto scelere, introducitur loquens. *Descendam & videbo.* Incredibile n. mihi videtur, homines tantũ flagitium perpetrasse. Vnde laborantes hoc vitio sunt hostes Dei & generis humani, facto etsi non verbo dicunt. Tu masculum & fœminam creasti, vt multiplicaretur genus humanum, nos autem operam damus, vt minuatur.

Sodomitici grauiter puniti.

Sed grauiter fuit hoc vitium vindicatum. Nam *prima* vindicta huius peccati diluuium. Inter causas n. diluuij ponit Methodius, quod mulieres in vesaniam versæ supergressæ viris abutebantur, & q. exarserunt homines in alterutrum coeuntes. *Secunda* vindicta fuit subuersio quinq; ciuitatũ, videl. Somodæ, Gomorrhæ, Admæ, Zebois, & Segor. In qua vindicta attendendum est, q. Dominus non solum nocentes, sed innocentes paruulos vnius diei puniuit. In hoc prouisum est pueris, ne diutius viuentes sequerentur exempla patrum, & grauius damnarentur. Et non solum homines, imò & terram destruxit, & in mare mortuum, in quo nihil viuit, nec auis, nec piscis, conuertit. Vnde Bernard. Gehennæ flam̃a moram non sustinens Sodomorum præuenit tollere nationem, & ipsam consciam tantæ confusionis terram, cõsumpsit ignis sulphureus, & spiritus procellarum in locum horribilem solum omne redactũ. Et Gen. 19. dicitur. *Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhã sulphur & ignem à Domino de cælo: & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionẽ, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terra virentia. Respicientq; vxor eius post se, versa est in statuam salis*, ad ostendendum quantũ displiciat Deo memoria huius peccati. O si Dominus puniuit adeo grauiter hoc peccatũ, nunquit ab eo nunc manebit impunitum? Certè nõ: quia non est *abbreuiata manus Domini*, scil. puniens hoc peccatum. O qualem rationem coram Deo districtissimo iudice reddent: qui etiam coram ipso obtumescent: quia Sodoma obmutescet, in signum, quod hoc pessimũ vitium reddet homines mutos, in die iudicij, si non generaliter, aut specialiter pœniteant. Ergo citò tales desistant, & pœnitentiam condignam, pro huiusmodi ineffabili peccato sustineant, & suscipiant, ne vltionem diuinam super se sentiant sed pœnam æternam euadant. Item omnes *auari* condemnabuntur cum Iuda, qui propter modicam pecuniam *Dominũ tradidit, & se suspendendo, crepuit medius.* Matt. 28. & Actor. 2. Item *ementes & vendentes* in locis cõsecratis cũ Iudæis, quos *Christus expu it de templo*, Ioan. 2. & Matth. 21. Itẽ *in-*

1.
2.
NB.

Isa. 59.

Auari.

Vendentes in locis sacris.

insti

iusti & dolosi mercatores, cũ Giezi. 4.Reg.5. Itẽ omnes *Simoniaci* cũ Sim.Mago.Act.8. Mercatores dolosi.

TERTIÒ, cum ponet Dominus rationem cum seruis suis: oportet vnumquemque rationem reddere de bonis omissis, videl. quod opera pietatis nõ exercuit, quod Missam debito tempore non audiuit: quod prædicationem contemsit, aut cætera bona nõ fecit. Ideò dicit Anselmus: Exiget à te vsq; ad punctum oculi, omne tempus viuendi impensum, qualiter fuit expensum. Nam legitur Matth.25. de seruis, *quibus Dominus tradidit bona sua*, scil. naturæ, vt, fortitudinem & sanitatem: bona gratiæ, vt sapientiam & intellectum, & fortitudinem, vt diuitias, dicens. *Negotiamini dum venio*, quasi diceret. Comparare debetis bonis operibus cœleste regnum quousq; venio, scil. rationem ponere & videbo quanta quisq; bona sit lucratus; Super quo dicit Bernard. de speciali negotiatione. Negotiare igitur donec veniat Dominus Deus, vt ei dicere possis. *Domine quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum.* Et audire merearis. *Intra in gaudium Domini tui*, sponsæ Ecclesiæ & redemtoris omnium seculorum. Hæc Bernard. Quia seruum qui talentum, id est, bonum gratiæ, fortunæ & naturę Domini sui in terram absconderat abutendo, & nihil lucratus fuerat, condemnauit, dicens: *Seruum inutilem mittite in tenebras exteriores.* K Reddenda ratio de bonis omissis.

MORALITER autem intelligitur anima cuiuslibet, quam seruus inutilis in terra abscondit cum terrena amauerit. Contra quod dicit Augustinus de spiritu & anima. O anima mea quomodò te deijcis, terram amas & melior es: altitudinem cœli miratis & altior es, pulchritudinem solis contemplaris & pulchrior es: solo creatore tuo inferior es. Cui speciositatem considerans cœlestis negotiator Deus, *vendidit omnia quæ habuit & emit eam*: Dedit n. carnem ad lucrandum, vt ipsa sanaretur: sanguinem ad effundendum, vt ipse lauaretur: vitam ad occidendum, vt ipsa viuificaretur: animam suam ad infernum ducendum, vt de inferis redimeretur. Hæc Augustinus. Si enim homo animam suam sollicitè non custodierit, sed in terram cupiditatis posuerit, reddet de ipso Domino rationem. Ideo dicit Bernar. Væ mihi, si talentum mihi traditum negligenter seruauero, pretioso sanguine agni incontaminati appretiato. Seruus inutilis anima cuiuslibet hominis.

QVARTO rationem oportet reddere de potentijs, & subditorum custodijs. Quilibet enim Prælatus, siue secularis siue spiritualis, tenetur ad custodiam, eruditionem, & correctionem suorum subditorum; & quantumcunq; in ipso est custodiat eos à peccatis, erudiat in bonis, & corripiat pro erratis: & si non fecerit, reddet districtam rationem; iuxta illud Hebræ: vltimo, quod scribitur de subditis. *Obedite*, inquit, *præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim pernigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* Et non solum dicitur hic de spiritualibus; imò habens auctoritatem secularem prohibendi malum, & impediendi, & non prohibet, inquantum potest, nec impedit cõsentiendo peccatis, pœnam meretur cum sciente, iuxta illud ad Romanos 1. *Digni sunt morte* scilicet culpæ & gehennæ *non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Et 2.quæst.1. Notum sit, dicitur in fine. Facientes & consentientes pari pœna puniuntur. Qualiter autem quis dicitur consentire, vide supra Sermone XCIIX. P. Hic conclude sermonem. Ratio reddenda de subditorum custodia. Seculares non impedientes malũ cum possunt reddent etiam rationem.

Quantum ad SECVNDVM, ponit Euangelista impossibilis solutionis indulgentiam, cum dicit. *Cum cepisset rationem ponere cum seruis suis, oblatus est ei vnus qui debebat decem millia talenta.* Pars secunda rationis.

Pro quo NOTANDVM, ꝙ vera iustitia exigit, vt quantũ homo accipit à suo creditore, L

ditore, tantum reddat. Habet enim tam creditor quàm debitor librum ſuum, vbi continetur quantum ille debet accipere, & quantum ille debet dare. Ideò debitor cum ad ſolutionem peruenitur, debet præcisè videre debiti ſolutionem, vel quantitatem, & tantum ſoluere quantum debet. Alioquin poſſet contingere, quod pro modico retento, totum debitum ſatisfaceret. Creditor igitur non frangit Chirographum, niſi prius acceperit totum debitum.

MORALITER. Cum peccamus contra huiuſmodi, debitum eſt ſuper vires noſtras: Nam homo per ſe poteſt peccare, ſed non poteſt per ſe reſurgere à peccato, vt dicit Gregorius & Auguſtinus. Et hoc etiam innuit Pſalm. 77. de homine cum dicit. Et *ſpiritus vadens* ſcilicet libere in peccatum, *& non rediens* per ſe de peccato; Et ſic adeo obligamur, vt quicquid ſumus & poſſumus, totum perdimus. Quod teſtatur Beda in ſermone. Cũ mortaliter peccas, omnia bona quæ feciſti in os diaboli iactas, & eius ſeruus efficeris, ad pœnas te obligas ſempiternas. Hæc ille.

Veruntamen ſi tu reddis, tibi debebitur chirographum: quia ſi peccata quæ commiſiſti diabolo inſtigante, confiteris, remittet tibi culpam. Sed ſummè cauendum eſt, vt nihil retineas ex illis. Scripſit enim diuina iuſtitia quæ commiſiſti, quoties, quomodo, quando, & qualiter: ideo hoc totum oportet te reddere, alioquin retento modico totum à te debitum exigetur. Vt ergo totum deleatur denuda cor tuum ſacerdoti, & per ſingula peccata diſcurrens, omnia peccata legitimè confitere, & ſic Deo ſacrificabis iuſtitiæ ſacrificium. *Figura* Leuit. 1. Cum fiebat ſacrificium ex vitulo, vitulus decoriabatur, & lotus aqua diuidebatur membratim, & ſic diuiſus ponebatur ſuper altare, & ſacerdos manum tenebat ſuper caput vituli, & ſuccenſo igne ſancto ſuccendebatur & fiebat ſacrificium acceptum.

Syncere aperiendum cor in confeſſione.

SPIRITVALITER hæc ſeruanda ſunt in actu pœnitentiæ, cum volumus placitum ſacrificium Deo offerre. Debet enim cor noſtrum decoriari, id eſt denudari ab omni opertura, & omnem excuſationem excludere, & totum cor aqua lacrymarum, debet membratim diuidi, vt ſic diſtincte narrentur conditiones cordis & intentiones & delectationes habitæ in peccatis, & hoc eſt vitulum in ſacrificium membratim diuidere. Tunc verò ſacerdos manum tenens ſuper caput peccatoris, illum abſoluit à prioris debiti obligatione, & chirographum caſſat culparum; accenditur ignis ſanctus caritatis, per quod Deo carus & acceptus efficitur, qui prius fuerat odioſus, ſicut patet in parabola præſentis Euangelij de illo, qui debebat decem millia talenta, cum *non haberet vnde redderet, iuſſit eum Dominus venundari, &c.* Ille autem humilians ſe, promiſit ſatisfactionem, & Dominus miſertus, dimiſit ſibi omne debitum. Vbi tria NOTA ex parte ſui debitoris oblationem; eiuſdem humiliationem; ſatisfactionis promiſſionem. *Primum*, ibi; *Oblatus eſt. Secundum*, ibi; *Procidens autem. Tertium*, ibi *Patientiam habe in me.*

Circumſtantiæ peccatorũ diſtinctè in cõfeſſione explicandæ.

M. Circa quod SECVNDVM, per illum qui debebat decẽ millia talenta, trangreſſor decem præceptorum, ad quæ quilibet homo eſt obligatus, & ſine quibus homo non poteſt ſaluari, deſignatur. Per primum igitur talentum, *Primum* præceptum non habeas Deos alienos, ſignificatur in hoc quod obligati erant tria genera hominum.

Primo talẽto obligantur ad primũ præceptum.

1. Incantatores, &c.

PRIMI qui incantationibus crediderunt, vt ſortilegi, qui infortunijs & infirmitatibus ſuis, aut alijs neceſſarijs, Deum verum derelinquunt, à creaturisq; adiutorium quærunt. Et tales duplex damnum ex hoc habent, primum quod nullum commodum

Digitized by Google

modum inde reportant, ſicut legitur Numeri 22. de Balach rege *qui in arcto poſitus, recurrebat ad conſitium Balaam ariolj*, & nullum commodum inde reportabat. Ideo dicit Auguſtinus 26. q. vlt. cap. Admoneant ſacerdotes fideles populos, vt nouerint magicas artes, incantationes, quibusliber infirmentibus homini nihil poſſe remedij conferre. Non animalibus languentibus, claudicantibusue, vel etiam moribundis quid mederi. Sed hæc eſſe laqueos antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. *Et ſubdit ponens pœnam.* Si quis, inquit, hoc exercuerit clericus, degradetur; & laicus excommunicetur.

Damnum ſortilegorum.

Incantationibus nulla fides adhibenda.

SECVNDÒ, Deum à ſe fugant, vt patet 1. Regum 28. de Saul, qui in neceſſitate poſitus *petiit pythoniſſam, vt ſuſcitaret ſibi Samuelem Prophetam.* Qui dixit ei. *Dominus receſſit à te, & abſtulit regnum tuum tu & filij tui cras mecum eritis*, quod ei contigit, quia die ſecunda occiſus fuit. Sic contingit omnibus, qui ſpreto adiutorio Dei, in neceſſitatibus quærunt adiutorium à vetulis antiquis, quas appellant veridicas vulgò Warſagerin / cum tamen ſint mendaces, ſicut eorum pater diabolus mendax eſt. Ioan. 8. à talibus Deus recedit & morte moriuntur æterna.

Conſulentes ſagas vel veridicas, æternum damnantur.

Sed circa hoc quæritur. Vtrum verè apparuerit Samuel, quia Scriptura ſacra loquitur tanquam de perſona ipſius, nominans ipſum proprio nomine, & ideo videtur prætendere falſitatem, niſi ipſe fuiſſet. Item Eccli. 46. dicitur. *Poſt hoc mortuus eſt Samuel, & notum fecit, & oſtendit illi vitæ ſuæ finem.* In contrarium eſt quædam Gloſſa ſuper Iſaiam 29. dicens Pythoniſſa non ſuſcitauit Samuelem, ſed euocauit dæmonem. *Ad quod dicit Nicolaus de Lyra*, quod Pythoniſſa non ſuſcitauit Samuelem, ſed illum Deus apparere fecit, ſed ipſa vocauit dæmonem, qui tamen prohibitus fuit, & ſic iſta Gloſſa non eſt huic modo dicendi contraria. Quia autem dixit Samuel. *Cras tu & filij tui*, &c. intelligitur in ſtatu defunctorum, nec prius ſonat auctoritas, quia ſi ſonaret ſtatum ſanctorum, eadem ratione adduceretur ad propoſitum, quia Ionathas ibidem interfectus fuit, qui erat valde bonus, & vir perfectus erga Dauid, propter quod tenendum eſt, quod receptus ſit in parte ſanctorum. *Hebræi etiam dicunt* Saul eſſe ſaluatum, quia audita Domini ſententia ſibi per Samuelem annuntiata, de omnibus peccatis pœnituit, & licet primo ſit deſolatus, tamen diuinam ſententiam de morte ſua, & filiorum ſuorum, ac regni translationem acceptauit, vt diuina voluntas impleretur, quod videtur ex hoc quia modico cibo ſumpto pro ſuſtentatione, per totam noctem feſtinauit, vt veniret ad prælium, ibidem ſecundum iudicium diuinum moriturus, vt patet 1. Regum 28. Nec Ionathan primogenitum, nec alios duos filios ibidem exiſtentes, ſuaſit de bello recedere, volens diuinam ſententiam non ſolum in ſe, ſed in filiis recipere in pœnam ſuorum peccatorum. Et ſic verum eſſet, quo ad Saul verbum Samuelis, *tu & filij tui*, &c. ſcilicet in ſtatu ſanctorum. *Adducunt ergo Hebræi* ad ſuum propoſitum illud 1. Regum 9. *Saul erat electus & bonus*; & ideo licet poſtea multipliciter peccauit, & grauiter, videtur tamen diuinæ pietati congruum, quod propter præcedentem bonitatem, Dominus dederit ei in fine locum pœnitentiæ, ad euadendum pœnam æternam, non tamen ad recuperandam regiam dignitatem; nec auctoritates in primo libro Regum, hinc inde allegatæ, de abiectione Saul à Deo, videntur aliud ſonare niſi de regia dignitate, quæ ad Dauid erat transferenda, ex determinatione diuina. *Sed Doctores concorditer dicunt* ipſum eſſe damnatum eo quod arripiens gladium ſe interfecit, quod nulli licet. 1. Reg. 31.

N

An Samuel à Pythoniſſa verè excitatus apparuerit.

An Saul fuerit ſaluatus Hebræorum ſententia.

Saul eſſe damnatum conſentiunt Doctores.

Digitized by Google

Sed ad illud dicunt Doctores Hebræi, & aliqui etiam Doctores Christiani, quod interficere se ipsum intuitu propriæ personæ, vt quod mortem acerbiorem. vel turpiorem euadat semper est illicitum, vt dicit Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei Sed interficere se ipsum intuitu Domini, vel diuini honoris in re, videlicet ne vituperium exerceatur in proprio corpore redundans in Dei vituperium, sicut timebat Saul de seipso, qui erat principalis in populo; ne fierent ludibria in contemptum Dei Israël,

Razias. vt dicunt isti, hoc non est illicitum. Hoc modo Razias se interfecit. 2. Machab. 14.

Samson. nec tamen inde vituperatur, sed magis laudatur. Hoc modo se Samson interfecit. Iudicum 16. hoc modo posset Saul saluari.

Obiectio. Sed diceres. De Saul dicitur 1. Paralip. 10. *Mortuus est Saul propter iniquitates*

Responsio. *suas*, ergo videtur, quod sit damnatus. *Respondet* Lyra, quod propter iniquitates pœna mortis inflicta est ei, & filiis suis, vel mortuus est propter &c. id est, in pœnam iniquitatum suarum præcedentium. Sed quod propter hoc damnatus sit, auctoritas non sonat. Sicut fur suspenditur propter furta sua, si tamen in fine pœniteat veraciter, & mortem sustineat patienter, efficitur dignus vita æterna. Quia autem Saul Pythonissam consulerat, nec sperauit in Domino, dicendum, quod licet tunc non sperauerit quando ipsam consuluit, tamen de istis omnibus & aliis malis finaliter pœnituit, & tunc sperauit in Domino de vita æterna, licet non de temporali vita.

II. Secvndi, qui obligantur in hoc talento, sunt, qui munera nimis dilexerunt,

Munera diligentes. vt auari, qui sunt quasi idololatræ, eo, *quod auaritia est idolorum seruitus*. Gal. 5. quod exponit Innocentius de vilitate humanæ conditionis, lib. 2. c. 15. Rectè, inquit, diffinit Apostolus, *auaritia est idolorum seruitus*, sicut enim idololatria seruit simulacro,

Auarus idolatræ similis. sic auarus thesauro. Nam ille cultum idololatriæ diligenter amplificat, & ille cumulum pecuniæ augmentat, ille cum omni diligentia colit simulacrum, iste cum omni cura custodit thesaurum. Hæc Innoc. Ideo tales idololatræ cum Dominus exiget ab eis rationem, damnabuntur, quia *auari regnum Dei non possidebunt*. 1. Cor. 6.

III. Tertii sunt, qui corpus nimium colunt, vt gulosi, *quorum Deus venter est*, ad

Corpori nimium seruientes, Philip. 3. Vnde August. Quod plus diligis quàm Deum, quamdiu diligis, tamdiu est tibi Deus. Sic gulosi plus diligunt ventrem, quàm Deum, quia ex festis Dei faciunt festa ventris: quia in festis non seruiunt Deo, sed ventri, dum in tabernis bibunt & ludunt, & à mane vsq; ad sero inebriantur: & tales nisi pœniteant, in redditione rationis deficient, & damnabuntur. Quia dicit Dominus de ipsis Isaiæ 5. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad sectandam ebrietatem.*

O Secundo talento obligantur ad secundum præceptum. Secvndvm præceptum significatur per talentum secundum, & est illud. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* In hoc obligantur tria genera hominum. Primò, qui

I. Iurantes sine causa, in iuramento sine causa assuescunt, & tales à Deo plagantur, Eccli. 23. *Multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga.* Propter quod dicit idem

II. Periurantes. Ecclesiasticus. *Iurationi non assuescat cor tuum.* Secvndi sunt periurantes qui periurium incurrunt, contra quod dicit Dominus. Leuitic. 19. *Non periurabis in nomine*

III. Blasphemantes. *meo.* Tertii sunt, qui in blasphemiam prorumpunt, vt maledici, lusores faciunt qui non prosperantur in ludis taxillorum: qui culpam diabolicam retorquent in diuinam innocentiam; & Deo maledicunt, benedictæ Mariæ Virgini, & sanctis Dei. Sed pœna maledicendi, aut blasphemanti Deum, vel sanctos, & maximè beatam Virginem in Canonibus constituta est, quod scilicet talis debet septem diebus Dominicis

præ

præ foribus Ecclesiæ in manifesto esse, dum Missa dicitur, ita quod vltima die, nec palleum, nec calceamenta, sed corrigiam circa collum habeat; & quod septem præcedentibus Feriis & sextis, in pane & aqua ieiunet, nec ingrediatur Ecclesiam, & in quolibet prædictorum dierum tres reficiat pauperes; & si non potest tres, saltem duos, vel vnum: & si non potest, in pœnam aliam commutetur, & si prædicta renuerit, debet ei interdici ingressus Ecclesiæ, & in obitu debet carere Ecclesiastica sepultura. Insuper talis debet condemnari pecuniaria pœna, vt Extra de maledictis. C. Statuimus. Item obligantur in hoc præcepto, qui sibi ipsis maledicunt sicut de quodam clerico, qui quatuor annos infirmitate laborans, dixit: Deus tu accepisti mihi sanitatem, & ego accipiam tibi animam; diabole veni accipe animam meam.

Pœna blasphemantibus Deum & sanctos, constituta.

IV. Sibiipsis maledicentes.

TERTIVM præceptum significatur per tertium talentum, & est. *Memento vt diem sabbathi sanctifices.* In hoc obligantur tria genera hominum. *Primi*, qui opus seruile in eo faciunt, vt operatores quod prohibet Dominus Exodi 20. *Non facies opus seruile in eo, tu & vxor tua, & filij tui, & aduena.* Sed quia dies Sabbathi translata est in diem Dominicam, ideo dicit sanctus Apollonius de consec. dist. 3. C. Ieiunia. Nulla operatio in illa die sancta operetur, nisi tantum hymnis, psalmis & canticis dies transigatur. Dicit tamen Gulielmus. Si iacent segetes in agris, aut fœnum in pratis, si immineat tempestas, aut pluuia, quæ corrumpunt, possunt ea Dominica remoueri.

P

Tertio præcepto vel talento obligantur.

1. Facientes opus seruile.

Sed quare nunc dies Dominica cessando à labore honoratur? *Respondet* Leo Papa dist. 75. cap. Quod die Dominica. In hac die mundus sumpsit exordium, in hac die per resurrectionem & mors interitum & vita accepit principium. *Secundi* obligantur hoc mandato, qui diem festum in peccatis mortalibus exigunt, & in ebrietatibus & comessationibus, illicitis choreis, & sic de aliis. Ideo dicitur de consecr. dist. 3. Irreligiosa consuetudo, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consuecuit: populi, qui debent officia diuina vesperas & completorium attendere, saltationibus turpibus inuigilant. Hoc vt ab omnibus prouinciis depellatur, sacerdotum, id est, Episcoporum curæ committitur. Et non solum ista vitia iam dicta debent in festiuitatibus dimitti, sed etiam vitia carnis. Quia dicit Gregorius lib. 1. dial. cap. 10. quod quædam legitima à viro suo cognita, cum se processioni coniungeret, à diabolo arripitur, & multum vexatur: tandem verò Fortunati Episcopi precibus incolumitati restituitur. *Tertij* sunt qui choreas iungunt aut faciunt, vt iam dictum est.

Cur die Dominica à labore cessetur.

2. Festum consumentes ebrietate, &c.

5. Choreis vacantes.

QVARTVM præceptum significatur per quartum talentum, videlicet. *Honora patrem & matrem*, in hoc obligantur. PRIMO illi, qui non exhibent parentibus obedientiam, contra illud Apostoli ad Coloss. 3. *Filij obedite parentibus per omnia.*

Q

Quarto talento ad præceptum quartum obligantur.

1. Inobedientes parentibus.

Sed tunc quæritur. Vtrum filij teneantur obedire parentib. per omnia? *Respondet* S. Thomas in quodlibeto, quæst. 9. quod tantum ad illa extendit se debitum obedientiæ, ad quæ se extendit ius prælationis: quia obedientia non nisi Prælato alicui debetur, largè loquendo de Prælato. Pater autem habet potestatem prælationis super filios in duobus. *Primò* quantum ad domesticam conuersationem, quia paterfamilias est in domo, sicut rex in regno. Et sicut subditi regis tenentur obedire regi in his, quæ spectant ad gubernationem regni, ita filij & alij domestici tenentur patrifamilias obedire in his, quæ pertinent ad disponendas domos. *Secundo*, pater habet ius prælationis super filium in his, quæ pertinent ad morum disciplinam, sicut dicit Aristot. 8. Ethic. & ideo illis duobus modis tenetur filius obedire patri. Contra autem

Patris potestas in filios.

inobedientes dicitur Deuter. 21. *Si genuerit quis filium contumacem, vel superbum, vel proterum, qui non audit patris, vel matris imperium, lapidibus eum obruet populus ciuitatis.*

2. Inhonorantes parentes.

SECVNDÒ, obligantur in hoc præcepto. Quia non faciunt parentibus reuerentiam, ad quam hortatur Sapiens Eccles. 7. *In tuo corde honora patrem & matrem tuam, nec gemitus patris ac matris tuæ obliniscaris.*

3. Filii, qui parentes in necessitate deserunt. Exemplum caritatis in parentes.

TERTIÒ, qui subtrahunt parentibus alimoniam, quia peccant filij, qui in necessitate parentes non alunt. Nam super illud. *Honora patrem & matrem* dicit glossa. Hic præcipitur vt filij honorent parentes officio pietatis, videlicet eis in necessitatibus eorum subueniendo. Sicut fecit quidam, de quo legitur in libro de honestate clericorum, qui habuit parentes inueteratos, & multum gloriabatur apud homines quod haberet thesaurum magnum. Accusatur ergo apud Dominum suum, venit dominus volens eum capere, & pecuniam auferre. Respondit ille, veni ostendam tibi thesaurum meum, & duxit eum ad vnam cameram, vbi iacebat pater, per quam senex & honestus, & in alia mater. Domine, inquit, ille thesaurus meus est: ille autem multum commendatus recessit.

R

Ad quintum præceptum obligantur. 1. Qui alios oderunt. 2. Detractores.

QVINTVM præceptum respondet quinto talento, & est. *Non occidas*, in quo obligantur tria genera hominum. *Primi* sunt odio habentes. 1. Ioan. 3. *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est*, peccata enim hominum odisse possumus, nec tamen personam eius. Iuxta illud dist. 89. cap Odio habenda sunt peccata, non homines. Quia secundum Gregorium: Odium consumit omnia, quæ inuenit benè gesta in homine. *Secundi* sunt detractores, quorum linguæ secundum Psal. 56. *gladius acutus*. Nam per detractionem, tanquam per gladium, occiditur anima, quod grauius est quàm homicidium corporale, quia solum vnius corpus occiditur. Hic autem plures perimuntur, *vna* detractoris; *alia* eius, cui detrahitur; *tertiò* ipsorum audientium, dum consentiunt, vel si possunt, non resistunt. Ideo homicidium tale periculosissimum est. Vnde Alexander 6. q. 1. cap. Summa, dicit. Summa iniquitas fratres est detrahere. Vnde scriptum est, 1. Ioan. 3. *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet partem in regno Dei. Tertij* sunt opere occisores; & sunt triplices: *Quidam* occidunt tantum corpus, & isti non sunt timendi, præsertim quando propter iustitiam occidunt. Quia Matth. 10. dicit Christus. *Nolite timere eos qui occidunt corpus. Quidam* occidunt animam tantum qui aliquem ad peccandum trahunt. Sicut diabolus qui primos parentes induxit ad peccandum, quare dicitur Ioan. 8. *Ille homicida erat ab initio. Alij autem* occidunt vtrumque, vt qui pueros occidunt non baptisatos, & qui seipsos ex desperatione occidunt, pro quibus non est orandum, nec sunt cum fidelibus sepeliendi 33. q. 5. Placuit, vbi dicitur. Placuit, vt qui sibi ipsis voluntariè, aut per ferrum, aut venenum, præcipitium aut suspendium, vel quolibet modo inferunt mortem, nulla prorsus in oblatione commemoratio fiat; neq; cum psalmis eorum cadauera deducantur ad sepulcra.

3. Homicidæ.

Pro quibus non orandum.

S

Ad sextum præceptum obligantur Fornicatores, &c.

SEXTVM præceptum innuitur in sexto talento, quod debebat ille, & est. *Non mœchaberis*, scilicet corde, ore, & opere. De corde dicitur Matt. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Quia secundum glossam concupiscentia est mater adulterij sicut ira homicidij. De *secundo* Ephes. 5. *Fornicatio & omnis immunditia, non nominetur in vobis.* De *tertio* ibid. *Omnis fornicator aut immundus, non habet partem in regno Dei.*

SEPTI-

SEPTIMVM præceptum correſpondens ſeptimo talento, videlicet. *Non furaberis:* In hoc obligantur tria genera hominum: *Primi* rerum inuentores, de quibus dicit Hieronymus ſuper Leuiticum, & ponitur 14. q. 5. c. Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum quid inuenerunt, & teneant: Dicunt; Deus mihi dedit, cui habeo reddere. Diſcant & hoc peccatum eſſe ſimile rapinæ, ſi quis inuenta non reddat, tale peccatum non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur, vt dicit Auguſtinus. *Secundi* ſunt fraudatores, qui in mercimonijs fraudem faciunt, quod inhibet Apoſtolus. 1. Theſſal. 4. *Nemo in negotio circumueniat proximum ſuum, quia vindex eſt Dominus omnibus his.* Sed quia negotia raro ſine fraude fiunt, ideo dicitur de pœnitentia diſt. 5. C. Qualitas. Vtilius eſt diſpendia pati, quàm periculoſis negotiationibus aſtringi: quia difficilè eſt inter vendentis & ementis commertium, non interuenire peccatum. *Tertij* ſunt vſurarij, qui bona aliorum auferunt, vel etiam raptores, qui per violentiam bona pauperum tollunt. Tales niſi reſtituant, Chriſti regnum nunquam poſſidebunt. Pſ. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c.* Reſpondet. *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.*

Ad ſeptimũ præceptum obligantur.
1. Rem alienam inuentam retinẽtes.
2. Fraudatores.
3. Vſurarii & raptores.

OCTAVVM præceptum ſignificatur per octauum talentum ſcilicet, *Non loqueris falſum teſtimonium.* In hoc obligantur tria genera hominum. *Primi* qui ex timore falſum teſtimonium proferunt. Prou. 6. *Teſtem fallacem odit anima Dei.* Et non ſolum ille peccat, ſed etiam veritatem, qui dum oportet, non manifeſtat. Vnde Auguſtinus 11. q. 3. c. Quisquis, dicit. Quisquis metu poteſtatis veritatem occultat. Gloſſa, quando dicere debet, iram DEI ſuper ſe prouocat: quia magis timet hominem, quam Deum. *Et infra.* Vterq; inquit, reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit. *Secundi* ſunt qui propter munera dicunt falſa teſtimonia. De quibus Iſai. 5. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo.* Tales vendunt Deum, ſicut Iudas, ſicut teſtatur Beda ſuper Marcum. 11. q. 3. c. Abijt. Qui pro muneribus contra quemlibet falſum teſtimonium dicunt, profecto veritatem, quæ Deus eſt, pro pecunia vendunt. *Tertij* ſunt q ex amore vel odio falſum teſtimonium producunt. Prou. 19. *Teſtis falſus non erit impunitus, & qui loquitur mendacium non effugiet manus Domini.*

T
Octauo talento deſignantur.
1. Ex timore falſum dicentes.
2. Muneribus corrupti falſum teſtimonium dicentes.
3. Ex odio falſum dicentes.

NONVM præceptum correſpondens nono talento eſt. *Non concupiſcas rem proximi tui.* In hoc obligantur tria genera hominum. *Primi* qui rem proximi per auaritiam & iniuſtitiam appetunt. Licet enim quis non furetur, nec actualiter rapiat, fortaſſis propter ſuſpendium. Si tamen auarè rem proximi appetat, mortaliter peccat, quia *auaro nihil eſt cœleſtius.* Eccleſ. 10. *Secundi*, qui rem proximi per vanam gloriam, luxuriam, crapulam, cupiunt, & conſumunt. Quia ſecundum Senecam. Semper plus faſtus quàm neceſſitas conſumit, videlicet *de illo diuite.* Luc. 16. *Tertij* ſunt qui rem proximi tempore neceſſitatis auarè retinent. Quia ſecundum Auguſtinum, non ſolum Auarus eſt, qui rapit aliena, ſed qui cupidè ſeruat ſua, & Ambroſius diſt. 7. c. Sicut hi. dicit. Non minoris criminis eſt habenti tollere cum poſſis, & abundanti indigenti negare.

V
Contra nonũ talentũ. & præceptũ. peccant.
1. Rem proximi iniuſtè auferentes.
2. Rem proximi crapula cõſumẽtes.
3. Proximo in neceſſitate non ſubuenire.

DECIMVM præceptum correſpondet decimo talento, & eſt. *Non concupiſcas vxorem proximi tui,* in hoc obligantur tria genera hominum. *Primi*, qui videndo vxorẽ proximi concupiſcunt, ſicut Dauid 2. Reg. 11. *Vidit mulierem ex aduerſo lauantem ſe concupiuit eam.* Vnde Gregorius: Non licet intueri, quod non licet concupiſcere.

X
Quinã cõtra

decimum præceptum seu talentũ agant.

Secundi, qui se propter hoc ornant, vt ab alijs concupiscantur. De quibus Eccles. 18. *Post concupiscentias tuas non eas. Tertij*, qui post concupiscentias veniunt ad actum, sicut 2. Regum. 3. *Amon concupiuit Thamar*, & per hanc concupiscentiam peruenit ad actum. Qui enim ista decem præcepta non custodit, in decem millibus talentis Deo obligatus manebit. Sed quia per se non potest reddere, videtur venundari, id est, seruus spirituum in mundorum fieri, & vxor eius, id est, concupiscentia: & filij eius, id est, mala opera; & omnia quæ habet, id est temporalia bona, & reddi. Idcirco debet se peccator humiliare ad similitudinem serui illius, & patientiam Domini rogare, & satisfactionem promittere, vt Dominus dignetur debitum relaxare, & præmia æterna condonare.

DOMINICA XXIII. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Matth. 22.

Hyænę & lupi astus.

A Secundum naturales sunt aliqua animalia, quæ se sciunt sic in vocibus suis transformare, ne ab hominibus esse animalia irrationalia cognoscantur, sicut ponit Isidorus lib. 12. de hyæna, quæ est crudelis bestia, lupo in voracitate & pugna simillima, & circumit domos per noctem & humanam vocem fingit, vt putetur esse homo, & sic homines decipit voce sua. Idem dicit Aristoteles lib. animalium de lupo, quod aliquando voces humanas emittit, vt non lupus, sed homo esse videatur.

Adulatores hyænæ similes.

MORALITER. His animalibus similes sunt omnes adulatores & simulatores, qui verba humana & benigna assimilant, vt homines decipiant, sicut dicit Sapiens Prou. 11. *Simulator ore decipit amicum suum*, id est, illum cui sicut amico adulatur, *iusti autem liberabuntur scientia*, scilicet per quam discernunt inter sanctitatem & loquelam veram vel falsam. Et hoc ad literam patet de nuntijs Phariſæorum & iustissimo Christo. Nam isti nuntij simulatoriè & adulatoriè venerunt ad Christum, figentes vocem humanam & benignam, cum dicebant: *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces*, vbi secundum Chrysostomum magistrum eum vocant, vt quasi honoratus & laudatus, mysterium sui cordijs simpliciter eis aperiat, & hoc fuit signum hypocrisis & adulationis. Quia secundum Chrysost. proprium est hypocritarum & inuidiorum, eis quos volunt decipere, dulcia verba dare, & eos laudare quos volunt perdere. Sed Christus qui secundum Psalm. 10. *est iustus, & iustitias dilexit*, liberatus fuit à tali deceptione diuina scientia, quando nequitiam eorum cognouit. Et hoc figuratum fuit. 3. Regum. 14. vbi legitur. Ieroboam misit vxorem suam ad Ahiam Prophetam filio suo ægrotante dicens. *Muta habitum, vt non cognoscaris, & vade in Silo ad Prophetam Ahiam*, ipse indicabit tibi quid venturũ sit puero. Sed Propheta diuinit° inspirat° vxorẽ Ieroboam cognouit, q̃uis oculi eius caligassent & ait: *Ingredere vxor Ieroboam, quare te aliam simulas? vade & dic Ieroboã hæc dicit Dominus. Delebo de domo eius vsq; ad mingentem ad parietem.* Quod *uno modo* intelligitur

canis.

canis. *Alio modo* infirmus & debilis, quia iuxta lectum non potest mingere nisi appodiet se ad parietem, vt sit sensus: Si percutiatur canis qui propter vilitatem non deberet tangi vel debilis percutiatur, multomagis illi de domo Ieroboam exterminabuntur, qui sunt fortes & maximæ reputationis.

SPIRITVALITER. Ieroboam interpretatur diuisio populi, & significat Phariſæos, qui diuidebant populum à Christo, vel quia diuisi erant à Christo: hi miserunt nuntios suos, qui per vxorem intelliguntur, propter obedientiam ad Christum, qui significatur per Ahiam prophetam, quia *ipse est propheta magnus qui surrexit in nobis.* Lucæ 7. Vel per vxorem Ieroboam, vt dicit Lyra, intelligitur collegium Phariſęorum & Scribarum simulatoriè ad Christum venientium, vt eum caperent in sermone. Sed sicut Ahias cognouit simulationem illius, dicens: *Quare te simulas aliam.* Sic Christus simulationes Phariſæorum cognouit, dicens: *Quid me tentatis hypocritæ?* vt dicit præsens Euangelium, in quo quatuor tangit. *Primo*, Iudæorum iniquam consiliationem, ibi; *Abeuntes phariſæi. Secundo*, nuntiorum deceptoriam adulationem, ibi, *Et mittunt ei. Tertio*, ipsorum falsam interrogationem, ibi; *Dic nobis quod. Quarto*, diuinam cognitionem, ibi; *cognita nequitia.*

Vxor Ieroboam collegium Phariſæorum.

Quantum ad PRIMVM, tangit Iudæorum iniquam consiliationem cum dicit. *Abeuntes phariſæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone.* Vbi NOTA. Animalia venenosa semper fugiunt solem, & ad latibula conuertuntur. Iuxta illud Psalm. 103. *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.* Per venenosa n. animalia phariſæi designantur; per solum autem Christus. Hi inq̃ phariſęi lucente Christo per lucidam doctrinã, & ꝓponente parabolã de nuptijs, quę suprapositа est Dominica XX. in qua eos conuicerat, quod excludendi essent à regno Dei, & proijciendi propter ipsorum merita mala in profundum inferni, ab eo fugerunt, & ꝙ in eo se vlciscerentur, cogitauerunt, idcirco dicit Euangelista. *Abierunt phariſæi*, secundũ Chryſost. à Christo ad Herodianos, *& consilium fecerunt*, vt ex collocutione cõmuni melius possent perpendere, qualiter eum deciperent, & quia non poterant eum capere in opere, quia Ps. 144. dicit. *Fidelis Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis*, ideo inierunt consilium qualiter eum caperent in sermone. De hoc cõsilio prophetauit Iacob. Gen. 49. *Simeon & Leui vasa bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea.* De Simeon Phariſæi, & de Leui sacerdotes processerunt, qui erant vasa bellantia contra Christum, in quorum cõsilio noluit esse Iacob, qui vt iniqui agerent consiliati sunt, dicit Psal. 30. De quorum consilio dicit sapiens. *Consilia prauorum fraudulenta.* Prou. 12. In hoc consilio diabolus fuit supremus, quia ex eo ꝓcessit, vt contra Iesum consilium congregarent, quia dicit Chryſostomus. Qui iustitiam tenet, nullius patrocinio indiget, nisi Dei. Qui verò iniustitiam diaboli, adiutorium necessarium habet. Et quia manifestum est, quod consilium erat iniustum, ideo nessariò habuerunt inter se caput diabolicum.

B

Phariſæi animalia venenosa.

Phariſæi vasa bellantia.

Sic instar Phariſæorum. PRIMO mali consiliarij cum adiutorio diaboli, dant consilia contra Ecclesiæ & Ecclesiasticarum personarum libertates, qui si moniti non desistant, excommunicationi se nouerint subiacere, vt dictũ est supra serm. XCVI. Q. Dicit n. Honorius de sentent. Excom. capit Nouerit. Excommunicamus omnes q̃ de cætero obseruare fecerint statuta edita & consuetudines introductas, nisi ea de capi-

C

I.

Consiliarii mali dant cõsilia contra libertatẽ Ecclesiæ.

Digitized by Google

capitularibus ſuis infra duos menſes, poſt huiuſmodi publicationem fecerint amoueri. *Item*, Excommunicamus ſtatutarios, & ſcriptores ſtatutorum ipſorum, nec non potentes, conſules, rectores, & conſiliarios locorum, vbi de cætero huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines editæ, fuerint ſeruatæ, nec non eos qui ſecundum ea p̃ſumpſerint iudicare, vel in publicam formam ſcripſerint iudicata. Hæc Honor.

II. Contra veritatis prædicatores. 1. Pet. 5.

SECVNDO. Quidam auxilio diaboli, dant conſilia contra veritatis prædicatores & eis detrahunt eosq; perſequuntur, quod autem hoc fit ſuaſu diaboli. 6. quæ. 1. c. Sunt plurimi. §. Verum Manifeſtum eſt, inquit, diabolum, *qui ſicut leo rapiens circumit quærens quem deuoret*, cordibus plebium ſuadere, vt doctoribus atque paſtorib⁹ detractiones irrogent, & plebes langueſcentes non tenentibus fræna eorum, laſciuiant atq; in ima ruant, vt ſaltem ſic periclitari poſſint. Hęc Gregorius. Sed talia conſilia fiant eis in malum, & per hæc Chriſtum, (ſicut teſtatur Alexander Papa & ponitur 3. quæſt. 1. cap. Nulli, dicens) Dominum crucifigunt, qui eum in Sacerdotibus ſuis perſequũtur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum enim cruciatum ſuſtinet qui vim patitur. Sed non eſt mirum, quod prædicatores veritatis perſequuntur ex conſilio malignorum, quia perſecutum legimus Dominum ipſorum, qui ait Ioann. 15. *Non eſt ſeruus maior Domino; ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt.*

NOTA.

III. Contra cõmune bonum. Conſilium malum cõſultori peſſimum.

TERTIÒ, alij adiutorio diaboli faciunt conſilia contra commune bonum, opprimentes pauperes; & tales ſi alijs volunt nocere, nocent ſibi ipſis. *Figura* Heſter 3. de Aman, qui falſum conſilium dedit cõtra Mardocheum, vt ſuſpenderetur in patibulo: ſed ad patibulum quod parauit, ipſemet ſuſpenſus fuit, Heſt. 7. Narrat etiam Ouid. lib. 1. de arte Amandi, quod contigit ſemel in Ægypto tanta ſiccitas, quod per nouem annos non fuerunt ibi imbres. Fuit autem Buſiris quidam potens & magnus tyrannus in terra illa, ad quem acceſſit quidam nomine Thraſius, & dixit ſibi. Si effunderet ſanguinem alicui⁹ hoſpitis ad eum venientis, & ſacrificaret eum Ioui, quod ſtatim haberet Iouem placatum, & pluuiam in abundantia, ſicut vtiq; expediret p terra. Ecce quale conſilium dedit de occiſione hominum, ideo nocuit ſibi ipſi. Nam ſtatim ei Buſiris reſpondit. Tu, inquit, es hoſpes, tu fies Iouis hoſtia primus, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam, & continuo eum occidit, & Ioui ſacrificauit.

De Perillo à Phalaride boui æneo incluſo.

Aliud exemplum ſcribit ibidem ſuprà de tyranno quodam, dicto Phalaride, rege Siciliæ, cui dedit conſilium quidam, nomine Perillus, quod faceret bouem concauum, pro tormentis hominum, & ipſemet obtulit ſe pro magiſtro dicens. Domine, ego facio tibi vnum bouem concauum de ære, & quando volueris aliquem interficere, pones eum in illum bouem, per vnam feneſtram quam faciam in latere bouis, & tunc appones ignem, & de ipſo clamante præ dolore, fiet mugitus magnus & mirabilis, per inſtrumentum æneum. Tyrannus hoc audito conſilio ſibi regratiabatur. Perfecto igitur inſtrumento, Phalaris acceſſit, ac primum omnium iuſſit Perillum artificem & conſiliarium in bouem mitti, & cruciari pœna quàm ipſemet pro alijs cogitauit. Ideo de illis duobus dicit Ouidius ſic:

Iuſtus vterq; fuit, nec enim lex æquior vlla eſt,
Quam necis artifices, arte perire ſua.

Cui conſonat illud Eccleſ. 27. *Qui fodit proximo ſuo foueam, incidet in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo, offendatur in eo: & qui laqueum alijs ponit, peribit in illo. Facienti nequiſ-*

Digitized by Google

nequissimum consilium super ipsum deuoluetur. Quia etsi tales mali consiliarij hic pœnam suam non recipiant, tamen patibulum æternæ mortis sibi parant, in quo nisi pœnituerint æternaliter pœnam luent.

Pro doctrina MORALI est sciendum vlterius, Aristoteles 1. Ethicorum dicit. Sermones inquirendi sunt secundum materiam de qua sunt; sed quia hic sermo est de consilio, quia Pharisæi consilium inierunt, quare aliquid de consiliarijs, qui debent inire consilium est dicendum. Vnde quicunq; debent eligi in Consiliarios, vt eant in consilium, debent esse Pharisæi, id est, diuisi ab alijs hominibus quæ patent in his metris. E

Fama, vita, sapiens senex, veritatis amator,
Sit q, pius, iustus, suadibilis, non iracundus.

PRIMO igitur Consul, qui debet inire consilium, debet esse bonæ famæ: Ad quæ requiruntur tria, odor honestatis, vt videlicet fama illa sit honesta. Bona fama quæ requirat.

SECVNDO quod sit vera, videlicet, quod nomen concordet cum re. Iuxta illud Psalm. 47. *Sicut nomen tuum, sic & laus tua in fines terræ.*

TERTIO quod nomen suum habeat feruorem pietatis. Nam si fama eius conspersa sit crudelitate & immisericordia, necessariò est odiosa. Sed si fama pietatis de aliquo diuulgetur, fiet diligibilis vniuersis. Iuxta illud Cantic. 1. *Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentulæ*, id est personæ proficientes *dilexerunt te nimis.* Sunt tamen nonnulli qui habent famã sine re; & hi similes sunt pomis illis quæ nascuntur iuxta mare mortuum quæ vsq; ad maturitatem sunt coloris honesti, sed si ea matura incideris nihil inuenies nisi cineres & fauillas, vt dicit Magister in historia. Ita quidam famã magnã habent vel nomen magnum in fama & statu. Sed si intrinsecus aperiantur, turpibus & vilibus sunt impleti: & tales carent tenore veritatis in fama sua, & verificatur de eis quod scripserat quidam de Abbatia quæ dicitur Vallis Dei. Cum clericus quidã fuisset ibidem exiliter hospitatus, summo mane recedens scripsit hos versus in porta. Habentes famam sine re quibus similes.

Vallis, dicta Dei domus, est, mira speciei.
Magnum nomen ei, gratia nulla rei. & tales non essent ad Consulatum eligendi, qua quodammodo sunt infames apud Deum.

Sed diceres. Quare infames non sunt in Consules eligendi? *Ad hoc respondetur,* quod Consolatus est quædam dignitas, quã infames sunt indigni, quia portæ dignitatis, infamibus patere non debent, vt dist. 51. Qui in aliquo, & Extra de re. iudicibus infamibus, lib. 6. F Cur Consules infames non eligẽdi.

Est autem infamis aliquis duobus modis, videlicet de facto & de iure. Infamis *de facto* est, cuius apud bonos & graues grauata est opinio super crimine aliquo, vt adulterio vsura, qualicunq; iniustitia. Infamis de iure est, quem ius ponit infamem esse, vt qui conuictus est de furto, vel qui pugnat in arena pro lucro, & huiusmodi plura. & omnes tales à dignitate Consulatus repelluntur, quia non possunt esse iudices neq; testes nisi in casibus, extra de test. testimonium.

SECVNDO Consul eligendus debet esse bonæ vitę, quia legitur Exod. 18. quod *Ietro dixit Moysi, vt pro iudicibus populi eligeret viros timentes Deum.* Et Actor. 6. dixerunt Apostoli. *Non est bonum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensa. Considerate ergo fratres ex vobis viros boni testimonii* id est, bonæ vitæ & famæ *plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus*, scilicet ad ministrationem temporaliũ. Et Consul bonæ vitæ vir eligendus.

sequitur quod *placuit sermo omni multitudini. Et elegerunt Stephanum plenum fide*, id est fidelitate, in qua electione dederunt exemplum, vt bonæ vitæ viri & fideles ad quascunq; dignitates præ alijs eligantur.

G Sapientiæ in Consulibus requiritur, Senes in Consules eligendi.

TERTIO debent esse sapientes. Sapientis est regere & non regi, vt inquit Aristot. quia in senibus est sapientia: & dicit Iob. 12. *In antiquis est sapientia, & in longo tempore prudentia.*

Ideo QVARTO, Consules debent esse senes & quo ad has proprietates refert Holkot super librum sapientiæ lectione. 95. quod Athenienses depingebant sapientiã in prætorijs sicut reginam sedentẽ in cathedra, cui subascellis subordinabantur duo reuerendi senes hinc & inde: qui vno genuflexu fugebant philosophiæ mamillas. Ipsa verò sup vtrunq; confouendo extendit brachia, vel manus. Sic autẽ in prætorio depingebatur, ad denotandum, quòd sine sapientia veritas iudicij exerceri non potest; & quod iudices, quantũcunq; senes & experti, semper indigent nouo sapientię nutrimento iuxta illud 1. Pet. 2. *Rationales sine dolo lac concupiscite, de quo crescatis in salutem.*

Et dicuntur NOTANTER. Consules esse senes sapientes, quia talium consiliũ est bonũ. Iuxta illud Eccli. 25. *Quam speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consiliũ. Quam speciosa veteranis sapientia & gloriosis intellectus & consilium.* Possunt etiam tamen iuuenes intelligentes senibus coassumi, sicut assumptus fuit Daniel iuuenis, cum dixerunt senes Babyloniæ. Danielis 13. *Tu sede nobiscum, tibi enim dedit Deus intellectum.*

H Consules sint amatores veritatis.

QVINTO consules debent esse amatores veritatis, & consilium eorum fiat secundum veritatem & ius scriptum, vel saltem secundum veram & rectam veritatis rationem, quæ si deficerent tunc possunt sequi consuetudinem loci vel terræ, quia dicit Augustinus de baptismo paruulorum, & habetur dist. 16. Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi; vel circa fratres inuidus est aut infidelis, & incredulus est, & malignus, quibus veritas reuelatur aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione instituitur. Nam Dominus in Euangelio. *Ego*, inquit, *sum veritas*, & non dixit ego sum consuetudo, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit, vt dist. 11. dicitur, Vsus auctoritate cedit, prauum vsum ratio & lex vincat, sed lex vbi deficit, consuetudo pro lege seruanda est, cum nec sacris canonib. nec sacris legibus consuetudo obuiare monstratur, in cõcussa seruanda est, quia dicitur 1. quę. 7. Signis. quod æquè punitur, transgressor consuetudinis & legis.

Pietas in Consule requiritur.

SEXTO, Consul debet esse pius, id est mansuetus & benignus quia dicit Psal. 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum.* Nam impij sunt merito deponendi, & mites assumendi. Iuxta illud Eccli. 10. *Sedes ducũ superborũ destruxit. & posuit sedere fecit mites.*

Consul iustitiã colat.

SEPTIMO debet esse iustus, vt iustitiam consulat. Iuxta illud Psa. 10. *Iustè iudicate filii hominum, quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit*, hoc pro tanto additur, ne sit nimis misericors parcendo malis. Exod. 23. *Non miserebitur in iudicio pauperis*, scilicet à iustitia declinando, sed cum patiendo, debet sibi misereri. Quia secundum Gregor. vera iustitia compassionem habet, sed falsa dedignationem.

I Non debet esse propriij iudicij.

OCTAVO, Consul debet esse suadibilis, vulgariter Rathvolgig, id est, non sui capitis: si alter melius sentiat, debet sequi, quia dicit Iacobus cap. 3. *Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est*, id est, faciens recedere ab omni turpitudine, *deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens*, Et hoc est cõtra præsumptuosos qui suũ con-

consilium præferunt alijs, ac si omnes codices legum commedissent quod ipsi non inuenerunt, aut dictauerunt, æstimant nihil valere, dummodo sua consilia dicant meliora esse. Et hoc est signum præsumptuosi de quo loquitur Bernardus: Præsumptuosus prius in conuentibus residet, vt consilijs prius respondeat non vocatus accedit, id est, non iussus se intromittit, vel ingerit, reordinat ordinata reficit facta, quicquid ipse non fecerit aut ordinauerit, nec rectè factum, nec pulchrè æstimat ordinatum, iudicat iudicantes: & si cum tempus aduenerit præ omnibus non promoueatur, iniustum iudicat & se despectum.

NONO, Consul non debet esse iracundus, quia dicit Seneca. Quod duo sunt maximè contraria consilio, festinatio & ira; & ideo iracundi & impetuosi nunquam dabunt sapiens consilium indigenti, quia secundum Catonem. Ab ira sibi temperet.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Propter quod dicit Iacob. 1. cap. *Ira viri iustitiam Dei non operatur.*

DECIMO debet esse non timens, videlicet homines, quia Pilatus eo quod Cæsarem timuit, à iustitia declinauit. Quare dicit Sapiens Prouerb. 29 *Qui timet hominem* scilicet timore mundano, *cito corruet*. Glossa à rectitudine iustitiæ. K Non debet esse timidus. Consul seruet secretū.

VNDECIMO, non debet prodere secreta consilij, sed debet dicere. Isaiæ 24. *Secretum meum mihi.* Nam consilium dicitur à con, quod est simul & sileo, vnde quod aliqui plures simul silent. Hoc enim fuit, quod adeo Romanos apud alios exaltauit vbi quicquid in auribus consiliantium dicebatur, adeo secretum erat, ac si dictum non fuisset. Vnde Valerius Maximus libro 2. de factis mirabilibus. cap. de institutis antiquis cōmendans Romanos consiliarios ait, quod fidum & altum erat secretum consistorium Reipublicæ, silentiq; salubritate munitum, cuius limen intrantes abiecta priuata dilectione, ita dilectionem publicam induebant vt non dicam vnum, sed neminem audiuisse crederes, quod multorum auribus fuit commissum. Hæc ille. Ideo dixit Aristoteles: consiliarios duo debere habere, videlicet quod nec essent plani, id est manifesti, & propalatores consiliorum, nec placentes, id est adulatores. Et recitat 3. Ethicorum quod quidam poëta, nomine Alexander, videns Priamum ān consilijs esse secretarium, & veracem, commendans eum. Iste est qui consulit respectus aliorum. Et hoc est contra illos Consules, qui secreta consilij solent vxorib⁹ suis reuelare, quæ nullo modo possunt ea obticere, aut retinere, sicut probat Egidius Romanus in de regimine principum parte prima lib. 2. c. vltimo. Mulieres, inquit, secreta retinere non possunt, quia vt plurimum sunt molles & ductiles. Statim n. cum eis aliqua persona applaudit & in faciem earum arridet, amicam eam æstimant, & omnia secreta cordis reuelant. Patet etiam ex hoc, vt idem dicit, quod sint nimis appetitiuæ laudis, & gloriæ. Inde est vt communiter mulieres alijs mulieribus, quas credunt esse amicas, secreta virorum reuelant. Credunt enim ex hoc esse in quadam excellentia, & laudari apud eas, si sciunt referre secreta virorum. Hæc Egid. Mulieribus nulla secreta committenda.

Refert enim Valerius quod nobilis, Papirius nomine, cum adhuc ætate puerili teneretur, cum patre suo die quodam missus ad curiam secreta pertractantem, quibus à curia reuertentibus cœpit mater pueri ab eo percunctari, quid patres egissent in senatu. Et respōdisset puer. Illud dicere non licet. Illa cū verberib. perurgeret, ille fictè mēdosè dixit, actū esse in senatu, vt deliberarent sapiētes, quid esset melius ꝓ ciuitate, nū videlicet vnus vir plures deberet coniuges aut mulier vna plures viros acceptare. Historia de Papirio.

Quod secretum cum illa à filio didicerat, non obticuit, sed statim mulieribus alijs intimauit, quæ omnes die sequenti confluunt ad Senatum, rogantes vt vna mulier potius duobus viris, quàm vnus vir duabus mulieribus coniungeretur. Cumq; Senatores, quænam esset illa mulierum noua congregatio, inquisissent, & mirarentur, Puer causam ex his quæ matri coactus dixerat; indicauit, propter quod proindè ab eis ordinatum fuit, ne pueri, excepto illo, amodo cum Patribus in consilium intrarent, propter periculum reuelationis secretorum, ideo dicit Tullius moralis.

Quicquid agas, secreta tuæ non pande maritæ,
Vnde tibi nasci possunt discrimina vitæ.

Dicit n. Ganfredus lib. 6. de regimine principum, quod in Westphalia est consuetudo, quod si adiuratus iudicij reuelat aliquid ibi dictum, meretur suspendium.

Nè sit personarum acceptor.

DVODECIMO. Consul non debet personam acceptare. Quia dicitur Prouerb. 18. *Personam accipere in iudicio, non est bonum, vt declines à veritate iustitiæ.* Sic non fuit acceptor personarum ille consul Romanus iudex & iustus, de quo scribt Valeri⁹ q⁹ habebat quendam amicũ nomine Rutilium, & ille ei sæpius rogationem iniustam porrigebat, cumq; ille sæpius resisteret tandem Rutilius cum indignatione. Quid mihi opus est amicitia tua: si quid rogo nõ facis? At ille, quid mihi tua, si propter te aliquid contra iustitiam facturus sum in honeste. Maluit enim amicitia sui amici carere, quam contra conscientiam suam iniustè iudicare, vel etiam personam acceptare.

Historia de Rutilio.

L

Nè accipiãt munera.

DECIMOTERTIO & vltimo Consul non debet munera acceptare vel captare, quia munera excęcant oculos hominum, consulum, & iudicium. Iuxta illud Eccle. 20. *Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum.* Est enim mutus, vt dicit glossa, quædam species ranæ, quæ proiecta in os canis, eum tacere facit vt non possit latrare. Sic qui xenium dat pro subuersione iustitiæ facit iudicem tacere, & à punitione malorum cessare; & etiam facit iniustum, iustum: & è conuerso iustum solet condemnare. Contra quod dicit Salomon Prouer. 17. *Qui iustificat impium & qui condemnat iustum, vterq; abominabilis est apud Deum.* Et Isaiæ. 5. *Væ qui iustificatis impium pro muneribus & iustitiam iusti auferetis ab eo.* Hæc dicta sunt super illo verbo *Pharisei consilium inierunt.*

M

Christus quomodo capiendus.

Sed est alia MORALITAS super illo, quod sequitur. *Vt caperent Iesum in sermone.* Nam quod illi voluerunt in malo facere, contrà, nos debemus ad vtilitatem nostram conuertere. Si ergo volumus capere Iesum, debemus nos habere vt piscantes. Nam Christus Iesus est piscis, qui tota vita sua natauit in aquis tribulationis, sicut testatur Psalm. 68. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*: & demum captus à Iudæis, in ligno q; crucis assatus in igne caritatis. Iuxta illud Psalm. 16. *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Iste piscis Christus non capitur in lasciuijs voluptatis, quia Iob. 28. *Non inuenitur in terra suauiter viuentium.* Et Cant. 3. Ista sponsa non poterat eum capere in lectulo voluptatis, ideò dixit: *In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui & non inueni illum.* Nec capitur in diuitijs vanitatum, quia Oseæ 5. dicitur. *In gregibus suis, & in armentis, vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient.* Nec etiam capitur in consortijs carnalis consanguinitatis, quia Luc. 2. dicitur. *Requirebant eum inter notos, & cognatos, & non inuenientes*, &c. sed certè captus in tristitijs aduersitatis, qa hoc est mare in quo fuit vita Christi. Iuxta illud Ps. *In mari via tua, & semita tua in aquis multis*, id est aduersitatib. & tribula-

Christus piscis non capitur In lasciuijs. Diuitijs.

Inter consanguineos.

bulationibus. Capere igitur si vis dominum nostrum Iesum Christum intra mare tribulationis, quia ibi est Psalm. 90. *Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum, &c.* Sic in mari amaritudinis animi sui cepit Ezechias Christum. Nam legitur 4. Reg. 20. quod ipse ægrotauit vsq; ad mortem, ad quem misit dominus Isaiam, qui dixit. *Dispone domui tuæ; quia morieris tu; & non vines.* Quod audiens Ezechias conuertit se ad parietem animo amaro, quod patet ex hoc, quod fleuit fletu magno, & in hoc cordis sui amaritudinem enarrauit, bona opera sua non per iactantiam, sed magis ad gratiarum actionem, vt sic gratus de præcedentibus, vlteriorem gratiam impetraret, vt dicit Lyra. *Memento quæso Domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim:* & sic attraxit sibi dominum Iesum Christum & cepit eum, quia *antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ, duci populi mei. Hæc dicit Dominus. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: & ecce sanaui te, & addam diebus tuis quindecim annos.* Sic Maria Magdalena quæ Christum in delicijs & vanitatibus perdidit, ipsum in amaritudine tribulationis cepit. Nam cum amare ad pedes ipsius fleret, vt etiam lacrymis lauaret, dixit ei Iesus. *Fides tua saluam te fecit, vade in pace*, quasi diceret. Tu cepisti me. Sic clauiger cœli Petrus, cum esset post trinam negationem in amaritudine cordis sui, & fleret amarè, Christum Iesum cepit, quando Christus eum oculis misericordiæ suæ respexit & ei peccata indulsit Matthæi 26.

Christus in mari tribulationis capitur.

Isa. 38.

4. Reg. 20.

Maria Magdalena.

Luc 7.

Petrus cœli clauiger.

Sed est NOTANDVM, quod in piscatione quatuor sunt necessaria, vt piscatores capiant pisces. Primum est ipsorum sagacitas: Nam sagaces piscatores vtentes aliquibus industrijs, plus de piscibus capiunt quàm illi non vtentes. Dicit enim Petrus de Crescentia, de rurali cõmodo lib. 10. cap. 43. quod calce viua capiuntur pisces, si ipsa ponatur in sacco, etiam in aqua maxima stante, in paruo loco recluſa. Hic saccus si in aqua à duob. per totam foueam agitetur, omnes pisces quasi cæci veniunt in superficiem aquæ, vt sic facilè manu capiantur.

N

Ad piscationem requiritur.

I.

Sagacitas.

MORALITER dilectio veræ amicitiæ assimilatur calci ratione igneitatis. Nam secundum Isidorum: Propterea calx viua dicitur, quia quamuis sit actu frigida, occultum tamen in se continet ignem. Si enim aqua perfusa fuerit statim igneſcit, & quoddam mirabile accidit, vt dicit Augustinus de ciuitate Dei, quod calx ex aqua incenditur, ex quo omnis extinguitur materia ignis, & oleo extinguitur quo nutritur ignis. Similiter & veræ amicitiæ, si aliquando ad actus exteriores videantur frigidæ, quod non operantur. nec ostendantur exteriori signo, siue per impedimentum alicuius operationis, siue cum sit opportunum, tamen ignem viui amoris semper seruant in intimis cordis, quia dicit Sapiens Prouerb. 17. *Omni tempore*, scilicet aduersitatis sicut & prosperitatis, *diligit, qui verus amicus est*, quia superueniente aqua alicuius tribulationis, vel necessitatis, tunc ille ignis, id est interior amor erumpit, & exterius in opere se ostendit. Ideo Salomon ibidem subdit, quod *frater in angustijs comprobatur.* Vnde veræ dilectionis ignis, in aqua tribulationum & angustiarum magis accenditur, quo ad Deum & ad homines. Quo ad Deum, dicit glossa ordinaria, super verbo prædicto, *Omni tempore diligit, &c.* Qui Deum verè amat, omni tempore custodit eius amorem, nec in angustia eius passiones deserit, quem in tranquillitate pacis confessus est. Sed quo ad homines dicit Valerius Maximus, quod sinceræ fidei amici, præ-

Vera amicitia viuæ calci similis.

Verus amicus in tribulatione cognoscitur.

Mundi prosperitas, dilectionē Dei exstinguit.

ci præcipue in aduersitate, vel aduersitatibus cognoscuntur, sed oleo consolationis & prosperitatis calx dilectionis quasi exstinguitur, quia prosperitas mundi exstinguit & tollit dilectionem Dei, sicut homini in prosperitate posito, non est necessaria magna dilectionis signa ostendere, ne fortè æstimetur quod propter illius vtilitatem & eius prosperitatem diligat. Ideo Philosophus dicit in Ethicis, quod ad amicum in aduersitate positum, eundem est sæpe & citò, sed ad amicum positum in prosperitate, raro & tarde.

Ex quo patet, quod per calcem viuam dilectio designatur, quæ semper ignem amoris in se tenet, per quem Christus facile capitur. Nam de Maria Magdalena vera amatrice, legitur, quod Christum dilexit in prosperitate & aduersitate, scil. passionis. Propter quod cum post resurrectionem eius staret ad monumentum, plena dilectione, meruit capere Christum, qui apparens ei dixit, Ioan. 20. *Mulier quem quæris?* quasi diceret. Si quæris me, ecce propter dilectionem tuam adsum, & amor tuus cepit me. Ideo dicit Bernar. in flo. li. O bone Iesu quàm benignus, quàm suauis es, quàm dulcis, quàm amandus quàm amplexandus, quàm totus admirabilis, quàm verè domine Iesu Christe desiderabilis. B. homo, qui te amat, & amplectitur, & exspectat.

II. Auræ tranquillitas.

SECVNDVM q̄ in piscatione necessariū est auræ tranquillitas, quia in tempestate non est bonum piscari: Nā piscatori imminet periculum, & pisces petunt fundum.

MORALITER, cor peccatoris est quasi mare tempestuosum, sicut testatur Esa. 57. Cor *impij quasi mare feruens; quod quiescere non potest*: & quā diu tale cor est tempestuosum, & insanit post mundi peccatum, tam diu non capit Christum Iesum, quia ipse est sapientia sum̄i Patris, quæ *non introibit in maleuolam animam*, id est, in animā cui placet peccatū; *Nec habitabit in corde subdito peccatis*, id est in homine subdito carnalib. vitijs. Sap. 1. Cū aūt sedatur talis tempestas peccati, & mens hominis peccatoris cum Deo pacificatur, tunc Christus capitur & piscatur, quia secundum Psal. 75. *In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion.* Sion interpretatur specula, & est specula locus altus & eleuatus, à quo potest homo de facili circūspicere à se procul, sicut in turribus castrorum patet. Mons autem Sion, est animus viri aut hominis iusti altus, per contemptum mundanorum & terrenorū, & aptus ad longum speculandum, quæ sunt à remotis, videl. per considerationem cœlestium & futurorum. In isto monte est quies; quia sicut in cacumine altissimorum montium, non sunt turbationes ventorum, nec inundationes pluuiarum, semperq; ibi est quies & securitas, sic in mēte hominis iusti, de qua dicit Seneca. Mens sapientis sicut cœlū super sphærā Lunę, vbi non fiunt peregrinæ impressiones: & talis mens benè capit in se Christū.

III. Varia instrumenta.

TERTIVM est instrumentorum multiplicatas. Qui n. vult capere pisces, nunc piscatur retibus, nunc hamis, interdumq; sportulis, & sic de alijs. Ita & tu si vis capere Christū, necesse est te piscari, nunc rete fidei, aliquando hamo spei, interdum sportulis caritatis. Sicut quædam mulier deuota fecit, de qua legitur in libro de dono timoris, quæ cum aliquando caruisset consueta visitatione spirituali, & diuina, timens ne nimis tardaret, vel veniens nimis citò recedere, allocuta est virtutes Theologicales supradictas, dicens. FIDES mea: ad Dominum vade, & adiura eum per omnes articulos, scil. incarnationem, natiuitatem, baptismum, passionem, sepulturam, resurrectionem, &c. quæ de eo creduntur, vt veniat. SPES mea: exspecta eum, & para ei hospiciū. CHARITAS mea: cum venerit, tene eum, ne recedat, Ç umq; sic seipsam

Deuotæ mulieris piscatio.

& vir-

& ostendit eis regnum Dei, & curationes infirmorum. Et dixit ad illos: Nihil tuleritis in viam, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habere quemquam. Et in quamcunque domum intraveritis, ibi manete, & inde exeatis. Et quicunque non receperint vos, exeuntes de civitate illa excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium super illos. Et egressi circumibant per castella evangelizantes & curantes ubique. Audiit autem Herodes tetrarcha universa quæ fiebant ab eo, & dubitabat eo quod dicebatur ab aliquibus, quia Joannes surrexit a mortuis: a quibusdam autem, quia Elias apparuit: aliis vero, quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi: quis autem est iste, de quo ego audio hujusmodi? Et quærebat videre eum. Et reversi apostoli narraverunt illi quæcunque fecerant. Et assumens eos secessit seorsum in locum desertum civitatis, quæ vocatur Bethsaida. Quod cum audissent turbæ, secutæ sunt illum. Et benigne illos accipiens, loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebant, sanabat. Et cum dies cœpisset declinare, accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes in castella quæ circa sunt, & villas, divertant, & inveniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Date illis vos manducare. Et dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes & duo pisces, nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant enim quasi viri quinque millia. Dixit autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per refectiones quinquagenas. Et fecerunt ita, & discumbere fecerunt omnes. Accepit autem quinque panes & duos pisces, & respiciens in cœlum benedixit illis, & fregit, & dabat discipulis suis apponere coram turba. Et manducaverunt, & saturati sunt omnes, & sublatum est quod superfuit illis fragmentorum, cophini duodecim.

Hæc dicit nobis Dominus noster Jesus Christus.

Ecce quomodo Dominus noster Jesus Christus duodecim discipulos suos mittit ad prædicandum, & ait illis: Nihil tuleritis in viam, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habere quemquam. Non sunt ista vitia, quæ Dominus prohibet, sed ea quæ in prædicatione Evangelii impedimenta sunt. Nam & virga, & pera, & panis, & pecunia, & duæ tunicæ, bona sunt: sed non sunt bona prædicationi Evangelii. Ideo Dominus ea prohibet, quia impedimenta sunt. Quæ enim impedimenta sunt, nisi quæ onerant? Quæ onerant, nisi quæ gravant? Quæ gravant, nisi quæ premunt? Quæ premunt, nisi quæ deprimunt? Quæ deprimunt, nisi quæ ad terrena trahunt? Quæ ad terrena trahunt, nisi quæ a cœlestibus retardant? Quæ a cœlestibus retardant, nisi quæ a Deo separant? Quæ a Deo separant, nisi quæ ad mortem perducunt? Ergo quæ ad mortem perducunt, impedimenta sunt. Quæ impedimenta sunt, ea Dominus prohibet. Quæ prohibet, ea non mala, sed impedimenta sunt. Quæ impedimenta sunt, ea non mala, sed bona sunt. Quæ bona sunt, ea non mala, sed bona sunt. Quæ bona sunt, ea non mala, sed bona sunt. Quæ bona

Christo absenti cum pharisæis detrahebant, dicentes eum potatorem vini, & amicum publicanorum, &c. Sed in præsentia eum derisoriè laudabant, ideo similes fuerunt cuidam vermi, quæ dicitur sanguisuga qui secundum Isidorum est mollis & flexuosus os habens triangulum, & in ore fistulam habet, cum qua sanguinem sugit, venenosis sæpe insidet vt eorum sugat sanguinem, siue humorem, in aqua calida & in tempore calido faciliter se applicat ad sugendum. Sic & isti vel quilibet adulatores, sunt quasi vermes abominabiles, detestabiles, & despecti.

Adulatores sanguisugis similes.

Et PRIMO sunt quasi molles, quia mollia & blanda verba proferunt coram illis, quibus adulantur, propter quod adulatio ipsorum per Doctores, oleo comparatur, quo diabolus vngit suos, qui in extremis laborant. Hoc oleo vngit etiam diabolus homines, quos flectere non potest vt ad malum molliat. De quo Psalmo 140. *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Super quo dicit Augustinus. Oleum, est falsa laus adulatoris, quæ mentes hominum à rigore veritatis emollit.

SECVNDÒ sunt flexuosi, quia semper flectuntur ad partem illam vbi credunt placere. Sicut fecit quidam histrio cuiusdam regis. Hic, si videbat regem infirmari, & se infirmum simulabat; rege tristi existente, & ipse tristis erat: eo verò læto, cum eo lætabatur. Et quo ad hoc similantur adulatores Chamæleonti, quod est animal secundum physologum in aëre viuens, quod calorem habet varium, & in momento mutabilem, ita vt cui rei se coniungit illius coloris fiat. Quia si quis loquitur de colore albo, dicunt adulatores quod est albus sicut nix; si de colore nigro, statim subiungunt, quod est niger sicut carbo, & sic de alijs. Ecce flexuositas.

Adulatores Chameleonti similes.

TERTIO habet os triangulum, id est, genera trium verborum: diuiditur n. os eorum adulationem, mendacium, & detractionem: quia in præsentia habent os adulantis, in absentia verò mendacis, & detrahentis. Sed tunc cum adulator sub specie osculi, ad modum Iudæ, tradit hominem hostibus, id est, sub specie amicitiæ hominem interficit. Et rectè significatur per Ioab. 2. Regum 20. de quo legitur quod dixit ad Amasam. *Salue mi frater, & tenuit manu dextra mentum Amasæ, & percussit eum in latere, & mortuus est.* Ideò dicit Sapiens. *Iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.* Prouerb. 16. Nam ad literam, Amasa fuit amicus Ioab, quia erat eius germanus, erant enim de duabus sororibus vt patet 2. Regum. 17. Sed ad malam viam ipsum perduxit, scilicet ad mortem, quæ est omnium rerum terribilissima. 3. Ethicorum. Ideò interdum melior est homini detractio vel mendacium adulatoris, quàm eius adulatio.

Adulatoris os triplex.

QVARTO habent fistulam in ore suo, id est, fallacem dulcedinem verborum, cum qua ipsi sugunt & attrahunt ad se beneficia temporalia. Quod enim vident residuum, hoc attrahunt ad suum vsum. Et ponitur de ipsis illud Ioelis 1. *Residuum eruca comedit locusta*: vbi per locustam intelligitur adulator, quia sicut æstate camit, & hyeme silet, sit adulator eos laudat qui habent æstatem prosperitatis. A laude eorum verò silet, qui habent hyemem aduersitatis. Vnde Eccli. 13. *Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum eius vsque ad nubes producent. Pauper locutus est, & dicunt, quis est hic?*

In ore adulatoris fallax dulcedo.

QVINTÒ ipsi insident rebus & cadaueribus venenosis: vbi per cadauera venenosa intelliguntur mali domini, & Prælati qui semper tales volunt secum habere, vt sic ex verbis eorum lætificentur, quia de ipsis Oseæ 6. *In malitia sua lætificauerunt regem,*

Adulatores remorsum conscientiæ dominis tollunt.

quia

quia eum domini malè agunt conſcientia ipſorum vtiq; conturbatur, quia dicit Auguſtinus. Voluiſti domine & ita eſt, vt omnis inordinatus animus ſit ſibi ipſi pœna. Sed adulatores auferunt talem turbationem & remorſum conſcientiæ cum adulando dicunt eos bene feciſſe, & laudant eos in ſua malitia, & lætificant eos. Sed de talibus dicit Propheta Iſa. 5. *Væ qui dicitis malum bonum.* Et in eodem. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus* Et Prouerb. 24. *Qui dicunt impio iuſtus es maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus.* Hoc ad literam fit de adulatoribus dominorum. Nam impie facientibus dominis erga ſubditos pauperes, eius occaſionem exactionis inueniunt: dicunt adulatores. Iuſtè fecit dominus, iſte benè meruit, cum tamen in modico, vel in nullo digno tali exactione exceſſit. Quare talibus maledicent populi, abominabiles erunt coram Deo. Iuxta illud Prouerb. 17. *Qui iuſtificat impium* ſcilicet dominum *& condemnat iuſtum*, ſcilicet ſubditum, *vterq; abominabilis eſt apud Deum.*

NOTENT hæc adulatores.

SEXTO adulatores tempore calido & in aqua calida, videlicet proſperitatis adhærent diuitibus, vt honorem, id eſt, dona, lucra, & commoda ab eis ſugant. Vnde Hugo de ſancto Victore. Adulator eſt in obſequio hoſtis, id eſt in animo corruptus, in omni verbo turpis, in omni facto & ad proſpera lætus, & fragilis ad aduerſa. Et tales fuerunt iſti nuntij qui Ironicè Chriſtum laudabant, dicentes: *Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces:* & hoc adulatoriè & fraudulenter dixerunt, tamen in veritate ipſe erat, & veritatem docuerat. Vnde Auguſtinus ſuper canonicam Ioannis. Cathedram, inquit, habet in cœlis, qui corda docet in terris. *Et idem.* Prædicatores verba formant, ſermones componunt, ſententiam proferunt, ſed mentes illuſtrare non poſſunt. Et ideo Gregorius in homilia. Niſi Deus intus ſit qui doceat, in vanum lingua doctoris laborat. Quapropter Chriſtus eſt verus magiſter, quem tamen ex malitia Phariſæi, magiſtrum appellant. Gloſſa autem explicat lucidius malitiam ipſorum.

Adulatores in omnibus fallaces.

Tripliciter contingit aliquem veritatem non dicere. PRIMO ex parte docentis, qui non nouit veritatem, vt ſunt multi ignari ſacerdotes & paſtores, qui quod docent non didicerunt, & illi non poſſunt excuſari quia dicitur diſt. 38. Ignorantia. Si in laicis videtur intolerabilis inſcientia, quantò magis in his qui præſunt, nec excuſatione digna nec venia. Et B. Auguſtinus in lib. quæſtionum, & ponitur 37. diſt. Non omnis ignorans immunis eſt à pœna. Ille ignorans poteſt excuſari, qui quod diſceret non inuenit. Illis autem ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent operam non dederunt. Ideo eadem diſtinctione, cap. Vt itaq;, dicitur. Imperitia ſacerdotibus debet eſſe aduerſa, quoniam per ignorantiam cæcati, alijs ducatum præſtare cœperint, ambo in foueam cadunt, vt dicitur in Pſalm. 68. *Obſcurentur oculi eorum ne videant.* Cum enim obſcurentur illi qui præeunt ad ferenda onera peccatorum, vel ad corrigenda vitia ſubditorum, facile ſequentes inclinantur ad peccata. Et diſt. 38. cap. Ignorantia, dicit canon. Ignorantia clericorum quæ errorem mater eſt, maxime in ſacerdotibus Dei euitanda eſt, qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. Sed econtrà dicunt Phariſæi ad Chriſtum. *Magiſter ſcimus quia verax es*, &c. quaſi dicerent. Tu es plenus ſcientia diuinæ veritatis.

Veritatem non dicere contigit tripliciter.

I.

Ignorantia Sacerdotib. vitanda.

SECVNDO ex parte Dei timore poſtpoſito, quidam veritatem quam de Deo nouerunt, non purè enunciant. De hoc 3. quæſt. 5. cap. Accuſatores, dicit Calixtus Papa, amor carnalis, & timor, atq; auaritia, plerunque ſenſus hebetant humanos, & peruer-

II.

Amor carnalis hebetat ſenſus.

igitized by Google

capitularibus ſuis infra duos menſes, poſt huiuſmodi publicationem fecerint amoueri. *Item*, Excommunicamus ſtatutarios, & ſcriptores ſtatutorum ipſorum, nec non potentes, conſules, rectores, & conſiliarios locorum, vbi de cætero huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines editæ, fuerint ſeruatæ, nec non eos qui ſecundum ea p̃ſumpſerint iudicare, vel in publicam formam ſcripſerint iudicata. Hæc Honor.

SECVNDO. Quidam auxilio diaboli, dant conſilia contra veritatis prædicatores & eis detrahunt eosq; perſequuntur, quod autem hoc fit ſuaſu diaboli. 6. quæ. 1. c. Sunt plurimi. §. Verum Manifeſtum eſt, inquit, diabolum, *qui ſicut leo rapiens circumit quærens quem deuoret*, cordibus plebium ſuadere, vt doctoribus atque paſtoribꝰ detractiones irrogent, & plebes langueſcentes non tenentibus fræna eorum, laſciuiant atq; in ima ruant, vt ſaltem ſic periclitari poſſint. Hęc Gregorius. Sed talia conſilia fiant eis in malum, & per hæc Chriſtum, (ſicut teſtatur Alexander Papa & ponitur 3. quæſt. 1. cap. Nulli, dicens) Dominum crucifigunt, qui eum in Sacerdotibus ſuis perſequũtur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum enim cruciatum ſuſtinet qui vim patitur. Sed non eſt mirum, quod prædicatores veritatis perſequuntur ex conſilio malignorum, quia perſecutum legimus Dominum ipſorum, qui ait Ioann. 15. *Non eſt ſeruus maior Domino; ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt.*

II. Contra veritatis prædicatores. 1. Pet. 5.

NOTA.

TERTIO, alij adiutorio diaboli faciunt conſilia contra commune bonum, opprimentes pauperes; & tales ſi alijs volunt nocere, nocent ſibi ipſis. *Figura* Heſter 3. de Aman, qui falſum conſilium dedit cõtra Mardocheum, vt ſuſpenderetur in patibulo: ſed ad patibulum quod parauit, ipſemet ſuſpenſus fuit, Heſt. 7. Narrat etiam Ouid. lib. 1. de arte Amandi, quod contigit ſemel in Ægypto tanta ſiccitas, quod per nouem annos non fueruntibi imbres. Fuit autem Buſiris quidam potens & magnus tyrannus in terra illa, ad quem acceſſit quidam nomine Thraſius, & dixit ſibi. Si effunderet ſanguinem alicuiꝰ hoſpitis ad eum venientis, & ſacrificaret eum Ioui, quod ſtatim haberet Iouem placatum, & pluuiam in abundantia, ſicut vtiq; expediret p̃ terra. Ecce quale conſilium dedit de occiſione hominum, ideo nocuit ſibi ipſi. Nam ſtatim ei Buſiris reſpondit. Tu, inquit, es hoſpes, tu fies Iouis hoſtia primus, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam, & continuo eum occidit, & Ioui ſacrificauit.

Dꝰ *III.* Contra cõmune bonum. Conſilium malum cõſultori peſſimum.

Aliud exemplum ſcribit ibidem ſuprà de tyranno quodam, dicto Phalaride, rege Siciliæ, cui dedit conſilium quidam, nomine Perillus, quod faceret bouem concauum, pro tormentis hominum, & ipſemet obtulit ſe pro magiſtro dicens. Domine, ego facio tibi vnum bouem concauum de ære, & quando volueris aliquem interficere, pones eum in illum bouem, per vnam feneſtram quam faciam in latere bouis, & tunc appones ignem, & de ipſo clamante præ dolore, fiet mugitus magnus & mirabilis, per inſtrumentum æneum. Tyrannus hoc audito conſilio ſibi regratiabatur. Perfecto igitur inſtrumento, Phalaris acceſſit, ac primum omnium iuſſit Perillum artificem & conſiliarium in bouem mitti, & cruciari pœna quàm ipſemet pro alijs cogitauit. Ideo de illis duobus dicit Ouidius ſic:

De Perillõ à Phalaride boui æneo incluſo.

Iuſtus uterq; fuit, nec enim lex æquior vlla eſt,
Quam necis artifices, arte perire ſua.

Cui conſonat illud Eccleſ. 27. *Qui fodit proximo ſuo foueam, incidet in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo, offenditur in eo: & qui laqueum alijs ponit, peribit in illo. Facienti*

nequiſ-

nequissimum consilium super ipsum deuoluetur. Quia etsi tales mali consiliarij hic pœnam suam non recipiant, tamen patibulum æternæ mortis sibi parant, in quo nisi pœnituerint æternaliter pœnam luent.

Pro doctrina MORALI est sciendum vlterius, Aristoteles 1. Ethicorum dicit. Sermones inquirendi sunt secundum materiam de qua sunt; sed quia hic sermo est de consilio, quia Pharisæi consilium inierunt, quare aliquid de consiliarijs, qui debent inire consilium est dicendum. Vnde quicunq; debent eligi in Consiliarios, vt eant in consilium, debent esse Pharisæi, id est, diuisi ab alijs hominibus quæ patent in his metris. E

Fama, vita, sapiens senex, veritatis amator,
Sit q; pius, iustus, suadibilis, non iracundus.

PRIMO igitur Consul, qui debet inire consilium, debet esse bonæ famæ: Ad quæ requiruntur tria, odor honestatis, vt videlicet fama illa sit honesta. Bona fama quæ requirat.

SECVNDO quod sit vera, videlicet, quod nomen concordet cum re. Iuxta illud Psalm. 47. *Sicut nomen tuum, sic & laus tua in fines terræ.*

TERTIO quod nomen suum habeat feruorem pietatis. Nam si fama eius conspersa sit crudelitate & imisericordia, necessariò est odiosa. Sed si fama pietatis de aliquo diuulgetur, fiet diligibilis vniuersis. Iuxta illud Cantic. 1. *Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentulæ*, id est personæ proficientes *dilexerunt te nimis.* Sunt tamen nonnulli qui habent famã sine re; & hi similes sunt pomis illis quæ nascuntur iuxta mare mortuum quæ vsq; ad maturitatem sunt coloris honesti, sed si ea matura incideris nihil inuenies nisi cineres & fauillas, vt dicit Magister in historia. Ita quidam famã magnã habent vel nomen magnum in fama & statu. Sed si intrinsecus aperiantur, turpibus & vilibus sunt impleti: & tales carent tenore veritatis in fama sua, & verificatur de eis quod scripserat quidam de Abbatia quæ dicitur Vallis Dei. Cum clericus quidã fuisset ibidem exiliter hospitatus, summo mane recedens scripsit hos versus in porta. Habentes famam sine re quibus similes.

Vallis, dicta Dei domus, est, mirę speciei.
Magnum nomen ei, gratia nulla rei. & tales non essent ad Consulatum eligendi, quia quodammodo sunt infames apud Deum.

Sed diceres. Quare infames non sunt in Consules eligendi? *Ad hoc respondetur,* quod Consolatus est quædam dignitas, quã infames sunt indigni, quia portæ dignitatis, infamibus patere non debent, vt dist. 51. Qui in aliquo, & Extra de re. iudicibus infamibus, lib. 6. F Cur Consules infames non eligẽdi.

Est autem infamis aliquis duobus modis, videlicet de facto & de iure. Infamis *de facto* est, cuius apud bonos & graues grauata est opinio super crimine aliquo, vt adulterio vsura, qualicunq; iniustitia. Infamis de iure est, quem ius ponit infamem esse, vt qui conuictus est de furto, vel qui pugnat in arena pro lucro, & huiusmodi plura. & omnes tales à dignitate Consulatus repelluntur, quia non possunt esse iudices neq; testes nisi in casibus, extra de test. testimonium.

SECVNDO Consul eligendus debet esse bonæ vitę, quia legitur Exod. 18. quod *Ietro dixit Moysi, vt pro iudicibus populi eligeret viros timentes Deum.* Et Actor. 6. dixerunt Apostoli *Non est bonum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensa. Considerate ergo fratres ex vobis viros boni testimonii* id est, bonæ vitæ & famæ *plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus*, scilicet ad ministrationem temporaliũ. Et Consul bonæ vitæ vir eligendus.

sequitur quod *placuit sermo omni multitudini. Et elegerunt Stephanum plenum fide*, id est fidelitate, in qua electione dederunt exemplum, vt bonæ vitæ viri & fideles ad quascunq; dignitates præ alijs eligantur.

G Sapientiæ in Consulibus requiritur, Senes in Consules eligendi.

TERTIO debent esse sapientes. Sapientis est regere & non regi, vt inquit Aristot. quia in senibus est sapientia: & dicit Iob. 12. *In antiquis est sapientia, & in longo tempore prudentia.*

Ideo QVARTO, Consules debent esse senes & quo ad has proprietates refert Holkot super librum sapientiæ lectione. 95. quod Athenienses depingebant sapientiã in prætorijs sicut reginam sedentẽ in cathedra, cui subascellis subordinabantur duo reuerendi senes hinc & inde: qui vno genuflexu fugebant philosophiæ mamillas. Ipsa verò sup vtrunq; consouendo extendit brachia, vel manus. Sic autẽ in prætorio depingebatur, ad denotandum, quòd sine sapientia veritas iudicij exerceri non potest; & quod iudices quantũcunq; senes & experti, semper indigent nouo sapientię nutrimento iuxta illud 1. Pet. 2. *Rationales sine dolo lac concupiscite, de quo crescatis in salutem.*

Et dicuntur NOTANTER. Consules esse senes sapientes, quia talium consiliũ est bonũ. Iuxta illud Eccli. 25. *Quam speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consiliũ. Quam speciosa veteranis sapientia & gloriosis intellectus & consilium.* Possunt etiam tamen iuuenes intelligentes senibus coassumi, sicut assumptus fuit Daniel iuuenis, cum dixerunt senes Babyloniæ. Danielis 13. *Tu sede nobiscum, tibi enim dedit Deus intellectum.*

H Consules sint amatores veritatis.

QVINTO consules debent esse amatores veritatis, & consilium eorum fiat secundum veritatem & ius scriptum, vel saltem secundum veram & rectam veritatis rationem, quæ si deficerent tunc possunt sequi consuetudinem loci vel terræ, quia dicit Augustinus de baptismo paruulorum, & habetur dist. 16. Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi; vel circa fratres inuidus est, aut infidelis, & incredulus est, & malignus, quibus veritas reuelatur aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione instituitur. Nam Dominus in Euangelio. *Ego*, inquit, *sum veritas*, & non dixit ego sum consuetudo, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit, vt dist. 11. dicitur, Vsus auctoritate cedit, prauum vsum ratio & lex vincat, sed lex vbi deficit, consuetudo pro lege seruanda est, cum nec sacris canonib. nec sacris legibus consuetudo obuiare monstratur, in cõcussa seruanda est, quia dicitur 1. quę. 7. Signis. quod æquè punitur, transgressor consuetudinis & legis.

Pietas in Consule requiritur.

SEXTO, Consul debet esse pius, id est mansuetus & benignus quia dicit Psal. 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum.* Nam impij sunt merito deponendi, & mites assumendi. Iuxta illud Eccli. 10. *Sedes ducũ superborũ destruxit. & p eis sedere fecit mites.*

Consul iustitiã colat.

SEPTIMO debet esse iustus, vt iustitiam consulat. Iuxta illud Psa. 10. *Iuste iudicate filii hominum, quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit*, hoc pro tanto additur, ne sit nimis misericors parcendo malis. Exod. 23. *Non miserebitur in Iudicio pauperis*, scilicet à iustitia declinando, sed cum patiendo, debet sibi misereri. Quia secundum Gregor. vera iustitia compassionem habet, sed falsa dedignationem.

I Non debet esse proprij iudicij.

OCTAVO, Consul debet esse suadibilis, vulgariter Rathvolgig, id est, non sui capitis: si alter melius sentiat, debet sequi, quia dicit Iacobus cap. 3. *Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est*, id est, faciens recedere ab omni turpitudine, *deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens*, Et hoc est cõtra præsumptuosos qui suũ con-

consilium præferunt alijs, ac si omnes codices legum commẽdissent quod ipsi non inuenerunt, aut dictauerunt, æstimant nihil valere, dummodo sua consilia dicant meliora esse. Et hoc est signum præsumptuosi de quo loquitur Bernardus: Presumptuosus prius in conuentibus residet, vt consilijs prius respondeat non vocatus accedit, id est, non iussus se intromittit, vel ingerit, reordinat ordinata reficit facta, quicquid ipse non fecerit aut ordinauerit, nec rectè factum, nec pulchrè æstimat ordinatum, iudicat iudicantes: & si cum tempus aduenerit præ omnibus non promoueatur, iniustum iudicat & se despectum.

NONO, Consul non debet esse iracundus, quia dicit Seneca. Quod duo sunt maximè contraria consilio, festinatio & ira; & ideo iracundi & impetuosi nunquam dabunt sapiens consilium indigenti, quia secundum Catonem. Ab ira sibi temperet.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Propter quod dicit Iacob. 1. cap. *Ira viri iustitiam Dei non operatur.*

DECIMO debet esse non timens, videlicet homines, quia Pilatus eo quod Cæsarem timuit, à iustitia declinauit. Quare dicit Sapiens Prouerb. 29 *Qui timet hominem* scilicet timore mundano, *cito corruet*. Glossa à rectitudine iustitiæ. K

Non debet esse timidus. Consul seruet secretũ.

VNDECIMO, non debet prodere secreta consilij, sed debet dicere. Isaiæ 24. *Secretum meum mihi*. Nam consilium dicitur à con, quod est simul & sileo, vnde quod aliqui plures simul silent. Hoc enim fuit, quod adeo Romanos apud alios exaltauit vbi quicquid in auribus consiliantium dicebatur, adeo secretum erat, ac si dictum non fuisset. Vnde Valerius Maximus libro 2. de factis mirabilibus. cap. de institutis antiquis cõmendans Romanos consiliarios ait, quod fidum & altum erat secretum consistorium Reipublicæ, silentiq; salubritate munitum, cuius limen intrantes abiecta priuata dilectione, ita dilectionem publicam induebant vt non dicam vnum, sed neminem audiuisse crederes, quod multorum auribus fuit commissum. Hæc ille. Ideo dixit Aristoteles: consiliarios duo debere habere, videlicet quod nec essent plani, id est manifesti, & propalatores consiliorum, nec placentes, id est adulatores. Et recitat 3. Ethicorum quod quidam poëta, nomine Alexander, videns Priamum in consilijs esse secretarium, & veracem, commendans eum. Iste est qui consulit respectus aliorum. Et hoc est contra illos Consules, qui secreta consilij solent vxorib' suis reuelare, quæ nullo modo possunt ea obticere, aut retinere, sicut probat Egidius Romanus in de regimine principum parte prima lib. 2. c. vltimo. Mulieres, inquit', secreta retinere non possunt, quia vt plurimum sunt molles & ductiles. Statim n. cum eis aliqua persona applaudit & in faciem earum arridet, amicam eam æstimant, & omnia secreta cordis reuelant. Patet etiam ex hoc, vt idem dicit, quod sint nimis appetitiuæ laudis, & gloriæ. Inde est vt communiter mulieres alijs mulieribus, quas credunt esse amicas, secreta virorum reuelant. Credunt enim ex hoc esse in quadam excellentia, & laudari apud eas, si sciunt referre secreta virorum. Hæc Egid. Mulieribus nulla secreta committenda.

Refert enim Valerius quod nobilis, Papirius nomine, cum adhuc ætate puerili teneretur, cum patre suo die quodam missus ad curiam secreta pertractantem, quibus à curia reuertentibus cœpit mater pueri ab eo percunctari, quid patres egissent in senatu. Et respõdisset puer. Illud dicere non licet. Illa cũ verberib. perurgeret, ille fictè mẽdosè dixit, actũ esse in senatu, vt deliberarent sapiẽtes, quid esset melius p ciuitate, nũ videlicet vnus vir plures deberet coniuges aut mulier vna plures viros acceptare. Historia de Papirio.

Digitized by Google

Quod ſecretum cum illa à filio didicerat, non obticuit, ſed ſtatim mulieribus alijs intimauit, quæ omnes die ſequenti confluunt ad Senatum, rogantes vt vna mulier potius duobus viris, quàm vnus vir duabus mulieribus coniungeretur. Cumq; Senatores, quænam eſſet illa mulierum noua congregatio, inquiſiſſent, & mirarentur, Puer cauſam ex his quæ matri coactus dixerat; indicauit, propter quod proindè ab eis ordinatum fuit, ne pueri, excepto illo, amodo cum Patribus in conſilium intrarent, propter periculum reuelationis ſecretorum, ideo dicit Tullius moralis.

Quicquid agas, ſecreta tua non pande marito,
Vnde tibi naſci poſſunt diſcrimina vitæ.

Dicit n. Ganfredus lib. 6. de regimine principum, quod in Weſtphalia eſt conſuetudo, quod ſi adiuratus iudicij reuelat aliquid ibi dictum, meretur ſuſpendium.

Ne ſit perſonarum acceptor.

DVODECIMO. Conſul non debet perſonam acceptare. Quia dicitur Prouerb. 18. *Perſonam accipere in iudicio, non eſt bonum, vt declines à veritate iuſtitiæ.* Sic non fuit acceptor perſonarum ille conſul Romanus iudex & iuſtus, de quo ſcribt Valeri⁹ q⁹ habebat quendam amicũ nomine Rutilium, & ille ei ſæpius rogationem iniuſtam porrigebat, cumq; ille ſæpius reſiſteret tandem Rutilius cum indignatione. Quid mihi opus eſt amicitia tua: ſi quid rogo nõ facis? At ille, quid mihi tua, ſi propter te aliquid contra iuſtitiam facturus ſum in honeſte. Maluit enim amicitia ſui amici carere, quam contra conſcientiam ſuam iniuſtè iudicare, vel etiam perſonam acceptare.

Hiſtoria de Rutilio.

L

Nè accipiãt munera.

DECIMOTERTIO & vltimo Conſul non debet munera acceptare vel captare, quia munera excęcant oculos hominum, conſulum, & iudicium. Iuxta illud Eccle. 20. *Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum.* Eſt enim mutus, vt dicit gloſſa, quædam ſpecies ranæ, quæ proiecta in os canis, eum tacere facit vt non poſſit latrare. Sic qui xenium dat pro ſubuerſione iuſtitiæ facit iudicem tacere, & à punitione malorum ceſſare; & etiam facit iniuſtum, iuſtum: & è conuerſo iuſtum ſolet condemnare. Contra quod dicit Salomon Prouer. 17. *Qui iuſtificat impium & qui condemnat iuſtum, vterq; abominabilis eſt apud Deum.* Et Iſaiæ. 5. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus & iuſtitiam iuſti auferis ab eo.* Hæc dicta ſunt ſuper illo verbo *Phariſei conſilium inierunt.*

M

Chriſtus quomodo capiendus.

Sed eſt alia MORALITAS ſuper illo, quod ſequitur. *Vt caperent Ieſum in ſermone.* Nam quod illi voluerunt in malo facere, contrà, nos debemus ad vtilitatem noſtram conuertere. Si ergo volumus capere Ieſum, debemus nos habere vt piſcantes. Nam Chriſtus Ieſus eſt piſcis, qui tota vita ſua natauit in aquis tribulationis, ſicut teſtatur Pſalm. 68. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*: & demum captus à Iudæis, in lignoq; crucis aſſatus in igne caritatis. Iuxta illud Pſalm 16. *Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Iſte piſcis Chriſtus non capitur in laſciuijs voluptatis, quia Iob. 28. *Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium.* Et Cant. 3. Iſta ſponſa non poterat eum capere in lectulo voluptatis, ideò dixit: *In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea, quæſiui & non inueni illum.* Nec capitur in diuitijs vanitatum, quia Oſeæ 5. dicitur. *In gregibus ſuis, & in armentis, vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient.* Nec etiam capitur in conſortijs carnalis conſanguinitatis, quia Luc. 2. dicitur. *Requirebant eum inter notos, & cognatos, & non inuenientes*, &c. ſed certè captus in triſtitijs aduerſitatis, qa hoc eſt mare in quo fuit vita Chriſti. Iuxta illud Pſ. *In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis*, id eſt aduerſitatib. & tribula-

Chriſtus piſcis non capitur In laſciuijs. Diuitijs.

Inter conſanguineos.

by Google

bulationibus. Capere igitur si vis dominum nostrum Iesum Christum intra mare tribulationis, quia ibi est Psalm. 90. *Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum, &c.* Sic in mari amaritudinis animi sui cepit Ezechias Christum. Nam legitur 4. Reg. 20. quod ipse ægrotauit vsq; ad mortem, ad quem misit dominus Isaiam, qui dixit. *Dispone domui tuæ; quia morieris tu; & non viues.* Quod audiens Ezechias conuertit se ad parietem animo amaro, quod patet ex hoc, quod fleuit fletu magno, & in hoc cordis sui amaritudinem enarrauit, bona opera sua non per iactantiam, sed magis ad gratiarum actionem, vt sic gratus de præcedentibus, vlteriorem gratiam impetraret, vt dicit Lyra. *Memento quæso Domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim:* & sic attraxit sibi dominum Iesum Christum & cepit eum, quia *antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ, duci populi mei. Hæc dicit Dominus. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: & ecce sanaui te, & addam diebus tuis quindecim annos.* Sic Maria Magdalena quæ Christum in delicijs & vanitatibus perdidit, ipsum in amaritudine tribulationis cepit. Nam cum amare ad pedes ipsius fleret, vt etiam lacrymis lauaret, dixit ei Iesus. *Fides tua saluam te fecit, vade in pace*, quasi diceret. Tu cepisti me. Sic clauiger cœli Petrus, cum esset post trinam negationem in amaritudine cordis sui, & fleret amarè, Christum Iesum cepit, quando Christus eum oculis misericordiæ suæ respexit & ei peccata indulsit Matthæi 26.

Christus in mari tribulationis capitur.

Isa. 38.

4. Reg. 20.

Maria Magdalena.

Luc. 7.

Petrus cœli clauiger.

Sed est NOTANDVM, quod in piscatione quatuor sunt necessaria, vt piscatores capiant pisces. Primum est ipsorum sagacitas: Nam sagaces piscatores vtentes aliquibus industrijs, plus de piscibus capiunt quàm illi non vtentes. Dicit enim Petrus de Crescentia, de rurali cõmodo lib. 10. cap. 43. quod calce viua capiuntur pisces, si ipsa ponatur in sacco, etiam in aqua maxima stante, in paruo loco recluſa. Hic saccus si in aqua à duob. per totam foueam agitetur, omnes pisces quasi cæci veniunt in superficiem aquæ, vt sic facilè manu capiantur.

N

Ad piscationem requiritur.

I.

Sagacitas.

MORALITER dilectio veræ amicitiæ assimilatur calci ratione igneitatis. Nam secundum Isidorum: Propterea calx viua dicitur, quia quamuis sit actu frigida, occultum tamen in se continet ignem. Si enim aqua perfusa fuerit statim igneſcit, & quoddam mirabile accidit, vt dicit Augustinus de ciuitate Dei, quod calx ex aqua incenditur, ex quo omnis extinguitur materia ignis, & oleo extinguitur quo nutritur ignis. Similiter & veræ amicitiæ, si aliquando ad actus exteriores videantur frigidæ, quod non operantur, nec ostendantur exteriori signo, siue per impedimentum alicuius operationis, siue cum sit opportunum, tamen ignem viui amoris semper seruant in intimis cordis, quia dicit Sapiens Prouerb. 17. *Omni tempore*, scilicet aduersitatis sicut & prosperitatis, *diligit, qui verus amicus est*, quia superueniente aqua alicuius tribulationis, vel necessitatis, tunc ille ignis, id est, interior amor erumpit, & exterius in opere se ostendit. Ideo Salomon ibidem subdit, quod *frater in angustiis comprobatur.* Vnde veræ dilectionis ignis, in aqua tribulationum & angustiarum magis accenditur, quo ad Deum & ad homines. Quo ad Deum, dicit glossa ordinaria, super verbo prædicto, *Omni tempore diligit, &c.* Qui Deum verè amat, omni tempore custodit eius amorem, nec in angustia eius passiones deserit, quem in tranquillitate pacis confessus est. Sed quo ad homines dicit Valerius Maximus, quod sinceræ fidei amici, præ-

Vera amicitia viuæ calci similis.

Verus amicus in tribulatione cognoscitur.

Mundi prosperitas, dilectionē Dei exstinguit.

ci, præcipue in aduersitate, vel aduersitatibus cognoscuntur, sed oleo consolationis & prosperitatis calx dilectionis quasi exstinguitur, quia prosperitas mundi exstinguit & tollit dilectionem Dei, sicut homini in prosperitate posito, non est necessaria magna dilectionis signa ostendere, ne fortè æstimetur quod propter illius vtilitatem & eius prosperitatem diligat. Ideo Philosophus dicit in Ethicis, quod ad amicum in aduersitate positum, eundem est sæpe & citò, sed ad amicum positum in prosperitate, raro & tarde.

Ex quo patet, quod per calcem viuam dilectio designatur, quæ semper ignem amoris in se tenet, per quem Christus facile capitur. Nam de Maria Magdalena vera amatrice, legitur, quod Christum dilexit in prosperitate & aduersitate, scil. passionis. Propter quod cum post resurrectionem eius staret ad monumentum, plena dilectione, meruit capere Christum, qui apparens ei dixit. Ioan. 20. *Mulier quem quæris?* quasi diceret. Si quæris me, ecce propter dilectionem tuam adsum, & amor tuus cepit me. Ideo dicit Bernar. in flo. li. O bone Iesu quàm benignus, quàm suauis es, quàm dulcis, quàm amandus quàm amplexandus, quàm totus admirabilis, quàm verè domine Iesu Christe desiderabilis. B. homo, qui te amat, & amplectitur, & exspectat.

II. Auræ tranquillitas.

SECVNDVM q̄ in piscatione necessariū est auræ tranquillitas, quia in tempestate non est bonum piscari: Nā piscatori imminet periculum, & pisces petunt fundum.

MORALITER, cor peccatoris est quasi mare tempestuosum, sicut testatur Esa. 57. Cor *impij quasi mare feruens; quod quiescere non potest*: & quā diu tale cor est tempestuosum, & insanit post mundi peccatum, tam diu non capit Christum Iesum, quia ipse est sapientia sumi Patris, quæ *non introibit in malevolam animam*, id est, in animā cui placet peccatū; *Nec habitabit in corde subdito peccatis*, id est in homine subdito carnalib. vitijs. Sap. 1. Cū aūt sedatur talis tempestas peccati, & mens hominis peccatoris cum Deo pacificatur, tunc Christus capitur & piscatur, quia secundum Psal. 75. *In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion.* Sion interpretatur specula, & est specula locus altus & eleuatus, à quo potest homo de facili circūspicere à se procul, sicut in turribus castrorum patet. Mons autem Sion, est animus viri aut hominis iusti altus, per contemptum mundanorum & terrenorū, & aptus ad longum speculandum, quæ sunt à remotis, videl. per considerationem cœlestium & futurorum. In isto monte est quies; quia sicut in cacumine altissimorum montium, non sunt turbationes ventorum, nec inundationes pluuiarum, semperq; ibi est quies & securitas, sic in mēte hominis iusti, de qua dicit Seneca. Mens sapientis sicut cœlū super sphærā Lunę, vbi non fiunt peregrinæ impressiones: & talis mens benè capit in se Christū.

III. Varia instrumenta.

TERTIVM est instrumentorum multiplicatas. Qui n. vult capere pisces, nunc piscatur retibus, nunc hamis, interdumq; sportulis, & sic de alijs. Ita & tu si vis capere Christū, necesse est te piscari, nunc rete fidei, aliquando hamo spei, interdum sportulis caritatis. Sicut quædam mulier deuota fecit, de qua legitur in libro de dono timoris, quæ cum aliquando caruisset consueta visitatione spirituali, & diuina, timens ne nimis tardaret, vel veniens nimis citò recedere, allocuta est virtutes Theologicales supradictas, dicens. FIDES mea: ad Dominum vade, & adiura eum per omnes articulos, scil. incarnationem, natiuitatem, baptismum, passionem, sepulturam, resurrectionem, &c. quæ de eo creduntur, vt veniat. SPES mea: exspecta eum, & para ei hospiciū. CHARITAS mea: cum venerit, tene eum, ne recedat, Cumq; sic seipsam

Deuotæ mulieris piscatio.

& vir-

A dixerit mihi quis? dic cui credam, si non credam Deo meo? Quæ ergo ad me? Ut ego ipse non sim mihi ad me. Quæ ad me? Ut ego ipse non sim mihi ad me. Quæ ad me? Ut ego ipse non sim mihi ad me. Quæ

Christo absenti cum pharisæis detrahebant, dicentes eum potatorem vini, & amicum publicanorum, &c. Sed in præsentia eum derisoriè laudabant, ideo similes fuerunt cuidam vermi, quæ dicitur sanguisuga qui secundum Isidorum est mollis & flexuosus os habens triangulum, & in ore fistulam habet, cum qua sanguinem sugit, venenosis sæpe insidet vt eorum sugat sanguinem, siue humorem, in aqua calida & in tempore calido faciliter se applicat ad sugendum. Sic & isti vel quilibet adulatores, sunt quasi vermes abominabiles, detestabiles, & despecti.

Adulatores sanguisugis similes.

Et PRIMO sunt quasi molles, quia mollia & blanda verba proferunt coram illis, quibus adulantur, propter quod adulatio ipsorum per Doctores, oleo comparatur, quo diabolus vngit suos, qui in extremis laborant. Hoc oleo vngit etiam diabolus homines, quos flectere non potest vt ad malum molliat. De quo Psalmo 140. *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Super quo dicit Augustinus. Oleum, est falsa laus adulatoris, quæ mentes hominum à rigore veritatis emollit.

SECVNDÒ sunt flexuosi, quia semper flectuntur ad partem illam vbi credunt placere. Sicut fecit quidam histrio cuiusdam regis. Hic, si videbat regem infirmari, & se infirmum simulabat; rege tristi existente, & ipse tristis erat: eo verò læto, cum eo lætabatur. Et quo ad hoc similantur adulatores Chamæleonti, quod est animal secundum physologum in aëre viuens, quod calorem habet varium, & in momento mutabilem, ita vt cui rei se coniungit illius coloris fiat. Quia si quis loquitur de colore albo, dicunt adulatores quod est albus sicut nix; si de colore nigro, statim subiungunt, quod est niger sicut carbo, & sic de alijs. Ecce flexuositas.

Adulatores Chamæleonti similes.

TERTIO habet os triangulum, id est, genera trium verborum: diuiditur n. os eorum adulationem, mendacium, & detractionem: quia in præsentia habent os adulantis, in absentia verò mendacis, & detrahentis. Sed tunc cum adulator sub specie oscŭli, ad modum Iudæ, tradit hominem hostibus, id est, sub specie amicitiæ hominem interficit. Et rectè significatur per Ioab. 2. Regum 20. de quo legitur quod dixit ad Amasam. *Salue mi frater, & tenuit manu dextra mentum Amasæ, & percussit eum in latere, & mortuus est.* Ideò dicit Sapiens. *Iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.* Prouerb. 16. Nam ad literam, Amasa fuit amicus Ioab, quia erat eius germanus, erant enim de duabus sororibus vt patet 2. Regum. 17. Sed ad malam viam ipsum perduxit, scilicet ad mortem, quæ est omnium rerum terribilissima. 3. Ethicorum. Ideò interdum melior est homini detractio vel mendacium adulatoris, quàm eius adulatio.

Adulatoris os triplex.

QVARTO habent fistulam in ore suo, id est, fallacem dulcedinem verborum, cum qua ipsi sugunt & attrahunt ad se beneficia temporalia. Quod enim vident residuum, hoc attrahunt ad suum vsum. Et ponitur de ipsis illud Ioelis 1. *Desiduum erucæ comedit locusta*: vbi per locustam intelligitur adulator, quia sicut æstate camit, & hyeme silet, sit adulator eos laudat qui habent æstatem prosperitatis. A laude eorum verò silet, qui habent hyemem aduersitatis. Vnde Eccli. 13. *Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum eius vsque ad nubes producent. Pauper locutus est, & dicunt, quis est hic?*

In ore adulatoris fallax dulcedo.

QVINTÒ ipsi insident rebus & cadaueribus venenosis: vbi per cadauera venenosa intelliguntur mali domini, & Prælati qui semper tales volunt secum habere, vt sic ex verbis eorum lætificentur, quia de ipsis Oseæ 6. *In malitia sua lætificauerunt regem,*

Adulatores remorsum conscientiæ dominis tollunt.

quia

quia cum domini malè agunt conſcientia ipſorum vtiq; conturbatur, quia dicit Auguſtinus. Voluiſti domine & ita eſt, vt omnis inordinatus animus ſit ſibi ipſi pœna. Sed adulatores auferunt talem turbationem & remorſum conſcientiæ cum adulando dicunt eos bene feciſſe, & laudant eos in ſua malitia, & lætificant eos. Sed de talibus dicit Propheta Iſa. 5. *Væ qui dicitis malum bonum.* Et in eodem. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus* Et Prouerb. 24. *Qui dicunt impio iuſtus es maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus.* Hoc ad literam fit de adulatoribus dominorum. Nam impie facientibus dominis erga ſubditos pauperes, eius occaſionem exactionis inueniunt: dicunt adulatores. Iuſtè fecit dominus, iſte benè meruit, cum tamen in modico, vel in nullo digno tali exactione exceſſit. Quare talibus maledicent populi, abominabiles erunt coram Deo. Iuxta illud Prouerb. 17. *Qui iuſtificat impium* ſcilicet dominum *& condemnat iuſtum*, ſcilicet ſubditum, *vterq; abominabilis eſt apud Deum.*

NOTENT. hæc adulatores,

SEXTO adulatores tempore calido & in aqua calida, videlicet proſperitatis adhærent diuitibus, vt honorem, id eſt, dona, lucra, & commoda ab eis ſugant. Vnde Hugo de ſancto Victore. Adulator eſt in obſequio hoſtis, id eſt in animo corruptus, in omni verbo turpis, in omni facto & ad proſpera lætus, & fragilis ad aduerſa. Et tales fuerunt iſti nuntij qui Ironicè Chriſtum laudabant, dicentes: *Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces:* & hoc adulatoriè & fraudulenter dixerunt, tamen in veritate ipſe erat, & veritatem docuerat. Vnde Auguſtinus ſuper canonicam Ioannis. Cathedram, inquit, habet in cœlis, qui corda docet in terris. *Et idem.* Prædicatores verba formant, ſermones componunt, ſententiam proferunt, ſed mentes illuſtrare non poſſunt. Et ideo Gregorius in homilia. Niſi Deus intus ſit qui doceat, in vanum lingua doctoris laborat. Quapropter Chriſtus eſt verus magiſter, quem tamen ex malitia Phariſæi, magiſtrum appellant. Gloſſa autem explicat lucidius malitiam ipſorum.

Adulatores in omnibus fallaces.

Tripliciter contingit aliquem veritatem non dicere. PRIMO ex parte docentis, qui non nouit veritatem, vt ſunt multi ignari ſacerdotes & paſtores, qui quod docent non didicerunt, & illi non poſſunt excuſari quia dicitur diſt. 38. Ignorantia. Si in laicis videtur intolerabilis inſcientia, quantò magis in his qui præſunt, nec excuſatione digna nec venia. Et B. Auguſtinus in lib. quæſtionum, & ponitur 37. diſt. Non omnis ignorans immunis eſt à pœna. Ille ignorans poteſt excuſari, qui quod diſceret non inuenit. Illis autem ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent operam non dederunt. Ideo eadem diſtinctione, cap. Vt itaq;, dicitur. Imperitia ſacerdotibus debet eſſe aduerſa, quoniam per ignorantiam cæcati, alijs ducatum præſtare cœperint, ambo in foueam cadunt, vt dicitur in Pſalm. 68. *Obſcurentur oculi eorum ne videant.* Cum enim obſcurentur illi qui præeunt ad ferenda onera peccatorum, vel ad corrigenda vitia ſubditorum, facile ſequentes inclinantur ad peccata. Et diſt. 38. cap. Ignorantia, dicit canon. Ignorantia clericorum quæ errorem mater eſt, maxime in ſacerdotibus Dei euitanda eſt, qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. Sed econtrà dicunt Phariſæi ad Chriſtum. *Magiſter ſcimus quia verax es*, &c. quaſi dicerent. Tu es plenus ſcientia diuinæ veritatis.

Veritatem non dicere contigit tripliciter. *I.*

Ignorantia Sacerdotib. vitanda.

SECVNDO ex parte Dei timore poſtpoſito, quidam veritatem quam de Deo nouerunt non purè enunciant. De hoc 3. quæſt 5. cap. Accuſatores, dicit Calixtus Papa, amor carnalis, & timor, atq; auaritia, plerunque ſenſus hebetant humanos, & peruer-

II. Amor carnalis hebetat ſenſus.

Digitized by Google

peruertunt opiniones, vt quæstum pietatis putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. Sed contra hoc dicunt Pharisæi Christo. *Et viam Dei in veritate doces.*

III. Amor & timor impediunt ab enunciandæ veritate.

TERTIO, aliqui veritatem non solent docere ex parte proximi, quem amant & timent, vt sunt nonnulli prædicatores in aperta prædicatione, & timidi confessores principum, potentum, diuitum, vsurariorum, & eorum vxorem, in occulta confessione, qui non liberè in corrigendo peccata pronunciant veritatem. Vnde Chrysost. 11. quæst. cap. Nolite timere. Non solum ille proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem, palam mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronuntiat, quam libere pronunciare oportet. Et contra hoc Pharisæi. *Et non est tibi cura de aliquo*, quasi dicerent. Nullum times, sed liberè prædicas, & dicis veritatem: *Non enim respicis personas hominum*, vbi dicit Gregorius: Personam hominum accipere, est hominem non quia homo est, sed propter aliquod circa ipsum, honorare, quod intelligitur de honore in iudicio, vbi iudex hominem propter potentiam, vel diuitias non debet honorare.

R. In personarum acceptione peccatur tripliciter.

VBI NOTA quod acceptio personarum est, iniustitia qua persona præfertur personæ propter causam indebitam, & committitur tripliciter. PRIMO in *honorum exhibitione.* De qua Iacobi 2. *Fratres mei, nolite in personarum acceptione fidem Domini nostri IESV CHRISTI habere. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores.* Super quo dicit Augustinus. Absit domine, vt in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ diuitium, aut præ ignobilibus nobiles, quoniam potius *infirma mundi eligis, vt fortia quæq; confundas.* Sic Christus non respexit personas hominum, quia dicitur Actorum 10. Roman. 2. *Non est acceptor personarum Deus.*

I.

1. Cor. 1.

II. SECVNDO committitur in *iudicij executione.* Nec sic Christus acceptor personarum erit in iudicio finali: quia Salomon dicit Sapien. 6. *Non enim subtrahet Dominus personam cuiusquam Deus*, qui est dominator omnium, *nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus.* Nam iudices terræ interdum parcunt propter beneuolentiam, interdum propter impotentiam, interdum propter negligentiam. Sed non Christus.

6. Sap. 6.

PRIMO enim vt dicit Holkot lectione 79. *non subtrahet personam cuiusquam Deus.* Cautela est frequenter apud iudices mundi, quod persona rea subtrahitur certo tempore, ita quod non comparet. Vnde iudex pro illo die nihil faciet contra eum: sed ista cautela in iudicio Christi nihil valebit, quia nullus pro tunc poterit se absentare. 2. Corint. 5. *Omnes nos*, inquit, *manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; prout gessit.*

SECVNDO, nulli parcet propter impotentiam, propter hoc dicit. *Nec verebitur personam cuiusquam*, quasi diceret. Non dimittet propter potentiam, aut timorem potentiæ regum, aut principum, nulliusq; creaturæ. Et hoc probat sic. Nullus artifex terretur de eo quod fecit, potest enim destruere, quando vult, quia omnis artifex potior est artificio, sed Deus fecit pusillum & magnum, vt in Psalmo 99. *Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos.*

Sap. 6.

TERTIO, Nulli parcet Deus propter negligentiam, & quo ad hoc dicit quod *æqualiter est illi cura de omnibus*, & consequens non plus negligit punire vnum quàm alium. Sap. 12. *Non est alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas, quoniam non iniustè iudicas iudicium.*

Sed

Digitized by Google

Sed econtra est in iudicio huius mundi, vbi parcitur diuitibus, sed non pauperibus: & sic est acçeptio personarum. Et de hoc loquitur pulchrè Innocentius de vilitate humanæ conditionis. Pauperum causam cum mora negligitis, diuitum causam, cum instantia promouetis. In illis rigorẽ ostenditis, cum illis ex mansuetudine dispensatis; illos cum difficultate respicitis, ipsos cum fauore tractatis; illos negligenter auditis, istos subtiliter auscultatis. Clamat pauper, & nullus exaudit; loquitur diues, & omnes applaudunt; clamat patiens. & nullus eum audit; vociferatur, & non est qui iudicet. Si forte pauperũ causam suscipitis, illos remissè fouetis. Cum aũt diuitum causam assumitis, illos pertinaciter adiuuatis; pauperes despicitis, diuites honoratis, istis reuerenter consurgitis, istos despicabiliter conculcatis. *Et infra.* Væ, inquit, vobis, & contra vos dicit Propheta Ierem. c. 5. *Magnificati sunt & ditati, & inditium pauperis non iudicauerunt.* Sed in lege Deut. c. 1. præcipitur; *Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis sicut magnũ, nec accipietis cuiusquam personã.* Hæc ille.

TERTIO fit acceptio personarum in *dignitatis promotione* quam prohibet Dominus 1. Reg. 16. loquens de Eliab, qui erat altæ staturæ quem Samuel propter hoc vngere volebat in regem super populum Israël. *Non*, inquit, *aspicias vultum eius, neq; altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum.* III.

Sed circa hoc dubitatur vtrum acceptio personarum sit peccatum? *Ad hoc dicitur* quod sic, propter istam rationem quam ponit Holkot vbi supra. Omne quod opponitur iustitiæ vel veritati, vitium est & peccatum, sed acceptio personarum opponitur iustitiæ. Ergo, &c. Quæstio de acceptione personarũ.

Est enim NOTANDVM quod ad iustitiam pertinet, vt bona diuersa, diuersis distribuantur personis, secundum valorem & dignitatem personarum. Quando ergo aliquis considerat in persona aliquam conditionẽ, quæ facit eum indignum illo, eo quod est sibi consanguineus tunc est acceptio personç. Si autem considerat aliquam conditionem in persona, quæ quidem personam facit dignã beneficio conferendo, tunc non est acceptio personæ. Secundum hoc glossa ad Ephes. 6. super illud, *Non est acceptio personarum apud Deum* dicit, quod iustus iudex causas attendat nõ personas. Omnis enim conditio quæ non facit hominem indignum illo negotio, ad quod profertur, refertur super istum modum loquendi ad personã. Sicut si attenderem in isto diuitias vel consanguinitatem, & propter istas conditiones promoueam eum ad Magisterium, vel ad Prælationem, acceptio personæ est: quia causa me mouens non est conditio, quæ facit eum dignum honore collato. Sed si attendam in isto consanguinitatem, & propterea lego ipsi decem marcas vel instituo eum hæredem, & dimitto extraneũ, non est acceptio personæ, sed causæ: quia ista scil. causa facit eum dignũ & proportionatum huic, scil. beneficio, quod est consequi, scil. patrimonium.

Sed contra hoc possit aliquis dicere. Conferre beneficium Ecclesiasticum propter consanguinitatem, est acceptio personæ, sed hoc non est peccatum, sed charitas ordinata, quia dicit Apostolus ad Galat. 6. *Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.* Et 1. Timoth. 5. *Si quis suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, infidelis est, & infideli deterior.* Sed domestici sunt illi qui attingunt consanguinitatem. *Ad hoc dicendum est.* Quod aut consanguinei prælati sunt minus digni simpliciter, etiã per respectum ad beneficiũ conferendũ. Similiter pro respectu ad bonũ cõmune aut sunt æque digni, vt alij. In primo casu promouere eos & dimittere dignio- S

res, est acceptio personarum. Idem in omni dispensatione spiritualium, quorum non est Dominus sed tantum dispensator, 1. Corinth. 4. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.*

Quis cõsanguineus alteri præferendus.

In SECVNDO casu licet præferre Prælato consanguineos suos; & saltem in hoc casu possunt esse acceptores, & potest de eis magis confidere, quod negotia Ecclesiæ cum eo vnanimiter tractabunt. Dicit enim S. Thomas in quodlibeto. Si consanguineus sit æquè dignus, potest Episcopus eum præferre nisi ex hoc scandalum oriatur, vel aliqui exinde malum exemplum capiant, vt quando probabiliter timetur, quod aliqui Prælati ex hoc exemplo inducantur ad donandum beneficia suis consanguineis, etiam minus dignis, aliàs in hoc casu licet satisfacere naturali amori, qui contrarius charitati non est.

Si vero consanguineus sit minus idoneus, non debet eum præferre postposito meliore duplici ratione.

PRIMO, quia infideliter agit dispensator, qui negotium Domini gerens nõ meliorat cum possit.

SECVNDO quia hoc videtur ad acceptionem pertinere. Conditio autem consanguinitatis, non est conditio pertinens ad curam Ecclesiæ, quæ non obtinetur iure sanguinis, sed diuino munere. Si autem esset conditio faciens ad negotium, circa dispensationes patrimonialium bonorum. Si Episcopus prouideat suo consanguineo minus idoneo, non est acceptio personarum.

Tertia pars concionis.

Quantum ad TERTIVM, subiungit falsam ipsorum interrogationem, cum dicit. *Dic ergo nobis, quid tibi videtur licet censum dare Cæsari an non?*

T

An & quomodo Census sint licici.

Pro quo NOTA. Census isti habent originem suam à Romanis. Cum enim totum mundum sibi subiugassent, omnis ager ipsorũ fuit, propter quod ponebant vnum Capitaneum quem Principem vocauerunt, quasi primitias capientem, quia de omni agro subiugatorum recepit Census, de quibus tenebant milites & vasallos in expensis. In Authent. Vt neq; miles. §. Cum domo Dei. Colla. 8. Pace autem iam facta, videbatur ei nimis fatigabile, quod milites tenere deberet in expensis, propter quod agros militibus & vasallis concessit, vt de illis seruirent, & hoc stipẽdium nominatur, vt in Authent. vbi supra. Et non solum, sed vt sibi solitarij in expensis prouiderent. Milites autem & vasalli agrum rusticis locauerunt, & conduxerunt pro pactis. Quod nos censum vocamus. C. de agric. de cens. lib. 12. quia quilibet in locatione & traditione rei suæ, potest ponere legem quam vult, Extra de condit. appos. c. Verũ. Et 18. q. 2. Eleutherius: & hoc non est dolus, quia scienti & volenti nõ infertur dolus. C. de transact. lib. 2. Et talia pacta debẽt custodiri, Extra de pactis. c. Antigonus. Quicquid igitur subditus de huiusmodi subtraheret, furtũ esset quia cẽsus qui ab antiquo fuit impositus, sine dolo & fraude integraliter debet dari, & nõ dans, peccat mortaliter. De hoc vide plura parte prima sermonum Dominicalium. V. A. ideo, dixit Christus. *Date quæ sunt Cæsaris Cæsari.*

An temporalibus Dominis licitũ sit Tallias imponere subditis.

Circa hoc dubitatur vtrum domini temporales possint licitè imponere tallias & exactiones de nouo, & si tenentur eis Christiani obedire. *Et videtur quod non*, per glossam, super illud Matth. 17. *Ergo liberi sunt filii regni*, in omni regno; tunc multo magis sunt liberi filij illius regni, sub quo sunt omnia regna terrena. *Sed oppositum* illius dicit Apostolus Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.*

Pro

Pro dubitatione dicit Richardus in ſcripto tertio principali. quæſt. 1. quod ex corruptione quæ in nobis eſt per peccatum, proni ſumus ad peruertendum ordinem iuſtitiæ, tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, ideò oportuit eſſe aliquos qui poteſtatem in ſpiritualibus habeant & aliquem principalem, & aliquos ſub eo qui habent poteſtatem in temporalibus, vt ſic ordo iuſtitiæ ſeruetur tam in temporalibus quàm in ſpiritualib. Habenti aũt poteſtatẽ iuſtitiæ, tenentur Chriſtiani obedire, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus, in his ad quæ ſe extendit poteſtas illius; non autem in alijs de neceſſitate, niſi forte in caſu, vbi propter ſcandalum neceſſarium eſſet obedire.

Quinam teneantur Tallias, de nouo impoſitas, ſeruare.

Sed ad videndum, vtrum imponunt tallias de nouo, quæ non vergunt niſi in vtilitatem dominorum temporalium; *Dicendum eſt* de ſubditis, quod vel ſunt liberi vel ſerui. Si ſerui, tenentur in omnibus, quia ſunt poſſeſſio dominorum, vt dicitur 1. Politicorum. Vnde, ſi fugiant, domino reſtitui debent: Extra de ſeruis non ordinandis. Si autem ſunt liberi, aut dominus eorum dominatur eis politicè, tunc diſtingue, aut ex parte dominorum, quod aut eſt rex, vel princeps, vel dominus inferior. Si inferior, non poteſt imponere, & ſi imponit non credo quod teneantur ipſi obedire, maximè cum ſine conſenſu regum vel principum: Et hoc probatur per ſimile.

Eccleſijs nõ imponendi noui Cẽſus.

Prohibetur enim Epiſcopis, Abbatibus & Prælatis, & alijs, ne nouos cenſus imponant Eccleſijs, nec veteres augeant. Extra de cenſibus & exactionibus. c prohibemus, & cap. Innouamus, hoc habetur expreſsè. Nec quisquam alicui nouas pedagiorum exactiones, ſine auctoritatè & conſenſu principum, ſtatuere aliquo modo præſumat. Si autem quis contra fecerit, & monitus non deſiterit, donec ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana. Si autem dominus, eſt rex, aut princeps, tunc poteſt hoc facere pro vtilitate boni communis, tamen penſata ſubditorum facultate, & negotij qualitate & quantitate. Si autem illæ talliæ in nullo ſunt ad vtilitatem boni communis, tunc nec rex nec princeps poteſt de nouo imponere tales tallias liberis, quia non ſunt poſſeſſiones dominorum; & ſi eas imponunt, ſubditi non tenentur obedire, quia ſuæ exeunt limites poteſtatis. Hæc Richardus.

Ad rationem in oppoſitum, ſecundum eundem, filios regni vocat Chriſtianos illos, qui omnia temporalia propter Chriſtum reliquerunt; & verum eſt, quod tales non debent tributa dare ſed alij, quia dicitur. 23. quæſt. 8. c. Secundum canonicam. Cenſus pro agro Eccleſiaſtico neq; domib. agris, vel hortis, iuxta Eccleſiam poſitis, eſt perſoluendus, neq; de manſo aliquo aliquod ſeruitium, faciant, niſi Eccleſiaſticũ.

Caſus in quibus vltra ordinarium, licet exigere cẽſum à ſubditis.

Eſt tamẽ NOTANDVM ſecundum Raymundum & Hoſtienſem, quibus concordat S. Thom. in epiſtola quadam ad Comitiſſam Lotharingiæ & Brabantiæ. Sunt aliqui caſus in quibus dñi, vltra tributa vel cenſum conſuetũ à ſubditis poſſunt exigere.

PRIMVS, pro defenſione terræ ſuæ, ad hoc tenentur omnes non ſolum de rebus ſed etiam corporali labore, vt ſic ſe ipſos ſaluent. 22. q. 1. c. Fortitudo. *I.*

SECVNDVS, ſi dominus vult ire in exercitum indictum ab eccleſia vel principe, contra hæreticos vel paganos, nec ipſe ad hoc ſolus ſufficit, poteſt tunc à ſubditis auxilium petere ſed moderatum. *II.*

TERTIVS, ſi in bello, ex parte ſua fuit iuſte captus ab hoſtibus, & non ſufficit ſe redimere absq; graui damno. *III.*

QVARTVS, ſi vult ire ad Principem pro obtinendo priuilegio ſpecialis protectionis, pro ſe & ſubditis ſuis. *IV.*

Digitized by Google

V. QVINTVS, quando maritat filiam suam, acquirit sibi affines aut amicos, aut quando facit filium suum militem, aut accipit Feudum suum, vel nouum feudum acquirit, vel quando sine culpa depauperatus est, vel obligatus est, dum tamen semper moderatè, & non grauamen exigant. 10. quæst. 3. c. Vnio, circa medium, Extra de censibus c. Dum Apostolus. §. Prohibemus. Quando vero dominus sine iusta causa extorquet à subditis, tenetur ad restitutionem. Nam si velit ludere, vel vltra vires ad vanitatem expendere, & tunc à subditis extorquere, non tenentur ei obedire.

Dubium. Sed dices: Quid de illis Dominis qui extorquent à subditis volentibus recedere ab eis, decem vel viginti marcas, vel accipiunt de bonis ipsorum mobilib. quantum volunt, quod vulgariter vocãt die Nachsteur.

Responsio. *Dicunt Doctores*, quod tales domini peccant, & tenentur ad restitutionem, nisi certum esset quod in principio in concessione terræ, fuisset expressè impositum tale onus, dum tamen vltra modum non aggrauant recedentes, possit tolerari, vt dicit Gulielmus.

Quarta pars concionis. Quantum ad QVARTVM ponit Christi diuinam cognitionem, cum concludit: *Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census, &c.*

V MORALITER. Numisma census est denarius datus, vel dandus, pro censu qui valebat decem denarios vsuales, & habebat imaginem Cæsaris: & benè significat animam cuiuslibet hominis figuratum per decimam *drachmam perditam, diligenter quæsitam & tandem inuentam*. Lucæ. 15. Et hæc quidem anima ad similitudinem denarij requirit aliqua ad hoc vt sit bona.

Imago Cæsaris in numismate animam hominis designat.

I. PRIMVM habeat regis imaginem. Iste rex Deus omnipotens cuius imago secundum Augustinum est anima munda & immaculata, quo ad memoriam, rationem, & voluntatem; vt si bona meminerit, nouerit, & velit, bona est. Vnde dicit Isidorus. Mens quando Dei memor ad ipsum contemplatione ascendit, vt eum intelligat & diligat, imago Dei dicenda est. Cui concordat Anselmus. In hoc, inquit, imago Dei sumus, dum quod bonum ei videtur, apud nos sit bonum; & quod malum ei videtur, apud nos sit malum.

Vt sit imago

Circa hoc SCIENDVM: in nobis duplex est virtus, scilicet intellectus & sensus. *Intellectus* est quoddam diuinam in nobis, per quod ascendimus ad superiora, & Deo similes sumus. Vnde secundum hanc virtutem cognoscitiuam dicimur ad imaginem Dei facti. Sed *sensus* qui est secundæ virtus cognoscitiua, in quantũ non obedit rationi, est quid brutale vel bestiale, cuius sensus si prosequimur appetitum, & secundũ eius iudicium viuimus inconsulta ratione, infra naturam humanam detrudimur & bestijs similes efficimur & imago Dei deturpatur.

Propter quod venerabilis Boëtius in libro 4. de consolat. philos. prosa. 3. dicit. quod auari lupis ferocibus, & inquieti canibus, insidiatores vulpibus, iracundi leonibus, pauidi ceruis, pigri asinis, inconstantes auibus, & libidinosi suibus similantur cũ dicit: Auaritia feruet, alienarum opum violentus ereptor? similem lupo dixeris. Feroxque inquietus, linguam litigijs exercet? cani comparabilis. Insidiator occultis subripuisse fraudibus gaudet? vulpeculis exequatur. Iræ intemperans fremit? leonis animum gestare creditur, Pauidus, ac fugax non metuenda formidat? ceruis similis habeatur. Segnis, ac stupidus torpet? asinum viuit, id est, viuit asininè, vel assumit sibi nomen asini viuendo. Leuis atque inconstans studia permutat? nihil ab auibus differt

differt. Fœdis, immundiſq; libidinibus immergitur? ſordidè ſuis, id eſt, immundæ ſcrophæ, voluptate detinetur. Et concludit Boëtius. Ita fit, vt qui probitate deſerta homo eſſe deſierit, cum in diuinam conditionem tranſire non poſſit, vertatur in belluam. Hæc Boëtius. Et quilibet talis poteſt dicere cum B. Auguſtino: Impreſſiſti mihi Domine imaginem tuam ſuper omnia amabilem, quam dolens impreſſi nimis odibilem. Reſpice ergo anima mea & luge, nec fine ruitu cordis tui, toleres horrorem interiorem vultus tui. Et merito lugere debent tales deformati: nam cum venerint ante Chriſtum, interrogabit, cuius eſt hæc imago? Et ſi vellent dicere; Domine, tua eſt. Reſpondebit ille; mentimini. Ego dedi vobis animam rationalem vos autem apportatis beſtialem; & tunc dicit angelis ſuis. *Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris*, vbi per Cæſarem intelligit dæmonem, qui & princeps mundi dicitur. Ioan. 12. Ideo dicit venerabilis Boëtius in tractatu de ſummo bono. Væ vobis hominibus, quaſi diceret, cum diabolo habebitis æternum væ: væ, qui de numero beſtiarum computati eſtis, diuinum quod in vobis eſt, videlicet intellectum, non cognoſcentes per quod ad ſuperiora aſcenditis, & ſecundum quod Deo ſimiles eſtis.

II. Vt habeat ſuperſcriptionem

SECVNDVM, vt habeat ſuperſcriptionem quæ ſuperſcriptio ſunt decem præcepta, quæ conſiſtunt in duobus, videlicet in amore Dei & proximi, Matthæi 22. Qui enim Deum diligit, idola non curat, falſa non iurat, ſabbatha non violat. Sed qui proximum diligit, parentes honorat; non occidit non furatur non mœchatur; non iniuſte teſtatur; non alterius vxorem, aut res deſiderat; ſed omnia quæ ſunt proximo contraria vitat. Iuxta illud Matth. 7. *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines eadem & vos facite illis.*

Hæc eſt ſuperſcriptio, quam impreſſit rex cœleſtis animæ cuiuſlibet hominis, quam ſi coram ipſo habuerit, & ipſe interrogauerit. Cuius eſt hæc ſuperſcriptio? dicunt angeli. Hæc eſt ſuperſcriptio Dei. Et tunc dicit quæ ſunt Dei, Deo reddite.

Diaboli ſuperſcriptio. Infidelitas.

Sed hæc notans diabolus, ſcribit in animam hominum ſuperſcriptionem infidelitatis, vt in omnibus paganis, Iudæis, & hæreticis & incantatoribus, aut incantatricibus: qui omnes directo greſſu vadunt ad damnationem: Quia *qui non credit, iam iudicatus eſt.* Ioan. 3. Vel imprimit alijs ſuperſcriptionem blaſphemationis, aſſiduę iurationis, ſabbathi fractionis, proximi occiſionis, furti, adulterij, & ſic de alijs. Et ſi hanc ſuperſcriptionem per pœnitentiam non deleuerint ſed cũ ipſa ante Deum venerint, dicet. Cuius eſt hæc ſuperſcriptio. Reſpondent angeli Cæſaris, id eſt diaboli: & tunc diabolus repetet quod ſuum eſt. Et certe Deus ſecundum ſuam iuſtitiam non negabit, immo dicet. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari & tunc ſecundum Gregorium 8. moralium. Horrendis modis fiet mors miſeris ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, & quia mors ſemper viuit, defectus deficere neſcit.

Blaſphemia, &c.

III. Vt habeat ponderoſitatem.

TERTIVM, vt habeat ponderoſitatem aut grauitatem. Et ſicut duplex eſt anima, videlicet bona & mala, ſic & duplex eſt grauitas, ſcilicet virtutum & vitiorum. Quæ enim *bona anima* eſt, habet grauitatem virtutum, & præcipue humilitatis: quia habens tranſire per arctam portam, & baſſam: niſi inclinatus fuerit, & ſe breuiorem oſtio exhibuerit, tranſire non poterit, immo ſi tranſire erectè tentabit, læſo capite retrocadet. Hæc eſt via, quæ ducit ad patriam, & oſtium quo cælum intratur magnæ arctitatis, in tantũ vt Chriſtus comparet eam foramini acus. Quare, per illa nõ poteſt pertranſire elatus, niſi per humilitatis grauitatem fuerit inclinatus, Matth. 18. *Niſi*

Digitized by Google

conuersi fueritis, & efficiamini, sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Figura Genes. 43. dicit Ioseph fratribus suis antequam agnosceretur ab eis. *Nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum, non videbitis faciem meam.* Frater vero ille vocabatur Beniamin, quo adducto ad Ioseph per fratres eius, inuitauit eos Ioseph & Beniamin duplicem portionem donauit.

X Beniamin significatio.

SPIRITVALITER per Ioseph subaudi Deum Patrem, qui filium suum propter nos humiliatum, statuit in medio nostro. Et hic est Beniamin & interpretatur filius dextræ, hic ergo per humilitatem *factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis propter quod dicit* Pater *illum exaltauit*, & dedit ei duplicem portionem, videlicet distributionem gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Istum ergo paruulum fratrem nostrũ ducamus nobiscum, scilicet sequendo vestigia eius, scilicet humilitatis quod si non fecerimus, Dei patris faciem non videbimus: Quia iniustum est vt putredo & vermis non humilietur, vbi rex angelorum humiliari dignoscitur.

Philip. 2.

Alia est grauitas vitiorum de quibus Psalm. 37. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Ista grauitas deprimit vsq; ad infernum, sicut de hoc dixi Sermone. XLIIX. B. Qui dicitur 4. Physicorum, cap. 6. Si esset aliquod graue quod in instanti & subito descenderet, diceretur, quod illud foret infinitæ grauitatis, quia sine proportione velocius descenderet, quocunq; graui, quod in tempore moueretur. Sic peccator est adeo grauis, quod moriens velociter descendit ad medium terræ. Vnde Iob. 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt*, quia quod est punctus in magnitudine, hoc est nunc instans in tempore: Ergo peccatum est onus graue, immo infinitæ grauitatis. Igitur legitur Zach. 5. quod vidit Zacharias mulierem quandam sedentem in amphora, habentem in ore suo massam plumbi, & dictum est prophetæ. *Hæc est impietas.* In signum quod *omnis iniquitas oppilabit os suum* & est grauis: Iuxta illud Eccles. 22. *Super plumbum, quid grauabitur?* Ideo propter grauitatem peccati populus ad væ æternum descendet: si se hic non corrigit pœnitendo: Ideo Isaiæ 1. cominatur peccatoribus. *Væ inquit genti peccatrici, populo graui iniquitati.*

Psalm. 106.

Y Desperandũ non est de homine quãtumuis grauis sit in peccato.

EST tamen NOTANDVM quod quantumcunque homo sit grauis & ponderosus per peccata, & continuè descendat cadendo, nunquam tamen est de ipso finaliter desperandum. *Ratio huius est*; Si graue aliquod cadat ab alio, quantumcunque à sumo ceciderit, si possit ante casum ad terram, repelli à linea casus non cadet grauius, quam si cecidisset à loco, in quo à linea casus est expulsum. Vnde si homo caderet à tecto domus, & dum esset in cadendo, alius stans supra terram, eum repelleret manu à recta linea sui casus, ille ad terram cadens non plus læderetur, quam si à loco depulsionis à linea casus tantumodo cecidisset, ita quod totum nocumentum casus qui præcessit per illam vim depulsionis impeditur.

MORALITER homo cadit continue, quando est in peccato, secundum lineam rectam versus centrum terræ, quod est infernus. Sed sunt homines stantes & non cadentes, videlicet sancti viri in Ecclesia, qui eum per prædicationes, vel orationes, vel pœnitentiæ sacramentũ, à linea sui casus depellunt; & tunc non cadit, nisi vt omnis homo comuniter per mortẽ. Sed anima de casu non læditur nec aliquam pœnam sentit pro casu, si peccatum in hac vita remittatur, vt dicit Holkot lectione 25.

IV. QVARIO quod habet inflexibilitatem, quia molles & instabiles à Domino reprobantur

bantur, ideo consuluit Sapiens Eccles. 5. *Esto firmus in via Domini*, quia ad hoc à Domino tuo confortaris. Et in Ecclesia canitur: *Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum.* In quo autem hæc fortitudo consistit, ostendit beatus Gregorius. Iustorum, inquit, fortitudo est vincere carnem, propriis voluptatibus contraire, vitæ præsentis delectationem exstinguere, aspera quæque pro æternis gaudiis tolerare, blandimenta prosperitatis contemnere, & aduersitatis metum per omnia superare.

Vt habeat inflexibilitatem.

Iustorum fortitudo in quo consistat.

Et dicitur NOTANTER. *Estote fortes in bello*; Vbi NOTA. Fortitudo non solum est in stando, sed etiam in fuga; quia apud bellicosos quamuis fuga communiter videatur inhonesta, tamen aliquando inuenitur laudabilis. Vnde si esset aliquis qui sciret simul fugere, & pugnare, notabiliter benefaceret factum suum. Sicut enim legitur de Tartaris contra Christianos pugnantibus, qui simul equis insidentes fugiunt, & tamen insequentes à tergo sagittant. In hac enim vita bellum habemus contra multos hostes, qui tamen non per vnum modum pugnandi, nec vno genere vinci possunt. Nam diabolus vincendus est per resistentiam, & contra pugnans debet esse stabilis. Quia dicit Petrus in 1. Canon. 5. cap. *Diabolus aduersarius vester, tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide*, scilicet formata charitate. Sed caro & mundus vincuntur per bonæ fugæ prudentiam, ita quod vni tantum habemus resistere, & duos habemus fugere.

De *resistentia* qua diabolo debemus resistere, Metricè dicitur.

Hostis non ladit, nisi contentatus obedit.
Est leo si cedit, si stat, quasi musca recedit.

De *fuga* verò qua à carne fugit, dicitur similiter metricè.

Cede, Venus cedit; iuxta, magis improba ladit,
Si fugias Veneris prælia, tutus eris.

De *mundo* verò constat, quod per fugam vinci debet. Exemplo Christi proponentibus sibi mundi vanitatem cum eum volebant facere regem *fugit in montem*, Ioan. 6. *Figura* ad hoc 2. Regum 2. vbi legitur, quod Abner ille bonus miles, filiorum trium Sariuæ, Ioab, Abisai, & Asaël, duos euasit per fugam, tertium scilicet Asaël euadere non potuit, sed resistens occidit. Quod etiam carnalis voluptas est fugienda, vide supra Sermone XIV. B. & XXI. G.

V.

Vt denarius habeas puritatem.

QVINTVS est, quod habet puritatem, & hæc puritas consistit in sapientia & castitate.

Z

Sapientia triplex.

PRIMÒ enim debet esse aureus per diuinam sapientiam aut spiritualem. Et dicitur NOTANTER *spiritualem* aut *diuinam sapientiam*: quia sunt & aliæ duæ sapientiæ scilicet *mundialis* & *bestialis*, quæ sunt quasi denarij cuprei.

1.

Mundiales quam habent ambitiosi. 1. Cor. 3.

PRIMVM videlicet *mundialem* habent cupidi & ambitiosi. De qua 1. Cor. 3. *Si quis inter vos vult esse sapiens, fiat stultus, vt sit sapiens*, scilicet sapientia quæ desursum est. *Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum.*

2.

Bestialem habent lubrici.

SECVNDVM videlicet *bestialem* habent lubrici & voluptuosi. De quo Rom. 8. *Sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta.* Hanc sequuntur voluptuosi, qui totam suam sollicitudinem ad carnis delicias procurandas apponunt.

TERTIA autem est *spiritualis* & facit animam hominis auream, & Deo acceptam. Coloss. 1. *Impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia, & intellectu spirituali.*

rituali. Et Iacobi 3. *Quæ desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica.* Per primam excludit sapientiam bestialem. Per secundam mundialem, quæ nunquam pacificatur, sed semper in tribulatione & in bello est. De hoc loquitur Gregor. 10. moralium, exponens illud Iob. 12. *Deridetur iusti simplicitas.* Iustorum, inquit, sapientia est, nihil per ostentationem fingere sensu, verbo, opere, sed vera diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quàm facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Hæc iustorum simplicitas deridetur, & à mundi sapientibus fatuitas putatur. Quid enim in mundo stultius, quàm amissa non quærere, possessa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis injuriis impatientiam reddere, immo ad nutum aliis patientiam præbere? quasi diceret, Nihil. Hanc sapientiam spiritualem habent solum illi solidi & virtuosi, in quibus ipsa sapientia est doctrix per sapientiam, ductrix per prudentiam, defensatrix per potentiam, mediatrix per amicitiam, moderatrix per iustitiam.

Sapientia habet quinque actus.

I. Est Doctrix.

PRIMÒ igitur est *doctrix* per sapientiam, quod patet Sap. 9. vbi dicitur de sapientia. *Scit enim illa omnia*, videlicet necessaria ad salutem, *& intelliget.*

II. Ductrix.

SECVNDÒ est *ductrix* per prudentiam. Est enim prudentia recta ratio agibilium, vnde ad prudentiam pertinet benè consiliari circa totam vitam hominis, & benè eligere, quia sine prudentia nullus potest habere virtutem moralem, sicut docet Aristoteles 6. Ethicorum. Et quantum ad hoc, dicit Salomon vbi supra. *Deducet me in operibus meis sobriè*, id est, mensuratè, secundum mensuram rectæ rationis. Dicitur etiam sobrius, quasi secum habens briam, id est, mensuram.

III. Defensatrix.

TERTIÒ, sapientia est *defensatrix* per potentiam; & hoc tangit Salomon. *Et custodiet me*, inquit, *in sua potentia.* Sap. 9. scilicet ab omni aduersitate, scilicet ne vitiosè succumbam. Ideo dicit Psal. 120. *Dominus custodit te ab omni malo*, scilicet per sapientiam.

IV. Mediatrix.

QVARTÒ, est *mediatrix* per amicitiam, & quo ad hoc dicit Salomon vbi suprà: *Et erunt accepta opera mea.* Istud propriè Christus facit homini qui est sapientia Dei Patris. Nam per meritum Christi omnia opera nostra fiunt Deo accepta, ad Titum 2. *Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum suum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.*

V. Moderatrix.

QVINTÒ, sapientia est *moderatrix* per iustitiam: facit enim hominem iustè regere subiectos. Et quantum ad hoc dicit Salomon vbi suprà. *Et disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei.*

Animæ puritas consistit in Castitate.

SECVNDÒ, puritas animæ consistit in castitate. Est enim argentum album, & significat albedinem castitatis & puritatis quam accipit homo post baptismum, aut post pœnitentiam, quam debet tenere vel vltra se immunditiæ tradere. Stultus enim iudicaretur, qui vestibus albis indutus, in lutum se prosterneret sponte: & talis est luxuriosus, propter quod dicit Psalm. 31. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus:* Et quidam Sapiens dicit. Si homo libidinis fœditatem intelligeret, potius ad modum ranæ ad finem vitæ suæ, si possibile foret, in fimo lateret, quàm se illa fœdaret. Si igitur talis denarius fueris, summo regi acceptus eris. Et dicit finaliter. *Date Deo quæ Dei sunt.* Quod nos vt audire mereamur, concedat nobis Pater & Filius & Spiritus sanctus,

Amen.

DOMI-

DOMINICA XXIV. POST TRINITATIS.

Sermo primus.

Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum dicens: Domine, filia mea modo defuncta est; sed veni, impone manum super eam, & viuet. Ita scribitur Matth. 9. & Marci 5. & Lucæ 8.

A

MAs liquore plenum, si motum fuerit, supereffundit liquorem vt videmus. Et sicut est de vase pleno, sic est de pio Domino. Nam pius Dominus, vt rex vel princeps, plenus misericordia, pietate & clementia, se omni petenti faciliter impertitur & exaudit, & suam pietatem largiendo ostendit. Sicut legitur in gestis Romanorum, quod Titus Imperator ita pius fuit, quod omni petenti se, aut dona contulit, aut promissa vouit: ita quod etiam diem, in qua munera proximo non dedit, aut aliquam pietatem ostendit, perdidisse se dixit: ac si vellet dicere. Dies ista mihi concessa fuit, vt pietatem in ea exercerem, sed non feci; ergo eam perdidi. Et ergo misericordia dicitur principibus innata, ob quam causam dicuntur gratiosi, & eos valde decorat, Seneca teste, qui ait de clementia Neronis. Et si tales sunt Domini terreni, multo plus princeps & rex cœlestis Dominus noster, qui plenus est misericordia. Iuxta illud Psalm. 32. *Misericordia Domini plena est terra.* Ergo petitiones nostras ad Deum dirigere debemus confidenter, nec paruipendere orationes nostras, quas ipse Dominus æstimat maximas. Ad hoc hortatur Bernardus in sermone. Nemo vestrum paruipendat orationes suas, quas ipse, quem adoramus, non paruipendit. Ipse enim prius quàm ex ore progreditur, eam scribere iubet, & dare vult illud quod petimus, quod nobis viderit melius expedire. Ex qua pietate & plenitudine misericordiæ, petentem principem profilia exaudiuit, & mulierem se sequentem à fluxu sanguinis liberauit vel sanauit, vt dicit Euangelium, in quo Euangelista tria principaliter tangit. *Primò*, principis pro filia deuotam petitionem. *Secundo*, mulieris Hæmorrhoissæ piam curationem. *Tertio* filiæ mortuæ potestatiuam restitutionem.

Titi Imper. misericordia.

Misericordia principibus innata.

B

QUantum ad PRIMVM, tangit principis pro filia deuotam petitionem cum dicit. *Ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum.* Circa quod NOTANDVM, quod exemplo illius principis ire debemus ad Christum. PRIMÒ enim quasi ad splendorem. *Ipse enim est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius*, scil. Patris, ad Hebræos 1. Et splenduit in claritate vitæ famæ & doctrinæ, quare necesse est, vt ad ipsum accedamus, & in prædictis fulgeamus.

Accedendū ad Christum tanquam ad lucem.

I.

ET PRIMÒ splendere debemus claritate vitæ, quo ad nosmetipsos, in conscientia intrinsecus, vt contineamus lucem more solis, & non more lunæ. Sol enim sic fulget, quod habet lucem incorruptam per totum. Luna vero non sic. Ideo semper apparet maculosa, & quædam macula in ea est, quæ habet quasi vmbram hominis portantis fasciculum spinarum, vt dicunt vetulæ.

Claritate vitæ splendere debemus.

ISto modo homines quidam in Ecclesia Dei splendent more solis, quia fulgent in conscientiis suis, absque maculis mortalium peccatorum, vt de quolibet exponi

poſſit illud Eccleſ 50. *Quaſi ſol refulgens, ſic iſte refulſit in templo Dei.* Et Matth. 13. *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Patris ſui*: vbi per regnum intelligitur: *Vno modo* præſens Eccleſia, in qua deuoti homines fulgent in bona vita ſicut ſol. Mali verò ſplendent ſicut Luna, quia licet aliquando ſint claræ famæ, ſunt tamen vmbroſæ conſcientiæ, vbi interior homo portat faſciculum ſpinarum, videlicet pungentium peccatorum; & tales ſplendere non poſſunt, niſi peccata abſtergant. Iuxta illud Baruch. 6. *Niſi aliquis exterſerit rubiginem, non fulgebit.*

C Claritate famæ ſplendere debemus.

SECVNDÒ neceſſe eſt vt ſplendeamus in claritate famæ quo ad extraneos, quia dicit Auguſtinus 11. q. 3. cap. Non ſunt audiendi. Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra, quia videmus quamdiu candela ſplendet & ardet, eſt delectabile negocium & vtile. Sed ſi exſtinguitur, locum circumſtantem facit tenebroſum & fœtet, ſicut dicit Ariſtoteles libro Animalium. Iſte fœtor eſt ita nociuus mulieri prægnanti, quod ſi ſit vehemens, facit eam abortire, & occidit fœtum: Iſto modo ſe res habet, præſertim, & præ omnibus aliis, cum quolibet viro Eccleſiaſtico, qui candela lucens & ardens in Eccleſia conſtituitur. Et ille quidem, quamdiu eſt bonæ famæ, delectabilis eſt & vtilis, dando bonũ exemplum aliis. Quando autẽ exſtinguitur vento tentationis, & committit aliquod notorium peccatum & publicum; ſtatim relinquit circa ſe locum tenebroſum, & fœtet per infamiam. Et iſte fœtor nocet perſonis exiſtentibus in propoſito ſanctè viuendi. Sanctum enim propoſitum, eſt conceptus vel fœtus mentis, & iſte fœtus frequenter in bona perſona, Spiritu ſancto conceptus, per fœtorem peccati ſcandaloſi ſuffocatur, & locus vicinus efficitur tenebroſus, quia ſtatus Eccleſiaſticus per tales contemptibilis & deriſibilis iudicatur; Et ideo tales magnum contemptum faciunt in Eccleſia Dei, quia populares trahuntur in exemplum malæ vitæ, dum vident fieri talia à paſtoribus, vt patet Extra de voto, & voti redemp. C. Magnæ, vbi dicitur. Prælati debent agere id quòd expediat: quod enim à Prælatis agitur, facilè trahitur à ſubditis in exemplum. Ideo dicit Gregorius in paſtoral. cap. 3. Nemo amplius Eccleſiæ Dei nocet, quàm qui peruersè agens, nomen vel ordinem ſanctitatis habet; delinquentem enim redarguere nullus præſumit: in exemplum culpæ vehementis extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator hortatur. Hæc Gregorius. Sed quando Eccleſia habet homines ſplendentes & luminoſos, à laicis honorabiliter honorantur. Iuxta illud Tob. 13. quod dicitur de qualibet perſona luminoſa. *Luce ſplendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te*, id eſt, honorabunt, ideo debent accedere ad Chriſtum, vt illuminentur, vt ſic honore digni reddantur. *Accedite*, inquit, Pſal. 33. *ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.*

Eccleſiaſticus notoriè peccans, fœtet per infamiam.

D Accedendũ ad Chriſtũ tamquã ad Doctorem.

SECVNDÒ, accedere debemus neceſſariò ad Chriſtum, quaſi ad Doctorem, vt diſcamus. Vnde diſcere debemus triplici de cauſa, ſcilicet ne ignoremus, aut negligamus, aut vt repudiemus. De hoc diſt. 37. c. Legimus, vbi ſic dicitur. Legimus aliqua ne negligamus, legimus ne ignoremus, legimus non vt teneamus ſed vt repudiemus; gloſſa, libros Hebræorum. Rationem autem quare diſcere debeamus, ponit Propheta, Daniel. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Ideo legitur Ioan. 3. de Nicodemo principe Iudæorum, *qui acceſſit ad Ieſum nocte*, vt ab eo diſceret fidei ſecreta. Et diſcipuli acceſſerunt ad Ieſum. At *ille aperuit os ſuum, & docebat eos* octo beatitudines. Matth. 5. Sed iam principes & nobiles mundi minimè accedunt ad Chriſtum.

Quinam ad Chriſtum

vt

vt audiant veritatem, & doceantur, quia putant se sapientes esse, cum tamen stulti facti sunt, de quibus Ierem. 4. *Sapientes sunt, vt faciant mala, bona autem facere nescierunt:* Ideo comminatur eis Dominus Isa. 5. *Va vobis, qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.* Et non solum nobiles raro accedunt ad Christum, sed nec etiam ignobiles & scabini, & aduocati, cæteriq́ue ciuitatem officiales & diuites, nisi vbi prædicatores adulantur. Iuxta illud Isaiæ 30. *Loquere nobis placentia,* & audiemus te. non accedunt.

Sunt autem aliqui, qui cum semel audierint prædicationem æstimant se multa didicisse, & sic nolunt accedere ad Christum, cum tamen in modico tempore non potest quis multum addiscere. 48. dist. cap. 1. Quia nemo repentè fit summus de pœnit. dist. 2. c. Si serm. Quare homo debet semper addiscere dum hic viuit; quia dicit Iurisconsultus. Si vnum tenerem in sepulchro, addiscere vellem. ff. de fideicommissa. liberta, lib. 1. & 24. q. 3 c. Si haberes.

Sunt & alij, qui nunquam accedunt ad Christum, vt illuminentur & doceantur; & hi similes sunt venenosis animalibus, de quibus Plinius in speculo naturali. Cuncta quidem animalia venenosa, antra petunt atq; obscura latibula ex natura. Cuius ratio est. Nam egressa terræ exhalatione, venenum suum hauriunt venenosa animalia vniuersum, secundum Constantinum, ideo diligunt caliginem & obscurum. Sic omnes venenosi peccato & scelere, in damnationem quidem animæ suæ semper petunt mentis suæ caliginem, quod patet ex hoc, quia nunquam properant ad sermones vbi illuminentur cœci mente. Ideo dicit Richardus de S. Victore. Quanto enim quis maiori præoccupatur scelere, tanto magis delectatur mentalis caignis cœcitate: & quia hic diligunt mentis caliginem, in futuro habebunt infernalem. Quia Matth. 22. dicitur. *Proycite eos in tenebras exteriores, &c.* Nolentes ad Christũ accedere, quibus similes.

TERTIÒ, accedere debemus necessariò cum isto principe Iairo ad Christum, tanquam ad medicantem, vt conualeamus exemplo illius mulieris. (quam quidam propter verba S. Ambrosij de Salomone c. 5. Tom. 4. existimant fuisse Martham, sororem Magdalenæ, dum dicit; Dum largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dũ dæmones pellit ex Maria dum corpus re diuini spiritus calore constringit, &c.) quæ fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis, & per amissionem sanguinis debilitatam & infirmatam se sentiens, confidenter accessit ad Christum, tanquam ad cœlestem medicum, qui salutem animarum non lucrum pecuniarum quæsiuit: ipsa namque vt dicitur. Luc. 8. *Omnem substantiam erogauerat in medicos,* sed à nullo curari potuit, quia hæc curatio fuit summo medico reseruata. Ideo ad Christum veniens, non in domo, neque in ciuitate, sed in itinere, quia ipsa quasi immunda secundum legem ab hominibus fuit separata, quia dicitur. Leuit. 15. *Mulier, quæ patitur fluxum sanguinis multis diebus, immunda erit.* Accedendũ ad Christũ tanquam ad Medicum.

Sed nunc mulieres talem infirmitatem habentes non sunt ab ingressu Ecclesiæ, nec ab omni consortio separandæ, quia dicit August. dist. 5. c. Ad eius, quod per hoc quod inuita patitur iniustum est, vt Ecclesiæ priuetur ingressu. Et tunc ponit humilis mulieris accessum, quia accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. In hoc secundum Remigium eius humilitas est laudanda, quia non ad faciem, sed retro accessit. indignam se iudicauerit tangere Dominicos pedes. In hoc culpantur illi viri, vel etiam mulieres illæ, qui vel quæ cum grauibus peccatis ad altare, vbi Christus Laici nõ de-

E

bent ſtare circa altaria dum peraguntur diuina.

ſtus præſens eſt corporaliter in ſacramento, poſt conſecrationem accedere præſumunt, vt in faciem etiam ſacerdotis reſpiciant; quod tamen inhibitum eſt, vt Extra de vita & honeſt. cleric. C. Vt laici, & pmittit gloſſa. Statuimus; ſecus quando myſteria celebrantur, ſtare vel ſedere minimè præſumant. Quapropter peccatores retro ſacerdotem, vel longè ab eo ſtare debent, propter verecundiam. Conſiderare enim debet homo, an ſit in peccato mortali, an non. Si in mortali ſcit ſe eſſe, tunc eſt in indigniori ſtatu quàm canis, vel porcus, vel bufo, cum ſit debitor duplicis mortis, temporalis videlicet & æternæ illi verò vnicam mortẽ debent. Si verò neſcit ſe eſſe in mortali vel in ſtatu ſalutis, ſed ſcit ſe quandoq; fuiſſe debitorem mortis æternæ, & neſcit vtrum peccatum ſit ſibi dimiſſum, quia dicit Salomon. Eccleſ. 9. *Sunt iuſti atq; ſapientes, ſcilicet inter homines, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit: ſed omnia in futuro ſeruantur incerta*, tamen adhuc habet homo cauſam ſe humiliandi; ſicut & tunc ſi ſciret eſſe in ſtatu gratiæ, videret tamen in ſe negligentiam proficiendi, & impoſſibilitatem ſtandi, facilitatem cadendi, & difficultatem reſurgendi, & debilitatem minima vitia vincendi. Ideo dicit Gregorius: Humiliare debet nos mortis neceſſitas, vitæ breuitas, ſtandi impoſſibilitas, lapſus aſſiduitas, & ſurgendi difficultas, miſeriarum multiplicitas, ſuperborum angelorum irrecuperabilitas, ipſiusq; humilitatis nobilitas. Hæc ille. Deinde ponit Euangeliſta mulieris huius fidelem cogitatum. *Dicebat enim intra ſe*, id eſt, in corde ſuo cogitauit. *Si tetigero tantum veſtimenta eius, ſalua*, id eſt, ſana, *ero. Et conuerſus Ieſus vidit eam, &* dixit. *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit; & ſalua facta eſt mulier in illa hora.*

Cauſæ cur nos humiliare debemus.

F

In infirmitate Chriſtus quærendus, non incantatores aut ſortilegi, &c.

NB.

Ecce iſta mulier in illa infirmitate quæſiuit verum medicum Chriſtum, nec acceſſit ad quenquam incantatorem aut incantatricem vel ariolum. Contra quod multæ mulieres infideles, vel etiam multi viri infideliores faciunt, qui incantatoribus diuinatoribus, ſortilegijs, & alijs huiuſmodi erroribus, & maleficijs multiplicibus credunt, vel qui falſa remedia contra infirmitates hominum, vel etiam animalium characteribus tribuunt, vel aſſumunt, vel qui nequitioſis conſilijs diaboli, malè ſe vindicando, ſanis ægritudinem immittunt. De his dicit Auguſtinus 26. q. 7. C. Non obſeruetis: Qui talibus credunt, vel ad eorum domum euntes, aut ſuis domibus introducunt, & interrogant, ſciant ſe Chriſtianam religionem & baptiſmum præuaricaſſe, & paganum & apoſtatam, id eſt, retro abeuntem Dei inimicum, & iram Dei grauiter incurrere, niſi Eccleſiaſtica pœnitentia emendati, Deo reconcilientur. Et idem Auguſtinus lib. de ciuitate Dei dicit, & ponitur 26. q. 5. C. Nec mirum, ante finem.

Obiectio.

Reſponſio.

Si autem quilibet opponat & dicat: quomodo eueniunt illa, quæ illi diuini prædicunt futura? aut quomodo poſſunt præbere ægris medelam, aut ſanis intromittere ægritudinem, ſi aliquid propriæ virtutis & poteſtatis non habent? Hoc à nobis *recipiant reſponſum*, quòd ideo quisq; non debet eis credere, quod aliquando eueniunt quæ prædicunt, aut ſanare videntur languidos, aut ſanare ægros, vel lædere ſanos: quia hoc permiſſione DEI eſt, vt ipſi qui hoc audiunt vel vident, probentur & appareant quales ſint fide & deuotione erga Deum, ſicut in Deut. c. 13. legitur Moyſes ex verbo Domini præcepiſſe populo Dei, ita dicens. *Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerint quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur Deos alienos quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an non.*

Sed

Digitized by Google

Sed hic incidentaliter posset aliquis dicere, quod licitum sit per somnia diuinare, quia dicitur Sap. 18. *Visiones quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant*, ergo illæ visiones fuerunt significatiuæ futurorum. Et in scriptura sacra legimus multos diuinasse. Genes. 37. de Ioseph legitur. *Vidi per somnium, quasi solem & lunam, & stellas vndecim adorare me.* Quod postea sortiebatur effectum cum vndecim fratres sui eum adorauerunt in Ægypto. Et Iudic. 7. de somnio, mediante quo confortatus fuit Gedeon. Pro quo NOTANDVM, vt trahitur ex dictis. Aug. lib. 22. super Genesin, & Aristoteles de somno & vigilia. Et etiam in libro suo Albertus de somno. Somnia sumunt originem multipliciter; aliquando à *corpore humano*; aliquando ab *anima*; aliquando à *corporibus cœlestibus*; aliquando à *spiritibus bonis*; aliquando à *spiritibus malis*.

G
An per somnia liceat diuinare. Genes 42.

Origo somniorum, vnde?

Ex parte quidem *corporis* in homine originantur somnia communiter: Quando enim in corpore superabundat humiditas, vtpote humor phlegmaticus, accedens ad organum phantasiæ, phantasia format sibi idolum simile illi humori, & apparet homini, quod sit aqua, vel gustat potum. Similiter quando humor dulcis vel phlegmaticus, descendit à capite, apparet homini quod gustet dulcia. Consimiliter cholera nimis superabundante in corpore, somniat homo frequenter de incendijs, & conflagratione domorum, & huiusmodi. Et sic narrat Albertus, quendam somniasse picem ardentem infusam fuisse in ventrem suum, & causa fuit, quia in eo abundauit cholera nigra, vnde exsurgens emisit choleram migram ex magna quantitate. Talia ergo somnia, manifestè significatiua sunt futurarum infirmitatum vt frequenter. Et dicit Commentator de somno & vigilia quod nullus homo sit qui vidit somnium, quod non annuntiauerit ei aliquod futurum, & de talibus somnijs benè informantur medici ad iudicandum de conditione infirmi.

I.
A corpore humano.

Aliquando verò somnia originantur ex parte *animæ*, vnde homines soliciti, & cogitationes circa negotia frequenter habentes, somniant de istis & eisdem. Iuxta illud Eccles. 5. *Multas curas sequuntur somnia.* Et hæc est causa, quare homines frequenter somniant de amicis suis & notis, & plura uident de eis quàm de extrancis. Amici enim procul existentes, maximè solliciti sunt ad inuicem, vt dicit Aristoteles de somnio & vigilia. Hæc etiam est causa quare dediti vilitatibus in vigilia, vilia somnia in dormiendo habeant. Similiter etiam tantus potest esse habitus honestatis in vigilando, quod persona non assentiat fœditatibus & voluptatibus carnalibus in dormiendo, sicut docet Augustinus. 10. Confessionum cap. 31. vigilando talem habitum honestatis potest acquirere quod virtute illius habitus dissipabuntur fantasiæ malæ, quæ se semper ingerunt dormienti.

II.
Ab anima.

Aliquand o somnia causantur in homine virtute corporum supercœlestium. Nam corpora cœlestia influendo virtutem corporib⁹ nostris, alterant corpora nostra in somno, & tunc solet inde phantasia formare sibi species & idola, conformia qualitatibus causatis in corpore à cœlo, & sic apparent animæ aliqui effectus futuri, sicut debilitas vel sterilitas corporum, vel sterilitas terræ, & huiusmodi: sicut fuit de somnio Pharaonis, & de septem bobus, & de septem spicis. Genes. 41.

III.
A corporib. cœlestibus.

Aliquando originantur in nobis somnia à spiritibus bonis, sicut patet Matt. 2. de angelo qui apparuit in somnijs Ioseph, & in angelo qui apparuit Magis, & in alijs locis scripturæ possumus consimile dicere. Tale videtur fuisse somnium Simonidis poëtæ, de quo narrat Valeri⁹ lib. 1. cap. 7. Simonides cum ad littus nauẽ applicuisset, inhu-

IV.
A spiritibus bonis.
Simonidis Poëtæ somnium.

inhumatum q; corpus reperiſſet, & illud ſepulturæ tradidiſſet, admonitus ab eo per ſomnium, ne proximo die inde nauigaret, & ſic in terra remanſit: & qui inde nauigauerunt, fluctibus & procellis in eius aſpectu obruti ſunt. Ipſe lætatus eſt, quod vitam ſuam ſomnio, quàm naui credere maluiſſet. Hoc ſomnium ab aliquo bono ſpiritu in recompenſationem pietatis Simonidis, factum creditur.

V. A ſpiritibus malis.

Aliquando in nobis originantur ſomnia à ſpiritibus malis, ſicut patet de vxore Pilati. Quæ otioſa, die Paraſceues dormitauit, & multa paſſa fuit per viſum de Chriſto dæmone immittente phantaſias & apparitiones, vt per eam redemptionem noſtrã impediret; Vnde mandauit viro ſuo Pilato, dicens. *Nihil tibi & iuſto illi; multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum*, Matth. 27. Et à tali ſpiritu videtur ſomnium illud cauſatum fuiſſe, quod narrat Valerius vb ſupra, de Caſſio Parmenſi. Huic dormienti homo quidam proceræ magnitudinis, nigri coloris apparuit, & ſqualida barba atq; capillo demiſſo: interrogatus per eum quis eſſet. Reſpondit: Cacedæmon. Perterritꝰ Caſſius, familiam excitauit, & quæſiuit ſi quis talis habitus cameram ſuam fuiſſet ingreſſus aut egreſſus. Reſponderunt, quod non. Rurſus ergo obdormiuit. Cui rurſus eadem ſpecies apparuit, & Caſſius ſibi lumen iuſſit afferre, & pueros ſibi aſſiſtere præcepit. Et ecce infra modicum tempus de mandato Cæſaris punitus eſt capite. Patet ergo quod ſomnia ſignificatiua ſunt euentuum futurorum.

Caſſii Parmenſis ſomnium.

H Dicit tamen philoſophus, licet ſomnia ſint ſignificatiua futurorum, aliquando tamen non eſt neceſſe euentum ſomniorum accidere: quia poſſunt perfectiores eis ea impedire. Sicut nubes ſunt cauſa pluuiæ, quando abundant, & ſignant futuram pluuiam, & tamen ab aliquo ſuperiori, diſpergendo eas, contingit impediri pluuiam. Conſimiliter in voluntarijs operationibus, quamuis aliquis habet conſilium ad aliquod faciendum, & futurum propoſitum ad idem; non eſt neceſſe tamen, q; ſic faciat. Poteſt enim fortius conſilium ſuperuenire, & totum mutare propoſitum, & ideo interpretator ſomniorum non debet dicere determinatè, ſic & ſic euenier, ſic ſomnium ſignificat; ſed debet adijcere conditionem, niſi fortior cauſa ſuperueniens impediat. Et ſic ſimiliter debent Aſtrologi diuinare. Vnde dicit Albertus vbi ſuprà, quod aſtrologi dicentes determinatè, quod talis effectus euenier faciunt ſcientiam aſtrologicam vileſcere, fortiori cauſa impediente; cum tamen in ſe non ſit defectus, ſed in aſtrologia determinatè & abſolutè ſententiam proferre, periculoſum eſt. Et S. Auguſt. 26. q. 2. c. Sors, dicit: Aſtrologia apud Catholicos in diſſuetudinem abijt quia dum propria curioſitate his nimis erant intenti, minus vacabant his, quæ pro ſalute animarum erant accommodata. Similiter de ſomnijs dicit Sapiens Eccleſ. 34. *Vana ſpes, & mendacium inſenſato viro; & ſomnia extollunt imprudentes.* Et iterum. *Multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis.* Et Metriſta dicit.

Aſtrologi non debent determinate de futuris effectibus loqui.

Somnia ne cures, nam fallunt ſomnia plures.

Ex his tamen patet, quod per ſomnia licet diuinare.

Sed diceres. Tamen Leuit. 3. prohibetur obſeruatio ſomniorum; Ergo eſt illicita. *Reſpondetur*, quod inhibetur ne ſuperſtitioſè hoc fiat, & nimis communiter: non quia aliquando non liceat, vt declaratum eſt. Hoc tamen de ſomnijs hic inſerui potius literatis ad legendum quàm laicis ad prædicandum, qui diſcere non poſſunt vnde ſomnia generentur & oriantur, &c.

Vide Holkot in lib. Sapient. lect. 202.

I Pro doctrina MORALI eſt NOTANDVM. Iſta mulier ſignificat quamlibet animam pecca-

peccatricem, quæ patitur fluxum sanguinis, id est, peccatorum, de quibus petiit liberari Dauid. Psalm. 50. *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ.* Hæc mulier si vult mundari, oportet primo egredi secretum cordis, quia peccatum non sanatur in secreto cordis, sed oportet in publicum venire per confessionem oris, quia dicit Sapiens Prouerb. 28. *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.* Glossa, in viam salutis, *qui autem confessus fuerit*, videlicet veraciter & integrè, *& reliquerit ea*, absque recidiuo, *misericordiam consequetur*, scilicet à Deo. Et Augustinus in expositione Psalmorum. Peccatorum morbus cum tegitur, inardescit; si confessionibus aperitur, euaporat. *Et iterum.* Illi, quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, ipsi ea confiteri vel emendare noluerint, Deum quem habent testem, ipsum habituri sunt & vltorem. *Et subdit.* Quid prodest hominibus humanum intrare iudicium, cum si in malo suo permanserint, ituri sunt in æternum, Deo retribuente, supplicium? Idem Augustinus super Psalmos dicit. In confessione venia est, in peccatis damnatio: vulnus medicum quærit, medicus confessionem exigit. Si iustus es, aperi conscientiam Domino, aperi simplicitatem pectoris tui, & puritatem cordis, & animæ sinceritatem. Si peccator es, confitere peccatum, non tegas conscientiam delictorum: quia non potest Deum latere via tua.

Confessio peccatorum necessaria.

Confessio veniam meretur peccata damnationem.

SECVNDÒ, quod hæc mulier accessit retrò, significatur in hoc, quod anima peccatrix debet multum pudorosè confiteri quia pudor vel erubescentia est magna pars confessionis, & maximè placet Deo in pœnitentibus, quia dicit Bernardus: Quantum displicet impudentia peccatoris, tantum placet erubescentia pœnitentis. De illo vero qui non habet erubescentiam in confessione, potest intelligi illud Ierem. 2. *Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Ideo dicit Bernardus: Melius est nunc erubescere coram paucis, quàm in futuro coram omnibus.

K'

Confessio debet esse verecunda.

TERTIÒ, mulier hæc tetigit fimbriam vestimenti eius, & sanata est. Quid per vestimentum Christi nisi humanitas eius, vel caro tegens ipsius Deitatem. De qua Apocal. 19. *Habebat in vestimento eius scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium*, quia Christus quasi homo omnia regens, & in omnibus dominabitur potestatiuè, sicut ipse dixit, Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Sed vestimenti huius fimbria, scilicet humanitatis, est passio, quam solum in humanitate & non in deitate suscepit: iuxta illud quod ponitur in glossa de summa Trinitate capit. Firmiter. Super hoc verbo *impassibilis*, videlicet secundum Deitatem.

Nil Isaac patitur, aries fit victima Christo.
Nec Deitas patitur; cum moriatur homo.

Tangere ergo fimbriam est credere & cogitare passionem, ex qua sequitur omnis curatio peccati, quia dicit Hugo de sacramentis. Piè recordandum est quod passionis Christi frequens meditatio tam corporalem quàm spiritualem releuat languorem. SPIRITVALIS languor est peccatum. Iuxta illud Boëtij 4. de consol. Phil. prof. 4. Sicut languor est morbus corporis, ita vitiositas est morbus animæ, & hunc morbum & languorem curat Christi passio. Et hoc est quod dicit Ioan. Apocal. vlt. *Vidit ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, & folia eius ad sanitatem gentium.* Ideo dicit Chrysostomus. Tota nostra salus in passione Domini nostri est posita. Quod considerans S. Bonauentura, in libello stiuuli amoris, parte 1. cap. 1. Ecce, inquit, aperta est ianua paradisi; & per lanceam *(Longini)* gladius versatilis est

Meditatio passionis Christi necessaria vt à peccatis sanemur. Philosoph. prof. 4.

Digitized by Google

amotus. Ecce lignum vitæ tam in ramis, quàm in ſtipite perforatum, in quibus foraminibus niſi pedes, id eſt, affectus poſueris, non poteris capere fructus eius. Ecce apertus eſt theſaurus diuinæ ſapientiæ & charitatis æternæ. Intra ergo per vulnerum aperturam, & cum cognitione delitias obtinebis. O quam beata lancea, & beati hi claui, qui apertionem huiuſmodi facere meruerunt. O ſi fuiſſem loco illius lanceæ, exire de latere Chriſti noluiſſem, ſed dixiſſem: *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Hæc ille.

Pſal. 131.

L Item alia doctrina MORALIS. Sciendum de filia Archiſynagogi, de qua dicit Dominus. *Puella non eſt mortua, ſed dormit.* Per hanc filiam ſignificatur anima peccatoris, quæ dormit in peccatis. Vbi ſecundum Robertum ſuper lib. Sap. lect. 192. Peccatum comparatur ſomno propter quatuor rationes: videlicet propter ſomni cauſationem, propter eius interpretationem, propter ſenſuum ligationem, & propter iudicij deceptionem.

Quatuor rationibus peccatum ſomno cõparatur.

PRIMÒ ergo dormitio ſiue ſomnus dicitur figuratiuè peccatum, propter ſomnij cauſationem. Cauſatur enim ſecundum Ariſt. lib. 1. de ſomno & vigilia, à vaporatione aſcendente ad cerebrum de nutrimento, qui quidem vapor per calorem aſcendit. Sed cum ad cerebrum peruenerit, propter cerebri frigiditatem infrigidatur ibidem, & cum materia illa fuerit grauis congelationis, nititur deſcendere. Deſcendendo autem per venas, obturat vias ſpirituum, per quos ſenſus exercent actus ſuos, & ſic cauſatur impotentia ſciendi & retractio caloris ad interius, & hoc eſt ſomnus, priuati videlicet actus ſentiendi per euaporationem, ſic eleuatam de nutrimento, & poſt infrigidatam. Sicut declarat Ariſtoteles, vbi ſuprà, per ſeptem ſigna. Vbi oſtendit, quod communiter hominis triplex diſpoſitio corporalis, facit hominem ſomnolentum naturaliter, videlicet ſi habet caput grande. Nam animalia habentia capita parua, & parum de cerebro, ſicut aues, parum dormiunt. Similiter animalia habentia cerebrum ſiccum, ſicut canes, videlicet melancholici, parum dormiunt ſecundum Ariſtotelem. Sed homo qui habet caput grande, & collum breue, & venas graciles, eſt naturaliter ſomnolentus; quia ſi venæ ſunt graciles, euaporatio calida & ſubtilis faciliter aſcendit cerebrum: & eadem vaporatio infrigidata in capite, & ingroſſata difficulter deſcendit propter gracilitatem venarum: & per conſequens diu retinetur vapor ille groſſus in capite; & quam diu tenetur ibi, obturat meatus ſenſuum, & tam diu manens ſenſus ligati, quod alias dormire ſimpliciter non ſcit.

Cauſa efficiens ſomnum.

I.

Triplex diſpoſitio ad ſomnum.

1.

SECVNDÒ, ſi habet caput grande, multum habebit de cerebro: & ſic multum de frigiditate in loco illo.

2.

TERTIÒ, ſi collum ſit breue, citius eueniunt euaporationes de ſtomacho ad cerebrum.

3.

Iſto modo eſt MORALITER. Si perſona habet caput grande, collũ breue, venas graciles, erit communiter per delicias & pigritiam ſomnolenta. Caput magnum eſt magna dignitas: ſicut eſt rex, comes vel miles, vel in Eccleſia Papa, Epiſcopus, Decanus, vel Præpoſitus. Collum breue, eſt parua caritas, Caritas enim eſt quaſi collum Chriſti in corpore myſtico, quod eſt Eccleſia connectens Chriſtum, qui eſt caput corpori ſuo, quo eſt Eccleſia. Vena eſt vas ſanguinis. Sanguis enim deſignat compaſſionem ad proximum. Et reuera quicunque habet magnam ſeculi dignitatem, & ad Deum paruam caritatem, & erga proximum, modicam pietatem, talis eſt neceſſario

Vena quid.

ſomno-

somnolentus. Isaiæ 14. *Omnes reges gentium vniuersi dormiant in gloria, vir in domo sua.* In cuius signum, *tres reges siue Magi, responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionẽ suam.* Matt. 2. Pauperib. pastorib. angelus apparuit vigilantibus, sed reges inuenit oppressos per somnum. Et ita est hodie: quia pauperes inueniuntur plerunque vigilantes ad ea, quæ salutis suæ sunt: Sed diuites in peccatis dormiunt, & post hanc vitam nihil meritorium in manibus suis inueniunt. Iuxta illud Psal. 75. *Dormierunt somnum suum*, scilicet in peccatis, *& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*: quia qui dormit in peccatis, nihil operari potest meritorii operis.

II. Interpretationi somniorũ comparatur peccatum.

SECVNDO peccatum comparatur somno per somnij interpretationem. Dicitur enim vulgo, (quamuis non semper sit verum,) quod recta interpretatio somnij est, exponere somnium per contrarium, sicut dicunt illi qui artem de significatione somniorum tradunt. Et certè isto modo est SPIRITVALITER. Nam somniantes de honoribus, dignitatibus, diuitijs, & delitijs in præsenti, in futuro ponentur in pœnis, doloribus, & miserijs. Per oppositum, afflicti in tribulationibus, & in tædijs, propter Deum in præsenti, in futuro gaudio replebuntur. Iuxta illud Psalm. 65. *Transiuimus per ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigerium.* Hoc est de quo Saluator discipulos suos præmonuit, quando erat ab eis de seculo recessurus. *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autẽ gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Ioan. 16. Gaudium enim mundanorum in tristitiam vertetur. Iob. 21. *Ducunt*, inquit, *in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

Fabula de Halcyone.

De istis somniis dicitur Eccles. 34. *Vanæ spes, & mendacium insensato viro, & somnia extollunt imprudentes.* Fingit enim Ouidius 11. Metamorphoseos, quod Halcyone miro modo seu feruore virum suum Ceycem dilexit, pro quo cum mare transire tentasset, & naufragium passus fuisset, Halcyone vxor sua casum nescienſ, omnibus Diis offerebat thura, & præcipuè Iunoni. Iuno non ferens vlterius lacrymas Halcyonis, vocauit Iridem fidelissimam nuntiam, & commisit ei, vt iret ad palatium Somni regis, & excitaret somnum, præcipiendo ei ex parte Iunonis, quod aliquem de filiis suis, hoc est, de somniis (quia somnia dicuntur filij somni) mitteret statim ad Halcyonem, qui ei dormienti ostenderet effigiem Ceycis viri sui iam in mari submersi. Iuit ergo Iris famula ad curiam regis, & iussa Iunonis compleuit. Habet autem somnus tres filios potentissimos, quos nunquam nisi ad nobiles reges & duces mittit. Primus vocatur Morpheus; Secundus Icelon, siue Phobetor; tertius Phantasus. Morpheus habet suum officium quod non effigiat in capite dormientis nisi humanam effigiem eum gestis & loquelis, & cum cæteris pertinentibus ad humanam naturam. Icelon causat effigiens brutorum & volatilium cum omnibus suis gestis ad bruta pertinentibus. Sed de humanis simulacris, vel de inanimatis nullatenus se intromittit. Phantasus causat præcipuè figuras in animatorũ, vt lapidum, montium, & domorũ. Rex ergo Somnus ducens secum primogenitum suum, iuit ad Halcyonem, quo cum peruenisset filius suus Morpheus posuit se in capite Halcyonis in effigie Ceycis naufragi, & mortui, & sic eã de morte mariti certificauit & voluntatẽ Iunonis expleuit.

Filij somni cum officijs.

M Mythologia de tribus filijs Somni.

Vult autem Ouidius per hos tres filios somni intelligi triplex genus sollicitudinis, quam mittit diabolus in corda hominum dormientium per negligentiam vitæ suæ. *Prima* sollicitudo est circa honores & dignitates. *Secunda* circa voluptates. *Tertia* circa diuitias.

Filius I. PRIMVS ergo filius mittitur ad ſuperbos, qui eis effigiat de nobilitate humana & dignitatibus, & honoribus & pompa ſeculi, in veſtitu & geſtu, & famulatu & equitatu.

II. SECVNDVS filius mittitur ad libidinoſos, & non repræſentat niſi ea, quæ ad bruta pertinent. De quo dicit Ariſtoteles 3. Ethic. cap. 1. quod illa delectatio maximè exprobrabilis eſt, qua delectamur non ſecundum quod ſumus homines, ſed ſecundum quod ſumus animalia. Talibus enim gaudere, & maximè diligere beſtiale eſt. Iſte filius cauſat in homine ſollicitudinem, & curam carnis, in deſideriis, cibis, & potibus venereis, & quiete. Iſti non habent curas ad honores, vel diuitias niſi ſecundariè, ſed tantum ad voluptatem.

III. TERTIVS filius ſomni mittitur ad cupidos. Iſte facit omnem cogitatum & inanimata, maximè circa aurum & argentum, terras & alia: quia ſi circa oues & boues ſollicitantur, hoc eſt ſecundariè, in quantum per talia pecunia eſt acquirenda. Et hi omnes per regem Somnum, id eſt, peccatum reguntur. Rom. 5. *Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen*: & iſte ſomnus diuitiarum voluptatum & honorum vertetur finaliter in paupertatem, vilitatem, & miſeriam, ideo dicitur Prouerb. 20. *Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat.*

Senſuum ligationi cõparatur peccatum. TERTIÒ, peccatum comparatur ſomno, propter ſenſuum ligationem. Dormiens enim ſenſus ſuos ita habet ligatos, vt de operationibus ſuis nihil exerceat, ſed eſt quaſi mortuus. Eodem modo dormiens per conſuetudinem malæ vitæ in peccato mortali, nihil poteſt interim operari meritorium vitæ æternæ. Dicit enim Ariſtoteles libr. de ſomno & vigilia, quod dormientes in dormiendo facientes opera vigiliæ, non poſſunt memorari operum illorum, ſed ſomniorum benè recordantur. Eodem modo facientes opera de genere bonorum, extra charitatem, non recordantur ſe fuiſſe pro eiſdem æternaliter præmiatos; & ſic iudicabunt illa non eſſe opera bona, ſed potius ſicut bonorum operum ſomnia præteriſſe. Iob. 20. *Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſibit velut viſio nocturna.*

Peccatum ſomniorum deceptioni cõparatur. QVARTÒ, peccatum comparatur ſomno propter iudicij deceptionem. Somnians iudicat ſe quandoque eſſe in magnis feſtis collocatum inter reges, & cum euigilat inuenit ſe fortaſſis in carcere compeditum; dormiens terribilia non timet, quia ſi quis ſtet ad caput dormientis cum gladio euaginato, nihil timet: ſed de phantaſiis proprij capitis, quæ ſibi nocere non poſſunt, timet. Eodem modo dormientes in peccatis, falſum habent iudicium. Nam tribulationes ſeculi, quæ ſunt phantaſticæ, nimis timent. Pœnas verò æternas non formidant, quorum quilibet poteſt dicere illud Iob. 7. *Terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties*, Eccli. 40. *Somnus noctis immutat ſcientiam eius.*

Quibus peccator indigeat, vt à peccatis excitetur. 1. Oratione. Ecce patet quod peccatum ſimilatur ſomno, & peccans ſomniat ſiue dormit. Talis ſi debet ſuſcitari, *Primo* indiget oratione in fide videlicet illuminaturum ſcilicet bonorum, quod notatur in hoc, quod Chriſtus rogatus à Iairo, qui interpretatur illuminatus, ſecutus eſt eum ad illam ſuſcitandam: quia peccator in mortali peccato dormiens, non poteſt per ſe gratiam promereri. Quare, vt dictum eſt, indiget oratione viri iuſti in fideq; illuminati. Ideo dicitur Iob. 5. *Voca ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere vt oret pro te.*

Quod autem peccator non poteſt per ſe gratiam promereri, cauſa eſt triplex.

PRIMA

PRIMA quia talis est priuatus omni gratia iustè; sicut miles derelinquens dominum suum, & seruiens aduersario eius, non tantum meretur bonis spoliari, sed etiam capite plecti. Sic & homo cuius vita debet esse *militia super terram* Iob. 7. Cum derelinquit Dominum suum Iesum Christum, & adhæret diabolo per peccatum, non est dignus bonis terræ, quantominus gratiæ, iuxta illud Augustin. Homo in mortali existens non solum priuatur omni bono gratiæ, sed ēt est indignº quo nascitur pane. N Peccator nō potest mereri gratiam tribus de causis. I.

SECVNDA causa est, quia cum talis ordinetur ad pœnam, non potest promereri gratiam: quia dicitur Roman. 2. *Ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum.* II.

TERTIA causa, quia non habet rationem merendi radicem, videlicet caritatis. Non meretur enim quis nisi cum dilectione seruiat. Sed dum seruit diabolo, contrarius est Deo, quia dicit Bernard. Anima peccans perdit signum Christi, & accipit signum diaboli: ideo necesse est, vt habeat orationem sanctorum, siue iustorum, vt possit gratiam promereri. III.

SECVNDO indiget Dei præuentione, quod tangitur cum dicit Princeps. *Domine filia mea defuncta est, sed veni & impone illi manum & viuet*, quasi diceret. Veni per gratiam præuenientem, operantem & gratis datam, & impone illi manum p gratiam concomitantem cooperantem & gratuitam, & viuet per gratiam consequentem, perficientem, & consummantem. Et sic triplex est gratia, vt tangit Magister sent. li. 2. dist. 26. O 2. Indiget Dei præuentione. Triplex gratia.

PRIMO est gratia præueniens, operans, gratis data, hāc Deus solus operatur in nobis per omnia sine nobis, vt creatio, gubernatio, redemptio, vocatio, corporis sanitas vires animæ industria ingenij, & consilium, quæ dicitur præueniens, quia in dono suo nos Deus præuenit, disponens nostram voluntatem, vt fiat bona vel velit bonum, vt dicit Magister vbi supra, cap. 1. in fine. Voluntas hominis gratia præuenitur atque præparatur, vt fiat bona non vt fiat voluntas, quia ante gratiam voluntas erat, sed non erat bona & recta voluntas. Dicitur enim *operans*, quia solus Deus in nobis operatur. Iuxta illud Philip. 2. *Deus operatur in nobis velle*, id est voluntatem bonam. Dicitur etiam *gratis data*, quia adhuc nulla nostra merita præcesserunt, ad Titum 3. *Apparuit benignitas & humanitas saluatoris Dei nostri, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* I. Præueniēs.

SECVNDA gratia est concomitans, cooperans, & gratuita, hanc Deus operatur in nobis non sine nobis, sed nobiscum; vt sancta deuotio, dulcis mediratio, affectuosa oratio, & consimilia. Et dicitur concomitans, quia adiuuat nostram pietatem, piè & rectè viuere. Quia dicit Gregorius: nihil valet humana industria, sine Dei adiuante gratia. Dicitur etiam *cooperans*, eo quod talis gratia propter adiuncta nostra opera, gratos nos reddat Deo. Vnde Gregorius 16. moralium. Superna Dei pietas purgat in nobis sine nobis vt obsequente nostro libero arbitrio, bonum quod petimus, agat nobiscum, quod tamen per compensam gratiam in extremo iudicio ita nos remuneret, velut solum à nobis processisset. II. Cōcomitās.

TERTIA gratia dicitur subsequens & consummans: Hanc iterum Deus operatur in nobis, quæ gratia ideo sic dicta est, quia prædictas gratias subsequitur, perficit & consummat, quæ consistit in totius vitæ & operum virtuosorum felici consummatione, & æterna glorificatione. Et de hac dicitur ad Rom. 6. *Gratia Dei vita* III. Subsequēs.

aterna meritò dicitur, quia excedit omnia noſtra merita: nulla enim merita poſſunt ei ad ignum reſpondere Rom. 8. *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Ideo quicquid vltra meritum noſtrum nobis tribuit gratia nominatur.

Anima vt exeitetur, eijciendi ſunt tibicines.

TERTIO indiget tibicinum eiectione, quia dicitur hic. *Cum veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem.* Tibicines carmen lugubre canebant, vt alios ſuo carmine ad fletum prouocarent. Sed turba poſt mortem puellæ alterutrum loquebatur: quia Archiſynagogus erat homo nobilis, quare venerant multi ad domum eius, propter mortem puellæ, vt ſibi compaſſionem oſtenderent. Sed illis dicebat Ieſus. *Recedite*, quaſi diceret, dimittatis lugere, & Luc. 8. dicit. *Nolite flere, non eſt mortua puella*, id eſt, in morſura, *ſed dormit*, quaſi diceret. Faciliter poſſum eam ſuſcitare à morte, vt de ſomno.

P

Tibicines deſignant adulatores vel dæmones.

MORALITER autem per tibicines ſecundum Rabanum ſignificantur adulatores, qui fouent animam in peccatis. Nam dicit Gulielmus in ſumma vitiorum tractatu, de vitio linguę. Allegant homines in peccatis: delectat enim hominem ea facere, in quibus non ſolum metuitur reprehenſos, ſed auditor laudatur. Et ſuper illud Luc. 6. *Væ cum benè dixerint vobis homines.* Dicit Gloſſa. Pars magna pœnæ eſt peccatori, ſua ſcelera non modo non argui, ſed inſuper vt benè geſta laudari. Et ſuper illud Pſ. 69. *Deus in adiutorium meum intende* dicit Auguſtinus. Plus nocent ſigna adulatoris, quàm manus perſecutoris. Et Eccleſ. 7. *Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi*, ſcilicet qui nutriunt eum in malo. Ita adulatores ad inſtar tibicinum debent eijci, vt anima à peccatis reſurgat, quia decipiunt eam. Iſaiæ. 3. *Populе meus, qui te beatum dicunt, ipſi decipiunt te.* Et ca. 9. *Erant qui beatificant populum eſtum ſeducentes.*

Turba tumultuans ſeculi cura.

Sed per turbam tumultuantem ſignificatur ſeculi cura, quæ etiam eſt eijcienda ſi debet ſuſcitari anima. De quo dicit Gregor. 18. moral. Foris autem turba eijcitur, vt puella ſuſcitetur, quia niſi prius à ſecretioribus cordis expellatur ſecularium multitudo curarum, anima quæ intrinſecus iacet mortua, non reſurget.

Q

Dæmonum cantus qualis.

SPIRITVALITER autem per tibicines ſignificantur dæmones, quia ſicut illi admiſſi erant, vt ad fletum dulci cantu prouocarent aſſiſtentes, ita hęc eſt natura artis illius, vel alterius muſicæ, vt lætos faciat lætiores, & triſtes triſtiores, propter quod dicit Sapiens. *Muſica in luctu, importuna narratio*, Eccleſ. 22. quia ſunt indiſpoſiti ad gaudium. Sic & dæmones dulciter canunt, dum ad peccatum trahunt, ſcilicet lugubriter, quando in peccato detinere volunt. Nam aliquando prætendunt mundi vanitatem; aliquando ætatis congruitatem; aliquando peccantium multitudinem. De *Primo* Eccleſ. 3. *Nihil melius eſſe deprehendi, quàm lætari hominem in opere ſuo.* De *ſecundo* Sap. 2. *Venite, fruamur bonis, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.* De *Tertio* 3. Reg. 19. *Non ſum melior, quàm patres mei*, quaſi diceret. Si patres mei peccauerunt, quare non & ego. De *quarto* illud Pſ. 144. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, quaſi diceret. Quare non vis peccare cum Deus videtur adeo miſericors eſſe? Ecce dulcis cantus tibicinum infernalium, quo multos retinent & delectant peccatorum. Si autem dæmones non poſſunt ſic homines delectare in peccatis, vel retinere, quando ipſi nituntur pœnitere, tunc oſtendunt eis difficultatem continentiæ, dicentes. Eccleſ. 34. *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit la-*

natio

natio illius? Vel oſtendunt acerbitatem puniendi quæ cogit aliena reſtituere, conſuera relinquere, & etiam licita abſtinere. Qui debent attendere illud dictum Bernardi: Mutati non aufugietis pœnitentiam, ſi eam ſpernitis, malum enim non poteſt eſſe impunitum. Sed quæ eſt hæc commutatio, fugere laborem humanum, & cum diabolis eligere ſupplicium ſempiternum? Hæc ille. Vel oſtendunt deſperationem ex conſideratione peccatorum multorum.

Dicunt enim, vt recitat Auguſtinus in lib. de conflictu vitiorum & virtutum, c. 14. Quæ & quanta, ô peccator, commiſiſti, quàm grauia crimina, quàm iniurioſa delicta, & penè in melius necdum vitam mutaſti, necdum conuerſationem vtiliter correxiſti? Ecce enim vt cernis, mala ſemper conſuetudine obligatus teneris, conaris exſurgere, ſed peccatorum oneribus prægrauatus relaberis. Quid ergo agendum eſt, quando de præteritis certa damnatio imminet, & de præſentibus emendatio nulla ſuccurrit, niſi admittantur rerum temporalium voluptates, dum conſequi nequeunt futuri ſeculi oblectationes. Sic ductus fuit Cain, qui deſperans ait, Geneſ. 4. *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Nos igitur magis credere debemus Auguſtino qui dicit. Maior eſt Dei miſericordia quàm noſtra miſeria: vel oſtendunt futuræ gloriæ diffidentiam dicentes. Iſai. 22. *Comedamus & bibamus cras enim morie-mur*, ſcilicet corpore & anima, & ſic diffidunt de futura gloria, quia ad eam putant pertingere ſe non poſſe, cum dicunt Sap. 2. *Quoniam ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tamquam non fuerimus.*

R

Sed iſta ratio ipſorum nihil valet, quia ante cedens ſcilicet *ex nihilo nati ſumus* eſt falſum. Nam productio corporis ex aliquo eſt, ſcilicet ex ſemine viri & mulieris, & anima corrumpi non poteſt, eo quod eſt immortalis, vt patuit ſuprà ſermone XV. C. Etiamſi corrumperetur, in nihilum corrumperetur, ſed ipſa non corrumpitur in illa ex quibus componitur. Corpus verò corrumpitur in illa ex quibus componitur, & ideo hæc propoſitio eſt falſa. Productio hominis eſt ex nihilo quia corpus à parentibus propagatur anima autem à Deo creatur & infunditur, ſecundum Auguſtinū. Ideo in corruptione hominis ſoluitur, & anima ſeparata viuit, & hoc eſt, q̃ dicit Auguſtinus. Nunquam pro nobis diuinitus tanta agerentur ſi cum vita corporis etiam vita animæ conſumaretur. Ergo oportet quod iſti diabolici tibicines eijciantur qui videntur ſalutem animæ impedire.

Holkot ſup. libr. Sapientiæ, lect. 16.

QVARTÒ indiget ſuſcitatione quæ facta eſt coram Petro, Iacobo, & Ioanne, & patre & matre puellæ. In hoc MORALITER ſignificatur quod anima quæ debet à peccatis ſuſcitari; PRIMO debet habere propriè infirmitatis cognitionem: & hæc cognitio in Petro qui interpretatur agnoſcens ſignificatur, quod multum neceſſaria eſt in anima peccatrice, quia dicit Auguſt: Laudabilior eſt animus, qui infirmitates proprias cognoſcit, quàm qui, terra non perſpecta, vias ſiderum comprehendit.

S

Anima quomodo à peccatis ſuſcitãda.

I.

Cognitio propriæ infirmitatis.

SECVNDÒ debet habere gratiæ infuſionem quæ in Ioanne, qui interpretatur in quo eſt gratia, denotatur, per hanc enim gratiam cognoſcit peccator Deum. Quia dicit Richar. Quanto quis proficit in cognitione ſui, tanto proficit in cognitione Dei.

II.

Gratiæ infuſio.

TERTIÒ, neceſſe eſt, vt habeat peccatorum ſupplantationem, quæ notatur, in Iacobo, qui ſupplantatio interpretatur. Cum enim homo ex cognitione ſui aliquali & Dei incipit proficere, tãto acrius diabolus ſolet contra eum ſuis ſuggeſtionibus inſiſtere. Exemplũ de captiuo, cui cũ probatur non eſſe voluntas fugiendi, minimè cuſtoditur:

III.

Peccatorum ſupplãtatio.

Digitized by Google

ditur: sed hac visa, diligentius irretitur. Ideo dicit Gregorius in moralibus. Diabolus eo contra bonas mentes gravius sævit, quo gratiosius eas vallatas divinæ protectionis munere conspicit: ideo tunc necesse est, vt homo eius suggestiones, & peccata supplantet.

IV. Correctio disciplinæ.

QVARTÒ necesse est, vt habeat disciplinæ correctionem, quæ intelligitur in patre, quam quidem tenetur sibiipsi adhibere. Iuxta illud Catonis.

Cum quid peccaueris te ipsum castiga subinde,
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.

V. Eleemosynæ largitio.

QVINTÒ debet habere eleemosynarum largitionem, quæ in matre designatur, quæ natura est pia illis, ergo virtutibus suscitatur anima peccatoris.

VI. Anima suscitata indiget cibo.

SEXTÒ & vltimo indiget spirituali cibatione, quia dicitur Mar. 5. & Luc. 8. *Iussit ei dare manducare*, quia dominus suscitatam animam à peccatis, cibat multiplici cibo.

I. Cibus spiritualis.

Primus est spiritualis scilicet verbi Dei. De quo Rabanus dicit. Si quis pabulo verbi Dei non reficitur, iste in anima nõ viuit. Nam sicut corpus sine terreno cibo, ita anima non potest viuere sine Dei verbo.

II. Pœnitentia.

Secundus cibus est pœnitentialis, & est panis pœnitentium, qui confici debet ex farina sanctæ spei, secundum Psal. 31. *Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.* Vnde Augustinus in libro de pœnitentia, & ponitur de pœnit. dist. 3. circa principium. Tamdiu gaudeat & speret homo de gratia, quamdiu sustentatur de pœnitentia. Sed ad hanc farinam debet apponi fermentum amaræ contritionis, cogitando de peccatis commissis, sicut Ezechias. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Isai 38.

III. Sacramentalis.

Tertius cibus, quo cibat Deus animam post suscitationem, est sacramentalis. De quo Christus Ioan. 6. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, qui manducat, &c.* De hoc cibo dicitur in Clementinis de relig. & venerat. sanctorum. c. Si dominum. Hic cibus plenè reficit, verè nutrit, summeq; impinguat, non corpus sed cor, non carnem sed animam, non ventrem sed mentem.

IV. Æternus.

Quartus cibus est æternalis, quem manducant homines, cum angelis vt dicit Bernardus in meditationibus. Angelorum, inquit, & hominum vnum erit gaudium, vnum colloquium, vnum conuiuium. Hoc autem conuiuium habent homines cum angelis in iucunda visione Deificæ Trinitatis & amabili visione Deificæ visionis, & in æterna fruitione Deificæ delectationis. Vnde Psal. 13. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ad quam gloriam nos lætanter perducat sancta Trinitas, Deus vnus, qui incepit & perfecit hoc opus. Cui laus & gloria, benedictio, & gratiarum actio, per infinita seculorum secula, AMEN.

Partis Æstiualis sermonum Meffreth FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM QVÆ PASSIM IN HIS SERMONIBVS ÆSTIVALIBVS A MEFFRETH TRACTANTVR.

NVMERVS SERMONEM IN ORdine, litera verò Sermonis partem designat.

A

Abatiam qui vult intrare, debet Abbati supplicare studiosè, & examinari. 42.O

Abene est animal crudele, fel in aure habens, & significat iracundũ hominem. 53.G

Ablatum cùm non restituitur peccatum, non dimittitur. 25.X

Ablutio scelerum est Eucharistia dupliciter. 33.X

Absalon fecit conuiuium quasi Regis, & inuitauit Amnon fratrem suum, & occidit eum 38.O.Q

Absoluunt Sacerdotes aliter quam Deus. 94.Y

Abstinentia animia corporis punita fuit in quodam nouitio. 12.O

Abstinentia debet esse discreta. 12.P

Abstinere debent aliquando fideles à communione. 33.Y

Abstinentia domat motum lasciuiæ carnis. 51.G

Abundantia rerum parit concupiscentiam filiam, quæ multos infatuat. 14.A

Accedere debet homo ad Christum per peccatorum explorationem, & circumspectionem timoris. 90.I

Accedens ad Christum præguſtat eius dulcedinem. 90.K

Accedere debemus ad Christũ, tanquam ad splẽdorem, doctorem & medicantẽ. 102.B.

Accipere personam quid sit, & committitur, tripliciter. 101.R

Acceptio personarũ an sit peccatum & quando. 101.R

Accipiter renouat pennas flante Austro. 51.H

Accusatores nostri sunt tres. 50.T

Accusatus an teneatur remittere iniuriam. 86.R

Acedioſi ambulant viam valdè tediosam. 3.M

Acedia significatur per frigus quod debemus fugere. 4.D

Acedia occultat se sub tribus speciebus. 25.S

Acediam superare debemus per donũ fortitudinis. 25.T

Acedioſi sunt tardi ad opera bona. 38.Q

Acedioſi similes sũt asinis 65.S

Acedioſi assimilantur leprosis, & sunt pigri. 66.K

Acedia tres species debent habere tres pœnitentiæ partes, quas diabol⁹ impedit. 99.Y

Achillem intinxit mater in aquis stigis, vsq; ad talos. 4.T

Actiua Vita est miscenda cum vita contemplatiua 3.O

Actiua vita ducit ad visionem Dei. 15.F

Actiua vita quid requirit. 52.T.

Adam Formatus est à DEO non posse mori. 10.O

Adam propter peccatum eiect⁹ est de Paradyso. 13.B

Adam ex peccato vno incurrit multa peccata. 12.B

Adam vendidit nos diabolo, ære peccatorum 39.A.&B

Adam de statu bono transferẽdus erat ad meliorem statũ, si in innocentia perstitisset. 42.N.

Adam non est seductus, sed mulier, qualiter intelligitur. 43.T

Adam in statu innocentiæ non læsisset frigus. 44.I

Adam auertens se à Deo Charitatem perdidit. 21.A.& 19.R

Admethus Rex infirmus significat Spiritum infirmum. 28.R

Adolescentes sunt promi ad vitia & peccata. 85.B

Adolescentes sunt præsumptuosi, huius tres sunt causæ. 85. C

Adolescentes debent esse morosi sobrij, nõ otiosi. 85.D.G.H

Adolescentes non debent videre turpia in picturis. 85.E

Adolescentes debent surgere ad tria. 85.R

Adolescentes debẽt fugere malum societatem. 85.I

Adonias filiꝰ Dauid sumpsit sibi regnum Patre nolente, & significat corpus nostrum. 80.L.M

Aduersa sunt toleranda propter quatuor bona quæ faciunt. 9.M

Aduersitas est hic in præsenti tempore. 8.B

Aduersitas perducit securius ad portum salutis, quam prosperitas. 8.C

Aduersitatis amaritudinem dulcius facit vinum iocunditatis. 8.D

Aduersa quare patiuntur boni & non mali. 9.M

Aduersa & terribilia sunt ad conscientiam spei. 10.N

Aduersitas excitauit & excitat multos a peccato. 65.Q

Aduersitatis sinistram tenent boni & iusti. 80.Q.&I

Adulationis oleum quidam Prælati amant. 4.Q

Adulatio vitanda est, quæ mentes trahit a rigore veritatis. 53.F

Adulatores sunt falsi Prophetæ & similes scorpioni. 58.I

Adulator blanditur vt decipiat. 63.C

Adulatio est quasi speculum superbiæ. 77.R

Adulatio ad modum dulcium corrumpit mentes. 86.G

Adulator similatur medico, qui sanat vulnus patredine interius relicta. 86.H

Adulator assimilatur nutrici. 100.G

Adulatores simulant se alios, quam sunt interius. 101.A

Adulatores similantur Sanguisugæ. 101.P

Adulatores delectantur in peccatis. 102.P

Adulterium committitur tripliciter, & amplius peccat vir, vel mulier. 37.E

Aduocatus noster est spiritus sanctus apud Patrem 46.A

Aduocati mali puniuntur à bestijs infernabilibus. 8.X

Aduocati mali priuantur in morte lingua & voce. 77.M

Aduocati propter auaritiam falsè allegant, & veritate supprimunt. 87.V

Aduocati simulãtur ramis, quæ sua crocitate inquietant. 97.P

Ædificia magna quidã ædificant, & ea non diu inhabitant. 84.Q

Æterna est pœna damnatorũ multiplicis rationis 38.Y

Affabilitas virtus mediat inter placiditatem & adulationẽ 5.Q

Agilitatem habent corpora electorum. 8.Y

Ala significant crudelitatem rapacium, & cogitationes hypocritarum. 51.H

Alauda dulciter canunt, & significant sanctas mulieres resurrectionem Christi nuntiantes. 2.Y

Alexander ebrius occidere voluit quendam militem, qui appellauit ad Alexandrum sobrium. 95.B

Alexandro mortuo conuenerũt Philosophi ad eius sepulchrum. 13.I

Alexander dedit pauperi petenti ciuitatem. 14.I

Alexander significat Christum propter largitatem. 18.I

Alexander effudit aquã, & noluit bibere licet sitiuit 55.A

Alexander veneno perijt. 92. E

Altipiadis fuit mulier pulcherrima, & Aristoteli adducta. 4.Y

Amara stiptica faciunt potum postea dulciorem, qui sumitur propter duas causas. 8. D

Amaritudinem huius mundi sciunt iusti siue sancti dulciter dulcorare. 13.K

Ambitiosi exponunt se multis laboribus. 96.T

Ambulant quidam in somnis & ascendunt alta. 21.F

Amicabilitas est media inter blanditiem & lites. 5.N

Amicitia est media inter placiditatem & adulationem. 5.Q

Amicitia an ad malos sit seruanda, vel citò soluenda. 28.C

Amicitias tres distinguit Aristoteles. 37.G
Amicitia vera assimulatur calci viuæ. 101.N
Amicus eligendꝰ debet esse prudẽs, humilis & bonus. 63.B
Amici apparet duo genera hominum: & sunt hostes & è conuerso. 63.C
Amicos nobis facere debemus ipsos pauperes. 63.E
Amici sui dilecti nomen audiens aliquando ab infirmitate conualescit. 70.A
Amicus noster est Christus propter duo. 70.A
Amici nostri interdum impediunt nos in via salutis, & ideo permittit eos Deus mori. 81.X
Amor diuinus assimilatur igni propter tres causas. 25.A
Amor Dei & proximi disponit ad susceptionem Spiritus sancti. 26.E
Amor idem est quod pondus ferens hominẽ sursum. 26.Q
Amor hominum habet quatuor defectus. 27.F
Amor facit amantem talem qualis est amor. 26.S
Amare & amari est iuuenum. 75.F
Amor diuitiarum causat sterilitatem & dissolubilitatem, & granitatem in homine. 92.G
Anatoclea Rex Siciliæ bibit de Vasis lutei, & quare. 8.K
Angeli offerunt orationes nostras Deo. 19.D
Angeli apponunt electis ferculla gaudiorum. 36.O
Angeli nostri lætantur de operibus bonis, & tristantur de malis. 43.A
Angeli sunt quadruplices. 43.B
Angelus quid est. 43.D
Angeli gaudent de pœnitentia peccatorum 43.D
Angelus assimilantur Sacerdotes propter quatuor. 43.F
Angelus similes sunt Virgines. 43.G
Angelus fuit Deus misericors in creatione & confirmatione 55.B
Angelis assimilantur Sacerdotes propter septem conditiones. 73.B
Angeli optant salutem quibus præsunt. 73.E
Angelos peccantes Deus de cœlo eiecit. 93.K
Angelus bonus & mali angeli Ægyptios punierunt. 96.X
Anima impiorum statim post mortem descendunt ad infernum. 38.S.& 14.C
Anima est redẽpta pretio magno. 10.H
Anima debet regere corpus, & non è conuerso. 7.N
Anima est ouis vnica, & triplici pane pascenda. 10.H
Animam mortalem quidam dixerunt. 14.B
Animam esse immortalem probatur à Philosophis. 14.C
Anima beata reuertitur ad locũ vnde ipsa exiuit. 15.D
Animam mortuo corpore quidam dixerunt præsentari in potestatem summi dæmonis. 14.I
Anima est agilis & pulchra. 14.R
Anima est sicut triangulus. 14.T
Anima nõ est de substãtia Dei, vel essentia sed est à Deo per creationem. 20.X
Anima fidelis intelligitur per Esther. 28.I
Anima quatuor facit corperi. 28.L
Anima Christi fuit lucida & amara. 33.G
Anima est quasi denarius, & probatur ante solutionem, videlicet moriem. 39.I
Anima comparatur naui. 48.L.&R
Anima defuncta comparatur Lazaro. 64.K
Anima est substantia creata, &c. & qualiter pulchra sit. 47.B
Anima dicitur regens, corpus verò rectum. 67.L
Anima pedes disponuntur per tria, vt eant ad templum Dei. 67.L
Anima habent desiderium ad resumendum corpora 71.N
Animarum beatitudo maior erit post iudicium. 71.N
Anima tenetur Domino ad gratiarum actionem. 77.M
Animæ debetur dominiũ, quia creata est ad imaginem Dei. 80.L
Anima velut Rex triplicem habet familiam. 82.A
Anima meritur ex peccato mortali. 82.A
Anima non parate assistunt dæmones eam de corpore egredi iubentes. idid.
Anima pulchra per peccatum

ſpoliata gratuitis, ſit abominabilis. 82.D

Anima mortua in peccatis habet quatuor portitores. 82.E

Anima ſine lacrymis eſt infructuoſa. 84.S

Animam nititur diabolus decipere, aſſumens ſibi mundū. 84.R

Anima refocilata dulcedine lachrymarum, hilariter vadit per viam timoris DEI, 84.Q

Anima dicitur domus Dei, propter quatuor. 66.F

Animas non ſordidas ſed virtute ornatas tentat diabolus. 84.R

Anima ad ſimilitudinem Sara debet affligere Agar, id eſt Carnem. 86.E

Anima eſt nobilis ciuitas, habens triplicē familiam. 90. H.

Anima ad ſimilitudinem & imaginē Dei facta eſt. 91.S

Anima dedit Deus duplicem Arrham, & veſtem rubeā, cingulum & calceos. 96.Y

Anima infirmatur in abundātia temporali, & voluptate carnali 98.L

Anima ſignificatur per talentum. 100.K

Anima quando dicenda eſt imago Dei. 101.V

Anima ad inſtar denarij debet habere quinq; vt ſit bona. 101.V

Anima ſuſcitata à peccatis indiget ſex. 102.S

Anſelmus correxit quendam Abbatem, qui nimis ſeuerus fuit in vocatos. 28.X

Apoſtema auris qualiter curatur. 16.E

Apparuit Spiritus ſanctus in ſpecie nubis columba ignis. 25.K

Appellare non poſſunt homines in iudicio finali. 15.V

Appropinquat vnaquaq; res propter tria. 41.A

Aqua falſa ſecurius defert nauem quàm dulcis. 8.C

Aqua maris dupliciter dulcoratur. 12.K

Aquam ſolam cum Sacerdos poſt conſecrationem inuenerit in Calice, quid faciet. 57.G

Aqua in Ampulla eſt benedicenda, ſed non vinū. 57.H

Aqua apponenda eſt vino in calice. 57.H

Aqua benedicta delet peccata venialia. 67.M

Aquila inter omnes aues eſt liberalior, & ſignificat Dominos mundi. 55.A

Aquila eiecit pullos degenerei, & ſignificat Chriſtum. 42.N

Aquila cibat pullos teneros molliori ſanguine. 85.A

Arborem, qui vult facere, vt dulces fructus afferat, quibus indigeat. 15.A

Arbor ſignificat hominem peccatorem 15.A.&23.S

Arbor ad ſuam fructificationē triplici fomēto indiget. 59.P

Arbori ſimilis eſt homo propter quatuor. 59.Q

Arbores tempore flores praciſa vermeſcunt, & ſignificant homines, 61.I

Arbores ſignificant homines, et quare aliqua fructum modicum faciunt, 75.H

Arca ſimilatur bona conuerſatio, & qualiter Arca fuit diſpoſita. 11.R.S

Arca ſignificat tria. 32.T

Arca diluuij ſignificat Eccleſiam, extra quam nullus ſaluator omnino. 38.Z

Arcui comparatur iudicium finale propter tria. 14.Y

Arcus tres habet diabolus, de quibus tres emittit ſagittas. 96.N

Arguet Spiritus ſanctus dupliciter. 14.O

Arguentur iuſti à Spiritu ſancto. 55.S

Arrham duplicem dedit Deus animæ ſponſæ ſuæ. 96.Y

Ars magica, vtrum ſit hominibus interdicta rationabiliter. 14.N

Artem meliorem & ſubtiliorē docet pater filium ſuum. 46.K

Artes liberales vt ingenia hominis imbibant, quadam aſſidua ſunt nec diem, nec noctem pretermittunt. 18.K

Artes liberales debent ſtudere Nobilium filij. 20.M

Artibus Magicis quidam intrant ouile Eccleſiæ, & malum habent exitum. 29.B

Artibus magicis inſudantes deridentur quadrupliciter. 14.M

Artibus Magicis qui inſudāt, à dæmonibus finaliter deridentur. 29.B

Articuli de humanitate Chriſti ſunt ſeptem, quos docere debent parentes filios. 20.O

Aſcendit

Digitized by Google

Aſcendit Chriſtus vt nos prouocaret poſt ſe aſcendere. 26.O
Aſcenſiones donorum Spiritus ſancti. 88.B.C
Aſperitas correctionis non inducit ad ſalutem. 10.Y
Aſperitas corporalis valet contra inclinationem concupiſcentiæ carnalis. 13.E
Aſſuerus fecit conuiuium 180 diebus, & quomodo intelligitur. 5.L
Aſtrologi nõ debent dicere determinate, talis effectus euenit, ſed ſub conditione. 102. H
Auari eligunt viam ſpinoſam. 3.F
Auari ſunt inſatiabiles. 3. F. & 87.R
Auaritia peior eſt quàm prodigalitas 5.H
Auaritia ſignificatur per febres Ouium. 10.Z
Auaritiæ ſigna, & ſeptem eius curæ. 10.Z
Auaritia eſt plena afflictione. 10.Z
Auari ſunt triſtes hic, & in futuro balneabũtur in inferno. 12.P
Auaritia inducit oblitionem Dei, ſui ipſius & proximi. 21.H
Auarus auget poſſeſſiones exercendo negotiationes. 25.V
Auaritam exercent tria genera hominum. 25.X
Auari plus diligunt aurum quàm Dei Verbum. 36.X
Auaritiæ fructus ſunt pleni ſaporibus amaritudinis. 59.V
Auaritia facit tria pericula ipſi auaro. 36.X
Auaritia creſcit in infinitum, & ſignificantur auari per cibum inſipidum 59.V
Auari appetunt diuitias. 76.C
Auari non poſſunt capi per prædicatores, capiuntur autem per dæmones. 78.E
Auari ſpoliãtur diuitijs in morte & priuantur vita æterna. 81.R
Auari ſeruiunt pecunia, & finaliter decipiuntur. 81.S
Auaritia ligat animum hominis, ita vt ligatus moriatur. 89.C
Auaritia ſignificatur per febrẽ hecticam quæ conſumit corpus. 99.V
Auari ſimilantur idololatris. 101.N
Auditus verbi qualis debeat eſſe, oſtenditur ex ipſis auribus. 15.B
Auditꝰ verbi Dei diſponit ad ſuſceptionem Spiritus ſancti. 26.B
Auditus verbi Dei prodeſt plus quàm lectio. 41.L
Audire verbum Dei debent tã boni quàm mali. 49.I.K
Audiendi non ſunt detractores. 82.G
Audire veritatem nobiles contemnunt 102.D
Audire non debemus garrulãtes. 72.H
Aue hoc Verbum ſignat Trinitatem Perſonarum. 30.P
Aues cum viam peruolauerint ſignificant ſecuritatem viarum. 3.A
Aues ſignificant multitudinẽ Sanctorũ, vel dæmonum. 3.A
Aues quædã paſcuntur carnibus quædã ſeminibus. 6.A
Auicula miræ pulchritudinis conſolabatur quandam Matrenam multis annis. 12.A
Aui tranſuolanti comparatur felicitas temporalis. 8.A
Auium multitudinem ſubito vidit conſurgere quidã. 3.A
Auis dulciter cãtans eduxit religioſum de Clauſtro. 12. Z
Auream accipiunt omnes prædeſtinati. 32.S
Aureola quid ſit, & quare tria genera hominum obtinent. 32.S
Aures corporeæ oſtendunt, qualis debet eſſe auditus Verbi Dei. 15.L
Aures ſunt ſepiẽdæ ſepe ſpineæ. 82.G
Auris patitur multas infirmitates. 15.E
Aurum cuſtodiunt formicæ in Indie. 20.T

B

Baccalaurei ad Magiſterij gradum aſcendere cupientes, probãtur triplici via. 39.H
Baptiſmus quid ſit, qua forma, quando inſtitutus, & quæ cauſa inſtitutionis. 57.B.C
Baptiſmus an poteſt conferri a malis. 57.D
Baptiſmo liberati ſumus ex ſeruitute peccati Originalis. 79.C
Baptizare nolens Sacerdos niſi pro pecunia quid faciendũ ſit. 57.D
Baptizari an poſſit Puer in vtero matris. 157.E
Beati an Deum æqualiter videbunt. 36.L

Beatitudinem omnes desiderant. 36.A
Beatitudo an consistat in sola visione. 55.H
Beatitudo Sanctorum maior erit post iudicium. 74 N
Benedictio nubentium debet fieri gratis, & nihil ab ea debet exigi. 53.I
Benedicenda est aqua in Ampulla, sed non vinum, quia signat populum qui indiget benedictione. 57.H
Benefacere nullus debet alium prohibere, alias sibi imputatur. 25.H
Beneficia quidam Clerici multa habent, dicentes quod possunt ea habere ratione nobilitatis vel sapientiæ. 4.T
Beneficia plura damnant. 4.T
Beneficia non sunt oblivioni tradenda. 9.B
Beneficia Dei scire debemus. 42.R
Beneficia Ecclesiastica cõferre possunt Ecclesiastici Consanguineis, & quando. 101.B
Beneficiorum memoria semper est habenda. 98.Q
Beneficiorum memoriam tria impediunt. 98.Q
Benignitate debent temperare Rectores rigorem. 5.B.C
Benignitas hominis acquirit amicitiam. 20.X
Bernardus dicit, se velle in Deum ascendere, & studere. 20.K
Bestia habens tres ordines dentium in ore, quam vidit Daniel significat detractorem. 15.P
Bestiæ septem, sunt septem peccata mortalia. 64.S
Bestiis similantur peccatores. 101.V
Bibuli & potatores negligunt predicationes, & damnant se. 41.L
Bibuli & crapulosi in Inferno famem patiuntur. 41.L
Blanditores sunt fugiẽdi, quia decipiunt. 4.E
Blasphemantes puniuntur exemplo cuiusdam Magistri. 41.G
Blasphemiam sanctus Ludouicus acrius vindicauit in quodam suo cive. 97.E
Blasphemant quidã Deum, & beatam Virginẽ, & in peccatis suis moriuntur. 100.F
Blasphemantium pœna quæ sit 100.O
Bona natura quidam plus diligunt quam gratia, & quare. 75.K
Bona operari debemus in statu merendi, quia in futuro non possumus 83.L *Similiter* 92.C
Boni debent audire Verbum Dei, & sunt in triplici differentia. 49.H
Boni cum bonis lucent in sanctitate vt carbunculi. 44.P
Boni homines significantur per Delphines. 50.M
Boni corrumpuntur à malis, sicut probatur in exemplis. 63.B
Bonis omnibus spoliamur mortui. 83.N
Bonitas omnium Christi spiritualium cognoscitur in tribus. 10.R
Bonitas Spiritus sancti apparet in quatuor. 28.K.L
Bonitas Spiritus sancti est in cœlo in purgatorio, in inferno in mundo. 31.G
Bonum triplex tradidit Dominus cuilibet homini. 62.S
Brachium videlicet Christus minutus est, vt sanaretur totum corpus humanum. 89.T
Brachia Ecclesiæ sunt milites & militares. 96.Q
Breuitas temporis est memoranda vel mensuranda. 11.E.D
Breuitate temporis debemus seruare obedientiam præceptorum in benevolentiam proximorum. 11.E
Breuitas vitæ comparatur puncto. 12.M *Item comparatur rori antelucano & vmbræ.* 82.E
Bruno senior resignauit Ecclesiam auunculo suo non curanti recipere: quare post mortem punitus est. 29.E
Bubonibus similantur quidam Prælati. 4.P
Byssus significat iustitiam. 34.H

C.

Calci vinæ similatur dilectio veræ amicitiæ. 101.M
Camelus habet multos ventres & docet qualiter sit sumendum Verbum Dei. 13.N
Canis rabidus mordens animalia, ea facit rabida. 23.T
Canis generat cœlos catulos. 35.A
Cani similantur prædicatores propter quinque. 10.B

Cancer aduſtus eſt preſens mũdus. 4.F

Candela ardens nimium ad terram inclinata, extinguitur. 81.R

Cantat bene pœnitens, & Deum laudat. 101.Q

Cantorũ ſuauitas magnificat cœnam cœleſtem. 36.N

Cantus damnatorũ eſt Ve, ve, & maledicere. 38.X

Capreolus aſſiduitate curſus ſignat carnem ſapidã. 11.Q

Caput ſignificat vitia mortalia vel ſuggeſtiones diabolicas. 10.X

Caput Eccleſia fuit Petrus & Papa. 96.L

Caput Spiritus vel anima eſt intentio. 98.N

Captiuis compati debemus. 64.M

Carcerati ſunt liberandi. 7.F

Carcer eſt mundus, à quo petunt Sancti frequenter liberari. 9.B

Caritas cauſat vitam gratiæ, & vincit mundum. 7.K

Caritas Chriſti in paſſione eius, fuit quadruplex. 9.K

Caritas qualis debeat eſſe, & quòd eſt ſcientia anteponenda. 9.K

Caritas eſt radix bonorum, & caret timore. 26.M.& N

Caritas leuat nos ſurſũ. 26.O

Caritas ſimilatur vento Subſolam. 26.Q

Caritatem oſtendit circa nos Chriſtus magnam. 30.R

Caritas eſt veſtis operiens turpitudinem peccatorum. 32.M

Caritas eſt bonorum omnium principium, & catera de Caritate. 34.G

Caritas debet ſemper ardere in cordibus fidelium. 92.P

Caritas includit in ſe omnes virtutes. 91.Q

Caritas eſt veſtis rubea anima. 96.Y

Carnalem dilectionem proijcit Diabolus in viam inuenum 14.R

Carnalis delectatio ſit ex otio. 8.Z

Carnalis delectatio facit, vt quibuſdam ſpiritualia non ſapiant. 10.G

Carnalis concupiſcentia in nobis inſurgit, velimus, nolimus. 11.A

Carnalis concupiſcentia relinquit vermem mordentis cõſcientiæ. 11.K

Carnes aprorum in lumine lunæ contrahunt putredinem. 10.M

Carnes non edebantur ab initio. 24.C

Carnes ad veſcendum fert, qui abſenti detrahit. 38.P

Carnem quidã impinguant, & hoſtem nutriunt. 76.I

Carnis nimia mortificatio non eſt omnino rationabilis. 5.F

Carnis motꝰ ſignificatur per pellẽ, & eſt refrenandus. 10.T

Carnis deſideria qui vult refranare, debet tria remedia habere. 11.M

Carnis motus inordinatus ſurgit ex peccato primorum Parentum. 51.G

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, qui hic eſt in domo ſua. 11.L

Caro domanda eſt ſicut equus indomitus. 11.O

Caro non eſt bene paſcenda ſed interdum caſtiganda. 13.E

Caro eſt aduerſitatib. exponenda, vt Spiritus ſaluetur. 13.F

Caro eſt mortificanda. 28.R

Caro vult dominari Spiritui, cum tamen ſit ſeruilis conditionis. 80.N

Caro nõ eſt delicatè nutrienda ne occidat animam. 86.E

Caro aſſumit ſibi dominiũ, Spiritum ſupprimendo. 80.L

Caro appetit voluptatem. 80.M

Caro doluit de peruerſione eiuſdam Chriſtiani. 43.C

Carthaginenſis quidam dux infecit vinum in doliis cum ſucco Mandragorarum. 21.C

Chaos quid ſit. 34.G

Character quid ſit. 57.M

Caſtigandum eſt corpus cum diſcretione. 99.P

Caſtitas ſimilatur vento, qui dicitur Vulturnus. 26.S

Caſtitas ſimilatur lilio. 81.Z

Caſtitatis cingulũ accipit anima à ſponſo Chriſto. 96.Y

Caſus quid ſit; & quod nihil ſit à caſu. 10.T

Celebrantes rarò Sacerdotes non ſunt ſine culpa. 33.Y

Celebrandum an ſit quotidiè, vel communicandum. 33.Z

Celebritas ſanctorum non frãgitur, niſi in quatuor caſibus. 90.O

Celle vinariæ ſimilatur vita contẽplatiua propter quinq; 14.G

Digitized by Google

Cenſum Redemptionis quatuor faciunt licitum. 56.R
Cenſiti ſumunt originem à Romanis. 101.T
Cete deſignãt dignitatem temporalem. 48.X
Cetus cum ſenuerit ſtat immobilis, vt ſuper ipſum montes creſcant. 29.A.& 38.Q
Cetus pugnat contra Crocodilum. 21.A
Chriſtus ſignificatur per ſerpentem. 2.A
Chriſtus Sol iuſtitiæ intrauit ſigna Zodiaci. 2.B
Chriſtum deſcendere ad inferna an ſit Catholicè credendum. 2.D
Chriſtus deſcendit ad limbũ, propter duo. 2.E
Chriſtus ſua præſentia infernũ illuminauit. 2.F
Chriſtus quàm diu fuit in limbo. 2.F
Chriſtus intrauit ſignum Leonis in ſua reſurrectione. 2.F
Chriſtus aſſumpſit Corpus clarum ſubtile, agile, impaſſibile poſt reſurrectionẽ. 8.V
Chriſtus curauit noſtram infirmitatem per ſex. 9.L
Chriſtus an ſit exorandus vt oret pro nobis. 18.C
Chriſtus charitatem habet ad omnes. 25.P
Chriſtus eſt Imperator, & diligit melodiam verbi Dei. 26.C
Chriſto conuenit redemptio, qui nos libera redemit voluntate. 30.Q
Chriſtus dolorem ſuſtinuit maximum in tactu. 30.Q
Chriſtus iniuriam ſuſtinuit tantam propter duo. ibidem
Chriſtus decipitur ſcienter in tribus. 31.F
Chriſtus eſt totus ſub ſpeciebus occultatus. 32.K
Chriſtus ſignificatur per Danid. 32.Q
Chriſtus mãducauit corpus ſuum in die cœnæ. 33.A
Chriſtus dicitur homo qui fecit cœnam. 36.B
Chriſtus ſanguine ſuo nos redemit. 38.A.B
Chriſtus peccatores benigne recipit, & eos manu mittit. 42.T
Chriſtus eſt angelus magni Conſilij. 43.B
Chriſtus lætatur conuerſione peccatorum propter duo. 43.B
Chriſtus in familia ſua aliquando fuit ſuperior, aliquando inferior vel æqualis. 52.P
Chriſtus non potentia ſed humilitate vicit diabolum, & quare. 54.R
Chriſto tenemur ſeruire ratione liberationis. 54.S
Chriſtus ſignificatur per Leonem. 56.M
Chriſtus regit omnia. 62.Q
Chriſtus factus eſt homo ex Maria Virgine. 62.R
Chriſtus non fuit homo in triduo mortis. ibidem.
Chriſtus factus eſt pauper & quare. 62.S
Chriſtus fuit Deus & homo. 64.I
Chriſtus ſimilis eſt hirundini. 66.A
Chriſtus eſt amicus noſter propter duo. 70.A
Chriſtus comparatur flori propter tria. 75.B
Chriſtus eſt pius in tribus, & aſſimilatur falconi. 76.A
Chriſtus pro nobis multa fecit. 77.O
Chriſtus aſſimilatur ſoli. 78.B 86.A.94.S
Chriſtus mediator fuit inter Iudæos & gentiles. 78.B
Chriſtus liberauit nos à poteſtate damonis. 79.T
Chriſtus ſeruiuit nobis ad longum tempus. 79.D
Chriſtus eſt ſponſus animæ nobilis. 81.V
Chriſtus eſt medicus qui verbo ſanat omnes. 87.L
Chriſtus ſimilatur ligno exiguo. 94.V
Chriſtus ſolus tollit peccata. 94.Y
Chriſtus portauit quatuor clinodia propter animam. 96.Y
Chriſtus aſcendere debuit in cœlum propter quatuor rationes ex parte ſui. 19.X
Chriſtus aſcendere voluit propter decem rationes ex parte noſtri. 19.A
Chriſtus aſcendit multiplici modo. Ibid.C
Chriſtus aſcendit ſuper omnes cœlos. 19.G
Chriſtus aſcendit ſuper omnem creaturam ſpiritualem. ibi.
Chriſtus ſedet ad dexteram Patris. 19.G
Chriſtum manere in hoc mundo non congruebat propter quatuor rationes. 19.X
Chriſtum pauci ſequuntur propter

propter duo. 19.B
Christianus est Deus misericors in duobus. 55.D
Cibare debemus esurientes.7.E
Cibaria delicata non sunt quærenda. 34.B
Cibati in vultu sunt amœniores,& floridiores. 33.F
Cibis excedunt homines quatuor modis. 61.K.L.M
Cibi quando & quomodo sunt sumendi. 86.D.E
Cibo spirituali quomodo nutriendus sit Spiritus,ostenditur exemplo stomachi. 14.K
Cibo quadruplici cibat Deus animas à peccato suscitatas. 103.T
Cibos diuersos appetit Stomachus. 14.P
Cibus simplex est facilioris digestionis. 34.R
Cibus debet sumi cũ appetitu. 33.A
Cibus sumptus sine masticatione, non nutrit,& ad cibum electo requiruntur. 15.A
Cibus corporis Christi est dulcis omnibus sensibus. 96.Y
Cicatrices Christus retinuit propter quinq; causas post resurrectionem. 12.L
Cingulum significat homines devotos, qui in hac vita flẽt pro peccatis suis. 31.A
Cingulum Castitatis dedit Christus sponsæ animæ suæ. 97.Y
Cisterna dissipatæ sunt iura ciuilia & decretum. 15.K
Cithara signat cor mundum de quo procedit oratio dulcis. 78.F
Citharedus est Prælatus demulcens verbis dulcibis subditos. 10.E
Ciues principaliter quatuor peccata committunt, videlicet concines opprimendo, superflua congregando,aliena retinendo, & proximo vsurando. 4.X
Ciuitas mũdi obsessa est à dæmonibus. 54.P
Ciuitas mala est omnis peccator habens ciues portas,legẽ. regem& fœlicitatem.65.R
Ciuitas constat ex pluribus partibus. 73.E
Ciuitas quid sit, & quod in vnitate consistat. 73.F
Ciuitatis custos maioris debet esse Virtutis quàm dux exercitus. 97.F
Clamant in cœlum quatuor genera peccatorum. 62.T
Clamant ad Deum homines per deuotionem 78.H
Claritas Christi quare non redundauit in corpus ante passionem& resurrectionem sed post. 8.V
Claritas Christi quam nunc habet, an fuit eadem cùm illo in transfiguratione.ibid.
Clarum dicitur aliquid. 8.V
Claritatem corporum habebũt electi post iudicium. 36.G. H
Claudenda sunt ostia sensuum exteriorum & interiorum. 8.Q
Claustrales similantur mortuis 83.P
Clementia multum decet Reges, Principes & Prælatos. 10.E
Clerici debent deferre vestes non nimis longas, nec nimis breues. 34.R
Clerici in dignitatibus constituti possunt vti vestibus pretiosis, & quibus. 34.M.N
Clerici an possunt vestes transformare, vel partitas portare. 34.O
Clerici debent esse immunes ab omni actione seculari 38.P
Clerici ordinandi debent esse sobrij, irreprehensibiles.39. D
Clerici possunt habere temporalia ad vsum. 60.F
Coactio est triplex, qua Deus cogitur manere in anima hominis. 66.H
Codrus Rex mortuus est pro populo suo in bello. 54.Q
Cœlestia non sapiunt quibusdã propter delitias carnis. 101. G
Cœlestis patria habet aternam refectionem. 27.A
Cœlum Empyrium dicitur igneum a splendore. 2.S
Cœlum firmamẽti secunda die est factũm. 2.T
Cœlum ministrat nobis lucem 10.R
Cœlum profert stellas tristes pestilentiam significantes. 43. A
Cœna dicitur Sacramentum Corporis Christi propter tria. 36.B.
Cœna sanctæ Eucharistiæ dicitur nigra, propter ferculorum multiplicationẽ. 36.B
Cœna dicitur beatitudo cœlestis Patriæ. 36.D
Cœnam corporalem multa magnificant. 36.D.

Cœna cœlestis sunt duodecim fercula. 36.F
Cœnam duplicem diabolus fecit suis in mundo, & in inferno. 38.O.R
Cœna inferni dicitur magna propter decem. 38.R.S
Cogitationes quando immutendæ sunt in cor, & à quibus hominibus. 8.M
Cogitationes malæ sunt à corde abscindendæ. 8.R
Cogitationes bonæ expellunt malas. 8.R.S
Cogitationes hypocritæ significantur per alas. 51.I
Cogitationes hominis pronæ sũt ad malum. 54.O
Cogitationes sunt quadruplices de quibus ratio reddetur. 62.X
Cogitationes ut vitentur sunt aliquæ cautelæ. 62.Y
Cogitationes sunt origo peccandi, ideò sunt discernendæ. 98.O
Cogitatione triplici attinent homines Christo. 30.V
Cognitio peccati vel cogitatio valet ad conuersionem. 6.E
Cognitio Sanctorum in Patria est duplex: Vespertina & matutina. 19.C
Cognitionem Dei, sui ipsius & proximi non habent diuites. 34.B.T
Cognitio Christi fuit in Scribis & Pharisæis per inuidiam obfuscata. 49.C
Cognitionis claritatem habebat anima in cælo. 55.E
Cognitio suiipsius valet ad humilitatem. 67.Q
Cognitionẽ suiipsius in homine quatuor impediunt. 67.Q
Cognoscitur Deus per sex gradus. 31.A
Cognoscere debet peccator multa vt plangat. 65.S.T.V.X
Cognouerunt nec dæmones nec principes Iudæorum Christum Deum esse. 74.K
Colorant quidam faciem suã in contemptum Creatoris. 34.Q
Columbæ eijciunt fimum suum extra nidum. 1.K
Columbæ significant homines propter tria. 1.D
Columbæ significant malos homines propter duo. 1.I
Comessationes consuetæ nocent animæ & corpori. 16.G
Comessationes sunt damnabiles tam clericis quam Laicis. 75.I
Communicantes excõmunicatis contrahunt excommunicationẽ sed differenter. 23.V
Communicare possunt excommunicatis multa persona ex Iuris permissione. 23.V
Communicantes excõmunicato peccant in se, & in eum, cui communicant. 23.Y
Communicandi non sunt Laici sub vtraq; specie. 33.L.Z
Compassionẽ habere debemus cum proximo, exemplo Elephantum. 13.E
Compassio est duplex, vera & falsa, & argumentũ cuiuslibet. 47.F
Compassio consistit in tribus. 64.M
Compati debemus quadruplicibus hominibus 64.M
Concordiam debet habere quilibet cum proximo, vt placeat Deo eius oratio. 18.R
Concordia disponit ad susceptionem Spiritus sancti. 26.I
Concordia est duplex vera & falsa. 47.S
Concupiscentia carnalis reliquit vermem mordentis cõscientiæ. 12.R
Concupiscentiæ carnalis tria remedia. 12.M
Concupiscentia carnalis multos infatuat. 14.A
Concupiscunt quidam vxorem proximi, & quidam vt concupiscentur, ornant se. 100.X
Condemnare non debemus homines, quia si hodie peccatores, cras erunt boni. 63.Q
Confessio debet fieri distincte. 6.G
Confessio cum lacrymis sanat vulnera animæ. 20.V
Confiteri debent Sacerdotes ante Missam. 57.H
Confiteri debent peccatores, ne à dæmonibus accusentur. 64.L
Confessio ante Christi aduentum non fuit mandata, & est duplex. 69.R
Confessio etiam necessaria est post contritionem. 69.R
Confessionem differt peccator propter quatuor. 71.K
Confessa peccata & deleta reuelabuntur in iudicio. 71.O
Confessio oris est necessaria, nec intrabit quis in cœlum sine ea. 78.I
Confessio est necessaria ad vincen-

vincendum dæmonem. 87. Y.
Confessio debet esse plena, exemplo sudoris vilis. 93.R
Confessio debet esse verecūda. 102.K
Confessio oris est necessaria. 102.I
Confessores nihil debent postulare a confitentibus, sed pie oblata p. ssūt recipere. 91.O
Confidere debet in medicum, qui vult sanari. 87.L & 94 X
Confidentia necessaria est tribus generibus hominum, 91.T
Confirmatio solùm confertur ab Episcopis 57.F
Conformare se debent homines his, cum quibus viuunt. 40. M
Coniugati debent induere tunicam inconsutilem Charitatis 43.X
Coniugium ad tria ordinatur. 45.B
Conqueruntur mortui de tribus 27.G
Conqueruntur mortui de quatuor generibus hominum. 83.M
Conradus Rex Francia pro Ecclesia pugnauit 96.Q
Consanguineos potest Episcopus preferre alijs, si sint æque idonei. 101.S
Conscientia existens contrarium, damnat. 1.H
Conscientia hominis florida significatur per solsequium, & debet sequi Christum. 9.G
Conscientias aliorum quidam discutiūt, et no proprias. 18M
Conscientia domus qualiter est adificanda & ordinanda. 20.P.Q
Conscientia bona quæ sit. 20.P
Conscientia est examinanda ante sumptionem Corporis Christi. 33.Q
Conscientia bona est quasi iuge Conuiuium. 34.H
Conscientia hominis peccatis grauata est domus immunda. 51.A
Conscientia in peccatis est inquieta, sed sine peccatis est læta. 27.N
Conscientiam internam videre non debemus. 30.K
Conscientiam habent quidam dilatatam & infirmam & perturbatam & cauteriatam. 42.Q
Conscientia rectitudinem habere debent iuuenes. 85.K
Consentire dicitur aliquid in actum triplicitèr 98.P
Consilium Dei debet homo sequi. 25.R
Consilia sua exhibet nobis Spiritus sanctus quatuor modis. 30.V
Consilia multorum Sapientum sunt attendenda. 30.Z
Consilia à quibus sunt quærenda. 72.C
Consiliarij mali destituuntur potestate dominorum suorum. 75.N
Consiliarij significantur per vbera Ecclesiæ, & dant consilium contra Ecclesiā. 96 Q
Consilium donū videlicet Spiritus sancti, sequitur fortitudinem, & sine eo nihil faciendum. 88.K
Consiliarij animæ sunt triplices supremi, medij & infimi. 9. L
Consilium Phariſæorum fuit fraudulentum. 101.B
Consiliarij mali dant consilia contra libertates Ecclesiæ, & commune bonū. 101.C
Consilia mala qui dederunt, puniti sunt. 101.D
Consolator est Spiritus sanctus lacrymantium. 24.F
Consolatur Spiritus sanctus contemplatiuos perfectos triplicitèr 24.I
Consolatur nos Spiritus sanctus triplicitèr. 28.M
Consolandi sunt tribulati. 55. V
Consolatio diuina similatur nubi. 76.I
Consortia malorum sunt fugienda. 4.E
Constantia perpēditur in multis. 12.T
Constantinus Monachus ex despectu sui, humiliatus est. 44.P
Consuetudines piæ sunt obseruandæ. 53.I
Consuetudines malæ, vbi Sacramenta venduntur sunt abolendæ. 76.C
Consuetudo mala necessitat ad peccatum. 82.B
Consuetudo mala inter omnia est peius malum, quia de ea difficile surgitur. 93.M
Consuetudinem possunt sequi clues quando Canon vel lex deficit. 101.H
Consulum tredecim proprietates. 101.E
Consules debent esse sapientes & se-

& senes. 101.G
Consules non debent reuelare secreta consilij. 101.K
Contemplatiuam vitam debet intendere anima fidelis. 15. G
Contemplatiua vita assimilatur cellæ vinariæ. 15.G
Contemplatiui sentiunt dulcedinem, & post hoc interdũ desidiam & torporem. 15.H
Contemplatiua vita præcellit actiuam. 52.T
Contemplatiui sunt duplices. 52.V
Continentia fouetur in munditia, & assimilatur Fanonio. 26.T
Continentiam non potest vouere vir sine licentia mulieris. 39.F
Contritione & confessione redit peccator ad Dominum. 67. R
Contritio sola non sufficit sine confessione. 87.Y
Contritio debet esse amara pro peccatis. 93.Q
Contumax fit aliquis multipliciter, & potest pro contumacia excommunicari. 23.T
Contumelia illata probant hominem. 44.O
Conuersatio bona assimilatur Arcæ, qualiter debeat homo habere conuersationem. 12. R.S
Conuersatio lucida in quo consistit. 32.V
Conuersationem bonam debemus habere si volumus ordinem cœli intrare. 42.S
Conuersi noui septem indigent. 61.I.K.L.M
Conuitia aliqua sunt contumeliosa, aliqua lenia 61.P
Conuiuium Ecclesiæ habet multa fercula à sanctis oblata. 96.V
Conuiuium fecit Christus Spõsa anima sue. 96.Y
Conuiuium cœli laudabile est ex multis. 96.Z
Cor hominis habet adulteria, malas scilicet cogitationes. 1.B
Cor hominis est secundum ostium, quo intratur in animam. 8.M
Cur possunt aperire perfecti, & permittere, cogitationes. 8. M
Cor est instabile & difficulter regitur. 8.M
Cor hominis comparatur mari. 8. & 101.N
Cor nostrum debemus dare libenter Deo & integro & perpetuo. 26.C
Cor suum debet præparare per manditiam, qui vult per orationem Citharizare 79.F
Corda imperatorum olim igne concremabantur. 25.A
Corona electorũ sunt tentationes ipsorum. 13.V
Coronant quidam se coronis roseis in præsenti, & in futuro coronabuntur tribulatione. 96.S
Coronam spineã portauit Christus, propter tria. 96.Y
Corpora glorificata erunt clara agibilia & impassibilia. 8.V.&X
Corpus gloriosum an possit videri ab oculo non glorificato. 8.V
Corpus gloriosum an possit esse in eodem loco cum alio corpore. 8.X
Corpus gloriosum pertrãsit cœlos diuina virtute. 8.X
Corpus gloriosum an possit moueri in instanti. 8.V
Corpus & sanguinem tradidit nobis Christus in pastum. 10.V
Corpus Christi est panis confortans animam & vinificans. 10.Y
Corpus nostrum domandum est ad similitudinem equi iumenis. 12.O
Corpus nostrum est de terra, vt seruemus humilitatem. 20. L
Corpus primi hominis fuisset incorruptibile, si in innocentia stetisset. 30.Q
Corpus Christi est totũ sub specie Panis occultatum. 32. K.
Corpus Christi non est sine sanguine, nec è conuerso ex cõcomitantia 33.I
Corpus Christi manducatur quatuor modis 33.L
Corpus Christi habet varios effectus. 36.C
Corpus nostrum est subuersio anime. 76.I
Corpus datum est anima propter tria 80.N.O
Corpori non est seruiendũ. 80. N.O
Corpus appetit carnalitatem atq; voluptatem. 80.M
Corpus est quasi seruus, & debet per animam affligi. 86 E
Corpus assumit sibi dominum super animam. 80.L

Cor-

Digitized by Google

Correctiones licet sint dure, sũt tamen audiendæ. 9.L
Corrigere debent Prælati subditos, ne à Deo puniantur, sicut Heli. 10.D
Corrigere debet Prælatus magis consuetudine, quàm asperitate. 11.Y
Corrigunt quidam Parentes pueros suos nimis seuerè & indiscretè. 28.Y
Corrigẽdæ sunt vxores in secreto non cum confusione. 37.K
Corrigere debent Prælati in lenitate & non nimium, ne non timeant subditi. 70.C
Corrigere debent Prælati subditos, & sunt quasi canes muti. 71.Q
Correctio fit trib⁹ modis. 73 D
Correctio indiget discretione. 98.P
Corrigia serica portant mulieres. 8.Y
Corruptionis modus quadruplex invenitur. 30.Q
Corruptibile non fuisset corpus primi hominis si in innocentia perstitisset. 30.Q.R.T. 31.H
Corruca excubat ova cuculi, & pulli eam occidunt. 2.I
Corruca significat homines Christianos, & docet eos dominum laudare. 2.Z
Creauit Deus omnia ad vtilitatem hominum. 10,P.& 13.H
Creatura omnis loquitur nobis tribus modis. 10.Q
Creauit Deus omnia propter quinq; vt nos moueret, ad bonorem, stuporem, amorem laborem. 10,P
Creationis gratia refertur ad Patrem. 30.Q
Creati sumus ad imaginem Dei. 30.Q
Creauit Deus hominem, non solum, sed Angelos simul. 72.N
Creditor debet tantum reddere quantum accepit. 100.L
Crinalia siue serta quæ portantur in die Corporis Christi quid signant. 32.R.S
Crisis sexta die contingens est ad malum. 99.S
Crocodilus pugnat contra cetum. 21.A
Crudelitas rapacium significatur per alas accipitris. 15. H
Crux Christi est pons per quem Christus transiuit, lectus in quo dormiuit, scala per quã ascendit, & libra in qua pependit. 10.K
Crux est pœnitentia. 10 K
Crux comparatur naui. 48 Q
Cultellus scindens animam est excommunicatio. 23.S
Cupidi & Auari sunt tristes hic, & in futuro tristiores. 13.P
Cupiditas mundana significatur per Deam Syrtis nomine. 48.V
Cupidi & auari balneantur in foueis metallicis bullientibus. 48.V
Cursores sunt homines in hoc mundo. 3.A
Cursori comparatur vita nostra. 4.L

D.

Damnati in descẽsu Christi ad inferos, sũt inde liberati. 2,G
Damnantur plures quàm saluantur. 38.Z
Damnantur Iudæi & gentiles, omnesque mali Christiani. 38.Z
Damnati comburuntur & non consumuntur. 65.N
Dauidi quia ambulauit viam luxuriæ, quid contigit. 3. G
Dauid accinctus Ephod duxit Arcam cum iubilo. 32. S
Dauid portans Arcam signat Vrbanum Papam, vel aliũ Prælatum, portantem Monstrantiam, in qua est Sacramentum Christi. 32.T
Dauid desiderauit aquam de Cisterna Bethleem, qua allata effudit eam. 55.A
Dauid remisit iniuriam Semei. 97.H
Debitores sumus triplici ratione. 77.N
Decimas dare tenentur reges & principes. 4.V
Decimas quidam subtraxit suo Sacerdoti, & damnatus fuisset, nisi eum B. Virgo liberasset. 4.V
Decimas Laici non soluunt, aut peius frumentum quod habent tribuunt. 4.Z
Decipiuntur homines in quatuor. 75.E
Decipitur Christus scienter in tribus. 31.F
Deceptores sunt tàm in Clero quàm in vulgo. 28.K
Decretà fecit quidam, vt non hospitaret pauperes, sed solum diuites, nobiles & sapientes. 7.E

Decretorum scientia est mobilis humana, tumultuosa & inflatiua. 17.K

Defectus aliorũ quidã vident, & non proprios. 35.K

Defectus nostros considerare debemus ne decipiamur. 4.C

Defectus rei potest considerari dupliciter. 66.D

Defectus nostros assumpsit Christus, sed non omnes. 91.T

Delectatio est morum regulatiua, declaratiua, & augmentatiua. 98.M

Delectationes tres quasi tria poma aurea proijcit diabolus hominibus in via. 16.E

Delectatio fœminea affectionis multos decipit. 75.F

Delectatio peccatorum transit, sed peccatum sequitur peccatorem. 92.G

Delectatio bestialis facit infirmari in peccatis. 98.M

Delphines sunt pisces marini, & diligunt Symphonias. 50.M

Damones habent naturæ subtilitatem, & vimax ingenium 38.N

Damonis potestas ablata est post Christi mortem. ibidem.

Damones impugnant & infestant noxiter cõuersos. 49.F

Damones veniunt ad obitum hominis. 65.X

Damones sunt debiles, & non superant nisi volentem. 71.K

Demones nituntur impedire transeuntes ad cœlum. 79.A

Damon ardentius insequitur fugere volentes à peccatis. 79.H

Damonis mens possessa est à duobus malis superbia & inuidia. 86.Y

Demones vario modo alliciunt ad peccatum. 102.Q

Denarius probatur ante solutionem & significat animam 39.I

Dentibus similantur doctores. 96.P

Deridebant Iudæi Christum multipliciter. 32.QZ

Derident Iudæi passionem Christi. 32.Y

Derisores quibus peiorti sun. 100.G

Deriserunt Christum quatuor genera hominum. 100.G

Descendit Christus ad infernum, non ad pœnam, sed ad locum pœnæ. 2.D

Descendit Christus ad limbũ propter vinctorum consolationem & damonum confutationem. 2.E

Desiderium supernorum est signum, quod quisque habet Spiritum sanctum. 25.K

Desperationem suadet Diabolus. 64.K.& 102.K

Desperat nemo, si considerat longam Dei expectationem, crebram vocationem, & benignam receptionem. 71.P

Desperatio peior est omni peccato, & est peccatum in Spiritum sanctum. 71.Z

Desperandum non est de homine, quantumcunque sit grauis in peccato. 101.Y

Detrahentes prædicatoribus à Deo puniuntur. 15.S.& 41.H

Detractores habent linguas bipartitas. 15.N

Detractores sunt immunditiæ receptiui, iniustitiæ effectiui, & nequitiæ infectiui. 15.O

Detractores ledunt charitatẽ, & à Deo puniuntur, 24.G

Detractores qui sunt, & quoties detractionem contingit fieri. 51.B

Detractio oritur ex superbia & inuidia. 51.G

Detractores comparantur sepulchris mortuorum serpẽtibus venenosis & furibus. 51.C

Detrahunt Heretici Prælatis, 60.F

Detractores inimici sunt, & sæpe proficiunt, 63.D

Detractores non sunt audiendi & sic tacebunt. 82.G

Detractores sunt canes mordaces, reguli Cloacas mundãtes ideo sunt immundi. 86.I

Detractio est summa iniquitas 98.P

Detractor comparatur mulieri pragnanti. 100.E

Detractor occidit tres animas, 100.R

Deum esse probatur multipliciter. 11.K

Deus cognoscitur sex modis. 31.A

Deum negant tria genera hominum auari & tenaces, præsumptuosi & audaces, malitiosi & fallaces. 90.L

Deus solus dicitur Dominus. 96.H

Digitized by Google

Diabolus assimilatur lupo propter aliquas conditiones lupi. 10.C.I

Diabolus duxit quendam Monachum in domum Patris sui. 11.C

Diabolus nudauit hominem virtutibus. 38.M

Diabolus dicitur homo singularis propter tria. 38.N

Diabolus impugnat fideles ne perueniant ad cœlum. 48. L.& 79.A

Diabolus circumit quarẽs quẽ deuoret ex bonis. 54.P

Diabolus seduxit hominem,& sub potestate eius fuit. 54. Q.R

Diaboli mens superbia& inuidia est possessa. 86.F

Diabolus est hostis crudelis virtutes animæ exterminans. 79.H

Diabolus nititur animam impedire & decipere. 84.R

Diabolus nititur decipere animas virtutibus ornatas. 84 R

Diaboli terribili vultu occurrunt mortuis. 83.O

Dies diuersimode accipitur. 2. N

Dies est quilibet homo redemptus,& quomodo dies, videlicet homo inclinatus est in omni statu mundi. 4.O

Dies aduersitatis fletus, laboris paupertatis & mortalitatis sunt hic. 8.H.I

Dies iudicij est timenda. 10.M & 14.V

Dies mundanorum hominum qui sunt. 64.O

Dies dominica cessando à laboribus honoratur. 100.P

Diffamant nostria. 62 T

Digestio Verbi Dei quando sit 13.N.O

Dignitas secularis dominij habet multa pericula. 36.V

Dignitas temporalis significatur per Cetum. 48.X

Dignitas animæ rationalis. 19.H

Dignitas Pontificalis præcellit dignitatem regalem & potestatem. 73.B

Dignus vita eterna dicitur aliquis dupliciter. 72.G

Dilationem cœlestis Patriæ Sancti sient in præsenti. 13. F

Dilectio Dei nullam habet imperfectionem. 27.F

Dilectionẽ suam ostendit nobis Deus in quatuor. 27.B.D

Dilectio disponit ad suscipiendam Spiritus sancti gratiam 26.E

Dilectio hominum habet quatuor defectus. 27.F

Dilectio est duplex, vera & falsa. 47.D

Dilectionis mandatum est maximum & primum. 94.V

Dilectio qua Deum diligimus an debeat habere modum. 61.Z

Dilectio similatur Calci viuæ. 101.N

Diligunt animalia bruta compares suos. 20.Y

Diligenda est Vxor, ex tribus. 37.K

Diligendus est Deus & proximus. 74.T

Diligitur parum Deus eo quod non cognoscitur. 31.A

Diligere debent Prælati subditos. 97.I

Diligere debent Domini bonum Regni. 97.F

Diligere inimicos an maioris meriti sit quam amicos. 91 Z

Diligere inimicos quis teneatur ex affectu. 91.Z

Diligere debemus Deum, quia nos bonos, & pulchros & diuites creauit. 91.S

Diligendus est Deus dupliciter, sapienter & fortiter. 91.V

Diligere an magis homo debet proximum quam se ipsum. 91.X

Diligere an magis debet homo extraneum quàm coniunctum. 91.Z

Diligere debet quis Patrem magis quàm Vxorem. 91. Z

Diligentia est intenta deuotio Deo placens. 62.Y

Diluuium accidit in vallibus & desertis. 69.I

Diluuij causa fuit, quod filij Dei se filiis hominum sociauerunt. 37.H

Dimittit Deus sola peccata. 64.L

Diogenes morabatur in dolio volubili. 11.G

Diogenes sprenit Alexandrũ, nec volebat ab eo quicquam petere. 17.I

Discere debẽt homines propter tria. 102.D

Discere non potest multũ quis modico tempore. ibidem.

Disciplina quid boni facit 25. C

Digitized by Google

Diſcordia fugat Spiritum ſanctum. 26.I

Diſcordes ſeminant dentes diſcordiæ, & ſunt Deo odibiles. 51.E

Diſcretio ſignificatur per Sal, quam debet prædicator habere in prædicando, vel in docendo. 10.Y

Diſcretio ſignificatur per nares & neceſſaria eſt in prædicatione, correctione & corporis caſtigatione. 98.P

Diſſimulat Deus punire peccata. 55.D

Diuitiarum ſtatus quomodo depingebatur apud antiquos gentiles. 34.A

Diuitiæ ſunt triplices temporales, ſpirituales & eternales. 34 B

Dines ſimilis eſt Talpæ. 34. C

Diuites non habent cognitionem Dei, nec ſui ipſius, nec proximi. 54.B

Diuitiæ repellunt ſecuritatem & lætitiam. 34.C

Diuitiæ cauſant inimicitias & bella. 34.F

Diuitiæ eternales induunt hominem purpura & byſſo. 34.I

Diuites iactantes ſe de diuitiis ſuis fatui ſunt. 35.C

Diuites ſunt triplices. 35.C. D

Diuitiæ comparantur luto propter tria. 35.E

Diuitiæ nihil ſunt in comparatione Sapientiæ propter tria. 40.R

Dines fuit Chriſtus in tribus. 62.S

Diuitias quidam conſumant cum iactantia, cum hiſtrionibus. 62.V

Diuitiæ dicuntur iniquitatis tripliciter. 63.F

Diuitiæ acquiruntur titulo iniuſto multipliciter. 63.G

Diuitiæ ſunt infidelis amici deſerentes hominem in morte. 83.N

Diuitos indurati ſi corrigantur non ſentiunt in proſperitate ſed in aduerſitate 87.O

Diuitiæ ſunt duplices, tẽporales & ſpirituales. 89.B.D

Diuitias tribuit Deus aliquibus cum tamen ſibi non ſeruant. 72.P

Diuitiæ non ſunt niminm augendæ. 89.B

Diuitiarum nimius affectus ligat animum hominu. 89. C

Diuitiarum amor cauſat in homine ſterilitatem, diſſolubilitatem, & grauitatem. 92.G

Doctor debet in ſua doctrina attendere tria. 52.S

Doctores quidam areſcunt per nimiam ſiccitatem, quidam fruteſcunt per nimiam curioſitatem. 59.S

Doctores ſimilantur dentibus. 96.P

Doctrina ſana in duobus conſiſtit. 6.M

Doctrina Phariſæorum falſa, ſunt Ciſterna diſſipata. 14.I

Doctrina verbi Dei debet maſticari, præparari, & in loco digeſtionis recipi. 15.A

Doctrinam ſtultis contemnunt. 56.X

Dolor Chriſti fuit maximus. 30.Q

Dolor triplex conſideratur in pœnitente. 69.N

Dolor in pœnitente an poſſit eſſe nimius. ibiaem

Dolorem debent habere pœnitentes. 69.N

Dolo ſi ſimiles ſũt Ceraſti 59.H

Domanda eſt caro ad inſtar equi nouelli. 11.O

Domini terreni rarò audiunt verbum Dei. 41.E

Dominus ſolus dicitur Deus, & non alij homines. 96.H

Domini terreni impotentes ſunt tripliciter. ibidem.

Domini temporales in aliquibus caſibus poſſunt exigere à ſubditis ſuis vltra ſtipendium. 101.B

Dominari quidam appetunt & hoc eſt indecens. 96.V

Dominatio non eſt appetenda, propter tria. 96 V

Dominica dies ſucceſſit loco Sabbati propter duo, & eſt celebranda. 90.N

Dominij inſtitutio quadruplici via eſt legitima. 96.V

Dominium habuit homo in ſtatu innocentiæ ſuper animalia, propter tria. 30.Q

Domum quandam deſertam allocutus eſt poeta. 4.L

Domum propriam quilibet Planeta habet. 11.L

Domum cordis debet quilibet adificare Chriſto. 20.P

Domus conſcientiæ eſt adificanda & ornanda. 20.P

Domus conſcientiæ per peccatũ ſit immunda penuriosa, ruinoſa. 51 A

Domus

Domus Dei eſt adoranda propter tria. 66.F
Domus Dei eſt anima fidelis, propter quatuor. ibidem
Domus Dei cœleſtis habet tria commoda. 66.I
Domos magnas non debemus hic edificare. 74.Q
Dona Spiritus ſancti ſeptem fugant peccata mortalia. 25.M
Dona Spiritus ſancti ſignificantur per ſeptem boues per ſeptem ſtellas & lucernas. 25.C D
Dona Spiritus ſancti ſunt contra ſeptem peccata. 25.D
Dona ſeptem Spiritus ſancti ſeptem deuorant mortalia peccata. 25.E.M
Dona Spiritus ſancti. vide. 30 R.& 99.Z
Donorũ Spiritus ſancti aſcenſiones. 88.B.C
Dormiunt citò homines in peccatis, in calore proſperitatis. 65.Q
Dormire facit Diabolus homines in peccatis carnalibus. 21.C
Dormiunt naturaliter qui habent caput grande, collum breue. 102.L
Dotes quatuor in corporibus ſuis habent ſancti & electi. 8.V.X.& 55.K.L
Dracones ſignificant Phariſæos 41.D
Dracones duo in terra Armenia, ſignificant dominos terrenos & Prælatos. 98.T
Ducuntur homines in hoc mundo quintupliciter. 28. Q

E

Ebrietas facilè promouet luxuriam. 86.B
Ebrietas eſt denudatrix ſecretorum, infamatrix ſenſatorum, alligatrix robuſtorum, & imperatrix flagitiorum. 95.B.C
Ebrietas inhibita eſt Clericis. 95.C
Ebrietas quatuor mala facit. 95.D
Ebrietatis medicina. 95.F
Ebrietate capit Diabolus potatores. 95.A
Ebrioſo nihil turpius. 34.S
Ebrius quidam miles damnatus eſt. 61.L
Ebrius quidam truſit pede Caluitium, & quid ei contigerit. 95.C
Ebrioſus quidam incidit in luxuriam, & homicidium. 86.B
Eccleſia intelligitur per firmamentum, & incepit ab Abel. 2.T.27.A
Eccleſia ad ſimilitudinem firmamenti habet varias partes electorum, ſcilicet in limbo & in mundo. 2.V
Eccleſias quidam Prælati amant, propter pinguedinem & dignitatem. 4.Q
Eccleſia in primis Prælatis fuit pulchra, ſed in modernis eſt putrida. 4.R
Eccleſiam ſuam poteſt Presbyter alteri cõmittere ad tempus, vel ad vitam. 29.E
Eccleſia ſignificatur per Arcam, extra quam nullus ſaluatur, 38.Z. *in fine &* 48.P
Eccleſia militans reſpectu Eccleſiæ triumphantis, eſt captiua. 66.K
Eccleſiam deſpõſauit ſibi Chriſtus, cum latus eius apertum fuit in cruce. 96.K
Eccleſia olim fuit pulchra ſponſa, modo eſt fœda. 96. K.L
Echinus piſcis paruus tenet nauem, & ſignificat peccatum mortale. 48.R
Eclipſis Solis quando cauſatur 94.S
Egreſſio Saluatoris Chriſti eſt multiplex. 32.L.P
Electio debet fieri per collegium, & non per intruſionem. 29.H
Eligunt quidam propter paruales affectiones, propter tẽporancas poſſeſſiones 29.H
Eligendi ſunt literati, ſed non nobiles inſcij, qui enim fulciti ſunt bonis moribus, plus expediunt Eccleſiæ. 29.I
Eligendi ad Epiſcopatum magis ſunt Iuriſta quam Theologi. 29.H
Eligendi debent eſſe meliores, in foro conſcientiæ, ſed ſecundum forum indiciale, ſufficit eligere bonum. 29.H
Eleemoſyna danda eſt pauperibus in neceſſitate, & non eſt vltima neceſſitas expectanda, vt dicunt Iuriſta, 10.A
Eleemoſyna efficacior eſt quàm oratio, vel ieiunium. 17. X
Eleemoſyna danda eſt pauperibus. 46.X

Digitized by Google

Eleemosyna data multiplicat bona terrena. 45.D.46.R

Eleemosyna danda est hilariter. 45.E

Eleemosyna quatuor sunt fructus. 45.F.G.H

Eleemosynam quidam Sacerdotes faciunt paruam vt accipiant magnam. 47.G

Eleemosyna non est danda in intuitu hominum. 47.G

Eleemosynarum tria sunt genera. 47.H

Eleemosyna non est facienda de rapina. 51.H.& 56.S

Eleemosyna danda est egenis, & non diuitibus, bonis, & non peccatoribus. 56.S

Eleemosynam nisi fecerimus, frigus perpetuum sentiemus 64.A

Eleemosyna danda est pauperibus, qui sedent ante fores Ecclesiæ. 67.G

Eleemosyna est omnibus danda. 63.E

Eleemosyna quinq; habet fructus. 63.F

Eleemosynam quidam Prælati non dant, sed equos suos auro ornant. 75.I

Eleemosyna nõ est facienda de male acquisitis. 76.D

Elephantes sunt animalia magna, & significant Prælatos. 10.F

Elephantes compatiuntur sibi mutuò. 12.E

Elephantes ostendentes viam errantibus in deserto significant Prælatos, vel Spiritum sanctum. 28.H

Eleuantur aliqui vt grauius cadant. 87.N

Elongat se peccator à Deo. 41.A

Empti sumus per Christũ precio Sanguinis maximo. 39.A.B

Ementes vilius quàm res valet tenentur recompensare. 66.E

Ementes furta tenentur rem reddere, & omnes fructus inde perceptos. 66.E

Episcopatu dignitatem quidam renuit suscipere, & saluatus est. 3.C

Episcopi sunt quidam religiosi, & in periculoso statu sunt 3.D

Episcoporum opera debent esse notabilia. 52.Q

Errare facit nimia distantia circa tria. 34.N

Errant peccatores circa futuram gloriam tripliciter. 34.N

Error quærentium hic requiem. 19.Q.R

Errat quis dupliciter circa fidem, scilicet vniuersali & particulari. 76.B

Erreres varij circa Corpus Christi. 33.B

Erubescentia est duplex, bona & mala. 69.N

Erubescentia multos impedit in confessione. 71.N

Erubescentes seruire Deo malè se habent ad ipsum, quo ad tria. 81.T

Erubescentia pœnitentis placet Deo. 102.L

Erubuit quidam studens Patrem suum seruum Patris se dicendo, quem Pater exheredabat. ibid.

Esau vendidit primogenita. 3.L

Esau persecutus est Iacob, & significat quod caro persequitur Spiritum. 11.L

Esther, vide Hester.

Eua fuit sine gaudio & maledicta à Deo. 75.D

Euagatio mentis quæ cum proposito fit in oratione, virtutem eius tollit. 12.Z

Eucharistia est Sacramentum maximæ charitatis. 1.F

Eucharistia est Panis confortans animam. 10.I

Eucharistiã qui vult sumere, quid ei faciendum. 33.X

Eucharistia vocatur cœna propter tria. 36.B

Eucharistiam debent sumere solum amici Dei. 56.X

Eucharistia Sacramentum quare datur occultatum. 57.A

Eucharistiæ Sacramentum debent sumere Sacerdotes. 57.G

Eutrapelia est virtus circa ludos decentes. 5.Q

Exactores Domini infideles sunt, & à Diabolo punientur 87.T.& 101.T

Exaltandi non sunt indigni. 97.F

Examinare debet Christianus vitã suam quotidie. 11.D

Examinantur electi à Deo quadrupliciter. 39.D

Examinandi sunt Clerici ante promotionem. 39.D

Examinabit Christ⁹ in Iudicio de operib⁹ misericordiæ. ibid.

Exami-

Digitized by Google

Examinatio eſt gladius vel cultellus penetrans animam 23.S

Exciditur homo malus à bonis 59.Y

Excitandus eſt Prælatus dormiens, & quomodo. 21.D

Excõmunicati ſimilãtur morſui rabidi canis. 23.T

Excõmunicatus cõmunicantes contrahũt excommunicationem, ſed differenter. 23.V

Excommunicatio eſt vitanda propter multas cauſas. 23.X

Excommunicatus incurrit iram Dei. 23.Y

Excommunicatus ſimilatur Adæ qui fuit de Paradiſo expulſus. 23.Z

Excommunicatio quomodo deſcribitur, & eſt duplex, maior & minor. 23.Z

Excuſant ſe homines tripliciter. 36.Q

Excuſantium ſe ſunt tres punitiones. 23.Z

Executores falſi defraudant vltimam voluntatem teſtatoris. 82.M

Exempla Sanctorum inſpicienda ſunt. 20.Z

Exempla de excommunicatione. 23.Y.& Z

Exemplis Sanctorũ paſcuntur boni in hac vita. 42.S

Exemplum malum ſignificatur per lepram. 98.R

Expectat hic Deus peccatores diutius vt puniat non conuerſos acrius. 81.N

Ezechias flens orauit, & vitã impetrauit. 18.H

Ezechielem duxit Spiritus ſanctus in campum. 28.K

F.

Fabulæ non ſunt in concionibus exponendæ. 41.F

Facere fructus ampliſſimos, ad ſimilitudinem bonæ arboris debet homo. 75.H

Falce mortis metuntur tam boni quam mali. 83.L

Falconi ſimilatur Chriſtus, propter pietatem. 76.A

Fallit mundus amatores ſuos multipliciter. 19.Y

Falſarij ſunt triplices, monetarum, literarum & ſigillorum. 60.B

Falſum teſtimonium dicunt quidam ex timore propter munera, vel odium. 100.T

Fama eſt neceſſaria nobis, propter nos ipſos. 42.T

Fama quomodo & quando reſtituenda. 51.D

Famam habentes ſine re, comparantur pomis, quæ creſcunt circa mare mortuum. 101.E

Fama clareſcere iuſtum, vt proximum lucremur. 102.C

Fames angit homines propter peccatum. 44.K

Familiam curare debent prælati, & principaliter ſubditos. 21.E

Familia mentis eſt triplex, ſuprema, media & infima. 82.A & 90.H

Familiaritas mulierũ à Sacerdotibus eſt fugienda. 4.E

Familiaritas in ſubditos, ſua à Dominis grauitate miſcenda. 5.N

Familiaritas mulierum inducit luxu[illegible] 37.B

Faſciis ſunt infantes ligandi. 6.M

Faſciculum Paſſionis Chriſti debet colligere anima fidelis, exemplo beati Bernardi. 14.E

Fatuitas diuitum ſe diuitiis honorantium, oſtenditur è variis. 11.H

Febres ſunt ſeptem, & ſignificant ſeptem peccata mortalia. 99.T

Fercula cœnæ Sacramentalis ſunt ſeptem. 36.C

Fercula cœleſtis cœnæ ſunt ſeptem. 36.F

Fercula tria dat Pater tria Filius tria Spiritus ſanctus. 36.L

Fercula ſeptem dat diabolus in cœna mundi. 38.N

Fercula decem dat diabolus in cœna Inferni. 38.R.S

Ferro ſimilatur iuſtitia regentium. 5.C

Fides quæ Catholica eſt, vincit mundum, & quomodo deſcribitur. 7.G

Fides eſt prior aliis virtutibus, prioritate euidentiæ vel oſtenſionis. 7.H

Fides eſt pulchritudo & fundamentum. 74.O

Fidem incarnationis Chriſti habuerunt omnes ſancti. 74.O

Fide vera filij ſuis à parentibus edocendi ſunt. 75.A

Fiducia exauditionis datur nobis ex tribus. 17.V

Filius legitimus iure ſuccedit Patri in omnibus. 80.L

Filij adhuc infantes & tenelli, inſtruendi in fide ſunt 81.A

Digitized by Google

Filios ſuos tradiderunt antiqui bonis & doctis magiſtris inſtruendos. 85.D
Finis eſt proſpiciendus. 7.N
Firmamentum ſecunda die factum, ſignificat Eccleſiam. 2.T
Firmamẽtum ſignificat Eccleſiam propter duo. 57.A
Flagella infernalia ſunt varia tormenta. 38.T
Flebiles naſcimur omnes. 8.E
Flent Sancti in hoc mundo, pro peccatis alienis. 12.D
Fletus duplex, Spiritualis & Corporalis, dãnati habet fletum corporalem. 38.S
Flent boni in hac vita quatuor de cauſis. 12.A.B
Flent quidam extra omnem ſolatij cogitationẽ poſiti mortem amicorum. 12.Q
Fleuit Chriſtus quinq; vicibus 64.I
Flere debemus pro dilatione Patriæ cœleſtis. 64.N
Flere debet peccator propter damni multiplicitatem. 64 L
Flendum eſt pro peccatis, ſed non pro amicis mortuis, niſi ex pietate. 84.Q.R.S
Flere poſſumus bonos defunctos amicos propter tres cauſas. 84.Y
Fleuit quædam mater inconſolabiliter pro defuncto filio. 84.X
Fleret peccator, ſi quatuor cognoſceret. 65.T.V
Fœcunditas ouium Chriſti, & qualiter perfectionem aſſequantur. 10.S
Fœnix vide Phœnix.
Fores animæ ſunt triplices, exteriores interiores, & intimæ. 8.L
Forma Baptiſmi eſt. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. 56.B
Forma confirmationis eſt: Ego ſigno te ſigno crucis, Chriſmate ſalutis, in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. 57.F
Forma vnctionis extremæ hæc eſt. Per iſtam vnctionem ſanctam, & ſuam piiſſimam miſericordiam parcat tibi Deus, quicquid per viſum deliquiſti, & ſic de aliis membris. 57.M
Forma conſecrationis Panis: Hoc eſt enim Corpus meum, ſcilicet vinum, Hic eſt enim Calix ſanguinis mei. 57.I
Forma abſolutionis pœnitentiam hæc eſt. Ego abſoluo te, &c. 57.K
Formica docet nos de neceſſariis prouidere, & conſeruare. 20.R
Formicæ ſapientia conſiſtit in quatuor. 62.Z
Fornicatio ducit in terram miſeria & tenebrarum. 28.Q
Fornicatio ſimplex eſt ſoluti cum ſoluta, & perficitur ex tribus circumſtantiis. 37.B
Fornicatio eſt peccatum mortale. 37.C
Fornicationem eſſe illicitam probat Apoſtolus quatuor rationibus. 37.C
Fornicando plus peccat Vir quam mulier. 37.D
Fortitudo media eſt inter timorem & audaciam. 5.G
Fortitudo laudatur ab Alano. 5.G
Fortitudo vincit mundum. 7.R
Fortitudo eſt duplex, Corporalis & Spiritualis. 7.R
Fortitudo iunat ſcientiam, & eſt triplex, magnificentia, cõfidentia, & cõſtantia. 30.X
Fortitudo ſequitur ſcientiam & eius quatuor ſunt partes. 88 H.I
Fortitudo iuſtorum conſiſtit in multis. 101.Y
Frænum ſignificat duo: videlicet correctionẽ moderatam, & abſtinentiam. 11.O.P
Fraternitatis tres ſũt modi. 47.E
Fraudulenti ſimiles ſunt vulpibus. 60.A
Frigus eſt in inferno, quod nullus poteſt ſuſtinere. 38.S
Fructus Spiritus ſancti ſunt duodecim, qui ſimilantur duodecim ventis. 26.Q.R
Fructum triplicem facit homo bonus. 59.R
Fructum triplicem etiam faciunt mali homines. 59.T
Fruges & ſegetes ſuorum ſubditorum quidam miles conculcauit, & damnatus fuiſſet, niſi beata Virgo eum liberaſſet. 4.V
Fuga in bello inuenitur aliquãdo laudabilis. 102.B.C
Fugere quando poſſunt Prælati & mercenarij & dimittere gregem. 11.P

Fugere debemus carnalem voluptatem vt ignium conflagrationem, vermiũ intoxicationem, & fluminum inundationem 13.B

Fugere debent homines luxuriam, alias vix possunt vincere eam. 21.G

Fugere debent Clerici consortia mulierum. 37.B

Furatus fuit quidam pisces religiosorum. 4.V

Fures si patienter tolerant pœnas, habebunt regnum cœlorum. 11.T.& 100.N

Fures debent restituere furtum nam & furtum committitur in minoribus rebus exemplum de hoc. 63.G

Fur non confitetur, nisi tormentis prematur, is significat peccatorem, qui furis nomine gaudet. ibid. G.

Gallus significat bonos predicatores. 2.Z

Garritui animum, vt picarum, passerum. non est fides adhibenda. 14.N

Gaudium mundi multa varietate noxium est. 12.G

Gaudent homines in mundo propter pulchritudinem rerum. 12.H

Gaudium præsentis vite est asperum pra amaritudinibus. 12.I

Gaudia mundi sunt amaritudine mixta, & quare. 12.I

Gaudent mali in præsenti, boni contra dolores patiuntur. 12.R

Gaudium electorum prouenit ex quatuor. 12.S

Gaudia electorum significantur per aquas, quas vidit Ezechiel. 12.S

Gaudent electi de pœna damnatorum. 12.Y

Gaudent sancti de tribus. 36. K

Gaudia cœli plena sunt, & nihil eis deficit. 40.Y

Gaudet quilibet Sanctus de alterius gloria. 42.O

Gaudent iusti de conuersione peccatorum propter tria. 43. G

Gaudent electi de tribus, de quiete incorruptibili, de affectu delectabili, & de opulentia inexhausta. 66.I

Gaudet Christus de conuersione Peccatorum. 43.B

Gaudia cœlestis Conuiuij. 96. Z

Genuflexio in Ecclesia non ẽper est necessaria 68.B

Genus nostrum considerare debemus ex parte matris, fratrum, filiorum. 30.V

Germanus dux nobilissimus & Episcopus qualiter castigauit se. 11.P

Gloriantes de diuitijs fatui sunt. 35.C

Gloriam nominis quidã quærunt sed fatuum & vanum probatur quinq; rationibus. 77.Q

Gloriantes in carne perdunt gratiam mentis. 81.S

Gloria mundi assimilatur glacici. 4.L

Gradus infantis in vtero sunt quatuor. 6.E

Gradus pœnitentium sunt quatuor Incipientium, Proficientium, Perfectorum, & beatorum. 6.H

Gradus sunt octo, quibus ascẽditur ad templum Dei. 67. P

Gratia augetur homo, si sensus illius claudantur. 8.T

Gratia aperit liberum arbitrium. 11.Y

Gratia Spiritus sancti assimilatur rori, propter sex causas. 24.A

Gratia Spiritus sancti datur preparanti se ad eam 25.L

Gratiam infundit nobis Spiritus sanctus. 28.N

Gratiam suã subtrahit electis Spiritus sanctus, vt propria confidentia vitetur, vt homo probetur, vt in timore cõseruetur ne homo nimium destruatur, ne proximus cõdemnetur; vt homo tedio non frangatur. 28.O

Gratiarum actio agenda, à quo sumenda & qualiter exlenda. 68.D.E.F

Gratiarum actionem tenetur homo reddere de anima sibi data & de semine doctrina. 78.M

Gratiarum actionem tenetur homo exhibere Christo propter victoriam. 89.A

Gratiam promereri non potest peccator triplici de causa. 102.N

Gratia est triplex. 102.O

Grati debent esse hospicio excepti, hospitibus suis. 22. O

Grati debent esse homines de beneficijs impensis. 79.D

Graue est omne peccatum &

deprimit hominem 16.G. 48.S.101.X.
Granitas est duplex, Virtutũ & vitiorum. 101.V
Gregorius Episcopus fuit gratus suo hospiti, licet infideli. 22.Q
Grues personas religiosas significant & docent eas, qualiter debeant viuere. 2.Z
Gubernat Deus omnia, non per se, sed mediantibus causis secundis, vt grossa corpora & corruptibilia regit per corpora cœlestia & incorruptibilia, & corpora cœlestia per angelos siue intelligentias. 10. S
Gula est imoderata edacitas naturæ, finibus suis non est contenta. 13.F
Gula occultat se sub triplici specie, videlicet liberalitatis, necessitatis, abstinentiæ parcitatis. 13.F
Gula infert mortem corpori, & animæ, & alia nocumenta. ibidem.
Gula tunc est peccatum mortale quando quis inordinatæ gulæ inhæret, tanquam vltimo fini, contemnens Deũ, & præcepta Ecclesiæ, vt eius delectationes assequatur. 38.P
Gula est refrenanda, exemplo cuiusdam fratris. 86.D
Gula significatur in febre quotidiana, quæ facit interficere corpus. 99.Y
Gulæ sex sunt remedia. 34.T
Gulæ tria sunt remedia. 13.G
Gulæ sunt tres vtilitates. 34.T
Gulosi ambulant viam præsumptuosam. 3.K
Gulosi peccant ciborum multiplicitate, eorumq; varia delectatione. 34.R.S
Gulosi sunt auidi in edẽdo. 38. P
Gulosi patientur famem in inferno. 44.L
Gulosi excedunt in cibis quatuor modis, videlicet tempus præueniendo, cibaria delicata quærendo, nimis comedẽdo, & auidè bibendo. 61.K. L.M
Gulosi similantur vrsis. 65.S
Gulosi impinguant carnem suam. 76.I
Gulosi damnabuntur, nisi pœniteant. 100.N

H.

Habitare non debent Clerici cũ mulieribus. 37.B
Hæretici significantur per Pantheram, quia volunt apparere Sancti, & nõ sunt. 58 A
Hæretici assimilãtur vulpibus. 70.A
Hæretici falsificant literas sũmi Regis, & cognoscuntur ex quinq; nã angulos quærunt, dominis adhærent, prælatis detrahunt, mulieribus se iungunt, & bona opera frequenter faciunt. 60.E.F
Hæreticum duo faciunt, videlicet erroris pertinacia, & hæresis complementum. 76. B
Hæreticus est qui temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ principatusq; sui gratia, falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur. 58. A
Helcana duas vxores habuit, & significat Christum habentem animã iusti & peccatoris. 84.S
Heliam filium Isai voluit Samuel vngere in regem, propter staturæ magnitudinem. 29.A
Heli punitus est à Domino, eo quod non correxit filios suos. 10.D
Helias oranit & ignis descendit super holocaustã & super quinquagenarium. 18.F
Helias oranit & cœlum orationc clausit, & oratione sua pluuiam impetranit 18.G
Helias precibus suis impetranit mulieri olei augmẽtum. 8.T
Heliseus noluit munera recipere à Naamon Syro. 76.O
Herodius proprios fœtus pascit, & pullum aquila iectum colligit. 4.V
Hester regina intranit singula ostia ad Regem Assuerum pro populo suo orare. 97.I
Hirundines sunt triplices, & cantu suo diẽ nunciant. 2.X
Hirundo est anis pennosa, & signat Christianum. 66.A
Homicidium est duplex, scilicet corporale & spirituale. 53.B
Homicidium voluntariè committitur, verbo & opere. 53. B.C.D
Homicidium spirituale cõmittitur detractione, mala suggestione, & adulatione. 53.F
Homo ad imaginem Dei creatus est ad tria, quod ad immortalitatem, ad dominationem,

tionem, & quo ad potentiam animæ scilicet, memoriam, intellectum & voluntatem. 31.H
Homo singularis dicitur ipse Diabolus propter malitiæ multiplicationem, naturæ subtilitatem, naturæ potestatem. 38.N
Homines sunt in triplici differentia, scilicet malitia indurati fragilitate humana implicati, & spiritualibus profectibus intenti. 49.I
Hominum quatuor sunt genera, qui se per rete prædicationis capere non permittũt, videlicet potentes, sapientes, incontinentes & timentes. 50.R.S.T.V
Homo tribus indiget vt fructificet, videlicet terræ humilitatis, solis charitatis, & temporis discretionis. 59.P
Homo assimilatur arbori in viuendo, crescendo, fructum afferendo & in cadendo. 59.Q
Homo in morte exciditur à suis consanguineis, à consortio bonorum, ac à statu misericordiæ. 59.Y
Homo an fuit, Christus, ille triduo mortis. 62.R
Homo, verus fuit Christus. 64.I
Homo seipsum debet considerare. 67.Q
Hominẽ solũ plasmauit Deus, & angelos simul, vt in vno fragili homine tota posteritas aut saluaretur aut damnaretur ne simul creati in teriora prolaberẽtur. 72.N
Homines quare creauit Deus cum tamen sciret reprobandos eos videlicet non propter se, sed propter bonos. 72.O
Homines similãtur arboribus, quæ faciunt fructum multiplicem. 75.H
Honor mundi est equus fallax homines in fine precipitans. 40.T
Honoris fructus sunt duplices, sed eis vtendum est cum sale discretionis. 59.X
Honor triplex apud Romanos exhibebatur, eisq; triplex molestia inferebatur. 89.A
Honor debetur tantum Prælatis & bonis, quasi in premiũ mercedis, 92.H
Honorat omnis creatura Deũ. 10.G
Honorare debent filij parentes videlicet obediendo, reuerẽdo & nutriendo. 100.Q
Horas canonicas debent dicere Clerici in sacris beneficiati, & non beneficiati. 17.S
Horæ canonicæ dicendæ sunt deuotè. 17.S
Horribiles apparent homines. 38.X
Horti delectant carceres autẽ turbant & cruciant. 97.A
Hospes hospicio exceptus vt hospiti gratus sit, fugiat suam censendæ rei domesticæ inclinatam voluntatem. 22.N
Hospiti comparatur vita humana. 4.K
Hospiti prosperitas sæculi comparatur. 4.K
Hospites sunt defendendi. 22.L
Hospitibus suis debent eò aliũde aduentãtes esse grati. 22.O
Hospitibus ingrati olim stigmatibus signabantur. 22.P
Hospitalitas grata debet habere hilaritatem sine murmuratione; securitatem sine perturbatione, saturitatem sine diminutione, & pietatem sine negatione. 22.K.L
Hospitalitas est exercenda, quia disponit ad Dei cognitionem præfert temporalium multiplicationem, excludit diuinam vltionem, & meretur DEI & angelorum susceptionem. 22.Q.R
Hostis noster est Diabolus, 79.A
Hostes tres sunt anima, Caro, mundus, diabolus. 10.I
Hostes sunt tres, diabolus vincitur resistendo, mundus & Caro fugiendo. 101.Y
Humilitas est media inter superbiam & deiectionẽ. 5.H
Humilitas Christi annihilat superbiam hominis. 10.Z
Humilitas animi facit hominem peccaterem idoneum. 16.E
Humiliare se debet, qui ad cœleste regnum aspirat. 20.X
Humilitas disponit ad susceptionem Spiritus sancti. 26.F
Humilitas vincit Deum. 31.E
Humilitas facit bonam famã ad intrandum ordinem cœlestem 42.X

Humi-

deprimit hominem. 16.G. 48.S. 101.X.
Grauitas eſt duplex, Virtutis & vitiorum. 101.V
Gregorius Epiſcopus fuit gratus ſuo koſtiti, licet infideli. 22.Q
Grues perſonas religioſas ſignificant & docent eas, qualiter debeant viuere. 2.Z
Gubernat Deus omnia, non per ſe, ſed mediantibus cauſis ſecundis, vt groſſa corpora & corruptibilia regit per corpora cœleſtia & incorruptibilia, & corpora cœleſtia per angelos ſiue intelligentias. 10. S
Gula eſt imoderata edacitas naturæ, finibus ſuis non eſt contenta. 13.F
Gula occultat ſe ſub triplici ſpecie, videlicet liberalitatis, neceſſitatis, abſtinentiæ parcitatis. 13.F
Gula infert mortem corpori, & animæ, & alia nocumenta. ibidem.
Gula tunc eſt peccatum mortale quando quis inordinatæ gulæ inhæret, tanquam vltimo fini, contemnens Deũ, & præcepta Eccleſiæ, vt eius delectationes aſſequatur. 38.P
Gula eſt refrenanda, exemplo cuiuſdam fratris, 86.D
Gula ſignificatur in febre quotidiana, quæ facit interficere corpus. 99.Y
Gulæ ſex ſunt remedia. 34.T
Gulæ tria ſunt remedia. 13.G
Gulæ ſunt tres vtilitates. 34.T
Guloſi ambulant viam præſumptuoſam. 3.K
Guloſi peccant ciborum multiplicitate, eorumq; varia delectatione. 34.R.S
Guloſi ſunt auidi in edẽdo. 38. P
Guloſi patientur famem in inferno. 44.L
Guloſi excedunt in cibis quatuor modis, videlicet tempus præueniendo, cibaria delicata quærendo, nimis comedẽdo, & auidè bibendo. 61.K. L.M
Guloſi ſimilantur vrſis. 65.S
Guloſi impinguant carnem ſuam. 76.I
Guloſi damnabuntur, niſi pœniteant. 100.N

H.

Habitare non debent Clerici cũ mulieribus. 37.B
Hæretici ſignificantur per Pantheram, quia volunt apparere Sancti, & nõ ſunt. 58 A
Hæretici aſſimilãtur vulpibus. 70.A
Hæretici falſificant literas ſũmi Regis, & cognoſcuntur ex quinq; nã angulos quærunt, dominis adhærent, prælatis detrahunt, mulieribus ſe iungunt, & bona opera frequenter faciunt. 60.E.F
Hæreticum duo faciunt, videlicet erroris pertinacia, & hæreſis complementum. 76. B
Hæreticus eſt qui temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ principatuſq; ſui gratia falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequitur. 58. A
Helcana duas vxores habuit, & ſignificat Chriſtum habentem animã iuſti & peccatoris. 84.S
Heliam filium Iſai voluit Samuel vngere in regem, propter ſtaturæ magnitudinem. 29.A
Heli punitus eſt à Domino, eo quod non correxit filios ſuos, 10.D
Helias orauit & ignis deſcendit ſuper holocauſta & ſuper quinquagenarium. 18 F
Helias orauit & cœlum oratione clauſit, & oratione ſua pluuiam impetrauit 18.G
Helias precibus ſuis impetrauit mulieri olei augmẽtum. 8.T
Heliſeus noluit munera recipere à Naamon Syro. 76.C
Herodius proprios fœtus paſcit, & pullum aquila eiectum colligit. 4.V
Heſter regina intrauit ſingula oſtia ad Regem Aſſuerum pro populo ſuo orare. 97.I
Hirundines ſunt triplices, & cantu ſuo diẽ nunciant. 2.X
Hirundo eſt auis pennoſa, & ſignat Chriſtianum. 66.A
Homicidium eſt duplex, ſcilicet corporale & ſpirituale. 53.B
Homicidium voluntariè committitur, verbo & opere. 53. B.C.D
Homicidium ſpirituale cõmittitur detractione, mala ſuggeſtione, & adulatione. 53.F
Homo ad imaginem Dei creatus eſt ad tria, quod ad immortalitatem, ad dominationem,

tionem, & quo ad potentiam animæ ſcilicet, memoriam, intellectum & voluntatem. 31.H
Homo ſingularis dicitur ipſe Diabolus propter malitia multiplicationem, naturæ ſubtilitatem, naturæ poteſtatem. 38.N
Homines ſunt in triplici differentia, ſcilicet malitia indurati fragilitate humana implicati, & ſpiritualibus profectibus intenti. 49.I
Hominum quatuor ſunt genera, qui ſe per rete prædicationis capere non permittũt, videlicet potentes, ſapientes, incontinentes & timentes. 50.R.S.T.V
Homo tribus indiget vt fructificet, videlicet terra humilitatis, ſole charitatis, & tempore diſcretionis. 59.P
Homo aſſimilatur arbori in viuendo, creſcendo, fructum afferendo & in cadendo. 59. Q
Homo in morte exciditur à ſuis conſanguineis, à conſortio bonorum, ac à ſtatu miſericordiæ. 59.Y
Homo an fuit, Chriſtus, ille triduo mortis. 62.R
Homo, verus fuit Chriſtus. 64.I
Homo ſeipſum debet conſiderare. 67.Q
Hominẽ ſolũ plasmauit Deus, & angelos ſimul, vt in vno fragili homine tota poſteritas aut ſaluaretur aut damnaretur ne ſimul creati in teteriora prolaberẽtur. 72.N
Homines quare creauit Deus cum tamen ſciret reprobandos eos videlicet non propter ſe, ſed propter bonos. 72. O
Hominet ſimilãtur arboribus, quæ faciunt fructum multiplicem. 75.H
Honor mundi eſt equus fallax homines in fine precipitans. 40.T
Honoris fructus ſunt duplices, ſed eis vtendum eſt cum ſale diſcretionis. 59.X
Honor triplex apud Romanos exhibebatur, eiq; triplex moleſtia inferebatur. 89. A
Honor debetur tantum Prælatis & bonis, quaſi in præmiũ mercedis, 92.H
Honorat omnis creatura Deũ. 10.G
Honorare debent filij parentes videlicet obediendo, reuerẽdo & nutriendo. 100.Q
Horas canonicas debent dicere Clerici in ſacris beneficiati, & non beneficiati. 17.S
Hora canonica dicenda ſunt deuotè, 17.S
Horribiles apparent homines. 38.X
Horti delectant carceres autẽ turbant & cruciant. 97.A
Hoſpes hoſpicio exceptus vt hoſpiti gratus ſit, fugiat ſuam cenſenda rei domeſtica inclinatam voluntatem. 22. N
Hoſpiti comparatur vita humana. 4.K
Hoſpiti proſperitas ſæculi compara[illegible]. 4.K
Hoſpites ſunt defendendi. 22. L
Hoſpitibus ſuis debent eò aliũde aduentãtes eſſe grati. 22. O
Hoſpitibus ingrati olim ſtigmatibus ſignabantur. 22.P
Hoſpitalitas grata debet habere hilaritatem ſine murmuratione; ſecuritatem ſine perturbatione, ſaturitatem ſine diminutione, & pietatem ſine negatione. 22.K.L
Hoſpitalitas eſt exercenda, quia diſponit ad Dei cognitionem præfert temporalium multiplicationem, excludit diuinam vltionem, & meretur DEI & angelorum ſuſceptionem. 22.QR
Hoſtis noſter eſt Diabolus. 79. A
Hoſtes tres ſunt anima, Caro, mundus, diabolus. 10.I
Hoſtes ſunt tres, diabolus vincitur reſiſtendo, mundus & Caro fugiendo. 101.Y
Humilitas eſt media inter ſuperbiam & deiectionẽ. 5.H
Humilitas Chriſti annihilat ſuperbiam hominis. 10.Z
Humilitas animi facit hominem peccatorem idoneum. 16.E
Humiliare ſe debet, qui ad cœleſte regnum aſpirat. 20. X
Humilitas diſponit ad ſuſceptionem Spiritus ſancti. 26.F
Humilitas vincit Deum. 31. E
Humilitas facit bonam famã ad intrandum ordinem cœleſtem 42.X

Humi-

Humilitas eſt duplex, vera & falſa, & humilitatis vera ſex ſunt genera. 47.I
Humilitas vera conſequitur miſericordiam. 47.I
Humilitas eſt fundamentum virtutum. 68.C
Humiles ſimiles ſunt vallibus propter tria videlicet, aquoſitatem, famoſitatem & equalitatem. 69.I
Humilitas eſt mons magnus, ad quẽ aſcenditur multis gradibus. 69.K
Humilitatem niſi habuerimus Deum videre non poſſumus. 101.X
Hybernia habet Inſulã in qua homines non moriũtur. 37.A
Hydropico ſimilantur luxurioſi, fœtentes, ſuperbi, tumẽtes, & auari. 87.M
Hyeme pauciores viuentibus interueniunt infirmitates, at mortiferis periculis magis expoſita. 10.R
Hypocrita ſimulant ſe triſtes, vt alios decipiant. 12.Q
Hypocrita habent veſtes contẽptas, & ſalutant ſubmiſſiue. 51.I
Hypocrita oſtendunt opera ſua, & ſimilantur leproſis. 76.K
Hypocrita comparantur Idolo. 98.N
Hypocrita falſificant monetam Chriſti, & cognoſcuntur ex quinque. 60.B.C
Hypocriſis fugienda propter duo. 60.D
Hypomenes cucurrit cum Atlethe virgine, proijciens tria poma aurea in itinere. 14.Q

I.

Iacob luctabatur cum Angelo. 101.O
Iactantia facit, vt bonum opus nihilipendatur. 2.V
Iactatores magnificant ſe, & nomen ſuum. 77.B
Iactantes ſe de dinitijs fatui ſunt. 35.C
Idola ſimilantur malis prælati & Paſtores. 10.G.81.V.& 98.N
Idola adorant infideles. 14.K
Idolo adorantes ſtulti ſunt. 13.L
Idolo ſimilantur mali Prælati, ſubditos non corrigentes. 10, G. 81.V
Idololatræ ſunt quaſi auari. 100.N
Ieiunio debemus peccata expurgare. 9.L
Ieiunandum eſt tribus diebus rogationum, eſt conſilium, non præceptum. 17.X
Ieiunium diſponit ad ſuſceptionem Spiritus ſancti. 26.H
Ieiunandum eſt in vigilia Pẽtecoſtes. 26.H
Ieiunium facit victoriam. 44.K
Ieiunium eſt duplex, Corporale & Spirituale. 68.H
Ientacula quidam tabernarij dant, & multos ab Eccleſia Dominicis diebus & feſtiuis alienant. 41.M.& 56.Q
Iephte exequebatur votum, & filiam occidit. 10.O
Ieroboam Regis vxor ſe aliam ſimulauit. 101.A
Ieſus hoc nomen fuit ſcriptum auri ſis literis in corde B. Ignatij. 49.E
Ieſus eſt nomẽ honoris & excellentiæ, amoris & beneuolentiæ, valoris & omnipotentiæ. 49.B
Ieſus hoc nomen ſcriptum in linteamine fugauit dæmones. 49.F
Igni aſſimilatur Spiritus ſanctꝰ propter quatuor. 24.B
Ignis habet diuerſas operationes, quæ conueniunt Spiritui ſancto. 24.E
Ignis inferni eſt perpetuus, & corporalis. 38.S
Ignis actio triplici via impeditur, ſi lignum nimirum quo ignis accenditur, ab igne remotum ſit, vel ſi quid inter lignum ac ignem interpoſitum, demum ſi lignum, aut alia ignis augendi materia, indiſpoſita. 49.H
Ignis inferni & noſter, differũt quintupliciter. 59.Z
Ignis corporalis punit damnatos, non ſecundum ſuam naturam propriam, ſed ſecundum voluntatem Dei, vt eſt inſtrumentum agentis Dei voluntariè. 59.Z
Ignis inferni damnatos comburit, ſed non conſumit. 81.Z.
Ignis in domibus nobilium tẽpore hyemis non extinguitur, & ſignificat quod Charitas non eſt extinguenda in cordibus fidelium. 91.P
Ignis ſignificat Chriſtũ, cuius proprius locus eſt cœlum. 93.I
Ignorantia affectata non excuſatur.

cusatur. 5.E

Ignorantia informator est Spiritus. 24.I

Ignorantia vitanda est in Sacerdotibus. 101.Q

Ignorabant dæmones & Pharisæi Christum filium Dei. 49.C

Illuminauit Christus limbum Patrum in suo descensu. 2. F

Imaginatio fortis alicuius morbi morbum inducit. 4.A

Imagines secundum quod ligna sunt non honorantur, sed secundum quod imagines, & tunc honorantur sancti, cuius imagines sunt. 14.L

Imaginem Dei gerit homo ad tria .31.H. *Vide supra. Homo.*

Imagines sunt adorandæ. 15. L

Imaginem trinitatis defœdat peccator inducens bestialem. 101.V

Imago Dei quando dicenda est anima. ibidem

Immortalis est anima vt probatur à Philosophis. 14.C

Immortalis est homo quo ad animam, & quo ad corpus creatus fuit non posse mori. 31.H

Immundi ambulant viam tenebrosam. 3.H

Impassibilitatẽ assumpsit Corpus Christi post resurrectionem. 8.X

Impassibilitatem habent corpora electorum. 36.I

Impœnitentia est peccatum in spiritum sanctum. 94. Z

Impunitum peccatum non permanebit. 82.F

Incantationibus quas vetule faciunt non est fides adhibenda. 14.N. 102.F. 100. M

Incarnationis nuptias fecit Pater filio Christo. 96.I

Indigentiam proximorum videre debemus. 35.L

Indignitas celebrandi vel communicandi potest contingere tripliciter. 33.O

Indigne celebrãs cognoscit hoc per tria signa. 33.P

Indulgentia in die Corporis Christi. 32.T

Inexcusabilem tria reddunt hominem. 36.T

Infames non sunt in Consules eligendi, & infamis sit quis duobus modis. 101.F

Infans in vtero, quatuor habet gradus. 6.E

Infantes indigent septem ad sui augmentum. 6.I.K.L.M

Infantium quorundam formatio citius, quorundam tardius completur. 7.B

Infernus est duplex. 2.H

Infernus est sub terra, & quare. 38.R

Infideles negant Christum esse. 14.K

Infirmus in præsentia medici interdum leuius morbum portat. 4.A

Infirmitates pauciores sunt in hyeme, quam in æstate, sed mortiferæ sunt in hyeme. 10. R

Infirmitates ouium tres sunt. 10.Z

Infirmitas prouenit ex corruptione humanæ naturæ. 44. N

Ingratia hospitibus olim stigmatibus signabantur. 22.P

Ingrati similantur leprosis. 76. L

Inimici sunt adulatores & falsi consultores. 63.C.D

Inimicos quando tenemur diligere. 91.Z

Inimicorum dilectio est magis meritoria quam amicorum. 91.Z

Iniuriarum remissio signum est, quod quis habeat Spiritum sanctum. 25.K

Iniuriam propriam vindicant Prelati, sed non Dei. 8.Z

Iniuria est remittenda. 46.Q

Iniuria damnatorum est relinquenda. 97.Q

Instinctus diuinus quadruplici signo potest cognosci. 8.P

Insula fugitiua significat cor humanum. 8.N

Intellectu Deum cognoscimus per creaturas. 30.Y

Intellectus pertinet ad vitam contemplatiuam. 88.M

Intellectus est quoddam diuinum in nobis. 101.V

Intentio recta significatur per oculum dextrum, quam diabolus eruit mercenarijs. 10.O

Intentio facit opus bonum vel malum. 10.S

Intentio debet esse pura, concors, & recta. 17.X.Y.Z

Intentio est multiplex, peruersa, ficta, mercenaria & recta. 20.S. & 98.N

Intentio operum est insipientia. 20.S

Digitized by Google

Intentio iam in omnibus est corrupta. 98.N
Interrogabit Christus in iudicio de tribu. 62.Z
Intrant quidam in ouile Ecclesiæ per dæmonum procurationes, munerum largitiones. 29.G
Inuenta sunt restituenda. 100. S
Inueniri non potest Deus in tribus. 101.M
Inuidia describitur quasi domina, quo ad domum, escam, personam, & viam. 12.N
Inuidi significãtur per animal, quod dicitur Abene. 25. O
Inuidia occultat se sub tribus speciebus virtutum. 25.O
Inuidia vincitur per donum intellectus. 25.O.P
Inuidiæ sunt tria signa. 25.Q
Inuidus detrahit, & detractiones libenter audit. 38.P
Inuidia significantur per vulpes 65.T
Inuidi similantur leproso & colubro. 76.H
Inuidia est sui auctoris cruciatiua. 78.D
Inuidia significatur per bestiã quæ habet tres ordines dentium. 86.F
Inuidia significatur per febrẽ erraticam. 99.Y
Inuitatorium quadruplex inuenitur in scriptura. 96.S. T
Iob recipit omnia duplicia præter filios & filias. 16. B
Ionas tristatus est propter hederam. 11.K
Ioseph ab Arimathia resurrectionem Christi confessus est 2.Y
Ioseph propter prudentiam exaltatur in regno Pharaonis. 97.F
Iracundi ambulant viam tumultuosam. 3.I
Iram quatuor mala comittantur. 3.I
Ira bona est mater disciplinæ, sed mala, quæ non corrigit, vitia seminat. 5.M
Ira colligit petras offensionis. 25.R
Ira sub tribus speciebus virtutum se occultat. 25.R
Iracundi similes sunt apro 38. P
Iracundus similatur animali quod dicitur Abene. 53.G. & 65.S
Ira est commendabilis, qua quis irascitur contra vitia. 53.H
Ira quatuor sunt gradus 53. H
Ira D E I venit in multos, vno peccante. 96.X
Ira quando procedit ex corruptione. 78.E
Ira Dei habet quatuor conditiones. 96.X
Ira non debet diu durare, & significatur per Ephemeram febrem. 99.Y
Ira habet duas species. ibid.
Irati similantur leprosis. 76.G
Iudas plus peccauit desperando, quam Christum tradendo. 94.Z
Iudæis fuit Christus misericors in duobus. 55.C
Iudæi qualiter occisi à Romanis, & quare ab Ecclesia sustineantur. 84.P
Iudæi non debent poni in publicis officijs supra Christianos. 87.T
Iudex non debet iudicare propter pecuniam, quia licet iuste iudicet tamen peccat. 71.R
Iudex cùm scit accusatum ad mortem esse innocentem, debet testes repellere si potest. 71.R
Iudicare nullus debet facta hominum, sed ea si mala sunt excusare. 30.T
Iudicare nemo debet non audita. 62.X
Iudicanda non sunt opera hominum propter tria. 46.P
Iudicium futurum est timendum exemplo Sanctorum. 10.X
Iudicium finale timendum est propter tria 14.V
Iudicium humanum peruertitur quatuor modis, sed non Dei. 14.X
Iudicium finale comparatur arcui propter tria. 14.Y
Iudicium sibi debet facere homo, & iudicare seipsum. 62.Z
Iudicij æquitate debent cognoscere peccatores. 65.V
Iudicium extremum significatur per fulmen. 88.A
Iudices propter anaritiam faciunt iniqua. 87.T
Iudices iudicantes pro muneribus, Deum vendunt. 92. L
Iudices interdum parcunt reis propter tria, videlicet pro-

propter beneuolentiam, impotentiam, & negligentiam. 101.R
Iudices quidam sunt acceptatores personarum. 101.R
Iumenta instercore putrescere, est homines in luxuria vitã finire. 49.A
Iuramento non debet assuescere homo. 100.O
Iura ciuilia & Canonica sunt mobilia & humana & tumultuosa. 17.K
Iurista interdum preferendi sunt Theologis in electione Episcoporum. 29.H
Iustitia tenet medium inter crudelitatem & remissionẽ. 5.B
Iustitiæ disciplina fuganturvitia. 5.B
Iustitia comparatur ferro. 5. C
Iustitia rectorum debet esse tẽperata benignitate & misericordia. 5.B.C
Iustitiam qui habet nascitur ad vitam spiritualem, & qualiter describitur. 7. L
Iustitia est munimentum preliantis, ornamentum triumphantis, & instrumentum iudicantis. 14.P
Iustitia exaltat hominem. 34. H
Iustitia nostra debet præcellere iustitiam Phariſæorum. 52. K
Iustitia propriè accipitur pro virtute, largè verò pro bonitate. ibidem.
Iustitia ex timore nascitur. 88.D
Iustitia Dei nõ flectitur. 71.M
Iustitia est duplex. 7.L
Iustus si morte præoccupatus fuerit, saluabitur. 4.M
Iuuenis magis infirmatur quã senex, sed restauratur magis infirmitas in eo. 10.R
Iuuentutem habebunt omnes electi in cœlo. 36.F
Iuuenes debent uti legibus, quæ eos magis cogunt, quam oblectent. 85.A
Iuuenes sunt proni ad vitia. 85.B
Iuuenes sunt tripliciter corrigendi. 73.D
Iuuenes non debent videre turpia. 85.E
Iuuenes debent surgere ad tria, videlicet obedientiæ promptitudinem, conscientiæ rectitudinem, & continentiæ sollicitudinem. 85.K

L.

Labore homo caruisset si Adam in innocentia perstitisset. 8. F
Laborare debemus viriliter, & virtuosè propter Conuenientiam promissi temporis, pœnitentiam commissi sceleris & vehementiã promissi muneris. 8.F
Laboris assiduitate medetur carnalis concupiscentia. 11. Q
Laborant mali plus ad proficiendum in peccatis, quam boni ad bonum. 44.M
Laborare tenentur Sacerdotes pro alimento si subditi sunt pauperes. 53.F
Labor pœnitentiæ est panis anima. 55.F
Labore manducare debemus panem nostrum. 56.O
Laborare quidam nolunt. sed sunt ad laborem compellendi 56.P
Laborare debet homo per sex dies, vt septimo quiescat. 98.S
Lac facilis doctrinæ dandum est nouiter conuersis. 6.M
Lactandi sunt infantes non lacte corrupto, & lac duo significat. 6.M
Lacrymas calidas emittunt lacrymantes. 8.G
Lacrymosa debet esse oratio nostra. 18.H
Lacrymarum abundantia est signum præsentiæ Spiritus sancti. 25.K
Lacrymosa oratio vincit Deũ inuincibilem 31.E
Lacrymantium consolator est Spiritus sanctus. 24.F
Lacrymantes sunt in triplici differentia. 24 H
Lacryma orantis sunt panes anima 55.F
Lacrymantur deuoti sed non peccatores. 64.H
Lacryma lauant delictum, quod pudor est confiteri. 67.M
Latitiam mundi diabolus cum luxuria miscet, & facit homines in suis dormire peccatis. 21.C
Laici tenentur orare dominicis diebus, 17.S
Laici non debent cõmunicare sub vtraq; specie propter duo. 33.I
Laicos quidam dicunt communicandos sub vtraque specie;

ſpecie; id quod ex graui errore occidit. 33.Z

Laici poſſunt temporalia poſſidere, & vxores. 52.R

Laici non debent ſtare circa altaria dum peraguntur diuina. 69.M. 102.E

Laſſantur mali in via iniquitatis, in præſenti. 44.M

Laudare Deum tenetur homo, ad laudem enim Dei creatus à Deo eſt. 2.Z.43.E

Laudem quærere de bonis operibus non debet homo; & an ſit peccatum. 62.Y

Lazarus defuncto ſimilatur anima mortua in peccatis. 64.K

Lectus eſt crux Chriſti, in quo dormiuit tempore paſſionis. 10.L

Lectus peccatoris habet nouem cubitos. 93.M

Legitimus filius ſuccedit Patri in omnibus. 80.K

Leo eſt animal benignum, & ſignificat Chriſtum 10.V

Leo in naui dormiens eſt Prælatus negligens. 21.D

Leones ſi ſemel ſatiantur, diebus tribus contentantur. 41. E

Leopardus ſaliendo in altum deficit, & ſignificat curioſum. 31.A

Leproſi ſunt decem genera hominum. 76.B.C

Lepra ſignificat peccatum, propter duo. 78.O

Lepra ſunt quatuor ſignificãtes quatuor peccata. 78. D

Leproſus quid faciat poſt mũdationem. 87.E

Lex quare data eſt in nouo & in antiquo teſtamento. 9. C

Leges vt debito modo fiant, adhoc quatuor requiruntur. 73.C

Legem ſtatuens debet vti ea. 73.G

Leges non debent frequenter mutari. 73.H

Liberum arbitrium tribuit vnicuique Deus. 30.Q

Liberauit Chriſtus ſanctos Patres à dæmonis poteſtate. 2. E.I

Liberauit Chriſtus neminem de inferno. 2.G

Liberauit Chriſtus tripliciter. 54.N

Liberauit nos Chriſtus, ideo tenemur ei ſeruire. 54.S

Liberalitas eſt media inter auaritiã & prodigalitatem. 5.I

Liberalitas in quo conſiſtit. 5.I

Liberalitas eſt circumquaque expendere. 5.I

Liberalitas Dei attenditur in tribus. 16.B

Liberalis eſt Deus Pater & Filius. 17.N

Liberalitas oſtenditur in quatuor. 36.E

Libera eſt Crux Chriſti. 10. L

Libro vitæ quidam delentur, qui hic alti videbantur. 75. P

Ligno comparatur Chriſtus, propter multa. 64.V

Lilium ſignificat caſtitatem, & ſex habet ſpiritualia folia. 81.Z

Lingua cohibenda eſt à mendacio, multiloquio & detractione. 15.LL.N

Lingua carnis ſanat vulnus putredinem extrahendo. 20. V

Lingua eſt cuſtodienda à detractione maledictione. 15. N

Lingua difficulter regitur 82. H

Linx eſt ſubtilis viſus. 8.V

Litargia eſt morbus inducens obliuionem, & facit hominem dormire & in ſomno mori. 21.H

Linor tripliciter exponitur. 9. K

Locuſtæ ſignificant falſos prophetas. 58.A

Locuſtæ prefigurant mundi voluptuoſos ſectatores. 61. K

Locutionibus omnibus reddenda eſt ratio. 62.Y

Locutus eſt dominus Patribus antiquis, non per ſe, ſed per angelos. 4.C

Loquitur Deus dupliciter. 55. E

Loth dedit filias ſuas Sodomitis ad abutendum, vt defenderet hoſpites. 22.L

Loth inebriatus cognouit filias ſuas. 40. K. & 81. Z. & 86.B

Lucere debet lux nox noſtra, vt ſit miſericordia in affectu, benignitas in vultu, & humilitas in habitu. 42. S

Lucis nobilitas in quo oſtenditur. 75.G

Lucifer deformatus eſt per peccatum 6.B

Ludi dicentes neceſſarij ſunt. 5.Q
Ludus noxius multa habet peccata. 1.K
Ludus alea & taxillorum Clericis eſt prohibitus. 4.T
Ludus virtuoſus tria requirit. 61.N.O.P
Ludus diſciplinatus & indiſciplinatus differunt. 61.O
Ludus eſt triplex. 61.P
Lumen elenat ſurſum pluueret, & ſignificat Spiritum ſanctum. 24.D
Lupo aſſimilatur diabolus. 10 T
Lupus ſi prior hominem viderit, ei vocem eripit. 10. Z.I
Luporum natura inſidiatur omnibus. 90.G
Luſores ſunt fraudulenti ad inſtar columbarum, & multa peccata committunt in ludo. 1.I.K
Luſores quidam ludere in domo ſua permiſit, & damnatus eſt. 41.M
Luſorum exemplum terribile. 1.K
Lutum ſumus & de luto formati ſumus. 8.K
Luto comparantur diuitiæ, propter multa. 35.E
Luxuria prouenit ex gula, & hoc malum curatur Dei timore, & inferni. 10,Z
Luxuria occultat ſe ſub triplici ſpecie virtutum. 13.H
Luxuria grauat omnes, & ſimilatur Ephialti infirmitati, & curatur per Confeſſionem & fugam. 21.F, G
Luxuria fugat dæmonem. 25. Z
Luxuria ducit in terram miſeriæ. 28.Q
Luxuria dicunt quidam ſe non poſſe carere, ſed falsò identidem. 36.R
Luxuria damnat. 36.R.46, R.V
Luxuria perficitur tribus circumſtantiis. 37.B
Luxuria eſt peccatum mortale. 37.C
Luxuria eſt triplex. 38.O
Luxuria inficit Dominos terreſtres, & Prælates. 65.T
Luxuria in conſpectu Dei & Angelorum eſt abominabilis. 87.P
Luxuria prouenit ex gula. 87 Q
Luxuria maculat conſcientiã, damnat animam. 87.P
Luxuria ſignificatur per febrẽ putridam. 99.X
Luxuria difficilè reſiſtit, qui diuinâ gratiâ non præmunitur. 4.T
Luxuriæ deſcriptio. 13.H
Luxuriæ tria remedia. 13.I
Luxuriosi ambul[illegible] viam infernum. 3.G
Luxuriosi ſunt quidam Prælati qui prius erant caſti. 10.G
Luxuriosi ſe occupant circa carnalem voluptatem. 36. Y
Luxuriosi non audiunt verbũ Dei. 50.T
Luxuriosi ſimilantur leproſis. 76.F
Luxuriosi gemunt poſt hanc vitam. 75,O

M.

Magicis artibus inſudantes deridentur multipliciter. 14.M
Magica ars eſt prohibita. 14. N
Magnificentia eſt media inter nominis inferioritatem & ſuperioritatem præſumptuoſam. 5.K
Magnifici hominis tres conditiones. 5.L
Magnificant multa cœnam cœleſtem 36.D.E
Magnificant ſe quadruplices homines. 77.P
Magnificant quidam nomen ſuum. 77.Q
Mallei percutientes in inferno, ſunt diuerſitates pœnarum. 38.T
Malorum ſocietas eſt periculoſa bonis, ideò eſt dimittenda. 8.Z
Mali in ſe non habent pacem. 8.Z
Mali ſumunt Chriſti Corpus, ſed non myſticè 33.N
Mali corrumpunt bonos. 66. D
Maledicunt quidam ſibiipſis, pueriſuis, & alijs. 100.O
Mandragora herba facit homines dormire inſenſibiliter 21.C
Manducatur Corpus Chriſti quadrupliciter. 33.L
Manducantes excedunt in cibis quatuor modis 91.K,L, N
Manè eſt Deus adorandus. 20.Y
Manna qualem ſaporem cauſabat Iudæis. 31.H

Manna significat Corpus Christi. 36.M
Mansuetus irascitur quando debet. 10.S
Mansuetudo est media inter iram & irascibilitatem. 5.M
Mansuetudo est modesti animi tranquillitas. 10.S
Mansuetudo quomodo respondet proternie. 14.A
Manus cui fuerit abscissa, sentiet frigus in latere, abscissa manu. 63.A
Manus Dei habet digitos quinque. 70.H
Manus Ecclesia sunt artifices. 96.Q
Mare periculosum est. 19.M
Mare est cor hominis. 8.N
Mare mortuum significat mundum. 11.K
Mare significat mundum, propter tria. 12.G.I.M.& 19.L.M
Mare dividit Moyses cum Virga. 18.G
Maria Virgo in Passione filij doluit, sed in resurrectione exultauit. 2.A
Maria Magdalena latanter nunciauit resurrectionem Christi. 2.Y
Maria Virgo necessaria est in nostra oratione sicut Nomen & Verbum. 17.Q
Maria est spes nostra & Confidentia. 94.T
Maria est stella maris, quam inspicere oportet in mari huius mundi. 94.X
Maris contritionis. 19.K
Maris aqua dupliciter dulcorantur. 12.K
Matrimonium ad tria ordinatur. 45.B
Matrimonium quid sit. 57.K
Mauritius Imperator petiuit à Domino vt hic puniretur. 17.N
Medicus cũ infirmo loquitur, interdum morbus mitigatur. 4.A
Medicus est Christus. 4.A
Medicus cognoscit granitatem morbi tripliciter. 10.X
Medico debent considere infirmi & significat Christum, qui verbo sanat. 87.L
Medicina auxilium tripartitum est. 73.D
Meditatio sancta est panis animæ. 55.F
Medium semper tenuit Christus. 5.A
Medium tenet omnis Virtus. 5.B.C
Medium tenet Christus inter gentiles & Iudæos, eos conciliando. 78.B
Melodiam dilexit quidam Imperator. 26.C
Memoria est quadruplex. 90.Q
Memoriam officiorum tria impediunt. 90.Q
Mendacia mendax Diabolus docet. 15.I
Mendacium non est proferendum; eius quinq; remedia. 15.I.K
Mendacium est velut arcus Diaboli. 100.F
Mensa sacra scriptura est triplex. 88.G
Mensurare debemus tria. 11.D
Mentiuntur nugicenda, ac mercium futilium distrahendi, & quandoq; peccant mortaliter. 66.G
Mercatio licita est laicis, prohibita clericis. 81.Y
Mercatores non sunt iniuriandi. 5.O
Mercatores abundant periurio, & furto. 17.L, & 100.S
Mercatores per viam iniustitiæ furantur ad instar Cornu bona aliorum. 38.P.48.V
Mercatores committunt multa vitia. 7 Y.87.S
Mercatores nonnulli ex auaritia die Dominica accelerant ad mercatum suum. 96.V
Mercenarij sunt cupidi, sed ad detestationem huius vitij faciunt multa. 11.O
Mercenariis cõparantur sancti propter quatuor. 10.Q
Mereri vitam æternam ex cõdigno intelligitur dupliciter. 44.S
Merita debet augere quilibet in hac vita. 81.X
Meretrix dicitur nonaria. 20 Y.85.E
Miles quidam secutus est Christum. 19.B
Milites similantur Nisis qui nulli parcunt. 4.V
Milites debent coercere malos & sublevare bonos. 73.A
Milites tenentur protegere artifices & rusticos. 96.Q
Milvus portat Cuculos de Hispania in spatulis suis. 22.I
Ministrorum Vrbanitas magnificat cœnam cœlestem. 36.N

Mira-

Digitized by Google

Mirabilia nouem ſunt in ſacramento. 33.D
Miracula multa facit Corpus Chriſti indigne ſumentibus 33.Q.R.S.T
Miſcenda eſt ira cum miſericordia. 10.V
Miſerias varias patiuntur homines in mundo. 12.B
Miſeriarum euaſio eſt vnum gaudium electorum. 12.S
Miſericordia Dei ſurgit ex tribu. 10.V
Miſericordes debent eſſe Prælati. 10.E
Miſericordes merentur rerum ſuarum augmentum ac amplitationem. 22.M Q
Miſericordia precipitur à Deo 45.A
Miſericordia eſt Virgo nobilis, decora, opulenta. 45.C.D
Miſericordiæ quatuor ſunt, fructus. 45.F.G.H
Miſericordiam num quis à ſe habere poteſt. 45.I
Miſericordia Dei, fortis eſt tripliciter. 46.L
Miſericordias ſeptem oſtendit nobis Deus quotidie. 46.M
Miſericordiá hominis ad hominem eſt debilis tripliciter. 46.N
Miſericordiam quomodo homo ad ſe ipſum habere poteſt 46.O
Miſereri debet anime ſue homo in quatuor. ibidem
Miſericors debet eſſe homo proximo, in quatuor. 46.P.Q.R
Miſericordiæ quatuor ſunt præmia. 46.S.T.V
Miſericordia eſt duplex. 47.G
Miſericors fuit Deus Angelis, Iudeis & Chriſtianis. 55.B.C.D
Miſericordia Dei non eſt nimium præſumenda. 71.M
Miſericordia non eſt cogitanda ante ſed poſt commiſſum facinus. ibid.
Miſericordia Dei ſuſcipit peccatores ſi etiam ad vltimũ malorum peruenerint. 82.F
Miſericordia Dei ſignificatur per oliuam, & indiget amaritudine. 78.A
Miſericordia Dei tria bona facit peccatori. 87.X
Miſſus eſt Spiritus ſanctus propter quatuor. 24.F.I.M.N
Miſſus eſt Spiritus ſanctus in triplici ſpecie. 24.K
Miſſa libenter eſt audienda. 67.X
Mittit Diabolus ſeruos ſuos ad ſuum conuiuium. 38.Q
Mobiles nos facit Spiritus ſanctus. 25.G
Modeſtia adhibenda dictis & factis. 47.H
Moiſes accepit vxorem Tarbis & ei annulum obliuionis dedit. 13.E
Moiſes orans in monte, vincebat Ioſue, & Iſrael. 74.R
Moiſes percuſſit petram, & fluxerunt aquæ largiſſime. 74.S
Moiſes fecit duas imagines vnam memoriæ alteram oblinionis. 98.Q
Monaſteria non ſunt ingrediẽda, mediante pecunia. 29.C. & *infra* 60.H. *Vide exemplum terribile.*
Monaſtico habitu poſſunt vti Laici, in neceſſitate. 34.O
Mons India habuit fontem, cuius riuuli terram irrigant 18.A
Mons ſignificat regnum cœlorum. 19.N
Montem aſcendit Chriſtus cũ diſcipulos docere voluit. 19 K
Montes alti aptiores ſunt ad contemplandum. ibidem
Moralitates (mores dixerim Chriſtiano dignos) pueri decimum quartum annum nondum agentes vt condiſcant, inepti recognoſcuntur 20.O
Moralitates diſcebant filij antiquorum in ſcripturis & figuris. 85.D
Morbus omnis eſt in Vere expurgandus. 13 B
Mori dicunt quidam animam cum corpore, id quod probant auctoritatibus ſcripturæ, ſed falsè. 9.I
Morituri debent quatuor aduertere. 83.M
Moriuntur interdũ pueri vel amiſi, quia impediunt nos in via ſalutis. 84.X
Mors inflicta eſt pro peccato primorum Parentum, 4 N. & 44.N
Mors eſt meditanda. 9.H
Mors eſt triplex. 35.B
Mors ſi æquanimiter tolere-

Digitized by Google

tur, homo per eam purgatur 44.N

Mors malorum peſſima ſed bonorum pretioſa. 52.Y

Mors eſt meditanda, quia continuò morimur. 62.Z

Mors animæ eſt deflenda. 64.K & 84.R

Mors hominis eſt anguſtia plena propter præſentiam dæmonum. 59.Y

Mors eſt quadruplex. 82.B

Mors animæ vocatur peccatum mortale, propter tria. 82.B

Mors facit corpus rigidum, frigidum, putridum, fœtidum &c. 82.C

Mors animæ eſt deploranda. 84.R

Mors eſt omnibus communis. 84.V

Mors eſt falx per quã metuntur boni & mali. 83.L

Mortales ſumus omnes. 8.I

Mortem indiſpoſitam quidam iuuenis fleuit. 9.H

Mortem non eſſe timendam probat Ariſtoteles duabus rationibus. 10.N

Mortem amicorum fleuit quidam tripliciter. 84.T

Morti ſe debet homo potiùs exponere, quam ſeruituti dæmonis ſubijcere. 79.A

Mortis meditatio domat luxuriam. 7.N

Mortis meditatio deſtruit triplicem ſuperbiam. 8.I

Mortis calamitatẽ debet peccator cognoſcere. 65.X

Mortui iterum fuerunt, qui cum Chriſto ſurrexerunt. 2.Q

Mortui conqueruntur de tribus hominum generibus. 27.G

Mortuis ſimilantur religioſi. 83.P

Mortuos bonos deflere poſſumus propter tres cauſas. 84.Y

Mortuus peccator vt ſuſcitetur quatuor ſunt neceſſaria. 82.I

Mulier fugienda eſt quaſi coluber. 13.C

Mulier ladit tripliciter. 13.D

Mulier facta eſt de coſta viri. 37.K

Mulier an poſſit vti veſte virili. 34.O

Mulieres excedunt in multis. 40.N

Mulieres ſe in ſpeculis contemplantes & ornantes, interdum negligunt diuina. 41.F

Mulieres ſecreta non tacent. 101.K

Mulierum familiaritatem debent fugere ſacerdotes. 37.B

Mulierum delectatio multos decipit. 75.G

Multiloquium facit odioſum, pauciloquium amabilem & gratum. 15.L

Mundus eſt quaſi hoſpitator & quinque facit hoſpitij ſui. 4.K

Mundus eſt fugiendus, & ſignificatur per ſenem, cuius hoſpitium à nullo peregrino quarendum. 7.P

Mundus eſt quaſi Ianitor, & nihil à porta permittit. 12.I

Mundus ſignificatur per mare propter tria. 12.G

Mundus colitur à multis. 96.S

Mundus ſuis in calamitatibus clamat, fugere ſe. 40.Q

Mundus aut ſtat in concupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ. 12.H

Mundi gaudia ſunt valdè inſtabilia. 12.G

Mundi vanitatem & labilem motum conſiderare debemus. 92.B.C

Mundo ſeruire & Deo, nemo ſimul poteſt, & de mundi amatoribus. 80.P

Mundum relinquere oportet eos qui Chriſtum ſequi volunt propter ſeptem rationes 19.Y

Mundum diligunt, quia in eo eſt concupiſcentia Carnis. 12.H

Mundos nos facit Spiritus ſanctus. 25.I

Munera quidam dant vt ordines & beneficia obtineant, 29.C

Munera ſunt quaſi compedes. 35.F

Munera excecant, & ſilentio infuſcant veritatem. 101.L

Munus promiſſum allicit ad laborem. 8.G

Munus poteſt dari pro Spirituali, in quatuor caſibus. 60.G

Mures ſignificant homines, quia mus Græce dicitur, terra Latinè. 37.A

Murmurarunt Dathan & Abyron

Digitized by Google

byron contra Moyſen, & terra deglutiuit eos. 19.E. 67.G
Murmurandum non eſt de cibariis appoſitis. 22.N
Murmurauerunt exploratores & Iudæi contra terram promiſſionis, ideo eam non intrauerunt. 74.P.S
Mutationes mundi ſunt quatuor. 92.D.E
Mutus dicitur peccator in tribu. 71.K

N.

Nabuchodonoſor fructuoſam fecit pœnitentiam. 82.K
Naſcuntur quidam pueri ſexto menſe, alij ſeptimo, &c. 7.B
Natales ſuos dies quidam antiquis reges celebrabant. 38 M
Natura diuina conſideratur dupliciter. 66.G
Naui periclitanti quadrupliciter ſuccurritur. 48.O
Nauis profundius circa littus immerſa, ſignificat animam hominis. 48.L
Nauis eſt duplex. 48.M
Nauis pœnitentiæ habet quatuor aſſeres. 93.P
Nauẽ vniuerſalis Eccleſiæ debent infideles aſcendere ſi volunt ſaluari. 48.P
Nauem crucis Chriſtus aſcendit, & nobis exemplum dedit. 48.Q
Naufragia quidam accuſant, & tamen eos nemo nauigare compellit. 81.X
Negant infideles Deum eſſe. 14.R
Negant Deum tria genera hominum. 90.L
Negligentia Prælatorum facit ſubditos dormire in peccatis Z
Negligentes ſunt quidam Prælati circa ſubditos. 70.D. & 29.L
Negligentes ſunt homines in quinq; 19.K.L
Negligentes percutit Deus noſtro aduerſitatis, & fame aquile. 17.N
Negligentiæ ſunt tres occaſiones. 96.V
Negligentia vtrum eſt peccatum mortale. ibidem.
Negotiatores abundant mendaciis. 17.L
Negotiatores ſpirituales omnes ſumus. 48.L
Negotiatio eſt duplex. 96.V
Nobiles comparantur Herodio. 4.V
Nobiles comparantur Niſis. ibidem.
Nobiles proceres & potentes ſunt ſtatuis ſimiles. 10.F
Nobilitas eſt bonitas moralis. 20.X
Nobiles benè morigerati in electione præferuntur literatis 29.H
Nobiles olim Eccleſiam defendebant, ſed nunc eam deſtruunt. 96.Q
Nobilis eſt anima hominis. 66.G
Nobilium ſeditiones non debent permittere Domini. 97.E
Noë bibens vinum, inebriatus eſt. 95.B.D
Nomen Dei periurans proditor eſt. 90.M
Nomen varium aſſumunt ſibi quidam propter certa experimenta, & cauſas. 49.D
Nomen ſuum quidam magnificant. 77.Q
Nomen Dei non eſt in vanum aſſumendum. 100.O
Nomen virtuoſi debet habere tria. 101.E
Nubi comparatur vita humana. 4.H
Nubes ſignificant prædicatores qui diffundunt aquas doctrinarum. 26.B
Nubes ſignificant diuinam cõſolationem, aut vitam humanam. 26.B
Nudi ſunt veſte contegendi. 7. F
Nudi luctare debemus cum diabolo. 8.H
Numerauit Dauid populum ex ſuperbia. 14.S
Nuntius noſtræ legationis eſt oratio, & ad ipſam quinq; pertinent. 18.T
Nuptias quadruplices fecit Deus Pater filio ſuo Chriſto. 96.I
Nuptiæ æternæ glorificationis habent diuerſa oblectamenta. 96.Z

O.

Obedientia eſt homini neceſſaria poſt Verbum Dei. 55. F
Obedire debent pueri parentibus, in duobus. 100.Q
Oblationes ſunt voluntariæ, præter in quatuor feſtiuitatibus. 53.I
Oblationes ſunt faciendæ de benè acquiſitis. 53.L
Oblationes deſidentium fratrũ

Digitized by Google

non ſunt recipienda. ibid.
Obliniſcuntur quidam verba Dei quæ audierunt. 41.I
Obliniſcuntur quidam mortuorum ſuorum, & ſunt arguendi. 83.M
Obliniſcuntur quidam DEI in proſperitate. 98.Q
Obſtinatio eſt peccatũ in Spiritum ſanctum. 94.Z
Occidunt ſpiritualiter qui edunt aut detrahunt 100. R
Occiſiones ſunt triplices. ibid.
Occultare debet homo virtutes, exemplo Elephantis. 12. F
Oculi ſunt cogitationes. 98.N
Oculi hominis ſunt claudendi, ne videant vana. 8.Q
Oculi Eccleſiæ ſunt Prælati, & ideo defecerunt quaſi omnes 96.M
Oculi ſunt claudendi ne videant illicita, & præſertim in oratione. 97.V
Oculos eruit ſibi Democritus Philoſophus. 8.Q
Odiens fratrem homicida eſt. 100.R
Offerre debent laici ad Miſſarum ſolennia orationes. 53.K
Olla ſignificat homines. 53.A
Olla præfigurat miſericordiam Dei. 78.A
Onera grauia non ſunt pœnitẽtibus imponenda. 6.K
Onerantes ſe diuitijs, fatui ſunt. 11.H
Opera ſunt ſex miſericordiæ. 7.E
Opera miſericordiæ exercuit Chriſtus. 9.L
Opera noſtra non ſunt cum tadio facienda, aliàs de eis eſt ratio reddenda. 62.Y
Operibus in bonis duo ſunt timenda. 10.T
Operibus in bonis laudem quærere non debemus, & an ex hac laude exurgat peccatum mortale. ibid.
Oppreſſores pauperum, ſubditorum & Clericorum, à Deo percutiuntur 38.N
Orans debet attendere defectus ſuos, & cum his ad Deũ recurrere. 16.A
Oratio ſimilatur Ruta propter tria. 16.A
Oratio cum ieiunio & eleemoſyna bona eſt. 16.A
Orationes peccatorũ obduratorum non placant Deum, ſed irritant & illudunt. 16.A
Orare debet homo vocaliter, & non ſolũ deliderare. 16.C
Orare debemus in præſenti. in meridie gratiæ. 17.N
Oratio tribuit victoriã de hoſtibus & nihil ea pretioſius. 17.O
Oratio eſt ſcala noſtræ Aſcenſionis, & ſcutum noſtræ defenſionis. 17.O.Q
Orationem noſtram complent Chriſtus & Maria, ſicut Nomen & Verbum Partes Orationis. 17.Q
Oratio indiſcreta non meretur à Deo exaudiri. 17.R
Orandum eſt vbique ſpiritualiter, potiſſimum in loco ſecreto, & in Eccleſijs 17.S
Orationis impedimenta ſunt quatuor. 17.T
Orare debet homo pro ſeipſo, & non ſolum rogare alios, vt pro ipſo orent. 17.T
Oratio pura quendam religioſum à terra eleuauit, & clarum oſtendit. 17.V
Orationem puram faciunt diſtributio eleemoſynarum, & effuſio lacrymarum. 17.X
Oratio pura multa bona facit. 17.Y
Orare quidam non poſſunt per vnam horam diebus dominicis in Eccleſijs. 17.Y
Oratio debet eſſe concors, vt cum Verbo orationis concordet ſenſus intẽtionis. 17.Y
Oratio non poteſt fieri ſine mẽtis euagatione. 17.Z
Oratio quæ fit contra ſalutem, & à cœli poſſeſſione indignis non exauditur. 17.Z
Oratio eſt puella pulchra, quæ impetrat irrigationem noſtri aridi cordis. 18.A
Oratio quomodo pingebatur apud antiquos. 18.B
Oramus ſanctos, vt eorum precibus vitam æternam poſſideamus. 18.C
Orator debet dirigere ſpem ſuam ad Deum. 18.B
Oratio ſanctorum an ſemper exaudiatur pro nobis. 18.C
Oratio Sanctorum ſit dupliciter pro nobis. 18.C
Oratio debet eſſe expedita, lacrymoſa, continua & diligens. 18.E.I
Orationem debet homo è terra in cœlum mittere, cõtra voluptatem Carnis & luxuriæ. 21.A

Orationes manè fusas exaudit cito Dominus. 20.Y

Orationē renocandus est dilectus. 26.F

Oratio lacrymosa vincit Deum 31.E

Oratio in elenatione Corporis Christi quæ sit dicenda. 32. Q

Oratio pura est quasi quedam auicula cælos penetrans. 40. V

Oratio irreprehensibilis exauditur, si non ad voluntatem, tamen ad salutem. 42.P

Oratio est quadruplex. 47.C

Oratio debet precedere cibum. 56.N

Orat sine intermissione, qui munuscula dat pauperibus. 56.O

Orandum est in templo DEI propter tria. 61.F. & 69. Q

Orantes non debent cogitare aliunde nisi de Oratione. 65. O.P

Orante Moyse, Israel vincebat. 74.R

Orandū non est pro reprobatis. 72.F

Orationis efficacia tenuit Iacob angelum suum. 10.N

Ordinandi sunt probandi antè examinatione, & quales esse debeant. 39.D

Ordines fratrum predicatorū & minorum sunt approbati. 4.S

Ordines septem fidelium significantur per septem candelabra aurea. 32.V

Ordines Ecclesiæ sunt septem. 57.L

Ordines tres Ecclesia significātur per duos in agro. 82.E

Orex piscis est, & signat homines. 95.A

Originale peccatum quare remansit in posteris, cùm Venia primus parentibus data fuit. 27.E

Origeni ascribitur error, & qualis 8.X

Ornāt se mulieres varijs intentionibus. 34.P.Q

Ornātes se mulieres peccant contra multos. 34.P

Ornatus corporis inducit lasciuiam mentis. 96.S

Ornatus nimius complacentia proprie damnat hominem. 34.Q

Ornatus potest esse peccatum multipliciter. 34.P

Os est custodiendum à vacuis locutionibus. 82.H

Ostia tria sunt per que intratur in animam. 8.L.M

Ostia sensuum exteriorum sūt claudenda. 8.Q

Otium est occasio ad vitia carnis. 8.Z

Otium est fugiendum. 62.Y

Otio non debet homo se dare in presenti. 99.S

Otiosus non debet esse homo. 10 R.62.Y

Otiosi non sunt permittendi in politia. 97.E

Otiosis de verbis reddenda est ratio. 62.Y

Oues sunt duplices, & bonitas ipsarum, & sanitas attenditur in tribus. 10.R

Oues qualiter sunt pascenda in stabulo & in campo. 10. V

Oues patiuntur tres infirmitates, & cura earum. 10.Z

Ouile Ecclesiæ intrant multipliciter quidam. 26.B.C D

P.

Palemo ex verbis Xenocratis fuit conuersus. 24.C

Palma signat rectam intentionem. 32.P

Palmam accipiunt quidam predestinati, sicut anima B. Martini. 32.S

Panis est triplex, quo cibanda est anima nostra. 10.H. I

Panibus septem refecit nos Deus. 55.E.F

Pane quadruplici cibat Deus animam. 102.S. 65. N.O

Panther saturatus tribus diebus se abscondit, & signat Christum. 41.B. 56.A

Papa Innocentius absoluit quādam mulierem leuiter à peccatis. 94.Y

Papa est caput Ecclesiæ. 96.L

Papalis dignitas precellit regalem potestatem. 73.R

Paralysis signat peccatum propter plura. 93.L

Paralyticis sunt primo mobilia adhibenda & signant peccatores. 93 O

Parcet nulli Deus in iudicio. 101.R

Parentes sunt duplices. 20.L

Parentes male nutriunt filios de Vsuris. 20.N

Participātes cum excommunicatis contrahunt excommunicationem, sed differenter. 23.V

Digitized by Google

Participare quæ perſone poſſunt cum excommunicatis. 23.V

Participantes cum excommunicatis peccant contra multos. 23.Y

Paruulos non Baptizatos punit Deus æternaliter, tamen miſericorditer. 10.X

Paſcit Chriſtus oues ſuas quadrupliciter. 10.Y

Paſcenda quadrupliciter ſunt oues. 10.V

Paſtor malus ſimilatur Idolo. 10.G

Paſtor debet nutrire oues, non deglutire. 55.A

Paſſio Chriſti ſanat infirmitates animæ. 102.K

Paſſionis Chriſti memoria reddit indoctum doctiſſimum. 9.B

Paſſione init Chriſtus ad cælũ, & ſimiliter nos pati oportet. 14.E

Paſſione ſua nos Chriſtus redemit 39.A.B

Paſſionem Chriſt meditari debemus. ibid.

Paſſiones huius temporis ſunt triplices, 44.I

Paſſionibus ſuis intricati non ſunt apti ad audiendũ Verbum Dei. 13.R

Paſſus eſt Chriſtus in tactu. 9. D

Paſſus eſt Chriſtus paſſione generali acerba, maxima. 9. D

Paſſus eſt Chriſtus dolore miraculoſo cum diuinitus abijt. ibidem.

Paſſus eſt Chriſtus pro nobis & pœnas peccatorum pertulit. 9.E

Paſſus facere debemus ſpiritualiter, cum conducimus Corpus Chriſti. 32.P

Pater cæleſtis habet plenam refectionem, & ſignificatur per Inſulam Hybernie. 27.A

Pater carnalis eſt magis diligendus, quam ſpiritualis. 91.Z

Pater licet ſit potens, tamen vincitur per quatuor 31.E

Patri quare attribuitur potentia. 31.E

Patrem quis tenetur magis diligere quam vxorem. 91. Z

Patrem magis tenetur diligere filius, quàm proprium filium 92.Z

Patres ſancti in limbo ſignantur per Pleiades. 2.V

Patres in limbo Chriſto deſcente exultauerunt. ibidem.

Pati iterum eſſet Chriſtus paratus, vt peccatorem ſaluaret. 43.C

Patiens meretur conſortium angelorum. 26.V

Patientia eſt virtus qua mala æquo animo toleramus. 10. T

Patientia probantur electi, antequam in cælum collocentur. 44.H

Patitẽia aduerſa vincit, & expellit vitia oppoſita. 88.I

Pauperes cum eleuantur, intumeſcunt ſuperbia. 87.M

Pauperes non poſſunt recipi in æterna taberncula niſi occaſione ſe offerente 63.D

Pauperes hic non cognoſcunt diuites. 34.D

Pauperes ſunt ſimiles Chriſto in conuerſatione. 8.H

Pauperibus qui Eleemoſynas largitur ad Deum cito perducitur ad Deum cito perducitur 17.R

Pauperibus quidam ſubuenire noluit, & damnatus fuit. 35.F

Paupertas eſt triplex 8.H

Paupertas nimia, & diuitia nimia impediunt auditionem verbi Dei 13.S

Pax ſcribitur tribus literis, & ſignat Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum. 8.Y

Pax eſt quadruplex. 8.Z

Pax eſt triplex. ibidem in fine.

Pax cæleſtis Patria eſt ordinatiſſima. 36.I

Pax eſt ſicut finis claudens omnes virtutes. 26.Y

Pacem non habemus, quia voluntatem Dei non facimus. 12.C

Peccare contingit dupliciter, & quando quis peccat moraliter. 1.G

Peccans poſt pœnitentiam obligat ſe Diabolo, & difficulter reſurgit. 9 F

Peccatum eſt voluntarium, & voluntaria cõmittitur. 7.N

Peccantes debent ſtatim pœnitere, nec debent dicere, non peccaui. 9.F

Peccatores expectat Deus propter pœnitentiam. 10.V

Peccata dimittunt ſenes ad effectum, non quo ad affectum. 10.S

Peccator ſi ſcire damna, quæ inferunt peccata, vtique fleret. 12 D

Pecca-

Peccatorum ex anima electio, & virtutũ cõtra in eandem ſuſceptio eſt vnum gaudiũ electorum. 12.C

Peccatum damnat hominem & deprimit. 37.C.& 48.S

Peccatorem licet non exaudiat Deus, ad ſalutem tamẽ exaudit eum, propter tria. 16.D

Peccatorum orationes ſunt Deo abominabiles. 16.C

Peccatorum euacuatio diſponit ad ſuſceptionem Spiritus ſancti. 26.G

Peccata quidam excuſant per laſcinam ſocietatem. 36.P

Peccant homines propria volũtate. ibidem

Peccatores inuitant ſe ad malum. 47.A

Peccatum mortale piſci cui nomen Echinus comparatur. 48.R

Peccatum conſcientiam contaminat & eam ſuo bono vniuerſo exuit. 61.A

Peccatum primorum parentũ præceßit motus inordinatus. 51.G

Peccante vno puniuntur multi. 56.Q

Peccata clamantia in cœlum, ſunt quatuor. 62.T

Peccator vt reuefiſcat debet facere quinq;. 64.L

Peccator eſt ciuitas habens ciues, portas. 65.R

Peccator ſi fœditatem cognoſceret, fleret. 65.T

Peccator mortalis dicitur mortuus. 68.A

Peccata venialia octo modis dimittuntur. 69.P

Peccata omnia reuelabuntur in iudicio. 71.O

Peccata ſimilantur tenebris, propter quatuor. 75.C

Peccata contra naturam dicuntur muta. 76.F

Peccatores dicuntur monſtroſi dupliciter. 77.S

Peccatum ſignificatur per lepram. 78.C

Peccatum eſt vile & fœtidum coram Deo. 78.H

Peccatum mortale vocatur mors propter tria 82.B

Peccatum quando oritur primo cõſcientia diſtemperatur per cognitionem. ibid.

Peccatum facit animam rigidam. 82.C

Peccatum non manebit impunitum. 82.F

Peccata mortalia ſequuntur damnatos. 83.O

Peccator requirit quatuor ad ſuam reſuſcitationem. 82.IK

Peccatum tria mala facit. 87.X

Peccatum ſimilatur Paralyſi, propter plura. 93.L

Peccata ſequuntur peccatorem delectatione tranſeunte. 92.G

Peccatores ſunt duplici de cauſa morituri. 93.Q

Peccata ſolus remittit Deus. 94.Y

Peccata in Spiritum ſanctum ſunt deſperatio & obſtinatio. 94.Z

Peccator eſt fur, quia furatur à DEO animam, Diabolo eam emente ceu dignam inferni pœnis. 98.K

Peccata memorari & inde gloriari coram Deo eſt abominabile. 88.Q

Peccator ſaluatur in ſeptem horis. 99.Z

Peccatum cõtra naturam vindicatum eſt multipliciter. 100.I

Peccator rationem iuit cum Deo, & nihil debet de his, ad quæ obligatur, retinere in confeßione. 100.L

Peccator eſt adeo ponderoſus & volubilis vt ad infernum poſt mortem mox deſcendat. 101.X

Peccatum comparatur ſomno propter quatuor. 162.L

Pectus eleuatur in mortuis, & qua eſt cauſa. 68.A

Pecunia aquiritur ſeptem vijs 81.Y

Pedes animæ diſponuntur per tria, vt eant ad Eccleſiam. 67.L

Pedes rectos qui habent. 67.O

Pedes animæ leuantur per duo. 66.M

Pedes Eccleſiæ ſunt ruſtici & agrorum cultores. 96.Q

Pedes animæ ſunt amor & timor. 98.R

Pellicanus viuificat pullos ſuos ſanguine ſuo. 10.O

Pellis ſignat motum carnalem. 51.G

Pœna infernalis ad memoriam traducta, ſtabilit cor hominis in virtute. 8.N

Pœna effundentium ſanguinẽ Chriſti. 33.K

Digitized by Google

Pœne infernales sunt corporales. 38.S
Pœne sunt decem inferni, quæ damnatis pro ferculis apponuntur. 38.S
Pœna damnatorum est æterna, multiplici ratione. 39. Y. *& probatur exemplis.* 81.Z
Pœna inferni est acerba. 64. L.N 65.Z. *Item de pœnis inferni.* 80.K
Pœna reproborum est septuplex. 75.L.M
Pœnitentia non statim hominem perficit, sicut nec statim puer in vtero perficitur, sed gradatim. 6 D
Pœnitentia in quibusdam non est vera in aliis autem vera 6.F
Pœnitenti non est graue onus imponendum. 6.G I
Pœnitenti necesse sunt lachryma, patientia, & temperantia. 6 K
Pœnitentia commutat pœnam æternam in temporalem. 8. G
Pœnitent quidam ex Charitate, & quidam ex timore. ibidem.
Pœnitẽtia significatur per Sal, & præseruat à Carnalibus desideriis. 9.A
Pœnitentia est crux spiritualis 10.K
Pœnitere potest senex malus in extremis. 10.S
Pœnitentia significatur per prata, & in principio est amara postea dulcis. 10.V
Pœnitentia est seruanda in hoc breui tempore, nam per eam cõsequimur remissionẽ peccatorum. 11.E
Pœnitentia graui debet homo perficere opera sua. 20. Z
Pœnitentia comparatur naui propter tria. 48.M
Pœnitentiæ impedimenta sunt quatuor. 72.L
Pœnitentia est panis durus in principio. 55.F
Pœnitentia dicitur Panis durus, vt is seruis datur. 57. T
Pœnitentia quomodo describitur. 56.K
Pœnitentes vere debent culpam timere. 76.L
Pœnitentia habet tres progressus. 92.A
Pœnitentiæ nauis habet asseres quatuor. 93.P
Pœnitentia debet habere quatuor. ibidem
Pœnitens non debet oculos reflectere ad peccata. 100.A
Pœnitent nihil debet de peccatis retinere. 100.L
Pepla superflua mulierum displicent Deo. 4.Y
Peregrinus tria seruat, tria vitat, tria reportat. 11.B. F.I
Peregrinationes, non mutant animum, sed locum. 11.T
Peregrini sunt in hospitium ducendi. 22.I.K
Peregrini sumus in hoc mundo 74.Q
Perfecti sunt in triplici differentia. 52.Y
Perfecti possunt immittere cogitationes & pugnare cum eis. 8.M
Perfecti tenentur ad multa, ad quæ simplices non tenentur. 52.X
Perfectos congruit audire Verbum Dei; vt magis perficiantur in virtute & studio laudis diuinæ. 49.L
Periurus detestandus est propter tria. 90.M
Perpetua est pœna damnatorũ, triplici ratione. 38.Y
Perseuerantia necessaria est homini in omni opere bono. 62.Y
Perseuerare debet homo in seruitio Dei, vt possit Diabolum superare. 79.G
Persuasio mala homicidium est. 53.F
Petendum quid sit, vt Deus exaudiat. 16.H
Petenda non sunt temporalia, vt in eis finem constituamus 16.H
Petitio indiscreta non meretur exaudiri. 17.R
Petitorem idoneum tria faciunt. 16.D.E.G
Pharisæi non habuerunt notitiam Trinitatis. 7.C
Pharisæorum doctrinæ erroneæ significantur per Cisternas dissipatas. 15.I
Pharisæi comparantur simiæ, propter aliquas proprietates 52.K
Pharisæorum iustitia in quib⁹ consistebat. 52.K
Pharisæi possunt de facili dilatari, id patet duobus experimentis. 81.Z
Philomela dupliciter cantat, & significat Mariam Magdalenam. 2.Y

Digitized by Google

Phinees occidit ducem cum scorto. 5.M
Phœnix colligens ligna aromatica flante Austro renouatur. 91.Q
Pictor quidam volens imaginem pingere, collegit septem Virgines, à quibus sumpsit illud quod pulchrius fuit. 47.B
Pictor est quilibet, qui debet pingere & ornare animam suam. 47.B
Pietas mouet & excitat cor diuitis ad tribuendum pauperibus, & diuinam vltionem facit euadere. 25.Z
Pietas est triplex. 30.T
Pietas Dei Patris vincit ipsum ne peccatorem puniat. 31. E
Pietas ad omnia valet. 45.G
Pisces signant homines. 40.K 95.A
Pisces quidam viuunt in aquis & quidam interdum exeunt. 49.A
Piscatori sunt quatuor necessaria. 101.N.O
Placitatores mali punientur in inferno à bestiis ferocibus. 48.V
Planeta quilibet domum habet propriam. 11.L
Plorantes emittunt lacrymas calidas, sed dolorosos oculos ac frigidos. 8.G
Plorant sancti in præsenti, propter quatuor. 12.B.D
Pollutio nocturna quando impedit à communione vel cõsecratione. 57.H
Pomum habuit Aristoteles in manu, per quod in infirmitate confortabatur. 10.N
Poma tria aurea proiecit Hypomenes in via currens cum Atlethe Virgine. 14.Q
Pondera diuersa non debent habere venditores vel emptores. 66.H
Pontificis opera debent esse notabilia. 52.Q
Pontificalis dignitas præcellit regalem dignitatem aut potestatem. 73.B
Portatores quatuor debet portare peccatorem ad Christum. 93.N
Porta visus, auditus, & oris, est claudenda. 82.E. & 63. V
Potare debemus sitientes. 7.E
Potatores consumunt suam fortitudinem in potu. 62. V
Potatio omnis principio dulcis, post amara. 8 D
Potestas est triplex. 95.E
Potentiæ sensitiuæ sunt quinq;. 8.M
Potentia Patris vincitur per quatuor. 31.E
Præcepta quidam iuuenis dixit se impleuisse. 7.D
Præcepta sunt decem. 100.M
Prædicatores faciunt tria. 17. C.E.G
Prædicatores similantur canibus, propter quinq;. 10.B
Prædicatore verbum Dei pronuntiante, Diabolus ab eo abstrahit homines quadrupliciter. 26.D
Prædicatores habent aureolam 32 S
Prædicatio audita multum valet. 41.L
Prædicatores debent habere retia scientiæ. 50.O
Prædicatores necessum est magis abundare bonis operibus quàm Auditores. 52.S
Prædicatores debent impertiri donum scientiæ alijs. 50. P
Prædicare nullus debet nisi missus. 58.C
Prædicatores quidam arescunt per nimiam siccitatem, 59. S
Prælatus debet habere quatuor. 52.M.N.O
Prælati boni comparantur aquilæ. 4.O
Prælati mali similantur Struthioni, Buboni, Vulturi. 4. P.Q R
Prælati negligentes faciunt dormire in peccatis subditos. 8.Z
Prælati iniuriam suam vindicant, sed non iniuriam Dei. 8.Z
Prælati debent subuenire parẽtibus, ne damnentur. 10.A
Prælati debent corrigere subditos. 10 D
Prælati debent esse misericordes & clementes. 10.E
Prælatus debet esse fortis ad resistendum superbis. 10.E
Prælati significantur per Elephantes. 10.F
Prælatura sunt speranda exemplo Cipponis. 10.G
Prælatus negligens rationem reddit pro populo. 21.D
Prælati Simoniaci vendunt Patris potestatem. 29 D
Prælati non debent esse remissi, neq; negligentes. 29.K.L

Digitized by Google

Prælati reddent rationem de tribus. 62.Z
Prælaturæ ſunt poſitæ propter tranſgreſſiones. 73 B
Prælati debent eſſe ſollicitis in corrigendo ſubditorum exceſſus. 81.X
Prælatis & Principibus detur honor quaſi pro mercede. 92.H
Prælati ſunt Eccleſiæ oculi. 96.M
Prælati iam cura huic inuigilant, vt marſupia ſubditorũ euacuent. 96.M
Prælati debent eſſe interdum benigni tranſgreſſoribus. 97.H
Prælato furioſo nihil fœdius. ibidem.
Prælati peruerſi & mali, multum nocent Eccleſiæ Dei. 102.C
Præmia in futuro quidam negant hæretici. 14.B.D
Præmia capiunt mali in hoc ſeculo, ſed boni in futuro. 14.D
Præmiorum affluentiam videre debemus. 35.H
Præoccupatus iuſtus morte in refrigerio erit. 4.M
Præpoſitus quidam violenter extraxit cognatum ſuum de Monaſterio, & quadrageſimo die mortuus fuit. 14.Z
Præſentare poteſt Pater filium, non autem donare poteſt Eccleſiam, quam fundauit. 29.G
Præſumere non debet homo de ſe, ſed ſperare & timere. 11.M
Præſumptionis exemplum de ſtruthione. 28.X
Præſumptionẽ diſſuadet Chriſtus propter tria. 28.X
Præſumptuoſi ſunt tria ſigna. 40.M.& infra. 101.I
Preces quidam porrigunt pro indignis, vt beneficia eis cõferantur. 29.G
Preces poteſt quilibet offerre pro ſe, pro beneficio obtinendo, ſi dignus recognoſcatur. 29.G
Probat Deus electos ſuos quadrupliciter. 39.D
Probatur homo ad inſtar vitri Carbunculi vel auri. 44.O
Procedit Spiritus ſanctus à Patre & Filio. 26.L
Proceſſio Spiritus ſancti eſt duplex. 30.O
Procuratores mali punientur à dæmonibus. & priuantur communiter lingua & voce. 75.M.& ſupra 48.P
Procuratores falſa quandoque contra veritatem allegant, vt eam ſupprimant. 87.V
Prodigalitas eſt curabilior quàm auaritia. 5.I
Proficientes debent ſe in omnibus exercere. 57.V
Prophetæ ſunt triplices. 58.B
Proſperitas mundi facit obliuiſci Dei. 98.Q
Proximus diligendus eſt quintupliciter. 91.Y
Proximum an magis debeat diligere homo quàm ſeipſum. 91.Z
Prudentes ſunt filij huius ſeculi ad faciendum mala. 5.D
Prudentia eſt media inter calliditatem & fatuitatem. Ibidem.
Prudentia eſt triplex. 5.E
Prudentia tribuit vitam & ſuperat hoſtem. 7.M
Prudentius tres emit quidam Rex iuuenis à quodam ſene. 7.M
Prudentia miranda eſt in brutis multis. 20.L
Pruina ſignant corda prauorum, vel conſolationes ſeculares. 10.Z
Pſittacus ſalutauit Ceſarem voce humana. 2.Y
Pudor eſt duplex. 69.N
Puellam veneno nutritam exhibuit regina Aquilonis Alexandro. 13.A
Pueri non baptizati, in nocte reſurrectionis Chriſti non ſunt per Chriſtum liberati. 21.R
Pueri non baptizati habẽt pœnam mitiſſimam. 2.I.53.E
Pueri in vtero matris non ſtatim perficiuntur, ſed gradatim. 6.D
Pueri ſunt inſtruendi in artibus liberalibus. 20.M
Pueros multos dat Deus pauperibus, & non potentibus, & quare. 72.Q
Pueri habent magnos oculos, & ſignant fideles. 74.I
Pueri adhuc infantes ſunt inſtruendi in fide, & in virtutibus. 84.A
Pugnat contra nos diabolus, mundus & caro, duplici modo. 21.B

Pugnant

Pugnant filij Amalech contra Iſrael. 74.R
Pulchritudo non eſt querenda in muliere, quia cito tranſit. 37.F
Pulchritudo eſt bonum defectiuum, infectiuum, & deceptiuum. 42.S
Punit Deus inuitus peccatores. 10.V
Puniendus nemo eſt niſi conuictus. 62.X
Puniri tranſgreſſores debent à rectoribus. 73.B
Punientur damnati & reprobi ſeptuplici pœna. 75.L.M
Purgatorio qui tenebantur, Chriſto reſurgente liberabantur. 2.K
Purpuram qui primus induit, à fulmine percuſſus interijt. 34.M
Puſillanimes incepta non perficiunt. 5.G
Puſillanimes non faciũt ſecundum Verbum Dei. 50.V

Q.

Querenda non ſunt temporalia propter tria. 18.H
Queſtio dura, durior & duriſſima fiet in iudicio extremo. 62.Z
Quid eſt petendum vt Deus exaudiat. 16.G
Quietem omnia appetunt. 19.O

R.

Raab ſaluata eſt quia recepit exploratores. 22.R
Raab dicitur meretrix quod eſt aquinocum. 22.R
Rami ſignãt ſanctas doctrinas. 32.O
Rancorem remittere eſt neceſſitatis. 9.L
Raptor quidam rapuit puellam 9.B.C
Rapiunt quidam à diuitibus & infidelibus, vt inde eleemoſynas faciant. 36.S
Rapacium crudelitas ſignificatur per alas accipitris. 51.H
Raptores ſuſpendentur patibulis infernalibus, & punientur in perpetuum. 48.V
Raptores grauantur per rapinam & tenentur reſtituere. 51.H
Raptores tenentur rapta reſtituere alias damnantur. 63.G
Ratio eſt triũ oſtium per quod intratur in animam. 8.O
Ratio regit vires inferiores. 8.S
Ratio reddenda eſt de cogitationibus. 62.X. & 100.C.H
Rationem reddent Prælati de tribus. 62.Z
Ratiociniis obligati non ſunt in monaſteria recipiendi. 39.G
Recidiuans ſeu Relabens in peccatum difficulter reuertitur. 6.F
Recidiuatio ſeu Relapſus in peccatum, ſeptem peccata operatur. 9.E
Recidiuum ſeu relapſum qui vult vitare, debet preterita peccata memorare. 9.E
Recidiuationis ſeu Relapſus timor multos tardat ne confiteantur. 71.K. 72.M
Recidiuantem ſeu Relabentem ſpoliat & occidit ſpiritualiter diabolus. 78.G
Recidiuare non debet pœnitens. 100.A
Reconciliari quomodo debet ille qui offendit. 53.L
Rectores populi ſunt inſtituti propter punitiones tranſgreſſorum. 73.A
Redemptio conuenit Chriſto qui redemit nos propria voluntate. 30.Q
Redemit nos Chriſtus ſanguine ſuo. 39.A.B
Redemit nos Chriſtus, veram noſtram naturam aſſumendo, defectus ſuſtinendo & mortem 91.C
Redimendo nos Chriſtus triplici miſeria inſeruit ſe. 30.Q
Refrenanda eſt lingua à mendacio, multiloquio & detractione. 15.I
Relapſus, vide Recidiuatio.
Rex qualiter & qualis eligitur apud Thraciam. 29.K. 96.V
Rex Agathocles bibit ex vaſis luteis. 8.K
Rex quidam timuit in conuiuijs ſuis. 25.N
Rex eſt homo, ſi prædominatur ratio. 98.L
Rege Chriſto mortuo familia ſua turbata eſt 2.R
Reges tenentur dare decimas ſuis Epiſcopis. 4.V
Reges debent abſtinere à multiloquio. 5.N
Reges Indorum quomodo ſemel in anno habent ſe ad populum. 5.N
Reges debent habere aliquos prin-

priuatos viros, cum quibus delectantur. 5.Q

Reges melius est eligere, quàm quod sibi inuicem hæreditarie succedant. 29 K. 97. F

Reges quid debent attendere circa populum suum. 73. A

Regem petierunt sibi dari filij Israel. ibidem.

Regia potestas vt debitum sortiatur effectum, quatuor requirit. 96.V

Regit Deus omnia non per se, sed mediantibus causis secundis. 10.S

Regere cõmunitatem vel Rempublicam debent sapientes. 97. C

Regimen Reipublicæ decem respicit. 97.E

Regimen ad sui sufficientiam, quatuor requirit. 97. C. G.H

Regimen vnius melius est quã multorum, multis rationibus 97.D

Regulus est homo, si in eo dominatur sensualitas. 98.L

Regulus dicitur aliquis tripliciter. 97.B

Religiosi significãtur per grues. 2.Z

Religiosi significantur per cœlũ, & debent viuere irreprehensibiliter. 7.S

Religiosi debent habere omnia communia, & non propria. 4.S

Religiosos tentant dæmones de libidine plus quàm alios. 4. S

Religiosorum luxuria displicet Deo propter tria. 4.S

Religio saluat & præseruat a voluptate carnis. 4.S.T

Religiosis non est violẽtia faciẽda. 14.Y

Religiosorem quidam intrant timore mortis. 30.S

Religionem volentes intrare, examinantur in quinque. 39.E

Religio non est mutanda sine necessitate & vtilitate. 39. F

Religiosi similantur mortuis. 83.P

Remedia tria carnalis concupiscentiæ. 11.M

Remedia gulæ. 13.G.34.T

Remedia luxuriæ. 13.I

Remedia Inuidiæ. 25.Q

Remedia acediæ. 25.T

Remittere rancorem est necessitatis. 9.L

Remittere debent interdum Prælati excessus suis subditis. 10 E

Remissus non debet esse Prælatus per dissimulationem. 29. K

Renouari debet anima ad instar aquilæ, serpentis, & accipitris. 51.B.F.H

Reprobare quid sit, & quod pro reprobatis non est orandum. 72.F

Requies duplex est scilicet falsa & vera. 19.P

Requiem falsam quarentes fallũtur. 19.Q

Requies quæ intransitorijs inuenitur non prodest sed obest. 19.S.T

Requiem veram quærunt filij lucis & regni. 19.X

Requies vera intransitorijs inueniri non potest. 19.H.I

Res proximi quidam per auaritiam appetunt, quidam per gulam consumunt. 100. V

Respublica debet regi per sapientes. 97.T

Rempublicam qui regit debet decem respicere. 97.E

Rẽsignant quidam Ecclesias suas cognatis negligentibus. 29.E

Restituere tenentur raptores. 63.G

Restitutionis rei illicitæ, duo modi 63.G

Reuelatio fit tribus modis. 7.D

Reuelabuntur omnia peccata in iudicio. 71.O

Reuerentiam Clerici Deo non exhibent propter nimiam assistentiam. 17.N

Ridere aut murmurare in Ecclesia non debent homines. 67.V

Rogationum dies sunt ieiunio transigendi, de consilio, non de præcepto. 17.X

Romani diuiserunt tempora sua. 20.Y.& 85.E

Rori comparatur vita humana. 4.I

Rori assimilatur gratia Spiritus sancti, propter aliquas causas. 24.A

Rosa signat Cor Christi Virginale. 16.A

Rubinus pauper sub gradu diuitis sigellauit. 34.E

Ruinam angelorũ reparabunt homines. 43.E

Rusticorum status est valdè inclinatus. 4.Z.& 96.Q

Ruſtici ſunt pedes Eccleſiæ. 96.Q
Ruta ſimilatur orationi propter tres cauſas. 16.A S.
Sacerdotes debent fugere familiaritatem mulierum. 4. E
Sacerdotes quibus ornamentis debent ſe ornare. 4.T.42. Y
Sacerdotes fornicatores, ſunt ſui Voti Deo facti ruptores, proditores & populi ſeductores. 4.T
Sacerdotum intentio debet eſſe vt poſſint vera diſcere & ea docere. 4.T
Sacerdotibus ludus alea eſt interdictus 4.T
Sacerdotes habentes Patrimonia vtrum poſſint vinere de bonis Eccleſiæ. ibid.
Sacerdotes ante promotionem ſunt examinandi. 39 D
Sacerdotes ſimilantur angelis. 43.F
Sacerdotes gaudent de pœnitentia Peccatoris. ibidem.
Sacerdotes tenentur eſſe meliores Laicis quantum ad Virtutes. 52.T
Sacerdotum ſpiritualis inſanitas venit à diabolo. 72.D
Sacerdotes nihil debent petere à confitentibus, ſed piè data recipiant. 96.O
Sacerdotes abſoluere à peccatis quomodo intelligitur 94. Y
Sacerdotes debent fugere imperitiam. 101.Q
Sacrari non poteſt homo in hoc mundo. 36.G
Sacra ſcriptura eſt quaſi pratum amplum & ſiccum. 10. V
Sacra ſcriptura præponit nobis triplicem menſam. 88.G
Sacramenta ſeptem ſignificantur in ſeptiſtellio. 56.A
Sacramenta non debent vendi, licet ſit conſuetudo. 76.D.E
Sal tria ſignificat. 10.Y
Sal preſeruat à putredine, & ſignat amaritudinem pœnitentiæ. 9.A
Salina ſignat ſapientiam diuinam. 72.I
Salomon in fine & ſenio depranatus eſt. 10.R
Salomon adepto regno petiuit ſapientiam 16.G
Salutare non debet quis in via, quomodo intelligitur. 67. N
Salue regina fugauit tempeſtatem. 2.Z
Samuel apparuit Sauli dicens. Tu & filij tui cras mecum eritis. 100.M
Samſon habuit fortitudinem à Spiritu ſancto. 24.C
Samſon propoſuit problemata. 33.A
Sancti ſimilantur mercenarijs propter quatuor. 10.Q
Sancti ſciunt amaritudines ſeculi dupliciter dulcorare. 12.K
Sancti homines refrenantur per ſilentium à ſermonibus. indiſcretis. 15.M
Sancti an ſint petendi vt orent pro nobis. 18.C
Sancti in verbo & ſpeculo Trinitatis vident orationes noſtras. 18.C
Sanctus dicitur Spiritus Domini qui nos ſanctificat. 25.B
Sanctorum communio quid ſit & quæ ad ipſam requiruntur. 71.L
Sanguinem Chriſti ſi ſacerdos effuderit per negligentiam, quid ſit faciendum 31.R
Sanguiſuga ſimilantur adulatores ex ſex proprietatet. 101.P
Sanitas omnium Chriſti cognoſcitur ex tribus. 10.T
Sapientia eſt triplex. 5.E
Sapientia eſt duplex. 10.T
Sapientia quomodo acquiritur. 30.Y
Sapientia cognoſcitur per pœnitentiam. 30.Z
Sapientis tres ſunt actus ibid.
Sapientes olim regebant, & ſæculum dicebatur. ibidem.
Sapientes quidam ſe reputant, & audire Verbum Dei nolunt. 41L 50.S
Sapientia formicæ conſiſtit in quatuor, 62.Z
Sapientia diuina ſignificatur per ſalinam. 72.I
Sapientia eſt vltima inter Spiritus ſancti dona. 88 M
Sapientia eſt theſaurus infinitus. 89.D
Sapientia eſt laudabiliter communicanda, propter duo. 89.E
Sapientiæ oppreſſores, ſubuerſores & abuſores, quidam ſunt, &c. 89.F
Sapientia eſt triplex. 101.Z
Sapientia habet quinq; actus. ibidem.
Sapientia propriæ nemo inniti debet. 41.L

Sapphirus significat orationem puram. 18.X
Satiari non potest anima humana per delicias, diuitias, vel honores. 19.Q
Satisfactio necessariò probatur per exempla. 87.Z
Satisfactio debet esse fortis ad portandum onera pœnitentiæ. 93.R
Saul tradũt Hebræi saluatum esse. 100.M.N
Scala est Crux Christi per quã ascendimus. 10.L
Scala Iacob significat pœnitentiam, & habet sex gradus, cui innixus est Christus. 11 M
Scalas duas habet Christus, & sui ad cœlum ascensus, & sui vicissim ad terram descensus. 20.K.45.A
Scientia docet quid facĩdum, quid dimittendum. 30.V
Scientia nostra debet esse circa tria. 42.P.K
Scientia Prædicatores vestitos esse oportet, eaq; pro concione ad populum habenda indutos. 50.O
Scientia sequitur pietatem, & est duplex. 88.F
Scientia est liberaliter communicanda, propter duo. 89.E
Secreta consilij non sunt reuelanda. 101.K
Secreta mulieres nõ tacent. ibi.
Segetes Laicorum quidam cũ canibus Venaticis conculcauit. 4.V
Sennacherib propter superbiã occisus est, & perdidit populum. 3.B
Senes sunt incurabiles. 10.R
Senex malus potest pœnitere in fine. 10.S
Sensus quinq; hominis, sunt fores & ostia animæ. 8.L
Sensus hominis si benè custodiantur, castrum animæ erit in pace. ibid.
Sensus hominis sunt claudendi propter quinq;. 8.T
Sensuum instrumenta coalescunt ex tribus. 38.X
Sensus sunt custodiendi. 62.Y
Sensus sunt in oratione claudendi. 67.T
Sermo Dei est cibus animæ. 10.H
Serpens per medium sectus, & sub limo positus reintegratur. 2.A
Serpentem erexit Moyses in deserto, & signat Christum. ibidem.
Serpens deponendo pellem veterem, renouatur. 51.F
Serta quæ portantur in die Corporis Christi, quid significant. 32.R
Serta non sunt portanda feriis sextis, propter Coronã Christi. 96.S
Seruatius Episcopus orauit pro populo. 17.Z
Seruus nisi manumittatur, non debet ordinari. 39.F
Seruire debemus Christo, qui nos liberauit. 54.T
Seruientes DEO sunt triplices. 54.T
Seruire non debemus pro regno Dei. 62.Y
Seruus est duplex. 79.B.C
Seruire qualiter debemus Deo. 79.E.F
Seruitus impedit matrimonium. 80.M
Seruire nolunt Deo multa genera hominum. 81.S
Seruiendum non est Corpori. 80.N.O
Seruire nemo potest Deo & diabolo simul. 81.IK
Seruientes deficere consueuerunt in duobus. 81.Y
Serui sunt duplices. ibid.
Seruire quidam sunt apti à natura. 97.B.C
Seruorum tria sunt genera. 100.B
Seueritatis Spiritu ducuntur mali potẽtes, & nobiles. 28.Y
Signa sunt tria per quæ cognoscit se quis habere Spiritum sanctum. 28.K
Silentium est Custos Conscientiæ. 15.L
Silentium tenuit quidam miles, & vidit DEI iudicia. 15.L
Simiæ comparantur Pharisæi, propter aliquas proprietates. 52.K
Simia habet duos fœtus, sic homo diuitias habet & peccata. 83.O
Simia filium dilectum portat in brachijs. 92.G
Simonia quid sit 60.G
Simoniacus falsificat sigilla Spiritus sancti. 60.G
Simoniacè Clericus intrans Ecclesiam, tenetur ad rationem dandam. 39.G
Simoniam committunt qui spiritualia vendũt. 76.D.E
Sobrietas comparatur Amatiste, & est triplex. 40.L N.O

Sobrie-

Sobrietatis virtutem non destruit quilibet excessus cibi vel potus. 40.P

Sobrij esse debemus quia sobrietas est mater virtutũ. 86.C

Sobrietatis quinq; vitia. 86.D

Societas malorum est dissoluẽda quia periculosa bonis. 8. Z

Societas mala vitanda est, propter quatuor. 11.B

Socij tres semper sunt nobiscum Caro, Mundus & Diabolus. 11.C

Societas carnalis fugienda est, propter tria. 13.B

Societas mala ducit ad malum finem. 28.R.S

Societas mala est vitanda, & eorum amicitia. 28.T. & infra 72.H

Societatem malam debent fugere Iuuenes. 85.I

Sodomiticum peccatum punitum grauiter. 100.I

Solsequium sequitur solẽ. 9.G

Sol quolibet mense intrat aliquod signum. 2.B

Sol signat Christum qui intrat duodecim signa Zodiaci. 2. B.C

Sol Christus medium tenet in omnibus. 3.A

Sol regit inferiora, & conciliat, & signat prælatos & dominos. 62.Q

Sol signat Christum. 78.B. & 86.A

Solis radium tria à nobis subtrahunt, & signat Christum. 94.S

Sollicitudo est triplex. 81.S

Sollicitudo superflua est filia desperationis. 81.Z

Sollicitudinem triplicem immittit Diabolus cordibus hominum negligentium. 102.M

Somnus vnde causatur. 102.L

Somno comparatur peccatum propter tria. ibidem.

Somnolenti sunt homines habentes caput grande. 102.L

Somnus habet tres filias, secundum fabulas. 102.L.M

Somnia sumunt originem à quinq;. 102.G

Sortilegijs non est fides adhibenda. 102.F

Sortilegos querentes, damnum duplex reportant. 100.M

Speculo similatur sacra scriptura. 15.D

Speculum obtulit Diabolus in specie hirci cuidam mulieri in extremis. 41.F

Speculũ dicitur Christus. 75.B

Spes figurata est per secundum Angelum. Apoc. 8. & multa bona facit. 7.I

Spem tribus temporibus intelligere debemus. 10.N

Spes confert multùm contra desperationem. ibidem

Spem debet habere quilibet, & significatur per vnum latus scale, quam vidit Iacob. 11.M

Spes triplex est. 11.X

Spes impij comparatur lanugini, spume gracili. 92.F

Spiritus sancti gratia comparatur rori. 24.A

Spiritus sanctus comparatur igni propter quatuor. 24.B

Spiritus sanctus missus est ad lacrymantium consolator. 24.F

Spiritus sanctus missus est in triplici specie. 24.K

Spiritus sanctus dicitur mundus disciplinæ. 25.B.C

Spiritus sancti dona significantur per septem boues pingues. 25.C.D

Spiritus sanctus apparuit in triplici specie. 25.K

Spiritus sancti gratia qu necessario debetur præparanti se ad ipsam. 25.L

Spiritus sanctus est noster aduocatus, & facit nos gemere. 26.A

Spiritus sancti susceptionem faciunt octo. 26.B.C.D

Spiritus sanctus benignus est in tribus. 26.G

Spiritus sanctus similatur vento, propter tria. 26.K

Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio. 26.L

Spiritus sanctus excitat ad pœnitentiam, perducit ad lacrymas, & inflãmat corda. 26.P

Spiritus sancti sunt duodecim fructus. 26.Q

Spiritus sanctus similatur Elephanti, propter benignitatẽ. 28.H

Spiritus sanctus in principio terret, sed postea lenit & mitigat 28.I

Spiritus sanctus viuificat animam propter tria. 28.K

Spiritus sanctus quatuor facit in anima, quæ anima facit in corpore. 28.L

Spiritus sanctus duobus modis mittitur. 30.R

Spiritum sanctum adesse, ostendunt nouem signa. 26.M

Spiritualia quærenda ſunt, non temporalia. 20.R
Spiritualiter manducant quidam Corpus Chriſti quadrupliciter. 33.M
Splendere debemus vitæ claritate, & fama. 102.B.C
Sponſam nobilẽ, decoram, &c. eligunt domini terreni. 45. B
Sponſa nobilis & accepta, eſt miſericordia. 45.C.D
Sponſus nobilis anima & pulcher, eſt ipſe Chriſtus. 81.V
Sponſus Chriſtus dat quatuor Clinodia ſponſæ ſuæ videlicet animæ. 96.Y
Sponſæ ſuæ dedit Chriſtus multa dona. 96.Y
Stabilitas perpenditur in multis. 11.T
Stabilitas loci ſtabilitat animum. ibidem.
Stabilitatem hortatur ſcriptura. 11.T
Status ſeptem fidelium ſignificatur per ſeptem Choros, qui erant cum David in conductione Arcæ. 32.V
Status ſervientium Deo eſt triplex. 54.T
Statum noſtrum debemus diſcutere. 62 Z
Stantes à longè ex humilitate citiùs exaudiuntur. 69.L
Stare debent peccatores ad tria ibidem.
Stare debent juſti ad quatuor. 69 L
Stare non debent Laici ſecus altare, quando divina celebrantur. 96.M
Stellas triſtes præfert cœlum ut galaxiam pallidam aut Cometã, Peſti hominis quaſi condolens. 43.A
Stomachus oſtendit qualiter nutriendus ſit Spiritus. 13. K
Stomachus patitur multas infirmitates. 13.Q
Struthioni ſimilantur prædicatores in altum per orationẽ ſe elevare non valentes. 25. V
Struthioni ſimilantur Prælati. 4.P
Struthio ponit ova ſua in ortu Pleiadum & obliviſcitur ea. 20.Z.41.I
Studium continuaverunt Philoſophi antiqui. 30.Z
Stultitia quid ſit. 5.E
Stultitia eorum qui vanam ac falſam requiem quærunt. 19.V
Stulti plurès fiunt, quàm boni, & prudentes. 56.X
Subditi debent obedire dominis ſuis, propter tria bona. 97.G
Subditos ſuos debent amare Domini, & amorem debent oſtendere in tribus. 97.I
Subſidia & Jura Epiſcopalia Clerici tenentur Epiſcopis ſuis 4.R
Subtilitatem aſſumpſit Corpus Chriſti poſt reſurrectionem. 8.X
Subtile dicitur quadrupliciter ibidem.
Subtrahit Deus electis gratiã & ſpiritualem conſolationẽ propter multa. 28.O
Sudor frigidus eſt ſignum malum in ægroto. 8.G
Superbi ambulant altas vias montium. 3.B
Superbi ſeptem mala eveniũt. 3.E
Superbia quatuor ſunt ſpecies. 4.C
Superbia mulierum attenditur in quatuor. 4.Y
Superbiam tripliciter deſtruit conſideratio mortis noſtræ. 8.I
Superbia de facili incurritur propter tres cauſas. 10.Z
Superbi aſcendunt in altum ut graviùs deorſum cadant. 21.F
Superbia eſt infirmitas incurabilis. ibidem.
Superbia ejecit angelum de cœlo, Adam de Paradiſo, & repellitur per donum timoris 25.M
Superbia occultat ſe ſub tribus ſpeciebus virtutum. ibid.
Superbi ſignificantur per veſpertiliones. 35.I
Superbi ſe excuſant per dignitatem ſecularis dominationis. 36.V
Superbiunt homines de variis bonis, fortuitis & ſpiritualibus. 38.O
Superbia fratres ſunt plenis humoribus inflativis. 59.X
Superbi ſimiles ſunt leonibus cupientes alijs dominari. 65 S
Superbi elevantur & contemnunt Deũ & homines. 68.A
Superbia cum invadit hominẽ, debet homo duo cogitare. 68.G
Superbi quantò longiùs à terra in ſublime rapiuntur, tantò profundiùs in viſce-

raterre relabuntur. 87.N

Superbia ſignificatur per quartanam & homo ſuperbus facit ſex. 99.T

Superbi cum ad dignitates veniunt, ſe extollunt, & alios vituperant. 100.H

Supportare debet Prelatus ſubditos ſuos. 52.N

Sumptuoſi plus expendunt quàm decet. 5.K

Surditas naturalis prouenit ex vitijs. 70.B

Surdi ſunt quidam ad audiendum Verbum Dei. 70.B

Syrenes tres fuerunt ſecundum fabulas, & Syrtis Dea mutauit ſocios Vliſſis in iumenta. 48.V

T.

Taciturnitas eſt cuſtos ſcientiæ 15.L.M

Taciturnitas meretur videre ſecreta. 28.P

Tædium boni conſideratur dupliciter & quando eſt peccatum mortale. 62.Y

Talentum eſt anima hominis, quæ abſconditur cum terrena amantur. 100.K

Tallias non poſſunt domini de nouo imponere ſubditis ſine auctoritate regum vel principum. 101.T

Talione quidam ſunt puniti. 101.D

Talpa dum videt, caret oculis. 34.D

Taxus repellit fœminam in hyeme à cibo. 20.E

Taxum expellit vulpes doloſa à caverna ſua. 65.T

Temeritas eſt vitium extremũ fortitudinis. 5.G

Temeritatis Spiritu quidam ducuntur. 28.V

Temporalia non ſunt petenda, propter tria. 16.H.20.R

Temporalia poſſunt habere Laici. 34.F

Temporalia poſſunt habere Clerici ad vſum. 60.F

Temporalia tribuit Deꝰ aliquibus cum ſint mali. 72.P

Temporalia onerant & inquinant. 98.L

Temperantia eſt media inter delectationem & inſenſibilitatem. 5.F

Temperantia eſt ſtola prima & Candor naturalis. 6.L

Temperantia circumcidit Cor à Peccatis & vincit Diabolum. 7.Q

Templum ſpolianuit Dionyſius, & Deum ſuum & ſe excuſauit. 36.Q

Tempus perdunt inſores. 1.L

Tẽpus laboris eſt in præſenti ſed in futuro requies. 8.F

Temporũ Deus habet cognitionem, quia mutantur. 20.X

Tempus omne habet ſuum tẽpus. ibidem

Tempora debent diuidere homines pro orationibus fundendis, & aliis faciendis neceſſitatibus. 20.Y

Tempus præſens eſt tempus probationis. 42.Z

Tempus ad acquirendum æternam vitam eſt ſolùm in præſenti. 59.Y

Tempus quidam conſumũt inutiliter & poſtea dolent. 62 V.85.L.& 92.C

Tenebræ ſpiſſæ & denſæ ſunt in inferno. 38.T

Tenebris ſimilantur peccata propter quatuor. 75.Q

Tentari permittit Deus homines, propter tria. 9.N

Tentationem mitigat Spiritus ſanctus. 28.M

Terra duo ſignificat. 11.M

Terra ſignificat homines propter quatuor. 26.K

Terra ſumus & de terra formati. 8.K

Teſtamentum vetus terrena, ſed nouum cœleſtia promittit. 56.A

Teſtes falſi pro muneribus falſum dicunt, Deum negant. 90.L

Teſtimonium falſum quidam dicunt propter quatuor. 100.T

Theologicas virtutes alloquuta eſt quædam mulier. 101.N

Theſaurus infinitus eſt ſapientia & ſcientia, & impertita angetur. 89.D.E

Tibicines ſunt adulatores vel dæmones. 102.P.Q

Tiberius Imperator pepercit populo ſuo, eos exactionibus non onerando. 4.V

Tigris eſt animal velox, ſed circa aquam & ſpeculum efficitur pigrum. 36.A.41.F

Timor Dei facit ad ſpiritualem conceptum & partum. 6.C

Timor futuri iudicij compellit ad bonum. 10.M

Timor fuit incitamentum vocis in quodam. 10.M

Timere debet homo, & nõ præſumere. 11.M

by Google

Timor fugat superbiam. 25.N
Timorem incutit consideratio propria culpæ. ibidem
Timor quatuor bona facit 30. S
Timorem & horrorem habent damnati. 38.V
Timor est primus gradus humilitatis. 69.K
Timor recidivationis in peccatum retrahit multos a Confessione. 71.K
Timor oritur ex amore. 88.C
Timor facit Convivium spirituale, vbi assunt tria fercula. Iustitia pax & gaudium. 85.D
Timor initialis habet duos oculos, & de timore filiali. 90. K
Timor Domini est principium nostræ salutis. 99.Z
Titus Rex pius fuit erga se petentes. 102.A
Tobias audivit hœdum balantem, & ne, inquit, furtivum sit, reddite eum Domino suo 20.L
Torneamenta exercentes milites, nisi pœniteant, damnantur. 62.V
Tormentorum inferni vehementiam videre debemus. 35.M
Torquati apud Romanos vnde nomen habuerunt. 49.D
Trajanus fuit ad infimos affabilis. 52.O
Transgressores legis puniendi sunt. 73 B
Transitus filiorum Israel de Ægypto. 74.L
Transformant se quedam animalia in vocibus, & significant adulatores. 101.A
Triangulo similatur anima hominis. 14.T
Tribulatio securius ducit ad portum, ad instar aquæ amare. 8.C
Tribulationes sunt sustinendæ, propter quatuor bona. 9. M
Tribulatio est thesaurus pretiosus. 10.I
Tribulationes quæ bonis accidunt semper pro bono interpretantur. 10.N
Tribulationes mundi dulcorantur tripliciter. 12.K
Tribulatio spiritualis mortuos vivificat. 28 K
Tribulantur hic electi antequàm ponantur in ædificio cœlesti. 44.H
Tribulationibus probantur homines. 44 O
Tribulationes sustinent iusti & boni. 80.Q
Triceſimus an possit legi pro pecunia. 60.G
Trinitatis fidem habuerũt tres pueri in fornace. 7.T
Trinitatis fidem Philosophi nõ habuerunt, neq; notitiam. 7.T
Trinitas honoratur in cœlo & in mundo. 30.M
Trinitatis festum quidam celebrant in octava Pentecostes. 30 M
Trinitas est triplex. 30.N
Trinitas personarum est vnus Deus verus solus. ibidem
Trinitas significatur literis huius Versi AVE. 30.P
Trinitas non temerarie scrutanda est ibidem. & 31. A
Trinitas influxiua est triplex. 30.Q
Trinitas personarũ & Vnitas essentiæ ostenditur auctoritatibus Veteris & noui Testamenti. 31.B
Trinitatis vestigiũ cognoscitur in omnibus rebus. 31.O
Trinitatis Confessio valet ad tria. 31.I
Trinitas personarum & vnitas essentiæ cognoscitur in tribus miraculis. 31.D
Tristium hominum sunt genera quinque. 12.N
Troia capta fuit per Menelaũ, & combusta. 92.B
Troilus Episcopus ex Eleemosyna data tristabatur. 45. E.N

V.

Vacillantium Confirmator est Spiritus sanctus. 24.M
Vallis Iosaphat non recipit omnes damnandos. 14. V
Vallis significat homines humiles propter tria. 69.I
Vana gloria est mensurãda. 1. D
Vana gloria cùm impugnat hominem, debet cogitare duo. 61.G
Vbi quærenda sit vera requies 19.H
Velox debet esse homo ad Ecclesiam. 67.N
Venatores obviãtibus sibi religiosis dicunt, se fortunæ eorũ præsentia non gaudere, quod prosperam non sit. 14.N
Vendere nemo debet carius propter dilationem. 66.B
Vendere non debet Sacerdotes Sacra-

Sacramenta, licet velint indefacere eleemosynam. 76. D
Venditer an tenetur dicere vitium rei vendenda. 66.D
Venditores sunt multiplices. 66.B
Vendit Deus regnum pro vili re. 46.K
Venialia peccata sunt confitenda. 1.E.& 9.L
Ventus habet multiplicem effectum. 26.P
Vetus signat superbiã vel Diaboli tentationem. 4.B
Vento similatur Spiritus sanctus propter tria. 26.K
Vetis duodecim cõgruunt duodecim fructus. 26.Q.S
Verecundia est passio, & non virtus. 30.S
Verecundiam habent damnati in inferno de peccatis. 38.T
Vermes aurium qualiter necantur. 15.E
Vermem corrodentis conscientia relinquit voluptas Carnis. 59.T
Verbum Dei stabilitat cor hominis exemplo Insulæ fugitiuæ. 8.N
Verbum Dei est panis & cibus animæ. 10.D
Verbo Dei debet Prælatus pascere oues sibi commissas. 10.A
Verbo Dei nutritur Spiritus, exemplo Stomachi. 13.K
Verbum Dei est cibus animæ, & debet in memoria retineri. 13.L
Verbum Dei licet non retineatur, tamen mundat. 13.M
Verbum Dei debet præparari, masticari. 15.A
Verbi Dei auditus qualis debeat esse ostenditur ex ipsis auribus. 15.B
Verbum Dei audientes, vt solum de ipso loquantur, similes sunt leccatoribus, militibus & cribro. 15.C
Verbum Dei audiendo, homo debet esse firmus & quietus. 15.H
Verbum Dei audiunt multiplices homines. 41.E.F
Verbi Dei sedulitas facit idoneum procuratorem. 16.G
Verbi Dei auditus disponit ad susceptionem Spiritus sancti. 26.B
Veritas est media inter iactãtiam & derisionem. 5.P
Veritas dimittitur propter odium. ibidem
Veritas est triplex. 24.L
Veritas non oditur in se, sed in suis effectibus. 63.E
Veritatem non dicere, contingit tripliciter. 101.B
Vesper duo significat. 4.G
Vespertiliones quare habent debiles oculos. 35.I
Vestes cãdidas & superfluas habent quædam mulieres. 4.Y
Vestes significant charitatem, & bona exempla. 32.M
Vestium superfluitas in Clericis & mulieribus est reprehendenda. 34.K
Vestes superflua damnãt 34.L
Vestium pretiositas reprehenditur. 34.M
Vestes Clericorum quales esse debeant. 34.K.N.O
Vestis pulchra lacerat sicut spina castitatem. 31.Z
Vestibus plus honoris refertur quàm virtutibus. 31.Z
Victorinus scripsit Augustino de obsidione Ciuitatis suæ. 12.C
Vias septem difficiles ambulant homines. 3.B.C
Via pulchra est, via humilitatis. 3.N
Via notitiæ facit iter breue, & quare. 3.P
Via pulchra mandatorum est ambulanda. 7.D
Viam passionis, actionis & contemplationis Christus ambulauit. 14.E.F
Vident ea Sancti quæ spectant ad ipsorum beatitudinem. 42.O
Videri potest corpus glorioſum ab oculo non glorificato. 8. V
Vident electi malos in inferno, & lætitia fatrabuntur. 12. Y.35.G
Vident electi faciem Dei. 12. Z.36.L
Videri non potest Deus oculo corporali, nec omnes aqualiter vident Deum. 36.L. 55.G
Videre debemus hic quatuor. 35.H.K.L.M
Vidua non debẽt esse delitioſa, sed humiles. 42.Y
Vigilare debent triplices homines. 21.B
Vigilare debemus in duobus. 44.R
Vinum non debent bibere iuuenes, quia sunt calidæ naturæ. 85.H.95.F
Vinũ non debent bibere Sacerdotes

dotes immoderatè. 95.C
Vinum immoderatè potatum, cauſat quatuor mala. 95. D.E
Vini vſus temperatus, eſt homini licitus. 95.F
Vina dulcia propinat Chriſtus animæ. 96.Z
Virgines ſimilantur Angelis. 43.G
Viri ſancti franantur per ſilentium. 15.M
Viſio Chriſto eſt quadruplex. 74.I
Viſio Chriſti in forma glorioſa erit malis terribilis. 74.K
Viſione ſola an conſiſtat beatitudo. 55.H
Viſionis Dei carentia eſt maxima pœna damnatis. 38. X.59.Y
Viſio hominis interdum ducit ad peccatum. 8.T
Viſus non debet dirigi ad aliqua illicita. 82.G
Vita noſtra erit denuo reparanda. 9.I
Vita humana ſimilatur multis rebus. 4.G.H
Vita hominis breuis eſt. 4.M
Vita noſtra breuis eſt, & mors incerta. 8.K.82.E
Vita præſens eſt dubia & incerta. 12.I
Vitâ actiuâ & contemplatiuâ ire debemus ad cœlum. 14. E.F.G
Vita præſens comparatur morti. 40.Q
Vita noſtra comparatur umbræ propter tria. 92.B
Vitam æternam qui vult poſſidere debet quatuor facere. 14.P
Virtutes intellectuales ſunt quinque. 6.D
Virtutes morales ſunt vndecim. 6.D
Virtutes Theologicæ ſunt tres. 7.G
Virtutes ſunt à ſanctis petendæ 8.T
Virtutes ſunt occultandæ, exẽplo Elephantis. 12.F
Virtutes electorum omnes præmiis cumulantur. 12.V
Virtutes ſunt veræ diuitiæ. 34 G.89.D
Virtutes Theologicas allocuta eſt quædam mulier vt reducerent dilectum. 101.N
Virtuoſi nomen debet habere tria. 101.E
Vitiis dediti putant alios non poſſe viuere virtuosè. 3.Q
Viuere virtuosè difficulter poteſt homo in mari huius ſæculi. 12.M
Vixerunt antiqui Patres diu propter certas cauſas. 4.M
Vliſſes obturauit aures ſuorum ſociorum Cera, & errauit in mari denio. 48.T
Vltima voluntas Teſtatoris eſt ſeruanda. 83.M
Vmbra comparatur vita noſtra propter tria. 92.B
Vnctio extrema inſtituta eſt ab Apoſtolis ad duo. 57.M
Vnctio ſepius poteſt iterari. 57 L
Vnctionis forma qua ſit. 57.L
Vocationes tres ſunt in genere. tres in ſpecie. 36.X
Vocat Deus peccatores multipliciter. 62.X
Vocaliter & non ſolum mentaliter orandum eſt. 16.F
Voluntas facit bonam animã vel malam. 98.R
Voluptas Carnis per amarum ſuccum herbarum deſignatur. 4.F
Voluptatibus quidam nutriũtur & luxuriis. 6.A
Voluptas Carnis fugienda eſt. 13.B
Voluptas Carnis nihil prodeſt. 40.S
Voluptuoſi habitant in Campis luxuriæ. 49 A
Voluptas Carnis relinquit vermem mordentis conſcientiæ. 59.T
Voluptuoſi puniuntur à Deo. 61.L
Voluptas Carnis facit infirmari. 98.L
Voluptas carnis impedit memoriã beneficiorũ Dei. 98.Q
Vrſus ſignificat guloſum. 65.S
Vſura eſt reſtituenda, & cui. 39.G
Vſurum dicunt Iuriſtæ eſſe nomen Iuris, ſed à Deo prohibita eſt. 4.X
Vſuram qui dicit non eſſe peccatum, hæreticus eſt, & excommunicatus. ibidem.
Vſurarij & filij eorum maledicunt ſibiipſis in inferno. 20.N
Vſurarij ſunt, qui vendunt carius propter dilationem. 66.C
Vſurarij ad inſtar perdicis furantur bona aliorum. 38.P
Vſurarij ſunt qui recipiunt aliquid de pecunia mutuata. 56.R
Vſurarij nolunt gratis mutuare, & ideo puniuntur. 87.V

Digitized by Google

Vſuraria quedam moriens ſumpſit pecuniam ſecum. 89.C
Vulnera non retinuit Chriſtus ſed Cicatrices. 12.L
Vulnera Chriſti, anima ſanant peccata. 20.V
Vulpecula tranſitura glaciem apponit prius aures ad glaciem. 4.L
Vulpes ſimulat ſe mortuam, & ſignificat fraudulentum. 60.A
Vulpes ſignificat inuidos, & expellit Taxum è cauea. 65.T
Vulpib⁹ ſimilatur auari. 78.E
Vulturibus ſimilantur mali Prelati. 4.R
Vxor ducitur aliqua, tribus modis. 34.B
Vxor eſt eligẽda diſcretè. 37.F
Vxores quidam ducunt propter libidinem & diuitias. 37.H
Vxores plures habere licitum fuit Patribus antiquis. 37. 157.K
Vxores ſunt grate conuiuendo, condolendo, & commoriendo. 37.L

Z.

Zoroaſtes natus ſtatim riſit, nec bonum ſignum fuit, quia artem magicam adinuenit. 8.E

FINIS.

Digitized by Google



Digitized by Google

7-2-2

IHS